




MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA.

SCRIPTORVM

TOMVS XXIV.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

Ed. G. Waitz

SCRIPTORVM
TOMVS XXIV.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXIX.



SCRIPTORUM TOMO VICESIMO QUARTO CONTINENTUR:

ANNALES. NOTAE BREVES.

(Supplementa T. XVI. XVII.)

GENEALOGIAE. SERIES PRINCIPUM.

CHRONICA MINORA SAECULI XII. ET XIII.

GESTA EPISCOPORUM ABBATUM COMITUM SAEC. XII. ET XIII.

(Supplementa T. XX—XXIII.)



Cum magnam hanc scriptorum collectionem continuandam susceperim, id inprimis egi, ut monumentis saeculi XII. et XIII. tomis XVII—XXIV. insertis ea adderem supplementa quae ad manus fuerunt, sive posteriori tempore inventa sive ideo praetermissa ut aliis locis ederentur sive etiam minus recte, ut opinor, tamquam a nostro consilio aliena fuerint seclusa. Et ita quidem factum est, ut uberem satis messem colligendam haberem. Fortuna felici contigit ut initio voluminis poni potuerit Continuatio chronicae regiae Coloniensis inedita et bonae frugis plena. Sequuntur Annales Aquenses, nunc primum ex codice vetusto editi, quorum pars prima nondum lucem viderat; inediti Tielenses, Halesbrunnenses maiores et plures in Bavaria scripti, quamvis minoris momenti, singulis quibusdam tamen notis conspicui. Altera voluminis parte chronica minora saeculi XII. et XIII, quae Martinum Oppaviensem partim antecedunt, partim ad eius exemplum confecta sunt, non pauca inedita, coniungenda duxi, quae quamvis ipsi historiae parum

lucis afferant, ideo tamen ad rem nostram faciunt, quod saepius sunt lecta et ab aliis exscripta. Ostendunt quoque, ex quibus rivulis saeculi XIII. et XIV. homines rerum ante se gestarum cognitionem haurire soliti sint. In hac praesertim parte sollerti opera O. Holder-Egger valde adiutus sum. In posteriori vero tomi parte, qua Gesta episcoporum, abbatum, comitum exhibemus antea omissa, quaecumque ad Flandriam et Hannoniam spectant, eaque opera maioris molis, ab altero socio nostro I. Heller, Coloniensia a V. Cl. Cardauns sunt edita. Nunc primum lucem vident Frisingensia, Gesta Arnoldi Treverensis archiepiscopi genuina, historiae Mettensis monumenta varia; reliqua omnia ex codicibus, quotquot exstant, sunt emendata. Iam vero libros inter se valde diversos, annales breves, catalogos satis ieiunos, sed etiam narrationes uberiores, historiam praesertim singularum provinciarum earumque principum illustrantes, quin etiam opus lepide scriptum, nonnumquam prope ad fabulas, quas dicunt, romanenses accedens — Lamberti historiam comitum Ghisnensium —, hoc scriptorum tomo coniunctos habes, non quidem ita comparatos, ut ex eis et antea editis plenam rerum tunc gestarum cognitionem haurias, sed tam testimonia diligentiae, qua res patriae a multis sunt memoriae traditae, quam subsidia non contemnenda ad historiam populi Germanici et imperii Romani accuratius investigandam et exponendam.

Dabam Berolini, d. 16. Aprilis 1879.

G. WAITZ.

CHRONICAE REGIAE COLONIENSIS
CONTINUATIO PRIMA.

Colonia, florentissima illa metropolis ad Rhenum inferiorem sita, quae saeculo XII. et XIII. in rebus publicis primas fere partes agebat, cuius archiepiscopi ad latus modo imperatorum, modo vero contra eos summam auctoritatem in Germania sibi vindicabant, cuius cives divitiis excellebant et longe ultra imperii fines gloria pollebant, etiam de historia eius temporis optime meruit. Friderici I. temporibus, dum Reinaldus archiepiscopus summam rerum publicarum curam gerebat, opus coeptum est, quo res domi militiaeque a regibus praesertim gestae traderentur. Chronicae regiae nomine, quo iam saeculo XI. Lantbertus Tuitiensis eiusmodo historiam significabat, ipse auctor usus est, neque habemus, cur eo reiecto alium substituamus titulum[1] *(Annalium Coloniensium maximorum).*

Auctor quisquis fuerit Ekkehardi chronici primam recensionem usque ad a. 1106. *deductam fundamento posuit, codice usus illi simili, quem in Erlangensi (*4*) descriptum videmus*[2]. *Neque quidquam huic addidisse vel in Ekkehardi narratione mutasse videtur*[3]. *Inde ab a.* 1106. *vero praesertim Annales sequitur Patherbrunnenses iam deperditos, sed alibi quoque ita descriptos, ut genuinum fere eorum textum restituere V. Cl. Scheffer-Boichorst potuerit*[4]. *His vero non pauca ad res Colonienses spectantia inseruit, et postea proprio marte Conradi III. et Friderici I. regum historiam prosecutus est. Qua de re cum alii docte et acute disputaverint neque hanc chronicae partem nunc edituri simus, hoc unum moneamus, iam ante pacem Venetam auctorem scripsisse*[5].

Id codice edocemur praestantissimo nuper reperto, qui quomodo hucusque latere potuerit, vix intelligo. Est

1. *Vindobonensis Nr.* 3382 *(Sal.* 31. *B), chart. s. XV, cuius brevis notitia in Annalibus nostris data (Archiv X, p.* 547*) non parvam mihi expectationem fecit, quam, cum librum a.* 1876. *in bibliotheca aulica ditissima evolverem, neutiquam falsam esse mox intellexi. Postea codicem huc benevole transmissum diligenter examinavi et ope V. Cl. Holder-Egger usus describendum curavi. Foliis constat* 199, *manu perspicua, sed parum eleganti exa-*

1) Cf. quae Wattenbach, GQ. II, p. 309, contra Iansenii et K. Pertzii sententiam monuit. 2) Eadem quae hic omisit a. 772 (p. 165 n. d), 821 (p. 171 n. e); praeterea a. 818. quae 1 in margine addidit (p. 171 n. e), a. 800 (p. 169); *Hucusque — transiit,* a. vero 1023. addit quae solus 4 praebet (p. 194 n. *2). 3) Sine causa igitur Karolum Pertzium vituperavimus, quod codicis ab ipso exscripti partem quae a. 1106. antecedebat neglexerit. Sane non aliud est quam textus Ekkehardi. 4) Libro notissimo: Annales Patherbrunnenses. Innsbr. 1870. 5) Aliter statuit Lehmann, qui a. 1867. de Ann. Col. max. egit p. 47, cui Wattenbach p. 311. assensum praebuit.

ratus in charta humiditate nonnullis locis lacera, a librario, qui vetustius exemplar satis fideliter, neque tamen sine mendis reddidisse videtur. Incipit in medio Ekkehardi chronico a Francorum historia (De origine Francorum, *p.* 115), *desinit in historia a.* 1220, *quam ita abrupit, ut plura deesse pateat, quibus aegerrime egemus. Sed quae restant sane magni sunt facienda.*

Chronica enim Coloniensis quamvis quam proxime ad eam libri formam accedat, quae in codice olim Enstorpensi, iam comitis de Ashburnham, exstat, hic nonnumquam puriorem praebet textum et aucta est continuatione maximam partem prorsus incognita, qua res s. XIII. incipientis egregie illustrantur.

Anno 1157, *quo in codice Enstorpensi legitur (ed. p.* 767*):* duravitque *(schisma)* per 16 annos, *quae post addita esse recte Wattenbach suspicatus erat*[1], *hic verba habemus procul dubio genuina, ante pacem Venetam scripta:* et usque in hanc diem huius scismatis perseverat periculum. *Quocum pugnare quidem videtur, quod locis nonnullis papa, qui in cod. Enstorp, Ruolandus appellatur, hic Alexandri nomine et papae titulo honoratur (a.* 1164, *p.* 778*:* celebrante Ruolando: papa Alexandro celebrante; — ut Ruolandus dimisso a.*:* ut papa dimisso a.; — *a.* 1170, *p.* 783*:* numquam se pro apostolico Ruolandum habiturum*:* n. s. p. ap. Alexandrum h.). *Sed haec postea interpolata putarim. Multis locis lectio Vindobonensis eam confirmat, quam in Annalibus Hildesheimensibus aliisque ex Patherbrunnensibus repetitam videmus (a.* 1110, *p.* 748*:* Liutgerus; *a.* 1115, *p.* 751*:* interim commorantur; *a.* 1118, *ib.:* Successor ei; *a.* 1127, *p.* 754: obsidione premit; *a.* 1128, *p.* 755: suum presidium; 1130, *ib.:* donis liberaliter dotata; *a.* 1134, *p.* 757*:* in potestatem imperatoris; *a.* 1138, *p.* 758: introitum urbis *etc.). — Neque desunt quae codicem Enstorpensem maculis esse aspersum aperte doceant (a.* 1142, *p.* 759, *l.* 52. *legendum est:* una femina; *a.* 1159, *p.* 770. *verba illic omissa:* Alii ergo a militibus ducis occisi, alii sunt capti *hic recte leguntur; a.* 1162, *p.* 775, *l.* 35. *additur:* quod fieri non posset; *et alia minora, quae nunc recensere longum est). Nonnulla etiam cum codicibus alterius recensionis conveniunt et eius praeferendam esse lectionem probant (a.* 1143, *p.* 767, *l.* 5*:* apud Ulixibonam sepulto; *a.* 1159, *p.* 771, *l.* 25*:* circumquaque devastans; *a.* 1664, *p.* 778, *l.* 34*:* Kal. Marcii[2]; *a.* 1166, *p.* 780, *l.* 14*:* annis 973*; a.* 1167, *p.* 781, *l.* 12*:* Lateranensesque ad deditionem acceptis ab eis 280 obsidibus). *Uno loco, qui ad Annales Patherbrunnenses recedit, amplior legitur narratio, a.* 1133*:*

Ann. Path.	Codex.
Eclipsis solis facta est 4. Non. Augusti circa horam sextam, in tantum ut stellae in caelo apparerent.	Indictione 11, 4. Non. Aug., luna 27. existente, hora diei 7, feria 4. eclipsis solis facta est, et obtenebratum est celum, stelle vise sunt.

Praeterea quaedam addita sunt quae ad comites de Capenberg spectant:

a. 1121, *ubi legitur:* Dux Lotharius, comes Herimannus de Winceburg — Monasterium vadunt*: post* Lotharius *inseritur:* et comites de Cappenberg, Godefridus et Otto;

ib. post abduxit *additur:* Porro comites Capenberg, qui huius facti videbantur auctores, penitencia ducti, seculo renunciaverunt. Capenberg castrum

1) GQ. ed. 2. p. 500, quam sententiam a Lehmanno impugnatam postea, ed. 3. II, p. 311, reiecit. 2) Hanc veram lectionem esse, recte animadvertit Lehmann p. 9. Alia vero quae in codice Enstorpensi postea mutata censet, etiam in Vindobonensi leguntur.

in claustrum commutaverunt, centum et quinque ministeriales copiose inbeneficiatos cum prediis multis Sancto Paulo apostolo[1] donaverunt.

a. 1125. *post* remeat *additur:* Anno Domini 1200 (*l.:* 1124[2]) Fridericus comes de Arnesberg obiit, qui contra comites de Capenberg diu dimicaverat. Tandem cum eis in concordiam redierat, data maiori fratri Godefrido filia sua in coniugium.

a. 1152. *post:* Fridericus dux Sueviae in regem eligitur *insertum est:* quem de sacro fonte levaverat dominus Otto nobilissimus quondam comes de Capenberg, set postea ibidem religiosus prepositus.

Quae tum vita Godefridi Capenbergensis tum diplomatibus[3] *confirmantur, neque tamen ex illa sumta esse possunt. Certe sive ipsum codicem Vindobonensem sive exemplar in eo exceptum in monasterio Capenbergensi scriptum esse, verisimile est.*

Ille vero potissimum eo excellit, quod continuationem habet post a. 1176. *adiectam. Pars prior ad eam accedit, quae codicibus recensionis secundae et tertiae continetur. Quibus inter se comparatis, dubium esse nequit, quin quae hic legitur brevior et simplicior, etiam sit vetustior et magis genuina. Efficitur etiam, quod recensio, quam tertiam vocavit editor, in codice ab Ottone scabino Nussiensi confecto aliisque tradita, non ex secunda est derivanda*[4], *sed hanc aetate praecedit. Nonnumquam etiam codex Vaticanus* (2*) *Bruxellensi illi, qui Ottonis nomine insignitus est, praeferendus videtur. Quae nova totius operis editione, quam alibi daturus sum, clarius apparebunt.*

Nunc, ne in hac magna collectione eadem bis typis darentur, ea exhibere sufficiat quae a textu impresso recedunt et primariam libri formam ostendunt.

Inde ab a. 1200. *vero continuatio hic obvia ab iis plane diversa est quae in ceteris legitur codicibus. Auctor sive Coloniae sive prope Coloniam scripserit, oportet. Ex uno loco fortasse coniici posset, in Xantensi oppido eum degisse*[5]*; non multum tamen huic coniecturae indulgere velim. Certe potissimum in iis versatur narratio quae ad Coloniam spectant. Non singulis quibusque annis res calamo datae sunt; a.* 1200. *Moguntinensem ecclesiam pluribus annis legitimo pastore caruisse, narratur; a.* 1201. *etiam de anno sequenti refertur; a.* 1204. *ad id provocatur, 'quod postea rerum exitus approbavit'; a.* 1209. *traduntur quae sequenti acta sunt; a.* 1210. *quae a.* 1213. *demum evenerunt. Ubique animum deprehendes ecclesiae propensum; initio cum Colonia auctor partes agit Ottonis regis; valde luget 'discordie incentivum ac fomitem, ecclesiae detrimentum' eo factum quod Adolfus archiepiscopus ad Philippum transiisset eumque regem consecrasset. Nihilominus postea hunc regem agnoscit, immo non mediocri laude effert. Chronicam regiam recte etiam hanc magni operis partem vocaveris, cum ubique eum qui regalem coronam Aquisgrani obtinuerit tamquam legitimum regem celebret.*

Quae Coloniae et circa Rhenum gesta sunt auctor bene habuit comperta et multa notatu digna retulit[6]. *Res vero longinquas plerumque ex incerto*

1) Monasteriensi. 2) Hoc anno ex Ann. Patherb. breviter iam de morte Friderici relatum erat, quare hoc postea interpolatum esse probatur. 3) Erhard 199, II, p. 5; 472, ib. p. 191. 4) Quae K. Pertz ut hanc probet sententiam affert id minime evincunt. Quae codex ille a. 1203. in inferiori addit margine fortasse librarii errore omissa erant; quae Otto falso legisse dicitur, etiam in alio codice ita scripta fuisse possunt, ut in errorem induceretur. 5) A. 1202: *in festo s. Crucis Xantum preteriens;* id quod Coloniae constitutus cur annotaverit, vix intelligas. Nam quod dicit a. 1205: *Nusiam pretergressus,* et post: *Coloniam preteriens,* nulla diei indicatione adiecta, cum illis vix comparare licet. 6) Cf. quae Winkelmann de brevi fragmento hucusque noto monet, Philipp I, p. 370 n.

rumore accepisse videtur, ideoque in iis enarrandis errores etiam graviores commisit[1]. *Nonnumquam eadem vel iis similia ac alter ille Chronicae regiae continuator tradit, minime vero eius opus novisse videtur*[2]*: sed quae Coloniae narrabantur uterque calamo excepisse censendus est. Ideo quae hic prodit prorsus genuinam coaevi auctoris historiam omnibus acceptam fore confido.*

Breve tamen fragmentum iam antea impressum.

2. *Codex Guelferbytanus Extrav.* 302. 1. *membr. s. XIII, novem folia formae minimae, excerptis ex Caesarii Heisterbacensis libro de miraculis s. Mariae quaedam inseruit ex hac Chronicae regiae recensione et continuatione, quae SS. XVII, p.* 849. *'Annalium Coloniensium minimorum' nomine parum apto edita sunt; historiam a.* 1204. *et* 1205. *antea O. Abel, 'K. Philipp' p.* 274. *ex Fickeri apographo luci dederat. Apographi quod in bibliotheca Hannoverana exstabat exemplar iam ante multos annos feci. Nunc vero codicem Guelferbytanum, a V. Cl. de Heinemann, bibliothecae praefecto, benevole transmissum excussi, eoque lectionem Vindobonensem in levibus quibusdam emendari* (t *pro* c *etc.*), *plerumque vero confirmari, intellexi.*

Ideo librarii erroribus sublatis pauca tantum annotanda habui. Bonum vero de felici huius collectionis progressu augurium hoc preciosum patriae historiae monumentum huius voluminis initio positum accipiatur velim.

Berolini d. 20. *April.* 1877. *G. WAITZ.*

Anno Domini 1175. . . . .
[Qua necessitate cesar impulsus, per omne Teutonicum regnum directis nunciis novum exercitum adunari precepit[a]], pontificemque Coloniensium ad hoc opus utilem fore iudicavit. Qui imperatoria legatione Germaniam regressus, paucos set fortes aggregare milites potuit.

Anno Domini 1176. Imperator natale Domini in Longobardia celebrat. Mense vero Maio episcopus Coloniensis cum delecto milite Alpes superans, in confinio Ticini imperatori occurrit. Longobardi autem ingenita sibi fraude bellum imperatori inferre parati omnes copias virium suarum eo contraxerunt. At Thetonici milites, quamquam fessi transalpinassent, turpe Longobardis cedere existimantes, armis et animis freti, pauci contra infinitam multitudinem procedunt, et ab hora diei tertia usque fere nonam viriliter resistunt. [Victoria tamen et castra Longobardis cessit. Plures ex utraque parte occisi, nonnulli nobilium ex cesarianis capti. Somarii tamen et castra direpta sunt[a]].

Habita sunt hoc anno pleraque consilia — habere.

Anno Domini 1177. [apostoli *om.* = 2; et confirmata *om.*; 22[3] annis continuis].

Anno Domini 1178. [*l* 28. cui *om.*; assumptione genitricis; *cf.* 2].

Anno Domini 1179. [*l.* 38. marchgravio; q. o. p. pr. ibi habita = 2; collaudatur = 2].

Anno Domini 1180. [*l.* 12. marcarum cesari].

Anno Domini 1181. Imperator — copulasse. Deinde - vita privatur [= 2]. Christianus — succedit.

Anno Domini 1182.

Anno Domini 1183. Corpus — edomuisset. Scripsit — castra [= 2]. Cunradus — recepit.

Anno Domini 1184.

a) *haec cum editis conveniunt.*

1) a. 1208. filiam regis Arragonum paganam dicit; a. 1210. Saladinum obiisse narrat; eodem anno res Ungaricas turbat. Haec in alteram continuationis partem cadere, animadvertere velis. 2) Uno tantum loco eadem verba leguntur, sed brevia ea et quae cuique se praebere poterant: *Renus superius et inferius clauditur.* 3) Error scriptoris esse videtur *XXII.* pro *XVII.* legentis; nisi eum inde ab a. 1156. computasse credas; *XXVII.* minus recte 2*.

Anno Domini 1185. [*l.* 50. eversam].

Anno Domini 1186. [*l.* 4. inferre *om.*; Wolmarum].

Anno Domini 1187. Imperator — celebrat. In Ianuario — conspiciebantur [= 2]. Predictus — potuissent. [*l.* 16. Bonland; *l.* 17. de ep. eicitur; *l.* 21. ius appellationis; *l.* 23 Regis Anglie Heinrici filius Richardus = 2; invasit = 2; idem *om.*; *l.* 30. et in aed. n. p. insudant *om.* — *P.* 793. Dein vasione — perditione *om.* = 2*; *l.* 14. Tyricus = 2; *l.* 30. acriter obsidentes violenter d. et n. expugnare = 2; *l.* 32. ergo = 2; *l.* 39. honore = 2].

Anno Domini 1188. [*p.* 795, *l.* 5. interim *om.* = 2*; *l.* 14. monstrant = 2; *l.* 15. a legatis vix manus vel venena contis (*lege:* continuit) nec = 2].

Anno Domini 1189. [*l.* 21. ius Saladini = 2; *l.* 25. essent = 2; *l.* 41. Leonio[1] = 2; *l.* 45. Est autem Servian; *p.* 796, *l.* 5. et *om.* = 2; *l.* 8. Prima — imperatore *om.* = 2; *l.* 9. undelibet (*cf.* 2); *l.* 15. hinc inde = 2; *l.* 25. autem *om.* = 2; *l.* 27. coronatur *om.* — genero suo].

Bellatur inter filium eiusdem ducis et regem Romanum. Sofredus — sanctae Mariae revertuntur. [*l.* 36. nobiles terrae et eos maxime].

Relicta[a] — cepit (*p.* 798). [*p.* 797, *l.* 41. Tertio quoque ei; *p.* 798, *l.* 25. per turmas *om.*; *l.* 33. signatos omnes = 2].

Anno Domini 1190. Heinricus rex — episcopus obiit (*p.* 779, *l.* 2)[b].

Anno inc. dom. 1191. Rex — exercitum [= 2]. Rome — rediit [*l.* 29. amissa = 1. 2. 3.; *l.* 36. Hinchan; *cf.* 2].

[In transmarinis partibus bene a christianis contra ethnicos pugnatur], multoque labore Ac'ra tandem ab eis obtinetur et incolitur. Captus est in ea Carcus, homo mire antiquitatis, ita ut etiam tempore victoriosi ducis Godefridi extitisse diceretur. [Hic erat consiliarius Saladini multumque acceptus in eius curia, quoniam productior etas multarum rerum et artium experientiam ei intriverat].

Anno dom. inc. 1192. [*p.* 802, *l.* 49. actum esse = 2].

Anno d. i. 1193. Imperator — sepultus est.

Anno d. i. 1194. Imperator — repatriat. In — vise sunt [= 2]. Domnus papa — obiit. [*l.* 21. archidiaconum *om.* = 2*].

Anno d. i. 1195. Heinricus — 2. Idus Aprilis. [*l.* 41. quae[c] ei cum duobus servientibus ad victum unius anni potest sufficere, et sarganto 10 uncias auri et tantum annonae quae].

Cristahe[2] rex Grecie a fratre suo captus, cum iussu eius emascularetur, in pacientia doloris vitam finivit; filius quoque eius, cum cecari[d] deberet, obiit.

Imperator — in nomine Domini.

Anno d. i. 1196. Penuria — inaudita. Episcopus Traiectensis obiit. In Saxonia — dicta est. Imperator — humida. Bellum — in terra sancti Iacobi. Imperator — fratre imperatoris.

Anno d. i. 1197. Imperator in Apulia moratur et de eo ac imperatrice Constancia rumor varia — Valete. [*p.* 805, *l.* 10. Secunda — imperii *om.* = 2; *l.* 11. et palatinus comes *om.*; *l.* 20. ordinatis; *l.* 44. christianitatis = 2].

Anno d. i. 1198. Celestinus papa — de Nurberg [= 2; *p.* 805, *l.* 47. de Deventre]. Werra magna — de imperio. Nam Coloniensis et Treverensis[e] archiepiscopi electionem regis sui iuris esse firmantes, habito consilio cum quibusdam set paucis principibus, curiam aliis primoribus in Colonia habendam prefigunt in dominica Oculi mei, evocantes eodem et ducem Ceringie[f], quem ipsi[g] etiam deliberaverant regem creare. Ad hanc autem curiam cum principes nulli occurrere vellent, scripserunt predictis archiepiscopis et eorum sequacibus principes Austrie et aliarum superiorum partium, ut ipsi ad curiam in Erspfort occurrerent electuri cum eis ydoneum et dignum Deo imperatorem et advocatum ecclesiarum.

Dum ergo iam dicti pontifices ad eandem curiam iter facerent, cognoverunt, illos iam in Philippum ducem Suevie, imperatoris fratrem, concordasse et eum in regem elegisse.

a) Imperator — succinxit *errore quodam praetermissa esse videntur.* b) *duae fere paginae vacuae relictae.* c) *haec in cod.* 1 *omissa num etiam in* 2. *et.* 2*. *desint dubitari potest; certe lacunam explent.* d) cerari *c.* e) Trevicensis 2. f) Cerugie 1; Zeringie 2. g) etiam ipsi 2.

1) De *Iconio*, quod in altera recensione scriptum est sed in *Leonio* mutatum, agi, aliorum scriptorum comprobat narratio; neque unde error natus sit patet; v. Riezler p. 22. 2) Isaac; qui in aliis codicibus Tirsach (Tyrsuch) appellatur. Hi quae ex falso rumore de illo narrata erant postea emendarunt.

Unde moti redierunt et Bertolfo duci Cerugie fidem fecerunt, quod ipse repatrians exercitum secum duceret et statuto sibi die Anternacum rediret, eum ibi remota omni dubitatione regem crearent. Designato — elegit. [= 3.; *l.* 25. ducatum ab eo 2; *l.* 27. Suevus regnasset; *l.* 28. nuncios suos; *l.* 30. hoc; *l.* 31. Pium *om.*; *l.* 32. elegit].

Episcopus — consentit (*p.* 807). [*p.* 806, *l.* 37. dux Suevie Philippus; *l.* 38. ut necessitatis proprium est = 2*. 3; *l.* 41. in *om.* = 2; *p.* 807, *l.* 7. Phylippi Suevi = 2; *l.* 13. Phylippum Suevum = 2; *l.* 29. munitiora = 2. 3; *l.* 32. oleo = 3].

Heinricus — moram facit. [*l.* 1. dux Lovaniae]. Richardus rex Angliae obiit; cui frater suus Iohannes succedit. Episcopus Remensis obiit et in Gallia — magna.

Anno d. i. 1199. Regum — absconsum (*l.* 21). In Grecia Crissache[1] a fratre suo dudum cecatus et eiectus, expulso eodem fratre, denuo regno suo potitur. Philippus rex — redeunt [= 2. *p.* 809 n.*]. Otto rex filiam ducis Lovanie sibi desponsatam accipit. In estate etiam — exurit. [*l.* 27. victus quoque]. Colligit ergo contra eum exercitum magnum nimis tam equestris quam pedestris ordinis dux Lovanie cum [= 2] — auxilio ducis Austrie (*p.* 809, *l.* 3), cuius filiam duxerat. Quo — captis.

Eiusmodi ergo discordia inter eos diutina fuit et pertinax variusque bellorum [eventus[a]], donec Maguntinus archiepiscopus de transmarinis rediens partes suas interposuit eosque ad concordiam deduxit. Hoc elaborato, rex ad perigrinandum lumbos suos accinxit, commissa regni cura fratri suo.

Anno[a*] dominice incarnationis 1200.

Cunradus Moguntiensis archiepiscopus obiit[b] 8. Kal. Novembr.; cui Philippus rex Lupoldum Wormacie episcopum substituit. Otto vero rex Sigefrido de Eppenstein[b*] regimen et iura episcopii contradidit. Unde Sigefridus utilitatibus propriis consulens, Romam sese contulit, promotionem suam[c] domno pape seriatim exposuit. Ubi apostolica auctoritate in archiepiscopum confirmatus[2], accepto pallio cum aliis episcopalibus insigniis, perceptaque benedictione, cum honore a papa dimissus revertitur. Werra gravis inter iam dictos multo tempore succrescens nimium invaluit, unde Mogontiensis ecclesia pluribus annis legittimo pastore caruit.

Anno[a] dominice incarnationis 1201.

Lupoldus Wormacie episcopus a papa excommunicatur, eo quod contra morem ecclesiasticum non canonice, set quasi per violentiam Mogontiensem episcopatum invadere presumpserit, cum id fieri sancti canones modis omnibus inhibeant, Leone papa attestante[d], qui ait[e] [3]: *Si quis episcopus, civitatis sue mediocritate[f] despecta, amministrationem loci celebrioris abiecit et ad maiorem se plebem quacumque ratione transtulerit, cathedra quidem pellatur aliena, set carebit et propria, ut nec illis presideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis quos per superbiam despexit.* Sigefridus Mogontinus electus favore et consensu
Sept. 30. pape a Guidone[g] cardinali apud Xantum 2. Kal. Oct. in archiepiscopum consecratur[4], suffragantibus Adolfo[h] Coloniensi archiepiscopo, Herimanno Monasteriensi[i] episcopo, presidente Ottone rege, Henrico duce Lovanie et aliis quam pluribus.

Anno dominice incarnationis 1202.

Lupoldus episcopus excommunicationis paulisper timore perculsus, ratum sibi arbitratus, Italiam expetiit, Romane se curie exhibuit, apud quoscumque poterat propensius efflagitans, quatinus et a[k] banno absolvi et sede Mogontiensis ecclesie investiri mereretur. Aliquantis igitur diebus pro huiusmodi causis exequendis ibidem constitutus, cum iam nichil proficeret et se non solum non exaudiri, verum apostolice presentie se non admitti erubesceret, iram animique furorem dissimulans, infecto negotio cum suis reversus est.
Sept. 1 Eodem anno circa festum sancti Egidii Heinricus dux Lovanie multifaria comitis de Gelre

a) *locus vacat* 1. a*) Annus 1. b) et 1. b*) Eppensthein 1. c) suam a d. 1. d) atest. 1. e) q̃ atti 1. f) mid. 1. g) Gvicone 1. h) Adholfo 1, *semper fere.* i) monast° *e corr.* 1. k) ab anno 1.

1) V. p. 5 n. 2. 2) A. 1202, Mart. 21; Böhmer Reg. p. 300. 3) Epist. 14, c. 8, Mansi V, p. 1283. 2) Ita Ann. S. Gereonis, SS. XVI, p. 734; cf. Winkelmann, Philipp I, p. 225 n.

permotus inpudentia, iam diutius eius insolentias pati ratus sibi fore pudori, copiosum educens exercitum, terram eius invadere ipsumque utpote totius beneficii ac benignitatis ingratum sub armis humiliare disposuit. Cuius manum potentem et brachium extentum iam dictus comes ferre non prevalens, adhuc illo longe agente, per se ipsum adventum eius prevenire satagens, ad castra ducis devenit, per amicos legationem misit, rogans ea que pacis sunt. Interea comes Hollandie, in auxilium predicti comitis evocatus, civitatem novam nomine Bůshc[1], quam ipse dux summo labore ac studio maximisque sumptibus exstruxerat, penitus igne consumpsit, viros ac mulieres vinctos abduxit, armenta boum et equorum greges, ovium aliarumque diversarum rerum innumeram multitudinem asportavit. Itaque de pace inter agendum, cum iam ab omnibus pacis et concordie speraretur effectus, ecce subito rumor et clamor, miserabilis dolor et gemitus[a] intolerabilis cuncta ducis castra replevit, ipseque dux ultra quam credi potest animo consternatus ac nimia exacerbatione excitus[b], predictum comitem de Gelre huius mali conscium eiusque consilio factum suspicatur; unde pax, que iam obsidibus et fidei sacramento confirmanda sperabatur, interrumpitur. Adunato igitur exercitu, dux e vestigio comitem cum preda secure procedentem insequitur, marteque constanti magnanimitate commisso, exercitus comitis[c] partim occiditur, partim in fugam vertitur, preda tam hominum quam iumentorum excutitur, ipse cum aliis quam pluribus captivis[d] abducitur. Hac felici victoria dux animatus, Novimaium[e, 2] devenit, Oie castrum satis munitum expugnavit, comitem de Clieve, licet puerum, amicitie sue copulavit, omnibusque pro libitu et utilitate ibidem dispositis[f], in festo sancte Crucis Xantum preteriens, in ira magna et multitudine gravi Sept. 14.
terram comitis intravit; postera die ex iudicio et sententia super ea examinaturus. Comes vero cernens se totius[g] honoris ac dignitatis inevitabili circumvallatum[h] dispendio, hominesque suos tam vite quam rerum supremo[i] periclitari discrimine[k], licet invitus, sera tamen penitudine ductus, Ottonem regem, Adolfum archiepiscopum aliosque principes pro pace sollicitare[l] opere pretium duxit. Dux itaque tantorum legatorum continua interpellatione pulsatus tandemque devictus, annuit, hac tamen conventione, ut ipsum comitem die designato sibi satisfacturum[m] Lovanie exhiberent seseque pro eo obsides ac fideiussores[n] exponerent. Quo facto, accepta securitate sacramentali, arma manumque cohibuit, ac sic dimisso exercitu, sese in terram propriam contulit. Post hec paucis transactis[o] diebus Otto comes conmeatu Ottonis regis, Adolfi archiepiscopi, Adolfi comitis Lovaniam accessit, duci se presentavit, obsides ac fideiussores[n] absolvit. Hinc dux per triduum habito consilio, tercio demum die semitas et exitus viarum observari, portas seris ac vectibus obfirmari, civitati custodias deputari populumque cunctum signo notorio convocari mandavit. Ipsa nocte Adolfus archiepiscopus, Adolfus comes, nescio quid mali aut doli suspicantes, equis ascensis, cursu velocissimo, fuge presidio se tradiderunt. Quorum absentia dux audita, indignatione permaxima[p] permotus, in sua quemque redire precepit, comitem vero captivum secum retinuit. Qui non multo post conventione facta 6 milibus marcarum se redemit, gratiam obtinuit, adeoque pariter confederati sunt, ut filius comitis desponsatam sibi filiam ducis acciperet uxorem[3] . . . . . .[q]. Comes Hollandie, datis quingentis marcis ac terre sue non modica quantitate[4], loco scilicet qui Mons sancte Gertrudis[5] appellatur, duci contradita, captivitate solutus, revertitur.

Anno dominice incarnationis 1203.

Lupoldus episcopus cum magno[r] belli apparatu Italiam denuo ingressus est[6], cuncta que ditioni apostolice attinebant ferro et igni hostiliter devastare cepit, insana obligatus deliberatione, si forte minis[s] et terroribus obtinere valeat, quod iam pridem precibus per gratiam non poterat. Quodam itaque tempore dum depredandi causa ad loca quedam se cum suis transferret essetque iter angustum, ardius preclusum montibus, et iam nullum

a) genitus 1. b) exercitus *corr.* excitus 1. c) *bis scriptum* 1. d) captivus? e) Novimarum *corr. ut videtur* Novimaium 1. f) desp. 1. g) totus 1. h) ĉcuū alla 1. i) superno 1. k) discime 1. l) sollicitate 1. m) satisfactum 1. n) fideiuissores 1. o) transsactis 1. p) prem. 1. q) militis *add.* 1, *ubi plura deesse videntur.* r) mago 1. s) mimis 1.

1) Hertogenbosch; cf. Ann. Egmund. SS. XVI, p. 473. 2) Nimwegen. 3) Cf. chartam datam Traiecti supra Mosam (s. d.) a. d. inc. 1202, Orr. Guelf. III, p. 766. 4) *duobus milibus marcarum* Ann. Egmund. l. l. 5) Gertruydenburg. 6) A Philippo legatus constitutus; v. Winkelmann p. 336.

1203. hac vel illac divertendi pateret diffugium, ecce familiares et amici pape cum ingenti manu armatorum subito in eos hinc et inde irruentes, fortiter pugnare ceperunt, tandemque victoria potiti, alios occiderunt, alios vulneraverunt, multos etiam secum captivos abduxerunt; ipseque Lupoldus cum paucis vix fuga elapsus, cum magno suorum dampno ac detrimento satis probrose regressus est. Herimannus Monasteriensis episcopus obiit; cui ex dissensione duo successerunt, Otto scilicet maior prepositus Bremensis ecclesie itemque Fridericus prepositus de Claholz[a]; set Otto auxilio amicorum armis episcopium violenter obtinuit. Ipso anno Balduvinus comes Flandrensis, Cunradus marchio de Monpharra aliique principes et nobiles occidentalium regnorum necnon et vulgi utriusque sexus innumerabiles turme armata manu Ierosolimam tendere[b] ceperunt, arreptoque itinere[c], per orientalem Franciam, Pannoniam Bulgariamque permearunt[d], sicque gravi labore regno Ungariorum emenso, tandem Constantinopolim applicuerunt. Quo in loco aliquanto tempore fixis tentoriis residentes, werram et controversiam satis gravem de optinendo regno inter principes terre illius cognoverunt, ipseque comes Flandrensis, ut erat vir magni consilii altique ingenii, causa pacis et concordie se fictuose interposuit, donec tandem, nacta oportunitate, et, ut reor[e], divina sibi voluntate favente, armata manu et[f] in multitudine gravi civitatem Constantinopolim intravit[g], omnibusque inhabitantibus captis, occisis, exiliatis, fugatis, regnum violenter optinuit.

Anno dominice incarnationis 1204.

Philippus[g*] dux Suevie, tam generis quam morum dignitate preclarus, animadvertens causam suam secundo processu in prosperum agi et regalia insignia, crucem scilicet, lanceam, sceptrum cum corona potestati sue contradita cunctosque[h] principes ac primores unanimi conspiratione cum fidei sacramento sub[i] pacis confirmatione iam dudum se in regem eligendo concordasse, nunc vero possibile esse, rerum summam sibi cedere totiusque regni monarchiam ad se facile posse devenire, Adolfum Coloniensem archiepiscopum, adhuc sibi resistentem, cum aliis Lotharingie primatibus pro sui consecratione scriptis atque legationibus propensius sollicitare pertemptat. Tandem multa offerens et plura
1205. promittens, eosque velle suo paria respondere persentiens, accepta iurisiurandi obligatione
Ian. 6. cum obsidibus, in epiphania Domini, multo stipatus milite, Aquisgrani accedens, a[k] iam dicto archiepiscopo in regem consecratur. Celebrata igitur consecratione, predictus archiepiscopus auro, argento, lapide pretioso aliisque regalibus insigniis satis regaliter remuneratus[l, 1], cum honore dimittitur. Rex in terram suam revertitur[m]. Eodem tempore naves et currus, quibus victualia regis ferebantur, a Walravio[n, 2] apud Veronam[3] diripiuntur. Dissensio gravis, controversia[o] intolerabilis et scisma lugendum omnibus ecclesie filiis in Coloniensi ecclesia inter Ottonem regem et archiepiscopum oritur, consecratione Philippi regis huic periculose discordie incentivum ac fomitem ministrante. A multis etiam, quibus erat mens sanior, ad insidias regni totiusque[p] ecclesie detrimentum factum, hoc presagabatur, quod postea rerum exitus approbavit. Otto denique rex legatos suos Romam dirigens, omnem calamitatis sue seriem pape querebundus exposuit, ipsius paternitatem ac discretionem commonitam esse imprecans, qualiter Adolfus[q] archiepiscopus se de terra sua, ubi diviciis, honore copiosus[r] habundabat, evocatum favore ac consensu cunctorum Lotharingie et quorundam superiorum principum totiusque multitudinis acclamatione[s] Colonie[t] in regem creaverit ac processu temporis Aquisgrani ecclesiastico more consecratum regali sede[u] sublimaverit; nunc vero, se quasi repudiato ac violenter reprobato, Philippum ducem Suevie simili modo Aquisgrani deductum, accepta ab eo pecunia innumerabili, ibidem in regem consecrare presumpserit, protestans, omne regnum, precipue Coloniensem episcopatum, insuper totam ecclesiam inde gravissime periclitari. Dominus papa, cognita tam inaudita tamque temeraria presumptione archiepiscopi, tamquam pater piissimus affluens misericordie visceribus, Ottonis regis tamquam dilecti filii deiec-

a) Slaholtz *c.* b) tedē 1. c) utu^s e 1. d) permerirunt 1. e) rem 1. f) *post add.* 1. g) intravit — optinuit *hic omissa, post annale a.* 1204. *inf.* 185'. *col. altera scripta sunt, signis appositis* 1. g*) *mc.* 2. h) cuntosque 2. i) sub — conf. *in textu omissa eadem manu in marg. scripta* 1. k) ab Adolfo a. 2. l) renumeratus 1. m) *hic sequuntur supra relata* intravit — optinuit. n) Walravo 2. o) contraversia 1. p) que *deest* 1. q) A. 2. r) et copiosus 1. s) acl. 2. t) Colo 1; Colon 2. u) fide 1.

1) Cf. etiam Philippi chartam d. 12. Ian. 1205, Lacomblet II, p. 17. 2) Filio comitis Limburgensis. 3) Bonn.

tioni satis paterne condescendit, prudenterque apud se pertractans, ac[a] temeraria super- 1204.
creatione Philippi regis regalia iura pessumdari, ecclesiastica instituta depravari, decreta
canonica periclitari et quicquid iusticie[b], quicquid sanctitatis, quicquid religionis esse
poterat, hoc sementivo malicie in perversum agi, predictum archiepiscopum Romam cen-
suit evocandum atque in audientia sua de obiectis examinandum. Archiepiscopus vero
sentiens sibi papam graviter offensum, testimonium sibi perhibente conscientia sua, ire
pertimuit, unde[c] ex sententia cardinalium totiusque Romane curie a papa excommunicatur.
Verum sepius vocatus tandemque peremptorie citatus[d], quia venire recusavit, omni honore,
dignitate omnique beneficio tam seculari quam spiritali apostolica auctoritate privatur.
Hoc[e] anno hyemps prolixa et asperrima fuit.

Anno dominice incarnationis 1205.

Adolfus archiepiscopus per totam Coloniam[f] excommunicatus denuntiatur, idque per
omne episcopium fieri apostolica auctoritate precipitur[g]. Philippus rex in pentecoste[h] Mai 29.
Spire curiam habuit, ubi Adolfus[i] archiepiscopus consilio amicorum suorum regi cunctis-
que principibus se exhibuit, super contricione et[k] deiectione sua consilium et auxilium
illorum satis humiliter imprecatus. Cui rex quam intime compatiens, quippe qui propter
se tam contumeliosam pateretur repulsam, ipsum blande consolatus, tempore congruo,
quo pro honore ac dignitate rei publice propensius id exequi valeat[l], se certissime ventu-
rum pollicetur. Iurant ergo sibi mutuo rex cunctique principes et ad expeditionem hanc
in Octobri celebrandam sacramentalibus se iuramentis vicissim obligaverunt. Rhenus[m]
superius et inferius clauditur[1]. Lotharius[n] comes de Hoinstadin[o], cognato suo Gerhardo
comite de Are eadem urbe violenter expulso, ipse, inibi militibus suis locatis, totaliter eam
sibi usurpavit, cum nisi medietatem eiusdem urbis antea non haberet. In festo sancti Iun. 15.
Viti Otto rex, Heinricus[p] dux de Lemburg, qui eo tempore curam episcopii administrandam[q]
susceperat, una cum filiis suis Walravio[r] et Heinrico, necnon et[s] Colonienses[t] adunato
exercitu valido et forti, castrum quod Hoinstadin dicitur aliquanto tempore obsidentes,
tandem resignato sibi[u] predicto castro, obsidibusque acceptis, Coloniam reversi sunt.
Bruno Bunnensis prepositus Colonie in archiepiscopum eligitur 8. Kal. Augustas. Ad[v] Iul. 25.
vincula sancti Petri Adolfus archiepiscopus, comes Iuliacensis, comes de Hoinstadin cum Aug. 1.
aliis pluribus sibi sociatis, cuncta que[w] ducis de Lemburg filiique eius Walravii[x] esse pote-
rant hostiliter invadentes, eo[y] usque insana mente in eos debachati sunt, ut etiam ipsum
castrum Rode usque ad murum interiorem totaliter igni consumpserint. Succiderunt et
tiliam, que diversis edificiis mirabili structura in modum propugnaculi in altum latumque
deducta, intuentibus quidem delectabile prestabat spectaculum, subtus eam vero ambulan-
tibus vel sedentibus optabile prebebat umbraculum. Bruno electus circa nativitatem sancte Sept. 8.
Marie cum 600 militibus peditumque magna multitudine versus fluvium Are protendens,
queque comitis de Hoinstadin[z] erant concremando, diripiendo acriter depopulatus est.
Obsedit et castrum cui Hart[*] vocabulum est, ubi quidam miles egregius nomine Gisilber-
tus de Kerriche lancea percussus interiit. Profectus inde, terram comitis Iuliacensis eque
cedibus, rapinis et incendiis devastare cepit. Excidit et vineam, peroptimam sepem, tor-
cular exussit. Unde comes idem quam plurimum indoluisse fertur, eoquod in locis illis rare
haberentur vinee, et quod multo labore ac sumptu ipsa vinea exculta fuisset; a nonnullis
vero accepto non modico argenti, domos villasque eorum inustas reliquit. Inde motis
castris Nusiam pretergressus, in loco qui Bucholz sancte[a] Gerdrudis appellatur fixit
tentoria, postera die, scilicet post exaltationem sancte crucis, terram comitis de Gelre Sept. 15.
[intravit[b]], ipsumque cum ceteris sibi adversantibus aut ditioni sue subicere, aut omnibus[c]
modis disperdere molitus, cum ecce nuntii supervenientes, Philippum regem cum multitu-
dine copiosa fluvium Mosellam transisse atque in confinio Veronensis civitatis iam con-
sedisse retulerunt. Unde infecto negotio Bruno electus cum suis quam celerius Coloniam
reversus, intra[d] urbis menia se recepit. Philippus rex circa festum sancti Lamberti cum Sept. 17.

a) *ita* 1. 2 = hac. b) iust. q. s. q. *des.* 1. c) unū 1. d) scitatus 1. e) Hoc — fuit *des.* 2. f) Colōn 2. g) pcipitur 1. h) pentecost' 2. i) Adolphus 2. k) et d. *des.* 1. l) valerit 1. m) Renum — inferi claudit 1. n) Loth. — haberet *des.* 2. o) Hoinsthadin 1, *constanter.* p) Henr. 2, *semper.* q) administrandum 1. r) Walravo 2. s) *deest* 1. t) Colō 1; Col' 2. u) s. p. *bis scriptum* 2. v) d. 1. w) pluribus *scripsit sed statim delevit* 1. x) Walravi 2. y) eos 1. z) Hoinsthaden 2 *hoc loco.* *) Narc 1. a) sancti 1. — Gertrudis 2. b) *deest* 1. 2. c) omni 1. d) inter 1.

1) Ita etiam Ann. Col. max. p. 820.

1205. Sept. palatino comite de Witlincbach[a], duce Austrasie, duce Baioarie aliisque quam pluribus, cum exercitu[b] magno ac navium innumera multitudine, rogatu Adolfi archiepiscopi amicorumque suorum, partes inferiores iam quarto intravit, iniuriam predicti archiepiscopi pro expulsione ipsius ab episcopio in Colonia[c] acrius vindicaturus ac insuper, si copia detur, ipsam civitatem Coloniam[c], utpote maiestatis[d] ream, quippe de qua tam sibi, quam multis ante se regibus opprobria multa illata fuisse conquerebatur, solotenus eversurus. Transito igitur fluvio Mosella, nullo sibi obsistente, Andernacum venit, inde predium regium Sinzeche Regiomagumque preteriens, Veronam applicuit, [inter[e]] quam et Coloniam[f] ad duo fere miliaria protendens tabernacula, illic sese cum suis transposuit. Ubi gratia recreandi exercitum aliquantis diebus commoratus, nimia pluviarum inundatione, ventorum turbine, frigorum asperitate equi innumerabiles nonnullique homines[g] huiusmodi aeris inequalitate perierunt. Illic ducis Brabantie, qui se illo venturum spoponderat, prestolabantur adventum. Heinricus comes[h] de Seine, admodum puer, consilio atque commeatu comitis de Lininge et de Spanheim regis presentie coramsistitur, pro gratia et consilio de sibi obiectis satisfacturus. Set causam suam ad effectum perducere non valens, rex quia[i] sibi magis ac magis offensus fieret, habito consilio, a predictis comitibus non sine magno timore suorum ad Renum usque deducitur; quo transito, in terram suam revertitur. Dux Brabantinus, collecto in unum non modico exercitu, ad regem usque protendens, prope silvam que Vi[e]le dicitur castra deposuit, ipseque regi locuturus cum paucis ultra processit. Rex et optimates sui, viso duce, leticia magna excitati, gratias[k] inmensas sibi referunt, ipsum regi fidelem, ipsum regni tutorem attestantes. Dissensio inter regem et ducem quibusdam intercedentibus[l] causis orta in brevi adeo invaluit, ut ipse dux super hoc nimia commotione actus redire disponeret, unde tam regi quam suis maximum incussit timorem. Veritus rex, ne se relicto ad detrimentum sui Colonie[m] confederaretur, habito consilio, necessitate magis quam voluntate, ad mitigandum ducis animum et ad sustentationem exercitus 500 marcas omni septimana sibi dari constituit. Post hec communi consilio parique voluntate castra moventes, Coloniam applicuerunt, ubi secus silvam que Hûsholz dicitur figentes tabernacula resederunt[n]. Ibi rex nulla certaminis congressione usus est. Quadam vero die dux Austrasie, dux Baioarie, rege quieto, ipsi cum suis ad murum accedentes, interioribus secum congrediendi copiam martis obtulerunt. Otto[o] rex, Walravius et qui cum ipsis erant consueta magnanimitate e portis erumpentes ferocique impetu in hostes insilientes, fortiter cum eis dimicare ceperunt, alternatimque concertantes, plurimum diei consumpserunt, donec tandem, Ottone rege, Walravio multisque aliis hinc et inde graviter vulneratis, pluribus captis et occisis, quique ad sua non sine dampno gravi redierunt, multo tamen plures de exterioribus ceciderunt[1]. Captus est ibi Theodericus prepositus Sancti Gereonis et Macharius, filius ducis de Limburg. Qui cum regi presentati fuissent, Theodericum prepositum custodie mancipavit, Macharium vero decollari mandavit, set propter ducem Brabantie[p], qui tunc forte presens aderat, liberum et absolutum eum dimisit. Philippus rex cum omni exercitu Coloniam[q] preteriens, Nussiam accessit, quam sine magna martis congressione in deditionem accipiens, Adolfo archiepiscopo eam resignavit[2]. Ibi Constantinus, filius Cunradi de Dikke, vir militaris et strenuus, ictu sagitte percussus occubuit. Ibi etiam octo tam milites quam servi, qui domum regiam Werdene tradere moliebantur, decollati sunt. Eodem tempore naves, quibus apparatus regis copiose satis ac decenter[r] amministratus et victualia exercitibus sufficienter delata fuerant, passim utraque parte Rheni quibusque in locis penitus diripiuntur, in quibus preter diversa et innumera armorum genera plurimum auri et argenti, vestes pretiose, vasa aurea et argentea in bulgis et in somariis sublata sunt. Multi etiam ex his qui navibus preerant capti, quidam occisi, nonnulli vero aquis prefocati interierunt. Philippus[s] rex movens exercitum, Rode castrum ducis de Lymburg obsedit. Quod dux Lovanie[t] mox obsidione solvit[u] ea conditione, quod ipsum ducem ad gratiam regis perduceret eumque fidelem in omnibus regi

a) Witlinbach 1. b) *hucusque* 2. c) Col' 1. d) meiestatis 1. e) *deest* 1. f) Colō 1. g) homī 1. h) come 1. i) qȝ 1. k) gracius (?) 1. l) intercid. 1. m) Col'. 1. n) res. - cetamis *in marg. suppleta* 1. o) dux *add. sed statim del.* 1. p) Braban. 1. q) Col. 1. r) detenter 1. s) Phillippus 1, *nonnumquam.* t) Lovanis 1. u) soluti 1.

1) Cf. Chron. rhytm. Brunsv. p. 535. 2) Ita etiam Chron. rhytm. l. l. Aliter rem narrant Ann. Col. max. p. 821.

faceret, vel ipsum castrum denuo resignaret. Sicque rex Aquisgrani accessit, de disponendo 1205 rei publice statu consilium habiturus Ibi tristi auspitio audita navium depredatione hominumque suorum crudeli occisione, rex et optimates sui nimia animi commotione exacerbati, versus Veronam divertentes, ipsam civitatem in furore et in ira cum inhabitantibus igni, cede, rapinis funditus evertere moliebantur. Veronenses territi, comitem de Liningen et de Spanheim sollicitant, quorum consilio et auxilio, datis obsidibus, 300 marcis se periculo exemerunt. Comiti etiam de Seine notam huius criminis principaliter obiciunt, illum auctorem, illum regni insidiatorem contestantes, presertim in cuius terra et a cuius hominibus dampnum hoc nimis contumeliosum sibi contigerit, quod nisi condigna satisfactione restituatur, noverit se regie maiestatis cunctorumque principum offensam graviter incurrisse et ut maiestatis reum ac hostem habendum, gratiamque regis sibi prorsus denegandam. Nec sic[a] quidem insana commotio furentium sedari poterat, quin[b] collecta undecumque[c] multitudine navium[d] Rhenum transire terramque comitis[e] penitus disperdere molirentur. Quod utique factum fuisset, si comitis de Liningen et de Spanheim non intercessisset[f] industria. Rex igitur Philippus nichil relatione dignum his in partibus executus[g], cum magno suorum dampno et detrimento repatriare festinat; quem tamen Adolfus archiepiscopus, Adolfus comes ceterique comites Germanie[h] pro consilio et auxilio non minus sollicitare satagunt. Comes Iuliacensis clerico cuidam bone indolis ad iniuriam Coloniensium[i], vesano, immo diabolico actus instinctu, nasum et aures abscidi, linguam prescidi, oculos erui, sicque membris omnibus inutilem campo [relinqui[k]] precepit. Ludolfus Magedeburgensis archiepiscopus obiit; cui Albertus maior[l] prepositus eiusdem ecclesie successit.

Anno dominice incarnationis 1206.

In pasca comes de Hoinstaden cunctique fautores[m] Adolfi archiepiscopi cum universis Apr. 2. populis sibi subiectis Colonie a delegatis apostolici excommunicantur, et per omnem terram eorum tam ecclesie quam clerici a divinis suspenduntur. Unde quam multi iugum obedientie et timoris Domini huius vite emolumento preponentes suisque omnibus renuntiantes, mendicare coguntur, quidam vero vite necessitate urgente sub inderdicto celebrantes, altaris beneficio privantur. Willehelmus dux, frater Ottonis regis, Goslariam civitatem regiam quibusdam insidiis captam[n] et, ut verius dicatur, divino iudicio sibi traditam, nullo resistente, cum exercitu copioso potenter intravit, ubi conventione facta et acceptis obsidibus cum sacramento fidei, civitatem quidem ditioni sue mancipavit, fiscum vero regium multo[o] tempore publica exactione collectum totum exhauriens, auri, argenti rerumque pretiosarum innumeram quantitatem secum asportavit[1]. Bruno electus a Sigefrido Mogontino archiepiscopo Colonie[p] consecratur in archiepiscopum 8. Idus Iunii, presentibus Iun. 6. duobus episcopis, qui ad hoc ipsum iussu apostolici de Anglia illuc advenerant. Item Philippus rex circa festum sancte Marie Magdalene Germaniam quinto ingressus, hac illac- Iuli 22. que pro libitu incedens, super fluvium Arlephe[2] cum exercitu consedit, duobus miliariis a castro quod Wassinburg[3] dicitur seiunctus, ubi etiam ducem de Lymburg in gratiam suscepit. In vigilia sancti Pantaleonis Otto rex, Bruno archiepiscopus, Walravius, aggre- Iuli 27. gata preclara militia, pugnandi deliberatione se mutuo cohortantes, Philippo regi obviam processerunt, set habito utrimque consilio, pugne necessitatem in crastinum differre complacuit. Dum igitur Otto rex cum suis refrigerandi gratia depositis armis in castris suis se quisque quieti dedisset, et iam nichil mali suspicantes solam pugnam superventure diei securi prestolarentur, ecce comes de Hoinstadin, Heinricus de Kalatin, irritato pacto, disturbato consilio, cum exercitu magno ex inproviso supervenientes, in predictum regem repentino impetu irruerunt, castra turbaverunt, sicque omnes tamquam oves lupis irrumpentibus dispersi, alii cesi, alii capti, omnes vero in fugam versi sunt. Otto vero rex ducatu Walravii per loca ignota et invia errabundus pertransiens, cum paucis Coloniam venit, ubi pro carorum amissione cum planctu et merore multorum, tripudio lacrimabili, nimis luctuose susceptus est. Bruno quoque archiepiscopus in castrum vicinum Wassinburg con-

a) si 1. b) qui in 1. c) underuq; 1. d) navim 1. e) comitus 1. f) intressisset 1. g) exercitus 1. h) Gimanie 1. i) Colonieñ 1. k) *deest* 1. l) maor *corr.* maior 1. m) fauctores 1. n) capta 1. o) mulco 1. p) Coloñie 1.

1) Cf. Arnold. VI, 7; Chron. rhytm. p. 530 sq. 2) Erft. 3) Wassenberg.

1206. fugiens, dum ibidem occultare se nititur, a supervenientibus hostibus capitur. Sic Philippo
regi presentatus, tam ferri quam militum custodie deputatur. Oppidum quoque Hilkerode[1]
dum evertere conatur, interventu amicorum comitis de Seine, cuius erat proprium, non solum illesum reliquit[a], verum etiam ipsum comitem in gratiam suscepit. Sicque reversus via qua venerat, inter Veronam et Coloniam in eo quo et preterito anno aliquantis diebus loco consedit, ubi inter ipsum et Ottonem regem necnon et Colonienses de pace et concordia multa tractata nec terminata sunt. Inde ultra procedens, in confinio Regiomagi[2] et Sinzeche se cum exercitu exposuit, montem quendam dictum Gimmich super fluvium Are preoccupans, castrum satis firmissimum in ipso construxit nomenque urbis Landiscrone nuncupavit. Per hanc continuam estatem inter comitem Adolfum et Colonienses diversis temporibus in orientali ripa Rheni vario eventu satis acriter dimicatum est. Circa festum
Nov. 11. sancti Martini Philippus rex Confluentiam venit, ubi[3], Henrico duce Lotharingie intermediante, Colonienses in gratiam suscepit, hac tamen conditione, quod tam ipsi qui presentes erant legati Coloniensium, quam omnis civitas regi Philippo fidem facerent fideliterque in omnibus et contra omnes prestito sacramento fidem servarent. Igitur a rege ceterisque principibus et Coloniensibus tali pactione pace confirmata, Rhenus[b] navigantibus aperitur, strate etiam ad transducendum mercatum Coloniensibus ubicumque sub pacis firmamento patefieri iubentur[c]. Illic etiam Adolfus archiepiscopus pro restituendo se in episcopium tam regem quam omnes principes instantissime interpellat, set [ad[d]] tempus congruum sententia rationabili differendum ab omnibus censetur. Eodem tempore Otto rex intus Coloniam multo iam tempore demoratus, cum ad regem Philippum Confluentiam pacis gratia venturus[e] ab omnibus speraretur, ipse de[f] civitate se eximens, transitoque Rheno, versus Saxoniam in civitatem propriam Bruneswich, que sibi iure hereditario cesserat, se cum suis recepit. Priores Coloniensium legatos suos Romam miserunt, pro pace et statu regni necnon et Coloniensis ecclesie dominum papam interpellaturi.

Anno dominice incarnationis 1207.

Febr. 9. Post octavam epiphanie Philippus rex cum aliquantis superioribus necnon et Lotharingie[g] principibus apud Sinzeche concilium celebravit, ubi iterum[h] Colonienses interventu et commeatu ducis Brabantie pacem a rege sibi iam antea datam regis ac principum auctoritate ampliori confirmatione roborari deposcunt; quod et factum est. Eclypsis solis facta
Febr. 28. est 2. Kal. Martias, hora diei sexta. Eo tempore 4. feria post dominicam Estomihi, que
Mart. 7. ipso anno 4. Nonas Martias occurrit, Colonienses nuntios suos Romam transmiserunt, set ab episcopo Spirensi capti regique Philippo presentati, usque ad medium quadragesime
April. satis honorifice detenti sunt. In passione Domini iterum[h] Philippus rex cum nonnullis principibus Sinzeche devenit, adducens secum iam dictos legatos; ubi a prioribus et capitaneis Coloniensium satisfactione pacisque confirmatione per iusiurandum accepta, omnibusque inimicitiis destructis, adeo coram rege gratiam invenerunt, ut ipse rex Coloniam
Apr. 15. se venturum promitteret. Circa festum palmarum Philippus rex Coloniam pacifice ingreditur[4], ubi a clero et omni populo utriusque sexus in ymnis et laudibus signisque concrepantibus gloriose ac honorifice susceptus est, utque regem decebat diversis multiformis[i] obsequii generibus per octo dies[5] magnificentissime honoratus atque huiusmodi liberali-
Apr. 22. tatis ac devotionis studio delectatus, in gaudio et leticia pascha Domini ibidem celebravit. Ibi comes Iuliacensis, Adolfus comes de Monte, comes de Hoinstaden aliique quam plures, premissa tamen et promissa satisfatione condigna, interventu regis banno absolvuntur, inter quos etiam et Colonienses pace vera et concordia inviolabili per edictum regie censure confirmata[6] omnique controversia pacificata, rex in terram suam letus et hilaris revertitur. Eodem tempore rex Philippus filiam suam filio ducis Brabantie nuptum tradidit. Igitur Innocentius papa, divino utputa instinctu premonitus, speculatorem se domus Domini delegatum considerans et permutationes rerum per declivum infidelitatis et malicie

a) reliquia 1. b) Rhenis 1. c) iuberetur 1. d) *deest* 1. e) futurus 1. f) in 1. g) Lotharinge 1. h) itê 1. i) multis formis 1.

1) Hilgerod. 2) Remagen. 3) Ann. Colon. max. p. 821. hoc Bopardiae factum dicunt. 4) Ann. Col. max., vigilia demum paschae regem Coloniam venisse, tradunt; quod rectius dictum videtur, cum diploma Coloniensibus 30. April. datum sit Coloniae. 5) *per* 9 *dies*, Ann. Col. max. 6) V. diploma ap. Lacomblet II, p. 11.

iusum vergi perpendens, duos cardinales, Leonem scilicet et Hugelinum[a] Ostiensem epi- 1207.
scopum, viros utique industria et ingenio callentes ac circa Dei ecclesiam devotione atque
religione perspicuos, in partes Cisalpinas direxit ad informandam et confirmandam pacem
et unitatem sancte Dei ecclesie, que ex dissensione duorum regum Philippi et Ottonis inter
mundi huius turbines fluctuans sine remige[b], sine rectore, naufragio nimis procelloso iam-
iamque periclitari videbatur. Venientes autem iam dicti cardinales in partes Galliarum, ad
Philippum regem diverterunt, a quo benigne ac honorifice suscepti, per totam estatem apud
ipsum commorabantur[c]. Summus etiam Aquileiensis patriarcha, vir inquam mire probi-
tatis[d] et eloquentie, consurgens ex adverso, murum se posuit pro domo Domini, stansque
in prelio in die Domini similiter et ipse apud dominum papam et predictos reges pro pace
et concordia agenda fideliter institit. Heinricus Wirzeburgensis[e] episcopus [obiit[f].]
Philippus[g] curiam satis celebrem in assumptione sancte Marie Northusin per dies plurimos Aug. 15.
habuit, ubi tam ipse, quam et Otto rex necnon et patriarcha cum cardinalibus pluribus-
que sibi sociatis principibus de pace et concordia in regno componenda instantius agebant[1],
verum quibusdam causis pacem eximentibus, infecto huius rei negotio discessum est, inde-
que Quidilinburg divertentes, pro eodem negotio fideliter operam dabant. Otto comes Sept.
de Gelrin obiit[h] 8. Kal. Septembr. Willehelmus comes Iuliacensis obiit 4. Nonas Novembr. Aug. 25. Nov. 4.
Circa festum sancte[i] Lucie apud Quidilinburg[k-2] Adolfus archiepiscopus a cardinalibus Dec. 13.
tali pacto a banno absolvitur, ne qua ratione in terram suam remeare presumat, quousque
Romane curie se exhibeat, offensam domini pape omnimodis placare studeat, si forte ami-
corum suorum auxilio per Dei adiutorium gratiam obtinere valeat. Bruno quoque episco-
pus a Philippo rege captivitate solvitur; similiter et ipse Romam proficiscitur, premisso
tamen sacramentali iuramento, quod omni instantia omnique fidelitate causam ipsius agere
debeat gratiamque pape tam ipsi quam Adolfo archiepiscopo impetrare debeat.

Anno dominice incarnationis 1208.

In cena Domini vise sunt tres lune in Saxonia pluribus in locis a vespera usque mane Apr. 3.
girare firmamentum, et in media crucem pulcherrimam et satis magnam, in cuius medio
nichilominus crux permodica apparuit, que, superiori cornu ablato, tribus constare videba-
tur; unde mortem Philippi regis, que in brevi subsequuta est, quidam intelligi voluerunt.
Vise sunt etiam scintille candentes quaquaversum in aere volantes circumferri. Philippus
rex, quamquam etate iuvenis, potentia tamen clarus et pietate precellens, domi miliciaque
optimus, largitate serenus et omnium[k*] virtutum insigniis precipuus[l], a palatino de Wittinlin-
gisbach crudeliter et proh dolor! nimium miserabiliter occiditur vigilia Iohannis baptiste. Iun. 23.
Unde dux Boemie ceterique amici et cognati eius de morte talis ac tanti principis quam
plurimum condolentes, tamquam inauditum facinus[m] inpunitum transire non patientes,
urbes, castella et omnia que predicti palatini esse poterant diripiendo, concremando deva-
stare ceperunt, ipsumque unanimi conspiratione insequentes, de loco ad locum profugum
incedere compulerunt. Estas levis et sicca, fertilis et calida, adeo ut maldrum siliginis
6 libris, 7 denariis emeretur. Heinricus dux Lovanie hortatu et instinctu regis Francie
necnon et regine, regis Philippi coniugis[n], pro optinendo regno quosdam principes inter-
pellare pertemptat. Set Brunone archiepiscopo, Sifrido Mogonciensi archiepiscopo, qui eo
tempore, utputa divina disponente providentia, de Roma pariter advenerant, et Heinrico[o]
palatino aliisque quam pluribus unanimiter sibi resistentibus, a regno cessavit. Bruno
Coloniensis archiepiscopus obiit 4. Nonas Novembr. In festo sancti Martini apud Nov. 2. Nov. 11.
Frankenvort[p] curia adeo celebris habita est, ut quinquaginta quinque principes illic con-
venisse probarentur, a quibus omnibus Otto rex votiva concordia et unanimi inspiratione
in regem est declaratus et in regno feliciter sublimatus. Sicque divina sibi favente clemen-
tia totius regni monarchiam solus optinuit. Ibi etiam Philippi[q] regis filiam desponsatam sibi
accepit uxorem. Vigilia Thome apostoli Otto rex[r] Coloniam adveniens, tamquam novus Dec. 20.

a) Hugelimuri 1. b) remigie 1. c) comor. 1. d) prohibitatis 1. e) Wizzenburgis 1. f) *deest* 1. g) *post suppl.* 1. h) ʒ *pro* ø 1. i) sancti 1. k) Quindinl. 1. k*) omni 1. l) precipimus 1. m) facimus 1. n) coniuge 1. o) Henrico 1, *nonnumquam.* p) Franckenv. 1 *hoc loco.* q) Phillip. 1. r) regis *corr.* rex 1.

1) Cf. Chron. Ursperg. SS. XXIII, p. 370. 2) Ann. Col. max. p. 822. rectius hoc Augustae factum referunt; cf. Winkelmann I, p. 430.

1208. rex ab omni civitate in leticia et exultatione gloriosissime susceptus, ibidem triduo commoratus est. Theodericus prepositus Sanctorum Apostolorum Colonie in archiepiscopum
Dec 22. eligitur 11. Kal. Ianuar. Palatinus de Wittelingisbach occiditur ab Heinrico de Kalatin pro morte Philippi regis, quem ipse crudeliter occiderat. Eodem tempore in Anglia
1205. dissensio gravis orta est. Cantuariense namque archiepiscopo viam universe carnis ingresso, dum pro eligendo pastore clerus cum populo convenisset, rex Iohannes tirannide ac violentia magis usus quam iusticia, liberam et ab antiquo canonice conservatam et apostolica[a] auctoritate confirmatam electionem in preiudicium iuris ecclesie pertemptabat infringere, regali ditioni dicens attinere, quod ipse archiepiscopum eis preficere deberet. Ceteris vero per iurisdictionem et ecclesiasticam censuram se defendentibus, cum nil proficerent, et rex, tamquam hostis et inimicus veritatis et iusticie, omni conamine violentiam eis inferret, dominum papam super hoc consulendum censuerunt. Relatione igitur huiusmodi Rome delata, per sententiam totius Romane curie rex excommunicatur; transactoque aliquanto tempore, papa Cantuariensi ecclesie episcopum preficiens[b], in Angliam trans-
1206. misit[1]; quem cum[c] nullatenus rex suscipere consentiret, set magis exitium crudelissime
1208. mortis illi, si illo intrare pertemptaret, interminaretur, nichilominus[d] et ipsa tota Anglia simili excommunicationis sententia feritur. Fridericus, filius Heinrici imperatoris, adhuc adolescens, intra[e] Siciliam se plurimo[f] tempore continens, filiam regis Arragonum[g], et[g*] adhuc paganam[2], set postea christianam factam, duxit uxorem.

Anno dominice incarnationis 1209.

1208. Otto rex natale Domini Bunne celebravit. In octava pentecostes Theodericus elec-
Dec. 25. Mai 24. tus omnes suffraganeos[h] episcopos Coloniam invitavit, quatinus eorum suffragio secundum scita canonum episcopalibus insigniis investiri debuisset. Instante autem die et hora procedendi iam imminente, dissensio inter iam dictos episcopos oritur, quolibet acclamante, iuris sui esse, quod archiepiscopum ipse consecrare deberet. Sicque in huiusmodi disceptatione aliquantum diei protractum est, quousque ipse Theodericus electus se medium interponens eos conpacificavit, ac deinde ipsis episcopis astipulantibus, sollemniter procedens, ab Hugardo Leodiense episcopo, qui ad hoc ipsum specialiter advenerat, more ecclesiastico Colonie in archiepiscopum est consecratus. Heinricus Mindensis episcopus obiit. Otto rex, collectis undique copiis atque totius Germanie electo stipatus milite 1500, in mense
Aug. Augusto Italiam proficiscitur, ubi simili modo congregato non modico exercitu, cum innumera multitudine bellatorum Romam usque tetendit; ibi a papa Innocentio cum inmense
Sept. 27? exultationis tripudio gloriosissime[i] susceptus, 5.[3] Kal. Octobris apud Sanctum Petrum cum diadematis[k] inpositione necnon et augusti nominis dignitate [in[l]] imperatorem feliciter est consecratus, anno regni sui tertio decimo. Werra inter dominum papam et imperatorem oritur pro quibusdam prediis satis magnis et latis ac precipue pro terra Methildis, que omnia papa ecclesie Romane, imperator vero regno ea attinere contestabatur; atque hac
1210. altercatione aliquo tempore contendentes[m], cum neuter alteri cederet, papa imperatorem
Nov. 18. excommunicavit. Eodem tempore[4] apud Hispaniam[n], que terra sancti Egidii[5] nuncupatur, in civitate Tolosa heresis quedam, cuius cultores Beggini denominabantur, emergens[o], ramos sue perversitatis[p] in brevi longe lateque nimium propagando in[q] tantum distenderat, ut non solum humiles atque meliores, verum etiam primores et principes totius Hispanie cum aliarum provinciarum capitaneis necnon innumerabili multitudine utriusque sexus huius perversi dogmatis error involveret. Set ne virus tam execrabile[r] latius in omnem hominem catholicum irreperet et ecclesia detrimentum in suorum desolatione membrorum sustineret, multi ex regno Theuthonicorum atque Francorum aliisque nationibus zelo iusticie accensi pro nomine Crucifixi, vestimentis crucibus affixis, pro iam dicta heresi destru-

a) apostolico 1. b) pficiens 1. c) eum 1. d) nichillominus 1. e) inter 1. f) plurimi 1. g) Arragaum 1. g*) *fortasse:* tunc. h) suffrageneos 1. i) e *corr.* 1. k) diademitis 1. l) *deest* 1. m) condententes *c.* n) Hispannam 1. o) emgens 1. p) pervisitatis 1. q) mētatum 1. r) exčtabile 1.

1) Stephanus Langlon a. 1206. Romae electus, non tamen Angliam ingressus. 2) Nota errorem manifestum scriptoris; Constantiam a. 1208. sibi desponsavit, sed anno sequenti uxorem duxit. 3) vel *II* vel *in* c.; sed neque haec neque illa dies fuit dominica; 5. Kal. Octobr. alii quoque diem coronationis indicant, quamvis plerique rectius 4. Non. Octobr. ponant; cf. Böhmer, Reg. p. 47. 4) Cf. quae Ann. Col max. p 825. eiusdem argumenti tradunt. 5) St. Gilles.

enda in partes occiduas ire[a], unanimiter se preparaverunt. Abbas quoque Cisterciensis[b, 1], 1209. vir mire probitatis et industrie, de consilio et mandato domini pape ac consensu totius ordinis sui cum nonnullis suorum prono animo sese comitantibus illuc se transferens, multa ibi viriliter operatus est.

Anno dominice incarnationis 1210.

Otto imperator natale Domini apud marchiam Ancone[c] in civitate Folingin[2] celebravit[3], sicque intra[d] Italiam per totam hiemem commoratus est. Ubi quidam ex principibus Apulie ad eum venientes, fidem et hominium[e] ei fecerunt, urbes, castella ceterasque possessiones in beneficium ab eo susceperunt, obnixius adhortantes, quatenus imperator Apuliam intraret, regnum terramque ditioni sue subiugaret; sacramento fidei firmiter attestantes, in Apulia nullum debere regnare, nisi regnum et coronam ab Romano imperatore suscepisset[f]; set utrum hec in dolo facerent necne, incertum habetur. Ipso tempore legati Salatini regis Sarracenorum[4] cum epistolis magnisque muneribus ad imperatorem Tuskanum venerunt, quos honorifice susceptos post aliquot tempus regaliter donatos absolvit. In festo Nov. 11. (18). sancti Martini[5] papa imperatorem, quem antea excommunicaverat atque pro bono pacis hucusque sustinuerat, et nunc per totam ecclesiam excommunicatum publice pronuntiari demandat. Rex Ungariorum[6] cum per suos munitionem quandam expugnare non posset, consilio uxoris sue, que ex Theutonica gente oriunda fuit[7], ex his qui in terra eius morabantur, Theutonicis sumens exercitum, iam dictam munitionem sine magno belli periculo in brevi sibi subiugavit, unde tam muneribus quam honoribus plurimis eos ampliare curavit. Ungarii vero invidentes et se tanquam viliores ac[f*] despectui haberi erubescentes, regem occidere conati sunt, quod reginam non latuit; unde intempeste noctis hora, omnibus somno graviter oppressis, a regina premonitus rex cum paucis fugam iniit, ipsa cum suis in castris permanente; estimabat enim sibi, utpote sexui femineo, magis quam regi ab hostibus parcendum. Nondum rex longius processerat, cum ecce Ungarii manu armata, mente efferata, in castra[g] regis irruunt[h], ad occidendum regem inquirunt, quem tandem abisse pro certo cognoscentes, more bestiali reginam crudeliter invadunt, vulnerant, prosternunt[i], manus, quas supplicando protenderat, abscidunt, sicque omni bestia crudeliores, lanceis et contis undique perfossam demum miserabiliter occiderunt. Rex, tam inhumano audito sce- 1213? lere, stimulo doloris vehementis in furorem et in iram exardescens, huius criminis non solum auctores, set et fautores conprehensos crudeli et amara morte consumsit. Salatinus[k] rex Babilonie obiit; cuius frater Saphatinus[8] cum regnum Babilonicum loco nepo- (1193). tum amministrandum[l] suscepisset, quasi rei publice utilitatibus consulens, nepotibus dolo repulsis, eo quod etate puerili minus sufficerent, regnum sibi taliter usurpavit. Unde bello satis gravi sese lacessentes, pacem cum christianis ad 6 annos sub iurisiurandi sacramento confirmaverunt[9], ita ut utrimque, quorsumcumque commeandi[m] necessitas urgueret, communi libertate potirentur.

Anno dominice incarnationis 1211.

contigit, quod sequitur. Cum diabolica persuasione[n] eorum qui Beggini dicebantur execrabilis doctrine semen paulatim irreperet, et iam in plures transfunderetur eorum perversitas, quidam magister Radulfus de Namuco, vir prudens et religiosus, considerans tantum periculum[o] universali imminere ecclesie, ad investigandam plenius eorum nequitiam et ad eos convincendos, si necesse esset, quendam sacerdotem, de cuius vita plurimum presumebat, secum assumens, ad eos venit, attestans, eorum secte se velle participare. Ut itaque ipsi heretici de magistro R(adulfo) plene confiderent ipsique eos de se certiores red-

a) in 1. b) Cistarc. 1. c) Anconie 1. d) inter 1. e) hominum exfec. 1. f) suc. 1. f*) *vocabulum deesse videtur.* g) castro 1. h) irruit(ur) 1. i) *e corr.* 1. k) Palatinus 1. l) animi instrandum 1. m) cmeandi 1. n) psuasicē 1. o) piaculum 1.

1) Arnoldus. 2) Foligni. 3) Diplomata, regem apud Interamnem natale Domini celebrasse, postea Fulgineum accessisse, probant. 4) Saladinus iam a. 1193. obierat; non tamen de alio Sarracenorum rege scriptorem cogitasse, ostendunt quae anno sequenti narrat. 5) Alii rectius in octava S. Martini (Novemb. 18) haec ponunt; v Böhmer p. 55 6) Andreas. 7) Gertrudis de Merane. 8) Malek-el-Adel Seif-ed-din, de quo cf. Wilken, Kreuzzüge VI, p. 1. 9) Pax a. 1207. in tres annos pacta a. 1210. innovatur; cf. Wilken l. l. p. 55. 66.

1211. derent, quandoque vultu elevato se spiritu in celum raptum simulabat et postea aliqua que se vidisse dicebat in conventiculis eorum enarrabat et publice eorum fidem, immo infidelitatem, de die in diem se predicaturum spondebat. Tandem cum omnis error eorum ei perfecte innotuisset[a], ad episcopum Parisiensem[1] venit et que ab eis audierat per ordinem enarravit. Quo audito, predictus Parisiensis episcopus, quasi fidem eorum defensaturus, per provincias pro eis misit, congregansque vicinos episcopos et magistros theologos satis subtiliter eos examinavit. Quorum quidam manifeste errorem suum protestabantur, quidam resilere conati, cum viderent, se non posse evadere, erubescerentque convinci, si negarent, cum aliis stabant in eadem pertinacia, nec negabant. Tanta audita perversitate, ex sententia omnium[b] preiudicati, ducti sunt in campum, ubi in conspectu totius cleri ac populi degradati clericalique exuti privilegio, regis custodie deputati sunt. Quo non multo post regresso, in eius conventu flammis exusti sunt. Erant autem 14 tam clerici diversi ordinis quam et laici, qui diabolicis adeo irretiti machinationibus erant, ut nec in ipso mortis articulo ullum in eis posset perpendi indicium penitentie, set mente obstinata ultro atque certatim corporis et anime sese ingerebant supplicio. Eodem anno Mummilinus[c,2] rex Affrice, collecto innumerabili exercitu, transfretavit, multasque regiones in cismarinis partibus pertransiens, cuncta potestati sue subiecit; tandemque regnum Hyspanorum ingressus, regem bello potenter appetiit, castrum quoddam inexpugnabile humanoque ingenio insuperabile superavit, destruxit; omnibusque pro libitu peractis, ipsi regi omnique populo terre sequenti anno in manu forti se denuo venturum interminatus, in terram suam reversus est. Heinricus dux Brabantie Leodium civitatem cum exercitu ingressus, spoliis et cedibus in cives multa crudeliter operatus est[3]. Summam quoque ecclesiam, sancti scilicet Lamberti, confractis ianuis cruentis manibus hostiliter intravit, nec ibi rapinis parcens; unde ab episcopo Leodiense sententiam excommunicationis[d] excepit.

Anno dominice incarnationis 1212.

Mart. 18. Otto imperator in palmis[4] apud Frankenvort curiam celebravit, ubi quidem multi principes convenerunt, set prelatorum ecclesiarum nullus accedere audebat, eo quod ipse imperator excommunicationis sententia adhuc teneretur obnoxius. Item rex Affrice Mummilinus[e] transiecto mari in multitudine gravi terram Hyspanorum rursus ingressus est.

Iul. In mense Iulio imperator cum immenso exercitu Thuringiam ingressus, terram lantgravii totaliter dissipare conabatur, quatinus ipsum lantgravium, quem quasi rebellem ac regni totius hostem habebat precipuum, hac pressura sibi subiugaret, sperans eum pro amicitia ac gratia imperatoris promerenda malle operam dare, quam totius terre sue desolationem sustinere. Verum lantgravius velut leo mentis impavide quodamque spiritu fortitudinis animatus, cum indesinenter amicorum consiliis ac ammonitionibus appeteretur, bellorum minis[f] ac terroribus frequenter pertemptaretur omnique genere interpositionis de reconciliatione sepius a multis ageretur, ipse nichilominus mente obstinata, fronte obfirmata, numquam imperatori fidem se facturum contestabatur. Eodem tempore circa festum

Iul. 13. sancte Margarete[g] imperator ducens filiam regis Philippi apud Northusin nuptias[h] celebravit; que non multo post miserabili fato in trenos converse sunt; nam decima[i,5] post hec ipsa die viam universe carnis ingressa, inmatura ac nimium miseranda morte sua non solum imperatori, verum omni exercitui intolerabilem dolorem incussit. Imperator exercitum absolvens, Thuringiamque relinquens, in partes superiores se contulit, rei publice consulens utilitatibus. In quadragesima Sifridus Maguntinus archiepiscopus a domino papa delegatus Ottonem imperatorem publice pronuntiavit excommunicatum, Thiricum etiam Coloniensem archiepiscopum excommunicavit, eo quod et ipse imperatorem secundum mandatum pape non solum non excommunicavit, verum in omnibus ei communicare, celebrare,

a) innotuisse 1. b) omi 1. c) Nunimilinus 1. d) excommunicatorum 1. e) Nummilinus *c.* f) nimis 1. g) Margrete *c.* h) *e corr.* 1. i) decimo 1.

1) Petrum. 2) i. e. Emir-el-Mumenin, Muhammed-Abu-Abdallah. 3) Quod a. 1212. factum Ann. Reineri Leod. tradunt, SS. XVI, p. 664. 4) Ann. Reineri Leod. l. l., iam dominica Laetare curiam celebratam esse, dicunt; sed diplomata, imperatorem d. 16–20. Francofurti fuisse, probant. 5) Alii, quarta vel quarta decima die post nuptias Beatricem obiisse, tradunt; cf. Langerfeldt, K. Otto IV. p. 305. Iulii 22. nuptiarum diem alii statuerunt; v. Münch. Gel. Anz. 1853. II, Nr. 14.

1212. crisma consecrare presumpsit; bona etiam[a] ecclesiarum, quarum rectores eum pro excommunicato vitabant, depredatus est, quedam amicis et cognatis suis depredanda contradidit, pro quibus et aliis multis, quibus tyrannice et indiscrete abusus est, dignitate episcopali privatus est. Fridericus rex Sicilie, Heinrici[b] quondam imperatoris filius, a domino papa et quibusdam principibus Romam [invitat]us[c], in regem creatur, perceptaque confirmatione et benedictione apostolica, Italiam, Tusciam, Lonbardiam pertransiens, in Galliam devenit, ubi in festo sancti Andree apud Frankenvort curia habita, a principibus quam plurimis in Nov. 30. regem est declaratus; sicque magis ac magis in regno convalescens, et in cunctis se nobiliter agens, favorem ac benivolentiam[d] omnium[e] innata sibi liberalitate captabat. Tiricus Traiectensis episcopus obiit; cui Otto Xantensis prepositus, frater comitis de Gelre, successit.

Anno dominice incarnationis 1213.

Fridericus rex apud Reinsburg[1], Otto vero imperator apud Bunnam natale Domini celebravit, in cuius confinio et circa Rhenum huc illucque aliquanto se tempore agens[f], tandem in Saxoniam secessit; ubi congregato exercitu, circa estatem terram lantgravii denuo ingressus, cedibus, rapinis et incendiis villas, urbes, castella destruxit, et quod dictu miserabile, auditu terribile est, sacras etiam virgines violenter de claustro quodam eiciens, castrum sibi construxit, plures insuper ecclesias simili sorte perdere non pertimuit. Fridericus vero rex in superioribus circumquaque se feliciter agebat. Iohannes Trevirorum archiepiscopus obiit; cui Thiricus, prepositus Sancti Cuniberti in Colonia, successit. Iohannes rex Anglie pape reconciliatur, unde tam ipse quam omnis terra sua a banno absolvi et a papa loco dilecti filii adoptari meretur. Bellum inter Ludowicum regem Francie et Iohannem regem Anglie recrudescit[g]; unde rex Francorum maximam multitudinem navium parari easque rebus omnibus, quibus ad bellum uti solet, onustari[h] precepit, ut his mare cum exercitu transiens terram Anglie inprovise invaderet; set exercitus regis Anglorum eius insidias preveniens, repente navigio superveniens[i], naves invasit, quadringentas etiam et paulo plures cum omni apparatu suo secum abduxit[2]. Henricus dux Brabantie Tungrensem civitatem aggressus igne devastat; quem recedentem episcopus Leodiensis, comes Flandrensis cum exercitu insecuti, apud civitatem Laudene[3] magnam stragem hominum dederunt; ipse vix fuga lapsus evasit. Iohannes rex Anglie, convocatis ad se principibus, primatibus et primis regni sui, secreta consilii sui et quid per multum tempus secum pertractans deliberasset, omnibus aperuit, scilicet profectionem in Franciam ad iniurias[k] a rege Francorum sibi pluribus iam annis illatas ulciscendas, civitates, urbes, castella aliaque quam plurima a iam dicto rege sibi violenter ablata, etsi non per pacem, per arma se utique recepturum. Quibus omnibus beneplacitum regis approbantibus, et in id votiva concordia, unanimi consensu conspirantibus, utque celerius ipsa expeditio[l] perficeretur artius insistentibus, rex, missis circumquaque legatis, exercitum copiosum adunari, naves ingentes et validas fieri, frumento, vino omnique genere cibariorum onerari, instrumenta, utensilia, arma diversi generis, aurum et argentum infinitum, et omnia que tanto exercitui ad 7 annos vel amplius copiose sufficerent, habundantissime preparari mandavit. Ipso anno contigit res satis miranda et ideo magis miranda, quia a seculo inaudita. Circa pasca enim Apr. 4 – et penthecosten ex omni Theutonia et Francia, nullo hortante nec predicante, nescio quo Iun. 2. spiritu acti, multa milia puerorum a 6 annis et supra usque ad virilem etatem, invitis parentibus, cognatis et amicis retrahentibus[m], quidam aratra vel currus quos minabant, alii pecora que pascebant, vel si qua alia[n] habebant pre manibus, relinquentes, subito unus post alium currentes[o], crucibus se signaverunt; sicque per vigenos et quinquagenos vel centenos erectis vexillis versus Ierosolimam ire ceperunt. Cumque a multis inquirerentur, cuius consilio, cuius hortatu huic vie se exposuissent, presertim cum ante nonnullos annos reges multi, duces plurimi, populi innumerabiles in manu valida illuc pervenientes infecto

a) ex *add. sed statim del.* 1. b) Heinricus 1. c) *desunt fissura chartae.* d) benuv. 1. e) omi 1. f) ubi congr. *iam hoc loco add.* 1. g) recrudesscit 1. h) onustas 1. i) supervẽn 1. k) iurias 1. l) ex *e corr.* 1. m) et trah. 1. n) alia que 1. o) *e corr.* 1.

1) Quod cum diplomatibus non concordat, quae Fridericum prope Rhenum commoratum esse ostendunt. 2) De pugna prope Damme mense Maio commissa agitur. 3) Fortasse Lovanium; cf. Reineri Ann. p. 667 sqq.

1213. negotio reversi fuissent, ipsos vero adhuc etate[a] puerili nec robur nec vires ad aliquid agendum habere et ideo stulte et absque discretione hoc factum attemptatum ab omnibus iudicaretur, breviter responderunt: in hoc se nutui parere divino et ideo, quicquid Deus de eis fieri vellet, ipsi libenti ac prono animo sustinerent. Sicque aliquantum vie progressi, quidam Maguntie, quidam Placentie, quidam vero Rome revertebantur; alii vero Massiliam pervenientes, utrum transierint necne, vel quis finis eorum fuerit, incertum habetur; unum tamen constat, quia ex multis milibus, qui ascenderant, vix pauci reversi sunt.

Anno dominice incarnationis 1214.

Mart. 30. In pascha Fridericus rex apud Confluentiam curiam habuit, ubi principes omnes, quorum plurimi advenerant, expeditionem Aquisgrani iurare fecit post pentecosten celebrandam. In quadragesima[a*] quidam ex Coloniensibus Ottonem Monasteriensem episcopum, [ad[b]] iam dictam curiam iturum, in ipsa civitate Colonia ad Sanctam Mariam in gradibus ceperunt, captumque Ottoni imperatori tradiderunt, qui se eo tempore apud castrum Wer-
Mart. dene tuebatur[1]; unde ipsa civitas excommunicationi subiacuit. In Martio Iohannes rex Anglie cum exercitu magno apparatuque ingenti Franciam ingressus, apud Pictavium consedit, urbes, castella, civitates et omnia, super quibus ipse cum rege Francie iam multo tempore satis acriter altercatus fuerat, potenter recepit, confisusque in fortitudine sua, aliquamdiu ibidem resedit. Innocentius papa interpellatus a rege et patriarcha Ierosolimitano[c], crucem Christi per universam terram predicari et populum ad expeditionem Sancti Sepulchri hortari iubet. Cui primo quidem pauci, postea vero innumerabiles obaudientes signati sunt. Ipso[d] tempore Otto imperator terram comitis de Gelre igne devastat[2]; post
Mai. hec filiam ducis Brabantie diu sibi desponsatam accepit uxorem. Post hec ad vincula sancti
Aug. 1. Petri[3] Otto imperator, Pharamundus[4] comes Flandrie cum exercitu copioso iuxta Tornacum contra filium regis Francie prelium committentes, cum utrinque acriter dimicaretur, comes Flandrensis, comes de Thikenlinburg cum multis aliis capiuntur, multi occiduntur,
Aug. 15. ipse vero imperator inhoneste reversus est. In assumptione Marie Fridericus rex cum inestimabili multitudine Alamanniam ingressus, Mosella traiecta, in confinio Meinevelt tentoria fixerunt. Ubi Walravius comes Iuliacensis, Adolfus comes de Monte, Heinricus comes de Seine cum eo pacem composuerunt, ita ut ipsi eum[e] in nullo lederent, et ipse per terram eorum pacifice transiret, nihil nisi mercatum condigna mercede recipiens; que pax statim rupta est. Nam dux Baioarie pro quadam controversia[f] sedanda aliquantum ab exercitu sequestratus capitur. Rex vero ultra progressus fluvium Masam transiit, terram ducis Brabantie intrare disposuit, set dux eius adventu territus, ei pacificus occurrit, pacem quesivit, quem[g] rex tali conditione in gratiam recepit, quod ipse dux regi fidelitatem faceret, obsides daret, quod in omnibus ei fidelis existeret et contra omnem hominem ei
Aug. 29. fideliter assisteret[5]. In decollatione[h] Iohannis baptiste in confinio Confluentie ante diluculum terremotus magnus factus est. Est in partibus occiduis super fluvium Masa
Sept. 8. villa nomine Kůche, penes se eiusdem nominis habens castrum, ubi cum circa nativitatem sancte Marie ex antiqua consuetudine totius populi frequentia rerumque venalium habundantia more vulgari nundine sollempniter celebrarentur, contigit quendam magistrum Xantensem Ioha[nnem nomin]e[i, 6] legatione crucis functum [adventa]sse[i]. Quo inter predicandum ad sumendas cruces intentius populum adhortante, nulloque pene verbis salutaribus aurem accommodante, tactus dolore cordis intrinsecus, ne heus! in vacuum cucurrisset[k], totum se mente ac spiritu[l] ad Deum extendens, ex intimis precordiis divinam implorabat misericordiam, cum ecce signum sancte crucis omnibus ad audiendum verbum Dei circumstantibus cum immenso claritatis fulgore in celo apparuit, ipseque magister Iohannes strepitu tumultuantis[m] populi excitus, quos in predicando semper clausos tenebat oculos aperiens, crucem sicut ceteri et ipse similiter vidit — mira res et ad confirmandam

a) etati *c.* a*) n XL. 1. b) *deest* 1. c) Ierosolomitano 1. d) Leso 1. e) cum 1. f) contra mversia 1. g) que 1. h) Inde colla 1. i) *fissurae chartae.* k) curreret aut cucurrisset 1. l) spm̄ 1. m) tumultuantes *corr.* tumultuantis 1.

1) Otto a. 1213. in castro Werde commoratus est; et in hoc anno episcopi Monasteriensis captionem ponunt Ann. max. p. 827. 2) Cf. Reineri Ann. p. 671. 3) rectius d. 27. Iulii. 4) Ferrandus. 5) Quae Fridericus duci concessit, diplomata ostendunt Sept. 2. data; Böhmer Reg. Nr. 90. 91. 6) De quo cf. Ann. max. 1215, p. 828.

populi fidem magis magisque ipsa rei novitas ammiranda. Nam hii, qui rebus tempora- 1214.
libus insistebant, vociferantes et sursum aspicientes mirabantur, agnita vero rei veritate, in
celum intuentes cum ni[chil][a] vi[de]re [po]ssent, obstupefacti, relictis [cunct]is[a] quibus
implicabant[ur nego]ciis[a], eis qui verbo Dei adherebant sese devote coniunxerunt, acsi corde
conpuncti cum ceteris et ipsi crucem viderunt; unde ea die plus quam mille quingenti
crucem sumpserunt. Item in terra Friscenorum apud civitatem quandam Holovero[1] maioris
ecclesie in Colonia scolastico tempore quodam verbum crucis predicante, simili modo crux
in celo miri fulgoris apparuit; quo viso, ipsa die innumerabiles signati sunt.

Anno dominice incarnationis 1215.

. . . .[b]
diversis in locis fabricate sunt. Fridericus[c] rex in festo sancte Walburgis Andernacum Mai 1.
venit, ubi dux Brabantie, comites plurimi[d], nobiles innumeri regi fidem fecerunt. In vigilia
sancti Iacobi cum multis principibus Aquis accessit, ubi a Sigefrido[e] Magontino archiepi- Iul. 24.
scopo, apostolice sedis legato, in die sancto intronizatus, sollempniter atque gloriose in Iul. 25.
regem est consecratus. Vacabat enim tunc temporis Coloniensis ecclesia archiepiscopo,
cuius iuris erat regem consecrare. Eodem tempore Adolfus comes castrum regium Wer-
dene, a capite ieiunii obsessum et iam ex parte magna suffossum, cepit, episcopum Mona-
steriensem, per annum et menses quatuor ibidem captivatum, absolvit, quem secum Aquis
adductum regi[f] presentavit, cui rex castrum resignavit. Episcopus contra Colonienses
querimoniam super captivitate sua proposuit, comes de facto suo a rege et principibus
quam plurimum commendatur. 4.[g] Kal. Augustas rex Nussiam venit, unde pridie Nonas Aug. 4
eiusdem Coloniam ingressus, licet multis resistentibus plurimumque reclamantibus, tandem
sedatis tumultuationum controversiis, uti regiam excellentiam decebat[h], in ymnis et laudi-
bus, cum coronis[i] et lampadibus, cum sanctorum reliquiis et crucibus gloriosissime suscep-
tus est. Castrum Landiscrone regi resignatur. In festo sancti Martini papa[k] . . . . Nov. 11.
celebravit[l] in . . . .[2] exceptis abbatibus, prepositis, decanis aliisque eccle-
siarum prelatis, quorum non erat numerus, exceptis clericis, monachis aliisque totius or-
dinis aut professionis viris, quorum multitudo computari non poterat. Ipso anno Sapha-
tinus cum filiis fratris sui Salatini reconciliatus, exercitu[m] pariter congregato, Ierosolimam
adeunt[3], repente super inprovisos et nichil mali[m'] suspicantes christianos irruunt, pacem, quam
adhuc duobus annis servandam sub sacramento iuramenti confirmaverant, rumpunt, sternunt,
capiunt, occidunt, villas, vicos, urbes, castra, castella capiunt, diripiunt, destruunt, omnique
crudelitate perpetrata, reliqua circumquaque posita effera mente aggressi sunt. Hoc misera-
bili casu christiani nimis humiliati, calamitates, contritiones, cedes occisorum, desolationem
Terre Sancte statim cum festinatione domno pape Romam denuntiare curaverunt et, nisi
sibi celerius succurreretur, ipsum modicum terre, quod adhuc utcumque tenere videbantur,
in brevi se amissuros verissime testabantur. Quo tristi nuntio papa universoque concilio ni-
mium[n] mente consternato, quid super hac tam repentina clade ad presens opus esset, diu ac
satis suptiliter[o] ab omnibus deliberatum est[4]. Quoniam igitur expeditio generalis, que uni-
versalis concilii edicto in futurum annum inter diversas causas protracta fuerat, laxari fas
non erat, omnibus se expedire valentibus et in continenti in nomine Domini ire volentibus
cum benedictione apostolica indulgentia eundi a domno papa indulgetur[p] . . . .
Ludewicus, filius Philippi regis Francie, Angliam in manu valida ingressus, plurimum terre Mai.
potestati sue subegit, ipsum regem regno partim cedere compulit.

Anno dominice incarnationis 1216.

Kal.[q] Marc. Engilbertus, maior in Colonia prepositus, ibidem in archiepiscopum eligi- Mart. 1.
tur. In inventione sancte crucis Fridericus rex curiam celebrat apud Wirzenburg[5]. Mai. 3.

a) *fissurae chartae.* b) *spatium unius et dimidiae lineae vacuum relictum est.* c) Trirericus 1. d) plurimum 1. e) Sidefrido 1. f) cui rex pr. c. a. regi r. 1. g) *de numero non constat; fortasse* circa Kal. *legendum, cum Fredericus usque ad finem mensis Iulii Aquisgrani sedisse videatur.* h) dicebat 1. i) *e corr.* 1. k) papa *in capite lineae, cuius reliquum spatium vacuum* l) cebravit *in initio lineae, cuius rel. sp. vac.* m) exercit' 1. m') mala 1. n) immum 1. o) rept. 1. p) *duarum linearum spatium vacuum.* q) k. kal. 1.

1) i. e. Olivero; cf. Emonis chron. SS. XXIII, p. 473, et Oliveri epistolam ibidem allatam. 2) De magno concilio Lateranensi sermo est; cf. locum in Chron. Urspergensi alibique obvium. 3) Haec ex falso rumore nata videntur. 4) Cf. Innocentii orationem in concilio habitam, Mansi XXII, p. 968. 5) Minus recte Ann. max. cod. 1 Nurinberg habet.

Iuli 13. Innocentius papa obiit Idus Iulii[1]; cui quidam cardinalis Cincius maior substituitur, eique
Oct. 19. nomen Honorius inponitur. Iohannes rex Anglie obiit; cui filius eius adhuc puer succes-
sit. Barones, qui patri suo rebellaverant, quique ad expellendum eum regem Francie iunio-
rem in auxilium sibi asciverant, reconciliatos sibi in gratiam suscepit, processuque temporis[a]
adeo invaluit, ut ipse regem Francie a finibus Anglie propulsaret, citoque[b] fugatum in civi-
1217. Sept. tate quadam obsedit, quem per satisfactionem congruam in amicitiam recepit.

Anno dominice incarnationis 1217.

In Martio et in Maio innumera multitudo signatorum, alii per terras, alii navigio, ver-
Apr. 6. sus Ierosolimam[c] iter aggressi sunt. Ludowicus lantgravius obiit 8. Idus Aprilis. Estas
Sept. 24. sicca et nimium fervida. Octavo Kal. Octob. Engilbertus Colonie[d] in archiepiscopum
consecratus est a domino Thirico Trevirensi archiepiscopo, astipulantibus Hugardo Leo-
diensi episcopo, Mindense episcopo, Osniburgense, qui etiam eo die similiter in episcopum
Sept. 8. consecratus est. In nativitate sancte Marie quidam signatorum cum centum quinqua-
ginta navibus in terram regis Porthegalensis applicantes, ad civitatem quandam munitissi-
mam[e] Alkhar[2] devenerunt, que christianis multo tempore nimium infesta, paganis maxime
presidio fuit. Quam fossatis, machinis aliisque innumerabilibus armorum instrumentis cir-
cumvallantes ac nimio conatu per dies plurimos acriter inpugnantes, tandem, auxilio et con-
silio episcopi Ůlixibonensis et eorum militum qui dicuntur de Gladio, in festo apostolorum
Oct. 28. Symonis et Iude eam ceperunt. Multi ibi[f] ex christianis, set multo plura milia ex paganis
ceciderunt. Eodem anno christiani qui Acris morabantur consilio Templariorum et
1218. eorum qui erant de domo sancti Iohannis baptiste cum multitudine navium versus civita-
tem firmissimam Damiatam[g], ubi Nilus mari influit supra litus maris sitam, applicantes,
turrim quandam[h] ex adverso positam magnis sumptibus ingentique labore ac periculo mul-
torum inpugnantes, tandem vicerunt et, ne ultra christianis inpedimento foret, captam so-
lotenus deiecerunt; sicque post tempus aliquot Nilum fluvium transeuntes, in manu valida et
exercitu copioso ipsam civitatem Damiatam[g] obsidentes munitionibus circumdederunt[i].

Anno dominice incarnationis 1218.

Mai 19. Otto imperator obiit 14. Kal. Iunii apud Arcenburg[3] fluxu[k] sanguinis.

Anno dominice incarnationis 1219.

Iuni 24. In festo sancti Iohannis baptiste Fridericus rex coronam et lanceam ceteraque regalium
ornatuum insignia recepit ab Heinrico duce Saxonie, fratre Ottonis quondam imperatoris,
datis eidem duci undecim marcarum milibus. Heinricus enim dux omnia que fratris erant
vel que sibi ipse Otto post amissum imperium undecumque congregaverat post mortem
fratris sibi usurpaverat. Civitas Damiata[g], iam biennio a christianis obsessa, fame ac siti
Nov. 5. omnique genere bellorum intolerabiliter excruciata, circa festum omnium[l] sanctorum capta est.

Anno dominice incarnationis 1220.

Apr. 24. Circa festum sancti Georgii martyris curiam celebravit apud Frankenvort Fridericus
rex 14 diebus, ubi pluribus adunatis principibus, multa de statu et utilitate regni tractata
sunt; iniusta thelonia, iniuste monete, bella civilia, nisi de consensu et consilio regis et
principum, omnesque iniusticie sub iudicio et pena vite a rege et principibus interdicte sunt[4].
Ibi etiam Fridericus[m] . . . .

a) tempreis 1. b) sitoque 1. c) Ierosoliman 1. d) Colo' 1. e) inunctissimam 1. f) cum *add. sed statim del.* 1. g) Damatam 1. h) quadam 1. i) o. ac m. circumderunt 1. k) flux 1. l) omni 1. m) *hic desinit* 1, *reliquo spatio paginae et reliquis foliis quatuor codicis vacuis relictis.*

1) d. 16. Iulii obiit. 2) Alkazar; cf. Ann. max. p. 830. 3) Harzburg. 4) Cf. privilegium in favorem principum ecclesiasticorum, LL. II, p. 235; sed alias quoque leges tunc datas vel renovatas esse, hic locus et Reineri Annales p. 678. probant.

ANNALES TIELENSES.

Annales Tielenses an recte hoc loco exhibeantur dubitari potest. Certe ad medium saec. XIV. usque deducti sunt, neque antea compositi, cum Iohannis de Beka chronicon Traiectense exscripserint, quod praecipue comitum Hollandiae et episcoporum Traiectensium seriem praebuit. Cum his excerptis vero alia coniuncta sunt, quae maiorem aetatem sapiunt, ex Annalibus ut videtur, sumta, quales in Germania inferiori extitisse patet. Nonnulla prope ad Annales Xantenses accedunt, neque tamen qui nostros confecit eos ad manus habuisse credendus est, sed procul dubio locos illos alibi descriptos invenit. Alia cum Annalibus S. Bonifacii conveniunt (a. 920. 937. 1013*). Sunt vero quae auctorem a saeculo X. non longe remotum indicare videantur*[1]*. Alius fortasse breves notitias saec. XI. addidit (a.* 1028. 1030. 1040. 1041. 1042 *etc.), quae vix posteriori aetati tribueris. Non ante saec. XIII. vero scripta sunt quae de ordinibus variis fundatis eadem hic quae alibi leguntur*[2]*. Huc accedunt annotationes quam plures ad urbem Tielensem et comites Gelriae spectantes per universum opus dispersae, quae fortasse recentioris sunt aetatis, sed multa continent notatu digna et ex certa rerum cognitione hausta. Quare compilationem hanc hucusque ineditam publici iuris facere fas duxi.*

Exstat vero in

1) codice Hamburgensi, Hist. imp. Rom. Germ. Nr. 31*ᵇ. fol., chart., s. XV, ubi versus finem aliis Germaniae inferioris historiis hi additi sunt Annales (Arch. VI, p.* 242*), quos V. Cl. Arndt, nunc professor Lipsiensis, descripsit. Adhibui etiam*

2) Chronicon Tielense post medium s. XV. conditum, quod edidit Ioh. Did. van Leeuwen, Traiecti 1789. 8. *Auctor, quisquis fuerit, quin annales hos exscripserit, dubitari nequit, uberius fortasse exemplar nactus*[3]*; sed multa adiecit quae aperte serioris aetatis sunt*[4]*, ea nonnumquam falsa et fabulosa*[5]*. Auctor et ipse Iohannem de Beka ad manum habuit et utramque narrationem coniunxit; quod bene intellexit V. Cl. Heller, qui Arndtii apographum cum chronico comparavit. Eius vestigia secutus pauca tantum annotanda habui.*

G. W.

Anno Domini 693. Pippinus victoriosus dux Francorum validam expeditionem direxit contra Radbodum regem Frisie. Qui Radbodus eidem duci potenter obstitit, verumptamen Deo disponente victus succubuit. Tempore huius floruit beatus Willebrordus adhuc presbiter, egregius predicator verbi Dei; qui apud castrum Traiectense iuxta fundum primordialis ecclesie sancti Thome quoddam oratorium in honore sancte crucis superedificavit, in quo primo consecravit baptisterium renativi fontis. Beka

1) Vide quae de clade Ottonis II. tradit: *et omnis nobilitas nostri exercitus interiit.* 2) Cf. SS. XVII, p. 722. et Ann. Halesbrunn. infra editos. 3) Inde dierum notae explicari possunt, quas nonnumquam in chronico additas videmus, a. 1286. 1335. 1339. Descripsit vero etiam apertos Annalium errores, e. gr. a. 1193. Heinricum VI. mortuum esse. 4) a. 696: *scilicet regularium ordinis sancti Augustini,* quae nc apud Bekam quidem leguntur, quem Annales hoc loco exscripserunt. 5) Cf. a. 863.

Beka Anno Domini 696. Pippinus dux attendens in beato Willibrordo magnam ewangelizandi constanciam, optinuit per supplicacionem assiduam, quatenus ipse ad urbem Romanam accederet et a summo pontifice benedictionem episcopalem susciperet. Sergius autem papa angelica visione premonitus dominicum sacerdotem benigne suscepit et eundem in ecclesia sancti Petri archiepiscopum ordinavit; qui ad Germaniam reversus est et elapsis aliquantis temporibus apud oratorium, quod primitus fundaverat iuxta castrum Traiectense, canonicorum cenobitalium construxit ecclesiam, in qua cathedralem sedem stabiliri iussit et in honore beati Martini episcopi manu propria consecravit.

Anno Domini 698. Karolus dictus Martellus dux et maiordomnus Francorum, filius Pippini ducis, primam donacionem ecclesie Traiectensi tribuens, beato Willebrordo castrum Traiectense cum suis attinenciis et muratam civitatem Tylensem cum suis attinenciis et locum Elst in dotem assignavit.

Anno Domini 736, 7. Ydus Novembris Willebrordus primus episcopus Traiectensis felicem Creatori reddidit animam, postquam annis 40 Traiectensem digne gubernasset ecclesiam. Cuius corpus apud cenobium Epternacense[a] ordinis beati Benedicti Treverensis dyocesis est translatum.

Anno Domini 752[b]. Bonifacius secundus episcopus Traiectensis sub die Nonarum Iunii ab infidelibus Frisonibus apud Dockhem martirizatur[c] cum sociis suis numero 52.

Anno Domini 763. stelle subito sunt[d] vise quasi de celo cadere.

cf Ann. Xant. Anno Domini 768. Karolus et Karlomannus in reges uncti sunt.

Anno Domini 772. Karolomannus, frater Karoli, moritur, et Karolus regnum suscepit.

Anno Domini 785. Karolus acquisivit Saxoniam, et Widichinus convertitur. Beka Hiis temporibus Theodardus quintus Traiectensis ecclesie episcopus migravit ad Dominum.

Anno Domini 800. Karolus constituit papam Leonem expulsum in sedem suam.

Anno Domini 801. populus Romanus Karolum in imperatorem suscepit, unde ipse rex in die nativitatis Domini coronatus est a Leone papa in imperatorem.

Anno Domini 804. Leo papa hyemavit Aquisgrani et ibidem ecclesiam a Karolo constructam in honore beate Marie virginis cum magna solempnitate consecravit[1].

Anno Domini 806. divisum est regnum per Karolum in filios, Karolum[e] scilicet et Pippinum et Lodovicum.

Anno Domini 809. rex Pippinus, filius Karoli, obiit.

Anno Domini 810. ducente naves Frisiam vastant.

Anno Domini 813. Lodovicus coronam imperialem suscepit iussu patris sui Karoli.

Anno Domini 814. Karolus imperator obiit.

Beka Anno Domini 815. Stephanus papa descendens ad Franciam, solempnisavit imperialem benedictionem super Lodovicum regem et Ermgardim uxorem suam.

A Xant. Anno 816. Lodovicus constituit Lotharium filium suum regem.

Beka Anno 818. Ermgardi, uxore Lodovici, defuncta, Lodovicus prefatus duxit in uxorem Iudith, filiam ducis Bavarie, cognatam suam.

A Xant 823. Anno 821. Lodovicus dedit Dragoni fratri suo episcopatum Metensem.

ib. 824 Anno 823. Lodovicus partes Britannie vastavit.

Anno 828[f]. Lodovicus generale placitum habuit in Novimagio, ibique multi ab honore depositi sunt[2].

A Xant. 835 Anno 833. Lodovicus perrexit in Burgundiam

ib. Anno 835. Durestat[g] a Normannis et Danis destructa est.

cf Beka. Anno 838 15. Kal. Augusti Fredericus episcopus Traiectensis octavus a duobus nequam martirisatus est, pro eo quod redarguit Lodovicum imperatorem super illicito coniugio, quod contraxit cum Iudith consanguinea sua. A. Xant. 839. Eodem anno mare inundans multos consumpsit cum edificiis.

cf. ib. 840. Anno 840. Lodovicus imperator obiit, et Lotharius, filius suus, successit.

ib. 853. Anno 852. fames magna fuit in Saxonia.

ib. 854 Anno 853. Turonis civitas a Normannis fuit succensa.

Beka. Anno 855. Lotharius imperator tyrannidem Danorum expugnare nequiens et soli Deo militare desiderans, in Prumensi cenobio sacro religionis sumpsit habitum, et Lodovicus, filius eius, in imperium sublimatus est.

A Xant 857. Beka. Anno 856. plaga magna turgencium fuit vesicarum. Hiis diebus civitas Traiectensis a Normannis et Danis devastata est.

Anno 863. Karolus Calvus rex Francorum Hollandiam omnino depopulatam percipiens, ad instanciam comitis Hagononis[h], qui in Zanctis traxit moram, tradidit nobili viro Theoderico, fratri Waltgeri comitis, qui apud Tylam moratus est, ecclesiam Egmondensem cum ceteris provinciis adiacentibus. Qui Theodericus construxit in Egmondia cenobium ligneum, in quo sanctimoniales sancti[i] Benedicti ordinis instituit, quibus de sua facultate vite necessaria copiose tradidit. Hic autem Waltgerus, frater Theoderici, in transactis temporibus apud Tylam ecclesiam construxit honestissimam, in qua sanctimoniales longo tempore servicio divino mancipate sunt, postea autem semotis sanctimonialibus canonici regulares instituti sunt, qui usque ad tempus Adelboldi episcopi Traiectensis 19. Deo ibidem humiliter servierunt.

a) Eptarneñ 1. b) *sic* 2; dcc⁰ 1. c) martirizatus 1. d) sut 1. e) Karoli sc. in P. 1. f) *lege*: 830. g) Ducestat 1. h) Hagonem Troianum, qui in Troia minori, scilicet Xanctis, moram traxit 2. i) *deest* 1.

1) Cf. Hadriani diploma ap. Quix, Cod. dipl. Aq. p. 32. 2) Cf. Ann. Met. SS. I, p. 336; Fuld. ib. p. 360; sed haec aliunde sumta sunt.

Anno Domini 866. 11. Kalendas Ianuarii Hungerus episcopus Traiectensis duodecimus obdormivit in Domino. Beka.

Anno Domini 868. Lotharius[d] imperator obiit in[b] Placencia, et Ludovicus[c], eius filius, suscepit imperium[1].

Anno 874. Ludovicus cum suis regnum Karoli invasit et eodem anno obiit.

Anno 876. Karolus obiit, et Lodovicus, filius eius, regnavit.

Anno 877. Lodovicus et Karolomannus ceperunt regnare in Gallia.

Anno 879. Normanni Novimagio hyemaverunt[2], et Lodovicus veniens et eos expugnare cupiens, turpiter reversus est.

Anno 881. Lodovicus rex obiit.

Anno 892. facta est translacio beate Walburgis[3].

Anno 900. Ydus Decembris Odibaldus episcopus Traiectensis decimus tercius obiit. Circa hec tempora Theodericus primus comes Hollandie requievit in Domino, et Theodericus, filius eius, successit ei in comitatu. Hic edificavit in Egmondia monasterium lapideum et ammotis monialibus instituit in eodem viros religiosos de ordine sancti Benedicti. Beka.

Anno 901. Egilboldus episcopus Traiectensis saltem ad decem menses regens ecclesiam obdormivit in Domino.

Anno 918. 3. Kalendas Decembris Radbodus episcopus Traiectensis decimus quartus obiit.

Anno 920. Conrardus rex obiit, et Henricus successit[4].

Anno 935. Henricus rex obiit, et Otto suscepit regnum.

Anno 937. Ungri tercio in Galliam venerunt[4].

Anno 952. Otto rex Ytaliam ingressus est et eam sibi subiugavit.

Anno 962. Otto secundus in regnum elevatur Aquisgrani.

Anno 969[d.5]. Otto secundus Calabriam ingressus, et omnis nobilitas nostri exercitus interiit.

Anno 976. Baldericus de Clivis episcopus Traiectensis decimus quintus migravit a seculo, postquam annis 59 in magna laude gubernasset Traiectensem ecclesiam. Beka.

Anno 988. 2. Nonas[e] May Theodericus secundus comes Hollandie requievit in Domino. Hic cum patre suo comitatum Hollandie annis 127 gloriose gubernavit.

Anno 990. Folcmarus episcopus Traiectensis decimus sextus defunctus est.

Anno 993. Kalendis Octobris Arnulfus comes Hollandie tercius atroce bellum egit cum Frisonibus apud pagum Westfrisie et ibidem permittente Deo pro re publica interemptus est.

Anno 993. Baldewinus episcopus Traiectensis decimus septimus defunctus est.

Anno 1001. Henricus rex creatus est.

Anno 1007. Tyela iterum a pyratis direpta et incensa est[6].

Anno 1008. Anfridus[f] episcopus Traiectensis decimus octavus defunctus est. Beka.

Anno 1013. Henricus rex imperator efficitur[4].

Anno 1015. Adelboldus episcopus Traiectensis ecclesiam Traiectensem veteris structure destruxit, nove fabrice fundamenta petit, et eciam ecclesiam Tylensem a Danis destructam reedificare cepit, quas pariter in paucis annis decentissime consummavit. Beka.

Anno 1017. cometa grandis apparuit.

Anno 1024. Henricus imperator obiit, et Coenrardus[g] constituitur. Eodem anno[7] ecclesia Traiectensis magno opere super exstructa est et per Adelboldum episcopum in honore beati Martini solempniter consecrata.

Anno 1026[8]. 5. Kal. Decembris Adelboldus episcopus Traiectensis decimus nonus requievit in Domino. Hic, ut predictum est, ecclesiam Tylensem reparavit, statuens in eo octo canonicos seculares excepto preposito et decano, in qua prius residebant canonici regulares.

Anno 1027. Conrardus rex imperium Romanum suscepit.

Anno 1028. Henricus, filius Coenrardi, coronatur Aquisgrani.

Anno 1030. Coenrardus ad Ungaros perrexit.

Anno 1039. Conrardus imperator obiit, et Henricus, filius eius, regnum suscepit. Eodem anno 6. Kalendas Ianuarii Theodericus comes Hollandie de Iherosolomis veniens defunctus est[h]. Beka.

Anno 1040. Henricus imperator Behem perrexit, ubi multi suorum occisi sunt.

Anno 1041. Henricus Behem vastavit, predavit et sibi subiugavit.

Anno 1042[i]. Henricus Burgundiam sue potestati subdidit.

Anno 1048. Theodericus comes Hollandie ab inimicis suis, scilicet domno[k] de Kuyk et Godefrido de Arnsberch cum eorum complicibus[9], apud Dordracum interfectus est. Beka.

a) *ita* 2; Lodovicus 1. b) *deest* 1. c) Ludo 1. d) 972. 2. e) in nõs 1. f) Aufridus 1. g) Coneradus 1. h) *deest* 1. i) *sic corr. ex* MXLIII 1. k) Hermanno *add.* 2.

1) Haec falsa esse, constat. Omisit Chron. Tiel. 2) Cf. Ann. Fuld. a. 880; Reg. a. 881. 3) Cui ecclesia Tielae fuit dedicata. 4) Cf. Ann. S. Bonif, SS. III, p. 118. 5) Haec ad a. 982. pertinere, patet. 6) Cf. Alpert. de div. temp. II, 8. 7) a. 1023. Beka. 8) a. 1027. Beka. 9) A Beka hi postea nominantur.

Beka Anno 1054. Bernoldus episcopus Traiectensis vicesimus migravit ad Dominum.

Anno 1056. Henricus rex efficitur.

ib Anno 1061. Florencius comes Hollandie cupiens vindicare fratrem suum Theodericum occisum a domno de Kuyk, validam expedicionem eduxit contra eos, et cum meridiano tempore apud Vuthemert[a] lassus sub umbra arboris quiesceret, ecce adversarii eius inopinate supervenerunt et eundem cum multis armigeris necidaverunt.

Anno 1075. Wilhelmus Traiectensis episcopus vicesimus primus defunctus est.

Anno 1076. Theodericus domicellus Hollandie optinuit victoriam apud castrum Yselmonde contra episcopum Traiectensem.

Anno 1091. Theodericus comes Hollandie defunctus est. Eodem anno Conrardus episcopus Traiectensis fundare incepit ecclesiam beate Marie in Traiecto.

cf. XVII, p. 722. Anno 1098. incepit ordo Cystersiensium.

Anno 1099. Iherusalem a duce Godefrido Lotharingie fugatis Sarracenis liberata est, Beka. qui ibidem anno sequenti requievit in Domino. Eodem anno Conrardus episcopus Traiectensis vicesimus secundus ob invidie zelum a quodam Frisone lamentabiliter trucidatus est.

Anno 1106. Henricus tercius imperator obiit, et Henricus, filius eius, regnum suscepit.

ib. Anno 1112. Burgardus episcopus vicesimus tercius defunctus est.

cf. XVII, p. 722. Anno 1120. incepit ordo Premonstratensis.

Beka. Anno 1121. Florencius comes Hollandie migravit ad Dominum, Petronilla vero, uxor istius, post mortem eius monasterium puellarum in[b] Reynsborch ob salutem anime eius superexstruxit.

Anno 1125. Henricus imperator obiit Traiecti, cuius viscera ibidem sepulta sunt.

Anno 1128. Godeboldus episcopus vicesimus quartus defunctus est. Hiis temporibus comes Hollandie proavum[c] suum in Vuthmert[d] occisum ulcisci desiderans, Hermanno comiti de Kuyck et Godefrido[e] de Arnsberch ubique terrarum hostiles tetendit insidias; Andreas autem de Kuyck episcopus Traiectensis pacem firmans in utramque partem, in hunc modum elaboravit, ut Hermannus pro anima Florencii monasterium construeret et per conpetentes possessiones dotaret. Quapropter eodem anno inceptum est monasterium in insula beate Marie, et ibidem allati sunt monachi de Lauduno Premonstratensis ordinis.

Anno 1132. Florencius, frater Theoderici comitis Hollandie, iterato contencionem recenter concepit adversus Hermannum de Kuyck et Godefridum de Arnsborch fratres propter neptim, puta filiam sororis eorundem. Quapropter ab eisdem apud Absteden[f] in nimio livore peremptus est. Eodem anno monasterium in Berna Premonstratense fundatum est.

Anno 1136. ecclesia beate Walburgis Tylensis conbusta est et maior pars civitatis.

ib Anno 1138. Andreas de Kuyck episcopus Traiectensis vicesimus quintus obiit.

Anno 1148. tempore Hardberti episcopi Traiectensis civitas Traiectensis inextinguibili[g] flagrabat incendio, ita ut plures ecclesie exurerentur.

Anno 1150. Hardbertus episcopus Traiectensis vicesimus sextus obiit.

cf. XVII, p. 722. Anno 1153. sanctus Bernardus abbas Clarevallensis obiit.

Beka. Anno 1156. Hermannus episcopus Traiectensis vicesimus septimus obiit.

Anno 1163. Theodericus comes Hollandie quievit in pace.

cf. XVII, p. 722. Anno 1170. Thomas archiepiscopus Cantuariensis pro defensione ecclesie sue occisus est. Beka. Eodem anno in autumpno magna tempestas inhorruit.

Anno 1178. Godefridus episcopus Traiectensis vicesimus octavus obiit.

Anno 1186. Iherusalem a Saladino[h] rege Babiloniorum capta est.

Anno 1188. Fredericus imperator cum magno exercitu equestri et eciam navali Iherusalem profectus est et obiit in via, et Henricus, filius eius, regnum suscepit.

ib Anno 1190. incepit ordo Theutonicorum. Eodem anno Florencius[i] comes Hollandie obiit apud Anthyochiam.

Anno 1193[k]. Henricus imperator obiit, et Otto suscepit regnum.

ib Anno 1196. Baldewinus episcopus Traiectensis vicesimus nonus defunctus est.

Anno 1197. Henricus dux Lotharingie et dux Saxonie Iherusalem profecti sunt.

ib Anno 1198. Arnoldus episcopus Traiectensis tricesimus obiit. Item eodem anno Theodericus de Hollandia episcopus Traiectensis tricesimus primus obiit.

Anno 1200. Otto secundus comes Gelrie ab Henrico duce Brabancie sub conductu regis Ottonis dolose capitur; quapropter Theodericus comes Hollandie volens Ottonem Gelrie a captivitate liberare, opidum Buscum-ducis cepit et Wilhelmum, fratrem ducis Brabancie, cum multis militibus captivavit. Item predictus Theodericus comes Hollandie anno 1202. Tyele castrum spoliavit et succendit, ad quorum vindictam ib idem comes a duce Henrico predicto postea apud villam Hoesden in bello victus et captus est.

Anno 1200. Theodericus episcopus Traiectensis tricesimus secundus obiit.

Anno 1203. Theodericus comes Hollandie apud Dordracum requievit in Domino.

Anno 1205. Otto de Gelria episcopus Traiectensis tricesimus tercius obiit.

Anno 1208. Philippus[l] dux Suavie occiditur, et Otto imperium suscepit.

cf. XVII, p. 722. Anno 1210. incepit ordo fratrum Minorum.

Anno 1212. Leodiensis civitas a duce Henrico Brabancie capta et spoliata est[1].

a) Wthemert 1. b) yn 1. c) peravum 1. d) Wthmerth 1. e) Godefridum 1. f) Absceden 1. g) inextingvili 1. h) solidano 2. i) Florencius 1. k) *rla* 1. 2. l) Iohannes 1.

1) Cf. supra p. 17.

Anno 1214. Hugo Leodiensis episcopus habuit victoriam contra ducem Brabancie Henricum in Monthenatem[a, 1]. Eodem tempore comes Flandrie a rege Francie captus est.

Anno 1216. sub papa Innocencio celebrata est synodus ab universa ecclesia.

Anno 1218. Otto imperator obiit, et ordo Predicatorum incepit in confirmacione.

Anno 1220. Fredericus, filius Henrici, imperator efficitur et Rome coronatur. Eodem anno fundatum est monasterium sanctimonialium Rurmundense[b, 2] a Gerardo comite primo Gelrie.

Anno 1222. Wilhelmus comes Hollandie obiit. Beka

Anno 1225. Engelbertus archiepiscopus Coloniensis interemptus est a[c] Frederico de Ysenborch pro defensione ecclesie sue.

Anno 1227. Otto de Lippia episcopus Traiectensis tricesimus quartus cum multis nobilibus a Rodolpho de Covoerden peremptus est ob defensionem ecclesie. ib

Anno 1228. Rodolphus de Covorden capitur et rotatus stipitibus exaltatur.

Anno 1233. Willebrandus episcopus Traiectensis tricesimus quintus migravit ad Dominum.

Anno 1234. habita est victoria a fidelibus apud Stadinges[3], et interfecti sunt ad quatuor mille virorum.

Anno 1234. Florencius comes Hollandie per comitem Claromontensem in tyrocinio[d] crudeliter interemptus est. ib.

Anno 1249. Otto de Hollandia episcopus Traiectensis tricesimus sextus obiit.

Anno 1250. fuit congregacio pastorum Iherusalem ire volencium.

Anno 1253. in die translacionis Martini interfecti sunt apud Westcaspel a preside Hollandie Florencio adiutorio fratris sui Wilhelmi regis centena milia Flamingorum[3]. Iuli 4.

Anno 1254. rex Wilhelmus et comes Hollandie a Frisonibus occisus est. Eodem anno domicella Ricardis pro remedio anime fratris eius monasterium puellarum ordinis Premonstratensis in Campo-Regis edificare cepit. ib.

Anno 1259. positus est primo agger apud Tyel ultra Longam-Aquam que vulgariter Lingen dicitur[4].

Anno 1267. Henricus de Nygena episcopus Traiectensis tricesimus octavus obiit. ib.

Anno 1268. occisus est domnus de Valkenborch in Colonia, et multi cum eo.

Anno 1270. perforatus est agger in[e] Tyell a duce Brabancie, set reparatus tercia die.

Anno 1271. obiit Otto secundus comes de Gelria. Hic fundavit claustrum in Valle-Comitis[5] ordinis Cisterciensis.

Anno 1273. gens quedam nomine Keymar[6] contra episcopum Iohannem de Assow conspiravit, que ei multa dampna intulit[3].

Anno 1277. comes Iuliacensis et filius eius Wilhelmus cum multis nobilibus infra muros Aquenses occisus est.

Anno 1282. Florencius comes Hollandie cum valida expedicione ossa patris sui Wilhelmi regis de Frisia ad monasterium Middelburgense honorifice detulit. ib.

Anno 1286. civitas Tylensis totaliter destructa est a comite Reynaldo de Gelria[7].

Anno 1287. inundacio maris ita crevit, quod persone virorum ac mulierum centum milia submersi sunt[8].

Anno 1288. Iohannes dux Brabancie habuit victoriam apud villam Woeringen contra episcopum Coloniensem et comitem Gelrie in festo Bonifacii. Iuni 5.

Anno 1290. civitas Acharon destructa est a Saracenis.

Anno 1292. Adolphus[f] de Assov coronatur in regem Aquisgrani.

Anno 1295. Iohannes dux Brabancie interfectus fuit in hastiludio.

Anno 1296. Florencius comes Hollandie per Giselbertum de Aemstel, Hermannum de Woerden et Gherardum de Velsen cum eorum complicibus apud Traiectum in vigilia Iohannis baptiste dolose captus est et occisus in captivitate. ib

Anno 1298. interfectus est rex Adolphus[f] de Assov a duce Osteringie in die Processi et Martiniani. Iuli 2. Eodem anno Iohannes de Zieck episcopus Traiectensis quadragesimus auctoritate apostolica translatus est ab ecclesia Traiectensi ad ecclesiam Tullensem. ib

Anno 1299. Iohannes domicellus et tutor Hollandie defunctus est. Eodem anno Wilhelmus de Mechelinia episcopus Traiectensis a suis burgensibus captus est et in captivitate quasi per annum tentus, tandem a captivitate laxatus est.

Anno 1300. Albernus rex Almanie venit Novomagium cum magno exercitu contra comitem Hollandie.

Anno 1301. Wilhelmus episcopus Traiectensis in die translacionis Martini pro defensione ecclesie sue a Iacobo de Lichtenberch cum aliis civibus Traiectensibus, adiuncta magna multitudine Hollandrinorum, occisus est iuxta civitatem Traiectensem.

a) Monthenathē 1; in M. *des*. 2. b) Rurūndēs 1. c) *deest* 1. d) cyrocinio 1. e) yn 1. f) Iohannes 1.

1) Montenacken. 2) Roermonde. 3) Cf. Bekam; sed alium auctorem Annales sequi videntur. 4) Inferior fluvioli pars, quae fluit a pago Soelen usque in fluvium Vahalim ac Mosam sive Merwedam per Gorichemium, praesertim audit Linga. V. LEEUW. 5) Grafendal. 6) Kennemari; cf. Bekam. 7) *in die Prothi et Iacincti* add. Chron. Tiel. p. 255. 8) Cf. Bekam, qui rem aliter narrat.

Bekn. Anno 1304. Iohannes comes Hollandie defunctus est. Eodem anno positus est agger ultra Longam-Aquam que vulgariter Lingen dicitur, inter civitatem Tyell et villam Zandwick per Iohannem ducem Brabancie[1].

Anno 1305. positus est murus novus circa civitatem Tyelensem[2].

Anno[a] 1305. tria milia Flamingorum a Zelandrinis interfecti et captivati sunt apud Catzant[3].

Anno 1308. Albernus rex Almanie interfectus est a cognato suo; cui successit in regnum Henricus comes Luscelburgensis. Eodem anno ordo Templariorum destituitur.

Anno 1309. magna multitudo populi cruce signata terram circuit, que undique Iudeos interfecit et castrum de Born subvertebat, in quo interfecti sunt 110 Iudei.

Anno 1312. Henricus comes Luscelburgensis coronatus est in imperatorem apud urbem Romanam.

Anno 1313. idem Henricus imperator intoxicatus est, ut dicitur, a quodam Iacobino et sepultus apud Pisam civitatem.

Anno[b] 1316. tanta fuit caristia, qualis ante non est visa; maldrum enim tritici emebatur pro sex libris, maldrum siliginis pro quinque libris, maldrum ordei pro tribus libris et sex solidis et maldrum havene pro duabus libris.

Bekn. Anno 1317. Guido de Hannonia episcopus Traiectensis quadragesimus secundus obiit. Eodem anno obsessa fuit Sictert.

Anno 1319. in crastino assumpcionis Marie Zantboemel[c,4] funditus destructa est per incendium a domino de Boern et a domino de Gerkel[d].

ib. Anno 1322. Fredericus de Zwck episcopus Traiectensis quadragesimus tercius obiit.
Anno 1323. Iacobus episcopus Traiectensis quadragesimus quartus obiit.

Anno 1326. obiit Reynaldus comes Gelrie, et Reynaldus, filius eius, comitatum suscepit.

Anno 1327. opidum cum castro nomine Valkenburch circumvallatur ab exercitu ducis Brabancie, et dominus predictus duci succumbens, tradidit ei opidum cum castro.

ib. Anno 1328. Philippus rex Francie cum magno exercitu descendit ad Flandriam, ubi circa montem Casselinum horrenda strages contigit; nam Flandrie populus omnino in bello succubuit ad sex milia virorum et amplius. Eodem anno Reynaldus, filius Reynaldi, comes Gelrie cum paucis pugnavit contra Leodienses et
Iun. 29. optinuit victoriam. Eodem anno in die Petri et Pauli fratres ordinis domus Theutonicorum habitantes apud Ophemert[e,5] venerunt in Tyell, ibidem residenciam facientes, et canonici ad Arnhem transierunt.

Anno 1335. Reynaldus comes Gelrie civitatem Tyelensem cum villa de Zantwick et
Febr. 22. Herwaerden acquisivit[6] et eas sibi subiugavit. Eodem anno circa festum Petri ad cathedram muros civitatis aliquantulum fregit, postea autem[7] omnes muros tocius civitatis effregit.

Anno 1336. Reynaldus comes Gelrie cum valido exercitu apud Volhoe[f] expugnavit Frisones et salvis suis ad sua est reversus.

ib. Anno 1337. radiosa cometa apparuit. Eodem anno Wilhelmus comes Hollandie obiit.

Anno 1338. rex Anglie discordare cepit adversus regem Francie[8].

Anno 1339. Reynaldus comes Gelrie[9] efficitur dux in Francfordia per imperatorem Lodovicum, et comitatus eius mutatus est in ducatum.

Anno 1340. rex Anglie regno Francie plurima dampna intulit, civitates incendit, castra effregit[8].

ib. Anno 1340. Iohannes de Diest episcopus Traiectensis quadragesimus quintus obiit.

Anno Domini 1342. in vigilia noctisque diei beati Iacobi apostoli tanta fuit inundacio[g] aquarum, ut per confractionem aggerum utraque Batua[h] tam superior quam inferior et eciam insula Tylensis usque Diefdyk preter Tyell, Drompt[10] submersa est.

a) *hic annus in margine inferiore add. est signis locum respicientibus adpositis* 1. b) *in margine alia manu:* Nota it. modi. a. 1587. c) Zautbomel 2. d) Arckel 2. e) *fortasse* oppidum Hemert *legendum.* f) Vollenhoe 2. g) inundacia 1. h) vacua 1. Betua 2.

1) *unde tradidit litteras, quod, si per infortunium frangeretur, iterum repararetur,* add. Chron. Tiel. Litterae datae a. 1304. 2) 14. *Kal. Maii Tyela muro cingitur a civibus propter incursionem comitis Gelrie.* Chron. Tiel. 3) Cf. Bekam a. 1304. 4) Bommel. 5) Hemert. 6) *in die beate Agnetis* add. Chron. Tiel. 7) *in crastino annunciationis beate Marie* ib. 8) *quarto Idus Marcii* add. Chron. Tiel. Sed diploma d. 19. Martii datum est, Böhmer, Reg. Lud. Nr. 1977. 9) Cf. Bekam. 10) *Tyel Drompt et Wadenoy ex parte* Chr. Tiel.

Anno 1344. Reynaldus primus dux Gelrie obiit. Hic fundavit monasterium Carthusiense in Monichusen prope Arnheim ob salutem anime sue et ob intollerabilem stragem, quam conmisit in Leodiensibus et Frisonibus, prout dicitur, et filius eius Reynaldus suscepit ducatum.

Anno 1345. obsessa est civitas Traiectensis a comite Hollandie Wilhelmo, et tandem facta pace, cum valida expedicione perrexit ad orientalem Frisiam, in vigilia Cosme et Damiani[1] apud Stauriam a Frisonibus interfectus est. Beka. Sept. 27.
Quapropter eodem anno cappella in Tsgrevenzande fundata est a Iohanne de Brabancia, uxore Wilhelmi comitis predicti, ob remedium anime eius.

NOTAE BRONIENSES.

Chartularium Broniense, 'Liber sancti Petri in Bronio scriptus a domno Nicolao de Laine, qui postea abbas fuit 29. huius coenobii et obiit anno 1447', nunc in archivo Namucensi asservatum, fol. 8. has breves continet notitias, quas descripsit V. Cl. Arndt. Eas vix coaevas putarim. *G. W.*

Anno Domini 1102. obiit Albertus comes Namucensis. Secundo anno ecclesia sancti Albani Namucensis construitur.

Anno Domini 1120. ordo Premonstratensis inchoat. Secundo anno in conversione sancti Pauli fratres venerunt Floreffie.

Anno Domini 1131. sanctus Gerardus ex uberrimis[a] virtutibus elevatus feretro ab Allexandro episcopo et in presentia Godefridi comitis Namucensis et plurium nobilium.

Anno Domini 1154. ecclesia sancti Foillani Fossensis dedicatur. Comes Namucensis Henricus cartas et privilegia, sacramentum[2] et possessiones[b] ville monasterii Broniensis cum appendiciis suis in presencia Henrici episcopi Leodiensis et multorum aliorum roboravit et approbavit[3].

Anno Domini 1175. obiit vir nobilis Manasses de Lingez, qui sanctam crucem ab Anthiochia civitate ad has partes attulit et Broniensi ecclesie se daturum promisit. Post suam mortem renuit dare filius suus Herbrandus et in 40 dies post mortem patris obiit. Eodem anno dilata fuit sancta crux . . .[c] in Bronium per Henricum fratrem suum cum multis miraculis et prodigiis.

a) uberimis *c.* b) posessiones *c.* c) ph *add. c.*

1) 6. *Kal. Octobr.* Beka, quod eandem diem significat. 2) i. e. reliquias; v. Ducange VI, p. 15. 3) Charta impressa est ap. Galliot, Hist. de Namur V, p. 333; v. Wauters, Table II, p. 377.

NOTAE S. AMATI DUACENSES.

In codice ***Cheltenhamensi*** *Nr.* 16895, *membr. s. XII inc., primis foliis s. XIII. additis notae illatae erant de dedicatione ecclesiae et singulorum altarium, de rebus quas possedit pretiosis*[1] *aliaeque ad historiam vicinarum regionum spectantes. Quarum fragmenta tantum servata sunt, compluribus foliis* (1—8. 10. 12. 13. 15) *evulsis. Quae in domo magnifica Thirlestane a b. m. Thoma Phillipps bibliothecae ditissimae comparata praesens, quantum scriptura aliquotiens evanida permisit, exscripsi et ad ordinem chronologicum digesta hoc loco Supplementis praecedentium voluminum inserenda duxi.*

G. W.

fol. 11. . . . . mis circulus in modum corone a clericis et laicis visus, super tractantes sancti sui ossa in aere apparuit; qui, usque dum sancte reliquie locarentur in feretro, a circumstantium oculis non evanuit. Ibi presentes interfuerunt Gossvinus abbas Aquicinti[2], abbas de Casa Dei cum innumera multitudine clericorum et laicorum.

Postmodum cum hec ecclesia maior et pulchrior construeretur, maius altare fractum fuit et alibi collocatum; unde contigit, ut in loco, in quo corpus beati confessoris Amati prius honorifice servabatur, fossa patens, que tantis reliquiis minime congruebat, remaneret, ministros altaris inpediens et chorum enormiter dehonestans. Consequenter idem sanctum corpus propter utilitatem et honorem ecclesie ab illo loco translatum est et in emi-
1206. nentiori et pulchriori loco cum quanta veneratione decuit collocatum. Anno Domini 1206, triduo primum devote ieiunato, et discaltiatis pedibus celebrata prius triduana processione, cum feretro sancti Mauronti et aliis feretris et reliquiis aliis cum universo clero totius ville Radulfus Attrebatensis, Gerardus Cathalanensis et Gossvinus Tornacensis episcopi gloriosum corpus beati Amati a scrinio plumbeo, in quo pridem a sancto Gerardo Cameracensi episcopo conditum fuerat, de pulpito extra villam versus Attrebatum facto, propter innumeram multitudinem populi, que nec intra ecclesiam nec etiam intra atrium capi poterat, circumstanti populo evidenter ostenderunt, et postea idem corpus involutum panno serico
*fol. 11'. in alio scrinio plumbeo et magno desuper mausoleo marmoreo in loco eminentiori, *retento exterius capite, presentibus multorum sanctorum corporibus et reliquiis et multis viris religiosis, levaverunt, reponentes interius plumbeum sigillum predicti Iohannis et aliud osseum sancti Gerardi Cameracensis episcoporum cum vetusta lamina plumbea inscripta, qualiter a secundo Gerardo Cameracensi episcopo idem corpus fuerat transpositum. Addentes etiam inter tecmen et fundum scrinii plumbei novam laminam plumbeam; in qua scriptum est: 'Iohannes Cameracensis episcopus iam antiquitus hoc sancti Amati corpus in scrinio ornato argento cum sigillo suo deposuit, sed revoluto multorum annorum spacio, ab illo scrinio in quodam plumbeo et marmoreo secundus Gerardus Cameracensis episcopus opera et diligentia Walteri castellani idem corpus cum sigillo predicti Iohannis et suo

1) Fragmentum quod fol. 9. exstat hoc est: *crucifixus. Sex parve cruces deargentate et parate ad pendendum. Et alia parva crux duplex. Septem magna filacteria, cuprina et cornuta, duo minima. Cornu cupro paratum. Pixis cuprina. Brachium sancti Stephani. Subtulare sancti Amati. Crux triphoria*[a] *de argento, in qua est digitus sancti Damiani. [Vas*[b] *cristallinum cum cooperctorio argenteo bene parato, in quo sanctuarium factum margar.]. Octo casule festive. Et septem alie. Undecim cape cum aurifrizio. Et novem alie. Octo dalmatice. Et octo tunice subdiaconorum. Et octo puerorum. Duo pallia. Triginta sex panni serici. Vexilla sex. Una culcitra. Unum tapetum. Viginti septem albe benedicte. Triginta tres amicti. Undecim albe puerorum. Viginti mappe de altari benedicte. Sex panni linei operati. Due cortine magne integre. Alie due brosdate. Alie due de choro, quarum una est operata. Velum chori operatum. Due cortine ad crucifixum. Una retro altare pro fidelibus. Una non integra. Una ad capellam sancte Marie. Duo tapeta de choro.* 2) Sedit a. 1131—1166.

a) troph. *corr.* triph. *c.* b) *in marg. post add. c.*

iterum reposuit 14. Kal. Novembris, 6 feria, anno ab incarnatione Domini 1078, tempore 1206. septimi Gregorii pape, Philippi Francorum regis, Manasse Remorum archiepiscopi, Roberti Flandr. comitis et Remari prepositi. Radulfus vero Attrebatensis episcopus idem corpus posuit in hoc loco, presentibus Gerardo Cathalanensi et Gossvino Tornacensi episcopis anno gratie 1206, 14. Kal. Novembris, tempore Innocentii pape, Philippi Francorum regis, Baldevini Constantinopolitani imperatoris Flandrie et Hanonie comitis, sede Remensi vacante, presentibus sanctorum corporibus, sancte Rictrudis, sancte Eusebie de Marcenis et sancti Vulganii confessoris de Lens, et multis aliorum sanctorum reliquiis, tempore Godefridi prepositi'. Exterius vero in illo scrineo plumbeo inscriptum [a] . . . .

. . . .

Herlebekensis. Ecclesia de Sognies. Ecclesia de Marcenis. Ecclesia Aquicinti. Ecclesia f. 14. de Sancto Amando. Ecclesia de Cysong. Ecclesia Sancti Martini de Tornacho. Ecclesia de Hening. Et Gerardus prepositus de Duaco. Ecclesie autem seculares que habuerunt de reliquiis sancti Amati firmiter promiserunt, quod de festo ipsius annuatim facerent novem lectiones, monachi vero duodecim.

Anno gratie 1206, 14. Kal. Novembris, feria 6, scilicet in translatione sancti Amati, consecratum est altare versus septemtrionem intra ecclesiam beati Amati a domino Radulfo Attrebatensi episcopo in honore beate virginis Marie; in quo continetur de ligno Domini, de sancto Iacobo, fratre Domini, et de pertica qua percussus fuit, de virginibus Colonie, de subtulari sancti Amati et de multis aliis reliquiis, quorum nomina inventa fuerunt deleta pre nimia vetustate.

Anno gratie millesimo 1208, Nonas Aprilis in optimo vase argenteo et deaurato, in- f. 14' choato a Mathilde regina, uxore quondam illustris Philippi Flandrie et Viromandie comitis, et ab aliorum multorum donis perfecto, recondita sunt hec in nocte pasche coram omni Apr. 5. populo intra ecclesiam beati Amati. Caput gloriosi confessoris et Senonensis episcopi Amati. Et multa menbrorum ipsius fracmenta. Et de vestimentis quibus involutum fuit corpus ipsius. Item de lapide super quem Ihesus Christus positus fuit quando natus fuit de virgine. De pannis quibus involutus fuit Dominus. De canabulis Domini. De lapide super quem Dominus ieiunavit. De linteo quo precinctus fuit in cena. De columpna ad quam ligatus fuit. De lapide super quem fluxit sanguis eius. De ligno Domini. De spongia qua potatus fuit in cruce. De sepulchro Domini. De peplo et veste beate Marie virginis. De ossibus sancte Iohannis baptiste. De sancto Paulo apostolo. De carne apostolorum Philippi et Iacobi. Item de osse sancti Philippi. De sancto Iacobo, fratre Domini. De sancto Matheo apostolo. De innocentibus[b]. De sancto Stephano prothomartire. De sancto Laurentio. Et de panno intincto sanguine ipsius. De sancto Vincentio. Dens sancti Syxti. De sancto Leodegario. De sancto Dyonisio. De sanctis Fusciano, Victorico et Gentiano. De sanctis Marcellino et Petro. De sancto Panchratio. De sancto Sebastiano. De sancto Georgio. De sancto Panthale . . . .[c]

. . . .

De[d] sancto Bartholomeo apostolo. De brachio sancti Blasii martiris. De brachio sancti Gregorii f 16. pape.. De sancto Stephano papa et martire. De sancto Iohanne Chrisostomo. De sancto Cosma. De sancto Damiano. De sancto Clemente. De sancto Panthaleone. De tribus discipulis Domini martiribus Focas et Oranios . . . . . .[e] De sancta Anastasia virgine. De oleo sancte Katerine. Unam costam de innocentibus. De sancto Symeone. Summa viginti.

Anno[f] Domini 1214, 14. Kal. Novembris dedicatum est altare retro maius altare a Oct. 19. domino Radulpho Attrebatensi episcopo in honore sanctissimi confessoris Amati episcopi et sancti Mauronti confessoris et levite. In quo continentur de sanctis apostolis Bartholomeo et Iuda. Item de sancto Amato; de sancto Honorato episcopo[g]; de sancto Killiano; de sancto Brandano. De sancta Brigida; de pannis quibus involutum fuit corpus Domini in presepio[h]; de sancto Maculpho; de sancto Egidio abbate; de sancto Clemente papa et mart.

Anno[i] gratie 1220, 5. Kal. Aprilis, in vigilia sollempnis pasche, tempore domni Honorii Mart. 28. pape, Willelmi Remorum archiepiscopi, Radulfi Attrebatensis episcopi, regnante rege Philippo, Fernando comite Flandrensi, reposite sunt hee reliquie in novo feretro a Roberto tunc preposito et capellano beati Amati, presentibus multis clericis et laicis. De vestimentis beate Marie virginis et de sepulchro eiusdem. De pannis infantie Domini. De mensa cene. De cifo Domini. De sepulcro Domini. De lapide quem Dominus tenuit. *De arbore quam Dominus plantavit. *f. 16'. De sancto Andrea. De discipulis Domini. De brachio sancti Iacobi apostoli. De sancto Bartholomeo apostolo. De sancto Philippo apostolo. De pulvere beati Iohannis baptiste[k]. De innocentibus. De sancto

a) *duo folia* (12. 13) *desunt.* b) innnoc. *c.* c) *unum deest folium.* d) *haec alia manu fol.* 16. *scripta sunt.* e) *vacat c.* f) *alia manu eodem fol.* 16. g) *post add. c.* h) *in loco raso c.* i) *alia manu eodem fol.* 16. *et* 16'. k) bat. *corr.* bapt. *c.*

Stephano papa et martire. De sancto Blasyo. De sancto Sebastiano. De sancto Adriano. De sancto Dyonisio. De sanctis Marcellino et Petro. De sancto Pantaleone. De sancto Christoforo. De sancto Hermete. De sancto Pancratio. De sancto Clemente. De sancto Achassio. De sanctis Fusciano, Victorico et Gentiano. De panno intincto sanguine sancti Laurentii. De societate sancti Gereonis et sancti Victoris et sancti Cassii, sociorum beati Mauricii. De sancto Romano. De ossibus sancti Marcellini. De sancto Georgio. De sanctis Cosma et Damiano. De sancto Syxto. De sancto Focha. De sanctis Nemesio et Simphorosa, matre eius. De sancto Aromyos. De sancto Aquindimos. De oleo sancti Demetrii. De sancto Amato episcopo Senonense. De sancto Bonefacio. De sancto Martino. De sancto Medardo. De sancto Audomaro. De sancto Iohanne Crisostomo. De sancto Bertino. De sancto Remigio. De sancto Quilliano. De vestibus sanctorum Martini et Vedasti. Item de sancto Vedasto. De sancto Gregorio. De sancto Ioseph ab Arimathia. De sancto Brandano. De sancto Symeone. De sanctis Vedasto et Benedicto. De sepulcro sancti Lazari. De oleo sancti Nicholai. De sancta Margareta. De sancta Cecilia. De sancta Agatha. De sancta Anastasya. De sancta Nathalia. De sancta Aldegonde. De sancta Potentiana. De virginibus Colonie. De liquore et oleo sancte Katerine. De velo sancte Radegondis regine. Item de multis reliquiis sanctorum inventis cum corpore beati Amati, quorum nomina deleta fuerunt pre nimia vetustate. Item de pulvere et vestimentis beati Amati et cista in qua posita fuerunt ossa ipsius aliquantulum pre nimia vetustate putrida.

fol. 9. Hac[a] die combusti fuerunt apud Duacum decem heretici extra portam Oliveti in via leprosorum, que via iter dirigit apud Lambres, presentibus ven. Dei gratia archiepiscopo Remensi, Assone episcopo Attrebatensi, Godefrido episcopo Cameracensi, Waltero episcopo Tornacensi et fratre Roberto ordinis fratrum Predicatorum, tunc temporis habente potestatem a domino papa capiendi hereticos de consensu episcoporum predictorum, et presente Iohanna cometissa Flandrie ac Hanonie, ab incarnatione Domini 1235, secundo die mensis Martii, que dies fuit dominica die[1].

fol. 14. Sept. 23. Anno[b] gratie 1279, nono Kal. Octobris, videlicet sabbato post festum beati Mathei euangeliste, consecratum est maius altare ecclesie sancti Amati a venerabili patre domino Henrico Morinensi episcopo, in honore sancte Dei genitricis Marie et beati Amati episcopi et confessoris et omnium sanctorum. In quo posite sunt reliquie, videlicet de peplo beate virginis Marie, de ossibus sancti Amati; in quo die dictus episcopus in dicta ecclesia sacros ordines celebravit.

fol. 9'. Febr. 2. Anno[c] gratie 1280, in die epiphanie Domini, hora magne misse, incepta sequentia que sic incipit: *Epiphaniam,* pervento ad versum illum qui sic incipit: *Balaam de quo vaticinans,* dictus versus, quasi unus chorus contra alium litigaret, per totam diem usque in noctis crepusculum fuit decantatus, quolibet choro ipsum alternatim iterante, nec aliquid aliud ipso die ab hora predicta cantatum fuit in ecclesia sancti Amati nisi versus predictus, nisi voce submissa, quia sacerdos voce submissa dixit residuum misse et postea abiit et dimisit eos canentes.

Mart. 28. Anno[d] gratie 1282, in vigilia pasche in ecclesia sancti Amati reverendus pater dominus P.[2] Remensis archiepiscopus sacros ordines celebravit.

fol. 9. Anno[e] gratie 1290, mense Septembri, orta seditione inter nobilem virum Iohannem comitem Haynonie et communitatem ville Valencenensis, Valencenenses turrim arduam edificaverunt iuxta castrum comitis existens Velencenis ad protegendum se, si opus esset; et durante dissentione per tres fere ebdomadas, cum etiam eodem tempore illustris rex Francorum Philippus exercitus suos mitteret contra dictum comitem occasione terre Ostrevan, populus Ostrevanensium multum timuit. Monachi autem ecclesie Aquicinctensis tabulam suam pulcherrimam ex argento et auro mire fabricatam cum innumeris reliquiis, feretris et textibus librorum ad ecclesiam sancti Amati attulerunt et ea ibidem custodienda deposuerunt. Placatis autem Dei nutu seditionibus antedictis, monachi predicti ad dictam ecclesiam sancti Amati predictam accesserunt, et thesaurum suum ibi depositum, de quo superius dictum est, gaudentes ad suum monasterium retulerunt anno et mense predictis 4. Kal. Octobris. Sept. 28.

a) *haec f. 9. scripta sunt.* b) *haec f. 14 in spatio vacuo relicto.* c) *f. 9.' vacuum relictum haec et sequentia recepit.* d) *alia manu.* e) *alia manu.*

1) Anno 1235. dies 4. Martii fuit dominica. 2) Petrus.

Anno 1355, quinto die mensis Martii crevit maxima persecutio pro gabella a Iohanne fol. 9'. rege Francorum tunc regnante partibus istis imposita [contra] Attrebatenses, quia a communi populo Attrebatensi Willelmus dictus Liborgues (?) tunc maximus [burgensis?] eiusdem civitatis cum suis complicibus interfectus fuit. Et eodem anno . . . . de Harcourt (?)[1] ab eodem rege cum quibusdam aliis cum prodictionis morte fuit condempnatus. [Sequenti?] anno 1356, tempore pascali dominus Arnulphus Dodecem, tunc marescallus regni [Francie?], venit Attrebatum et ex malefactoribus predictis, scilicet Couvellart (?) et eius complicibus, ... sententiam capitalem.

. . . .

In[a] qua patria[2] multa opprobria et iniurias sibi factas antedictas humiliter passus fuit. fol. 11. Et nullam fidem in rege Anglico quicquid iussisset non inveniebat. Sed . . . . regnum Francie fraudulenter decipiebat. In tempore quo hec predicta facta fuerunt regem Nava- 1356. rensem[3] predictus rex Francie in prisione apud Alocus (?) Gallic . . . .[4] upalli (?) . . . . prope Duacum detinebat. Sed accidit, quod quadam nocte obscurissima ventosa et pluviosa dominus Iohannes miles dominus de Pikegin cum suis complicibus predictum regem de Navare liberavit et per totum regnum Frantie[b] et Parisius pacifice perduxit et conduxit. Et 1357. tota civitas [Parisiensis?] maiorem honorem huic regi Navarensi quam proprio filio regis[5], tunc duci Normannie, portabat.

Qui[c] rex predictus quam pluribus militibus et burgensibus caputia propter federa fol. 11'. contra regem Francie habenda presentavit ac dedit. Et multa castra inter hec facta mu- 1358. nita cepit. Hec rustici et villici Belvacensis patrie et Viromand. percipientes, ceperunt illa castra destruere. Hic dux ignorans, qua de causa hec villici faciebant, quasi insipiens cum multis armaturis ferreis et predonibus totam terram Belvacensem et Viromandensem et rusticos devastavit et in predam tota terra predictorum bonorum hominum cum derisione (?) sui coadiutores et complices . . . . [proba]verunt. Et tunc quidam prepositus mercatorum Parisiens.[6] in coronam Francie . . . . . cum suis complicibus a duce Normannorum sententia capitali condemnatus.

a) *f. 11 in marg. inf. Initium quod procul dubio f. 10. scriptum erat deest.* b) *superscr.* c) *f. 11' in marg. inf.*

1) *comes de Haricuria.* Cont. Guill. de Nang. ed. Géraud II, p. 230. 2) In Anglia rex Franciae Iohannes captus. 3) Karolum. 4) *in castro Gaillardi.* Cont. Guill. de Nang. p. 231. 5) Karolo. 6) Stephanus Marcelli.

NOTAE STABULENSES.

Ex codice Musei Britannici Nr. 24145, *membr. s. XII, olim Stabulensi, qui Sigeberti chronicon cum continuatione Anselmi continet, b. m. G. H. Pertz has descripsit notas, diversis manibus locis vacuis illatas*[1]. — *Annales Stabulenses antiquiores, quos edidit liber baro de Reiffenberg*[2], *ad saec. XI. pertinentes, alii nostrae collectionis volumini inseremus.* *G. W.*

Anno[a] Domini 1232, nono Kalend. August. egressus est ignis de quadam domo ville Stabulensis, et combussit in eadem villa centum et 56 domos.

Anno vero 1246, pridie Kal. August. irruit ictus fulminis super eandem domum, de qua predictus ignis exivit, et eam incendit, non tamen ex toto combussit; sed uxor viri domus in ostio ipsius domus cum filio suo sedens, ictu fulminis perterrita, mortua corruit, nulla ferens signa lesionis, filio tamen et patre, qui intra domum operabatur, manentibus illesis.

Mart. 26. Anno[b] Domini 1239, in vigilia pasche, que celebrata fuit 7. Kal. Aprilis, Treveri ad Sanctum Mathiam domnus Iacobus Metensis episcopus promotus fuit in sacerdotem a domino Rogero Tullensi episcopo, et cum eo alii 65.

Iun. 25. Anno[c] Domini 1253, in crastino beati Iohannis baptiste frater Hugo cardinalis et apostolice sedis legatus Stabulaus honorifice suscipitur; sequenti die, assumptis secum quibusdam de dominis nostris, versus Prumiam proficiscitur.

—

Nota[d], quod teste Iohanne de Garlandia in libro suo qui dicitur de misteriis ecclesie Alexander de Ales obiit anno 1246, quoniam idem Iohannes de Garlandia interfuit exequiis eiusdem Alexandri. Et ex isto clare patet, Alexandrum nostrum de Ales seniorem Hugone cardinali, qui, ut in isto eodem latere patet, fuit in Prumia anno 1253.

a) *fol. 74'.* b) *fol. 78.* c) *fol. 78'. alia manu.* d) *alia manu.*

1) Fol. 78'. praeterea haec leguntur: *Isti sunt servientes claustri* 32. *Circa pistrinam id est pisto* 5, *molendinarius* 1, *circa celerarium* 5, *et scutellarius* 1, *refectionarius* 1, *circa coquinam* 6, *ad portam* 3, *ad calefactoriam* 1, *infirmarius* 1, *lavathores vel barbitonsores* 4, *pellifices* 2, *sutores* 2. 2) Monuments de Namur VII, p. 195.

Cod. Düsseldorf. Annalium Aquensium.

marinorum cum exercitu uenit
in Winidoniam.
dcccviii Beatus Karolus imperator
misit filium suum contra Godefridum
qui reuersus est in terram suam.
B dcccviiii Beatus karolus imperator placitum habuit in Saxonia in Fereda ubi
et Winidis regem dedit nomine Slamarum et Pippinus filius eius rex longobardorum obiit.
dcccx
dcccxi Karolus rex beati Karoli imperatoris filius defunctus est.
dcccxiii. Domnum ludewicum uiuente patre coronam simul et imperium suscepit Aquis in palacio xiiii kl. decembris.
B dcccxiiii. Obiit beatus Karolus imperator Aquis in palacio v kl. februarii die sabbato hora tercia.
dcccxv
dcccxvi

dcccxxvi
dcccxxvii
dcccxxviii
B dcccxxviiii
dcccxxx
dcccxxxi
dcccxxxii
B dcccxxxiii
dcccxxxiiii
dcccxxxv
dcccxxxvi
B dcccxxxvii
dcccxxxviii
dcccxxxviiii
dcccxl
B dcccxli Obiit piissimus ludewicus imperator xii kl. Julii
dcccxlii Bellum fontanense fuit inter lotharium imperatorem et ludwicum et karolum fratres x kl. iulii die sabbati

Cod. Wirceburg. Annalium Halesbrunnensium.

Anno domini m lxxxviii incepit ordo templariorum. Qui postmodum fuerunt destructi anno domini m ccc x.
Anno domini m c xx Incepit ordo Premonstratensium.
Anno m c xl incepit ordo Johannitarum.
Anno domini m c xc Incepit ordo Theutunicorum beate marie.
Anno domini m c xcviii Incepit ordo Trinitatis.

fungens in alemania cum predicaret et miraculis claret. Ab eodem rege leuatus inter brachia portatur ne a populo opprimatur.
Anno domini m c xxvi ordo cisterciensium Ebrach fundatur.
Anno domini m c xxxii monasterium Halsprunn fundatur.
Anno domini m c lvi ducatus Bohemie mutatur in regnum.
Anno domini m c lvi marchionatus Austrie mutatur in ducatum.

Cod. Bernensis Chronicae Mettensis.

Pape	Imperium romanorum (b)	Imperium constantinopolitanum (a)	Regnum francorum	
		Decimo anno imperii ot-		
		tonis fredericus in im-		Fristorph castrum
		peratorem a romanis e-		a ciuibus metensibus
		lectus et a papa cum hono-		capitur et funditus
		re susceptus et ab eo	Ipso anno ad captiuitatem	obruitur
	Fredericus dux a comite	missus in alemaniam	ducis et episcopi metensis bar-	Philippus rex
	barri capitur	contra ottonem uictoriam	rum castrum de turri strate	alemannie a co-
Albertus uirdunensis	Philippus alemannie a	habuit	et castrum prenium fideles ab	mite palatino
episcopus interficitur.	comite palatino de		ipso obruitur.	de Witelspar

Mon. Germ. SS. XXIV. Tab. I.


ANNALES AQUENSES.

Ut annales Aquenses maximam partem iam supra (XVI, p. 684 *sqq.) editos hoc loco repetamus, eo adducti sumus, quod codex, quem deperditum Pertz lugebat, nunc e tenebris emersit, eoque duce illos primum integros et genuinos exhibere licet.*

Asservatur in archivo regio D ü s s e l d o r f e n s i *A.* 224. *signatus, ante aliquot annos a V. Cl. Harless archivi praefecto emtus, qui in Annalibus nostris (N. Archiv) accuratius de ipso aget, iam vero eo huc transmisso uti humanissime nobis concessit. Olim 'sacristiae ecclesiae b. M(ariae) V. Aquensis'; membranaceus in fol. s. XII ex. vel XIII in., scriptura grandi et perlucida, cuius specimen addidimus, exaratus, foliis constat* 109, *quorum* 1—16. *annales continent, f.* 17. *tabulam genealogicam stirpis Pippini*[1].

Annales ad a. usque 1192. *una manu exarati sunt, a.* 1191 *med.* — 1196. *altera sed coaeva mox additi. Neque quidquam deesse videtur. Ipsos in usum ecclesiae Aquensis scriptos esse, primo patet adspectu. Nam quae ad sanctos Aquis cultos et ad Karolum Magnum, ecclesiae fundatorem, spectant rubro charactere sunt expressa; et eae praesertim res selectae quae Aquis gestae sunt, regum coronationes ibi factae et alia eiusmodi. A Christo nato incipiens auctor seriem imperatorum Romanorum praemittit, postea ad res Francicas transit, ita ut Annales quos dicimus S. Amandi presso pede —`c.* 809. *sequatur, codice usus nonnullis locis uberiori quam exemplar editum*[2]. *Saeculo IX. et X. paucas tantum, sed satis accuratas praebet notitias, in Lotharingia procul dubio scriptas. Saepe vero tam hic quam postea anni sunt turbati. Idem saeculo XI. factum est, cuius anni plurimi vacui relicti. Saeculo XII. nonnulla iisdem fere verbis in Annalibus Rodensibus legi, iam Pertz monuit, ex communi, ni fallor, fonte hausta. Alia vero ad Chronicam regiam Coloniensem tam prope accedunt, ut hanc exscriptam esse persuasum habeam. Quod tamen non ultra a.* 1165. *factum est. Usque ad a.* 1169. *vero Annales Aquenses descripsit et cum Erfurtensibus coniunxit qui Ekkehardo Uraugiensi continuationem addidit, in codice Zellensi (iam Dresdensi) servatam*[3]. *Quare hoc fere tempore annales nostros conditos fuisse, Pertz recte statuisse videtur. Cui sententiae etiam hoc suffragari videtur, quod sub a.* 1174. *anni ab initio mundi* 6400 *computantur et a.* 1167. 1171. 1172. *res Aquenses et in vicinia gestae enarrantur. Qui continuationem adiecit breviter*[4] *quae vulgo tradebantur*[5] *litte-*

1) Quam hic exhibere iuvat:
Sub Lothario, Dagoberto, Sigeberto regibus rexit regnum maior domus et gloriosus princeps Pippinus.



f. 20. martyrio Bedae 5. Kal. Febr. rec. manu additum est:
In sero terre motus factus est hic Aquis; f. 29'. 3. Idus Iuli, manu s. XIII: *Heinrici imperatoris*, et post: *IX lectiones.* 2) Ideo non minutis, sed mediis litteris haec exprimenda duxi. 3) SS. VI, p. 15; XVI, p. 15. 4) Fortasse quae ad a. 1164. pertinent ad a. 1184. retulit. 5) 1187: *Nunciata est captivitas;* 1190: *Nunciata est mors.*

ris mandavit. Haec aliunde descripta esse, calami errores non pauci probant[1]. *Annis denique* 1191—1196. *praesertim res ab Heinrico VI. in Italia gestae accuratius exponuntur, nonnulla vero cum Chronico Urspergensi ita conveniunt, ut de communi fonte cogitare posses. Disparis igitur sunt auctoritatis quae hic in usum ecclesiae Aquensis compilata vides. Auctor Heinrici IV. partes fovet (a.* 1080. 1105)[2], *sed de Gregorio VII. papa prorsus tacet, neque schisma Friderici I. tempore in ecclesia ortum verbo tangit; bis vero (a.* 1122. 1177) *concordiam regni et sacerdotii memorat.*

Apographum a M. S. P. Ernst, presbytero Afdensi, inde ab a. 1000. *factum ediderunt Quix, 'Beiträge zur Geschichte der Stadt Aachen' II, p.* 173 *sqq.*; *Cod. dipl. Aquensis p.* 69; *et Lavalleye in Ernstii libro, 'Histoire de Limbourg' VI, p.* 47 *sqq; quos secuti sunt Böhmer, Fontes III, p.* 391 *sqq., Pertz, l. l., qui ope continuatoris Ekkehardiani nonnulla menda sustulit, neque tamen ubique genuinam lectionem restituere potuit*[3]. *G. W.*

Anno ab inicio mundi usque ad incarnationem Domini 5226.

1. Christus[a] natus est anno 42. Octoviani.
12. Christus in templo audit doctores et interrogat.
15. Obiit Octovianus; succedit Tyberius.
30. Christo baptizato, doctrina eius incipit et mirabilia.
33. Passus est Dominus.
38. Defuncto Tyberio, imperavit Gaius.
41. Petrus Romam venit.
42. Descendente Gaio, regnavit Claudius.
53. Paulus Romam venit.
56. Mortuo Claudio, succedit Nero imperator.
66. Petrus et Paulus passi sunt.
70. Obiit Nero; succedit Vespasianus.
78. Vespasiano succedit Tytus.
81. Tyto succedit Domicianus.
97. Mortuo Domiciano, Nerva succedit.
98. Obiit Nerva; succedit Traianus.
117. Traiano succedit Adrianus.
138. Adriano succedit Antoninus Pius.
161. Antonino succedit item Antoninus.
180. Mortuo Antonino, regnavit Commodus.
192. Commodo succedit Elivius[b].
195. Mortuo Elivio[b], succedit Severus.
212. Severo succedit Antoninus Caracalla.
218. Mortuo Antonino, regnavit Macrinus.
220. Defuncto Macrino, succedit Aurelius.
224. Aurelio succedit Alexander.
227. Origenes viget.
237. Alexandro succedit Maximinus.
240. Defuncto Maximino, succedit Gordianus.
246. Gordiano succedit Philippus.
253. Defuncto Philippo, imperavit Decius. Obiit Origines[4].
255. Descendente Decio, imperavit Valerianus.
270. Obiit Valerianus; succedit Claudius.
272. Claudio succedit Aurelius.
278. Descendente Aurelio, succedit Probus.
283. Probo succedit Carus.
285. Defuncto Caro, succedit Diocletianus.
305. Diocletiano succedit Constantinus.
336. Constantino[c] succedit Constantius.
360. Constantio succedit Iulianus apostata.
361. Passus est beatus martyr Leopardus.
362. Post Iulianum imperavit Iovianus.
363. Ioviano succedit Valentinianus.
374. Post Valentinianum regnavit Valens.
378. Valenti succedit Theodosius.
395. Theodosio succedit Archadius.
401. Hoc tempore obiit beatus Martinus.
408. Archadio succedit Honorius.
423. Post Honorium regnavit Theodosius.
449. Theodosio[d] succedit Marcianus.
455. Defuncto Marciano, imperavit Leo.
472. Descendente Leone, succedit item Leo.
473. Obiit Leo; succedit Zenone.
489. Obiit Zenon; succedit Anastasius.
516. Anastasio succedit Iustinus.
525. Iustino succedit Iustinianus.
564. Iustiniano succedit Iustinus.
577. Obiit Iustinus; succedit Tyberius.
581. Tyberio succedit Mauricius.
601. Mauricio succedit Focas.
609. Post Focam regnavit Eracleus.
634. Dagobertus regnat.
639. Eracleo succedit Constantinius.
640. Constantinio succedit Constantinus filius.
654. Beatus Cunibertus viget.
667. Constantino succedit Constantinus.
684. Constantino succedit Iustinianus.
688. Pippinus primus regnare cepit.

Ann. S. Am. 691. Bellum Pippino in Testritio fuit, ubi Francos superavit.

ib. 709. Pippinus perrexit in Suaviam contra Willarium.

ib. 710. Iterum Pippinus ivit contra Willarium.

ib. 711. Walericus duxit exercitum contra Willarium.

a) *quae litteris latius positis imprimi iussi, rubro scripta sunt.* b) *ita vel* Eluuus, Eluuo *c.* c) Constantin⁹ *c.* d) Thod. *c.*

1) Cf. a. 1180. 1184. 1185. 1189. 1190. 2) Cf. Pertz l. l. 3) Cf. a. 1106. 1114. 1184. 1185. Deest a. 1040. 4) Mortem Origenis neque Hieronymus neque Isidorus referunt, Beda sub Gallo et Volusiano ponit.

Ann. S. Am. 712. Anepus[1] episcopus duxit exercitum Francorum contra Willarium in Suavis.

ib. 715. Obiit Pippinus, et Saxones vastaverunt terram Hattoariorum.

716. Leo imperium suscepit. Karolus, filius Pippini, regnare cepit.

ib. 717. Bellum fuit inter Karolum et Ranfridum in Vinciaco mense Martio, med. quadragesime, die dominico.

ib. 718. Karolus primum in Saxonia ad Wisaram[2] fuit.

ib. 720. Karolus bellum habuit contra Saxones.

ib. 725. Karolus primum fuit in Bawaria.

726. Beda suum librum scripsit.

ib. 728. Iterum Karolus fuit in Bawaria.

ib. 730. Karolus perrexit ad Suavos contra Lantfredum.

ib. 731. Karolus fuit in Wasconia contra Eudonem.

ib. 732. Karolus bellum habuit contra Sarracenos.

ib. 734. Karolus cum exercitu fuit in Wasconia.

ib. 735. Karolus dimicavit contra filios Eudonis.

ib. 736. Karolus contra Sarracenos bellavit.

741. Leo imperator obiit, et Karolus dux Francorum.

742. Natus est beatus Karolus[3]. Constantinus regnare cepit, et Karolus duxit exercitum contra Hunaldum.

743. Karlomannus et Pippinus regnare ceperunt.

ib. 746. Karlomannus Romam perrexit, et monachus effectus est.

ib. 751. Pippinus in regem unctus est apud Suessiones.

ib. 753. Hildegarius occisus est in Saxonia.

ib. 754. Stephanus papa venit in Franciam.

ib. 755. Pippinus rex cum Francis in Italia perrexit et Langobardos superavit, et Karlomannus obiit.

ib. 757. Franci obsederunt Papiam.

ib. 758. Pippinus fuit in Saxonia.

ib. 760. Pippinus conflictum habuit contra Waifarium.

ib. 761. Pippinus rex fuit[a] in Wasconiam cum beato Karolo et Karlomanno[4], et Clarum montem cremavit.

ib. 762. Pippinus pergens in Wasc. cum beato Karolo et Karlomanno, superavit Wascones.

ib. 766. Pippinus in Wasconia fecit Argentum.

ib. 767. Iterum Pippinus bis fuit in Wasconia.

ib. 768. Pippinus rex obiit, et beatus Karolus et Karlomannus, filii eius, regnare ceperunt.

ib. 769. Beatus Karolus prima vice fuit in Wasconia ultra Garonnam.

ib. 771. Karlomannus obiit secundo Nonas Decembris.

772. Adrianus[5] pontificatum suscepit Kal. Februari.

ib. 773. Beatus Karolus rex bellum habuit contra Saxones in Heresburg.

ib. 774. Beatus Karolus rex bellum habuit contra Langobardos.

ib. 775. Iterum beatus Karolus fuit in Italia et captum Desiderium et uxorem eius et filiam eius duxit in Franciam.

776. Beatus Karolus in Saxonia bellavit et Sigburg cepit. Ann. S. Am.

777. Beatus Karolus Saxones superavit, qui dederunt ei obsides, quod fierent christiani. ib.

778. Beatus Karolus placitum habuit apud Potresburno. ib.

780. Beatus Karolus divisit regnum inter filios suos et profectus est Romam. ib.

781. Saxones rebellantes plurimos Francos interfecerunt, et beatus Karolus captos Saxones iussit decollari. ib.

782. Obiit Hildegardis regina, et Bertrada regina, mater beati Karoli, obiit. ib.

783[6]. Beatus Karolus acquisivit Saxoniam, et Widekinus convertitur. ib.

784. Beatus Karolus violavit Thuringios. ib.

785. Beatus Karolus perrexit Romam. ib.

786. Beatus Karolus, capto Dassilone, subiugavit Bawaros. ib.

787. Beatus Karolus bellavit contra Winidones, et Karolus, filius eius, accepit regnum ultra Segonam. ib.

790. Beatus Karolus primo fuit in Conia.

791. Saxones interfecerunt Francos super Alpiam fluvium. ib.

796. Obiit Adrianus papa.

798. Romani per invidiam dampnaverunt Leonem papam, qui venit in Franciam ad beatum Karolum, qui restituit eum in sedem. ib.

799. Beatus Karolus Romam perrexit et pacificavit Romanos et Leonem papam, et Leo benedixit eum in imperatorem. ib.

800. Beatus Karolus imperator rediens, Aquis ad palacium revertitur. ib.

801. Beatus Karolus imperator Aquis consilium habuit, et omnes ei generaliter fidelitatem fecerunt. ib.

803. Beatus Karolus imperator cum liberis suis et Francis in Saxoniam venit et aliquos occidit, aliquos per regnum suum dispergi fecit, et Leo papa iterum in Franciam venit. ib.

804. Beatus Karolus imperator misit filium Karolum cum exercitu in Winidoniam. ib.

805. Beatus Karolus divisit regnum inter filios suos. ib.

806. Beatus Karolus placitum habuit apud Costen cum Francis. ib.

807. Godefridus rex Nortmannorum cum exercitu venit in Winidoniam. ib.

808. Beatus Karolus imperator misit filium suum contra Godefridum, qui reversus est in terram suam. ib.

809. Beatus Karolus imperator placitum habuit in Saxonia in Fereda, ubi et Winidis regem dedit nomine Slamarum, et Pippinus, filius eius, rex Longobardorum obiit. ib.

a) *voc. erasum.*

1) Ita Ann. Tiliani; quod Pertz editoris errori tribuendum esse censuit. Nunc, etiam in Annalium S. Amandi codice ita scriptum fuisse, verisimile est. Sed, quis Anepus fuerit episcopus, dubium manet. 2) Cf. Ann. Petav. h. a. 3) Ita Ann. S. Amandi breves, SS. II, p. 184, alii; cf. Abel, Karl d. Gr. I, p. 9. 4) Ita Ann. Petav. 5) Ita Ann. Laubac. 6) A. 785. Ann. S. Amandi et Laubacenses; et ita usque ad a. 787. duobus, postea uno anno nostri ab illis differunt.

811. Karolus rex, beati Karoli imperatoris filius, defunctus est.

813. 812. Domnus Ludewicus vivente patre coronam simul et imperium suscepit Aquis in palatio 14. Kal. Decembris[1].

Ian. 28. 813. Obiit beatus Karolus imperator Aquis in palacio 5. Kal. Februarii, die sabbato, hora tercia[2].

840. Iun. 20. 841. Obiit piissimus Ludewicus imperator[a] 12. Kal. Iulii.

841. Iun. 23. 842. Bellum Fontanen fuit inter Lotharium imperatorem et Ludewicum et Karolum fratres 9. Kal. Iulii[3], die sabbati.

Sept. 29. 855. Obiit Lotharius tercio Kal. Decembris[4] sub monastico habitu.

867. Nov. 13. 868. Obiit Nicholaus papa Non.[5] Decembris.

870. Divisio regni.

876. Obiit Ludewicus senior, et bellum factum est iuxta Andrenaken inter Karolum patruum et Ludewicum nepotem.

Oct. 9. 877. Dominus Karolus obiit 7. Idus Oct.[6]; succedit filius eius Ludewicus, et regn. annum 1, menses 5, et succedit Ludewicus, filius eius.

882. 881. Defuncto Ludewico, succedit frater eius Karlomannus in regnum.

882. Ludewicus, nepos Karoli et caput Francie, [obiit[b]]; Aquis simulque Francia capta est a Danais.

885. Hugo, filius Lotharii regis, a Karolo imperatore[c] oculis privatus est.

888. Karolus imperator a regno eicitur eodemque anno obiit.

887. 889. Arnoldus fit rex in Bawaria.

894. Zvennebaldus, filius Arnoldi regis, rex Francorum[7] constituitur.

896 Arnoldus fit imperator.

899. 897. Obiit Arnoldus imperator.

900. Zvennebaldus rex occiditur.

923. Heinricus primus regnare cepit[8].

933. Ungarii venerunt in regnum Heinrici gloriosi regis et ab eo interfecti sunt.

936. 938[9]. Heinricus primus obiit, et filius eius Otto succedit.

954. 955. Ungari venerunt in pago Ripariensi[d].

955. Aug. 10. 956. Ungari interfecti sunt ab Ottone rege in die sancti Laurentii, feria 6.

962. 960. Otto rex Rome imperator efficitur, et filius eius Otto efficitur rex in Franciam.

967. 968. Otto minor fit imperator Rome.

973. 972. Otto imperator obiit; succedit Otto III[e, 10].

1001. Otto tercius in Paterna obiit.

Iun. 7. 1002. Heinricus II. ordinatur in regem 7. Idus Iunii.

1024. Heinricus imperator obiit. Cunradus successit.

1028. Apr. 14. 1029. Heinricus puer, filius Cunradi regis, in pascha unctus est in regem Aquisgrani.

1039. 1040. Obiit Cunradus imperator.

1046. Dec. 25. 1047. Heinricus III. fit imperator Rome in natale Domini.

Iul. 17. 1054. Heinricus puer, filius Heinrici imperatoris, unctus est Aquisgrani in regem in dedicatione ecclesie.

1056. 1057. Obiit Heinricus tercius imperator.

1066. 1065. Cometa visa est versus Angliam, quam postea vastavit Willelmus Bastart.

1080. Bellum Heinrici imperatoris contra Rodolfum perfidum; et victus cecidit Rodulfus.

1087. Cunradus, filius Heinrici imperatoris, Aquis unctus est in regem. Eodem anno obiit mater eius Berta imperatrix.

1093. Mortalitas magna facta est.

1096. Godefridus dux cum exercitu christiano Iherusalem proficiscitur.

a) *quaedam erasa.* b) *deest c.* c) impr *c.* d) pagori pariensi *c.* e) *ita c.*

1) 3. Id. Sept. (Sept. 11) tradunt Ann. Weissemb., SS. I, p. 111; Theganus c. 6, II, p. 591, diem indicat dominicam; quod diei 18. Novemb. a. 813. non convenit. 2) Ita Einhardi V. Karoli c. 31. 3) Rectius d. 25. Iuni (7. Kal. Iul.), quae dies fuit sabbati. Cf. Ann. Laubac., SS. I, p. 15, ubi eadem fere verba, sed 8. Kal. Iul. legitur. 4) Lege: *Octobris.* 5) Lege: *Idus.* 6) Rectius d. 6. Octob. (2. Nonas); v. Dümmler, Ostfr. Reich II, p. 55 n. 7) i. e. Lotharingorum. 8) sc. in Lotharingia. Ita etiam Ann. Colon. breves, SS. XVI, p. 730, computant; cf. Iahrb. Heinrich I, p. 69. 9) Ita etiam Ann. Lob. II, p. 210; S. Bonif. III, p. 118. 10) Nota manifestum scriptoris errorem.

1099. Heinricus, filius Heinrici quarti imperatoris, in epyphania Domini Aquis unctus est in regem, Conrado, fratre eius, deposito. Eodem anno Iherusalem capta est in divisione apostolorum. Ian. 6. Iul. 15.

1100. Godefridus dux Lotharingiorum et rex Iherosolimitanorum obiit; cui Baldewinus, frater eius, succedit.

1101. Lemborch obsessum est et captum ab imperatore Heinrico.

1102. Heinricus imperator ivit in Flandriam cum exercitu.

1103. Robertus comes Flandrie imperatori reconciliatur Legie, facta sibi fidelitate.

1105. feria 6. ante natale Domini Heinricus imperator traditur[a] a filio suo Confluentie. Dec. 22.

1106. Imperator manu sua misit[1] imperium Engelheim. Eodem anno visa est cometa. Bellum quoque factum est Vesati hinc ab Heinrico quinto rege, illinc a fidelibus patris sui. Post hec obsessa est Colonia ab ipso rege. Obiit piissimus Heinricus IV. imperator[b]; succedit filius eius Heinricus V.

1107. Godefridus dux Lovaniensis Aquis invasit et ducem Heinricum expulit.

1109. Sigefridus comes palatinus a rege capitur. cf. Ann. Rod.

1110. Heinricus rex Romam cum exercitu proficiscitur. cf. ib. 1111.

1111. Bellum factum est Rome, hinc a rege Heinrico, illinc a fidelibus Paschalis pape. Statim ab eodem papa in imperatorem consecratur. cf. ib.

1112. Terre motus factus est sabbato sancto, hora 6. Apr. 20.

1113. Sigefridus comes palatinus interficitur. cf. Ann. Rod.

1114. Fridericus Coloniensis archiepiscopus rebellat Heinrico imperatori. Bellum quoque factum est Andrenaken a fidelibus imperatoris et Friderici archiepiscopi. cf. ib.

1121. Terre motus factus est 4. Idus Decembris hora tercia sabbat. Dec. 10.

1122. In pentecosten habita est curia apud inferius Traiectum; ubi facta sedicione, multi capti sunt ab imperatore, pauci occisi. Ipso anno facta est reconciliatio regni et sacerdotii. Mai 14.

1125. Obiit Heinricus V; succedit Lotharius. Obiit Calixtus papa; succedit Honorius. Fames valida facta est.

1128. Godefridus dux Lovaniensis deponitur; cui Walerannus, decus terre, superponitur.

1129. Bellum factum est apud Sanctum Trudonem inter Alexandrum episcopum[2] et Godefridum Lovaniensem.

1131. Innocentius papa sinodum celebravit Leodii.

1132. Lotharius rex cum exercitu Romam proficiscitur.

1133. Obscuratus est sol 4. Nonas Augusti in meridie, et tenebre facte sunt; stelle quoque apparuerunt, et terra rore maduit. cf. Ann. Rod. Aug. 2.

1135. In concilio Leodiensi heretici deprehensi sunt, quorum unus vivus est conbustus. cf. ib.

1136. Lotharius imperator cum exercitu Italiam petiit.

1137. Lotharius imperator in expeditione et confinio Alpium obiit.

1138. Cunradus 4.[c] Idus Martii in media quadragesima unctus est in regem Aquisgrani. Colonienses repugnant Arnoldo archiepiscopo. Wallerannus dux obiit. Mart. 12 (13).

1139. Innocentius papa cum infinita multitudine episcoporum et abbatum Rome in quadragesima sinodum celebravit. Cunradus quoque rex cum exercitu Saxoniam adiit, sed pace composita rediit.

1141. Terre motus factus est 8. Kal. Maii. Albero quoque secundus Leodiensis episcopus Buillun[3] castellum, dolo multis annis ecclesie subreptum, meritis sancti Lamberti, non viribus, superavit et recepit. Apr. 24. cf. Ann. Rod.

1142. Saxones Conrado regi in Frankenvorth reconciliati sunt.* cf. ib.

1144. Heinesberch captum est et cumbustum. cf. An. Rod.[4]

1146. Fames maxima, et quod inauditum ante fuerat, modius Aquensis tritici venditur 25 solidis[5]. Aquis[d] inrecuperabiliter concrematum est.

1147. Heinricus puer 10 annorum, filius Conradi regis, in media quadragesima, scilicet 3. Kal. Aprilis, unctus est in regem Aquisgrani. Ipso anno idem Cunradus rex Mart. 30.

*) Godefridus dux Lovaniensis secundus obiit *add.* 2. *Et eadem fere in Ann. Rod. leguntur. Fortasse etiam quae illi de papis Innocentio, Celestino, Lucio tradunt ad Ann. Aquenses sunt referenda.*

a) *fortasse* vinculis *supplendum est.* b) 7. Idus Augusti Leodii *add. manus s.* XIV. c) 3. Idus *legendum est.* d) hic *inseruit apographum Ernstii; sed eiusmodi nihil c.*

1) i. e. dimisit. 2) Leodiensem. 3) Bouillon. 4) Ubi *Heinesberch* legendum est. 5) Cf. Ann. Rod. p. 719.

cf. Ann. Rod. Oct. 27 (26). Romanorum et Luthewicus lantgravius cum multitudine innumerabili profecti sunt Iherusalem. 6[1]. Kal. Novembris fuit eclypsis solis ab hora 3. usque ad 6.

Ann. Rod. 1148. Eugenius papa hyemavit Treveris et in media quadragesima synodum celebravit Remis.

Mart. ib. 1148. 1149. Cunradus rex rediit de peregrinatione.

1150. Sterilitas frumenti et vini, hiemps asperrima et longa. Obiit Heinricus rex puer 13 annorum.

1151. Fames prevalida.

Mart. 9. 1152. Obiit Cunradus rex; succedit Fridericus, filius fratris eius, unctus Aquis in media quadragesima, scilicet 7. Idus Martii.

1154. Fridericus rex profectus est Romam cum exercitu.

1155. Fridericus rex factus est imperator Rome; repatriavit

Ann. Col. max. 1156. Fridericus imperator duxit uxorem Beatricem de Burgundia.

1157. Fridericus Coloniensis[a] archiepiscopus Randenrode destruxit.

cf. ib. 1158. Fridericus imperator in manu validissima Italiam adiit, Mediolanenses sibi rebelles subiugavit.

ib. 1160. Archiepiscopus Moguntinus a civibus suis occisus est.

ib. 1162. Mediolanum captum est ab imperatore Friderico et destructum. Fames prevalida facta est eodem anno.

cf. ib. 1163. Excidium Moguntie factum est ab imperatore Friderico. Heretici cumbusti sunt Colonie; e quibus mulier una se dedit precipitem in ignem nullo cogente. Domus militum destructe sunt Aquis iussu imperatoris Friderici, quia leserant canonicos Sancte Marie Amelium et Lambertum Curcum[b].

cf. ib. 1164. Castrum reedificatum est in Rinekke. Cunradus comes palatinus minabatur Lotharingiis bellum et oppressionem[c]; quibus paratis ad resistendum sibi viriliter, idem velut angue viso cessavit. ib. Corpora trium magorum translata sunt Coloniam.

ib. 1165. Natus est puer Heinricus apud Numegen, filius imperatoris Friderici.

Dec. 29. 1166. Facta est translatio sanctissimi Karoli imperatoris 5. die post natale Domini. Eodem anno facta est expeditio super Romanos.

cf. Ann. Col. max. Mai 29. Iul. 31. Aug. 1. 1167. Occisi sunt Romanorum 10 milia 4. Kal. Iunii, et pridie Kal. Augusti domnus imperator Romam potestative ingressus, fecit Bizontinum electum[2] ordinari; et sequenti die facta est domna regina imperatrix. Eodem anno obiit Coloniensis archiepiscopus Reinoldus, et dominus Alexander Leodiensis episcopus, et Rodenburgensis dux bone indolis, et dominus Heinricus Lemburgensis sepultus est Rode. Et plures Aquensium in predicta expeditione mortui sunt.

Aug. 15. 1169. 18. Kal. Septembris unctus est filius Friderici imperatoris nomine Heinricus in regem Aquisgrani.

1171. A Lemborgensi domino Heinrico 2 latrones Wassenbergis cocti sunt aqua, et tercius igne assatus, et complices eorum perturbati cessaverunt.

1172. Aquenses ab imperatore commoniti iuraverunt, in 4 annis muro et menibus civitatem munire; et munitus est mons Berenstein.

Mart. 24. 1174. Anni ab inicio mundi 6400. Imperator in pascha Aquis coronatus est, et filius eius et imperatrix, sub presentia nuntiorum Salahdin. Expeditio in Italia.

1177. 1178. Facta est concordia regni et sacerdotii in Venetia.

1178. 1179. Dominus imperator coronatus est Arelati in magna gloria, revertens ab[d] Italia.

1180. Philippus Coloniensis archiepiscopus in manu valida Saxoniam intravit et Halesleve obsedit, et tota terra ducis Heinrici depopulata, in triumpho victorie rediit. In[e] (1179?) Kal. Augusti terre motus factus est magnus in quarta noctis vigilia.

1182. Dux Heinricus ab imperatore Friderico et archiepiscopo Coloniensi et fidelibus regni potentialiter subiugatus, abiudicato sibi ducatu Saxonum[f] et Bawarorum et omnibus feodis, lacrimabili percussus sententia, iussus est cum uxore et filiis exulare.

1184. 1183. Regi Heinrico iuratur expeditio contra Polones; et apud Ersfordiam habito colloquio et congregatione celebrata, domo[g] dissoluta viri nobiles in latrina plurimi submersi sunt. Dominus Fridericus imperator intravit Italiam, habiturus colloquium cum (1185.) Lucio papa. Beatrix, uxor eius, imperatrix mortua est. Cremam[h] imperator reparavit.

a) *in rasura c.* b) *ita vel* turcum *c.*; clericum *P.* c) oppsionem *c.* d) *bis duabus lineis scriptum c.* e) *in cod. post* Augusti *interpunctionis signum ponitur; sed cf. Ann. Brunv. a.* 1179, *SS. XVII, p.* 728. f) Saxonie et Bawarie *corr.* Saxonum et Bawarorum *c.* g) domo — sunt *erasum c.* h) Crēmā *c.*

1) 7. *Kal.* rectius Ann. Rod. 2) Heribertum.

1184. Habita est curia sollempnis Moguntie, in qua duo filii imperatoris facti sunt milites, rex Heinricus et dux Fridericus. Principes a principio regi[a] fidelitatem iuraverunt. Imperator Petrum Arboree iudicem in regem Sardinie coronavit[1].

1185. Celebrate sunt nuptie apud Mediolanum domini Heinrici regis et domine Constantie regine. Mortuus est Lucius papa; cui succedit Urbanus, Hubertus Mediolanensis archiepiscopus. Inperator terram Cremonensium vastavit et castrum Manfredi[2] destruxit. Rex Heinricus exercitum in Campaniam[b] duxit et Romanos vastavit.

1186. Orte sunt inimicicie inter dominum imperatorem et Coloniensem archiepiscopum Philippum. Nunciata est captivitas terre Iherosolimitane, et plurimi hominum cruce signati sunt. Mortuus est Urbanus papa; cui successit Gregorius, 10 vix ebdomadibus apostolicus; cui successit Clemens.

1188. Habita Moguntie sollempnis curia in Letare Iherusalem. Coloniensis archiepiscopus Mart. 27.
imperatoris gratiam interventu principum recuperavit. Imperator Fridericus et filius suus Fridericus dux Suevorum et multi principes et nobiles viri in eadem curia signaculum crucis acceperunt.

1189. Otto Mihsinensis[c] marchio a filio suo captivus tenetur. Iuratur matrimonium inter Fridericum ducem Suevorum et filiam regis Ungarie. Dominus Fridericus imperator cum multis terre magnatibus per Ungariam et Greciam in succursu Iherosolimorum properavit. Rex Heinricus in curia Wircenburg principibus[d] beneficia sua vexillis concessit. Willelmus rex Cicylie obiit.

1190. Ludoicus lantgravius Thuringie mortuus est apud Ackaron. Heinricus rex, confederato sibi Philippo Coloniensi archiepiscopo, collecto[e] exercitu, transalpinavit. Nunciata est mors Friderici imperatoris, qui habito longo prelio cum pagano, et victo atque capto Yconio, cum aquam fortissimam transnataturus intrasset, mortuus est. 1189.

1191. Mortuus est papa Clemens; cui successit Celestinus. Imperator Heinricus Rome coronatur. Castrum Tusculanum a Romanis destruitur. Mortuus est dux Suevie Fridericus; cui frater Conradus successit. Imperator Heinricus Apuliam intrat. Neapolis[f] obsidetur. Eodem[g] anno facta est mortalitas inaudita Theutonicorum in eadem obsidione. Philippus Coloniensis archiepiscopus ibidem[h] mortuus est, et dux Boemorum. Heinricus imperator repatriavit.

1192. Richardus rex Anglie captus est a Lupuldo duce Austrie; pro cuius redemptione data sunt 150 milia marcarum[i] Heinrico imperatori.

1193. Heinricus imperator iterum collecto exercitu, devicto Salerno et tota Apulia sibi sub- 1194.
iugata, Syciliam intravit, et in die natalis Domini apud Panormum in regem Siclum Dec. 25.
gloriose coronatus est. Heinricus imperator Erenam, filiam Cursac[k, 3] regis Gretie, Philippo, fratri suo, commisit, cui etiam principatum Capue donavit. Heinricus imperator totam Tusciam et terram comitisse Mathildis Philippo, fratri suo, vexillari 1195.
feodo concessit[4].

1194. Heinricus imperator in Theutoniam rediit, ducens secum captivos qui in mortem eius conspiraverant, scilicet uxorem Tancradi cum filio et duabus filiabus et Margaritam principem piratarum[5] et 16 ex magnatibus tam Sicilie quam Apulie.

1195. Heinricus imperator apud Geilenhusen sollempnem curiam celebravit; ubi duobus presentibus cardinalibus, Maguntinus archiepiscopus et multi alii principes cum infinita multitudine populi cruce signati sunt.

1196. Heinricus imperator[l] tercio Apuliam intravit, Christi peregrinis navigium cum copioso apparatu preparari fecit.

a) *bis scriptum c. Verba* a principio *quid sibi velint, incertum esse, iam Böhmer, Fontes III, p. LIX, notavit. Corruptelam etiam quae sequuntur indicare videntur, cf. n.* 1. b) Capaniam *c.* c) Milisinensis *c.* d) principes *c.* e) colecto *c.* f) N. obs. *fortasse iam alia manu addita.* g) *reliqua alia manu add. c.* h) *post add.* i) m̃. *c.* k) Cur *e corr. ut videtur c.* l) *superscr. c.*

1) Huius rei nusquam mentio fit; sed a. 1164. Bareso, frater Petri, ab imperatore coronam acceperat; cf. Dove, De Sardinia p. 103 sqq. 2) Cf. SS. XVIII, p. 400. 3) i. e. Ysaac; cf. supra p. 5 n. 2. 4) *tradens ei dominium totius Tusciae et terram domnae Mahtildis,* Chron. Ursp. p. 364. 5) *quidam Margaritus, qui potens fuerat in mari pirata,* Chron. Ursp.

NOTAE LAURESHAMENSES.

Ex codice ***Wirzburgensi*** *Theol. fol. Nr.* 132 *(olim Laureshamensi, deinde S. Petri Moguntino, postea societatis Iesu Moguntino), membr. s. XIV, quo Necrologium Laureshamense continetur, has descripsit b. m. Ph. Iaffé.*

Apr. 17. Anno Domini 1232, 15. Kal. Maii unita est ecclesie Maguntine dignitas ecclesie Laurissensis per Fridericum imperatorem huius nominis secundum et Gregorium papam huius nominis nonum cum omnibus suis pertinenciis, procurante hoc Sifrido[a] huius nominis tercio sancte Maguntine sedis archiepiscopo.

Sept. 12. Anno Domini 1266, 2. Idus Septembris dedicatum est monasterium Laurissense a domino Wernero[b] archiepiscopo Moguntino et Heinrico[c] Spirensi et l.

Chron Laur. Anno incarnati verbi 764. Lauresham fundatur, et impetratis a Romano pontifice Paulo sanctorum corporibus, sanctus ac preciosus Christi martir Nazarius anno dehinc tercio, id est 766, per Dei providenciam a domno Ruotgando Metensi archiepiscopo dirigitur Laurissensibus. Anno etiam eiusdem incarnationis 777.[1] templum Kalendis Septembris dedicatur a venerabili Lullone, sancti Bonifacii successore, et astante Karolo Magno ac uxore Hildegarda aliisque quam plurimis huius regni optimatibus, sacratissimum huius martiris corpus ibidem venerabiliter collocatur predictisque locis magnifice regia liberalitate dotatur.

Aug. 7. Anno Domini 1358, in die beate Afre martyris incendebatur turris a fulmine, sed nutu Dei et per merita sancti Nazarii extinctus est.

ANNALES THURINGICI BREVES.

Codex ***Vindobonensis*** *Nr.* 509 *(Hist. prof.* 661*), olim 'monasterii S. Dorothee in Wienna'*[2]*, membr. s. XIV,* 8*, f.* 2. *et* 3. *breves continet notitias, in Thuringia scriptas vel ex aliis huc pertinentibus excerptas, quibus pauca inserta sunt Bohemica. Quae quamvis parvi pretii, iam ante plures annos a V. Cl. Wattenbach descripta, cum nuper codicem huc transmissum perlustrarem, quae publici iuris fierent digna visa sunt. — Eodem volumine f.* 1. *Annales Grissowienses maiores (SS. XIX, p.* 541*), f.* 25—36. *Gilberti chronicon aliaque continentur (cf. Arch. X, p.* 474*). G. W.*

ITEM ALIA DESCRIPTIO.

A lege Moysi usque ad destruccionem Troye 300 et viginti anni. A destruccione Troye usque ad edificacionem templi Ierusalem 100 et 40 anni. Ab edificacione templi in Ierusalem usque ad edificacionem Rome 200 et 80 anni. Ab edificacione Rome usque ad destruccionem templi in Ierusalem 100 et 40 anni. Post 70 annos Babylonia destructa est a rege Dario. Post destructionem Babylonie usque ad incarnacionem Domini quingenti et 20 anni. Ab incarnacione Domini imperavit Karolus Magnus[d] octingentesimo primo.

Item anno Domini 1099[e]. dux Gotfridus[f] Burgundie Ierusalem expugnavit, et christiani possederunt eam 87 annos. Post hec Salatin rex Babylonie requisivit. Post hec rex Anglie et dux Austrie requisierunt.

Ann Erph. Anno Domini 1115. Henricus imperator pugnavit in Welfholz.

a) Sifidro *c.* b) Wer. *c.* c) H. *c.* d) ꝑ *ante* magnus *c.* e) 1069. *c.* f) Gotfridus *superscr. littera* e *c.*

1) 774. Chr. Laur. 2) *hunc libellum dedit monasterio sancte Dorothee fundator eius* in tegumento legitur.

Item 1187. principes et nobiles submersi sunt Erfordie in stercore. Unde versus[1]: 1184.

Non veniunt tuti, iussum papale secuti,
Nostri cornuti, nec prodest cornibus uti,
Quin volvantur uti pecudes iaceantque voluti
In fetore luti; sit mors vicina saluti

Item 1190[a]. eclypsis solis fuit in vigilia Iohannis baptiste.

Item 1191[b]. Fridricus imperator submersus est trans mare, pater Philippi et Henrici. Iste Henricus fuit pater Friderici excommunicati.

Item anno 1201. sancta Chunegundis canonizata est.

Item 1209. Philippus rex occiditur, et Otto de Brunswik eligitur. Eodem anno ordo fratrum Minorum surrexit.

Item 1216. Fridricus imperator ab Honorio III. consecratur. Eodem anno frater Chunradus cremavit hereticos.

Item 1217. Hermannus lantgravius Duringie obiit.

Item 1231. sancta Elyzabeth obiit.

Item anno 1233. frater Chunradus occiditur.

Item 1236. sancta Elyzabeth canonizata est. Eodem anno Fridericus imperator tenuit curiam suam Moguncie et Heinricum, filium suum, captivatum misit in exilium, in quo obiit.

Item anno 1237. Fridericus imperator a Gregorio nono excommunicatur.

Item 1241. eclypsis solis fuit octavo die Mychahelis.

Anno[2] milleno bis centeno duodeno 1212.
Cum pueris pueri currunt loca sancta tueri.

Item anno 1243. Innocentius IIII[us] Fridricum imperatorem[c] deposuit in concilio Lugdunensi.

Item 1246. Henricus Rapso lantgravius Duringie Chunradum, filium Fridrici imperatoris, pugnando vicit in Vranchenvorde.*

Item 1250 Fridricus imperator obiit; post quem Wilhelmus comes Hollandie imperavit annis 6.

Anno 1263. fuit eclypsis solis. Eodem anno Theodricus marchio Misnensis pugnando vicit Saxones et eos captivavit.

Item 1274. fuit concilium Lugdunense. Eodem anno rex Rudolfus eligitur.

Item anno Domini 1291[d]. Akaron destructa est a soldano Babylonie.

*) *Hoc loco inseruntur notae sequentes*:

Anno Domini 824. Borboy dux Bohemie baptizatus est.
Anno Domini 925. sanctus Wenezlaus occisus est.
Anno Domini 975. beatus Adalbertus martirio decoratus est.

a) MCXX *c.* b) M.C.XXI. *c.* c) impatorem *c.* d) XCI *e corr. ut videtur c.*

1) Similes de alia clade v. Ann. Hamburg., SS. XVI, p. 382; quos noster imitatus est. 2) Eosdem versus praebet Chron. Leob., Pez SS. Austr. I, p. 802.

ANNALES HALESBRUNNENSES MAIORES.

Postquam nuper vir excellentissimus comes R. G. de Stillfried-Rattonitz libro doctissimo et elegantissimo monumenta historiae et artis, quae monasterium Heilsbronn, advocatia et sepulcris praefectorum de Hohenzollern clarum, servavit, descripsit et edidit, felici sorte evenit, ut in annales inciderem ibidem scriptos, a brevibus SS. XVI, p. 13. editis plane diversos.

Exstant in

1) codice nunc W i r z b u r g e n s i *Theol. Q.* 60, *in* 4, *olim 'monasterii beate virginis de Ebrach'*[1]. *Post varia scripta grammatica et theologica glossis Germanicis plena, saeculo XII. inc. scripta, octo sequuntur folia,* 122—129, *s. XV. inc. exarata, in quibus annales hi leguntur; f.* 130—181. *manus s. XIV. Flores temporum aeditui ignoti adiecit ad a. usque* 1291. *deductos.*

Annales tribus constant partibus. Prima excerpta e Chronica quae dicitur Minore aliisque libris, sed pauca tantum praebet notatu digna: quae ubi scripta sint, iam perspici nequit. Pars secunda, quae a fundatione monasteriorum Ebracensis et Halesbrunnensis incipit, procul dubio in hoc monasterio est conscripta; eius enim non solum saepius mentio fit (a. 1294. 1297. 1305*), sed etiam apertis verbis auctor 'nostras possessiones' (a.* 1305*), 'ecclesiam nobis datam' (a.* 1309*) affert, quas illius monasterii fuisse constat. Saeculo XIV. incipiente ille scripsisse videtur, tempore Alberti et Heinrici VII. regum, quorum gesta paullo accuratius exposuit, ita ut praesertim ea tradat quae ad Franciam orientalem, civitatem Nurembergensem et monasteria vicina spectant. Praeterea vero res Bavaricas non raro tetigit, et initio ad a. usque* 1260. *pleraque ex Hermanni Altahensis Annalibus excerpsit; postea bis monasterii Fürstenveld mentionem fecit (a.* 1263. 1274*); semel (a.* 1295*) mortem abbatis de Aldersbach retulit, unde Fürstenveld monachos accepisse constat.*

Quae cum ita sint, non possum quin statuam, ex monasterio illo notitias quasdam historicas Halesbrunnum esse translatas. Ibi vero, Aventino teste[2], *Volcmarus abbas 'annales Boiorum ab irruptione eorum in provincias Romanas, hoc est ab anno Christi* 508. *ad annum* 1314, *quo obiit, deduxit, sua*[3] *memoria res gestas, quibus etiam interfuit, accurate perscripsit', quos autographos extitisse ille contendit, iam vero deperditos lugemus. Nescio an nimis coniecturae indulgeam, si hoc Volcmari opus a nostro visum putarim; fortasse etiam quae ad Hermannum Altahensem recedunt ex hoc accipere poterat. Nonnulla vero quae hic narrantur cum iis conveniunt quae in continuatione Hermanni Altahensis leguntur mox edenda, cuius partem ex eodem fonte haustam esse, facile mihi persuaserim*[4]. *Alia errore non carent; sed certe non pauca notatu digna in hac annalium parte deprehendes. Unum tantum locum Serrarius,*

1) In tegumento libri Iesus crucifixus videtur, his verbis subscriptis: *Vater. ver. gib. in. dan. si. wissen. nit. was. si. d.* 2) Ann. Boi. VII (ed. 1580), p. 599; cf. p. 180. Cf. Böhmer, Fontes I, p. X; Lorenz GQ. II, p. 164. His annalibus auctorem historiae principum Fürstenveldensis usum esse, verisimile est. 3) Haec in editione Germanica p. 388. Aventinus omisit. 4) His scriptis et prelo datis, nactus sum librum M. Mayri, 'Zur Kritik der älteren Fürstenfelder Geschichtsquellen', qui fusius de Volcmari annalibus disputavit, neque tamen hoc opus respexit.

rerum Moguntinarum scriptor, ex iis sumsisse videtur[1]; *cetera hucusque quod sciam incognita erant.*

Multo post, non ante saec. XV. inc. continuatio adiecta est in eodem Halesbrunnensi monasterio (v. a. 1398*), qua series pontificum Romanorum ex catalogo quodam, ut videtur, descripta et pauca de imperatoribus s. XIV. referuntur. Auctor quisquis fuit asseclam Ruperti, inimicum vero acerrimum Wenceslai se profitetur.*

Ne haec quidem pars in codice Wirzburgensi ab ipso auctore exarata, sed omnia ex vetustiore libro, procul dubio Halesbrunnensi, sunt descripta, nec mendis carent negligentia librarii commissis.

Pars vero Annalium praeterea servata est in

2) *codice nunc Erlangensi Nr.* 587, *membr. s. XIV, in* 4. *min., olim Halesbrunnensi, Floribus temporum fol.* 84'—90. *eadem manu, quae hos scripsit, tamquam continuatio subiecta. Hanc ante aliquot annos b. m. Iaffé invenit.*

Nunc vero utroque codice humanissime nobis transmisso integros annales ab Holder-Egger nostro descriptos sistimus.

D. 30. *Iunii* 1877. *G. WAITZ.*

A. D. 1126.* Monasterium Ebra fundatur.

A. D. 1132. Monasterium Halsprunn fundatur[2].

*) *In cod. praemittuntur haec ex variis fontibus collecta:*

Anno Domini 736. [Inicium] Herurdensis[3] monasterii. Tunc praeclarus doctor Beda obiit in Anglia.[a] Chron. min.

A. D. 742. Karolus Magnus natus est.

A. D. 744 Inicium Fuldensis ecclesie a sancto Bonifacio fundatore, sicut et Hirsveldensis. Sanctus Burchardus[b] a papa Gregorio III. rogatu sancti Bonifacii episcopus in Wirczburg ordinatur.

— —

A. D. 1274. Concilium generale fuit celebratum Lugduno in festo apostolorum Philippi et Iacobi Mai 1. sub Gregorio papa X. Post hunc fuit Innocencius quintus, post quem Adrianus sequens, post illum Iohannes, et post hunc Nycolaus III. Huic successit Martinus papa, post illum Honorius quartus.

A. D. 1279. Rex Bohemorum Ottaker victus fuit a Rudolfo rege Romanorum in prelio, tercia die Aug. 26. post festum Bartholomei apostoli. In eodem conflictu occisus est rex Bohemie et multi alii.

A. D. 1292[c]. Electus est in regem Romanorum Adolfus comes de Nazaw a principibus in Francken-furt in invencione sancte crucis[4]. Mai 3.

A. D. 1298. Idem Adolfus rex Romanorum cum Alberto duce Austrie, filio Rudolfi quondam regis Romanorum, iniit prelium in die Processi et Martiniani iuxta Alchiam[5], et ibidem Adolfus victus occisus est. Iul. 2

— —

A. D. 1097. Cepit inicium ordo Cysterciensium. Cf. SS. XVII, 722.

A. D. 310. Incepit ordo Paulinorum.

A. D. 527[d]. Incepit ordo sancti Benedicti, scilicet nigrorum monachorum.

A. D. 1012. Incepit ordo Cluniacensis.

A. D. 1084. Incepit ordo Cartusiensium.

A. D. 1088. Incepit ordo Templariorum. Qui postmodum fuerunt destructi anno Domini 1310.

A. D. 1120. Incepit ordo Premonstratensium.

Anno 1140. Incepit ordo Iohannitarum.

A. D. 1190. Incepit ordo Theutunicorum beate Marie.

A. D. 1194. Incepit ordo Trinitatis.

A. D. 1210. Incepit ordo fratrum Minorum.

A. D. 1210. Incepit ordo fratrum Predicatorum.

A. D. 1220. Incepit ordo fratrum beate Marie Carmelitarum.

A. D. 1250. Incepit ordo fratrum sancti Augustini in heremo. Eisdem temporibus frater Bertholdus[e] frater ordinis Minorum Ratispone incepit predicare. cf. Herm. Alt.

A. D. 1120[f]. Fridricus primus imperator moritur in Apulia[6] anno imperii sui 31. Hic fuit successori Conradi regis Romanorum, qui ante ipsum regnaverat 15 annis. Cuius tempore beatus Bernhardus legacione fungens in Alemania, cum predicaret et miraculis clareret, ab eodem rege levatus inter[g] brachia portatur, ne a populo opprimatur[7].

a) *sequitur:* Nota, super 4 tumbos — iacet istic, *locus ex Chronica Minore descriptus.* b) Buch. *post corr.* c) MCCLXCII 1. d) CCCXXVII. *partim erasum* 1. e) Berthol 1. f) MCXX 1. g) int' 1.

1) V. a. 1313. 2) V. diploma Ottonis, Hocker, Heilsbr. Antiquit., Supplem. p. 59. 3) i. e. Hersfeldensis. 4) Cf. Ann. Osterhov., SS. XVII, p. 550; sed Adolfum d. 5. Maii electum esse, constat. 5) Alzey. 6) De Friderico II. cogitasse videtur, qui annis 31 regnavit. Sed foedo errore eum cum Friderico I. confudit. 7) Ita ex Gaufridi Vita s. Bernhardi Helinandus, Albricus alii referunt.

Herm. Alt. A. D. 1156. Ducatus Bohemie mutatur in regnum.

A. D. 1156. Marchionatus Austrie mutatur in ducatum.

A. D. 1163. Corpora trium magorum translata sunt in Coloniam.

Cf. SS. XVII, 719. A. D. 1166. ordinantur canonici regulares in Salczburch ordinis sancti Augustini.

Herm. Alt. A. D. 1180. Heinricus [dux[a]] Babarie a Fridrico imperatore per sentencias principum ducatu privatur, et Otto de Schyria[b] comes ei substituitur.

A. D. 1204. Lantshuta construitur.

A. D. 1208. Rex Romanorum Philippus occiditur.

A. D. 1212. Fridricus, Heinrici imperatoris filius, electus est rex Alemanie.

A. D. 1216. Inicium ordinis Predicatorum.

A. D. 1231. Ludwicus dux Babarie aput Kelheym presente familia sua occiditur a quodam assisino ignoto.

A. D. 1241. Eclipsis solis facta est in octava Michaelis inter nonam et vesperas[c.1], ita ut clare stelle viderentur. Tarthari vastant Ungariam. Eodem anno Conradus rex duxit filiam ducis Ottonis Babarie, que post obitum viri nupsit comiti Meinhardo Tyrolensi, ex qua genuit Elizabeth[d], quam duxit Albertus dux Austrie, postea rex Romanorum.

H. A. 1245. A. D. 1244. Synodus universalis celebratur aput Lugdunum, ubi Innocencius papa contra Fridricum imperatorem deposicionis sentenciam promulgavit.

A. D. 1250. Fridricus imperator obiit.

A. D. 1247. beatus Conradus claruit.

H. A A. D. 1250. frater Bertholdus nacione Ratisponensis predicare cepit[2], ad cuius predicacionem dicuntur aliquando centum milia hominum confluxisse.

A. D. 1254. Memfredus, filius Fridrici, principatum tenet in Appullia.

A. D. 1255. Ludwicus et Heinricus Babariam[e] diviserunt. Eisdem annis[3] prefati duces militaribus gladiis accinguntur. Eodem anno dux Otto[4], pater predictorum, et rex Conradus[5] moriuntur.

A. D. 1256. Ludwicus comes palatinus Reni, dux Babarie, dominam Mariam, uxorem suam, sororem ducis Brabancie, in Werdea decapitari iussit. Miserat enim ipsa duas litteras, unam duci qui tunc in partibus Reni erat, alteram Heinrico comiti Hyrsuto, que eciam ex errore presentata fuit marito proprio.

cf. H. A. A. D. 1257. Electus fuit rex Rychardus in regem a quibusdam principibus. Ab aliis autem electus est Alfunsus rex Hyspanie: ita discordaverunt.

A. D. 1260. flagellatores surgunt.

A. D. 1261. Albertus Magnus philosophus per legatum sedis apostolice fit episcopus Ratisponensis[6]; anno sequenti resignavit. Eodem anno[7] Heinricus lantgravius Thuringie a quibusdam principibus eligitur in regem. Wilhelmus comes Hollandie econtra eligitur[8].

A. D. 1263. fundata est abbacia in Furstenvelt a Ludwico duce Babarie pro emenda occise prius uxoris sue[9].

A. D. 1266. fuit conflictus in Kyczingen[10].

A. D. 1268. Karolus rex Appullie, frater regis Francie, Cunradinum, nepotem Fridrici imperatoris[f], occidit.

A. D. 1273. Gregorio papa mandante electoribus de eligendo rege Alemanie, cum concordare non possent, vota sua in ducem Babarie transtulerunt, qui sciens bona imperii iam diu vacantis[g] hinc inde distracta esse[h], hominum bellicosum[11], ab infancia in armis nutritum, Rudolfum comitem de Habspurch in regem nominavit et elegit.*

A. D. 1274. Concilium aput Lugdunum per Gregorium X. celebratur, et decima indicitur, occasione cuius mendacia et periuria sunt commissa[i]. Notandum tamen, quod ordo Cysterciensis, quem idem papa speciali persequebatur affectu, de sex annis, quibus danda erat decima, pro 80 milibus marcarum convenit, quam summam patres abbates[k] inter filios suos annis singulis dividebant. Notandum etiam, quod domus in Furstenvelt 4 marcas argenti de hac summa singulis annis dabat[12].

A. D. 1274[13]. Conradus regulus decollatur cum multis Neapoli.

A. D. 1272. post vacacionem sedis Romane[l] tribus annis, mensibus duobus, diebus decem, Gregorius papa X. creatur, qui iuxta nomen suum ecclesiam decimavit.

A. D. 1276. Circa assumpcionem beate Marie rex Rudolfus descendit in Austriam; de

*) *recentiore manu in marg. inf.:* Hic emit ab Ebracensibus predium Swabach.

a) *deest* 1. b) Styria. 1. c) v̄s 1. d) Eliza 1. e) Baba 1. f) imperatorem̄ 1. g) vacante 1. h) distraccōe 1. i) quissa 1. k) abbāes 1. l) Rome 1.

1) Cf. notam SS. XVI, p. 14. 2) Cf. supra p. 43. 3) a. 1253. 4) a. 1253. 5) a. 1254. 6) a. 1259. Herm. Alt.; qui eum a. 1261. resignasse dicit. 7) a. 1246. 8) a. 1247. 9) Cf. diplom. Konradi ep. Fris. a. 1263, Dec. 3, Mon. B. IX, p. 89. 10) Cf. de hac pugna Herm. Alt. p. 405. 11) Ita etiam in chron. Fürstenv. de G. princ., Böhmer, Fontes I, p. 1. 2. 12) Cf. Aventin. p. 568. 13) Lege: 1268.

quo veridice dicitur, quod, cum venisset in Pataviam, tantum tres marcas argenti pro sumptibus habuit.

A. D. 1278. occisus est rex Bohemie Ottacker a rege Rodulfo[a] in conflictu.

A. D. 1286. Meinhardus comes de Tyrol dux Carinthie nominatur[1].

A. D. 1285. Quidam nigromanticus, qui se Fridricum imperatorem esse publice affirmabat, in Wepfelern in presencia regis Rudolfi est combustus.

A. D. 1287. Rumor exit de Wernhero[2]. Eodem anno concilium aput Herbipolim presente rege Rudolfo per Tusculanum episcopum et cardinalem[3] celebratur.

A. D. 1288[4]. dux Babarie Heinricus, pater Ottonis, moritur.

A. D. 1289[5]. Ludewicus, bone indolis filius Ludewici ducis Babarie, dum hastiludio aput Nůremberg intenderet, lancea cuiusdam baronis de Schelklingen[6] tactus gutture, occubuit; ita misere moritur.

A. D. 1290. Heinricus dux Babarie, frater Ludwici, obiit, relinquens tres filios, Ottonem, Ludwicum et Stephanum.

A. D. 1291. Rex[7] Rudolfus obiit in divisione apostolorum et Spire honorifice sepultus. Iuli 15.
Eodem anno Adolfus comes de Nazawe[b] sibi in regno succedit per principum electionem.

A. D. 1294. Ludwicus dux[c] Babarie est defunctus.

A. D. 1294. Rex Adolfus, habita congregatione circa Nůremberg[d], cum exercitu terram Mihssenensem[e] intravit, et post reditum[f] suum de eadem terra domini terre se[g] iterato opposuerunt predicto regi, prius perdita recuperantes. Idem rex Adolfus, maxima congregacione habita circa Nuremberg, per quinque septimanas moram ibi[h] contrahens, colligens adiutores, iterum terram Mihssenensem intravit, anno videlicet Domini[i] 1295[8]. Et tunc eam totaliter devicit et[k] sue subdidit potestati. Notandum autem, quod in predictis quinque septimanis, quibus moram circa Nůremberg cum[l] armatis contraxit, monasterium in Halsprunn[m] in omnibus suis possessionibus ad 5 libras Hallensium dampnificatum[m*] non fuit.

A. D. 1295[n]. Terremotus magnus factus est in octava sancti Augustini circa mediam Sept.
diem, specialiter autem in episcopatu Curensi[o]. Turres et castra, ut dicitur, evertebat. Eodem anno Meinhardus[p] dux Carinthie defunctus; necnon obiit dominus Heinricus abbas de Alderspach, nacione Babenbergensis.

A. D. 1295[q]. Burgravius iunior[9] tres filios[r] suos mancipat ordini Theutonicorum cum castro in Virnsperg[s]; fundavit insuper canonias iuxta castrum Abenberg[t], translatas postea in Spalte[u]. Castrum vero et[v] forum in Spalt et castrum in Sanser vendidit episcopo Reimbotoni[w] Eystetensi[10].

A. D. 1295[q]. Dominus[x] Heinricus episcopus Ratisponensis per duos monachos de Hals- Sept. 4.
prunne edoceri fecit musicam in sua ecclesia, cantu usuali in musicam permutato.

A. D. 1296[y]. Novicius quidam iurans, se de cetero non conmessurum, post[z] 17 dies, quibus non comedit, obiit.

A. D. 1297. Cives Herbipolenses propter frequentes brigas[a], quas habebant[b] cum suis episcopis, facti[c] tributarii Romanis regibus in 30 carratis vini annuatim, temptabant ad idem tributum eciam omnes religiosos habentes[d] redditus et curias iuxta civitatem vel intra [adtrahere[e]], propter quod de curiis Ebracensium[f] et Halsprunnensium[g] et cet. bladum violenter abstulerunt. Ipsi autem religiosi iam dicti episcopum Eystetensem dominum Conradum[h] pro iudice a papa petentes, civitatem Herbipolim subposuerunt[i] ecclesiastico interdicto et nominaciores cives non solum procuraverunt excommunicari, verum etiam a rege

a) Rulfo 1. b) Nazaw̄ 1. c) L. Bawarie d. e. Eodem anno r. 2. d) Nurenberg 2, *postea* Nurnberg. e) Mihssēn. 1; Meisen. 2, *ubi postea* Meisn. f) redditum 1. g) i. se 2. h) *deest* 1. i) *deest* 2. k) d. sue subdens p. 2. l) c. a. *des.* 2. m) Hailprū̄ 1 *hoc loco.* m*) Hallñ dapn. 1. n) Eodem anno 2. o) Tur. 2. p) Eodem anno mortuus est abbas H. de Aderspach 2, *ceteris omissis.* q) Eodem anno 2. r) f. mancipavit 2. s) Virnsperk 1. t) Abenberch 1 u) Spalt 2. v) v. in S. et f. 2. w) Reimboth, o *rubro superscr.* 1. — Eist. *deest* 2. x) D. H. *des.* 2. y) 1298. 1. z) per 1. a) lites 2. b) habebant *corr.* herebant 1. c) f. sunt — temptabant autem 2. d) h. r. et c. *des.* 2. e) *vocabulum huius sensus deesse patet.* f) Ebracenses 1. g) Halprunē et cetera 1. h) Cunr. 2. i) e. supp. 2.

1) Febr. 1; Böhmer, Reg. 859. 2) De quo cf. Herm. Alt. a. 1288, p. 415, et quae ibidem allata sunt. 3) Iohannem. 4) Cf. a. 1290; ubi rectius eiusdem mors refertur. Cf. Böhmer, Wittelsb. Reg. p. 88. 5) a. 1290. 6) Ita cont. Herm. Altab., infra. 7) Cf. Cont. Herm. Alt. l. l. 8) Regem Adolfum hoc anno Nuremberg fuisse, neque rerum scriptores neque diplomata probant. 9) Konradus. Diploma, quo Vernsberg tradidit, v. Mon. Zoller. II, p. 222. 10) Mon. Zoller. II, p. 232, ubi castrum Sandeschron appellatur; Sandeser ibidem p. 157. occurrit.

Alberto in iudicio seculari proscribi; quo facto reddita sunt ablata[a], et expense pro maiori parte nichilominus sunt solute. Eodem tempore dominus Lupoldus[b] de Weiltingen canonicus Herbipolensis[c] factus est novicius in Halsprunn[d].

Anno 1298. Gerhardus archiepiscopus Moguntinus[e] et Albertus dux Austrie cum exercitu contra Adolfum regem venientes, prelium commiserunt. Interfecto[f] Adolfo, predictus Albertus dux adiutorio iam dicti episcopi ei succedit in regno. Et ipse[g] decimo anno occisus est a Iohanne, filio fratris sui.

1294. Circa idem tempus contigit[h] in sede Romana quiddam[i] non tacendum. Celestinus enim papa, qui propter vite sanctitatem et miraculorum famam electus fuerat de heremo et vita monastica ad papatum, per machinacionem Benedicti tunc cardinalis de sede, ut dicebatur[k], delusus, in custodia honesta[l] tamen servatur, et dictus Benedictus, mutato nomine Bonifacius, ei successit; qui multa statuta utilia pro clero et ecclesia in 6° libro decretalium statuit observanda.

A. D. 1298. Albertus dux Austrie factus est rex. Eodem anno rustici et vulgares populi audientes, sacramenta[m] corporis dominici per Iudeos fidei inimicos circa[n] partes Franconie sive Francie orientalis in suis latibulis profanari, uno animo et eadem inspiracione moti, per se, nullum[o] nullo angariante[p] aut compellente, undique conveniunt et primo circa regionem in parvis opidis, deinde in Herbipoli, Nůremberg, Rotenburg[q] et ceteris usque in civitatem Amberg[r] Babarie ipsos Iudeos in castris et edificiis munitissimis obpugnantes, cede et incendio cogunt[s] proprio interire[1]. Rex autem Albertus, recepta corona, necem Iudeorum fortiter vindicat in pauperes rusticos atque cives, humiliando eos et res eorum diripiendo[2]. Et Iudeos alios recollocat[s*] in civitatibus, de quibus fuerant[t] exterminati priores.

Nov. 11. A. D. 1298. in festo beati[u] Martini rex Albertus aput Nůremberg sollempnem habens curiam[3], per episcopum Coloniensem reginam procuravit[v] sollempniter coronari.

1301. A.[w] D. 1299. Rex Albertus aput civitatem Tullensem regi Francorum occurrit.

1303. A. D. 1300. Dominus papa Bonifacius statuit, ut, quicumque limina sanctorum[u] apostolorum Petri et Pauli per 15 dies continuos visitaret, remissionem omnium peccatorum suorum[u] consequeretur[x], absolutus a culpa pariter et a pena, presubpositis tamen condicionibus contricionis et ceterorum que in talibus subponuntur, occasione cuius quasi totus mundus ad Romanam[y] curiam currere videbatur. Eodem anno in Alemania[z] intollerabilis pestilencia seviebat. Eodem anno archiepiscopi Moguntinus, Coloniensis, Treverensis adtrahentes sibi principes quos poterant et petentes[a] specialiter Rudolfum ducem Babarie, regi se opposuerunt. Qui rex valenter se defendens, multa dampna intulit, sicut in[b] castro Werd[4] et in[b] castro Lauf[c, 5] et in[b] Pingen ostenditur[d] evidenter.

A. D. 1302. Rex Romanorum obsidens Pingwiam[e], obtinuit manu forti. Eodem anno Flandrenses iugum regis Francie[u] ferre nolentes, licet ipse rex dominum eorum in captivitate teneret, omnes barones, quos idem rex ad conservandas municiones Flandrie locaverat, occiderunt, propter quod idem rex Francie exercitum infinitum ad delendos eos fun-
1303. ditus destinavit. Quibus Flandrenses resistentes viriliter, occisis multis milibus, semel et[f] iterum ac tercio victoria sunt potiti. Nec tacendum, quod rex ipse, qui in tercio conflictu affuit personaliter, vix evasit. Eodem anno dux Rudolfus matrem propriam de suspecta familiaritate militis dicti Oetelinger[g] nimis notabiliter infamavit[6].

A. D. 1303. Bonifacius papa post legittimam citacionem in regem Francie excommunicacionis sentenciam fulminavit; propter quod idem rex, corruptis[h] Ananiensibus, ubi tunc papa manebat, muneribus, per quosdam fautores suos[i] ipsum[u] papam armata manu invasit. Set Ananiensibus de malefacto penitentibus, eodem die papa restitutus est[k] pristine liber-

a) ablate 1. b) Lewp de Wiltingen 1. c) Herbn 1. d) n. Hailprunn 1. e) Mag. 2. f) et i. 2. g) ipso in d. 2. h) contigit — tacendum *et* enim *des.* 2. i) quidam 1. k) dicetur 1. l) t. h. s. et B. predictus 2. m) sacramentata 1. n) cira 1. o) *deest* 2. p) angariente 2. q) Rotenburch 2. r) Amberch 1. A. c. Bawarie 2. s) p. c. 2. s*) recoloc. 1. t) e. f. 2. u) *deest* 2. v) s. p. 2. w) *huius anni nota deest* 2. x) consequerentur 1. y) novam, *in marg. post add.* ad Romanam 1. z) Aleua (?) *e corr.* 1; in Al. *des.* 2. a) potentes 2. b) *deest* 1. c) Stauff 2. d) e. o. 2. e) in Pigwia 1. f) ac 2. g) Otlinger 2. h) correptis 1. i) p. q. per suos f. 1. k) et 1.

1) Cf. Cont. Herm. Alt. l. l.; Cont. Ratisb SS. XVII, p. 419. 2) Cf. Ellenhardi chron. SS. XVII, p. 139. 3) Cf. Cont. Herm. Alt. l. l. 4) Donauwerth; cf. Mon. Furstenfeld., Fontes I, p. 25. 5) Neque de castro Lauf neque de castro Stauff, ut codex 2 legit, tunc expugnato constat. 6) Cf. Cont. Herm. Alt. a. 1302.

tati; qui statim reversus ad curiam Romanam, consternatus animo, mortuus est ibidem. Eodem anno[1] rex Albertus in Austria cum tota sua frequencia hyemavit.

A. D. 1303. Mortuo papa Bonifacio, Petrus Ostiensis[a] de ordine Predicatorum, mutato nomine Benedictus[b] [huius[c] nominis XIus], factus est papa. Iste statuta contra mendicantes a predecessore suo facta revocavit, regem eciam Francie ab[d] excommunicacione absolvit. De eodem eciam dicitur, quod uno die 12 episcopos de ordine Predicatorum creavit. Idem eciam domino[e] Vulvingo Carinthiano[f] dicto de Stubenberch[g] ecclesie Babenbergensis[h] episcopatum tradidit.

A. D. 1304. Benedictus papa in Perusio est defunctus. Ubi cardinales more solito inclusi, cum fere per integrum annum concordare non possent, tandem tedio affecti anno Domini 1305. archiepiscopum Burdegalensem circa festum penthecostes elegerunt, qui[i] Iuni 6. (5.)
Clemens quintus voluit nominari.

A. D. 1304. Albertus[k] rex, congregacione exercitus[i] habita circa Nůremberg, cum multorum auxilio contra regem Wenczeslaum[l] Bohemiam est[i] ingressus, ubi cum Cuttam[m.2], quam obsidebat[n], expugnare non posset[o], parum ibi proficiens, ad propria est reversus. Multi autem eorum nobiles et ignobiles, qui secum venerant[p], ibi manendo et redeundo et[i] post reditum ad propria propter infeccionem aquarum, ut dicebatur, et corrupcionem aeris, quam ibi sustinuerant, sunt[q] defuncti ac mortui.

A. D. 1305. Dominus[r] Conradus de Peffenhausen, episcopus Eystetensis, est defunctus. Eodem anno Gebhardus comes de Hyrsperck[s] sine heredibus est defunctus. Eodem anno Wenczeslaus rex Bohemie, homo[t] mire devocionis, specialem circa ordinem Cisterciensium[u] devocionem habens, moritur et in Aula-Regis, monasterio ordinis Cisterciensis, quod ipse fundaverat, sepelitur. Eodem anno rex Albertus iterum iturus in Bohemiam, circa[v] Nůremberg exercitum congregavit; ubi cum audisset de morte regis Wenczeslai, recepta eciam legacione iunioris Wenczeslai, filii predicti regis, querentis[w] ea que pacis sunt, sicut pater eidem commiserat moriturus[x], predictus[y] Albertus versus Sweviam, expugnaturus comitem de Wirtenberg[z], cum exercitu dirigit gressus suos. Nec silendum, quod recedens [de[a] Nurnberg] ad possessiones nostras, videlicet ad Novam Curiam[3], divertit, duabus noctibus cum toto suo[b] exercitu ibi manens. Eodem anno[c] Grůningen[d.4] civitas comitis[e] de Wirtenberg ab ipso rege usque ad hyemem est obsessa, set asperitate frigoris cogente, sine effectu ipsa obsidio est soluta.

A. D. 1305. Rex[f] Bohemie Wenczeslaus II. moritur anno regni sui primo. Eodem anno Gotfridus de Průneck[g], vir gratus omnibus et acceptus, in Halsprunn[h] monasterio se recepit.

A.[i] D. 1305. Otto dux Babarie a baronibus Ungarie per sollempnes nuncios vocatus, in civitate quadam iuxta Budam[k] in regem est sollempniter coronatus[5]. Set resistente[l] rege Romanorum Alberto et rege Sicilie, filio sororis eiusdem Alberti, qui ex magna parte regnum[m] ipsum occupaverat, qui etiam[n] a papa Bonifacio regnum ipsum acceperat[o], non sine multis periculis infecto negocio ad propria est reversus.

A. D. 1306. Rex Albertus misit ad papam in Lugdunum dominum Iohannem[n] cancellarium[p] suum[6], qui precedenti[q] anno electus et confirmatus in episcopum fuerat Eystetensem, cum abbate de Paris ordinis Cisterciensium. Set quid ibi pro negocio regis et imperii[r] egerint nesciens, quod facti evidencia ostendit, hoc[s] legentibus manifesto, videlicet quod episcopatum Argentinensem[t] tunc vacantem predictus cancellarius[p], episcopatum vero Eystetensem predictus abbas ex speciali benivolencia domini[u] Clementis summi pontificis reportarunt.

A.[v] D. 1306. Rex Albertus, habita congregatione circa Nůremberg, iterum veniens in

a) Host. 2. b) Benedicto 1. 2. c) *haec des.* 2. d) abs. ab exc. 2. e) de d. 1. f) Karintiano 2. g) Stubenberg 2. h) Bambgnti 1, *ubi* ep. tr. *desunt.* i) *deest* 2. k) Rex A. 2. l) Venzeslaum 2. *semper.* m) Kuttam 2. n) obsiderat 1. o) *deest* 1. p) ierant 2. q) d. sunt 2, *ubi* ac m. *desunt.* r) Dominus — s. h. est d. Eodem anno *des.* 2. s) Hyrsprck 1. t) m. d. h. 2. u) Cyster. 1; Cystn 2. v) cira *corr.* circa 1. w) querēs 1. x) *deest* 2. y) predicta 2. z) Wirtenberch 1. a) *haec des.* 1. b) e. s. 2. c) anno tempore 1. d) e *rubro superscr.* 1; Grunige 2. e) *deest* 1. f) Occiditur r. B. Venzelaus secundus a. 2. g) Brunecke 2. h) Hasprunne 2. i) Eodem anno 2. k) Rudam s. est c. 2. l) r. sibi 2. m) i. r. 2. n) *deest* 1. o) recep. 2. p) conc. 1. q) precedente 2. r) impii 1. s) hec 1. t) Argentinense 1. u) b. s. p. Cl. 2. v) Eodem anno 2.

1) 1303. Sept. — 1304. Mart. 2) Kuttenberg. 3) Neuhof. 4) Markgröningen; cf. Stälin III, p. 113. 5) Cf. Ann. Weichardi de Polhaim, SS. IX, p. 817. 6) Cf. Closener, Städtechron. Strassburg I, p. 91.

Bohemiam, Rudolfum, filium suum, ducem Austrie, coronatum per episcopum Moguntinum, pro rege in Bohemia dereliquit. Qui eciam post unum annum in obsidione cuius- 1307. dam castri infirmitate correptus, vel, ut alii dicebant, intoxicatus, morte moritur inmatura. Nec silendum, quod idem Rudolfus inter[a] lupos melior communiter dicebatur.

A. D. 1308. Rex Albertus cum infinita multitudine Bohemiam[b], ut cogitaverat, intraturus, inopinata morte preventus[c] est. Nam Iohannes[b], filius fratris sui, ducis Suevie et Austrie, genitus de filia regis Bohemie, sorore[d] Wenczeslai, pro eo quod ipsum hereditate paterna privaverat et sepius requisitus nichil certi super eodem negocio sibi[b] responderat, Mai 1. in die Philippi et Iacobi cum quibusdam suis fautoribus iuxta civitatem dictam[b] Baden manu propria interfecit.

A. D. 1308. Dominus Heinricus comes de Luczelburg[e] eleccione principum in regem 1309, Ian. 6. Romanorum in Frankenfurt est assumptus et in epiphania Domini proxime subsequenti in[b] Aquisgrani sollempniter coronatus. Eodem anno dedit[f] nobis ecclesiam Nordlingen[1].

A. D. 1310. Rex[g] Heinricus vadit Romam. Eodem anno Numburch[h] castrum evertitur[i], et Scherdingen[k] obsidetur[2].

A. D. 1311. Stephanus dux Babarie moritur[3]. Eodem anno concilium, quod indixerat papa Clemens, duravit a Kalendis Octobris eiusdem anni usque in pascha anni[l] sequentis et, ut aliqui affirmabant, eciam[b] a pascha usque Iohannis baptiste. In eodem concilio deletus est ordo Templariorum. Eodem anno fuit maxima[m] fames per totum fere mundum, ita ut in Nůremberg unum sumerinum siliginis pro 4 libris Hallensium venderetur.

Iuni. A. D. 1312. Dominus[b] Heinricus huius nominis septimus in festo apostolorum Petri et Pauli Rome per quosdam cardinales benedicitur et ad dignitatem imperii sublimatur. Nota, quod sedes imperialis dignitatis a tempore Friderici[n] secundi, qui mortuus fuit anno Domini 1250, usque ad hanc diem vacaverat, annis videlicet sexaginta duobus[o].

A. D. 1313. Vir vere katholicus dominus Heinricus imperator post assumpcionem Aug. 15. beate Marie[p] virginis, quo die communicaverat, secundum quod in omnibus sollempnitatibus contra morem aliorum principum facere consueverat, viam est[q] universe carnis ingressus. Ex cuius morte qualis luctus suorum[r] iuxta eum existencium, qualis dolor in cordibus omnium per totam Alemaniam[s] suam mortem audiencium generatus sit, non arbitror aliquem sermonibus[t] posse explicare. De quo gloriosus ille princeps dominus Petrus Moguntinus archiepiscopus fertur dixisse: 'In quingentis', inquit, 'annis non credo hominem vixisse, cuius mors maius dampnum intulerit toti mundo'[4].

ADDITIO

*codicis Erlangensis**.

Iuni 21. A. D. 1336, 11. Kal. Iulii in monasterio in Halsprunne, obtenebratis a parte meridionali nubibus paulo ante horam vespertinam, et fundente se pluvia densissima, tanta inundantia aquarum subito facta est in monasterii ambitu et capitulo et locis aliis, aquis nimium supereffluentibus, ita ut equo insidens in refectorio submergi potuisset, prout per lineam colore subrubeo in locis eisdem[u] in dicte inundationis testimonium circumductam intuenti

*) *Praemittuntur haec hoc loco:*

Nota etiam, quod mortuo papa Clemente V. successit Iohannes XXII, qui obiit anno Domini 1335, et successit ei Benedictus XII. ordinis Cysterciensis, et ipse quoque defunctus est anno Domini 1342. tempore Ludwici imperatoris, sicut et predecessor suus Iohannes XXII; et Benedicto successit Clemens VI, monachus [ut[v] dicitur] ordinis sancti Benedicti.

a) mel (*e corr.*) i. l. c. 2. b) *deest* 2. c) est p. 2. d) sorror 1. e) Lůczzelburk 1. f) monasterio in Halspr. e. in N. d. 2. g) H. rex 2. h) N. c. e. *des.* 2. i) evertit 1. k) Scherdigen 1. l) s. a. 2. m) f. m. 2. n) Fridrici 1. o) 52. 2. p) *deest* 2. q) *deest* 1. r) s. i. e. e. *hoc loco des.* 2. s) Alemanniam et iuxta eum existencium, qualis luctus s. m. 2. t) p. s. e. 2. u) eidem *c.* v) *erasa c.*

1) V. Hocker p. 79—83; dipl. Heinrici a. 1313, quo donatio confirmatur, idem ed. Suppl. p. 124. 2) Neuburg et Schärding; cf. Kopp IV, p. 91 sq. 3) a. 1310, Dec. 21. 4) Ita Serrarius, Mog. ed. Ioannis I, p. 640, ex hoc fortasse loco retulit.

cuilibet plene patet. Eodem anno post epiphanye Domini festum feria secunda plura granaria, copiosa annona per circumsedentes rusticos conservationis gratia onerata, cum adiuncto eis stabulo, in quo et quatuor equi, in area Sartone ibidem igne sunt funditus omnia concremata. 1336. Febr. 5.

CONTINUATIO

codicis Wirzburgensis.

Anno Domini 1302. Innocencius papa V, a beato Petro 193. ordinatus, sedit ann. 14.

A. D. 1316. Iohannes papa XXII, a beato Petro 194. ordinatus, sedit annis 19. Hic papa misit processus contra dominum Ludwicum Babarie[a] ducem, quondam in Romanorum regem electum[b] in discordia. Que[c] littere seu processus fuerunt date Avinion in palacio papali 8. Idus Octobris, sub anno nativitatis Domini 1324.

A. D. 1315. Ludwicus dux Babarie regnum adeptus, regnavit annis 30, annis 16 sub nomine regis, 14 sub nomine imperatoris. Cui se opposuit dux Austrie, quem captum in bello duxit[d] in castrum dictum Trawhznicht, et sic obtinuit regnum et imperium. Obiit, ut dicitur, [in[e] venatione]; unde quidam metrice inquit:

Cesar[f] Ludwicus, princeps pacis et amicus,
Venandi studio obiit lapsus[g] ab equo.

A. D. 1335. Benedictus papa XII. huius nominis, a beato Petro 195. ordinatus, sedit ann. 8, menses . . .

Frater Bartholomeus de Sancto Concordio ordinis fratrum Predicatorum consumavit opus suum, Summam que Pysana dicitur[h], in civitate Pysana.

A. D. 1338, die 7. mensis Decembris, tempore huius pape, obiit idem Bartholomeus[1].

A. D. 1342. Clemens papa VI, a beato Petro 196. Hic papa sedit annos 11, et constituit ac reduxit annum iubileum de centum annis in quinquaginta annos. Hee littere lecte et publicate sunt Rome in ecclesia beati Petri apostoli anno Domini 1349, die 21. mensis Maii, in die ascensionis Domini. Eodem anno[2] combusti sunt Iudei in partibus Alemanie. Sequenti vero anno surrexerunt flagellatores.

A. D. 1353. Innocencius papa VI. ordinatus, sedit annos 11, 197. a beato Petro apostolo.

A. D. 1363. Urbanus papa V, a beato Petro 198. ordinatus, sedit annos 7, prima indiccione. *

A. D. 1371. Gregorius papa XI, a beato Petro 199. ordinatus, sedit annis 7, menses . . . .

Anno pontificatus 2, indiccione decima, anno Domini 1372. facta est sollempnitas presentacionis beate Marie virginis in templo cum suo proprio officio celebrata[i] in curia Romana, in ecclesia fratrum[k] Minorum, videlicet die dominica 21. mensis Novembris, agente Avinionensi, prefato Gregorio XI. papa tollerante ac confirmante, et singulis annis mandat celebrandum 11. Kal. Novembris, ut expresse[l] patet in litteris suis desuper datis.

A. D. 1378, indiccione prima, Urbanus VI, a beato Petro 200. ordinatus, sedit annis 11, mens. 5, dies duos. Contra ipsum in discordia electus Roberthus Gebonensis antipapa[3], qui contra et post ipsum sedit, in sancte matris ecclesie pallorem, et hoc ex errore celerum[m] et invidia cardinalium, qui putabantur esse promulgatores legis. Hii emuli Dei, cultores perfidi, hostes sacrilegi, ex ipsius actibus scandalosis fines tocius christianitatis feriuntur. Hic papa reduxit annum iubileum de quinquaginta[n] annis in 33 annos, ut patet in privilegio, cuius tenor talis est: *Urbanus episcopus servus servorum Dei* etc. Idem papa allegat Bonifacium papam VIII, qui constituit annum iubileum de centum annis in centum annos, necnon Clementem papam VI, qui reduxit annum iubileum de anno centesimo in

*) qui modo dicitur beatus Urbanus *post add. in marg.*

a) Barie *post corr.* Babarie *c.* b) electus *c.* c) Qui *corr.* Que *c.* d) dux *c.* e) *haec supplevi; des. c.* f) Cersar *c.* g) lapsus relapsus a (*corr.* ab?) *c.* h) *rubro post add. c.* i) celebrato *c.* k) *rubro insertum.* l) expss' *c.* m) *ita c.* n) triginta tribus *post corr.* quinquaginta *c.*

1) Vulgo c. a. 1347. obiisse creditur, hoc anno Summam scripsisse. 2) De hac Iudaeorum persecutione a. 1349. cf. Stobbe p. 182. 284. 3) Clemens VII.

quinquagesimum. *Datum Rome aput Sanctum Petrum* 6 *Idus Aprilis, pontificatus nostri anno* 11. Eodem anno obiit idem Urbanus sextus[a] anno Domini 1388, 9. die mensis Novembris.

A. D. 1345. fuit electus Karolus quartus Bohemie rex. Regnavit annis 33, novem sub nomine regis, 24 sub nomine imperatoris. Hic aliquas[b] leges et ordinaciones edidit inter archiepiscopos Treverensem, Coloniensem, Moguntinum, de sessionibus eorum in curiis regalibus seu imperialibus, in mensa[c] sive ecclesiis, et de aliis diversis negociis spectantibus ad Romanum imperium seu regnum.

A. D. 1378, tercio Kal. mensis Novembris, indiccione prima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Urbani divina providencia pape sexti anno primo, in civitate Pragensi obiit serenissimus princeps ac dominus noster, dominus Karolus IIII. Romanorum invictissimus imperator semper augustus et gloriosissimus rex Bohemie ac princeps[d] elector necnon archipincerna sacri Romani imperii, anno regnorum suorum tricesimo tercio, imperii vicesimo quarto.

A. D. 1375. fuit symoniace[e] electus in regem Romanorum Wenczeslaus rex Bohemie, filius Karoli IV. Qui quidem Wenczeslaus captus ac tentus a suis principibus Bohemie propter suam enormitatem ac malignitatem; hec captivacio facta fuerat anno Domini 1394, 8. Idus Maii, anno regni Romanorum 20. Et manifeste dicitur, ut eciam scribit venerabilis[f] dominus Iohannes archiepiscopus Moguntinus in litteris privacionis regis Wenczeslai, quod ipse minus iuste prelatos, magistros ac sacerdotes propria manu occiderit, ac aliis personis [per[g]] faculas ad latera eorum exustis, donec exspirarent. Propter hec et inaudita alia mala que
Aug. 20. gessit iuridice privatus regno et nomine regis Romanorum anno Domini 1400, 13. Kalendas mensis Augusti, in die sancti Bernhardi abbatis, et hoc non inmerito, ut eciam dicebatur in communi proverbio:

Kunig Wenczel[h] *waz ein lieht unde gab niht schein,*
Dorumb ist er berawbt der eren sein.

Quid plura? De malis suis nunc supersedeo. Unde versus:

Est vicium viciare virum vicio viciatum.

Bonifacius papa nonus, a beato Petro 201, anno Domini 1389. electus, coronatus nona die mensis Novembris, sedit annos 15. Hic anno pontificatus sui primo canonizavit sanctam viduam Brigittam nomine 10. Kalendas Iulii in die sancti Appollinaris martyris[1]. Que sepulta fuit Rome in monte Paulisperne[2], ubi sanctus Laurencius fuit assatus, anno Domini 1370, tempore Gregorii pape undecimi. Que quondam venerat Rome tempore Clementis pape VI, in anno iubileo, anno Domini 1350, que multis et variis miraculis coruscat in universo Romano imperio. Que quondam habuit maritum Andream, comitem in regno Swecie; necnon ipsius meritis, ut dicitur, Christus resuscitavit 14[i] mortuos. Hic papa confirmavit festum visitacionis Marie in montana, qua Elizabeth visitavit, ut inclite recordacionis predecessor suus Urbanus papa sextus fieri decreverat, quod celebratur annis singulis 6. Nonas
Iul. 2. Iulii cum omnibus et singulis indulgenciis, sicut festum corporis Christi, similiter, qui intersint in ecclesiis, ubi illud festum peragatur, confessis et contritis. Et habet propriam historiam, que sic incipit: *Exurgens autem Maria.* Finis bulle desuper date talis est: *Datum Rome aput Sanctum Petrum* 5. *Idus Novembris, pontificatus nostri anno primo.* Igitur anno Domini 1394. venerabilis episcopus Lampertus Bambergensis in synodo generali precepit omnibus clericis ac laycis per totam dyocesim Bambergensem constitutis in virtute sancte obediencie[k], prefatum festum sollempniter celebrandum in choro et in foro necnon cum vigilia banni, sicut festum assumpcionis Marie cum vigilia celebratur. Itaque dominus Iohannes de Eglofstein episcopus Herbipolensis per totam suam dyocesim tali modo et forma sollempniter precepit peragendum.

A. D. 1398, in die sancte Agnete virginis obiit illustris princeps dominus Fridricus
Ian. 21. burggravius de Nůremberg, in monasterio Fontis-Salutis sepultus, ordinis Cysterciensis[l],

a) setus *post corr.* sextus *c.* b) aliqua *rubro corr.* aliquas *c.* c) men *rubro corr.* meñ *c.* d) l (*vel* l?) *inserit c.* e) symonaice *c.* f) verabilis *post corr.* vener. *c.* g) *ita supplevi; sed locus corruptus videtur.* h) Wencz̄ *c.* i) xiiii[or] decem *c.* k) precepit *iterum ins., post del. c.* l) Cystersciensis *c.*

1) D. 23. Iul. Hac die a. 1373. Brigitta mortua est, canonizata d. 7. et 8. Oct.; v. Hammerich, 'Den h. Birgitta' p. 211. 274. 2) Panisperne.

Eystetensis dyocesis, qui reliquit duos filios, dominum Iohannem ac Fridricum, quorum prior duxit filiam imperatoris[a] Karoli IIII, sororem Wenczeslai regis Bohemie ac Sygesmundi regis Ungarie, cuius soror vera erat ex parte patris ac matris, cuius nomen Margaretha erat. Prefatus dominus Fridricus eciam duas filias habuit, quarum [una[b]] Elizabeth nupsit Ruperto comiti palatino Reni ac duci Babarie, altera Alberto duci Austrie; et dominus Fridricus, frater illarum, duxit filiam domini Fridrici de Lantzhůta ducis Babarie ac comitis palatini Reni.

A. D. 1400, . . .[c] Kal. mensis Augusti, in die sancti Bernhardi abbatis[1], indiccione 8, Aug. 20.
vicesima die mensis ut supra, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Bonifacii pape noni anno eius 11, fuit et est electus invictissimus dominus Rupertus rex Romanorum semper augustus, comes palatinus Reni, archidapifer et princeps elector sacri Romani imperii necnon illustrissimus dux Babarie. Qui coronatus est in die epiphanie Domini in Colonia civitate Agrippina in ecclesia trium magorum, anno Domini 1401. Ian. 6
1401. Et intromissus est denique in sollempnem ac regalem curiam imperialem opidi Nůremberg in die purificacionis beate virginis Marie cum omni sollempnitate, gaudio ac tripudio. Febr. 2.
Qui quidem prefatus Růpertus rex electus fuit contra tyrannum Wenczeslaum quondam in regem Romanorum cum symonia electum, quem quondam invictissimus Karolus quartus Romanorum imperator, pater suus, in regem Romanorum minus iuste introduxit, ut manifeste patet, quod aliqui tunc principes electores pro eleccione munera receperunt. Qui maliciose ac superbe regnavit utpote 26 annos. Quem dominus Creator omnium de sede sue potencie deposuit, et exaltavit humilem ac fidelem servum suum Rupertum prenominatum[d].

A. D. 1404. Innocencius papa VII, a beato Petro 202, coronatus prima die mensis Octobris, in die sancti Remigii episcopi et martyris, indiccione 12. Oct. 1.

MIRACULUM HALESBRUNNENSE.

Hoc loco addere liceat historiolam quamvis valde fabulosam miraculi quod in monasterio Halesbrunnensi accidisse dicitur. Ex cod. Wirzburgensi Th. Q. 51, *olim Ebracensi, descripsit b. m. Ph. Jaffé.*

Ad laudem et gloriam domini et salvatoris nostri Ihesu Christi sueque dulcissime matris honorem ac inflammandam corroborandamque spem, quam in eandem gloriosissimam virginem[e] Dei genitricem merito habere debent omnes populi christiani, potissimum vero cuncti Cistercienses ordinis professores, cuius quidem ordinis prenominata ac supplici reverencia semper nominanda virgo Maria patrona et mater dinoscitur specialis, itemque principaliter ad consolacionem omnium et singulorum professorum ac domesticorum presencium et futurorum huius almi cenobii in Fonte-Salutis, et ut eorundem amor et devocio in laudem referre Marie fervencius provocetur, quoddam[f] memoriale pietatis signum regine celorum et matris misericordie exprimens benignitatem litteris tradere Latinis dignum iudicavimus, certissima experiencia sepe probatum. Cuius quidem memorabilis miraculi[g] veritas cunctos qui audierint non immeritum ad spem incitat[h] cristianos[i], sed huius sancti monasterii alumpnos singulos et universos tanto decet ampliori devocione amplecti, quanto specialius eos tanti privilegii gracia complectitur. Cunctorum eciam christianorum excellentissima virgo Maria gloriosa advocata esse non ignoratur, sed feliciores prorsus et cerciores sue beatissime gratie consecutores hii non indigne creduntur et qui hoc ipsum specialius in sacro eiusdem virginis matris meruerunt habere promisso. Talis est autem tenor miraculi.

Miraculum factum in Fonte-Salutis.

Tempore quodam monasterium claustri in Fonte-Salutis in magna erat positum augustia et tribulacione. Nam duces Bavarie magnas contra illud inimicicias habebant, causa racionabili eisdem minime

a) imptoris *c.* b) *deest c.* c) *locus rasus*; 13. Kal. Sept. *scribendum erat.* d) *post haec spatium duarum linearum vacuum.* e) virgine *c.* f) quodam *c.* g) miraculis *c.* h) incidat *c.* i) .l. *add. c.*

1) Hac die Wencezlaus depositus, sequenti 21. Aug. Rupertus electus; v. RTA. III, p. 267.

suffragante. Signanter vero dux Stephanus gravi stimolatus livore, monasterium hoc et que circa sunt loca, quoad viveret[a], dampnificare, insuper et destruere minabatur, impii Nicanoris maliciam imitans, qui manum sacrilegam contra templum Domini furiosus extendit, quod et se succensurum, cum in pace reverteretur, iuravit. Sed Deo aliter disponente, sicut nec ille ita nec iste intentum malicie obtinuit. Cum enim dictus dux Stephanus, ut prefertur, minatus fuisset, res hec cuidam homini Dei sancto notificabatur, supplicatumque fuit eidem, quis apud Deum suis instaret precibus, ut tanti furoris periculum misericorditer avertere dignaretur. Et factum est, cum homo Dei dominam nostram dignissimam virginem Mariam invocasset orando, ut unigenitum suum dilectum exoraret pro magne illius indignationis aversione, voce lapsa celitus tale accepit responsum, ut decies milies dominam angelorum cum angelica salutaret salutacione in laudem omnis honoris, gracie et dignitatis, quibus a Deo super omnes celorum est magnificata ac in laudem et gloriam tocius boni quod ipsamet est, et quod quinque misse cum totidem offertoriis celebrari deberent in veneracione sacrorum quinque vulnerum domini nostri Ihesu Christi ac tocius passionis eiusdem. Que si fierent, beata Dei genitrix obtentura esset a dilecto filio suo loco huic tranquillitatem et pacem. Cumque homo dictus[b] cuncta sicut predictum est implesset et impleri fecisset diligenter, ecce gloriosissima celorum regina cum gracie sue magnifica dignacione dicto homini apparuit ex sacratissime benignitatis sue clemencia, postulans ab hoc Fontis-Salutis monasteriali collegio et ab inhabitantibus omnibus servicium quoddam[c] fieri dilectissimo suo filio domino nostro Ihesu Christo ordine et modo, quibus ipsa virgo virginum Maria expresse designavit, ut videlicet singuli sacerdotum unam missam sancte Trinitati celebrarent, ceteri vero inferioris ordinis ac fratres laici sive conversi singillatim mille *Ave Maria* sibi, id est matri Ihesu Christi, dicerent, in laudem videlicet omnis honoris, dignitatis et gracie, quibus supereminet Dei munere cunctis exercitibus celorum, quodque eadem oratio fieret tunc eodem pro tempore quando petebatur, ac deinceps in futurum omni anno inter ascensionem Domini et festum penthecostes in perpetuas vices. Hec quicumque faciunt, hos Deus vult in sua pace et benedictione habere iuxta venerande[d] matris gloriosissimam sponsionem, et eo cicius ad vitam promovebunt eternam. Insuper eciam ipsa clementissima nostra mater et domina eodem tempore, quo homini Dei apparuit, ex superhabundanti pietate repromittere dignata est, matremfamiliam[e] huius cenobii in Fonte-Salutis se velle esse perpetuo, nec umquam eiusdem loci incolas a se in ulla necessitate derelinquendos, seque cum eisdem in omni tribulacione et angustia permansuram misericorditer pollicita est.

Oct. 1. Huius miraculi revelatio facta est anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo[1], tercia die post festum sancti Michaelis.

Huius autem singularis privilegii graciam sicut prevatum[f] monasterium Fontis-Salutis multifarie multisque modis est expertum, ita eciam apud supra nominatos duces celeris placacionis sensit effectum. In duce vero Stephano, qui, ut ante premittitur, ad seviendum crudelior permanebat, grave[e] animadversionis vindicta apparuit, quia, cum ad nocendum dicto monasterio tenderet, inopinata morte casu agitatus precipiti vitam amisit.

a) iuuetur *c.*? b) dicte *c.* c) quodam *c.* d) se venerande *c.* e) *ita c.* f) *i. e.* prefatum.

1) Hoc tempore nullus dux Baioariae Stephanus vixit. Nec de quo cogitetur subsannare possem.

HERMANNI ALTAHENSIS
CONTINUATIO TERTIA.

Duabus Hermanni Altahensis continuationibus, altera Altahensi, altera Ratisponensi, Vol. XVII. editis, tertia, nescio quam ob causam[1], *nondum huic collectioni inserta est. Continetur ea annorum* 1273—1303. *historia, initio brevior, post satis ampla et accurata rerum praesertim Baioaricarum cognitione conspicua. Sunt quidem, quae lectorem offendant: semel eadem res bis narrata*[2], *sermo nonnumquam rudior et male cohaerens. Quae fortasse in scriptorem cadunt codicis Vindobonensis Nr.* 3358 *(Rec.* 3087*), qui s. XV. diversis manibus in charta exaratus, inter magnam tractatuum historicorum*[3] *molem f.* 23'. *chronicam continet usque ad a.* 1452. *deductam, cuius pars praecipua sunt Hermanni Altahensis annales hac continuatione*[4] *aucti. Qui illam adiecit procul dubio ex fontibus optimae notae hausit, sed quae in his invenit non satis fideliter reddidisse credendus est. Initio praesertim res Ratisponenses respicit, episcopi Heinrici mortem a.* 1296. *tamquam praesens prosequitur*[5], *sed neque cum continuatione Ratisponensi neque cum Eberhardi Ratisponensis Annalibus ita convenit, ut iis usus esse videatur*[6]. *Monasterium Weltenburg in dioecesi Ratisponensi situm advocatia esse solutum, bis refert*[7], *altero loco ita ut ne nomen quidem illius scribat, quod eiusdem monachum indicare videtur. Semel monasterii Fürstenveld mentionem facit*[8], *et iam supra (p.* 42*) monui, fortasse huius abbatem Volcmarum, qui res Baioaricas exposuisse dicitur, nostro praecipuam libri sui suppeditasse materiam. Certe non solum cum Annalibus Halesbrunnensibus nonnulla habet communia; alia eaque maiora apud Heinricum de Rebdorf reperiuntur*[9], *quem potius Volcmari librum quam hanc continuationem ad manus habuisse crediderim. Alia fortasse aliunde noster sumsit*[10]. *Pleraque vero ita sunt exposita, ut auctorem coaevum et rerum bene gnarum facile agnoscas*[11]. *Quare non possumus quin hoc fragmentum, utut ortum sit, inter praecipua horum annorum monumenta referamus.*

Editionem, quam primus Böhmer, Fontes III, p. 553 *sqq., paravit, partim ope codicis Vindobonensis a V. Cl. Bayer in usus nostros denuo excussi, partim ita emendare conatus sum, ut nomina propria aliaque verba more s. XV. scripta ad vetustiores formas reducerem, nonnulla etiam menda coniectura probabili tollerem.*

G. WAITZ.

1) Lorenzio, GQ. I, p. 152, teste, Iaffé, alio loco eam edendam esse, iudicavit. 2) a. 1293. 3) V. Archiv X, p. 537 sq. 4) Sequuntur f. 41ª. annis 1347-70. dies tantum natales uxoris Karoli IV. Elizabeth et liberorum Annae, Sigismundi, Iohannis; f. 41ᵇ. Annales 1377—1452. 5) Verba addit: *Celi pateat sibi portus!* 6) Ita Lorenz, Deutsche Geschichte II, p. 673. statuit. 7) A. 1277. 1295. 8) a. 1294. 9) Id quod iam Böhmer, Fontes III, p. LXXIII, Wittelsb. Reg. p. 55, et Stälin III, p. 89 n. 3. monuerunt; cf. Lorenz I, p. 123 n. Alia apud Aventinum servata esse, Mayr libro supra p. 42. laudato p. 32 sqq. ostendere conatus est. 10) a. 1292. 1295. 1301. memorantur. Quod vero Lorenz, D. G. I. I., de codicis origine Stamsensi dixit, incerta esse, ipse post monuit, GQ. I, p. 137 n. Chronicon Stamsense, quod fol. 80 sqq. legitur, his incipit verbis: *Anno Domini* 1253, *in die sancte Marie Magdalene* [Iuli 22] *obiit Albertus comes Goricie et Tirolis, pater comitis Meinhardi fundatoris nostri, qui apud nos est honorifice tumulatus, cuius anima requiescat in pace.* Hic Meinhardi mors breviter indicatur a. 1295. 11) Quae Lorenz, D. G. II, p. 641, contra eius fidem monuit, probare non possum.

1273. Eodem anno Rudolfus comes de Habspurg in regem eligitur. Qui a Reno usque ad nemus expugnavit omnia castella potenter, opida et civitates pertinencia ad regnum Ro-
1276? manorum. Postmodum descendens Ratisponam et ibi a domino Leone episcopo cum omni clericatu ymnis et canticis et sanctuariis exeuntibus, cum populo infinito sequentibus, gloriosissime est susceptus.

Iul. 13. Anno 1277, in die[1] sancte Margarete Leo episcopus Ratisponensis obiit, vir prudens et nimis literatus, de cuius obitu totus clerus turbatur. Cui successit Hainricus comes de Rotnech, eiusdem ecclesie canonicus et archidiaconus, qui fuit vir devotus et pacificus, regens clerum suum in virga ferrea. Idem venerabilis Hainricus episcopus misericordia motus, sciens et eciam videns a maledictis abbatibus iam multum tempus ecclesiam sancti Georii in Weltenburg[a] dilapidasse[b], advocaciam et cenobium cum omnibus sibi commissis redimens de manu Wernheri de Praytenech[2]. Rudolfus rex descendens ad inferiores partes, cum adiutorio domini Hainrici ducis Bavarie[c] et Ludwici fratris sui expugnavit civitatem Wiennam et omnia castella et omnes municiones. Hoc audiens Otacherus rex Bohemie, in ira fremens, congregans populum innumerabilem, expeditionem fecit versus Wiennam, iniens bellum cum Romano rege, victus et bello . . . . .[d] modo occisus obiit.

Febr. 3. Anno 1290. Obiit Hainricus [dux[e]] Bavarie in die sancti Blasii et in Landshuet honorifice sepelitur[3]. Qui relinquens tres filios, Ottonem, Ludwicum, Stephanum. Eodem anno
Nov. 11. venit Rudolfus rex in Nuernberg[f] post festum sancti Martini. Ibi accesserunt ad eum Heinricus Ratisponensis episcopus, Ludwicus comes palatinus Reni, Otto dux, filius Heinrici ducis Bavarie, qui ibidem suscepit iura sua a rege Rudolfo, mortuo patre. Ibidem exercebantur opera milicie, ita ut Ludwicus, filius ducis Ludwici, transfigeretur lancea a quodam comite de Schelcheling[*, 4], et moritur.

Iuli 15. Anno 1291. Moritur rex Rudolfus in divisione apostolorum in civitate Spira, et ibidem tumulatur.

Anno 1292. Ulricus comes de Hoinburg[g] et alii nobiles terre Stirie et Hainricus comes Pfanberch[h], de Pettau et Stubenberch[5] tradiderunt se ipsos sub iuramento et totam terram Stirie cum civitatibus et castris Ottoni duci Bavarie, quia Albertus dux Austrie multa gravamina intulerat eis. Tandem Otto dux Bavarie sine provida deliberatione ingressus est
Febr. 2. terram Stirie cum exercitu ante festum purificationis. Et cum ingressus esset, factum est frigus maximum, ita ut neque homines et equi possent ambulare pre frigore et nivis[i] spissitudine. Pervenit autem ad monasterium Attemund[k, 6], et illud expugnavit, et ibi se recepit cum exercitu. Audiens hoc dux Albertus Austrie, quod Otto dux Bavarie intrasset in terram Stirie, et non poterat recedere pre nimia[l] spissitudine nivium. Postmodum dux Otto circa
Mart. mediam quadragesimam reversus est sine honore. Eodem anno convenerunt principes electionem facientes ad eligendum regem in Frankenfurt[m], et elegerunt Adolfum comitem
Mai 8. de Nassaw[n] in regem in octava apostolorum Philippi et Iacobi. Qui ductus est in Aquisgrani[o], et confirmatus est ibi et consecratus. Eodem anno captivatus est dux Otto, filius Meinhardi ducis Karinthie, a ministerialibus Ottonis ducis Bavarie et a militibus Con-
Iuli 25. radi Salzburgensis[p] archiepiscopi circa festum sancti Iacobi, et ductus est in castrum Werffen, et ibi detentus est in captivitate per decem menses. Eodem anno obsedit dux Otto castrum in Neunburg[q, 7] in autumpno per quatuor menses.

Mai 28. Anno 1293[r]. Habuerunt principes colloquium in Lincz in festo penthecostes. Ibi convenerunt Ludwicus comes palatinus Reni, Otto dux Bavarie, Albertus dux Austrie, Meinhardus dux Karinthie, Conradus Salzburgensis[s] archiepiscopus, Hainricus Ratisponensis

*) *post corr.* Hohenloch *c.*

a) Weltnb. *c.* b) *ita c.*; *fortasse:* dilapidari. c) Bawarie *hoc loco c.* d) diversus *c.*; *locus sane corruptus.* e) *deest c.* f) Nüenberg? *c.* g) Hoinnburgk *c.* h) Phfanberch, Pettaw *c.* i) nimis *corr.* nivis *c.* k) Attemundt *corr.* Addemundt *c.* l) nimis *c.* m) Francknfurdt *c.* n) Nasaw *c.* o) Aquisgranis *c.* p) Salczb. *c. saepius.* q) Newnburgk *c.* r) 1292. *c, ubi postea annus* 1293. *nullis additis notitiis sequitur.* s) Sallzb. *corr.* Salczb. *c.*

1) *in vigilia b. Margarete*, Eberh. Ratisp., SS. XVII, p. 594. 2) V. chartam datam 18. Febr. 1280, Ried, Cod. dipl. Rat. 592, I, p. 563; cf. 639, p. 610. 3) Cf. Cont. Altah., SS. XVII, p. 415. 4) V. Ann. Halesbr., supra p. 45; *ab inimico quodam de Schelcking*, Chron. Bav. Oefele I, p. 389. 5) Ulricus de Pfanberg et Fridericus de Stubenberg ap. Ottokar. occurrunt c. 494, p. 482; cf. c. 495, p. 483. 6) Cf. Cont. Florian., SS. IX, p. 750; Ottokar c. 503, p. 479. 7) Neunburg ad Inn fluvium.

episcopus, Bernhardus Pataviensis episcopus. Ibi concordati sunt Otto dux Bavarie et Albertus dux Austrie et Conradus Salzburgensis archiepiscopus. Nam ante erant inimici ad invicem. In[1] eodem colloquio amicabilis compositio facta est inter Ottonem ducem Bavarie et Albertum ducem Austrie et Conradum Salzburgensem archiepiscopum[2]. Et liberatus est Otto dux Karinthie de captivitate, qui priori anno fuerat captivatus.

Anno 1294. Obiit dux Ludwicus Bavarie, comes palatinus Reni, in Haydelberch aput Renum in die purificationis sancte Marie[3]. Et ibidem decoquitur, et ossa eius translata Febr. 2. sunt in Furstenfeld[a] et ibi honorifice sepulta. Sed cum adhuc viveret, iuravit ipse et optimates eius duodecim, ducere filio suo Rudolfo filiam Ottonis marchionis de Brandenburg[b] in uxorem. Et ipse marchio simili modo iuravit et optimates sui, dare filiam suam Rudolfo. Eodem anno mortuo patre, duxit Rudolfus dux filiam Adolfi regis Romanorum in uxorem[4], celebratis[c] nupciis in Nuernberg in festo sancti Egydii confessoris. Sept. 1.

Anno 1295. Intravit rex Adolfus civitatem Ratisponensem in festo sancti Georii. Apr. 23. Occurrerunt ei Otto dux Bavarie et fratres sui Ludwicus et Stephanus et Hainricus episcopus Ratisponensis. Et ab eis est honorifice susceptus, quia tunc temporis erant duces Bavarie obligati Ratispon.[d] pro 50000 talentis. Invitatus est rex ab episcopo, et largas expensas dedit[5] in prandio et in cena. Eodem tempore erat discordia inter cives Ratisponenses et episcopum et canonicos ibidem. Petebant enim cives steuram ab ipsis ad murum civitatis. Que discordia sedata est per regem, quia rex stetit pro clero[6]. Eodem anno obiit Meinhardus dux Karinthie, qui prius fuit [comes[d*]] Goricie.

Anno 1296. Obiit Hainricus[7] dux, frater Ottonis et Stephani, in Landshuet in festo Mai 13. penthecostes et ibi honorifice sepelitur[8]. Eodem anno obiit Arnoldus Babenbergensis episcopus in festo sancti Alexii; cui successit summus prepositus, de Grünidla[9]. Iul. 17. Eodem anno obiit Hainricus Ratisponensis episcopus in crastino sancti Iacobi, de Rotneck ortus. Iul. 26. Celi pateat sibi portus! Cui successit Conradus summus prepositus, de Luppenburg[e]. Idem Hainricus episcopus Ratisponensis emit advocâciam a Wernhero de Praitneck pro 170 talentis[10]. Eodem anno dux Albertus Austrie obsedit civitatem Rastat septem ebdomadas circa festum sancti Iacobi. Iuli. Hoc audiens Conradus Salzburgensis archiepiscopus, mittit velociter nuncios ad Ottonem ducem Bavarie, rogat eum venire sibi in auxilium. Qui congregato exercitu cum Gebhardo comite de Hirsperg, venerunt usque Salzburgam cum sexcentis magnis equis. Dum hoc perciperet dux Albertus Austrie, propter metum illorum iniit fugam. Eodem anno milites Rudolfi venerunt in castrum Mergetau[f] latenter[11]. Et invenerunt sine omni custodia et eiecerunt ex ea viros et mulieres et possiderunt eam. Inde est orta gwerra inter Rudolfum ducem et episcopum Augustensem Bacherenicz[12] et cives. Postmodum autem facta est pax inter eos usque ad festum Martini. Nov. 11. Finita[g] autem pace, cives cum summo preposito, de Czoler[13], qui fuit capitaneus eorum, exierunt de civitate, et plurimas villas et tria castella rapinis et incendio totaliter devastaverunt et civitatem Fridiberch[h, 14] igni succenderunt. Tunc iratus dux congregavit copiosum exercitum cum adiutorio patrui sui Ottonis ducis Bavarie, qui misit fratrem suum Stephanum cum 60 magnis equis sibi in adiutorium. Et cum omnes congregati essent, non poterant nocere civitati, sed tota regio ista devastata est per eos. Tandem ad ultimum turres muri[i] Mergetau[f] destruxerunt et igni succenderunt.

Anno 1297. Coronatur rex Bohemie Wenczeslaus cum ipsa regina Guta[k], que erat in puerperio, a Gebhardo Maguntinensi archiepiscopo in festo penthecostes. Iuni 2. Interfuerunt autem hii principes: dux Albertus Austrie, Pulko dux de Polan[15], Otto marchio de Brandenburg. In eodem convivio tractatum est de depositione regis Adolfi, quod eciam sequenti

a) Furstenfeldt *c.* b) Branburgk *c.* c) et celebratis *c.* d) Rat. *c.*; Ratispone *B*; *fortasse:* Ratisponensi *vel* Ratisponensibus. d*) *deest c.* e) Luppenburgk *c.* f) Mergetan *c.* g) Et finita a. *c.* h) Fridimerck *c.* i) muris *c.* k) Buta *post corr.* Guta *c.*

1) Bis eadem res ex diversis, ut videtur, fontibus narratur. 2) Cf. Böhmer, Wittelsb. Reg. p. 47. 3) Alii d. 1. Febr. indicant; Böhmer l. l. p. 48. 4) V. chartam de 19. die Martii, Böhmer l. l. p. 49. 5) scilicet episcopus. 6) Cf. Cont. Ratisp. p. 417. et chartam Heinrici ep., Ried 700, I, p. 671. 7) Ludewicus. 8) Alii d. 16. vel 17. Maii indicant; v. Böhmer l. l. p. 103. 9) Liupoldus de Grundlach. 10) Cf. a. 1277. 11) Mergenthau; cf. Ann. August., SS. X, p. 10. 12) Wolfhardum de (Roth-)Wakernitz; cf. Stälin III, p. 67 n. 13) Fridericus de Zollern; Stälin p. 86. 14) Friedberg. 15) Silesiae.

anno adimpleverunt. Transacto convivio, obiit regina. Eodem anno Stephanus dux Bavarie, frater Ottonis ducis, duxit filiam Pulkonis de Polan in uxorem, celebratis ibidem c. Aug 25. nupciis. Eodem anno obiit Rumboto Astaniensis[1] episcopus ante festum sancti Bartholomei. Cui successit Conradus Pfeffenhauser[a], canonicus Ratisponensis.

Anno 1298. Albertus, filius Rudolfi regis Romanorum, de partibus Austrie ab electoribus imperii ad Renum sepius evocatus[b], vivente et regnante rege Adolfo, cum consensu et voluntate incliti Ottonis ducis[c] Bavarie superiores adiit regiones. Et-cooperantibus sibi ducibus Karinthie necnon et episcopis, videlicet Maguntino et Spirensi[d], et aliis multis nobilibus[e] sibi faventibus, pro apice imperii Romani cum rege Adolfo supra memorato conflictum iniit et certamen. Quem in eodem certamine, fortuna sibi inopinabiliter Iuli 2. arridente, obtinuit casualiter, et occidit in festo sanctorum Processi et Martiniani. Cui predictus Albertus, tali victoria potitus, gubernaculum Romani apicis sic succedere probatur. Interea Rudolfus dux, comes palatinus Reni, et Otto dux Bavarie accelerant ire ad regem Adolfum, quia adiutores eius erant. Veniens autem Otto dux Bavarie in provinciam Alberti comitis de Hairlach[2], volens transire terminos suos; cognito hoc comite, congregavit multitudinem armatorum equestrium pedestriumque[f]; sperabat eos invenire inermes et in lectis iacentes et sic eos prosternere et equorum pedibus conculcare. Tunc per Dei graciam premonitus est dux Otto. Illucescente autem die, irruit super eos subito. Et in prima congressione occisus est predictus comes de Hairlach[g] et quingenti viri cum eo, plurimi autem vulnerati et multi ex eis captivati. Tamen Otto dux in illa die obtinuit victoriam. Apr. 17. Erat autem pugna 15. Kal. Maii prope civitatem Oberndarf[h], in quam ipse dux intravit cum exercitu suo. Erat autem obsessus in eadem civitate ab amicis predicti comitis[i] per sex septimanas. De exercitu vero predicti ducis Hartmanus comes Kirchperg vulneratus postea moritur. Eodem anno ex permissione Dei et ulcione divina Iudei qui inventi sunt in Nuernberg[k], Wierzpurg[l], Rotenburg, Windishaim, Mergetaim[m], Astania[3] et in Perkhin omnes cremati sunt cum parvulis et mulieribus, quia ipsi multiformiter de recenti offenderunt dominum Iesum Christum. Item eodem anno Albertus dux Austrie Romanorum Nov. rex celebrat curiam solemnem in Nuernberg[n] post festum sancti Martini. Ubi multi principes convenerunt tam seculares quam spirituales, inter quos eciam erat Wenczeslaus rex Bohemie.

Anno 1299. Conradus Argentinensis episcopus cum civibus eiusdem civitatis ex precepto Alberti regis Romanorum obsedit civitatem Freiburc[o]. Tunc hii qui erant in civitate congregati sunt in unum et unanimi consilio exierunt de civitate, et pariter congressi sunt. In eodem conflictu occisus est Conradus Argentinensis episcopus[4]. Eodem anno in vigi- Aug. 31. lia sancti Egidii hora completorii venit maxima et crudelissima aura, que tunc temporis[p] umquam visa fuit, ita ut plurimas ac infinitas eradicaret arbores.

Ian. 13. Anno 1300, circa octavam epiphanie rex Grecie, rex Armenie et rex Cipri cum adiutorio regis Tartarorum expugnaverunt sepulchrum Domini, quod fuit in potestate soldani Febr. 2. regis 58 annis, et restitutum est christianis. Eodem anno in festo purificationis Albertus rex Romanorum venit in civitatem Ulmam. Ibi accesserunt eum principes religiosi et seculares. Inter quos erat Otto dux Bavarie, quem rex recepit in graciam suam, quia priori anno occiderat avunculum suum Albertum comitem de Hairloch, et contulit ei omnia iura sua. Eodem anno Otto dux Bavarie, Stephanus, frater suus, accincti sunt gladiis milita- Iuni 27. ribus in Landshuet cum 170 militibus[q] in crastino Iohannis et Pauli a venerabili Conrado Salzburgensi archiepiscopo. Interfuerunt hii principes: Conradus Salzburgensis, Conradus Ratisponensis episcopus, Emicho[r] Frisingensis episcopus, Rudolfus dux Bavarie, palatinus comes Reni, et frater suus Ludwicus, Gebhardus comes de Hirsperg. Accidit autem ibi res inaudita, quod Conradus Salzburgensis archiepiscopus licenciavit carnes in vigilia aposto- Iuni 28. lorum Petri et Pauli comedere. Eodem anno circa festum sancti Michaelis evocatus est Sept. 29. dux Rudolfus ad partes Reni ab electoribus imperii Maguntino, Coloniensi et Treverensi

a) Pfeffenhawsser *c* b) evocatur *c.* c) dux *c.* d) Spireo *c.* e) nobilium *c.* f) que *deest c.* g) Hayrlach *c.* h) Oberndarff *c.* i) ducis H. comes K *scripta sed mox deleta c.* k) Nüernberg *c.* l) Wierczpurg *c.* m) Mergetann *c.* n) Nuernberg *c.* o) Freyburck *c.* p) temporibus *c.* q) milibus *c.* r) Enicho *c.*

1) Eichstedt. Diem proximum ante diem S. Augustini (Aug. 27) indicat Henricus de Rebdorf p. 509. 2) Haigerloch, sive Hohenberg. 3) Mergentheim, Eichstedt et Berching. 4) Cf. Matth. Nuewenburg., Böhmer, Fontes IV, p. 174.

archiepiscopis, quod ipse iudicaret de rege, quia iudicium pertinet ad palatinum. Dicebant enim, quod principes moverent querimoniam de rege, qualiter ipse occidisset proprium suum dominum, scilicet regem Adolfum, idcirco non posset nec deberet esse rex. Et ita simul conspiraverunt contra regem. Cum autem percepisset rex, quod avunculus suus recessisset ab eo, iratus est nimis, iurans, quod omnia que haberet de regno alienaret ab eo, scilicet Suevicum[a] Werd, Novum Forum[1], Schongau, castrum Swabech[2]. Et ita factum est.

Eodem anno fuit maxima peregrinacio virorum ac mulierum ad curiam Romanam, quod non fuit aliquis vivens qui memor esset de tali peregrinatione, et duravit usque ad nativitatem Domini. Eodem anno Fredericus dux Austrie, filius regis Alberti, duxit filiam regis Francie.

Anno 1301. in circumcisione Domini Rudolfus dux transivit Danubium cum exercitu Ian. 1.
ad expugnandum Novum Forum. Cum illuc venisset, nichil profecit, sed confusus cum multis vulneratis inde recessit. Eodem anno circa festum sancti Mathie obiit Andreas Febr. 24.
rex Ungarie sine herede, et regnum Ungarie vacabat. Tunc comites et magnates Ungarie miserunt nuncios[b] ad Ottonem ducem Bavarie et fratrem suum Stephanum, ut intromitterent se de regno Ungarie. Et ipsi non consenserunt, sed nuncios cum honore remiserunt. Postmodum Ungari miserunt nuncios ad Wenczeslaum regem Bohemie, ut daret ipsis filium suum, ut regnaret super eos. Qui consensit petitioni eorum, et intravit terram Ungarie cum filio suo, et ibi coronatus est filius suus in festo penthecostes. Eodem anno in Mai 21.
festo sancti Georii Rudolfus dux Bavarie, comes palatinus Reni, secundario transivit Danu- Apr. 24.
bium cum exercitu, et intravit cometiam domini Gebhardi de Hirsperg[c], et per octo dies rapinis et incendiis devastavit. Post recessum predicti ducis comes de Hirsperg cum adiutorio soceri sui comitis de Oting et comitis de Graispach[d] et domini Castel[e], qui eum adiuvabant ex parte regis, congregavit exercitum, et omnes adiutores ducis, scilicet de Hohenfels et de Ernfels et de Laber et de Lapide, de Wildenstain, de Parsperg[f] similiter incendiis et rapinis devastavit. Et duravit illa discordia usque ad festum sancti Iacobi. Quod con- Iul. 25.
dolens mater ducis, accessit regem et intercessit pro filio suo et fecit concordiam[3]. Eodem anno in autumno duces Karinthie Otto, Ludwicus et Hainricus habuerunt conflictum cum episcopis Tridentino et Brixinensi. Et duces obtinuerunt victoriam et destruxerunt muros civitatis Tridentine et succenderunt eam igni.

Anno 1302. Obiit Waltherus Augustensis episcopus cognomine Walkchernicz post festum epiphanie, et ecclesia illa vacabat per unum annum. Eodem anno in vigilia Febr
Iohannis baptiste Rudolfus captivavit Mechtildem[g], matrem suam, relictam Ludwici ducis, in Iun. 23.
castro Schilperg, et Conradum de Oteling. Et ducti sunt in Monacum. Et in die sancte Margarete predictum Conradum de Oteling decollari fecit propter quandam infamiam. Iul. 13.

Versus: Anno milleno triceno parque secundo
Bavarie terre domini tunc imposuere
Pro capite[h] talem steuram pecudum generalem
X bis bos et equus, pecus hoc, X datque iumentum,
Nummos tres porcus dat, ovis, caper ac simul agnus,
Sed non habens annum animal non dat preter agnum.

Item eodem anno circa festum Iacobi rex Francie, qui rebellis erat sedi apostolice, pugna- Iul. 25.
bat contra comitem Flandrie, et obsedit civitatem Bruck[i, 4], Eypper, Gennt, Reichsell . . . .[k] duci et aliorum nobilium sibi faventium, et iniit certamen cum rege. Et rex fugatus est. Et ceciderunt de exercitu suo ad 20 milia, inter quos erant quingenti magnates, comites, liberi et ministeriales.

Anno 1303. Bonifacius papa captivatur in Anania[l] a cardinalibus dictis de Columna; intoxicatus vitam breviter finivit circa festum undecim milium virginum[5]. Oct. 21.

a) Swev. 1. b) nunccios 1, *semper.* c) Hyrsp. *hoc loco c.* d) *ita emendavit Böhmer, Wittelsb. Reg. p.* 54, Grafspach 1. e) *ita B*; Caffel *vel* Casfel 1. f) Paespergk *c.* g) Merktildem 1. h) Percipite 1. stewram 1. i) Bruckh 1. k) *quaedam deesse patet.* l) Avania *post corr.* Avinione 1.

1) Neumarkt. 2) Schwabach. 3) Cf. Böhmer l. l. p. 55. 4) Brügge, Ypern, Gent, Ryssel (Lille). 5) Obiit d. 11. Octobr.

ANNALES WERNHERI ALIORUMQUE TEGERNSEENSES.

Haimonis libro de decursu temporum Bambergae continuato (SS. X, p. 2; et iis seclusis quae post alibi inserta sunt, Jaffé, Bibl. V, p. 549) in monasterio Tegernseensi pluribus s. XIII. et XV. manibus notitiae additae sunt, dignae quae hic edantur. Exstant in

codice Monacensi Nr. 18769 (Tegerns. 769), membr. s. XII, maximam partem a Wernhero diacono[1] *ante a. 1198. exarato, quo Jaffé in Haimonis editione curanda usus est. Notitias has vero post Wernherum additas iam ante multos annos exscripsit V. Cl. Föringer, indefessus huius collectionis fautor et adiutor; ipse nuper Monaci relegi. Quae ipse Wernherus scripsisse videtur asterisco notavi; ea vero quae scriptori saec. XV. debentur minori littera exprimenda curavi, nomina paparum et regum fine saec. XV. addita*[2] *omisi.*

G. W.

1156. Fridericus[a] Rome imperator consecratur cum maxima cede, et magister Arnoldus iussu Adriani pape suspenditur.

1171. Hainricus[b], filius imperatoris Friderici, rex consecratur.

1174. Sanctus Thomas Canthuar.

Ann. Bamb. 1177. Generalis synodus 514 episcoporum sub Alexandro papa et Friderico imperatore agitur in Venetiis; et scisma, quod 19 annis duraverat, terminatur.

1181. Hainricus[a] dux Saxonie deponitur; Otto palatinus subrogatur.

1183. *Lucius III. papa sedit. — Cenobium sancti Ulrici ardebat, et imperator cum duce Iun. 5. Ottone pentecosten in Ratisbona[c] cęlebrat, et idem Otto post paucos dies obiit[3].

1186. *Urbanus papa III. sedit.

1190. *Fridericus imperator sub Ierosolimitana expeditione migravit.

1191. *Clemens papa Rome migravit. Celestinus eligitur. — Hainricus, filius Friderici imperatoris, imperator Rome consecratur.

1196. *Hoc anno fames valida et annona ita cara, ut modium in Augusta venundaretur 30 soldis, et Francienum vinum non erat penitus.

1197. Expeditio[d] Ierosolimitana sub Hainrico imperatore.

1198. Hainricus[d] sextus imperator obiit.

Wernherus[d] diaconus et monachus obiit, patrator huius libri[4].

1200. Otto IV. dux Braunsweik fundavit Rütligen et Esslingen. Ordinis Theuthonicorum inicium.

1201. Sanctus Franciscus et sanctus Dominicus.

1203. Discordantibus[d,5] episcopo Chůnrado Ratisponensi et Ludewico duce Bawariae, tota Bawaria sevit in igne et gladio.

1204. Perhtoldus[d] dux Meranie obiit.

Obeunte[d] duce Perhtoldo Meranie 2. Idus Augusti, Otto comes de Valeie movet contra filium eius Hainricum marchionem guerram gravem favore Ludiwici ducis Bawarie; unde huic monasterio maxima desolatio per ignem et rapinam accessit.

1205. Alher obiit. Philippus, frater Hainrici imperatoris, annis 10 regnavit.

a) *manu* 2. b) *alia s. XIII. manu.* c) Rat. c. d) *manu* 3.

1) Nescio an idem sit qui poetae laude claret. 2) Ultima eius nota est 1486: *Maximilianus dux Austrie.* 3) D. 11. Iul. 4) f. 132. codicis legitur: *Hunc librum Werinherus diaconus et monachus patravit.* 5) Cf. Herm. Altah. a. 1203, et Ann. Wessof.: *Propter gwerram inter episcopum Kǒnradum Ratisbonensem et Ludowicum ducem Bawarie pene tota provincia incendio periclitatur.*

1209. Concilium Lateranense.
1220. Fridericus II, Hainrici VI. filius, 33 ann. regnavit.
1224. Gregorius nonus. Sancta Elizabeth claruit.
1260. Albertus magnus. Urbanus IV
1261. Sanctus Thomas de Aquino.
1272. Clemens IV. Bonaventura.
1274. Rudolfus secundus comes de Habspurck, imperium non ascendit; regnavit 18 annis.
1277. Iohannes XXI. Petrus Hyspanus.
1292. Adolfus comes de Nassau regnavit annis 6.
1298. Albertus dux Austrie regnavit 10 annis.
1303. Clemens IV. annis novem sedit.
1308. Hainricus VII. comes de Lüczelburk eukaristia infectus fuit, 4 annis regnavit.
1315. Iohannes XXII. sedit annis 22.
1325. Ludvicus dux Bavarie.
1336. Benedictus XII. sedit annis 6.
1342. Clemens sextus.
1345. Karolus IV, filius regis Bohemie.
1413. Concilium in Constantia.
1417. Martinus papa V. 12. mensis Novembr.

Anno Domini 1421. tota fere Bavaria ferro et rapinis vastata est per Lodvicum ducem Bavarie seniorem de Ingelstat ex parte una et per duces Hainricum de Lantzhuta et Wilhelmum fratres de Monaco parte ex altera.

1422. Concilium Papiense seu Senense.
1426. Incepta est observancia regularis in hoc loco apostolica et ordinaria auctoritate.
1431. Eugenius IV. eligitur Martii die tercia.
1432. Concilium Basiliense.
1433. Sigismundus primus imperator coronatur Rome in die penthecost.
1438. Albertus dux Austrie rex eligitur Romanorum.
1439. Eugenius deponitur.
1440. Felix V. 24. die mensis Iulii coronatur in concilio Basiliensi.
1442. Fridericus dux Austrie coronatur Aquisgrani in regem Romanorum.
1449. Felix V. papatum resignat, et Nicolaus a concilio Lauzanensi approbatur.
1452. Fridericus Rome coronatur.
1455. Kalixtus III. eligitur.

ANNALES S. NICOLAI PATAVIENSES ET NOTAE WOLFELMI.

In codice M o n a c e n s i *Nr.* 16110 *(S. Nicolai Patav.* 110*), membr. s. XIII, in* 4° *minori, f.* 176. *leguntur notae historicae, quas exscripsit b. m. Ph. Iaffé, ipse cum libro huc transmisso contuli. Prima earum pars multa habet cum Annalibus Austriacis, Mellicensibus, Claustroneoburgensibus, S. Rudberti Salisburgensibus communia; neque certo certius contendere ausim, ex quo exemplari haec sint descripta. Eadem in codicem Florianensem transierunt, quem V. Cl. Wattenbach SS. IX, p.* 748 *n.* 749. *exprimendum curavit*[1]. *Quae ideo repetenda duximus, quia Wolfelmus presbyter S. Nicolai Pataviensis quaedam suam vitam attingentia subiecit, quae innuere videntur, etiam illa, si non ipsius manu, certe ipsius tempore scripta esse.*

Cum vero has parvulas ecclesiae Pataviensis reliquias edam, non possum quin valde doleam, annales maiores, quos saeculo XIII. ibi scriptos et saec. XVI. etiamnum a viris doctis lectos fuisse constat, nunc deperditos esse. Qui ut pari fortuna ac Annales Altahenses aliquando e tenebris emergant, optandum est[2].

Neque silentio praeteream, in compilatione quadam monasterii Wessofontani, quae in codicibus Monacensibus recentioris temporis, partim manu Stephani Leopolder (de quo cf. Mon. B. VII, p. 333*) saec. XVI. inc. scriptis, exstat, excerptis ex Ekkehardo, Chronico Urspergensi, Hermanno Altahensi, Annalibus Scheftlariensibus minoribus nonnulla esse inserta, quae ex Annalibus deperditis sumta esse videntur, ad Frisingensem ecclesiam alia, alia ad Augustanam spectantia. Quorum genuinus textus cum restitui nequeat, hoc loco ea seponere debuimus, alibi quae memoria digna sunt edituri.* *G. W.*

Ann. Mell. Anno 30. baptizatus est Christus.
31. Iohannes baptista decollatus est.
33. crucifigitur Christus, Stephanus lapidatur.
34. Paulus de celo vocatur.
Hier. Anno 43. Claudius n u m e r a r i fecit cives Romanos, et inventi sunt sexagies novies centum milia et 44.
A. Mell. Anno 57. Nero primam persecucionem exercuit.
Anno 69. Petrus crucifigitur.
Anno 70. Paulus decollatur.
Anno Domini 101. Iohannes e w a n g e l i s t a obdormivit in D o m i n o anno a passione Domini 69.
Anno Domini 249. Phylippus primus imperator christianus regnavit.
cf. Ann. S. Rudb. Anno gracie 364[a]. Sanctus Nycolaus obiit.
Anno 431. Sanctus Augustinus doctor egregius obiit.
Anno 604. S a n c t u s Gregorius papa sanctissimus obiit.
Anno Domini 1012. Cholomannus passus est.
Anno gracie 1067. Monasterium sancti Nycolai in Patavia fundatur[b] ab Altmanno Pataviensi episcopo et ab Agnete augusta.
Anno Domini 1087. Sanctus Nycolaus translatus est de Mirea in Varensem civitatem[3].
Anno 1171. Sanctus Thomas Cantuariensis episcopus in ecclesia metropolitana hora vespertina occiditur.

a) *ita Flor.*; 304. *c.* b) *ita Fl.*; fundatur *hoc loco deest; sed post* augusta *in marg. suppl.* fundatum est.

1) Anni 1288. 1289. 1284. 1287. 1291. etiam in cod. Pesthinensi Chronicae minori subiecti leguntur; v. Wattenbach. Iter Austriacum p. 12. 2) De annalibus monasterii Alderspach s. XIV. v. Mayr in libro supra laudato p. 27. 3) Haec ex Sigeberto manasse videntur; Ann. Austriaci minus recte a. 1094. indicant, SS. IX, p. 568. 576. 774.

Anno gracie 1189. Fridericus imperator transfretare perrexit.

Anno Domini 1101. Sancta Chonegundis virgo et regina, uxor Hainrici[a] pii imperatoris, moritur[1].

Anno gracie 1230. Liupoldus[b] dux Austrie obiit. Ann. S. Rudb.

Anno Domini 1235. Sancta Elyzabet, filia Andree regis Ungarie et uxor lantgravii[c], canonizatur.

Anno gracie 1241. aliquantulum[d] post meridiem, dum sol esset in claritate sua, subito obductus est mirabili nigredine, ita quod nulla eius pars videri poterat et stelle vise sunt tamquam in nocte fere ad quatuor horas.

A. D. 1246. Fridericus dux Austrie occiditur. Ann S. Rudb.

A. D. 1260. ibant homines facie velata et percutiebant se cum flagellis nudos utriusque sexus. cf. ibid.

A. D. 1274. Gregorius papa huius nominis decimus Lugduno generale concilium celebravit. In quo Grecorum et Tartarorum sollempnes nuntii interfuerunt. Aderant etiam ibi quingenti et sexaginta episcopi et plus quam mille prelati mitrati.

A. D. 1278. Otacharus[2] inclitus rex Bohemie ab exercitu domini Rudolfi regis Romanorum bello campestri occiditur. cf. Cont. Flor.

A. D. 1288. Sanctus Virgilius Iuvavensis episcopus transfertur a domino Rudolfo eiusdem ecclesie episcopo. Cont. Claustr. IV.

A. D. 1289. Hainricus[e] illustris dux Bawarie in Purchusen moritur et apud Lantshůt decentissime sepelitur. cf. Ann. S. Rudb.

A. D. 1284. quidam fascinator se Fridericum imperatorem simulans, magnam partem Alamannie in errorem duxit. Tandem compertis prestigiis suis per dominum Rudolfum regem Romanorum crematur. Cont. Claustr. IV.

A. D. 1290. Dominus Rudolfus rex Romanorum moritur.

A. D. 1287. Iudei supra Renum in quadam civitate quendam Deo devotum nomine Wernherum clam abducunt et in die parazeue ad instar Salvatoris morte afficiunt, qui per Dei graciam multis claret miraculis. Cont. Claustr. IV.

A. D. 1265. Ego Wolfelmus tradidi me religioni in ordinem sancti Augustini in ecclesia sancti Nycolai apud Pataviam et indui ordinem 3. Nonas Februarii in die sancti Blasii, domino Liupoldo existente preposito. 1264? Febr. 3.

A. D. 1266. recepi ordinem subdiaconatus a venerabili episcopo Ottone[3]. 1265?

A. D. 1270, 3. Kalend. Iunii recepi ordinem dyaconatus a venerabili episcopo Petro. Mai 30

A. D. 1275, 7. Idus Marcii Intret[f] oratio recepi ordinem sacerdotalem in ecclesia sancti Ypoliti a venerabili episcopo Petro. Eodem anno 16. Kalendas [Martii[g,4]] celebravi primam missam meam in ecclesia sancti Nycolai. Mart. 9. Mart. 17.

ANNALES BURGHAUSENSES.

Ex cod. ***Giessensi*** *Nr.* 176. *V. Cl. R. Wilmans et nuper iterum L. Weiland hos exscripserunt, ubi fol.* 234'. *post Ottonis Frisingensis chronicon leguntur (v. SS. XX, p.* 112*), in fine hac scriptoris nota adiecta:* Anno Domini etc. [14]70. per Erasmum Sayn de Frisinga. *Prior pars ex Hermanni Altahensis fluxit Annalibus, sed cum Annalibus Halesbrunnensibus supra editis compluribus annis plane convenit; quare ad idem exemplar ex illis excerptum eos redire statuamus oportet. Eiusdem partem, notis quibusdam Boemicis auctam, ex cod.* ***Admuntensi*** *descripsit et edidit V. Cl. Wattenbach (Arch. X, p.* 642*), et praeterea in Annalibus Seldentalensibus (Böhmer, Fontes III, p.* 526*) et in cod.* ***Monacensi*** *Germ. Nr.* 207, *chart. s. XV, fol.* 155'—158'. *haec aucta et continuata leguntur. Pauca quae illic genuina sunt semel urbis Burghausen ita faciunt mentionem, ut scriptorem ibi vel in vicinia huius urbis scripsisse verisimile sit.* *G. W.*

a) p. i. Heinrici *Fl.* b) Leup *Fl.* c) lantgraphii *Fl.* d) aliquantum *c.* e) Hanr. *c.* f) Intret (*vel* Intrent?) orō *c.*; *quae quid sibi velint nescio.* g) Martii *superscriptum.*

1) De translatione a. 1202. facta referre voluisse auctor censendus est. 2) Haec fusius in cod. Florianensi enarrantur. 3) Qui obiit a. 1265. Oct. 10. 4) *Aprilis* legendum videtur; dies 17. Martii fuit dominica.

	Cod. Giess.	*Cod. Admunt.*
Ann. Halesbr.	Anno Domini 1100. Cysterciensium ordo incepit[1.2].	A. D. 1100. Ordo Cystercyensium incepit.
	A. D. 1206. ordo Minorum fratrum incepit[1.2].	A. D. 1206. Ordo fratrum Minorum.
	A. D. 1216. ordo Predicatorum incepit[1.2].	A. D. 1216. Ordo Predicatorum.
Herm. Alt.	A. D. 1155. marchionatus Austrie mutatur in ducatum et ducatus Bohemie in regnum[1].	A. D. 1156. Marchionatus Austrie mutatus est in ducatum. Eodem anno ducatus Boemie mutatus est in regnum per F. imperatorum[2].
	A. D. 1176. Thomas martir ab imperatore Canturie occiditur.	A D. 1171. Thomas Cantuarie passus est.
	A. D. 1180. Henricus dux Babarie et Saxonie ab imperatore Friderico deponitur, et Otto de Schiria dux Bavarie constituitur[2].	
	A. D. 1184. filii imperatoris Friderici Henricus et Conradus duces Suevie et Otto Maguncie accinguntur.	
	A. D. 1188. Fridericus imperator nolens in aqua periit.	
	A. D 1193[a]. Richerus rex Anglie a Leupoldo duce Austrie captivatur[2], et comes[b] Albertus de Pogen fugat Ludowicum Baubarie auxilio Bohemorum[3].	
	A. D. 1199[c]. Wolfridus[4] episcopus Pataviensis expugnat castrum in Graben[3] et edificavit castrum in Oberenperg[2].	
	A. D. 1202. Sancta Chunigundis de tumulo transfertur[3].	
	A. D. 1203. prelium fuit inter episcopos Bavarie et ducem Ludowicum[3].	
1204.	A. D. 1206. Landtzhuta construitur[1.2].	
	A. D. 1208. rex Philippus occiditur[1.2].	
	A. D 1212. Episcopus Meingoldus et Rapoto dux inter se preliabantur.	
	A. D. 1213. Gerdrudis regina occiditur.	A. D. 1213. Gerdrudis regina Ungarie occisa est[2].
	A. D. 1215. Innocencius papa Rome iniit concilium.	A. D. 1215. Innocentius papa habet concilium Rom.[3]
		A. D. 1235. Natus est Heinricus dux 13. Kal. Sept.[3]
		A. D. 1236. Sancta Elyzabeth translata est, et Heinricus exilio[d] relegatus[3].
		A. D. 1241. Eclypsis solis facta est, et Ungaria devastata per Tartaros[3].
	A. D. 1254. Ludowicus et Henricus duces aput Oetingam gladiis accinguntur[5], et Otto dux obiit in vigilia sancti Andree.	A. D. 1244. H. dux Bawarie dominam Elyzabeth duxit uxorem[3].
	A. D. 1257. rex Bohemie vincitur apud Mûldorff[3].	A. D. 1257. Rex Boemie victus est a domino H. duce Bawarie apud Muldorff.
	A D. 1260. flagellatores incipiunt, et rex Bohemie vicit Hungaros.	A. D. 1260. Flagellatores surrexerant, et rex Boemie vicit Ungaros[3].

1312. Sept. 9. A. D. 1313. mortuo Ottone illustri rege Hungarie et duce Baubarie in die beati Gorgonii, suborta est discordia inter ducem Fridericum Austrie et ducem Ludowicum Bauwarie.

Iun. 28. A. D. 1316. facte sunt inundaciones aquarum in vigilia apostolorum Petri et Pauli, quod mundus tristabatur[6].

A. D. 1317. facta est penuria et fames maxima, ita quod maldrum[e] Purchuse[7] vendebatur pro quinque solidis.

Sept. 28. A. D. 1322[f], in die sancti Wenczeslay Fridericus dux Austrie prope Mûldorff succubuit in bello et captus est a duce Ludowico Baubarie. Qui Ludowicus adeptus est imperium et regnavit potenter.

NOTAE BOEMICAE.

Aug. 26. A. D. 1278, tertia[g] feria post Bartholomei rex Boemie Ottocarus occiditur per Rudolfum regem Romanorum.

A. D. 1305. Rex Wenczesclaus obiit.

Aug. 5. A. D. 1306. Wenczesclaus, filius suus, occiditur in die Oswaldi regis.

Febr. 2. A. D. 1344. Arnestus[h] episcopus[8] factus est archiepiscopus in purificacione.

Iul. 11. A. D. 1346, in tercia feria in tranclacione sancti Benedicti confessoris electus fuit marchio Maravie, primogenitus regis Bohemie, in imperatorem vel regem Romanorum.

A. D. 1356. Rex Bohemie et Romanorum rex inhibuit taxillos ludere.

a) 1183 *c.* b) c. et Alb. *c.* c) 1189 c. d) auxilio *ed.* e) m[e] *c.* f) 1316 *c.* g) *lege:* sexta. h) *sequentia alia manu post add.*

1) Ita etiam in Ann. Halesbr. 2) Ita etiam Ann. Seld. et cod. Monac. 3) Ita Ann. Seld. 4) Wolfgerus. 5) Ita cod. Mon. 6) Cf. Ann. can. S. Rudberti, SS. IX, p. 822. 7) Burghausen. 8) Pragensis.

ANNALES ZWETLENSES BREVISSIMI.

Ex codice monasterii Zwetlensis *Nr.* 285. *descriptos V. Cl. Wattenbach edidit Arch. X, p.* 610. *Sed huic collectioni ea deesse noluimus, quippe quae accuratis temporum notis excellant. Eos Ratisponae scriptos esse, ex a.* 1281. *fortasse coniici potest.*

Anno Domini 1239. in octava sancti Michahelis facta est eclypsis solis tanta in meridie, ita ut stelle apparerent. 1241. Oct. 6.

A. D. 1273. in die sancti Remigii die dominica electus est rex Rudolfus apud Frankenfůrt[1]. Oct. 1.

Item 1274. celebrata est sollempnis curia apud Nurenberc octava Martini[2]. Nov. 19.

Item 1276. profectus est[3] in Austriam Kal. Sept., Egidii. Sept. 1.

Item a. 1278, 7. Kal. Sept. occisus est rex Ottakarus Boemie ab exercitu regis Romani Rudolfi. Aug. 26.

Item 1281. rex Rudolfus reversus est de Austria et venit Ratispona 7. Idus Iunii. Iun. 7.

Item anno Domini 14 et in 61. inimici fuerunt in monasterio et spoliaverunt illam provinciam etc. 1461.

Item wier haben den veynten muezen geben 12 hundert gulden und 6 stuckh taffat und 10 fuxwemlein schawben, und habent uns abgeprent daz dorff zw Ruemars etc.

HONORII AUGUSTIDUNENSIS CONTINUATIO STIRENSIS.

Codex Vindobonensis *Nr.* 507 *(Hist. prof.* 665*) brevi Honorii chronico*[4] *continuationem addit ab aliis SS. X, p.* 133. *editis diversam et pluribus s. XIII. et XIV. manibus scriptam. Quam a V. Cl. Wattenbach descriptam diutius latere noluimus. Quae eodem codice continetur continuatio catalogi Romanorum pontificum usque ad a.* 1409. *sensim deducta alibi lucem videbit.*

Fridericus Romam veniens [anno[a] D. 1156] coronatur, imperatoris et augusti nomen accepit 94us ab augustis [et regnavit a. 37. A. D. 1190. moritur].

Heinricus imperator, filius eius, [regnavit[b] annis 5].

Philippus rex, filius Friderici imperatoris, a palatino de Witilingisbach occiditur[c] [in dolo]. 1208.

Otto Saxonus gente sub Innocentio et Honorio sedit annis 8[d]. Gilb.

Iste quod coronatus fuit statim bellum habuit cum Romanis et contra voluntatem domini pape intravit regnum

a) a. D. 1156. *et* a. D. 1190. m. *alia manu additum est;* et r. a. 37 *rursus alia manu.* b) r. a. 5. *alia manus addidit; eadem* in dolo. c) *hucusque prima manus.* d) 8 *manu rec. in loco raso; eadem superscripsit* 1204.

1) Ita recte electionis diem indicatam esse, nunc constat; cf. v. d. Ropp, Wernher von Mainz p. 80 n., qui hunc locum praetermisit. 2) Cf. Böhmer, Reg. 132. 3) sc. Rudolfus rex. 4) Finit: *Lotharius regnavit a.* 8. *Cunradus regnavit a.* 15.

Apulie, auferens illud Friderico regi Sicilie. Unde propter hoc fuit excommunicatus. Principes Alemannie quarto anno imperii sui predictum Fredericum in Romanum imperatorem elegerunt; qui venit per mare usque Romam; a domino papa et a Romano populo honorifice recipitur et contra Ottonem in Alemanniam mittitur ibique mirifice triumphat et superat usque in hodiernum diem.

Anno inc. dom 1220. predictus Fridericus sub Honorio coronatus fuit in basilica sancti Petri. [1250 obiit[a]].

A. i. d. 1271. comes Rudolfus de Habspurch in regem eligitur.

Item a. 1277. rex Otakerus Boemie ab eodem rege occiditur[b].

Item a. D. 1291. idem rex obiit, qui regnavit 18 annis et 9 mensibus et diebus 14[b].

Item a. D. 1292. Adolfus comes in regem eligitur.

Item a. D. 1298. idem rex occiditur a domino Alberto duce Austrie et Stirye, qui Adolfus regnaverat annis 6 et 1 mensem.

Iul. 25. Item a. D. 1298, 8. Kal. Augusti, hoc est in festo beati Iacobi, supradictus dominus Alber-
Aug. 24. tus dux, [filius regis Rudolfi supradicti[c]], in regem eligitur et in festo beati Bartholomei Aquisgrani coronatur. [1308 obiit[d]].

Item a. D. 1265. exusta est civitas Gratz.

Item a. D. 1246. occisus est dux Fridericus.

Item a. D. 1261. fuit publica penitentia.

Item a. D. 1260. factus est terre motus. Eodem anno occisi sunt nobiles in Austria comes de Hardeke, Chadolth Wais cum suis sociis[1].

Item a. D. 1241. fuit eclipsis in octava sancti Mychahelis.

Item a. D. 1196. Leupoldus dux Austrie senior obiit.

Item a. D. 1230. obiit in Apulia Leupoldus dux Austrie.

Item a. D. 1268. occisi sunt Chunradus, Fridericus de Iudenburga pueri.

Item a. D. 1269. obiit dux Ulricus Karinthie sine herede.

Item a. D. 1210. transfretavit Leupoldus dux Austrie et Andreas rex de Ungaria cum multis aliis principibus in Sanctam Terram. [peregrinavit potenter tamen[e]].

A.[f] D. 1308. Hainricus comes de Luzelburch in regem eligitur et coronatur, 1312. in imperatorem consecratur, 1313. obiit.

A.[g] D. 1313. in autumpno fuerunt nobiles Austrie et Stirie capti in Bawaria a Ludwico palatino.

A. D. 1314. in autumpno fuit idem Ludwicus cum Friderico duce Austrie electus in regem Romanorum.

A. D. 1322. in vigilia sancti Michahelis in Babaria in conflictu cepit rex Ludwicus
Sept. 28. regem Fridericum cum exercitu suo.

1325[h]. fuit a vinculis absolutus rex Fridericus.

A. D. 1346 Iohannes rex Bohemie et comes in Lůzelburch a rege Anglie in bello regis Francie tempore autumpni occiditur.

a) 1250. ob. *manu alia additum; deinde tertia pergit.* b) *abhinc alia manus.* c) f. r. R. s. *ab alio insertum.* d) 1308. ob. *manu alia additum; postea alia pergit.* e) p. p. t. *alia manus addidit.* f) Anno — obiit *infra in margine scriptum est, ni fallor ab eodem qui annos ap. Frid. II., Ottonem, Albertum adscripsit.* g) *alia manus pergit.* h) *haec idem quem n. f. descripsi apposuisse videtur. Post ea alius pergit.*

1) Cf. Ann. Sancruc., SS. IX, p. 644, et quae ibi n. 30. afferuntur.

ANNALES FRISACENSES.

Breves adnotationes fratrum Praedicatorum conventus Frisaci in Carinthia constituti damus e codice chartaceo bibliothecae Augustanae Nr. 143, *qui fol.* 1—11. *continet apographon Historiae Welforum Weingartensis (SS. XXI, p.* 456*); fol.* 13. *scripta sunt manu saec. XVI. ineuntis:* Ex libraria conventus Frizacensis ordinis Predicatorum collecta est hec historiarum abbreviatura*; fol.* 14. *annales eadem manu scriptos praecedit epistola ex qua haec exhibemus:* Praeclaro viro, scientia et moribus ornatissimo, magistro Sebastiano Sprentz frater Wolfgangus Caluęnder ordinis Predicatorum S. D. Postquam a curia reverendissimi domini Gurcensis[1] nuper discessimus . . . . . . Ipse idem reverendissimus dominus inquisivit, si quosdam historiarum codices nostra contineret bibliotheca; egi celer a capite ad calcem usque ipsam perlustrans, unam tantummodo Cronicam, quam Martinianam vocant, reperi. In cuius voluminis fine antiquissimis caracteribus collecta inveni hec infra notata, que — si tua discretio dignum duxerit — poteris reverendissimo domino offerre. Vale. *Quae cum Hermanno Altahensi primis annis conveniunt vix ex huius chronico sumta sunt. Nonnulla vero ex his annalibus in codicem nunc Gracensem, in quo Martini chronico monachus Leobiensis complura addidit, transiisse videntur (v. a.* 1217. 1288. 1298*).* *L. Weiland.*

Anno Domini 1217, in die beati Iohannis euangeliste domus Friezacensis ordinis Predicatorum, prima domus Theutonie, plantatur, dedicata[a] a venerabili archiepiscopo Eberhardo Saltzpurgensi. Eodem anno Andreas rex Ungarie et Leopoldus dux Austrie iverunt ad Terram Sanctam cum exercitu copioso.

Anno Domini 1225. Hainricus rex Romanorum, filius Friderici imperatoris, duxit in *cf. Herm. Alt.* uxorem domnam Margaretham, filiam ducis Leopoldi.

Anno Domini 1230. Leopoldus dux Austrie aput Sanctum Germanum obiit. Et post *cf. ib. 1236.* annis tribus, videlicet 1233, sancta Elizabeth multis miraculis claruit.

Anno Domini 1241. Tarthari totam Ungariam gladio et incendiis devastarunt*. Eodem anno in octava sancti Michaelis sol obscuratus est; que fuit in dominica. Oct. 6.

*) *Hoc loco ea addere liceat, quae ex cod. Parisiensi, Suppl. Lat. Nr.* 1675, *olim Epternac., fol.* 101'. *in loco vacuo manu saec. XIII. medii exarata, b. m. Pertz exscripsit, magni sane pretii:*

Anno incarnationis Domini 1241, ipsa die resurrectionis dominice Tartari per Alpes et silvas irrumpentes, Mart 31. Rodanam quoddam opidum Ungarie intraverunt, et quattuor milia hominum vel amplius ibidem interemerunt. Eodem die alter exhercitus eorundem Tartarorum ingrediens provinciam que Burza dicitur[2], ducem exhercitus Transsilvane terre cum omnibus suis interfecit. Feria tertia eiusdem ebdomade in opido quod Nosa[3] dicitur ceciderunt ex christianis sex milia quatuordecim[4]. Feria quinta ceciderunt Apr. 2—4. in villa que Kůmelburch dicitur amplius quam triginta milia. Item feria quinta ante dominicam Misericordia ceciderunt in civitate que villa Hermanni[5] dicitur plus quam centum milia. Eodem die rex Ungarie Apr. 11. Bela habens exhercitum populi innumerabilis conflicturus cum Bathun seniore rege Tartarorum, vix fuga elapsus, amisit de suis, dictu miserabile! decem milia et amplius, et in eodem conflictu ceciderunt tres episcopi et duo archiepiscopi. Item in quodam castro quod dicitur Clusa[6] cecidit infinita multitudo Ungarorum. Idem contigit in Waradino[7] et in villa quod dicitur fratrum Thonie[b] et in Alba civitate Transsilvana[8] et in villa Zaliz[9].

a) data *c.* b) *legendum videtur ut Pertz coniecit:* Theotonie.

1) Nimirum clarissimi Matthaei Lang Augustae oriundi, episcopi Gurcensis a. 1505 -1519, postea archiepiscopi Salzburgensis. 2) Burzenland. 3) Nosen sive Bistritz. 4) Cf. Cont. Sancr. SS. IX, p. 640; et Palacky, 'Der Mongoleneinfall' (Prag 1842) p. 382. 5) Hermannstadt. 6) Clausenburg. 7) Gross Wardein. 8) Nunc Karlstadt. 9) Haec ex epistola quadam sumta videntur.

Anno Domini 1246. Fridericus dux Austrie movens bella contra regem Ungarie
Iun. 15. Belam nomine, in die sancti Viti in bello campestri occisus est.

Dec. 13. Anno Domini 1250. Fridericus imperator obiit in die sancte Lucie virginis.

Anno Domini 1251. Otacharus rex Bohemie duxit Margaretham, filiam Leopoldi ducis Austrie et Stirie, in uxorem, que quondam regina Romanorum fuit. Cuius connubii gratia terras Austrie et Stirie sibi usurpavit.

1260. Anno Domini 1261. Prefatus rex Otacharus iniens bellum cum rege Ungarie Bela, ipso
Iuli 13. rege fugato, in die sancte Margarethe aput villam que dicitur Cresinbrun[1] victoriam obtinuit
Dec. 25. gloriose. Eodem anno circa nativitatem Domini venerunt flagellati, qui et penitentes dicti sunt[2], se nudos stupis et flagellis acrius percusserunt. Ex quorum novitate penitentie multa bona in restitutione ablatorum et in reconciliatione inimicitiarum et multa mala, que intraverunt sub specie boni, sunt secuta.

Anno Domini 1262. Rex Otacharus predictus repudiavit Margaretham, quam prius duxerat in uxorem, et superduxit filiam regis Ruzzie[3], tenens terras Austrie et Stirie pacifice et potenter.

1268. Anno Domini 1266. in die sancti Andree apostoli Cunradus, filius quondam Cunradi
Nov. 30. regis Romanorum, et Fridericus dictus de Paden moventes bellum contra Charulum regem Sicilie, collecta magna multitudine, ab ipso Charulo sunt capti et postea per sententiam tamquam rebelles Romane ecclesie decollati.

1269. Anno Domini 1270. Illustris dux Charinthie et dominus Carniole Udalricus naturali morte mortuus est in Foro Iulii aput Civitatem[4], et ibidem sepultus. Qui decedens sine heredibus, terras regi Bohemie Otacharo in extremis commendavit gubernandas. Que postmodum non habentes legittimum heredem, sunt ad imperium devolute.

Anno Domini 1271. Domnus Gregorius X. electus est concorditer. Qui anno Domini 1274. celebravit concilium in Lugduno.

Anno Domini 1273. electus est concorditer in regem Romanorum comes Rudolfus de Havspurg, favente et approbante apostolico Gregorio supradicto.

Anno Domini 1278. Rex Romanorum Rudolfus movens bellum contra regem Bohemie Otacharum, descendit per Danubium in Austriam cum exercitu valido. In conflictu cam-
Aug. 26. pestri feria sexta post festum beati Bartholomei predictus rex Otacharus occisus est, et post hec rex Rudolfus cepit Austriam et Stiriam pacifice possidere. Quas etiam domno
1282. Alberto, filio suo, de consensu principum et nobilium dictarum terrarum contulit possidendas.

Febr. 5. Anno Domini 1288, in die Agathe virginis veniens Albertus dux Austrie in Friesach, obsedit eam civitatem, expugnando ipsam rapinis et incendiis, muris etiam et turribus destructis, penitus devastavit, sub domno Rudolfo tunc archiepiscopo Saltzpurgensi[5]. Et sic ipsa ecclesia prefata fere per novem annos multa mala per ipsum Albertum perpessa est. Tandem sub venerabili domno Chunrado archiepiscopo Saltzpurgensi, anno videlicet 1297, apud Wiennam pace reformata inter ipsum ducem et ecclesiam prefatam, firma et plena est concordia stabilita.

Sept. 2. Anno Domini 1292. Adolfus comes de Nazzaw in die apostolorum Philippi et Iacobi in regem Romanorum unanimiter est electus. Eodem anno civitas Sancti Viti[6] per homines archiepiscopi Chunradi Saltzpurgensis et per comitem de Hewnburg, qui tunc fuit fautor et coadiutor ecclesie predicte, est expugnata et devastata incendiis et rapinis.

Febr. 19–Apr. 5. Anno Domini 1298. Albertus dux Austrie ascendens per Danubium, in quadragesima cum exercitu ivit per Bavariam et Sueviam, vocatus per archiepiscopum Maguntinum et alios sibi consentientes contra Adolfum regem Romanorum, venit in Maguntiam. Ibique
Iun. 23. ab archiepiscopo civitatis et aliis ipse Albertus in vigilia Iohannis baptiste, in seditione, de facto et non de iure, in regem Romanorum est electus. Qui habita multa militia invasit regem Adolfum bello campestri[a], in quo ipse Adolfus cum multis aliis occiditur circa festum
Iul. 4. sancti Udalrici[7]. Eodem anno ante assumptionem virginis gloriose propter quoddam ludi-
Aug. 15. brium et obprobrium, quod Iudei corpori Christi sibi per quendam christianum clam oblato

a) ꝯpestri *c.*

1) Croissenbrunn; cf. Herm. Altah. p. 401. 2) Ita etiam Ann. Zwetl., SS. IX, p. 679. Cf. Herm. Altah. l. l. 3) *neptem Bele regis Ungarie,* Cont. Sancruc., SS. IX, p. 645. Kunigunda, filia ducis de Halicz. 4) Cividale. 5) Cf. Cont. Vindob. a. 1289, SS. IX, p. 715. 6) St. Veit. 7) Immo Processi et Martiniani, Iul. 2.

contumeliose intulerunt — in quo Dominus plura miracula sue potentie visibiliter dignatus est ostendere — multi ex Iudeis in Suevia et in superiori Alamania a christianis zelo passionis Christi sunt necati. Et sic habita victoria per ducem Albertum, post mortem Adolfi a concussione bellorum superior et inferior Alamania conquievit, quia nulli nobilium ipsi Alberto opponere se audebant.

Anno Domini 1300. Rex Tartarorum[1] devicit soldanum multa strage commissa, et Terra Sancta tradita est in potestatem christianorum. Item rex Tartarorum attinens parentela sanguinis regi Armenie christiano, habuit talem revelationem a Deo, videlicet quod Christus in figura vulnerum apparuit ei dicens: 'Vide sic me plagatum pro humano genere; vindica ergo me de inimicis meis Sarracenis'. Et secundum hunc modum tertio sibi apparens, precepit ei, ut se vindicaret de inimicis suis. Qui fecit fieri signum crucis in suo vexillo. Item alia causa movit eum ad vindictam. Pater enim suus moriens precepit ei, ut contra Sarracenos prepararet se ad pugnam. Item audivit, quod prophetatum erat a prophetis Machometi, quod in isto centesimo deberet cessare fides sua. Supradictis igitur causis motus Tartarus preparavit se ad bellum, occidit multos de Sarracenis, vicit soldanum, qui vix auffugit ad loca Babilonie. Devicit Tartarus idem Damascum et omnia opida Terre Sancte, et civitates obtentas christianis tradidit, et inde processit versus Egiptum et Babiloniam, et totam Egyptum obtinuit et habitatores quos reperit occidit. Item rex Cipri fere cum omnibus sibi subditis et religiosis bellicis ad Terram Sanctam tunc processerunt, et fratres nostri[2] et alii religiosi super sepulchro Domini tunc celebraverunt. Item Hospitalariis et Templariis reddita sunt omnia castra sua et possessiones, transeuntes mare. Et domnus papa Bonifacius VIII. fecit multum solempnem processionem ad regratiandum Deo de beneficiis et magnaliis prestitis Terre Sancte.

CONTINUATIO.

Anno Domini 1348, octavo Kalendas Februarii, hoc est in die conversionis sancti Pauli, Ian. 25. que tunc in sexta feria occurrebat, hora fere vespertina factus est terremotus tam magnus atque terribilis per totam Almaniam, maxime autem per Carinthiam et Stiriam, adeo ut egregia civitas Villacensis multaque castra ac ecclesie eadem die corruerent; et duravit plus quam 80 diebus continue, ita quod una noctium movere non cessavit, in die autem semper quievit vel raro pulsavit, successive vero per annum pene duravit. Mirum autem enarrandum a progenie in progenies. Cum civitas prefata Villacensis corruit, pene omnes habitatores eius oppressit, et inter omnes incolas suos[a] decimus homo vix remansit. Fuit itaque tam fortis, ut etiam cacumina in pluribus locis ad valles proiiceret et aquarum fluentium transitus obstrueret, et retrorsum pluribus diebus dederunt meatum, et retrorsum fluendo omnes villas ibidem adiacentes totaliter submerserunt; post recessum vero purgatis transitibus in plerisque locis, ubi nusquam ante vise sunt aque, lacus non modici remanserunt et fontes aquarum largissime effluxerunt. Eodem etiam anno tonitrua magna de celo venerunt, que homines non paucos occiderunt, factaque est illo anno pestilentia tam magna universaliter[b] fere per totum mundum, egrediens a mari usque ad mare, ita ut multe civitates et ville in pluribus locis fere totaliter per mortem hominum desolate fuerunt. Maxime autem per morbum et tumorem glantium circa inginem aut sub humeris aut in collo, et pene omnes quasi subitanea morte interierunt.

Anno 1384. Civitas Friezacensis exusta est intra et extra muros usque ad castrum quod Geyrsperg dicitur.

Iterum anno 1492. secundo incinerata est, quod vix quarta pars relicta est, in festo sancte Braxedis virginis. Iul. 21.

a) suas *c.* b) vl'r *c.*

1) Kazan. 2) scilicet Praedicatores.

ANNALES PEUTINGERIANI.

Ex 'schedis C. Peutingeri in tabulario patrio' edidit Oefele, SS. Rer. Boic. I, p. 614, *hos annales, quos ex diversis excerptos et compilatos putarim (v. a.* 1267. 1268*). Sunt quae auctorem vetustum sapiant (a.* 1082. Germania *partes Rhenanas significat), alia vero recentiori aetate scripta esse patet (a.* 1177. Otto marchio de Scheuern). *G. W.*

A. Herst. Item a. D. 906. sub Arnulfo imperatore Conradus dux . . . occisus est, et Ungari Saxoniam vastarunt.

Item a. D. 1038. obiit rex Conradus.

Item a. D. 1049. papa Leo IX. obiit, qui beatus Leo fuit in Alemannia et quam plurimas ecclesias consecravit.

Item a. D. 1071. amisit dux Otto ducatum Bavariae, et Hainricus rex Romanus quartus ducem Ottonem persequitur.

Item a. D. 1077. Ruodolfus[a] indigena Sueviae in regem Romanorum eligitur, et Hainricus imperator anno sequenti ducem Ruodolfum[b] aggreditur.

A. D. 1082. Hermannus ex Germania rex creatur, et anno sequenti Hermannus . . . Franciam invadit.

A. D. 1137. Liupoldus[c] marchio efficitur dux Pavariae[d].

A. D. 1150. Dux Welffo dimicavit cum rege Conrado.

A. D. 1177. Hainricus dux Saxoniae proicitur ducatu Bavariae, et Otto marchio de Scheuren substituitur.

A. D. 1179. Fridericus imperator ipsum ducem Hainricum omnino delevit, et Berenhardus et Otto marchiones ducatus suos obtinuerunt.

A. D. 1183. Obiit ipse dux Otto Bavariae.

A. D. 1189. Fridericus imperator Ierosolymam tendit, exercitus vero mortaliter perit.

A. D. 1191. Hainricus dux Sueviae, filius imperatoris Friderici, movit exercitum contra Appuliam, ubi pene totam militiam perdidit.

A. D. 1236. Fridericus secundus vadit contra Lampardos et Vincentiam oppidum cepit.

A. D. 1237. Fridericus secundus imperator aggressus est Mediolanum et triumphavit, et anno sequenti Lampardos diversis modis flagellat.

A D. 1246. Hainricus landgravius Turingiae, filius sanctae Elisabethae, fuit in regem Romanorum sublimatus.

1268. A. D. 1267. Corradinus, filius Conradi ducis Sueviae, interemptus fuit et decapitatus in civitate Neapolitana.

A. D. 1268. Princeps Cunradus, filius Friderici secundi, a rege Franciae dicto Karlote interfectus est, et ex utraque parte ad 20 milia corruerunt, et illud factum est apud civitatem Nuslur[1].

Item anno D. 1280. obiit nobilis dominus Ruodolfus[a] de Ratzenstein.

a) Ruodolffus *ed.* b) Ruodolff *ed.* c) Luip. *ed.* d) Pauriae *ed.*

1) Nescio an nomen urbis Scurcolae sub his litteris lateat.

BREVE CHRONICON AUSTRIAE MELLICENSE.

EDIDIT W. WATTENBACH.

Eidem codici manuscripto Mellicensi, ex quo Annales Mellicenses Vol. IX. edidimus, fol. 30. manu saeculi XII. exeuntis inscriptum est Chronicon, sive relationem mavis dicere, quam petente Liupoldo VI. Mellicensis quidam composuit. Quodsi iam tunc ducem eum fuisse statuimus, intra annos 1177. et 1194. auctorem scripsisse oportet. Sed neque dux unquam appellatur, neque Heinricum patrem eius obiisse indicatur. Numeri autem, qui supra principum nomina scripti sunt, num ab ipso auctore venerint nescimus[1]. *Ea de causa A. de Meiller vivente patre petente filio, qui a. 1157. natus est, haec scripta esse putavit, adstipulante Ottocaro Lorenz. Nam cum mentio facta sit crucis per Adalbertum marchionem allatae, furtum a. 1170. commissum, cuius mentio in Ann. ad h. a. est, taceri non potuisse arbitratur, nisi haec prius scripta fuerint. Verum haec ipsa sententia manu secunda adscripta est, potuitque ita etiam post furtum illud commissum et detectum scribi in spatio angusto. Inscriptio in codice est:* Ad ducem, *sed non prima manu scripta. Alia saec. XIV. addidit:* Liupoldum huius nominis VI. filium Heinrici ducis fundatoris Scotorum in Wiennensi civitate.

Auctorem monachum Mellicensem fuisse patet; H. Pez nemini praeter abbatem hoc onus imponi potuisse opinatus, Conradum de Wizenberg appellavit, qui a. 1177—1203. abbas fuit. Quae quidem opinio nulla auctoritate fulcitur. Rogatus igitur a principe, ut parentum sibi prosapiam panderet, primo explicaturum se ait, quae relatione maiorum didicerit, deinde quae 'ex cronicis nostris' colligere potuerit, subiuncturum. Aliis adminiculis prorsus caruit, et ne Ottonem quidem Frisingensem novisse videtur; certe non adhibuit. Itaque fabulas primo promit, deinde Passione illa S. Cholomanni Vol. IV. edita usus est, postremo solis Annalibus Mellicensibus, sed his quoque admodum negligenter. Desinit anno, si Annalibus Mellicensibus credimus, 1158; mihi vero, cum illos ederem, res postremo loco commemorata a. 1157. acta esse videbatur.

Nulla operis est conclusio, neque liquet, utrum imperfectum ab auctore relictum sit, an librarius ultima omiserit. Codex autographus non est, sed manu eiusdem temporis factus, quae supra lineam adscripsit sententias duas, quas uncinis inclusimus. Quae num auctori nostro tribuendae sint, incertum est. Diu latuit opusculum, donec post medium saeculum XIV. tempore Rudolfi IV. ducis in Historia fundationis coenobii Mellicensis (Pez SS. Austr. I, 297—301), saeculo XV. medio a Thoma Ebendorfer, Chronici Austriae auctore, adhiberetur. Deinde Bonfinius et Lazius eodem usi sunt.

1) Andr. de Meiller commentationis mox indicandae p. 5. teste Ign. Keiblinger refert, numeros alia manu scriptos esse. Ego de ea re nihil notavi. Certe diversi sunt ab iis, quae saeculi XIV. manus paucis quibusdam locis scripsit. Mireris, doctos Vindobonenses de inspiciendo codice tam prope posito numquam cogitasse.

Editum est ex codice hoc unico a. 1702. *ab Anselmo Schramb Chronici Mellicensis parte secunda pag.* 92 *sqq., sed non integrum. Totum emendatius edidit Hieronymus Pez a.* 1721, *SS. Rer. Austr. Vol. I, p.* 290—294.

Ea editio repetita est per Andream de Meiller in commentatione academica: 'Ueber das von Anselm Schramb und Hier. Pez veröffentlichte Breve Chronicon Austriacum authore Conrado de Wizzenberg, abbate Mellicense'. Vindob. 1868 *(Denkschriften d. philos. hist. Classe d. Kais. Akad. d. Wiss.* 18. *Band). Egit de ea Ott. Lorenz in commentatione: 'Oesterreichische Sagengeschichte vom* 12.—14. *Jahrhundert' (Drei Bücher Geschichte und Politik,* 1876, *p.* 611—630*), hac intentione, ut quae tanquam fabulose excogitata A. de Meiller exploserat, pretio aliquo ut ex vulgi rumoribus hausta non carere ostenderet. Nec a veri specie abest, sub Gizonis nomine latere aliquam Geisae ducis recordationem. Canonicos quoque in arce Mellicensi ante monasterii institutionem fuisse, haud absonum est, dummodo ita ut hic narrantur res gestas esse non posse concedas.*

Avitam principum huius terre nostre, parentum scilicet vestrorum, prosapiam commemorare vobis[1], ut petitis, cupientes, ea primo que relatione maiorum nostrorum didicimus, ipsa fide qua audivimus explicamus. Consequenter etiam illa que ex cronicis nostris colligere potuimus, a passione videlicet sancti Cholomanni[2], subnectimus, uniuscuiusque principis res gestas, prout ibi notatas invenimus, annectentes.

Primus itaque terre huius nostre, que Austria[a], marchio fuit L. I[b], quorum quidem nobis noticia claruit, a quo tota series progenitorum vestrorum usque ad hec tempora vestra[c], L. VI, variis atque preclaris decorata virtutibus deducitur. Qui quomodo terram hanc obtinuerit, sic accepimus. Dum adhuc adolescens die quadam in venatione per avia secutus fuisset imperatorem, qui tunc temporis rem publicam Romanorum administrabat, solum scilicet solus, et ille feram percussurus arcum fortius adtrahens comminuisset, iuvenis arcum suum, ut erat contentus, manui cunctantis promptissime inseruit; sicque princeps percussa fera, super alacritate adolescentis delectatus, sub auctoritate regia promisit ei terram quam sibi proximo vacare contingeret ipsique conpeteret; atque pro memoria et confirmatione promissi, quia nullus interfuit, dedit ei arcum contritum. Non multo post tempore mortuo marchione Austrie, cum multi procerum quisque pro se instarent imperatori, prorumpens in medium iuvenis cum adtestatione fracti arcus regalis promissionis peciit executionem. Cui princeps nichil moratus, industriam suam conmemorans, auctoritate regia marchiam traditam confirmavit[3]. Ipse autem terram hanc cum multo comitatu adiens, castrum munitissimum in monte nostro situm, quod homo potentissimus nomine Gizo tenebat, magna vi cepit atque destruxit, ibique[d] canonicos duodecim, ne videlicet aliqua in eo munitio restaurari posset, instituit[4]. Mons enim idem, qui modo corrupto nomine dicitur Medilich, a quo fluvius preterfluens denominatus est, propter oportunitatem situs et munitionem antiquitus Mea Dilecta vocabatur. Sic[e] itaque omni terra potitus, multis annis per successores suos, vestros scilicet maiores, marchiam suam strennue tuebatur et dilatavit[5], quo usque directu Dei advenit in partes istas peregrinando beatus Cholomannus; qui etiam pro eo quod guerras habebant continuas cum extraneis gentibus conterminis suis tunc temporis principes nostri, pro exploratore[f] habitus est.

Pass. Chol.

a) nre . . . . que . . austria *codex, erasis quae inter vocabula ea scripta fuerunt. Suspiceris auctorem scripsisse:* que vocatur Austria. b) *Numeri supra litteras nominum initiales scripti sunt, manu aequali.* c) *Iterum inter* vestra *et* L. *spatium vacuum est relictum, erasis quae ibi fuerant,* domne *vel tale quid ponendum fuit.* d) *Inter* ibi *et* que *tres quatuorve litterae erasae sunt.* e) Hic *legendum esse suspicatur Pezius.* f) *manu alia in loco raso scriptum.*

1) Liupoldum VI. alloquitur, qui a. 1177. patri Heinrico duci successit, a. 1194. mortuus est. 2) Nihil enim ante eam de rebus Austriacis in Ann. Mellicensibus legitur. 3) Liupoldum I. a. 976. ab Ottone II. marchionem factum esse, constat. Nullo alio loco huius fabulae mentio fit, nisi in serioris aevi chronicis, quae eam a nostro acceperunt. 4) Hoc falsum esse, et castri Mellicensis mentio multo post facta ostendit et Passio S. Cholomanni, ubi canonicorum, siqui ibi fuissent, mentio fieri debebat. Gizonem autem illum dum pro Ungarorum duce Geisa haberent, Bonfinius et Lazius magnorum et qui diu duraverunt errorum auctores fuerunt. 5) Numinis instar Liupoldum terram administrasse putes. Verum filio ipsius marchione, qui patri a. 994, Iul. 10. mortuo successit, Cholomannus venit.

Anno itaque ab incarnatione Domini 1012. beatus Cholomannus in Stocheraŭe[a] suspensus celos Ann Mell
adiit, temporibus H. regis, qui dux fuerat Baioarie, sed tercio Ottoni imperatori successerat, marchiam
quoque Austrie tenente Heinrico, tritavo vestro[1]. Per annum vero integrum et dimidium in patibulo P. Chol.
pendens incorruptus, signis clarificatus deponitur, et ibidem sepultus tantundem temporis implevit. Per-
acto itaque post passionem eius triennio, miraculis iterum proditus levatur, et in monasterio nostro,
degentibus adhuc ibi canonicis, a Meingaudo Aeinstetensi episcopo tumulatus est[2]. Hic autem H. marchio 1014
duravit per annos circiter quadraginta usque ad tempora Petri regis Ungarorum, qui sancto regi Ann. Mell. Mir. Chol
Stephano successerat. Istius Petri precibus et minis circumventus Poppo Treverorum archiepiscopus,
frater marchionis, obtinuit a fratre suo, ut mitteret in Ungariam ossa beati Cholomanni; que tamen
postea Ungari pestilentia et fame compulsi reddiderunt[3]. H. vero marchio decedens ipso anno[4], filium 1018.
reliquit Adalbertum, attavum vestrum. [Huius[b] industria dominice crucis porcio non minima, que ac-
tenus hic habetur et adoratur, ad locum istum delata est]. Ille cum filio suo L. II. commissa pugna 1042.
cum Ovone rege Ungarorum, qui Petro regi superpositus fuerat, maximam partem exercitus eius delevit,
victor existens. Iste autem L. II. ante patrem obiit. Petrus vero per H. regem[c], filium C. regis, qui 1043.
primus fuit equivocorum quinque sibi invicem in regno continue succedentium[5], suo regno restitutus,
Ovone proiecto, cecatus ab Ungaris successorem accepit Andream. Adalbertus autem marchio moriens 1055.
filium reliquit Ernist, abavum vestrum, qui post mortem patris anno 15.[d] in primo bello H. IV. regis 1075.
occisus est in Saxonia iuxta fluvium Unstruth, anno 11.[e] Altmanni Pataviensis episcopi.

Huic successit filius eius L. III, proavus vester. Eo tempore male pugnatum est in Maŭreberch 1082.
anno Domini 1082. Ipso quoque favente, ordo monachorum institutus est in Medilich sub abbate Sigi- 1089.
boldo, remotis videlicet inde canonicis[6], anno Domini 1089. Qui post mortem patris anno 22. dece-
dens[7], filium reliquit L. IV, avum vestrum. Hic Agnem, filiam Heinrici quarti regis, duxit uxorem. Et 1096.
post hec anno 7. terminos Ungarie potenter ingressus, magnam cedem fecit, et civitatem quandam vio- 1106. 1112.
lenter captam exussit, inde cum pace regrediens. Per eum quoque libertate donatus est locus Medeli-
censis[8] et privilegio Calixti[f] II. pape confirmatus, dedicato videlicet priori anno monasterio ab episcopo 1122.
Uodalrico, sub abbate S., qui prefuit primus nostre ecclesie annis 28. Mortuo autem ipso, et abbate
Engelsalco de medio facto, constituitur abbas Erchenfridus. Ille marchione L. adhuc superstite contra 1121.
Reinmarum episcopum Pataviensem, qui iura ecclesie Medelich voluit infirmare et decimas aufferre, sedem
Romanam adiit, et auctoritate Innocentii pape privilegium antiquum renovavit, et episcopi conamina 1136.
eodem L. favente frustravit[9]. Qui scilicet L. post mortem patris anno 41. decedens, successorem reli-
quit L. V., patruum vestrum. Hic vir hic est, qui tercio post mortem patris anno, eiecto Heinrico, duca- 1139.
tum Baioarie accepit. Sed brevi, heu! duravit; quia post auctum honorem anno secundo, superstitem 1141
atque successorem relinquens H., fratrem suum, patrem vestrum, vita minutus est.

Qui scilicet H., accepta uxore Gerdrude, filia Lotharii imperatoris, anno secundo viduatus est. Huius 1142.
temporibus anno Domini 1147. Chŏnradus rex, tercius huius[g] nominis, decimum in regno agens annum, 1143. 1147.
et Lŏdwicus Galliarum rex cum infinito exercitu Ierosolimam profecti, ipso quoque comitante, adorato
sepulchro Domini, tercio anno reversi sunt. In redeundo autem per Greciam matrimonio sibi coniuncta 1149.
est Theodora, filia clarissimi ducis, qui frater fuit regis Grecie. Tercio dehinc[h] anno defuncto C. rege, 1152.
cum Fridericus fratruelis eius regno potiretur, et hic ducem Saxonie, quem expulsum superius diximus, in
ducatum Baioarie revocare decerneret: iste H., pater vester, nomen et dignitatem, quam sua virtute adeptus 1156.
fuerat, reportavit Austrie, scilicet ut deinceps non marchia, sed ducatus vocaretur et esset[10], [dilatatis[i]
videlicet terminis a flumine Anaso usque ad fluvium qui dicitur Rôtensala, addito et comi-
tatu Pogen]. Post cuius reditum in Austriam[11] ministeriales eius, eo absente, munitum oppidum Boemie 1157.
Podwin violenter captum incenderunt.

a) *verbum quod ex Ann. Mell. sumptum est, supra voc.* suspensus *scriptum est, manu vel eadem vel coaeva.* b) *haec manu secunda supra lineam adscripta sunt.* c) *supra lineam scriptum.* d) *ita manu* 1. *scriptum esse videtur, quod postea mutatum est in* xx. e) xv. *Pez. Annus undecimus ex Ann. Mell. computari poterat.* f) Pascalis *nunc legitur, sed manu recenti in loco raso.* Calixti *est in Ann. Mell. a.* 1122. g) tercius huius *manu recenti in loco raso;* secundus *scriptum fuisse suspiceris, sed in Ann. est III.* h) dehic *codex.* i) *haec verba manu* 2 *supra lineam addita sunt.*

1) Minime quidem, cum Heinricus sine liberis obierit. 2) Ex Ann. Mell., sed nulla nec ibi nec in P. Chol. canonicorum mentio. 3) Ingens temporum confusio, sed quae Miraculorum Chol. auctori debetur. 4) A. 1018. obiit, Petrus vero a. 1038. rex factus est. Sed in Ann. Mell. Heinrici march. obitus non commemoratur. Adalbertum Heinrici fratrem fuisse, constat. 5) Hoc de suo auctor imprudenter addidit. 6) Et hoc et favorem marchionis de suo addidit. 7) In tempore definiendo vehementer, ut solet, erravit. 8) Hoc in Ann. Mell. legitur ad a. 1136. Sigiboldus abbas praefuit a. 1089—1116. Dedicatio facta est a. 1113. Privilegium a Calixto II. datum solum commemoratur in Annalibus ad a. 1122. Extat privilegium a Paschali II. concessum a. 1110; ordinem igitur confusum vides, neque vero mutato papae nomine errori mederi possumus. 9) Ex Ann. Mell. a. 1136, ubi de marchionis favore nihil dicitur. Ceterum privilegium Innocentii marchione iam mortuo datum est. 10) Hoc solo loco Annalium verba ampliavit. Adiecta sunt verba dubiae auctoritatis, vel ab ipso auctore, vel coaevo quodam alio. 11) Haec verba addidit.

GENEALOGIA MARCHIONUM DE STIRE.

Ex cod. olim Vorowiensi, nunc Vindobonensi Nr. 389 *(Rec.* 713, *S. II,* 118*), qui descriptus est Arch. X,* 529, *sumsit W. Wattenbach. Inscripta est ultimae paginae manu saec. XIV. Primus eam edidit A. I. Caesar, canonicus Vorowiensis, in Annalium ducatus Styriae Vol. I, p.* 100 *(a.* 1768*), duobus apographis usus.*

Otacher marchio Styriensis, filius Otachyr marchionis, genuit Ozy marchionem, qui temporibus Heinrici III. imperatoris pollebat. Hic Ozy genuit Otachyr marchionem, qui temporibus imperatorum Heinrici IIII. et quinti inclitus fuit et Salzbůrgensibus archyepiscopis Gebhardo, Tymoni necnon et Conrado iam senex viriliter assistens, eos in persecucionibus fovebat. Qui eciam cum germano suo Adylberone gwerram habuit, donec idem Albero a ministerialibus suis occisus est iuxta Iulben[1]. Igitur Otachyr marchyo accepit uxorem Elyzabet, sororem marchionis Austrie Liupoldi, eius videlicet qui postea sororem Heinrici V. imperatoris accepit. Hac etiam cooperante predictus Otachyr marchyo Gaerstense cenobium fundavit et genuit ex eadem filium Liupoldum Fortem. Obiit autem Otachyr marchio senex et plenus dierum anno inc. dom. 1122. Liupoldus Fortis patri successit. Reinense monasterium seu Rŏwense fundavit tam de suis quam de comitis Waldonis prediis. Et factus est heres Liupoldus marchio ex testamento possessionum et ministerialium voluntate Heinrici ducis de Eppenstein. Duxit vero uxorem nobilissimam Sophyam, sororem Welfonis ducis, et genuit ex ea Otachyr marchionem. Obiit autem ann. Dom. 1129. Otachyr patri suo succedens, confortatus et elevatus est; nam preter alia plura trium principum predia, municiones ac ministeriales ei per testamentum accreverunt, scilicet Ottonis comitis de Naym[2], et Bernhardi comitis de Karinthya[3], qui amitam ipsius Chůnegundem in coniugio habebat[4]. Instituit ergo duo cenobia, Vorowense canonicorum et sancti Iohannis Kartusiensium una cum hospitali sito in Cerewalde[5]. Accepit etiam uxorem Chůnegundem, filiam Diupoldi marchionis de Vohenbůrch, et genuit ex ea Otachyr primo marchyonem, deinde[6] ducem. Defunctus est anno Dom. 1164, filium Otachyr, de quo predictum est, relinquens heredem.

1) Liuben, Leobium, intelligit Caesar I, p. 548. 2) i. e. de Porta Naonis; cf. Muchar, Gesch. v. Steiermark IV, p. 363. 3) de Spanheim 4) 'tertium Eggebertum de Puttene omnia exemplaria omittunt'. Caesar. 5) V. dipl. ap. Pusch et Fröhlich, Dipl. Styriae II, p. 312. 6) a. 1180.

SERIES DUCUM BAVARIAE.

Haec series paulo post medium saec. XIII. composita, saepius descripta est et interpolata. Quare duas saltem exhibemus recensiones, quarum altera ad monasterium Altahense est referenda, ibique post additionibus aucta.

Codices, quos exscripsit V. Cl. Wattenbach, hi sunt:

A 1) *Vindobonensis Nr.* 546 *(Sal.* 414*), s. XII, ubi f.* 51. *manu s. XIII. hic scriptus est catalogus (Arch. X, p.* 560).

A 2) *Vindobonensis Nr.* 3358 *(Rec.* 3087*), chart. s. XV, qui inter varia opera historica etiam hanc seriem recepit (Arch. X, p.* 537*).*

B 1) *Vindobonensis Nr.* 413 *(Hist. eccl.* 29*), membr. s. XIII, celeberrimus ille Hermanni Altahensis liber, de quo v. Arch. III, p.* 477; *VII, p.* 477. *Aliis pontificum Romanorum, imperatorum, episcoporum catalogis haec ducum Bavariae series fol.* 8. *est inserta. Hunc edidit Böhmer, Fontes III, p.* 480, *additamentis illis omissis.*

DUCES BAIOARIORUM
notati ab anno Domini 513

A.	B.
Hic sunt inscripti duces Bawarie ab anno incarnationis Domini 514.	
Theodo dux primus.	Theodo dux.
Theodo II.	Theodo II.
Garibaldus rex.	Garibaldus rex.
Tassilo dux.	Thassilo I.
Theodo III, quem sanctus Ruodbertus baptizavit.	Theodo III, quem sanctus Rudbertus baptizavit.
Theodebertus dux.	Theodebertus dux.
Theodo IV, qui cum filiis sanctum Corbinianum locavit Frisinge.	Theodo IV, qui cum filiis sanctum Corbinianum locavit Frisinge.
Theodoaldus[a] dux.	Theodoaldus dux.
Grimoaldus dux.	Grimoaldus dux, fratris[l] filius.
Hugbertus dux.	Huokpertus dux.
Udilo dux cum Theodone fratre.	Oudilo dux, fundator noster.
Thassilo dux II.	Thassilo II. dux cum filio eius Theodone.
	Karolus Magnus[m] rex.
Lotarius[b] rex.	Lotharius rex, eius nepos, filius scilicet Ludwici.
Ludwicus rex Pius.	Ludwicus rex Pius, eius frater, scilicet filius Ludwici.
Karlomannus[c] rex.	Karlomannus rex, filius Caroli imperatoris.
Ludwicus[d] rex II.	Ludwicus rex secundus.
Karulus[e] rex.	Karolus rex.
Arnolfus[f] dux, qui[1] construxit castrum Scheir[g], postea factus imperator, duos filios habuit Wernherum[h] et Arnolfum impium, qui duxerunt duas sorores, filias regis Ungarie.	Arnolfus dux, postea imperator, filius Karlomanni ex concubina.
Leupoldus[i] dux.	Leupoldus dux primus, non filius.
Arnoldus dux impius.	Arnoldus dux impius.
Eberhardus dux.	Eberhardus dux, invasor, filius.
Berhtoldus[k] dux.	Berhtoldus dux, frater Arnoldi.

a) Theobaldus 2. b) Loth. 2. c) Karolom. 2. d) Ludov. 2. e) Karolus 2. f) Arnulfus 2. g) Scheyrn 2. h) Bernh. 2. i) Leop. 2. k) Bert. 2. l) *haec post addita.* m) *supra lineam script.*

1) Haec dubiae fidei ad alterum Arnoldum referenda sunt.

	Heinricus dux primus.	Heinricus dux primus, frater regis Ottonis, dictus rex, in exilium mittitur.
	Heinricus dux II.	Heinricus dux secundus.
	Otto dux I.	Otto dux primus, dux Saxonie.
	Sanctus Heinricus[a] dux III[b], postea imperator.	Sanctus Heinricus dux tertius, postea imperator, filius eiecti Heinrici[e].
	Heinricus dux IV.	Heinricus dux quartus, patruelis eius, fundator Osterhoven.
	Heinricus rex et dux V.	Heinricus rex et dux quintus, filius Chunradi[f] regis.
	Heinricus dux VI. [postea[c] rex].	Heinricus dux sextus.
	Chuno dux.	Chuno dux.
	Agnes imperatrix.	Agnes imperatrix.
	Otto dux II.	Otto dux secundus, Saxo. Hic possedit abbatiam Altah.[g] ab Heinrico[e], sed resignavit, et postea deicitur.
	Welpho dux.	Welpho dux, quidam nobilis de Swevia, Ottone deposito iniuste.
	Heinricus dux VII.	Heinricus dux septimus, frater eius.
	Heinricus dux VIII.	Heinricus dux octavus, filius eius, et Saxonie, qui a rege Chunrado depellitur, gener Lotharii.
	Leupoldus[d] dux II.	Leopaldus dux secundus, filius Leupaldi[h] marchionis Austrie.
	Heinricus dux IX.	Heinricus dux nonus, frater Leupaldi[h] marchionis. Hic postea amovetur, et ducatus Austrie datur sibi.
	Heinricus dux X.	Heinricus dux decimus, filius Heinrici[e] in Saxoniam pulsi. Huic 1156. aufertur a Friderico I.
1180.	Otto dux III.	Otto dux tertius, palatinus de Schyra.
1183.	Ludwicus dux III.	Ludwicus dux, filius.
1231.	Otto dux IV.	Otto dux quartus, filius.
1253.	Ludwicus dux IV. et frater eius Heinricus dux XI.	Ludwicus, filius, et Heinricus XI. duces et comites palatini Reni.
1290.	[*Alia manu addidit* 1: Duces 35. Reges 7. Ex	Otto V, filius Heinrici ducis, cum Stephano.
1310.	ducibus duo facti sunt imperatores].	Heinricus[1] XII. Heinricus[2].
1339.	[Hii duo ultimi Ludwicus et Hainricus diviserunt inter se terras Bawarie et Pallacii Reni anno Domini 1255. *add.* 2].	Iohannes, filius eius, pie memorie.

NOTAE FUERSTENFELDENSES DE DUCIBUS BAVARIAE.

Has e Gewoldianis collectaneis edidit Oefele, SS. II, p. 529. *Quae certe post a.* 1314, *et fortasse etiam serius scriptae, nec mendis liberae, accurata tamen rerum cognitione se commendant, qualem in monasterio Fürstenfeldensi a Ludovico duce fundato auctor comparare poterat, sive Volcmari annalibus*[3], *sive aliis notitiis adiutus. Quare quasi supplementum aliis historiae Bavaricae monumentis hic collectis addendum censuimus.*

a) Hainr. 2, *semper.* b) III d p. 2. c) *haec add.* 2. d) Leop. 2. e) H. *c.* f) Ch. *c.* g) Altħ *c.* h) Leup. *c.*

1) Filius Ottonis. 2) Filius Stephani. 3) Ita statuit Mayr libro supra p. 42. laudato p. 31.

Gubernante[a] Romanum imperium Friderico, qui regnare cepit anno verbi incarnati 1211. et 34 annis imperavit, presidentibus per idem tempus Innocencio, Honorio, Gregorio, Celestino, itemque Innocencio, sedis apostolice pontificibus, floruit in Germania princeps illustrissimus Otto dux Bavarie comesque palantinus Reni, vir corporis et animi robore pollens, habuitque duos filios Ludovicum et Heinricum, quibus pater, dum huius vite cursum feliciter consummasset, terram gentemque regendam dereliquid. At postquam venerabilis dux vitam excessit humanam, filii paternam hereditatem equa lance diviserunt et inferiorem Bavariam cum civitate Lantshud Heinricus filius iunior sorte adeptus est. Ludovico, qui fuit maior natu, cessit in partem Bavaria superior cum comitatu palantino Reni, cum civitate Monaco. Qui Ludovicus fundavit abbaciam in Furstenfeld ordinis Cisterciensis anno 1263. largisque possessionibus cum preclaris libertatum privilegiis dotavit; quam domum precordiali dilexit amore totamque inibi congregacionem Deo serviencium summa devocione venerabatur et paterno semper fovebat affectu et eam sibi suisque successoribus in singularem elegit locum sepulture. Qui habuit in uxorem Mariam ducissam Brabancie, que sine liberis obiit, decollata videlicet a marito suo in castro Werde Suevico. Post quam accepit in coniugem filiam ducis Polonie dominam Annam; ex qua habuit filiam Agnetem et Ludovicum, egregie indolis virum; sed inmatura, proh[b] dolor! morte preventus est.

Anno Domini 1290, 7. Idus Ianuarii prefatus dux Ludovicus apud civitatem Nurenberg in hastiludio per Kraftonem de Hohenloch est occisus. Quem pater inde transvectum in Furstenveld, presentibus quam plurimis principibus et episcopis, iuxta matrem suam, que obiit anno Domini 1271, 5. Kal. Iunii, cum honore maximo sepelivit. Tandem gloriosissimus rex Rudolfus filiam suam dominam Mechthildim sibi tradidit in uxorem; ex qua genuit Rudolfum, qui fuit primogenitus eius, et Ludovicum ducem iuniorem, qui postea in regem Romanorum est electus. Alios autem plures liberos genuit, qui omnes in puerili mortui sunt etate et in predicto claustro positi sunt in sepulchro patrum suorum.

Interea dum senior dux Ludovicus et comes palantinus circa Renum in Heidelberg aliquamdiu moraretur, gravem incurrit infirmitatem, et invalescente morbo reverenter et cum maxima cordis contricione sumens cuncta ecclesiastica sacramenta, diem clausit extremum. Obiit autem anno 1293[1], Bonifacio VIII. per idem tempus apostolice sedis pontifice presidente, Adolfo autem Romanum imperium gubernante, et in monasterium Furstenvelt honorifice sepultus[c], ubi duo filii eius Rudolfus et Ludovicus debitum funeris officium sollempniter et cum maximis expensarum copiis cum matre sua Mechthilde celebrarunt. Interfuerunt venerandis eius exequiis illustris dux inferioris Bavarie Sthefanus, reverendi patres Emcho Frisingensis episcopus et Reinboto episcopus Eyhstetensis et alii diverse religionis prelati quam plures.

Defuncto patre, successit in regimine principatus maior filius eius Rudolfus, et emensis paucis diebus, duxit[d] in matrimonio filiam Romanorum regis Adolfi dominam Mechthildim, nupciisque cum ea festive celebratis, habuit ex ea tres filios, Rudolfum, Adolfum, Rupertum, et unam filiam Mechthildim nomine; quorum primus filius Rudolfus duxit primum filiam[2] ducis Karinthie dictam de Sarentein, secundus, videlicet Adolfus, duxit . . filiam[3] comitis . . de Otingen, tercius autem filius duxit filiam[4] comitis . . de Guliche. Porro filia, videlicet Mechthildis, iungitur[e] in matrimonio . . comiti de Spanheim[5]. Iunior autem filius Ludovicus, qui in patris obitu tantum septennis erat[6], sub matris adhuc disciplina nutriebatur. At ubi pubertatis et adolescentie metas excrevit et iam in virilis proficeret robur[f] etatis, accepta coniuge ducis Polonie filia Beatrice . . . . .

Anno 1304, 10. Kalendas Ianuarii obiit domina Mechthildis, mater Rudolfi et Ludovici, et est sepulta in Furstenveld iuxta maritum suum.*

*) *Sequitur in codice, praemisso titulo* Furstenvelt: Anno[7] 1258, in assumpcione beate Marie virginis primo de Alderspach venerunt monachi in Tal trans Ysaram penes Aybelingen[8]. Postea anno 1262. venerunt in Ulchingen[9] iterum ex improvisu in assumpcione beate Marie. Iterum postea ex improvisu in assumpcione beate Marie venerunt in Furstenvelt anno 1263. sub venerabili abbate Anshelmo. Aug. 15.

a) *folio iterum expresso emendatius prodeunt hae notae ex cod. Monacensi Nr.* 14594 (S. Emmer. F. 97), *membr. saec. XIV, ubi fol. 29. et 30. inter miscellanea leguntur, a V. Cl. Mayr inventa, a Dr. H. Grauert accurate descripta.* b) prodh *c.* c) sepulto *c.* d) dux *c.* e) iugitur *c.* f) rubur *c.*

1) 1294, Febr. 2) Annam. 3) Irmingard, filiam comitis Ludovici. 4) Beatricem. 5) Iohanni comiti de Sponheim. 6) Ita etiam Aventinus; cf. Mayr l. l. p. 36. 7) Eadem fere in compilatione chronologica, Oefele II, p. 555, leguntur; cf. Mayr l. l. p. 32 sqq. 8) Aibling ad Mangfall fluvium. 9) Olching ad Amper fluvium.

NOTAE GENEALOGICAE BAVARICAE.

I. Codici Monacensi *Nr.* 12631 *(Ransh.* 31*) folio* 44'. *manu saec. XII. has intulit notas, quas invenit et primus edidit de Giesebrecht ('Sitzungsberichte d. bayer. Akademie'* 1870, *I, p.* 562*) necnon commentario docto illustravit. Ad quem lectores remissos velim, ipsas notas cum codice iterum collatas hoc loco editurus.*

II. Genealogia comitum Neuburgensium sive Formbacensium edita est 1) *in Mon. Boicis IV, p.* 9. *et* 2) *'Urkundenbuch des Landes ob der Enns' I, p.* 778, *et hic quidem ex codice saec. XV. archivi regni Bavarici. Quem etiam in Mon. B. expressum crederem, nisi errorem in eo deprehenderem graviorem; nec scio, an locum hunc ab editoribus emendatum esse statuere liceat. Qua de re ut lectores ipsi iudicent, varias lectiones etiam levissimas attuli. Quo tempore hoc stemma confectum sit, non liquet, non tamen ante saec. XIII. Certe duobus locis cum monumentis vetustioribus pugnat; alia vero his comprobantur, et nonnulla invenies memoria valde digna.*

Similem comitum de Wolfratshausen genealogiam videsis SS. XVII, p. 328.

G. W.

I.

Fridericus advocatus Ratispon. senior et Albertus Pogn. fratres fuerunt. Fridericus genuit Alheidem de Hohenburch et monialem in Nidermunster et Fridericum advocatum.

Item purcravius[1] et Otto lancravius fratres fuerunt. Purcravius duxit uxorem de Austria, sororem ducis Heinrici; de qua genuit Fridricum et Heinricum et abbatissam Superioris Monasterii[1]. Mortua illa uxore, purcravius duxit uxorem de Otingen; de qua genuit Ottonem et duas filias, quarum unam duxit Fridericus de Hohenburch, alteram Popo de Werthaimen.

Lancravius duxit uxorem filiam palatini de Witelinsbach[a. 3]; de qua genuit Ottonem, Heinricum, Fridericum et filiam, quae nupsit comiti de Baldern et, illo defuncto, Chunoni de Tieufen.

Marchio Dietpoldus de quadam, quam[b] duxerat de Polonia[4], genuit filium nomine Diepoldum et quatuor filias, videlicet Adelam imperatricem[5], Sophiam de Leksmunde[c], Eufemiam de Assel, Iuttam, uxorem advocati Ratisponensis[6]. Mortua illa de Polonia, marchio Diepoldus duxit aliam uxorem de Saxonia[7]; de qua genuit filium nomine Peritholdum et duas filias, scilicet Chunigundam, uxorem marchionis de Styra[8], et Alheidem de Laufen. Hac quoque mortua, terciam duxit uxorem, sororem Stephani comitis Ungarie; de qua genuit Dietpoldum et Sophiam de Pilensteine.

II.

Hec[d] est[d] genealogia fundatorum nostrorum[d]. Udalricus senex comes[d] genuit sex[e] filios, Arnoldum, Piligrimum[f], Brunonem, Tyemonem, Chounradum clericum Salzburgensem prepositum, Meginhardum[g. 9]. Tiemo senior genuit iuniorem Tiemonem, Hermannum

a) Wint. *corr.* Wit. *c.* b) *superscr. c.* c) *littera* k *superscr. c.* d) *deest* 2. e) octo 2. f) Pilgrinum 1. g) Meginhardum — Bamb. prepositum *des.* 2, *quae scriptoris errore excidisse, ideoque supra n.* e sex *in* octo *mutatum esse, recte V. Cl. W. Bernhardi in libro inedito de Lotharii imperatoris historia monuit.*

1) Heinricus. 2) Adelheidam. 3) Adelheidam ut videtur nomine. 4) Adelheida. 5) Uxorem Friderici I. 6) Friderici. 7) Cunigunda; v. Ann. Sax. 1103, SS. VI. p. 737. 8) Ottokari (V); v. supra p. 72. 9) Laborare hic genealogiam, caeterum sollertissime confectam, errore vix sana-

Bambergensem prepositum, Dietricum[a] clericum, Fridericum, Heinricum[b]. Tiemo[c] iunior genuit Ekkebertum[d], Heinricum. Heinricus genuit Gebehardum[e] et Dietricum[a]. Ekkebertus genuit Dietmarum[a], Eberhardum, Ekkebertum[d] iuniorem, Gotfridum monachum, Chunigundam[f]. Ekkebertus iunior de se progenuit item Ekkebertum[d]. Is Mediolanum cum imperatore Friderico veniens, occubuit[1]; corpus eius[g] Fornbach[h] delatum honorabiliter in capitolio[i] est collocatum; in quo tumulo etiam pater eius et avus eius et[k] sororius eius dux Dalmacie et marchio Istrie[l] Pertoldus[2] simul requiescunt. Meginhardus vero, frater[3] senioris Tiemonis[m], genuit Oudalricum[n], Hermannum provincie comitem[o, 4] et Chunradum[5]. Hunc Chunradum Heinricus[b] imperator, qui[k] a septimo Gregorio papa excommunicatus erat, cum scelera eius execraretur[p], [isdem[q] Chunradum] Romam captum[k] secum perduxit. Ibi[r] cum egrotare cepisset, ab eodem rege dimissus et Basulam veniens, obiit et ibidem est sepultus. Fridericus, senioris[s] Tiemonis[t] filius, cum in curia regis moraretur, neptem ipsius regis Gertrudem nomine[6] clam accipiens coniugem, aufugit, et postea rediens[u], gratiam imperatoris recepit[v], sed cum rediret, optimates regis eum insequentes, pro eadem iniuria interfecerunt[7], cum unam tantum filiam Hadewic[w] nuncupatam ex eadem Gerdrude genuisset; que Hadewic[w] mater fuit Lotharii regis et Ite[x] comitisse de Purchausen[y]. Huius autem Friderici corpus Fornpach[z] delatum et ante ecclesiam sancte Marie cum reliquis fratribus suis sepultum est.

GENEALOGIAE
COMITUM ET MARCHIONUM
SAEC. XII. ET XIII.

Cod. Giessensis Nr. 176. *fol.* 234. 234'. *sequentes continet notitias genealogicas, quae historiam familiarum illustrium saec. XII. vigentium illustrant. Quae cum non ultra initium s. XIII. procedant et plerumque aliis probentur testimoniis, etiam iis fidem habere licet quae nonnisi hic traduntur. Ita vero praesertim stirpi comitum de Zolr novam lucem datam videmus, doctorum opiniones modo confirmatas, modo refutatas; id quod b. m. Riedel luculenter exposuit, cum primum hoc stemma publici iuris fecerit ('Abhandlungen der Akademie der Wissenschaften zu Berlin'* 1854, *p.* 19 *n.* 8*) et commentario amplo illustraverit. Nunc has notitias a V. Cl. L. Weiland iterum descriptas apte praecedentibus adiungendas esse iudicavi.* *G. W.*

a) Dyet. 2. b) Hainr. 2. c) Thyemo 2. d) Eckeb. 2. e) Gebh. 2. f) Kuneg. 2. g) *deest* 1. h) Formb. 1. i) capitulo 2. k) *deest* 2. l) Ystrie Berchtholdus 2. m) Tyem. 2. n) Udalr. 2. o) comites 2. p) execraret 2. q) *des.* 1. r) ubi 2. s) senior 2. t) Tym. 2. u) reddiens 2. v) acc. 2. w) Hedwig 2. x) Yte 2. y) Purkchusen 2. z) Formpach 1.

bili, cuivis patebit, qui contulerit cum illa traditionum Formbacensium formulam 2 (UB. p. 627), ubi Tiemo I. avus vocatur Ulrici et Hermanni comitum, Meginhardi filiorum, qui tamen iuxta hanc nostram stemmatographiam patruus eorum fuisset. ED. MON. B. Cf. Moritz, Gesch. der Grafen von Formbach. 1803.
1) a. 1158.
2) De seniore Bertoldo comite Andecensi, cui nupserat filia Ekkeberti senioris, cogitandum esse, statuit Oefele, Gesch. d. Grafen v. Andechs p. 17.
3) *filius* legendum esse censet Moritz l. l. p. 53.
4) de Winzenburg; cf. Koken, Winzenburg p. 18.
5) Conradum filium, non fratrem Udalrici fuisse, ostendit notitia W(irntonis) abbatis s. XII. scripta, UB. l. l. p. 779, ubi legitur: *Horum nanque auctores fuerunt Meginhardus comes, Ekibertus comes, Ŏdalricus comes, supra nominati Meginhardi filius, et frater eius Hermannus comes, et nepos eius Chůnradus comes, filius supradicti Ŏdalrici, Ekibertus comes et filius eius Ditricus comes.* Ceterum genealogia hoc loco confirmatur; quo iam Buchinger, Gesch. von Passau, in stemmate comitum delineando usus est.
6) filiam Conradi comitis; v. Sächs. Weltchronik c. 237, p. 199.
7) a. 1059. interfectus dicitur; cf. Jaffé, Lothar p. 226.

Albertus de Hanhalde[a] marchio genuit quinque filios et duas filias: Albertum, Berenhardum, Fridericum[1], Hermannum de Horlamund et Zeifridum Bremensem archiepiscopum. Albertus sine filiis decessit. Berenhardus per ducis Polonie filiam[2] genuit duas filias[3]. Fridericus genuit Conradum marchionem de Branburch[4], qui duxit filiam marchionis de Landsperg[b]. Hermannus genuit Seyfridum cum fratribus et sororibus suis. Una soror predictorum[5] nupsit marchioni de Missin[b*][6] et per eum genuit Albertum, Dyetricum et Adelam filiam, quam duxit rex Bohemie Otaker et genuit ex ea duas filias, quarum[c] unam[7] duxit rex Dacie[8], alteram Henricus de Hortenberch. Altera soror supradictorum[9] facta est abbatissa in monasterio Chutilinburch. — Marchio Conradus[d] genuit quatuor filios: Ottonem marchionem de Choburg[10], Theodonem, Dyetricum et filiam nomine Adelam. Otto marchio genuit Albertum, Dyetricum et Adelam. Theoto[e] genuit marchionem Conradum de Landtsperg et Dyetricum et filiam[11], quam duxit dux Perchtoldus de Meran. Adela, soror supradictorum, nupsit regi Dacie[12]. Quo mortuo sine liberis, nupsit cuidam de Saxonia[13] et genuit filiam[14], que nupsit marchioni de Voheburch[15], per quem genuit filium, et mortuo marchione de Voheburch, nupsit comiti Meinhardo de Gőrcz.

Burchardus comes de Zolr genuit quatuor filios et duas filias: Burchardum, Egenonem, Fridericum et Gottfridum et matrem palentini de Tuwig[16] et alteram, quam duxit Werenherus[f] comes. Burchardus duxit quandam de Sthala et genuit ex ea Burchardum et Fridericum comites de Hohenburch[17]. Gotfridus sine herede decessit. Fridericus genuit Fridericum et Perchtoldum. Perchtoldus genuit filiam, que nupsit comiti de Sancto Monte[18]. Fridericus genuit Fridericum purcgravium de Nůrenberch. Egeno genuit Egenonem. Supradictorum soror[19], que nupsit comiti de Tuwig[20], genuit per eum Hugonem[g] palatinum et Heinricum de Ruke et Itam, quae nupsit comiti Eberhardo de Nelenburch. Hugo palatinus genuit Rudolfum palatinum[21]. Altera soror supradictorum, que nupsit Werinhero[h] comiti, genuit per eum Werenherum comitem et Itam. Que Ita nupsit Dyetalmo de Tokkenburch. Dyetalmus genuit Dyetalmum. Mortuo Dyetalmo de Tokkenburch, Ita nupsit Gotfrido de Mar.

a) Hanbalde *c.* b) *rubro superscr. c.* b*) Musin (Micsin?) *vel* Musni *c.* c) quâ *c.* d) de Branburch *post add. c.*; *sed v. n.* 4. e) *prior littera* o *superscr. c.* f) Werherus *c.* g) Hugenem *c.* h) Werzihero *c.*

1) Albertus minime filium habuit Fridericum, sed duos hic praetermissos, Ottonem et Dietericum. 2) Iudith sive Iuttam. 3) Sophiam et Hadewigam. 4) De Conrado marchione Misnensi cogitari, infra apparet; sed hic neque filius fuit Friderici, neque uxorem habuit marchionis de Landsberg. 5) Hadewig. 6) Ottoni. 7) Margaretam. 8) Waldemarus II. 9) De his nihil constat. 10) Legendum videtur: *Camburg.* 11) Agnetem. 12) Suenoni. 13) Adelberto de Ballenstedt. 14) De hac alibi nihil legitur. 15) Sive Bertholdo sive Dietpoldo (VI) iuniori, de quorum uxoribus nihil constat; cf. Moritz, Gesch. der Grafen von Sulzbach (Abh. d. Bayer. Akad. 1833) tab. VI; Giesebrecht l. l. p. 585. 16) Emmam; v. postea. 17) De quibus cf. Stälin III, p. 400; Riedel l. l. p. 21 sq. 18) Heiligenberg. 19) Emma. 20) Hugoni seniori, qui obiit a. 1103. 21) Obiit a. 1219.

CHRONICA MINORA

SAECULI XII. ET XIII.

CATALOGUS PONTIFICUM ROMANORUM ET IMPERATORUM SAECULI XI.

Cum hoc volumine propositum habeamus chronica colligere minora, quae saec. XIII. plerumque ita sunt instituta, ut ordinem sequantur pontificum et imperatorum Romanorum, eaque partim notitiis conspicua ad historiam urbis Romanae pertinentibus, recurrendum erat ad catalogum magnae Cencii collectioni saec. XII. ex. insertum. Sed ne in hoc quidem subsistendum. Nam quamvis hoc loco in priorem catalogi pontificum partem inquirere nolimus, quod nonnisi vetustioribus paparum catalogis quotquot exstant inter se comparatis cum fructu fieri poterit, id tamen facile est intellectu, vetustiorem hic esse exscriptum catalogum non ultra Gregorii VII. vel Urbani II. tempora deductum, cuius vestigia in chronicis infra edendis deprehendes et cuius complura exstant apographa. Inter quae unum est hucusque ineditum, cuius scriptor iam imperatores cum pontificibus coniungere conatus est; quod quamvis parum feliciter ei cesserit, initium tamen et quasi fundamentum operum sequentis fuit aetatis. Quare certe praecipuam eius partem, qua etiam quaedam alibi haud obvia traduntur, illis praemittendam duximus.

Codex Musei Britannici Nr. 14801, *membr. s. XI, qui ad monasterium prope Romam situm pertinuit*[1], *praeter Hieronimi martyrologium et acta synodi Aquensis a.* 816. *hunc praebet catalogum, una manu usque ad Alexandrum II. vel Urbanum II. deductum, post a variis continuatum. Ultimam partem b. m. Pertz exscripsit, maioris quae hic editur ipse exemplum feci. G. W.*

Pontifices.

Anno quadragesimo secundo imperii Octaviani Augusti natus est Ihesus Christus, filius Dei, in Betleem Iude ex Maria virgine.

Post passionem Domini beatus Petrus apostolus princeps apostolorum Anthiocenus, filius Iohannis, provinciae Galileae vico Betsaida, frater Andreae, tenuit sacerdotalem cathedram ann. septem in Antiochia, deinde

Imperatores.

Post nativitatem domini nostri Ihesu Christi Octavianus Augustus imperavit ann. 14.

1) Inscriptus est *Valle Buencozzo di Romanchio (?)*; ultima pagina pennae exercendae causa chartae scriptae sunt, quibus monachi S. Cosme et Damiani a monachis S. Mariae trans Tyberim se quaedam accepisse testantur. Primo folio manu saec. XII. haec scripta sunt:

Anno d. incarn. 1111. *men. Feb. d.* 12. *rex Enricus impius, filius Enrici regis, venit Romam cum maximo* (?) *exercitu et cum traditione apprehendit pontificem Pascalem octo* (?) *[cum] viginti* (?) *cardinalibus Romane* (?) *ecclesie* (?), *multos clericos exsiliavit* (?) *et plures laicos interfecit die* 4. *Mansit in captione apud regem* 60. *d. cum multis clericis ac laicis.*

Et postea volente Deo concordatum est cum rege (?) . . . . . *cum eo corona* . . . . . . *reversus est Romam. Susceptus est ab omni populo Romano cum gloria et honore in ecclesia sancti Iohannis inter duos pontes, Idus Aprilis.*

venit Romam ibique 25 annis et m. 7 et d. 8 cathedram sacerdotalem tenuit.

. . . .

. . . .

Iohannes [III.[a]], nat. Dalmatia, ex patre Benantio scolastico[b], ann. 1, m. 9, d. 18. Et c. m. 1, d. 13.

Theodorus, nat. Grecus, ex patre Theodoro episcopo de civitate Hier., s. ann. 6, m. 5, d. 18. Et c. d. 52.

Martinus, de civit. Tudertina provincie Tusciae, ann. 6, m. 1, d. 27. Et c. d. 28.

Eugenius [I.], nat. Rom. de regione 1. Adventinense, clericus a cunabulis, ex patre Rufiano, ann. 2, m. 8, d. 24. Et c. m. 1, d. 29.

Vitalianus, nat. Siginensis[c] provinciae Campanie, de patre Anastasio, ann. 14, m. 6. Et cessavit m. 2, d. 13.

Adeodatus, nat. Idm̄.[d], ex monacho, de patre Iobiniano, ann. 4, m. 2, d. 5. Et cessavit m. 4, d. 15.

Donus, nat. Rom., ex patre Malucio, ann. 1, m. 5, d. 10. Et c. m. 2, d. 15.

Agatho, nat. Sycilia, ann. 2, m. 6, d. 3. Et c. ann. 1, m. 7, d. 5.

Leo [II.], nat. Sicula, ex patre Paulo, m. 10, d. 16. Et c. m. 11, d. 22.

Benedictus [II.], nat. Rom., ex patre Iohanne, m. 10, d. 12. Et c. m. 2, d. 15.

Iohannes [V.], nat. Syrus, ex provincia Antiochiae, ann. 1, d. 9. Et c. m. 1, d. 18.

Conon m. 11, d. 22. Et c. m. 2 et d. 23.

Sergius [I.], nat. Syrus Antiochiae regione, ortus ex patre Tyberio, ann. 13, m. 8, d. 24. Et c. m. 1, d. 20.

Iohannes [VI.], nat. Grecus[f], ex patre Platone, ann. 3, m. 2, d. 12. Et c. m. 1, d. 18.

Iohannes [VII.], nat. Grecus, ex patre Platone, ann. 2, m 7, d. 17. Et c. m. 4.

Sisinnius, Grecus, ex patre Iohanne, d. 20. Et [c.[g]] m. 1, d. 29.

Constantinus, nat. Syrus, ex patre Iohanne, ann. 7, d. 15. Et c. d. 40.

Gregorius [II.], nat. Syrus, ex patre Iohanne, ann. 6, m. 8, d. 10. Et c. m. 1, d. 5.

Gregorius [III.], nat. . . . . . .[h], ex patre Marsello, ann. 10, m. 8, d. 20. Et c. d. 8.

Zacharia, nat. Grecus[f], ex patre Policronio, ann. 10, m. 3, d. 14. Et c. d. 12.

Stefanus [II.], nat. Rom., ex patre Constantino, ann. 5, d. 28. Et c. m. 1, d. 5.

Paulus, nat. Rom., ex patre Constantino, ann. 10, m. 1. Et c. ann. 1 et m. 1.

Constantinus, ex laicis, ann. 1 et m. 1.

Item Constantinus cum Leone, filio suo, et cum Pipino rege Francorum et patricio Romanorum eiusque filiis Carolo et Carlomanno ann. 11.

12. 13. 14. 15. 16.

Hic Pipinus obiit.

Constantinus imperator excecatus est.

Carolus accepit imperium Romanorum et imperavit ann. 13, m. 1, d. 4.

Leo impera.

Hludohuicus cum Lothario, filio suo, ann. 25.

Hlotharius ann. 10.

Item[e] Hlotharius cum Hludowico, filio suo, ann. 5.

Hludowicus ann. 21.

Carolus ann. 1, m. 9.

Carolus ann.

Hludowicus.

a) *hi numeri in marg. c.* b) scolatico *c.* c) Siginenses *c.* d) Romanus *Cencius.* e) Ite *c.* f) Gō *c.* g) *deest c.* h) *vacat c*

Stefanus [III.], nat. Sylicus[a], ex patre Olivio, ann. 3, m. 5, d. 28. Et c. d. 8.

Adrianus [I.], nat. Rom., ex patre Theodoro, de regione Via lata, ann. 23, m. 10, d. 17.

Leo [III.], nat. Rom., ex patre Azzuppio, ann. 20, m 5, d. 17. Et c. d. 3.

Nicephorus imperator.

Michahel imperator.

Stefanus [IIII.], nat Rom., ex patre Marino, ann.[b] 7, m. 7.

Paschalis [I.], nat. Rom., ex patre Marino[c], ann. 7, d. 16.

Eugenius [II.], nat. Rom., ann. 4, m. 2, d. 24, al. d. 11. c.

Valentinus m. 10.

Gregorius[IIII.], ex patre Iohanne, ann. 16.

Sergius [II.], nat. Rom., ex patre Sergio, ann. 3, d. 5. Et c. m. 2, d. 15.

Leo [IIII.], nat. Rom., ex patre Dualdo, ann. 8, m. 3, d. 5.

Benedictus [III.], nat. Rom., ex patre Patro, ann. 2, m. 6, d. 10. Et c. d. 15.

Nicolaus[d] [I.], nat. Rom., ex patre Theodoro, ann. 9, m. 2, d. 20.

Adrianus [II.], nat. Rom., ex patre Taloro episcopo, ann. 5.

Iohannes [VIII.] ann. 10, d. 2.

Marinus ann. 1, m. 5.

Adrianus [III.], nat. Rom., ex patre Benedicto, ann. 1, m. 3.

Stefanus [V.], nat. Rom., ex patre Adriano, de Via lata, ann. 5, d. 8.

Formosus, episcopus Portuensis[e], ann. 5, m. 6.

Bonifatius [II.] d. 15.

Stefanus [VI.], episcopus Campaniae, ann. 1, m. 3.

Romanus, presbiter titulo sancti Petri ad Vincula, ann. 3, d. 22.

Theodorus d. 20.

Iohannes [VIIII.] ann. 2, d. 15.

Benedictus [IIII.] ann. 3, m. 2, d. 15.

Leo [V.], presbiter forensis, d. 60.

Christoforus, cardinalis titulo Damasi, m. 7.

Sergius, nat. Rom., ex patre Benedicto, ann. 7, m. 3, d. 16.

Anastasius ann. 2, m. 2.

Lando m. 6, d. 36.

Iohannes [X.] ann. 13, m. 2, d. 3.

Leo [VI.] ann.[g] 3, d. 15.

Stefanus [VII.] ann 2, m. 1.

Iohannes [XI.] ann. 4, m. 10.

Leo [VII.] ann. 3, m. 6, d. 10.[1]

Marinus ann. 3, m. 6, d. 13.

Berangarius ann.

Bernengarius ann. 10.

Uga ann.

Bernengarius ann.

Lotharius ann. 3.

Bernengarius cum Alberto, filio suo, ann. 11.

Octo [I.] ann. 6.

Octo [II.] cum Octone, filio[f] suo, ann.

a) Syculus *Cencius.* b) ann. 7, m. 7 *des. Cenc.* c) Marimo *c.* d) Nacol. *c.* e) Portuenses *c.* f) filo *c* g) m. 6 *Cencius*; m. 7, d. 15 *cat. ap. Watterich* I, *p.* 33.

1) Excidit Stephanus (VIII).

Agapitus [I.] ann.[1].	Octo [III.] ann.
Agapitus [II.] ann. 10, m. 6, d. 10.	
Iohannes [XII.], de regione Via lata; [pater[a]] eius Albericus princeps Rom., successit indic. 14, ann. 9, m. 4.	
Benedictus [V.], nat. in regione Marcello, m. 2.	
Leo [VIII.] ann. 1, m. 4.	
Iohannes [XIII.], Narniensis[b], ann. 7, m. 11, d. 5.	
Benedictus [VI.], nat. Rom., ann. 1, m. 6.	
Domnus ann. 1, m. 6, de Suri.	Heinricus ann. 10.
Bonifatius [VI.] m. 1, d. 12.	
Benedictus [VII.], nat. Rom., ann. 7, m. 6.	
Iohannes [XIIII.] m. 8.	
Iohannes [XV.] m. 4.	
Iohannes [XVI.], nat. Rom., de regione Gallinas albas, ann. 10, m. 7, d. 10.	
Gregorius [V.], nat. Saxorum, ex patre Otdo, ann. 1, m. 5.	
Iohannes [XVII.], nat. Grecus, de civitate Rosana, m. 10.	Chounradus ann. 16.
Silvester [II.] ann. 4, m. 1, d. 9.	
Iohannes [XVIII.], de regione Sancti Clementi, qui vocatur Sico, m. 1.	
Iohannes [XVIIII.], nat. Rom., de regione que vocatur porta Mitrome[c], ann. 5, qui vocatur Fasanus.	
Sergius [IIII.], nat. Rom., de regione Allapina, ex patre Peruncio sutor, ann. 3, m. 9., qui vocatur Os porci.	
Benedictus [VIII.], nat. de Tusculana, ex patre Greg., ann. 11, m. 11, d. 21.	
Iohannes [XX.], ex patre Greg., ann. 9, m. 9.	
Benedictus [X.], nat. Tusculana, ex patre Alberico, ann. 14.	
Silvester [III.] d. 56.	
Gregorius [VI.], de Sancto Iohanne in porta Latina, ann. 2.	
Clemens [II.], nat. de Alamania de civit. Palisperga[2], m. 9, d. 7.	Heinricus ann.
Damasus [II.], nat. Alamania, d. 23.	
Leo [VIIII.[d]], ex genere Alamania, de Lotheris regno, ann. 5, m. 2, d. 7.	
Victor [I.], ex genere Alamania, ann. 2, m. 3, d. 13.	
Stefanus [VIII.], ex regione Alamania, m. 7, d. 28.	
Benedictus [X.[e]], Viliternense[3] episcopus, nat. Rom. in regione ad Sanctam Mariam de presepe, m. 9, d. 20.	
Nicolaus [II.], nat. Burgonia, ann. 2, m. 6, d. 28.	

a) *deest c.* b) Marmens. *c.* c) secus porta Metrovi *cat. ap. Watt. p.* 69. d) VIII. *corr.* VIIII. *c.* e) XI. *corr.* X. *c.*

1) Unus tantum tunc sedit Agapitus. Error vero innuere videtur, catalogum hunc primum eo sedente scriptum, post esse continuatum. 2) i. e. Babenberga. 3) Veletri.

Alexander [II.], nat. Mediolanensis, ann. 11, m. 6, d. 25.	Heinricus ann. 26.
Gregorius[a] [VII.] ann. 12, m. 1, d. 5.	
Victor [mens.[b]] 4, d. 7.	
Urbanus [II.] ann. 11, m. 4. Et c. d. 16.	
Paschalis[c] [II.] ann. 18, m. 4, d. 22.	Henricus ann.
Gelasius[d] [II.], nat. Gaietanus, sedit annum 1, d. 9. Et cessavit diebus 2.	
Calixstus [II.], nat. Biennensium, sedit annis 5, mens. 10, d. 14. Et cessavit episcopatum diebus 3.	Lotharius.
Onorius[e] [II.] sedit annis 5, mensibus 2.	
Innocentius[d] papa II, Romanus de regione Tyberim, sedit ann. 13[f], mensibus 8, diebus 24, et cessavit episcopatus 2 dies.	
Celestinus papa II, natione Tuscus, sedit mens. 5, diebus 14.	
Lucius[d] papa II, natione Longobardus, sedit mens. 11, diebus 10.	
Eugenius, natione Pisarum, sedit ann. 8, m. 4, d. 21.	
Et[d] cessavit episcopatus d. 2.	
Anastasius papa IIII, natione Romanus, sedit ann. 1, m. 4, diebus 25.	
Adrianus[d] papa IIII, natione Anglicus.	

CATALOGUS PONTIFICUM ROMANORUM, IMPERATORUM ET REGUM FRANCORUM AUCTORE MONACHO S. GREGORII.

Codex Lugdunensis inter Voss. Lat. in 4. *Nr.* 67, *quinque foliis in fine libri positis* (30—34. *signatis) manu s. XII. hunc brevem exhibet catalogum, quem monachus coenobii S. Gregorii Alsatiensis*[1] *confecisse videtur, tribus columnis paparum, imperatorum et regum Francorum nomina scribens, sed parum diligenter curans ut coaevos coniungeret. Pontificum Romanorum catalogum vetustiorem usque ad Adriani III. tempora secutus est, saec. XI. iterum cum iis convenit quae alibi tradita sunt, media vero prorsus falsa et valde lacunosa fontibus destitutus ipse supplevisse videtur. Accuratius ea comperta habuit quae ad reges Francorum spectant, sed ne hic quidem ab errore cavit.*

Codicem benevole Berolinum transmissum ipse exscripsi. *G. W.*

a) *sequentia fortasse iam alia manu scripta sunt.* b) *erasum.* c) *alia manu.* d) *iterum alia manu.* e) *corr.* Hon. *c.* f) *post corr.* 12. *c.*

1) Catalogus regum Francorum f. 33'. scriptus ita finit: *Hyldericus fundator cenobii sancti Gregorii. Theodericus.*

Incipit brevis annotatio de apostolicis seu imperatoribus Romanis.

In primis domnus Petrus Romanae sedis antistes sedit ibi quinquies annos quinos, menses duos, dies octo. Crucifixus est autem tricesimo octavo post passionem Domini anno, Neronis ultimo anno.

Linus sedit ibi annos quindecim, menses tres, dies 12, martyrioque coronatur.

Domitius Nero 14 annos, persecutor.

Galba et Octo et Vitellius annum unum et 6 menses.

. . . .

. . . .

fol. 33' Gregorius annos quindecim, menses 8, dies 24.

Gregorius annos 10, menses[b] 5, dies viginti quatuor.

Zacharias annos 10, menses 3, dies 22.

Stephanus annos[c] 3, menses 5, dies viginti septem[d].

Paulus annos 10, mensem 1.

Stephanus annos 3, menses 5, dies 27.

Adrianus annos 23, menses 10, dies 20.

Leo annos 20, menses 5, dies 17.

Stephanus annos 3 et menses 7.

Paschalis annos 12, dies 16.

Eugenius annos 3, menses 8, dies 23.

Valentinus unum mensem.

Gregorius annos 16.

Sergius annos 3.

Leo annos 8, menses 3, dies 5.

Benedictus annos 2, menses 6, dies 6.

Nicholaus annos 9, menses 6, dies 16.

Adrianus annos 6.

Iohannes annos 10.

Marinus[e] annos 4.

Adrianus annos 2[1].

Stephanus ann. 1.

Nicholaus[2] annos 3.

Stephanus annos 2.

Adrianus[2] unum mensem.

Sergius[3] annos 3.

fol. 34. Silvester[3], qui et magister Girbertus, annos quinque.

Pippinus annos[a] 17.

Karolus Magnus annos 43.

Ludovicus annos 27.

Lotharius annos quindecim.

Ludovicus annos decem et novem.

Karolus annos 12.

Lotharius annos tredecim.

Arnoldus annos duodecim.

Ludovicus annos tredecim.

Conradus annos 7.

Heinricus annos sedecim.

Pippinus maior domus in palacio.

Clodoveus.

Gildebertus.

Dagobertus.

Hilpericus, reges.

Karolus Martellus, filius Pippini, maior domus.

Theodericus.

Hyldericus; quo tonso et in monasterium truso, Pippinus, filius Karoli Martelli, ungitur in regno, defęcitque haec prima regum Francorum progenies.

Pippinus annos 17.

Karolus Magnus annos 43.

Ludovicus Pius annos 27.

Karolus Calvus 38 annos.

Ludovicus annos 6, qui nichil fęcit.

Karolus Simplex annos 7.

Karolus de Bawaria ann. 3[f].

a) anno *c.* b) m. 5 *bis scr. c.* c) *bis scr. c.* d) dies 22 *add. c.* e) Marimus *corr.* Marinus *c.* f) II. *absciso tercio* I. *c.*

1) Complures omittuntur. 2) Neque Nicolaus, neque Adrianus hoc tempore fuit papa; alii quam plurimi omissi. 3) Hic quoque ordo valde turbatus.

Gregorius[1] annos 6.

Iohannes[1] unum annum.

Gregorius[1] annos duos.

Benedictus[1] annos duos.

Benedictus[2] annos 12, et eiectus est[3].

Silvester quadraginta novem dies, et eiectus est[3].

Benedictus reductus, et tunc eiectus est.

Gregorius annum 1, menses 8 minus diebus undecim[3].

Hi tres damnati sunt ab Henrico imperatore.

Clemens electus sedit menses octo, diebus undecim.

Damasus 23 dies[3].

Leo nonus, qui et Brunus Toleto[4] episcopus, ordinatur in Febroario, indictione prima, dominica die.

Victor tres annos.

Stephanus unum annum.

Nicholaus tres annos.

Alexander undecim annos.

Gregorius 16 annos.

Clemens. Urbanus, duo simul, alter Gregorio vivente, alter mortuo ordinatus, sedit annos quindecim[5].

Paschalis[c] annos 19.

Gelasius annum unum.

Kalixtus annos quatuor.

Honorius annos septem.

*Innocentius annos quatuordecim.

Cęlestinus menses sex.

Lucius tres menses.

Eugenius annos novem.

Anastasius.

Otto annos 38.

Otto secundus annos decem.

Otto tercius annos 19.

Heinricus annos 23.

Conradus 14 annos.

Heinricus decem et septem annos.

Heinricus I. unum[6] annum.

Filius eius Heinricus quintus regnavit annos 20, et moritur sine filiis apud Traiectum, sepultus in Spirea civitate.

Cui Lotharius[d] dux Saxonum successit in imperio et regnavit tredecim annos et mortuus est sine filio.

Cui successit Conradus in regno, de raegali prosapia existens, filius scilicet sororis Heinrici imperatoris; qui tenuit annis 15 et mortuus est. Cui successit Fridericus, nepos eius, in regno.

Otto rex annos 10.

Karolus post Ottonem annos 22[a] (?).

Ludovicus annos decem et octo.

Lotharius annos 33.

Ludovicus ultimus huius prosapiae. . . . .[b]

Ludovico defuncto, Francorum proceres super se regem elevaverunt Hugonem, qui fuit filius Hugonis Magni ducis, qui regnavit annos . . .[b] Hugo vero rex genuit Robertum, qui regnavit annis 2 . .[b]

Rotbertus vero rex genuit Hugonem. Hugone vero defuncto patre superstite, elevatus est Heinricus frater rex pro eo; qui[7] in regno confir[matus[b]] accepit neptem imperatoris He[in[b]]rici, ex qua filiam unam procreavit, que ante lustrum defuncta est, matre subsequente. Deinde post aliquot annos duxit Annam, filiam Rutenorum regis, ex qua tres filios genuit, Phylippum scilicet et Rotbertum et Hugonem. Phylippum igitur pro se fęcit ungere in regem anno dominicae incarnationis millesimo centesimo nono; ipse vero subsequenti anno obiit. Phylippus igitur genuit Ludovicum. Ludovicus igitur rex genuit quatuor filios, Phylip- *fol. 34'. pum, Rotbertum, Ludovicum et Heinricum. Mortuo ergo Ludovico[8], successit ei filius suus Ludovicus. Iste ergo modo est, quando haec scripsimus, Francorum rex.

a) XXI, *alus abscisis c.* b) *quaedam abscisa c.* c) *haec sec. manu in loco raso.* d) oth. *c. littera* L *a miniatore omissa.*

1) Hic quoque ordo valde turbatus. 2) IX, ut vulgo numeratur. 3) Cf. cat. ap. Watterich I, p. 70. 4) i. e. Toul. 5) Urbanus sedit ann. 11, Clemens ann. 20. 6) lege: 51 *annos.* 7) Haec ex cont. Aimoini (Bouq. XI, p. 257) sumta esse videntur (cf. ibid. p. 157); neque tamen recte se habent. Sed soror Heinrici III. imperatoris regi Heinrico desponsata fuit, quae Wipone teste (c. 32) ante nuptias obiit. 8) a. 1137.

CHRONICA QUAE DICITUR HUGONIS DE SANCTO VICTORE.

Chronica pontificum et imperatorum Romanorum brevissima, quae Hugonis de S. Victore, theologi et philosophi celeberrimi[1], *nomine fertur*[2], *an collectioni nostrae sit inserenda, dubitari potuit. Quod ut facerem eo adductus sum, quod eam non solum ab Albrico aliisque exscriptam, compluries continuatam, sed etiam cum catalogo Cenciano arta familiaritate coniunctam videbam. Est vero maioris operis pars, quod inscribitur*[3]*:* Liber[4] de tribus maximis circumstantiis gestorum, *id est personis, locis, temporibus, eoque primum historia ab Adam usque ad Christum natum breviter est digesta; sequuntur catalogi patriarcharum Hierosolimitanorum, regum et sacerdotum Iudaicorum, pontificum Romanorum, imperatorum, regum Germanorum, Francorum, Wandalorum, Gothorum, Langobardorum, ducum Normannorum, quibus inserta sunt nomina civitatum praecipuarum, insularum, historiographorum et aliae variae lectionis fruges. Finem faciunt tabulae chronologicae a Christo nato usque ad a.* 1135, *quo tempore Hugo vixit (†* 11. *Febr.* 1141*), deductae, quibus pontificum Romanorum et imperatorum nomina et tempora sunt adscripta. Has nunc edendas an ipsi Hugoni tribuam, valde dubito*[5]. *Nam non solum catalogus Cencianus presso pede hanc seriem sequitur*[6]; *alter etiam ex codice Veneto infra edendus ubique fere eosdem annos exhibet et saepe ad verbum cum nostro convenit. Modo tamen hos artiore affinitate inter se coniunctos esse, lectiones quas attuli eorum ostendunt. Uterque praeterea constanter Romanorum pontificum originem indicat, quod in catalogo supra edito aliisque quam plurimis factum videmus, in hoc vero est praetermissum. Uterque etiam de rebus Romae et in vicinia eius gestis non pauca addit, quae similiter in catalogo Tiburtino (SS. XXII, p.* 353*) leguntur et ex Annalibus Romanis hausta videntur, a nostro vero prorsus sunt aliena. Sed Venetus in his uberior est Cenciano, nunnumquam etiam errores vel vitavit vel correxit qui huic cum nostro sunt communes. Quare hos tres catalogos ex eodem libro iam ad annos Christi digesto sumtos*

1) De quo praeter scriptores historiae philosophiae et librum a Liebner a. 1832. Lipsiae editum cf. Hist. liter. XII, p. 1 sqq., Haureau, Biogr. génér. XXV, p. 436, qui diligentem illi navavit operam. 2) Cod. Paris. Nr. 4862, quo operis fragmentum continetur, auctoris nomen, quod alii omittunt, ita indicat: *Incipiunt cronica magistri Hugonis Sancti Victoris.* In cod. Lugd. Voss. Nr. 70 (de quo v. infra) post catalogum pontificum Romanorum legitur: *Hucusque Hugo canonicus Sancti Victoris;* cf. Albricus, SS. XXIII, p. 828: *Hucusque magister Hugo de Sancto Victore cronicam suam de Romanis pontificibus et imperatoribus digessit;* tum alia eius opera recenset. Cf. Henr. Gand. de SS. eccl. c. 25, Fabricius p. 122; Trithem. c. 363, ibid. p. 92, qui chronicam praetermittunt. Cave, SS. eccl. s. XII, p. 209, deperditam eam censet. 3) V. Arch. XI, p. 306 sq. Cum codice hic descripto alii conveniunt. 4) In codd. olim S. Victoris: *Arteficium memoriae de* etc.; v. Hist. liter l. l. p. 56. 5) Etiam Hist. liter. p. 57. hoc opus Hugonis esse negatur, quia quae Albricus affert in codd. non leguntur. Quod tamen non ita est. Unus tantum locus, p. 736, qui in ind. SS. XXIII. ad ipsum refertur, de Hugone Floriacensi intelligendus est. - Exceptionum vero libros, quibus etiam brevis historiae universalis conspectus continetur, sine causa Hugoni tribui, recte ibidem p. 66. monitum esse videtur. In cod. Cheltenh. Nr. 4653. s. XIII. Richardi de S. Victore nomine inscripti sunt. 6) Cum non annorum tabulas plenas exhibeat, semper annum, quo pontifices sedem, imperatores imperium acceperunt, ita annotat: *sed. (imp.) post ann. inc. dom.*

esse, recte statuere mihi videor. Et ille quidem iam usque ad Honorii et Lotharii imperatoris tempora deductus fuerit oportet, cum Cencianus ad finem usque cum Hugone concordet. Cencianus et Venetus etiam paulo longius ex eodem fonte hauserunt. Qui vero primus hanc seriem disposuit catalogum qualem supra p. 81. *edidimus ad manus habuit eiusque temporum notas cum annis Domini utut potuit coniunxit; id quod aliis atque aliis se commendavit.*

Editionis huius subsidia fuerunt:

1) *Codex Parisiensis Nr.* 4932, *membr. s. XIII, olim ut videtur, bibliothecae Vicecomitum Papiensis, ibique ita signatus: 'Ex libris historialibus pul^lo* 2° *ad parietem a parte curie castri littera A', manu Itala nitide exaratus et continuatione auctus, de qua mox dicetur. Librum Berolinum transmissum V. Cl. Kohl in usus nostros descripsit.*

1a) *Codex Parisiensis Nr.* 4891, *membr. s. XII (de quo v. Arch. XI,* 307).

2) *Codex universitatis Lipsiensis Nr.* 350, *olim monasterii Veteris Cellae, Annalibus hic scriptis conspicuus (SS. XVI, p.* 41), *membr. s. XII, cuius exemplar V. Cl. W. Arndt fecit.*

3) *Codex Parisiensis Nr.* 15009 *(S. Victor* 567), *membr. s. XII.*

4) *Codex Parisiensis Nr.* 14872 *(S. Victor* 577), *membr. s. XIV.*

Libros 1a. 3. 4 *inde a Pippini tempore exscripsit V. Cl. C. Müller Stuttgartiensis.*

5) *Codex Vaticanus reginae Christinae Nr.* 453, *membr. s. XII, cuius notitiam b. m Bethmann dedit, manu s. XIV. vel XV. multa esse inserta vix legibilia, monens.*

Qui Hugonis librum augendum et continuandum susceperunt Veterocellensis et Weingartensis iam supra editi sunt (XVI, p. 41; *XXI, p.* 473); *de Roberto Autisiodorensi, qui ampliori historiae quam scripsit brevem praemisit rerum conspectum ex Hugone maximam partem sumtum*[1], *alio loco agemus. Nunc de brevibus continuationibus dicendum est saeculo XIII. scriptis.*

I.

Codici Bambergensi[2] *B IV.* 6 *(olim A* 64), *membr. s. XII, fol., post adiecta sunt folia* 151 *sqq., quae partem chronicae Hugonis continent, additionibus nonnullis et brevi continuatione ab ipso codicis scriptore auctam, postea vero uberioribus notitiis locupletatam. Has ex Annalibus Cavensibus et Pragensibus desumptas esse, Pertz agnovit easque SS. III,* 119 *sqq.* 188 *sqq. luci dedit*[3]. *Sed minus recte etiam quae Hugoni debentur (imperatorum nomina et tempora a.* 902—968. 996. 1048. 1086. 1111. 1126, *et pauca quae de pontificibus Romanis recepit a.* 999. 1073) *ad Annales Cavenses retulit, semel (a.* 1187) *cum Pragensibus manu recentiori post codici illatis ea coniunxit, quae ad priorem libri conceptum pertinent, praeterea pontificum Romanorum seriem ab Hugone et eius continuatore accurate traditam plane omisit. Neque quae Hugonis chronicon excipiunt quidquam cum Annalibus illic Cavensibus habent commune, quorum notitiae, quamvis eadem manu*[4], *postea tamen huc translatae*

1) Cf. N. Arch. II, p. 337 sqq. 2) De quo cf. N. Arch. III, p. 194. 3) In Ann. Pragensibus haec praecipue sunt emendanda. A. 910. et 911. l.: *Ludvicus;* 990: *Hemeis;* 1017: *Mechardus;* 1039. *Bracizlaum;* 1054. cum 1053. coniungendum; 1094. l.: *Brecislaus;* 1100 fortasse *Geco;* 1139: *mansit ad tempus;* 1143: *apostolici;* 1186: *Ec. solis fuit, mort.;* 1190. *sua Prage sunt tumulata — dux cum* (?) *ho[nore m]emorande.* — In *Ann. Cav.* (SS. III, p. 190) verba: *Gregorius — moritur* non ad a. 1083, sed 1085. pertinere videntur. 4) Quam vix cum Pertzio Beneventanam dixerim, quamvis patriam Italicam prodere videatur.

videntur. Quare brevem illam continuationem, cui ad a. usque 1235. lineae praeparatae erant, quae vero a. 1217. non supergressa est, nunc integram hoc loco exhibendam duxi.

II.

Altera Romae vel in vicino urbis ut videtur scripta legitur in codice Parisiensi Nr. 4932, de quo supra monui. Nonnumquam ad catalogos pontificum et imperatorum Cencii et Tiburtinum (SS. XXII) accedit, neque tamen ex alterutro descriptus esse, sed ex communi fonte manasse videtur. Neque quaedam peculiaria desunt.

III.

Quae in codice monasterii Clarimarisci (Clairmarais in Flandria Gallica) ad calcem chronici Hugonis legebantur Martenius edidit, Thes. anecd. III, p 1385; excerpta SS. R. Gall. XIII, p. 445. XVIII, p. 593. Cum liber ille nunc lateat, illum sequamur oportet.

IV.

In codice Lugdunensi Voss. Lat. Nr. 70, membr. s. XII.[1]*, fol., post priorem Hugonis libri partem*[2] *(desideratur chronica hic edita) diversis manibus scriptae sunt notitiae ad monasterium Vallis Lucentis (Vauluisant) dioeceseos Senensis, quarum exemplar fecit b. m. L. Bethmann.* *G. W.*

Anni Domini.	*Indictiones.*	*Pontifices.*	*Anni.*	*Imperatores.*	*Anni.*
	3	Ihesus Christus, filius Dei, pontifex		et rex.	
1	4	Anno 42. imperii Octaviani Augusti natus est Ihesus Christus, filius Dei, in Bethleem Iude ex Maria virgine		Post nativitatem domini nostri Ihesu Christi Octavianus Augustus imperavit annis 14.	1
15	3			Tiberius[a] imperavit annis 18 usque ad annum quo passus est dominus noster Ihesus Christus.	1
35	8	Post passionem Domini beatus Petrus [apostolus[c]] tenuit sacerdotalem cathedram[d] in Anthiochia[e] annis 7. Deinde venit[f] Romam ibique 25 ann.[g] et mens. 7 et d. 8 pontificatum tenuit.		Post passionem Domini Tiberius[b] imperavit annis 5.	1
40	13			Gaius, qui et Galicula, ann. 3, mens. 10, d.[h] 8.	1
43	1			Claudius ann. 14, mens. 7, d.[h] 28.	1
46	4	[Petrus[i] apostolus].	1		4
57	15		12	Nero imperavit ann. 14[k], mens. 7, d. 28.	1
71	14	Linus sedit ann. 11, mens. 3, d. 13[l].	1	Galba mens. 7.	
72	15		2	Vespasianus imperavit[m] ann. 9, mens. 11, d. 22.	1
82	10	Cletus sedit ann. 11, mens. 1, d.[n] 11.	1	Titus ann. 3 imperavit.	1
85	13		4	Domitianus imperavit ann. 13, mens. 5.	1
93	6	Clemens sedit ann. 9, mens. 2, d. 10.	1		9
98	11		6	Nerva imperavit ann. 1, mens. 4.	1
99	12		7	Traianus imperavit ann. 19.	1

a) T. imperator imp. 2. b) T. imperator imp. 1. c) *deest* 2. d) c. s. 2. e) Antiochiam 1. f) R. v. 1. g) *codd. modo* annis *etc. modo* annos *etc. scribunt.* h) et d. 1. i) *haec des.* 1. k) 13 *Cenc.* l) 14. 1. m) *deest* 2. n) d. 11 *des.* 1.

1) Catalogus pontificum usque ad Alexandrum III. eadem manu continuatus est. 2) Quae Bethmann ex hoc codice descripsit civitatum nonnullarum et insularum nomina hic exhibere iuvat, nescio an ab ipso Hugone collecta: *Provincia Polonie. Civitas Kenesne, Postnana, Craco, Fretizlava, Plotisca. Provincia Danorum. Metropolis civ. Lunda. Nomina civitatum in Norgveia: Lunda, Roskeada, Othensia, Hethabia, Ripa, Arosa, Vibiarga, Birgila. Nomina civitatum in Suethia: Alpsa, Biargina, Nithirosa, Scara, Liunga, Kaupinga, Tuna, Strigmen, Sigituna, Arosa. Nomina insularum de regno Suevorum: Gothica australis, Gothica occidentalis, Guasmannia, Sundermannia, Nerh, Tindia, Fedundria, Athanth, Guthlandia, Goarandia, Findia, Hestia, Helsingia, Guarmellande, Teuste.*

102	15	Anacletus sedit ann. 9, mens. 2, d. 10. Cessavit episcopatus eius d. 13.	1		4
111	9	Euaristus sedit ann. 10[a].	1		31
119	2		9	Adrianus imperavit ann. 21.	1
121	4	Alexander[b] sedit ann 8, mens. 5, d. 2, et[c] cessavit episcopatus eius d. 35.	1		3
129	12	Sistus sedit ann. 10, mens. 3, d. 21, et cessavit d. 2.	1		11
139	7	Teleforus[d] sedit ann. 11, mens. 3, d. 22,	1		21
140	8	et cessavit d. 7[e].	2	Antoninus[f] Pius cum[g] filiis suis imperavit ann. 22, mens.[h] 4.	1
150	3	Iginus[i] sedit ann. 4, mens. 3, d. 6.	1		11
154	7	Anitius[k] sedit ann. 9.	1		15
162	15		9	Marcus Antoninus[l] Verus cum fratre Lutio	1
163	1	Pius sedit ann. 11, mens. 4, d. 21, et cessavit d. 14.	1	Aurelio Commodo[m] imperavit ann. 19[n].	2
175	13	Sother sedit ann. 9, mens. 3, d. 21, et cessavit d. 22.	1		14
181	4		7	Commodus[m] post[o] Antoninum[p] imperavit ann. 13.	1
184	7	Eleuter[q] sedit ann. 15, mens. 6, d. 5, et cessavit d. 6.	1		4
194	2		11	Helius Pertinax et Severus[r] imperaverunt[s] ann. 18.	1
199	7	Victor sedit ann. 10, mens.[t] 2, d. 10, et[u] cessavit d. 12.	1		6
209	2	Zeferinus sedit ann. 9, mens. 6, d. 10, et[u] cessavit d. 6.	1		16
212	5		4	Antoninus[v] Caragalla imperavit ann. 7.	1
218	11	Calistus sedit ann. 5, mens. 2, d. 2,	1		7
219	12	et[u] cessavit d. 6.	2	Macrinus ann. 1.	1
220	13		3	Antonius[w] imperavit ann. 3.	1
223	1	Urbanus sedit ann. 8, mens. 11, d. 12, et[u] cessavit d. 30.	1	Alexander imperavit ann. 13.	1
232	10	Pontianus sedit ann. 5, mens. 2, d. 2, et cessavit d. 10.	1		10
236	14		5	Maximus[x] imperavit ann. 3.	1
237	15	Antheros[y] sedit[z] mens. 1, d. 15.	1		2
238	1	Fabianus sedit ann. 14, mens. 11[a],	1		3
239	2	d. 11, et[b] cessavit d. 7.	2	Gordianus imperavit ann. 6.	1
245	8		8	Philippus cum Philippo filio imperavit ann. 7.	1
252	15	Cornelius ann. 2[c], mens. 2, d. 10.	1	Decius ann. 1, mens. 3[d].	1
253	1		2	Gallus cum Volusiano imperavit ann. 2,	1
254	2	Lucius ann. 3, mens. 3, d. 3.	1	mens. 3.	2
256	4		3	Valerianus cum Galieno filio imperavit	1
257	5	Stephanus ann. 4, mens. 3[e], d. 3.	1	ann. 15.	2
261	9	Sixtus ann. 2, mens. 11[f], d. 6, et cessavit d. 22.	1		6
264	12	Dionisius ann. 2, mens. 3.	1		9
266	14	Felix ann. 2, mens. 10, d. 25.	1		11
268	1	Euticianus[g] sedit ann. 9[h], mens. 10, d. 4, et[b] cessavit d. 8.	1		13
271	4		4	Claudius imperavit[i] ann. 1, mens. 9.	1
274	7		7	Aurelianus imperavit ann. 5.	1
278	11	Gaius sedit ann. 11, mens. 4, d. 9,	1		5
279	12	et cessavit d. 11.	2	Tacitus imperavit[i] mens.[k] 6.	
281	14		4	Probus imperavit ann. 6, mens. 4.	1

a) m. 7, d. 2, et cess. d. 18 *Cenc., quae des. Ven.* b) Alexader 1. c) *deest* 1. d) Thelesphorus 2. e) 4 *Cenc.* f) Antonius *Cenc.* g) c. f. s. *des.* 2. h) m. 4 *des.* 2; m. 3 *Cenc. et Ven.* i) Igginus *Cenc., qui add.:* et cess. d. 3 (*quae des. Ven.*). k) Anicetus *recte Cenc et Ven.* l) Antonius *Cenc. et Ven* m) Comod. 1. n) 18. 1. o) p. A. *des.* 1; *exstant Cenc. et Ven.* p) Antonium *Cenc.;* Anton. *Ven.* q) Eleuther 2; Eleuterius *Cenc.* r) Severinus 1. s) imperavit 1. *Cenc.* t) et m. 1. u) *deest* 1. v) Antonius Caragula 1; Antonius *Ven.* w) *ita* 1. *Cenc. cod.* 2. *Ven.;* Antoninus 2. x) Maximianus *Cenc. Ven.* y) Antherius 2. z) *deest* 1. a) 6. 1. b) *deest* 1. c) 3 *Cenc. Ven.* d) 4 *Cenc.* e) 2, d. 15 *Cenc. Ven.* f) 11. 1, *ubi* 6 – d. *desunt.* g) Iustinianus 1. h) 8 *Cenc.* i) *deest* 2. k) ann. *Cenc.*

287	5		10	Carus[a] cum[b] Carino et Numeriano[c] imperavit[d] ann. 2.	1
289	7	Marcellinus[e] sedit ann. 7, mens. 2, d. 25, et[g] cessavit ann. 7, mens.[h] 6, d. 25.	1	Diochtianus cum Maximiano, Constantio[f] et Licinio imperavit ann. 20.	1
304	7	Marcellus sedit ann. 6[i].	1		16
306	9		3	Maximinus[k] Galerius imperavit ann. 3.	1
309	12		6	Constantinus[l] imperavit ann. 30, mens. 10[m].	1
310	13	Eusebius sedit ann. 2, mens. 2[n].	1		2
312	15	Melciadis[o] sedit[p] ann. 3, mens. 7, d. 8, et[g] cessavit d. 16.	1		4
316	4	Silvester sedit ann. 23, mens. 10, d. 11, et[g] cessavit d. 15.	1		8
339	12			Constantinus[q] cum Constantino et Constante	1
340	13	Marcus[r] sedit ann. 2, mens. 8, d. 20[s].	1	fratribus[t] imperavit ann. 24.	2
343	1	Iulius sedit ann. 11, mens. 2, d. 7[u].	1		5
354	12	Liberius sedit ann. 10, mens. 7[v].	1		16
363	6			Iulianus[w] imperavit ann. 2, mens.[x] 8.	1
364	7	Felix ann. 1.	1		2
365	8	Iterum Liberius sedit[y] ann. 5.	1	Iovinianus[z] mens. 7[a].	
366	9		2	Valentinianus cum fratre Valente imperavit ann. 10[b].	1
370	13	Damasus[c] sedit ann. 18, mens. 2, d. 10, et[g] cessavit d. 31.	1		5
376	4		7	Valens cum Gratiano et Valentiniano imperavit ann. 4.	1
380	8		11	Gratianus imperavit[d] cum Valentiniano[e] fratre et Teodosio ann. 6.	1
386	14		17	Teodosius imperavit[f] cum Valentiniano ann. 11.	1
388	1	Siricius sedit ann. 15, mens. 11, d. 25, et cessavit d. 20.	1		3
397	10		10	Archadius et[g] Honorius imperaverunt ann. 13.	1
405	3	Anastasius sedit[h] ann. 2, d. 26, et cessavit d. 21.	1		9
407	5	Innocentius sedit ann. 15, mens. 2, d. 20[i], et cessavit d. 22.	1		11
410	8		4	Honorius cum Theodosio imperavit ann. 15.	1
422	5	Zosimus ann. 1, mens. 8, d. 25, et[k] cessavit d. 11.	1		13
425	8	Bonifacius sedit[k] ann. 3, mens. 8, d. 13; et cessavit d. 9.	1	Theodosius minor[k*] cum Valentiniano genero[l] imperavit ann. 27.	1
428	11	Celestinus sedit ann. 8, mens. 1, d. 9, et[k] cessavit d. 21[m].	1		4
436	4	Sistus sedit ann. 8, d. 18.	1		12
444	12	Leo primus pontifex sedit ann. 21, mens. 1, d. 27, et[n] cessavit d. 7.	1		20
452	5		9	Marcianus[o] et Valentinianus[p] imperaverunt ann. 7.	1
459	12		16	Leo primus imperator imperavit ann. 17.	1
465	3	Hilarius[q] sedit ann. 6, mens. 3, d. 10, et[k] cessavit d. 10.	1		7
471	9	Simplicius sedit ann. 15, mens.[r] 1, d. 7, et[k] cessavit d. 6.	1		13
476	14		6	Zeno[s] imperavit ann. 16[t].	1

a) Marcus 1. b) c. filiis suis *Cenc.*; c. filiis *Ven.* c) Numario 1. d) *deest* 2. e) Marcelinus 1. f) Constantino 1. g) *deest* 1. h) m. 6, d. 25 *des.* 1. i) d. 22 . . . et cess. d. 25 *Cenc.*; m. 7, d. 27 *add. Ven.* k) *deest Cenc. Ven.*, *ubi* Valerius. l) imperator *add.* 1; Magnus *add.* 2. m) 20. 1; d. 11 *add. Cenc.* n) et cess. d. 7 *add. Cenc.* o) Melchiades 2; Meltiades *Cenc* p) *deest* 2. q) Constantius 2. r) Marchus 1. s) et cess. d. 20 *add. Ven.* t) f. suis *Cenc.* u) 8 *Cenc.*, *qui add.*: et cess. d. 15. v) *Cenc. add.*: d. 7 . . . et cess. d. 25. w) apostata *add.* 1. x) m. 8 *des.* 1 y) *deest* 2. *Cenc.* z) Iobianus *Cenc. Ven.* a) 8. 2. b) 11 *Cenc.* c) Damasius 1. d) imperator 1. e) Valentiano 2. f) T. imperator c. V. imperavit 1. g) cum Honorio 1. h) *deest* 2. i) 20 — d. *des.* 1. k) *deest* 1. k*) m. imp. c. V. g. a. 2. l) genere suo *Cenc. cod.* 1. 2.; germano *Ven.* m) 18. 1. n) et c. d. 7 *des.* 1. o Marcellianus *Ven.* p) Valerinianus *Cenc. codd.* 1. 2. q) I(Y)larus *Cenc.*; Ylarius *Ven.* r) m. 1 *des. Cenc.* s) Leo 1. t) 17 *Cenc.*

486	9	Felix sedit ann. 8, mens. 11, d. 17[a], et cessavit d. 5.	1		11
492	15		7	Anastasius[b] imperavit ann. 26.	1
495	3	Gelasius sedit ann. 4, mens. 8, d. 19[c].	1		4
499	7	Anastasius sedit ann. 1, mens. 11, d. 24[d].	1		8
501	9	Simmachus[e] sedit ann. 15, mens. 7, d. 28, et[f] cessavit d. 7.	1		10
516	9	Hormisda sedit ann. 9, d. 17, et cessavit d. 6.	1		25
518	11		3	Iustinus imperavit ann. 9.	1
525	3	Iohannes sedit ann. 2, mens. 9[g].	1		8
527	5	Felix sedit ann. 4, mens. 2, d. 13[h].	1	Iustinianus imperator imperavit ann. 38.	1
532	10	Bonifacius sedit ann. 2[i].	1		6
534	12	Iohannes sedit[k] ann. 2, mens. 4.	1		8
536	14	Agapitus mens. 11[l].	1		10
537	15	Silverius ann. 1, mens.[m] 5.	1		11
540	3	Vigilius sedit ann. 17, mens. 6, d. 26, et cessavit mens. 3, d. 5[n].	1		14
558	6	Pelagius[o] sedit ann. 4, mens. 10, d. 18, et cessavit mens. 3[p].	1		32
563	11	Iohannes sedit ann. 13[q], mens. 11, d. 27, et cessavit mens. 10, d. 3.	1		37
565	13		3	Iustinus imperavit ann. 11.	1
576	9			Tiberius imperavit ann. 7.	1
577	10	Benedictus sedit ann. 3[r], mens. 1, d. 18[s].	1		2
580	13	Pelagius sedit ann. 10, mens. 2, d. 10, et cessavit mens.[t] 6, d. 25.	1		5
583	1		4	Mauritius imperavit ann. 20.	1
592	10	Gregorius doctor sedit ann. 13, mens. 6, d. 10, et cessavit mens. 5, d. 16.	1		10
603	6		12	Phocas imperavit ann. 7[u].	1
606	9	Fabianus[v] sedit[w] ann. 1, mens. 5, d. 9.	1		4
608	11	Bonifacius mens. 8, d. 28.	1		6
609	12	Bonifacius sedit ann. 6, mens. 8,	1		7
610	13	d. 12, et cessavit mens. 7, d. 25.	2	Eradius[x] cum Constantino, filio suo, imperavit ann. 31.*	1
616	4	Deusdedit sedit ann. 3, d. 20, et cessavit mens. 1, d. 16.	1		7
619	7	Bonifacius sedit[k] ann. 5, d. 13, et[f] cessavit mens. 6[y].	1		10
625	13	Honorius sedit ann. 12, mens. 11, d. 17, et[f] cessavit mens. 7 et[f] d. 18.	1		16
638	11	Severinus sedit[k] ann. 2, mens. 4, d. 29[z].	1		29
640	13	Iohannes sedit[k] ann. 1, mens. 9[a],	1		31
641	14	d. 19[b], et[f] cessavit mens. 1, d. 13[c].		Constantinus cum Yradona[d] fratre imperavit ann. 28.	1
642	15	Theodorus sedit ann. 6, mens. 5, d. 8[e], et[f] cessavit d. 52[f*].	1		2
648	6	Martinus [martyr[g]] sedit ann. 6, mens. 1, d. 26[h], et[f] cessavit d. 19[i].	1		8

*) 1 *add.*: Hic fuit, qui dominicam crucem per Phocam praedecessorem suum de Yerosolimis cum magno honore restituit.

a) 14. 1. b) Anastastasius 1. c) et cess. d. 7 *add. Cenc.* d) et cess. d. 7 *add. Cenc.* e) Si(y)macus *Cenc.* f) *deest* 1. g) 8, d. 18. . . et cess. [ann. et] d. 8 (7) *Cenc.* h) et cess. d. 6 *add. Cenc.* i) d. 26 . . . et cess. d. 6 *Cenc.* k) *deest* 2. l) d. 18 *add. Cenc.* m) m. 5 *des. Ven.*; d. 11 . . . et cess. d. 5 *add. Cenc.* n) 25 *corr. ut videtur* 5. 1. o) Pellagius 1. p) 4 *Ven.*; et d. 25 *add. Cenc.* q) 12 *Cenc.*, 14 *Ven.* r) 4 *Cenc.* s) et cess. m. 3, d. 10 *add. Cenc.* t) *bis scr.* 1. u) 2 *Cenc.* v) Sabinianus *Ven.*; Ganinianus *Cenc. cod.* 2. w) s. a. 1 *des.* 1, *ubi* d. 10. x) *ita* 1 *et Cenc. cod.* 2; imp. cum C. f. s. ann. 2. y) et d. 13 *add. Cenc.*; m. 7, d. 25 *Ven.* z) *ita etiam Ven.*; ann. 1 . . . et cess. m. 4 et d. 29 *Cenc.* a) 8. 2. *Ven.* b) 18 *Cenc.* c) 3. 1. d) *ita* 1. 2; Iradona *Cenc.*; Hyraclona *Ven.* e) 9. 1. f*) 6. 2. g) *deest* 2. *Cenc.*; *sed cf. Ven.* h) 10. 1. i) 6. 1; 28 *Cenc. Ven.*

654	12	Eugenius ann. 2, m. 8[a], d. 22, et[b] cessavit mens. 2[c].	1		14
656	14	Vitalianus sedit ann. 14, mens. 6, et cessavit mens. 2, d. 13.	1		16
671	14	Adeodatus sedit ann. 4, mens. 2, d. 5, et cessavit mens. 4, d. 15.	1	Constantinus[d] imperavit ann. 17.	1
676	4	Donus[e] ann. 1, mens. 5, d. 10, et[b] cessavit mens. 2, d. 15.	1		6
678	6	Agatho ann. 2, mens. 6, d. 3, et cessavit ann. 1, mens. 7, d. 5[f].	1		8
681	9	Leo mens. 10, d. 17[g].	1		11
682	10	Benedictus mens. 10, d. 12[h].			12
685	13	Iohannes III.[i] sedit ann. 1[k].	1		15
686	14	Conon mens. 11[l].			16
688	1	Sergius sedit ann. 13, mens. 8[m], d. 23, et[b] cessavit mens. 1, d. 20.	1	Iustinianus[m*] imperavit ann. 10.	1
698	11		11	Leo[m*] imperavit ann. 3.	1
701	14	Iohannes IV.[n] ann. 3, mens. 2, d. 13, et[o] cessavit mens. 1, d. 13[p].	1	Tiberius imperavit ann. 7.	1
704	2	Iohannes V. ann. 2, mens. 7, d. 16[q], et cessavit mens. 4[r].	1		4
707	5	Sisinnius[s] d. 20.			7
708	6	Constantinus sedit ann. 7, d. 15, et[b] cessavit d. 40.	1	Iustinianus imperavit ann. 6.	1
714	12		7	Philipus[t] imperavit[u] ann. 1[v].	1
715	13	Gregorius II. sedit ann. 16, mens. 8[w], d. 22[x], et cessavit d. 35.	1	Anastasius imperavit ann. 3.	1
718	1		4	Theodosius[y] cum Constantino, filio suo[z], imperavit ann. 25.	1
731	14	Gregorius III. sedit ann. 10, mens. 9[a], d. 24, et[b] cessavit d. 8[b*].	1		14
742	10	Zacharias sedit ann. 10, mens. 3,	1		25
743	11	d. 15, et cessavit d. 13[c].	2	Constantinus cum Hyrene matre[d] imperavit ann. 10, mens. 2[e], d. 2[e].	1
752	5	Stephanus[f] II. sedit ann. 5, d. 28,	1		10
753	6	et cessavit mens. 1, d. 5.	2	Constantinus et Leo, filius eius, cum Pippino[g] rege Francorum et Carolo[h] et Carolomagno[i], filiis suis, imperavit ann. 16.	1
758	11	Paulus sedit ann. 10, mens.[k] 1, et cessavit ann. 1 et mens. 1.	1		6
768	6	Constantinus ann. 1, mens. 1[l].	1	Hic[m] obiit Pippinus rex Francorum et patricius Romanorum.	16
769	7	Stephanus sedit[b] ann. 3, mens. 5, d. 28.			
773	11	Adrianus I. sedit ann. 23, mens. 10, d. 18.	1		
796	4	Leo III. sedit ann. 20, mens. 5, d. 16, et cessavit d. 3.	1	Constantinus imperator excecatus est.	
801	9		6	Carolus primus accepit imperium Romanorum et imperavit ann. 13, mens. 1, d. 4.	
803	11			[Nicephorus[n] imperator].	3

a) 9. 1. b) *deest* 1. c) 1, d. 28 *Cenc.*; 1, d. 22 *Ven.* d) imperator *add.* 1; filius Constantini *add. Cenc.*; C. f. *Ven.* e) Domnus 2. f) 15 *Cenc.* g) et cess m. 11 (2 *cod.* 1) et d. 22 *add. Cenc.* h) et cess. m. 2 et d. 15 *add. Cenc.* i) V. *Cenc. Ven.* k) d. 9 *add. Cenc.*; d. 10 *add. Ven.* l) d. 9 . . . et cess. m. 1 et d. 18 *add. Cenc.* m) 9. 1. m*) imperator *add.* 1. n) VI. *Cenc. Ven., et ita deinceps.* o) et — 13 *des.* 1. p) 19 *Cenc.*; 18 *Ven.* q) 17 *Cenc. Ven.* r) 9 *Cenc.* s) Sisinius 1. t) Philippus 2. *Ven.*; Philippicus *recte Cenc.* u) imp. ann. 1. An. *des.* 1. v) m. 6 *add. Cenc.* w) 9. 2. *Ven.* x) 20 *Cenc.* y) *scribendum erat* Theodosius ann. 1. Leo cum, *ut Cenc. Ven., sed error auctoris esse videtur.* z) *deest* 1; f. s. C. 2. a) 8 *Cenc. Ven.* b*) 9 *Cenc.* c) 12 *Cenc.* d) m. H. 2; m. sua Herene *Cenc.* e) 5, d. 5. 1. f) *haec a.* 749. *habet* 4, *et ita saepius a ceteris recedit. Cencii lectionem infra expressam deinceps hic non notabo.* g) Pipino 4. 5; Philipo *corr.* Pipino 3. h) Kar. 2. 4 *semper*; et Carolo Magno f. 1. 1a. *Ven.*; *cf. Cenc. cod.* 2. i) Karlomanno 2. k) *reliqua huius anni des.* 1. 1a. l) *deest* 3; m. 1 *des.* 4. m) *haec des.* 1. n) *haec des.* 1. 1a; *a.* 801. *ponit* 2.

812	5		17	Michahel imperator.	12
815	8		20	Leo imperator.	12
816	9	Stephanus IV.[a] mens. 7.	1		
817	10	Pascalis[b] sedit ann. 7, d. 17.	1	Lodoicus[c] cum Lothario[d] filio imperavit ann. 25.	1
824	2	Eugenius sedit ann. 3, mens. 2.	1		8
827	5	Valentinus d. 40.			11
828	6	Gregorius IV. sedit ann. 16.	1		12
842	5		15	Lotharius[d] imperavit ann. 9.	1
844	7	Sergius II. sedit ann. 3[e], et cessavit mens. 2, d. 15.	1		3
847	10	Leo IV. sedit ann. 8, mens. 3, d. 6, et cessavit mens. 2[f], d. 15.	1		6
851	14		5	Lotharius[g] cum Lodoico filio[h] imperavit ann. 5.	1
856	4	Benedictus[i] ann. 2, mens. 6, d. 10, et[m] cessavit d. 15[1].	1	Lodoicus imperavit ann. 19[k].	1
858	6	Nicholaus[l] I. sedit ann. 9, mens. 2, d. 20.	1		3
868	1	Adrianus II. sedit ann. 5.	1		13
873	6	Iohannes VIII. sedit ann. 10, d. 2.	1		18
876	9		4	Carolus II. imperavit ann. 1 et mens. 9.	1
881	14		9	Carolus III. imperavit [ann.[n] 8].	1
883	1	Marinus[o] ann. 1, mens. 5.	1		3
884	2	Adrianus III. ann. 1, mens. 4.	1		4
885	3	Stephanus V. sedit ann. 6, d. 8.	1		5
891	9	Formosus sedit ann. 5, mens. 6.	1		
895	13	Bonifacius VI. d. 15.	5		
896	14	Stephanus ann. 1, mens. 3.	1		
897	15	Romanus mens. 3, d. 22.			
898	1	Theodorus d. 20. Iohannes IX. ann. 2, d.[p] 15.			
900	3	Benedictus IV.[q] ann. 3, mens. 2.	1		
902	4	Leo V.[a] d. 40.	3		
903	6	Christoforus mens. 7.			
904	7			Lodoicus [imperavit[r] ann. 4].	1
905	8	Sergius III. sedit ann. 7, d. 16.	1		3
909	12		5	Berengarius[s] [imperavit[r] ann. 6].	1
912	15	Anastasius[t] ann. 2, mens. 2.	1		4
914	2	Lando[u] mens. 6.			6
915	3	Iohannes X. sedit ann. 13, mens. 2, d. 3.	1		
916	4		2	Berengarius [ann.[v] 4 imperavit].	1
921	9		7	Ugo.	1
928	1	Leo VI. mens. 7.			
929	2	Stephanus VII. ann. 2, mens. 1.	1		
931	4	Iohannes XI. sedit ann.[w] 4, mens. 10.	1	Berengarius[x] [imperavit[y] ann. 8].	1
936	9	Leo VII.[y] ann. 3, mens. 6[z], d. 10.	1		6

a) *deest* 1. b) Paschalis 2. 3. c) Ludoicus imperator 1; Lodovicus 3. d) Lotar. 1. 1ª. e) a. 3, m. 2, et c. d. 15. 1. *Cenc.* f) 3. 1. g) Lottarius 1. 1ª. h) *deest* 2 *Ven.* i) sedit *add.* 2. k) 18. 1. l) Nicolaus 1? 2. m) *deest* 1ª. n) a. 8 *des.* 1ª. 3 *Cenc.* o) Darius *prima manu* 1ª. p) d. 15 *des.* 1. q) sedit *add.* 1. 3. 4; B. 4 annis sed. 1, *ubi* 3 m. 2 *des.*; ann. 3 m. 2 *des.* 1ª. r) *haec add.* 2. *Ven.*; IIIus *post* Lod. *alia manu add.* 3. s) *haec a.* 908. *pont* 3. t) sedit *add.* 3. 4. u) Dando 1. 1ª. 4; Dlando 3. v) *haec add.* 2. w) a. 4, m. 10 *des.* 4. x) IIIus *alia manu add.* 3. y) sedit *add.* 1. z) 4. 1.

1) Exciderunt Paulus et Stephanus, et ita etiam in cat. Cenc.; sed in Veneto recte leguntur.

939	12	Stephanus VIII. sedit ann. 3, mens. 4, d. 15.			
943	1	Marinus II. ann. 3, mens. 6, d. 14[a].	1		
946	4	Agapitus II. sedit ann. 10, mens. 6, d. 10.	1		
948	6		3	Lotharius[b] imperavit ann. 2.	1
950	8		5	Berengarius cum Adelberto, filio suo, imperavit ann. 11.	1
956	14	Iohannes[c] XII. sedit ann. 7.	1		7
962	5		7	Otto I. imperavit ann. 6.	1
963	6	Benedictus V. mens. 2.			
964	7	Leo ann. 1, mens. 4.	1		3
965	8	Iohannes XIII. sedit ann. 7, mens. 11.	1		4
968	11		4	Otto II. cum Ottone filio imperavit [ann.[d] 8].	1
973	1	Benedictus ann. 1, mens. 6.	1		6
974	2	Bonus[e] ann. 1, mens. 6.	1		7
975	3	Bonifacius ann. 1, mens. 1.	1		8
976	4	Benedictus VII. sedit ann.[f] 9, mens. 6.	1		
985	13	Iohannes[g] XIV. mens. 9 [1].			
986	14	Iohannes XV. sedit ann. 10, mens. 7.	1		
996	9	Gregorius V. ann. 2.	1	Otto III. imperavit [ann.[h] 5].	1
998	11	Iohannes XVI. mens. 10.			3
999	12	Silvester II. sedit ann. 4, mens. 1, d. 9.	1		4
1003	1	Iohannes XVII. mens. 5.			
1004	2	Iohannes XVIII. sedit[i] ann. 5.	1		
1009	7	Sergius IV. sedit ann. 2, mens. 9.	1		
1012	10	Benedictus VIII.[k] sedit ann. 12.	1		
1014	12		3	Henricus[l] imperavit ann. 10.	1
1024	7	Iohannes XIX. sedit ann. 9, mens. 9.	1		
1027	10		4	Conradus[m] imperavit ann. 16.	1
1033	1	Benedictus IX. sedit ann. 14.	1		7
1046	14	Silvester III.[n] d. 56.	14		
1047	15	Gregorius VI. ann. 2.	1		
1048	1		2	Henricus[o] imperator imperavit[p] ann. 11.	1
1049	2	Clemens mens. 9, d. 7.			2
1050	3	Damasus d. 23.			3
1051	4	Leo IX. sedit ann. 5, mens. 2, d. 6[q].	1		4
1055	8	Victor[r] II. sedit ann. 2, mens. 3[s], d. 13.	1		9
1058	11	Stephanus mens. 9[t].			11 [2]
1059	12	Benedictus X. mens. 9.			
1060	13	Nicholaus II. ann. 2, mens. 6.	1		
1063	1	Alexander II. sedit ann. 11, mens. 6, d. 25.	1		

a) 10. 1. b) Ill[us] *alia manu add.* 3. c) Iohanes 1 *saepius.* d) *haec add.* 1? 2. e) Donus *Ven., e corr.* 3; Donus *corr.* Bonus 4. f) 9 annis 1[a]. 4. g) *haec a.* 984. *ponunt* 1[a]. 3. h) *haec add.* 1? 2. i) *deest* 1. k) IX. 1; duodecimus 4. l) H. imperator 3. m) Cuonr. 2. n) IV. 1. o) Heinr. 2, *ubi* imp. *deest.* p) ann. 11 *des.* 1. q) 7. 1. r) *haec a.* 1056. *ponunt* 1? 2. s) 4. 1[a]. 4. t) 8. 1.

1) Alter Johannes omittitur. 2) Heinrici IV. anni ab a. demum 1085. computantur.

1074	12	Gregorius VII. sedit ann. 12, mens. 1, d. 3.	1		
1085	8[a]		12	Heinricus imperavit ann.[b]	1
1087	10	[Victor[c] III.]			3
1089	12	Urbanus II. sedit ann. 11, mens. 4.			1
1100	8	Pascalis[d] II. sedit ann. 18, mens. 5, d. 7.	1		
1111	4	Hic captus est Pascalis[d] papa ab Heinrico Teutonicorum[f] rege.	12	Heinricus imperavit ann.[e]	1
1118	11	Gelasius ann. 1[g].	1		8
1119	12	Calixtus II. sedit ann. 5, mens. 10, d. 13.	1		9
1124	2	Honorius II. sedit ann. 5[h], mens. 2.	1		14
1125	3		2		15
1126	4		3	[Lotarius[i] imperavit[k] ann. 12[l]].	

I.

CONTINUATIO ITALA.

Anni Domini.	*Ind.*	*Pontifices.*	*Anni pont.*	*Imperatores.*	*Anni imper.*
1130	8	Innocentius II. sedit ann. 13, mens. 7, d. 7.	1		
1137	15		8	Conradus imperavit ann. 15.	1
1143	6	Celestinus II. mens. 5, d. 14.			
1144	7	Lucius II. mens. 11, d. 7.			
1145	8	Eugenius III. sedit ann. 8, mens. 4, d. 20, et cessavit d. 2.	1		
1152	15		8	Fredericus imperavit ann. 37.	1
1153	1	Anastasius IIII. sedit ann. 1, mens. 4, d. 25.	1		
1155	3	Adrianus IIII. sedit ann. 5, mens. 8, d. 27.	1		
1156	4		2	Hic venit Fredericus Romam et accepit coronam apud Sanctum Petrum ab Adriano papa.	5
1160	8	Alexander III. sedit ann. 22, duobus diebus minus, et cessavit episcopatus eius dies 7.	1		
1163	11			Hoc anno destructum est Mediolanum a Frederico imperatore.	12
1179	12	Hoc anno celebratum est concilium ab Alexandro papa in Lateranensi ecclesia.	20		
1182	15	Lutius III. sedit ann. 4, mens. 2, d. 18.	1		
1186	4	Urbanus III. sedit ann. 1, mens. 10, d. 25.	1		

a) *quae sequuntur usque ad a.* 1098. *erasa sunt* 2. b) 16 *add.* 2. c) *haec des.* 1. 1ª. 2; *a.* 1089. *ponit* 4, Pasch. *a.* 1090; mens. 2 *add.* 3. d) Paschalis 2. 3. e) 15 *add.* 1. 2; *post add.* 4. f) Theut. 3. 4; Teotonicorum imperatore 1. 1ª. g) *deest* 1ª. 3. h) 6. 2. — Hon. *a.* 1125. 3. i) *haec des.* 1ª. 3. 4. 5, *a. sequenti habet* 2. k) *deest* 2. l) m. 3 *add.* 2.

1187	5	Gregorius VIII. sedit mens. 1, d. 27.		Hoc anno capta est terra Ierosolimitana a Sarracenis.	36
1188	6	Clemens III. sedit ann. 3, mens. 2, d. 9.	1		
1191	2	Celestinus III. sedit ann. 6, mens. 9, d. 5.	1	Henricus imperavit . . [a] annis.	
1198	1	Innocentius III. sedit ann. 18, mens. 3, d. 9.	1		
1209	12		12	Otto imperavit.	
1216	4	Honorius III. sedit[b].			
1217		Hoc anno quinto Idus Aprilis comes Altissiodorensis Rome coronatus est in imperatorem Constantinopolitanum a papa Honorio et in introitu Grecie capitur apud Turarium a Theodoro.			

II.

CONTINUATIO ROMANA.

	Anni Domini.	*Ind.*	*Pontifices.*	*Anni.*	*Imperatores.*	*Anni.*
	1130	8	Innocentius secundus sedit ann. 13, mens. 7, d. 6, et iacet in ecclesia Lateranensi.	1		5
	1141	4		12	Conradus regnavit ann. 10. Et non fuit incoronatus. Hic ultra mare ivit cum rege Francorum; sed cum velet expugnare civitatem Damasci, interitus[c] fuit a militibus templi.	1
	1142	5	Celestinus secundus sedit mens. 5, d. 23.	13		
	1144	7	Lucius II. mens. 11, d. 5.			
	1145	8	Eugenius tertius sedit ann. , mens. 11, d. 21. Hic fuit abbas Sancti Anastasii Rom. ordinis Cisterciensis, primo vocatus Bernardus, ad quem scribit beatus Bernardus lib. de consideratione.	1		5
	1153	1	Anastasius sedit ann. 1, mens. 4, d. 22.	1		
	1154	2	Adrianus IV. ann. 4, mens. 9, d. 27. Hic coronavit Federicum sine Romanis.	1		
	1155	3		2	Federicus imperavit ann. 31. Et fuit coronatus ab Adriano papa in ecclesia sancti Petri. Hic primo anno Spoletum destruxit et octavo anno sui imperii Mediolanum destruxit, et cum ipse imperator balnearet se in aqua que vocabatur Saleficum[1], submersus interiit.	1
	1158	6	Alexander tertius sedit ann. 22 minus d. 4. Hic devicit 4 scismaticos.	1		
cf. Gilb.	1160	8		3		
cf. Cat. Tiburt.	1168	1	Hoc anno Albanum a Romanis est destructum 8. Idus Aprilis.	11		14

a) *erasum.* b) *numeri fortasse erasi.* c) irretitus?

1) Selefkich vel Saleph; v. Riezler, Forschungen X, p. 126.

		Hoc anno Thomax Cantuariensis archiepiscopus martirio est coronatus.			
1180	13	Lutius tertius sedit ann. 4, mens. 2, d. 15. Hic multa mala fecit Romanis.	1		26
1184	2	Urbanus III, qui fuit Mediolanensis, ann. 2 minus d. 40.	1		30
1186	4	Gregorius VIII, natione Romanus, d. 58.			32
1187	5	Clemens, natione Romanus de Pinea, sedit ann. 3, mens. 3, d. 8.	2		34
1189	7		3	Henricus, filius Federici, imperavit ann. 6, m. 4, d. 13. Hic coronatus fuit a Celestino III. primo sui pontificatus anno, et accepit in uxorem Constantiam, filiam Rogerii, et fecit nuptias eius Mediolani, et etiam tradidit Tusculanum ecclesie, et ecclesia tradidit Romanis, et Romani funditus destruxerunt primo anno ipsius Celestini.	3
1190	8	Celestinus III, natione Romanus de Arenula, sedit ann. 6, mens. 9, d. 4. Hic coronavit Henricum, filium Federici, primo pontificatus sui anno, et Romani destru[a]	1		
1197	15	Innocentius tertius, natione Campanus, sedit ann. 18, mens. 4, d. 23. Hic fecit generale conscilium in Lateranensi basilica pro statu ecclesie et pro subsidio Terre Sancte, ubi summa patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, qui interfuerunt, 415 fuit; tunc consecravit ecclesiam sancte Marie trans Tiberim. Hic fecit duos libros, scilicet Contemptus mundi et Miseria condictionis humane.	1		cf. Cat. Tib.
1210	13		14	Otto de Saxonia imperavit ann. 9, mens. 4, d. 14. Hunc, quia iura ecclesie et terram sancti Petri occupavit et fidem ecclesie non servavit, excommunicavit Innocentius IV.	1
1216	4	Honorius tertius, natione Romanus, sedit ann. 10, mens. 7, d. 27. Hic fuit amator pauperum[b]. Hic coronavit primo anno pontificatus sui Petrum Altisiodorensem[c] imperatorem Constantinopolitanum; et 5. anno pontificatus sui Federicum, filium Henrici, imperatorem Romanorum.	1		7
1220	8		5	Federicus imperavit ann. 26. Hic coronatus fuit in ecclesia sancti Petri ab Honorio papa in festo sancte Cecilie. Hic multa mala [fecit[d]] Romane ecclesie, que ipsum tamquam mater filium educaverat; Beneven. patrimonium ecclesie destruxit; episcopos, archiepiscopos et alios prelatos et clericos de propriis sedi-	1

a) *ita in fine paginae c.* b) paperum *c.* c) Altifod. *corr.* Altisiod. *c.* d) *deest c.*

				bus eiecit interfecit, exoculavit, suspendit, ut episcopum Aretinum, nuntium Romane sedis in marchia Anchone; quem captum fecit ad caudam equi trahi et suspendi in vituperium Romane ecclesie; multas virgines defloravit nobiles. Hic cardinales Romane ecclesie et alios prelatos, episcopos, archiepiscopos apud Pisas capi in navigio fecit et captos diu tenuit in custodia mancipatos.	
1227	15	Gregorius nonus, natione Anagninus, sedit ann. 14, mens. 5, d. 3. Hic habuit discordiam cum Romanis pro Viterbio ac libertate ecclesie. Unde exivit urbem. Fluvius Tiberis in tantum crevit, quod maximam partem convalium Urbis occupavit. Propter quod Romanus populus territus eum cum magno honore reduxit.	1		8
1241	14	Celestinus IV. sedit d. 17. Hic fuit Mediolanensis natione, illorum[a] de Castiliano.			22
1243	1	Innocentius IV, natione Lumbardus, dioc. Ianuensis, de cognatione comitum de Lavania, sedit, immo, ut verius dicamus, stetit pugnando ann. 11, mens. 5, d. 10. Hic excommunicavit Federicum imperatorem et Lugduni deposuit. Hic autem fuit in civitate Mediolanensi.	1		
1255	13	Alexander IV, natione Anagninus, sed. ann. . . mens. . . d. . .			

III.

CONTINUATIO CLARIMARISCENSIS.

1098. Cisterciensis ordo incipit.

Anno[1] milleno centeno quo minus uno
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.

1109. Obiit domnus Anselmus archiepiscopus Cantuariensis.
1114. Constructum est coenobium quod Clarae-vallis dicitur.
1120. Ordo Praemonstratensis incipit.
1127. Carolus comes[2] occiditur 6. Nonas Martii.
1140. Constructa est abbatia de Claromaresch.

Anno ab incarnatione Domini 1141, 3. Idus Februarii obiit magister Hugo Sancti Victoris canonicus, qui huius operis auctor extitit.

a) i. de C. *post add.* c.

1) Eosdem versus v. ex cod. Heimonis August. SS. X, p. 2. 2) Flandrensis.

1148. Hic beatissimus Malachias Hybernensis episcopus, apostolicae sedis legatus, anno aetatis suae 54, loco et tempore quo praeelegit, apud Claram-vallem feliciter obdormivit in Domino 4. Nonas Novembris[1].

1153. Hic reverendus et omni laude ac memoria dignus sanctus Bernardus primus Claraevallis abbas, vita, doctrina et miraculis clarissimus, relicta mole carnis, migravit ad patriam aeternae felicitatis.

1166. Hoc anno translatus est conventus de primo loco abbatiae ad istum in die parasceves. Apr. 22.

1168. Hic obiit Theodericus comes 16. Kalendas Februarii, qui annis 40 regnavit.

1170. Hic sanctus Thomas Cantuariorum archiepiscopus sub rege Henrico in basilica sedis suae ante altare a militibus occiditur 4. Kalendas Ianuarii.

1174. Constructa est abbatia sanctae Mariae de Thosan.

1178. Hoc anno celebratum est Romae famosum concilium 600 vel eo amplius archiepiscoporum et episcoporum.

1179. Hic illustris et inclytus iuvenis Philippus, filius piissimi regis Ludovici, Remis coronatur a domno Willelmo, avunculo suo, Remorum archiepiscopo, sedis apostolicae legato et cardinali titulo sanctae Sabinae, praesentibus omnibus archiepiscopatus episcopis, vivente etiam patre suo, astantibus comitibus ac totius regni principibus, Kalendis Novembris.

1191. Hic Philippus Flandriae comes defungitur.

1212. Hic obiit felicis memoriae Philippus marchio Namurcensis apud Blaton, et sepultus est Namur 8. Idus Octobris anno aetatis suae 38. Hoc ipso anno obiit dominus Iohannes Morinensis episcopus apud Tervanam 8. Idus Februarii, anno aetatis suae 34.

1219. Hoc ipso anno capta est civitas Damietae a Iohanne rege Ierosolymitanorum et exercitu christiano, immo potius a Deo omnipotente, sine quo humana virtus nihil posset, Nonas Novembris.

1222. Hic defungitur piae memoriae Bald. cellerarius Claromarisci et quondam abbas Balanciarum[2] 2. Nonas Iunii.

Hic situs in terra, cum Christo vivat in aethra!

Et Lambertus quondam abbas Clar. 17. Kalend. Augusti.

1233. Hic Fernandus Flandriae comes defungitur 6. Kalendas Augusti.

1252. Moritur Nicolaus abbas Dunensis, qui sub[a] se habebat monachos 120 et conversos 240.

1277. Hoc anno mortuus est Arnulfus Gestellensis, abbas Villariensis, qui sub se habebat 100 monachos, conversos trecentos.

1286. Obiit Henricus Morinensis episcopus.

IV.

NOTAE VALLIS LUCENTIS.

Anno ab i. d. 1170. audita sunt tonitrua[3], micuere fulgura 3. Kal. Ian., 3. feria, anno secundo domni Guillelmi Senonensis archiepiscopi, presulante Rome Alexandro papa III. et Francorum regni sceptra tenente Ludovico rege piissimo.

Anno ab i. d. n. I. C. 1129, 5. Kal. Oct. fundatum est cenobium istud Vallis Lucentis, papa Honorio Rome presulante, Senonis Henrico, Ludovici Grossi regis Francorum anno 30, a viro illustri domino Anselmo de Triagnio. Nomina abbatum eiusdem cenobii. 1. Norpaldus ann. 30, obiit 18. Kal. Sept., 2. Petrus.

Anno ab i. d. 1178, Id. Sept. sol obtenebratus est ab hora tercia usque in horam nonam.

a) super *ed.*

1) Similia leguntur in Ann. Wessofontanis rec. aetatis (v. supra p. 60): *Eodem anno obiit sanctus Malachias episcopus ex Hibernia ortus et in Claravallensi monasterio sepultus.* 2) Valenciennes? 3) Sequuntur manu s. XIII. quaedam de Norpaldo abbate et de ecclesia a. 1336. dedicata. BE.

CATALOGUS IMPERATORUM ET PONTIFICUM ROMANORUM CENCIANUS.

De catalogo hoc collectioni a Cencio exeunte saec. XII. in usum Romanae ecclesiae factae inserto supra p. 88. *egi, cum eum ex vetustiore libro ad annos Christi digesto, qualis Hugonis de Sancto Victore nomine fertur, descriptum esse probare conatus sim. Eum notitiis ad historiam urbis Romae spectantibus auctum et ad Eugenii III. papae et Conradi III. regis tempora deductum fuisse, catalogi ex cod. Veneto infra edendi comparatio ostendit, quippe qui hucusque eadem fere praebeat; postea vero uterque proprio marte historiam continuandam sumsit. Ex eodem fonte longius deducto etiam Catalogus Tiburtinus et fortasse Martinus Oppaviensis hauserunt*[1]. *In catalogo Cenciano praeterea nonnulla addita sunt ad historiam ecclesiasticam priorum saeculorum pertinentia ex Hieronymo, Isidoro, Beda, Orosio et Historia miscella petita, quae haud magni facies.*

Neque omnia haec hoc loco repetere iuvat ante paucos annos in Annalibus nostris (Arch. XII, p. 60 *sqq.) typis data. Sed ea tantum exhibemus quae ad regum Francorum, Italicorum et Teutonicorum tempora spectant. Quibus edendis haec fuere subsidia:*

1) *Codex* ***Florentinus Riccardianus*** *Nr.* 228, *membr. s. XIII, a Berengario de Secureto magistro maiorem partem conscripto, cuius apographum fecit V. Cl. G. de Giesebrecht.*

2) *Codex* ***Parisiensis*** *Nr.* 4188, *membr. s. XV, f.* 38′—44, *quem cum editione illa ipse contuli.*

Ex codice archivi ***Vaticani*** *(olim Sancti Angeli) Arm. III, ord.* 2, *Nr.* 2526, *c. a.* 1280. *exarato, quem b. m. Pertz inspicere, neque tamen exscribere potuit*[2], *V. Cl. Watterich nonnullos locos libro inseruit, quo pontificum Romanorum vitas collegit (cf. Prol. p. LXXV).* *G. W.*

CRONICA[a] ROMANORUM PONTIFICUM ET DE PERSECUTIONIBUS EORUNDEM.

f. Oros. VI, 20 Hiis diebus trans Tiberim de taberna meritoria fons olei e terra[b] emanavit ac per totum diem largissimo rivo fluxit. Tunc etiam circulus ad......[c] celestis et circa solem apparuit.

cf. Hugo Post nativitatem domini nostri Ihesu Christi Octavianus Augustus[e] imperavit ann. 14[f].

Tiberius imperavit post 16. annum a nativitate Domini ann. 18 usque ad annum, quo passus est dominus noster cf. Hier. Ihesus Christus. Tempore huius Tyberii post 30. annum[g] Isid incarnationis Domini Christus baptizatur. Tempore etiam Tyberii[h] 4. die[i] post baptismum Christus crucifigitur.

Anno[d] 42. Octoviani Augusti natus est Ihesus Christus, filius Dei, in Bethleem Iude ex virgine Maria.

a) cañõ 2. b) o. eterni luminis e. 2. c) *suppl.* speciem; est cirulus..... a 2. d) *haec ante rubram habet* 2. e) *deest* 2. f) 9. 1. g) 30 annos 2. h) ipsius 2. i) *sic pro* anno 1; dies 2.

1) Albanum a Romanis destructum esse (a. 1167), iisdem verbis apud hos traditur. Quae Weiland, Arch. XII, p. 20 sqq., ex Martino ad vetustiorem pontificum et imperatorum catalogum referenda collegit, magnam partem in cat. Tiburtino leguntur; sed dubium manet, num hoc ille usus sit an ex communi fonte hauserit. Cf. quae Holder-Egger noster infra disputavit. — Quae vero Annales Romani (s. n. Seligenstadensium Vol. XVII. editi) et Casinenses vel Ceccanenses de rebus Romae vel a Romanis gestis referunt, ab his recedunt. Anno tantum 1146. Ceccanenses similibus verbis utuntur ac catalogus Cencianus; sed ideo de communi fonte cogitari posse, vix concesserim. 2) Arch. V, p. 94.

Post passionem Domini supradictus Tiberius imperavit post 34 annos[a] a nativitate ann. 5[b].

Matheus euangelium scripsit. Ieronimus super Matheum. A primo Gaio[c] Cesare omnes Romani reges cesares[d] dicuntur.

Gaius[f], qui et Gallicula, ann. 3[g] et mens. 10, d. 8.

Tempore Claudii Marcus euangelium edidit, et fames magna[h] fuit.

Claudius post 44. annum incarnationis Domini imperavit ann. 13[i], mens. 7, d. 28[k].

Prima persecutio.

Tempore Neronis Petrus et Paulus passi sunt.

Nero imperavit post 57. annum inc. Dom. ann. 13, mens. 7, d.[l] 29.

Galba imperavit post 72.[m] annum inc. Dom. mens. 7 et[n] diebus 22.

Ierosolima a Tito et Vespisiano subvertitur, et ab eis omnia ornamenta templi delata sunt Rome et, iuxta quod Ieronimus in[p] expositione Iohelis[q] prophete[r], in templo pacis reposita sunt.

Vespasianus imperavit post 72. inc. Dom. ann. 9, mens. 11, d. 22. Titus ab ipsa die Cleti ann. 3.

. . . .

. . . .

. . . .

Anastasius ann. 3 post 715. annum inc. Dom.

Theodosius ann. 1 post 718. annum inc. Dom.

Leo cum Constantino[v], filio suo, ann. 25. post 720. annum inc. Dom.

Constantinus[v] cum matre sua Herene imperavit ann. 10, mens. 2, d. 2 post 744. annum inc. Dom.

Item Constantinus[v] cum Leone, filio suo, et Pipino rege Francorum et patricio Romanorum eiusque filio[w] Carolo et Carolomagno ann. 16 post 754. annum inc. Dom.

Carolus [I] accepit imperium Romanum et imperavit ann. 13 post 801. annum inc. Dom.

Nicephorus ......[z] post 802. annum inc. Dom.

Michael ....[z] post 813. annum inc. Dom.

Lodoicus cum Lotario, filio suo, ann. 25 post 815. annum inc. Dom.

Post passionem Domini beatus Petrus apostolus tenuit sacerdotalem cathedram ann. 7 in Antiochiam, deinde venit Romam, ibique tenuit 25 ann. et mens. 7 et d. 8[e] cathedram sacerdotalem. cf. Hugo Isid

Isid Beda (Hier.

cf. Hugo

Isid

Linus, Italicus, de regione Tuscie, patre Esculano[o], sedit post 71. annum inc. Dom. ann. 11, mens. 3, d. 13. cf. Hugo. Isid.

Cletus, natione Romanus[s], de regione Vico Patritio, patre Emiliano, sedit post 82. annum inc. Dom. ann. 11, mens. 1, d. 11. cf. Hugo

. . . .

. . . .

. . . .

Gregorius [II[t]], nat. Syrus, ex patre Iohanne sed. ann. 16, mens. 8, d. 20 post 715.[u] annum inc. Dom., et cessavit d. 35.

Gregorius [III] sed. ann. 10, mens. 8. et d. 24 post 731. annum inc. Dom., et cess. d. 9.

Zacharias, nat. Grecus, ex patre Policronio, sed. ann. 10, mens. 3, d. 15 post 741. annum inc. Dom., et cess. d. 12.

Stephanus, nat. Romanus, ex patre Constantino[v], sed. ann. 5, d. 28 post 751. annum inc. Dom., et cess. mens. 1 et d. 5.

Paulus, nat. Romanus, ex patre Constantino, sed. ann. 10, mens. 1 post 756. annum inc. Dom., et cess. ann. 1 et[x] mens. 1.

Constantinus[v], ex laycis, sed. ann. 1 et mens. 1, post inc. Dom. 766. annum.

Stephanus [III], nat. Syculus, ex patre Olivo, sed. ann. 3, mens. 5, d. 28 post 768. ann.[y] inc. Dom., et cess. d. 8.

Adrianus [I], nat. Romanus, ex patre Theodoro, de regione Via Lata, sed. ann. 23, mens. 10, d. 18 post 771. ann. inc. Dom.

Leo [III] sedit ann. 20, mens. 5, d. 16 post 796. ann. inc. Dom., et cess. d. 3.

Stephanus [IV] sed. mens. 7 post 816. annum inc. Dom.

Paschalis [I], nat. Romanus, ex patre Marino, sed.[a] ann. 7, d. 17 post 817. annum inc. Dom.

Eugenius [II], nat. Romanus, sed. ann. 3, mens. 2 post 824. annum inc. Dom.

a) annum 1. b) anna 1; annis quinque 2. c) Sayo 2. d) R. r. o. c. 2. e) 8 dies 2. f) Gai q. e. Grallic. 2. g) ante 3 menses et dies 8. 2. h) valida 1. i) 14. 2. k) 29. 2. l) et d. *saepius* 2. m) 71. 2. n) et d. 22 *des.* 1. o) Excul. 2. p) et 1. 2. q) Iohel 1. r) *suppl.* refert *vel* dicit. s) Romane 2. t) *hi numeri in* 1 *superscripti sunt, in* 2 *vel desunt vel post demum additi.* u) 711. 2. v) Costantin. 1. w) f. Karolo Magno 2. x) *deest* 1. y) a. i. d. *des.* 1. z) *vacat* 1. 2. a) sedet 2.

Lotarius imperavit ann. 10 post 840. annum inc. Dom.

Lotarius cum Lodoico, filio suo, ann. 5 post 850. annum inc. Dom.

Lodoicus ann. 21 post 855. annum inc. Dom.

Carolus ann. 1 et mens. 9 post 876. annum[d] inc. Dom.

Carolus imperavit post 882. annum inc. Dom.

Lodoicus ... post 902. annum inc. Dom.

Berengarius post 908. annum inc. Dom.

Berengarius ann. 9 post 916. annum inc. Dom.

Ugo .... post 922. annum inc. Dom.

Berengarius .... post 931. annum inc. Dom.

Valentinus sed. d. 40 post 826. annum inc. Dom., et cess. ....[a]

Gregorius [IV], ex patre Iohanne, sed. ann. 16 post 828. annum inc. Dom.

Sergius [II], nat. Romanus, ex patre Sergio, sed. ann. 3, mens. 2 post 844. annum inc. Dom., et cess. d. 15.

Leo [IV], nat. Romanus, ex patre Dualdo, sed. ann. 8, mens. 3, d. 6 post 847. annum inc. Dom., et cess. d. 6.

Benedictus [III], nat. Romanus, sed. ann. 2, mens. 5 post 855. annum inc. Dom., et cess. d. 15.

Nicolaus[b, 1] [I], nat. Romanus, ex patre Theodoro, sed. ann. 9, mens. 2, d. 20 post 858. annum inc. Dom.

Adrianus [II], nat. Romanus, ex patre Talaro episcopo[c], sedit ann. 5 post 867. annum inc. Dom.

Iohannes [VII[2]] sed. ann. 10, d. 2 post 872. annum inc. Dom.

Marinus sed. ann. 1, mens. 5 post 882. annum inc. Dom.

Adrianus [III], nat. Romanus, ex patre Benedicto, sed. ann. 1, mens. 3 post 883. annum inc. Dom.

Stephanus [V], nat. Romanus, ex patre Adriano, de Via Lata, sed. ann. 6, d. 8[e] post 885. annum inc. Dom.

Formosus, episcopus Portuensis[f], sed. ann. 5, mens. 6 post 891.

Bonifatius[g] [VI] sed. d. 15 post 896. annum inc. Dom.

Stephanus [VI[h]] sed. ann. 1, mens. 3 post 897. annum inc. Dom.

Romanus mens. 3, d. 22 post 898. annum inc. Dom.

Theodorus [II] sed. d. 20 post 899. annum inc. Dom.

Iohannes [VIII] sed. ann. 2, d. 15 post 900. annum inc. Dom.

Benedictus [IV] sed. ann. 3, mens. 2 post 902. annum inc. Dom.

Leo [V] sed. d. 40 post 905. annum inc. Dom.

Christoforus sed. mens. 7 post 906. annum inc. Dom.

Sergius [III], nat. Romanus, ex patre Benedicto, sed. ann. 7, mens. 3, d. 16 post 907. annum inc. Dom.

Anastasius [III[i]] sed. ann. 2, mens. 2 post 914. annum inc. Dom.

Lando[k] sed. mens. 6 post 916. annum inc. Dom.

Iohannes IX. sed. ann. 14, mens. 2, d. 3[l] post 917. annum inc. Dom.

Leo [VI[h]] sed. mens. 6 post 930. annum inc. Dom.

Stephanus [VII[h]] sed. ann. 2, mens. 1 post 931. annum inc. Dom.

Iohannes [X[m]] sed. ann. 4, mens. 10. post 932. annum inc. Dom.

Leo [VII] sed. ann. 3, mens. 6, d. 10 post 936. annum inc. Dom.

Stephanus [VIII] sed. ann. 3[n], mens. 4, d. 15 post 939. annum inc. Dom.

a) *vacat* 1. 2. b) Nichol. 1. c) *del.* 2. d) anno *post corr.* annos *saepius* 1; anno 2. e) 9. 1. f) Romanus *add.* 2. g) *deest hic, infra post Anastasium insertus* 2. h) *e corr.* 2. i) II. *superscr.* 2. k) Mando 2. l) 4. 1. m) *prima manu superscr.* 2. n) 4 *corr.* 3. 2.

1) V. quae supra p. 95. notavi. 2) Lege VIII, et ita deinceps numeros uno maiores.

Lotarius ann. 2 post 945. annum inc. Dom.

Berengarius cum Alberto, filio suo, ann. 11 post 948. annum inc. Dom.

Otto ann. 6 post 962. annum inc. Dom.

Otto ann. 3 post 968. annum inc. Dom.

Otto imperavit ann. 12 post 996. annum inc. Dom.

Henricus ann. 10, mens. 5 post 1013. annum inc. Dom.

Henricus imperavit ann. 11 post 1050. annum inc. Dom. Contra istum imperatorem[k] pugnavit Cadolus.

Hoc tempore fuit bellum Normannorum et Leonis pape ..[1] Kal. Iul., feria 6.

Magna pars Urbis cremata est in festo sancti Eustachii[m]. Hoc etiam anno siccitas magna fuit a mense Madii usque in vigiliam[n] sancti Andree. Sept. 20. Nov. 29.

Marinus [II] sed. ann. 3, mens. 6, d. 14 post 942. annum inc. Dom.

Agapitus sed. ann. 10, mens. 6, d. 10 post 945. annum inc. Dom.

Iohannes [XI] de[a] Via Lata regione, sedit ann. 7, mens. 10, d. 5 post 955. annum inc. Dom.

Benedictus [V] sed. mens. 2, d. 5 post 962. annum inc. Dom.

Leo [VIII] sed ann. 1, mens. 4 post 963. annum inc. Dom.

Iohannes [XII], Narniensis[b], sed. ann. 7, mens. 11, d. 5 post 964. annum inc. Dom.

Benedictus [VI] sed. ann. 1, mens. 6 post 971. annum inc. Dom.

Bonus[c] sed. ann. 1, mens. 6 post 972 annum inc. Dom.

Bonifatius [VII] sed. mens. 1, d. 12 post 973. annum inc. Dom

Benedictus [VII] sed. ann. 9, mens. 6 post 976. annum inc. Dom.

Iohannes [XIII[d]] sed. mens.[e] 8 post 984. annum inc. Dom.

Iohannes[f] [XIV[d]], sed. mens. 4 post 985. annum inc. Dom.

Iohannes [XV[g]], natione Romanus, sed. ann. 10, mens. 7, d. 10 post 986. annum inc. Dom.

Gregorius V, natione Saxorum, ex patre Otto, sed. ann. 2, mens. 5 post 996. annum inc. Dom.

Iohannes [XVI[d]] sed. mens[h] 10 post 998. annum inc. Dom.

Silvester [II[d]] sed. ann. 4, mens. 1, d. 8 post 999. annum inc. Dom.

Iohannes [XVII[d]] sed. mens. 5 post 1002. annum inc. Dom.

Iohannes [XVIII[d]] sed. ann. 5. post 1003. annum inc. Dom.

Sergius [IV[d]] sed. ann. 2 post 1008. annum inc. Dom.

Benedictus [VIII[d]], natione de Tusculana, ex patre Gregorio, sed ann. 11, mens. 11, d. 21 post 1011. annum inc Dom.

Iohannes [XIX[d]], ex patre Gregorio, sed. ann. 9, mens. 9 post 1022. annum inc. Dom.

Benedictus [IX[i]], natione de Tusculana, ex patre Alberico, sed. ann 14 post 1033. annum inc. Dom.

Silvester [III[d]] sed. 56 d. post 1047. annum inc. Dom.

Gregorius [VI], de Sancto Iohanne ad Portam Latinam, sed. ann. 2 post 1048. annum inc. Dom.

Clemens [II] sed. mens. 9, d. 7 post 1050. annum inc. Dom.

Damasus [II] sed. d. 23 post 1051. annum inc. Dom.

Leo [IX], de genere Alamannia de Lotheris regno, sed. ann. 5, mens. 2, d. 6 post 1053. annum inc. Dom. 1053. Iun. 18.

a) *post suppl.* 2. b) Narin. 1; Cusarinensis 2. c) Donus 1? d) *deest* 2. e) ann. 1. f) *post seq. habet* 2. g) XIIII. 2. h) ann. 1. i) VIII. *post add.* 2. k) imperatore 2. l) *ita W. p.* 93; *suppl.* 15; *in* 1 *nulla indicatur lacuna.* m) Eustasii 1. n) vigilia 2.

Tempore Alexandri istius fuit incendium a Parrione usque ad Sanctum Felicem in Pincis[b].

Henricus imperavit ann. 17 post 1084. annum inc. Dom.[1] Normanni[c] intraverunt Romam mense Madii die 28[2]. Hoc etiam tempore magna fuit fames, unde multi mortui sunt.

Tempore Victoris pape et Henrici imperatoris sol obscuratus est mense Febr. die 25[d].

Tempore Urbani pape et Henrici imperatoris terre motus fuit Rome in festo sancte
Ian. 21. 1101. Agnetis. Et castrum Sancti Angeli a Romanis captum est in festo sancti Laurentii.
Aug. 10. Castrum ipsum Sancti Angeli traditum[f] est
Aug. 24. Petro Leonis in vigilia sancti Bartholomei.

Hoc etiam tempore Hierusalem[g] recepta est a christianis. Et columpne ignee ab occidente in orientem vise sunt pergere[h].

Henricus[i], Henrici filius, imperavit ann. 15[k] post 1110. annum inc. Dom. Ab isto ultimo imperatore Henrico[l] captus[m] dompnus Paschalis papa. Tempore Paschalis pape et Henrici[n] predicti imperatoris cometa[o] stella apparuit in celo[3].

Lotarius imperavit ann. 12 post 1125. inc. Dom.

Corradus tempore Innocentii imperavit ann. . . . .[q] post 1137. annum inc. Dom.

Innocentius ipse celebravit synodum[a] in
1139. basilica Salvatoris[r] mense Aprel. die 12. Et eodem anno captus est apud Gallotium[4] mense Iulii.

Tempore Eugenii pape et Conradi impe-
1146. ratoris Romani Tiburtinos vicerunt et quam plures decollaverunt[5].

Tempore etiam ipsorum Romani obsederunt Viterbium mense Madii die 25.

Victor [II], ex genere Alamannia, sed. ann. 2, mens. 3, d. 13 post 1057. annum inc. Dom.

Stephanus [IX[a]] sed. mens. 9 post 1059. annum inc. Dom.

Benedictus [X] sed. mens. 9 post 1060. annum inc. Dom.

Nicholaus [II], natione Burgonia, sed. ann. 2, mens. 6 post 1061. annum inc. Dom.

Alexander [II], natione Mediolanensis, sed. ann. 11, mens. 6, d. 25 post 1063. annum inc. Dom.

Gregorius [VII[a]] sed. ann. 12, mens. 1, d. 4 post 1074. annum inc. Dom. Hic captus est a Cencio Stephani apud Sanctam Mariam maiorem nocte natalis Domini.

Victor [III[a]] sed. ann. 1 post 1086. annum inc. Dom.

Urbanus [II], natione . . .[e], ann. 11, mens. 4 post 1089. annum inc. Dom., et cess. d. 16.

Pascalis [II[a]] sed. ann. 18, mens. 5, d. 7 post 1100. annum inc. Dom., et cess. d. 2.

Gelasius [II[a]] sed. ann. 1 post 1118. annum inc. Dom.

Calistus [II] sed. ann. 5, mens. 10, d. 13 post 1119.[p] annum inc. Dom.

Honorius [II] sed. ann. 5, mens. 2, d. 3 post 1125. annum inc. Dom.

Innocentius [II[a]], natione Romanus, ex patre Iohanne, de regione Transtiberim, sed. ann. 13, mens. 7, d. 8 post 1130. annum inc. Dom., et[s] cess. d. 2.

Celestinus [II[a]] sed. mens. 5, d. 13 post 1144. annum inc. Dom.

Lucius [II[a]], nat. Boloniensis, ex patre Alberto, sed. mens. 11[t], d. 4 post 1145. annum inc. Dom.

Eugenius[u] [III], nat. Pisanus, sed. ann. 8, mens. 4, d. 20 post 1147.[v] annum inc. Dom., et[w] cess. d. 2.

a) *deest* 2. b) Pintis 2. c) Normani 2. d) *ita W.*; 26. 1. 2. e) *nulla lacuna* 1. 2, *ubi* sedit *post add.* f) t'dictum 1. g) Ierus. 1; Urbani 2. h) *deest* 2. i) *haec in cod. S. Ang. alia manu.* k) 16 *cod. S. Ang.* l) Herrico 1. m) c. est p. d. P. 1; c. est d. P. 2. n) Herrici 1; *deest* 2. o) c. est st. 2. p) 1129. 1. q) ann. 37 ann. 2. r) sancti S. 2, *ubi* die 12. *des.* s) et c. d. 2 *des.* 2. t) 12 *e corr.* 2. u) *haec ante Lucium ponit* 2. v) 1145. 2. w) et — 2 *des.* 2.

1) Cf. quae supra p. 96. ad Hugonem de S. V. notavi, quocum etiam hoc loco catalogus noster facit. 2) Cf. locum Graeci scriptoris ap. Watterich I, p. 293 n. 3) Cf. cat. Tiburt. SS. XXII, p. 356. 4) Galuzzo; cf. cat. Tiburt. p. 357. 5) Ita etiam Chron. Fossae novae a. 1146. exscripsit. Cf. Ann. Ceccan., SS. XIX, p. 283.

Fredericus .... post 1155. annum inc. Dom. Tempore Adriani predictus Fredericus Rome venit 14. Kal. Iulii, et tunc prefectus[1] destruitur.

In 3. anno Alexandri pape Mediolanum a prescripto Frederico destruitur mense Martio[c].

7. anno eiusdem pape Alexandri apud[d] Tusculum Romanus exercitus[a] victus est a Teotonicis 4. Kal. Iun.[g]

10. vero anno ipsius Albanum[h] a Romanis concrematum est 6. Idus April[2].

Anastasius [IV], natione Romanus, ex patre Benedicto, sed ann. 1, mens. 4, d. 24 post 1153. annum inc. Dom.

Adrianus [IV[a]], natione Anglicus, sed. ann. 4, mens. 8, d. 28 post 1155. annum inc. Dom.

Alexander [III[a]], natione Tuscus, patria Senensis, ex patre Rainutio[b], sed. ann. 21, mens. 11, d. 9 post 1159. annum inc. Dom. Hic vicit 4 scismaticos, Octavianum[e], Guidonem Cremensem[f], Iohannem Strumensem et[a] Landonem. Primus fecit se vocitari Victorem, secundus Paschalem, tertius Calixtum, quartus Innocentium.

Lutius [III[a]], natione Tuscus, sed. ann. 4, mens. 2, d. 18 post 1181. annum inc. Dom.

Urbanus [III], natione Lombardus, sed. ann. 1, mens. 10, d. 25 post 1185. annum inc. Dom. Huius tempore[i] Ierusalem capitur[k] a Sarracenis[l].

Gregorius [VIII], natione Beneventanus, sed. mens. 1, d. 27 post 1186. annum inc. Dom. Hic moritur apud Pisas.

Clemens [III[a]], natione Romanus de regione Pince[m], ex patre Iohanne Scolari[n] et ex[o] matre Maria, sed. ann. 3, mens. 2, d. 20 post 1188. annum inc. Dom.

Celestinus [III], natione Romanus de regione Aremula[p], ex patre . . .[q]

CHRONICON PONTIFICUM ET IMPERATORUM EX COD. VENETO.

ED. L. BETHMANN.

Codex quem 'canonicis in monasterio divi Ioannis baptistae de Viridario Paduae agentibus Petrus Montagnana donavit 1478', *iam Venetus Marcianus X,* 72, *membr. quarto, una manu continua s. XIII. in. exaratus*[3], *continet catalogum pontificum:* Adam pater generis humani, *cum brevissima cuiusvis*

a) *deest* 2. b) Ramucio 2. c) Marcii 2. d) apod 1. e) Octov. 2. f) Cremenseñ. 2. g) Iul. 1.; Iulii 2. h) Albaneñ. 2. i) temporis 2. k) captus 2. l) *sequitur lacuna in* 1, *ubi prius erant duae lineae rubricatae, iamiam detersae et erasae.* m) Pinee 2. n) Scolar̄ 1. 2. o) *post add.* 2. p) Areula 1. 2. q) Sunt 132. *in* 1. *alia manus adiecit recentior.*

1) De Arnoldo Brixiano cogitari videtur. 2) Cf. cat. Tiburt. p. 357; et not. cod. Farf., SS. XI, p. 590. 3) Ex hoc codice descriptus est alter Venetus Marcianus XIV, 177, chart. s. XVII, ex quo V. Cl. de Giesebrecht excerpta fecit (Arch. XII, p. 647). Weiland hoc non satis perspexisse videtur, ibid. p. 10. G. W.

papae temporis atque constitutionum indicatione usque ad: Iohannes natione Syrus sedit annum 1, dies 9, fuit tempore Iustiniani, sepultus ad S. Petrum, *post quem eadem manus reliquorum nomina tantum cum annis scripsit usque ad:* Honorius a. X. Gregorius a. —. *Reliquo folio vacuo relicto, eadem manus subiecit annales pontificum atque imperatorum, ad catalogum illum (ad medium saec. XII. usque*[1]*) prope accedentes, qui in Cencii libro censuum legitur teste Pertz (Archiv V, 93). Desinunt in a.* 1225; *mortem Honorii III. manus eadem alio atramento postmodum supplevit, unde codicem ante a.* 1227. *exaratum esse patet. Nomen Melliti, quod hisce annalibus praefigit notula saec. XVII. codici inscripta, nusquam apparet per totum codicem*[2]. *L B.*

Anni Domini.	*Indictiones.*	*Pontifices.*	*Anni.*	*Imperatores.*	*Anni.*
1	4	Anno 42. imperii Octaviani Augusti natus est Iesus Christus, filius Dei, in Bethleem Iude ex Maria virgine, anno ab exordio mundi 5196.		Post nativitatem domini nostri Iesu Christi Octavianus Augustus imperavit ann. 14.	1
15	3			Tyberius imperavit ann. 18 usque ad annum quo passus est dominus noster Iesus Christus.	1
33	6	Post passionem Domini beatus Petrus apostolus, filius Iohannis provintie Galilee de vico Bethsaida, frater Andree, tenuit sacerdotalem cathedram Antiochie ann. 7; deinde venit Romam, ibique 25 ann. et mens. 7 et d. 8 pontificatum tenuit.	1	Post passionem Domini Tiberius imperavit ann. 5.	1
38	11		6	Gaius Caligula imper. ann. 4, mens. 10, d. 8.	1
42	15		10	Claudius imper. ann. 14, mens. 7, d. 8.	1
57	15		25	Nero imper. ann. 14, mens. 7, d. 8.	1
61	4			Prima persecutio.	5
70	13	Linus, Ytalus, de regione Tuscie, patre Esculano, sed. ann 11, mens. 3, d. 12. Hic ex precepto beati Petri constituit, ut mulier in ecclesia velato capite intret.	1		
71	14		2	Galba imper. ann., mens. 6.	
72	15		3	Vespasianus imper. ann. 9, mens. 11, d. 22..	1
82	10	Cletus, natione Romanus, de regione Vico Patricii, patre Emiliano, sed. ann. 11, mens. 1, d. 11. Hic ex precepto beati Petri 25 presbiteros in urbe Roma ordinavit per mensem Decembris. Hii duo fuerunt coepiscopi, unus post alium, scilicet temporibus beati Petri.	1	Titus imper. ann. 2.	1
85	13		1	Domitianus imper. ann. 15, mens. 5.	1
87	15			Secunda persecutio.	
93	6	Clemens, natione Romanus, de regione Celio Monte, ex patre Faustino, sed. ann. 9, mens. 2, d. 10.	1		9
99	12		7	Nerva imper. ann. 1, mens. 4.	1
100	13		8	Traianus imper. ann. 19.	1
102	15	Anacletus, natione Grecus de Athenis, ex patre Antiocho, sed. ann. 9, mens. 2, d. 10, et cessavit episcopatus d. 13. Hic memoriam beati Petri construxit et composuit.	1	Tercia persecutio.	
111	9	Euaristus, natione Grecus, ex patre Iudeo nomine Iuda, de civitate Bethleem, sed. ann. 10.	1		13
119	2		9	Adrianus imper. ann. 21.	1
121	4	Alexander, natione Romanus, ex patre Alexandro, de regione Caputtauri, sed. ann. 8, mens. 5, et cessavit episcopatus d. 35.			3
129	12	Sixtus, natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via lata, sed. ann. 10, mens. 3, d. 21, et cessavit episcopatus d. 2.	1		11

1) V. quae supra p. 102. monui. Quamvis neque catalogum Hugonis neque Cencianum huius fontem dicere possim, minutis tamen litteris pleraque imprimenda esse iudicavi, iis exceptis quae ad res Romanas s. XI. et XII. spectant. Praeterea quae apud illos frustra quaeris, sive ex eodem fonte hausta sive ab huius catalogi scriptore ex ampliore pontificum catalogo aliisve libris addita videntur, litteris latius positis indicavi. G. W. 2) Fundamento igitur omnino caret ea opinio, vel sic tamen recepta Tartarottio apud Muratorium SS. XXV, p. xxi.

139[a]	Telesphorus, natione Grecus, ex anachorita, sed. ann. 10, mens. 3, d. 22, et cessavit episcopatus d. 7.	
140		Antoninus imper. cum filiis suis ann. 22, mens. 3.
142		Quarta persecutio.
149	Yginus, natione Grecus de Athenis, cuius genealogia non invenitur, sed. ann. 4, mens. 3, d. 6. Hic clerum composuit et gradus distribuit.	
154	Anicetus, natione Syrus, ex patre Iohanne, de civitate Mina[1], sed. ann. 9, mens. 3, d. 4.	
162		M. Antonius Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo imper. ann. 19.
164		Quinta persecutio.
174	Sother, natione Campanus, ex patre Concordio, de civitate Fundi, sed. ann. 9, mens. 3, d. 22.	
181		Commodus post Anton. imper. ann. 13.
184	Eleuther, natione Grecus, ex patre Abundio, de oppido Nicopoli, sed. ann. 15, mens. 6, d. 5, et cessavit episcopatus d. 6. Hic christianum fecit Lucium regem Britannie, et omnem escam concessit ad comedendum, dum tamen rationabilis et humana sit.	
194		Elius Pertinax et Severus imper. ann. 18.
199	Victor, natione Affer, ex patre Felice, sed. ann. 10, mens 2, d. 10, et cessavit episcopatus d. 12.	
209	Zepherinus, natione Romanus, ex patre Abundio, sed. ann. 8, mens. 6, d. 10, et cessavit episcopatus d. 6.	
212		Antonius Caracalla imper. ann. 7.
218	Calixtus, natione Romanus, ex patre Dometio, de regione urbis Ravennatis, sed. ann. 5, mens. 2, d. 10, et cessavit episcopatus d. 6.	
219		Martianus[2] ann. 1.
220		Antonius ann. 3.
223	Urbanus, natione Romanus, ex patre Portiano, sed. ann. 8, mens. 11, d. 12, et cessavit episcopatus d. 30.	Alexander imper. ann. 13.
232	Pontianus sed. ann. 5, mens. 2, d. 2, et cessavit episcopatus d. 10.	
236		Maximianus imper. ann. 3.
237	Antheros sed. ann. 1, mens. 1, d. 15.	Sexta persecutio.
238	Fabianus, natione Romanus, ex patre Fabio, sed. ann. 14, mens. 11, d. 11.	
245		Philippus imper. cum filio Philippo ann. 7. Hi primi imperatorum christiani fuerunt.
252	Cornelius, natione Romanus, ex patre Constantino[3], sedit ann. 3, mens. 2, d. 10.	Decius imper. ann. 1, mens. 3. Septima persecutio.
253		Gallus cum Volusiano imper. ann. 2, mens. 2.
255	Lucius, natione Romanus, ex patre Porfiro, sed. ann. 3, mens. 3, d. 3.	
256		Valerianus cum Galieno filio imper. ann. 15.
258	Stephanus, natione Romanus, ex patre Iuliano, sed. ann. 4, mens. 2, d. 15.	
262	Sixtus II, natione Grecus, ex patre Sophor, sed. ann. 2, mens. 11, d. 6, et cessavit episcopatus d. 22.	
265	Dionisius, ex monacho, cuius genus non invenitur, sed. ann. 2, mens. 3	
267	Felix, natione Romanus, ex patre Constantio, sed. ann. 2, mens. 10, d. 15.	
270	Euticianus, natione Tuscus, ex patre Marino de civitate Luna, sed. ann. 9, mens. 10, d. 4, et cessavit episcopatus mens. 8.	
271		Claudius imper. ann. 1, mens. 9.
273		Aurelianus imper. ann. 5. Octava persecutio
278		Tacitus imper. mens. 5.
279		Probus imper. ann. 6, mens. 4.
281	Gaius, natione Dalmatia, ex genere Dioclitiani, ex patre Gallo, sed. ann. 11, mens. 3, d. 7, et cessavit episcopatus d. 11.	
285		Carus cum filiis Carino et Numeriano imp. ann. 2.
287		Dioclitianus et Maximianus cum Constantino et Cilino[b] imper. ann. 20. Dioclitianus augustus solus

a) *indictiones et annos paparum et imperatorum deinceps omisimus.* b) *lege:* Licinio.

1) *Mirra* Cencius. — Omittitur Pius. 2) *Macrinus* Cenc. 3) *Iustino* Cenc.

		primum re publica potitus, Maximianum Erculeum propter imminentia bella prius cesarem, deinde augustum fecit; post vero Constantium et Galerium cesares. Ita Romana res publica per duos augustos, Diocletianum et Maximianum, et duos cesares, Constantium et Galerium, gubernabatur. Maius enim est esse augustum quam cesarem.
293	Marcellinus, natione Romanus, patre Preiecto, sed. ann. 7, mens. 2, d. 25, et cessavit episcopatus ann. 7, mens. 6, d. 25 propter persecutionem Dioclitiani.	Nona persecutio.
307	Marcellus, natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Via lata, sed. ann. 6, mens. 7, d. 27. Lucina vero inscriptione dampnata est.	Valerius imper. ann. 2.
309		Constantinus imper. ann. 30, mens. 10. Sub hoc christiano affectu[a] Nicea synodus celebratur.
313	Eusebius, natione Grecus, ex medico, sed. ann. 2, mens. 2.	Decima persecutio.
315	Melciades, natione Affer, sed. ann. 3, mens. 7, d. 15.	
318	Silvester I, natione Romanus, ex patre Rufino, sed. ann. 23, mens. 10, d. 11, et cessavit episcopatus d. 15.	
320		Constantinus christianus efficitur.
339		Constantinus cum Constantio et Constante fratribus imper. ann. 25.
341	Marcus, natione Romanus, ex patre Prisco, sed. ann. 2, mens. 9, d. 20, et cessavit episcopatus d. 20.	
344	Iulius, natione Romanus, ex patre Rustico, sed. ann. 11, mens. 2, d. 7.	
355	Liberius, natione Romanus, ex patre augusto Anastasio, sed. ann. 10, mens. 7.	
364		Iulianus imper. ann. 2, mens. 8. Undecima persecutio.
365	Felix II, natione Romanus, ex patre Anastasio, sed. ann. 1, mens. 3, d. 2.	
366		Iobianus mens. 8.
367	Liberius iterum sed. ann. 5.	Valentinianus cum Valente fratre imper. ann. 10.
372	Damasus, natione Yspanus, ex patre Antonio, sed. ann. 18, mens. 2, d. 21.	
377		Valens cum Valentiniano et Graciano imper. ann. 4.
381		Gratianus cum Valentiniano fratre et Theodosio imper. ann. 6.
387		Theodosius cum Valentiniano[b] imper. ann. 11.
390	Siritius, natione Romanus, ex patre Tyburtino, sed. ann. 15, mens. 10, d. 25, et cessavit episcopatus d. 20.	
398		Archadius et Honorius imper. ann. 13.
406	Anastasius, natione Romanus, ex patre Maximiano, sed. ann. 2, d. 26.	
408	Innocentius I, natione Albanensis, ex patre Innocentio, sed. ann. 15, mens. 2, d. 20, et cessavit episcopatus d. 22.	
412		Honorius cum Theodosio imper. ann. 15.
423	Zosimus, natione Grecus, sed. ann. 1, mens. 8, d. 25, et cessavit d. 11.	
425	Bonifatius, natione Romanus, ex patre Iocundo presb., sed. ann. 3, mens. 8, d. 13, et cessavit episcopatus d. 11.	
427		Theodosius minor cum Valentiniano germano imper. ann. 27.
428	Celestinus, natione Romanus, ex patre Prisco, sed. ann. 8, mens 1, d. 8, et cessavit d. 21.	
436	Sixtus III, natione Romanus, ex patre Sixto, sed. ann. 8, d. 18.	
444	Leo I, natione Tuscus, ex patre Quintiano, sed. ann. 21, mens. 1, d. 27.	
454		Marcellianus[1] et Valentinianus imper. ann. 6.
460		Leo primus imper. ann. 17.
465	Ylarius, natione Sardus, ex patre Crispino, sed. ann. 6, mens. 3, d. 10, et cessavit d. 10.	
471	Simplicius, natione Tyburtinus, ex patre Castino, sed. ann. 15, mens. 1, d. 7, et cessavit episcopatus d. 6.	
477		Zenon imper. ann. 16.

a) effecto? b) Valentino *c.*

1) *Martianus* Cenc.

486	Felix III, natione Romanus, ex patre Felice presbitero, de regione Fasiole, sed. ann. 8, mens. 11, d. 27, et cessavit d. 5.	
493		Anastasius imper. ann. 25.
495	Gelasius, natione Affer, ex patre Valerio, sed. ann. 4, mens. 8, d. 19.	
500	Anastasius, natione Romanus, ex patre Petro, de regione Caputtauri, sed. ann. 1, mens. 11, d. 24.	
503	Symmachus, natione Sardus, ex patre Fortunato, sed. ann. 15, mens. 7, d. 27.	
518	Hormisda, natione Campanus, ex patre Iusto, sed. ann. 9, et cessavit d. 7.	Iustinus imper. ann. 9.
527	Iohannes, natione Tuscus, ex patre Constantino, sed. ann. 2, d. 9.	Iustinianus imper. ann. 39.
529	Felix, natione Sabinus, ex patre Constantio, sed. ann. 4, mens. 2, d. 13.	
533	Bonifacius, natione Romanus, ex patre Sigibuldo, sed. ann. 2.	
535	Iohannes II, seu Mercurius, natione Romanus, ex patre Preiecto, de Celio monte, sed. ann. 2, mens. 4.	
538	Agapitus sed. mens. 11.	
539	Silverius, natione Campanus, ex patre Hormisda, sed. ann. 1.	
541	Vigilius, natione Romanus, ex patre Iohanne, sed. ann. 17, mens. 6, d. 23, et cessavit episcopatus mens. 3, d. 5.	
558	Pelagius, natione Romanus, ex patre Iohanne, sed. ann. 4, mens. 10, d. 20, et cessavit episcopatus mens. 4.	
563	Iohannes III, natione Romanus, ex patre Anastasio, sed. ann. 14, mens. 11, d. 27, et cessavit episcopatus mens. 10. d. 3.	
566		Iustinus imper. ann. 11.
577	Benedictus, natione Romanus, ex patre Bonifacio, sed. ann. 3, mens. 1, d. 17.	Tyberius imper. ann. 6.
580	Pelagius II, natione Romanus, ex patre Vigildo, sed. ann. 10, mens. 2, d. 10, et cessavit d. 25.	
584		Mauricius imper. ann. 20.
590	Gregorius I, natione Romanus, ex patre Gordiano, doctor egregius, divinarum scripturarum sollertissimus inquisitor, sed. ann. 13, mens. 6, et cessavit episcopatus mens. 5, d. 10.	
603	Sabinianus, natione Tuscus, de civitate Heraclide, patre Bono, sed. ann. 1, mens. 5.	
604		Focas imper. ann. 7.
605	Bonifacius III, natione Romanus, ex patre Iohanne, sed. mens. 8, d. 22.	
608	Bonifacius IV, natione Marsorum de civitate Valeria, ex patre Iohanne medico, sed. ann. 6, d. 12, et cessavit episcopatus mens. 7, d. 25.	
611		Eraclius cum Constantino, filio suo, imper. ann. 21.
614	Deusdedit, natione Romanus, ex patre Stephano subdiacono, sed ann. 3, d. 20, et cessavit episcopatus mens., d. 16.	
618	Bonifacius V, natione Campanus de civitate Neapoli, sed. ann. 5, d. 14, et cessavit episcopatus mens. 7, d. 25.	
625	Honorius I, natione Campanus, ex patre Petroniocorsi, sed. ann. 12, mens. 11, d. 17, et cessavit mens. 7, d. 18.	
638	Severinus I, natione Romanus, patre Abieno, sed. ann. 2, mens. 4, d. 19.	
640	Iohannes IV. sed. ann. 1, mens. 8, d. 19, et cessavit episcopatus d. 13.	
642	Theodorus I, natione Grecus, patre Theodoro episcopo, de civitate Hyerusalem, sed. ann. 6, mens. 5, d. 8, et cessavit episcopatus d. 51.	Constantinus cum Hyraclona fratre imp. ann. 28.
649	Martinus I, de civitate Tudertina provintie Tuscie, sed. ann. 6, mens. 1, d. 26, martirio coronatus, et cessavit episcopatus d. 28.	
655	Eugenius, natione Romanus, sed. ann. 2, mens. 9, d. 22, et cessavit mens. 1, d. 22.	
657	Vitalianus I, natione Signensis[a] provintie Campanie,	

a) Singensis *c.*

	patre Anastasio, sed. ann. 14, mens. 6, et cessavit mens. 2, d. 13.	
670		Constantinus, Constantini filius, imper. ann. 17.
671	Adeodatus I, natione Romanus, sed. ann. 4.	
675	Donus sed. ann 1, mens. 5, d. 10, et cessavit mens. 2, d. 15.	
677	Agatho, natione Siculus, sed. ann. 2, mens. 6, d. 3, et cessavit episcopatus ann. 1, mens. 7, d. 5.	
681	Leo II. sed. mens. 10, d. 17.	
682	Benedictus, natione Romanus, patre Iohanne, sed. mens. 10, d. 12.	
684	Iohannes V, *natione Syrus ex Antiochia*, sed. ann. 1, d. 9.	
686	Conon mens. 11.	
687	Sergius I, *natione Syrus, ex Antiochia*, patre *Tyberio*, sed. ann. 13, mens. 8, d. 23, et cessavit mens. 1, d. 20.	
688		Iustinus imper. ann. 10.
698		Leo imper. ann. 3.
701	Iohannes VI, natione Grecus, ex patre Platone, sed. ann. 3, mens. 2, d. 13, et cessavit mens. 1, d. 18.	Tyberius imper. ann. 7.
704	Iohannes VII. sed. ann. 2, mens. 7, d. 17, et cessavit mens. 4	
707	Sisinnius d 20.	
708	Constantinus I, natione Syrus, patre Iohanne, sed. ann. 7, d. 15, et cessavit d. 40.	Iustinianus II. imper. ann. 7.
715	Gregorius II, natione Syrus, patre Iohanne, sed. ann. 16, mens. 9, d. 22, et cessavit episcopatus d. 35.	Philippus imper. ann. 1.
716		Anastasius imper. ann 3
719		Theodosius ann. 1.
720		Leo cum Constantino filio imper. ann. 25.
731	Gregorius III, *natione Romanus, patre Marcello*, sed. ann. 10, mens. 8, d. 24, et cessavit episcopatus d. 8.	
742	Zacharias, natione Grecus, patre Policronio, sed. ann. 10, mens. 3, d. 15, et cessavit episcopatus d. 13.	
745		Constantinus cum *Helena* matre imper. ann. 10, mens. 2, d. 2.
752	Stephanus II, natione Romanus, patre Constantino, sed. ann 5, d. 27, et cessavit episcopatus mens. 1, d. 5.	
755		Constantinus et Leo, filius eius, cum Pipino rege Francorum et Karolo Magno, filio eius, imper. ann. 10.
758	Paulus, natione Romanus, patre Constantino, sed. ann. 10, mens. 1, et cessavit ann. 1, mens. 1.	
768	Constantinus, *primus* ex laicis, sed. ann. 1.	
769	Stephanus III, natione Siculus, patre Olivo, sed. ann. 3, d. 28.	Hic obiit Pipinus rex Francorum et patricius Rom.
773	Adrianus I, natione Romanus, patre Theodoro, de regione Vie late, sed. ann. 23, mens. 10, d. 23.	
796	Leo III, *natione...*, patre *Azupio*, sed. ann. 20, mens. 5, d. 16, et cessavit d. 3.	*Constantinus imperator excecatus est.*
800		Karolus primus accepit imperium Romanum et imper. ann. 13.
812		Michael *cum eo imperavit.*
816	Stephanus IV. sed. mens. 7.	Lodoicus cum Lothario, filio suo, imper. ann. 25.
817	Pascalis I, natione Romanus, patre Marino, sed. ann. 7, d. 17.	
824	Eugenius, natione Romanus, sed. ann. 4, mens. 7, d. 23.	
828	Valentinus sed. d. 40.	
829	Gregorius IV, *natione Romanus*, vir *scolasticus*, ex patre Iohanne *de titulo Sancti Marci*, sed. ann 16.	
841		Lotharius imper. ann. 9.
844	Sergius II, natione Romanus, patre Sergio, sed. ann. 3, mens. 2, d. 15.	
848	Leo IV, natione Romanus, patre Dualdo, sed ann. 8, mens. 6, d. 5.	
850		Lotharius cum Lodoico imper. ann. 5.
855		Lodoicus imper. ann. 19.
856	Benedictus III, natione Romanus, *patre Patro*, sed. ann. 2, mens. 7, d. 10, et cessavit d. 15.	
858	*Paulus sed.* ann. 2, *mens.* 1, *et cessavit episcopatus* ann. 1.	

861	Stephanus V. sed. ann. 3, mens. 5, d. 26, et cessavit d. 8.	
864	Nicolaus sed. ann. 4.	
868	Adrianus II, natione Romanus, patre Talaro episcopo, sed. ann. 5.	
873	Iohannes VII.[a] sed. ann. 10.	
875		Karolus II. imper. ann. 1, mens. 9.
880		Karolus III. imper. ann. 8.
883	Marinus I. sed. ann. 1.	
884	Adrianus III, natione Romanus, patre Benedicto, sed. ann. 1.	
885	Stephanus V, natione Romanus, patre Adriano, de Via lata, sed. ann. 6, d. 8.	
891	Formosus I, Portuensis episcopus, sed. ann. 5, mens. 6.	
895	Bonifacius V. sed. d. 15.	
896	Stephanus VI. sed. ann. 1, mens. 3.	Conradus imper. ann. 7.
897	Romanus sed. mens. 3, d. 24.	
898	Theodorus d. 20.	
899	Iohannes VIII. ann. 2, d. 17.	
900	Benedictus IV. sed. ann. 3, mens. 2.	
902	Leo V. d. 40.	
903	Cristoforus sed. ann. 1, mens. 7.	Lodoicus imper. ann. 4.
904	Sergius III, natione Romanus, patre Benedicto, sed. ann. 7, mens. 3, d. 16.	Hoc tempore regnavit Henricus Saxo, sed ipse diadema nunquam capiti suo inposuit[1].
907		Berengarius I. imper. ann. 6.
912	Anastasius III. sed. ann. 2, mens. 2.	
914	Lando sed. mens. 5, d 26.	
915	Iohannes X. sed. ann. 13, mens. 2, d. 3.	
916		Berengarius II. imper. ann. 4.
919		Otto I, filius Henrici regis, hoc tempore regn. ann. 39 et contra Berengarium et Albertum tyrannos dimicavit et eos de Ytalia expulit, et imperator Rome coronatus est[1].
924		Ugo imper. ann. 6.
928	Leo VI. sed. mens. 6, d. 15.	
929	Stephanus VI. sed. ann. 2, mens. 1, d. 12.	
930		Berengarius III. imper. ann. 7,
931	Iohannes XI. sed. ann. 4, mens. 10.	
936	Leo VII. sed. ann. 3, mens. 3, d. 10.	
939	Stephanus VIII. sed. ann. 3, mens. 4, d. 15.	
942	Marinus II. sed. ann. 3, mens. 6, d. 14.	
945	Agapitus II. sed. ann. 10, mens. 7, d. 10.	
946		Lotharius imper. ann. 2.
949		Berengarius IV. cum Alberto, filio suo, imper. ann. 11.
956	Iohannes XII, de regione Vie late, Romanus, patre Alberico principe Romanorum, sed. ann. 7.	
961		Otto I. imper. ann. 6.
963	Benedictus V. sed. mens. 2, d. 5.	
964	Leo VII sed. ann. 1, mens. 4.	
965	Iohannes XIII. sed. 6 ann., mens. 11.	
968		Otto II. cum[2] Ottone filio imper. ann. 8.
972	Benedictus VI. sed. ann. 1, mens. 6.	
973	Donus ann. 1, mens. 6.	
974	Bonifacius VII mens. 1, d. 12.	
975	Benedictus VII, natione Romanus, sed. ann. 9, mens. 11.	
984	Iohannes XIV. sed. mens. 9.	
985	Iohannes XV, natione[3] Romanus, mens. 4.	
986	Iohannes XVI. sed. ann. 10, mens. 6, d. 10.	
997	Gregorius V. sed. ann. 2.	Otto imper. ann. 5.
999	Iohannes XVII. sed. mens. 5.	
1000	Silvester II. sed. ann. 4, mens. 1, d. 19.	
1004	Iohannes XVIII. sed. mens. 5, d. 25.	
1005	Iohannes XIX, natione Romanus, de regione Metrobiporta, sed ann. 5.	
1010	Sergius IV. sed. ann. 2, mens. 4.	
1012	Benedictus VIII, natione Tusculanus, patre Gregorio, sed. ann. 12.	
1014		Henricus imper. ann. 10, mens. 6.

a) VIII. *c.*

1) Ex Gotifredo. 2) Ita etiam Catal. ant. et Hugo. 3) Ita Cenc. de Iohanne sequente.

1024	Iohannes XX, patre Gregorio, sed. ann. 9, mens. 9.	
1027		Conradus imper. ann. 16.
1033	Benedictus IX, natione Tusculanus, patre Alberico, sed. ann. 13.	
1043		Oppressio magna fuit in Septimana, et multitudo populi sonavit.
1046	Silvester III sed. d. 56.	
1047	Gregorius VI. sed. ann 2, mens. 6.	
1048		Henricus imper. ann. 11.
1049	Clemens II. mens. 9, d. 6.	
1050	Damasus II. d. 26.	
1051	Leo IX. de Lotoringia sed. ann. 5, mens. 2, d. 6.	
1056	Victor II. sed. ann. 2, mens. 3, d. 15.	
1058	Stephanus VIII. mens. 11, d. 19.	
1059	Benedictus X. mens. 9.	Vacavit imperium ann. 26.
1060	Nicholaus II. sed. ann. 2, mens. 6, d. 28.	
1062	Alexander II. sed. ann. 11, mens. 6, d. 26. Hic sub contentione ordinatur cum Cadalo Parmensi episcopo.	
1064	Fuit[1] bellum in pratis sancti Petri, quod fecit Cadolus.	
1068	Fuit ignis in Parioni usque ad Sanctum Silvestrum et usque ad Sanctum Felicem.	
1074	Gregorius VII. sed. ann. 12, mens. 1, d. 4.	
1081	Henricus primum venit Rome in mense Madio die 25.	
1085	Robertus[1] Guizardus intravit Romam.	Henricus imper. ann. 16.
1086	Fames[a,1] et mortalitas fuit in universa terra.	
1096		Castrum Sancti Angeli captum fuit a Romanis in festo sancti Laurentii.
1099		Iherusalem recepta est a christianis, et columne ignee plurime vise sunt ab occidente pergere.
1100	Pascalis II. sed. ann. 18, mens. 5, d. 8.	
1106		Cometa[1] stella in celo apparuit.
1111	Captus[2] est dominus Pascalis papa ab Henrico imperatore Teutonico in ecclesia sancti Petri cum episcopis et cardinalibus et multis nobilibus Romanis in die dominico, 12. mensis Febr.	Henricus imper. ann. 15.
1117	Hoc anno fuit terre motus.	
1118	Gelasius II sed. ann. 1, d. 6.	
1119	Calixtus II, archiepiscopus Viennensis ex nobili genere, sed. ann. 5, mens. 10, d. 13.	
1124	Honorius II. sed. ann. 5, mens. 1, d. 28.	
1126		Lotharius imper. ann. 10.
1130	Innocentius II. sed. ann. 13, mens. 7, d. 8, et cessavit episcopatus[b] d. 2. Hic perrexit contra regem Siculum, ducem Apulie, cum exercitu Romanorum et aliorum, et cum prope castrum Gallocium[c] castrametati essent, proditione captus est[2].	
1134	Terremotus fuit in vigilia sancti Iacobi.	
1138		Conradus rex imper. ann. 14.
1143	Celestinus II. sed. mens. 5, d. 13.	
1144	Lucius II. sed. mens. 10, d. 12.	
1145	Eugenius III, natione Tuscus civitate Pisana, sed. ann. 8, mens. 5, d. 12.	

a) *haec om. Bethm.; dedit Giesebrecht ex apogr.* 2. b) est c.? c) Gallorum *c.*

1) Cf. Catal. Tiburt., p. 356. 2) Cf. Hug. supra p. 97. et Cat. Tiburt. l. l. 3) Haec brevius Cencius; cf. Cat. Tiburt. p. 357.

1153 Anastasius IV. sed. ann. 1.

1154 Adrianus IV. sed. ann. 6.

1160 Alexander III. sed. ann. 21. Hic sub contentione ordinatus est cum Octaviano; et occasione scismatis multi episcoporum et abbatum et religiosorum virorum propriis eiecti sunt ecclesiis, et quasi in exilio perstiterunt, pluresque religiose domus ad nichilum redacte sunt. Tandem mortuo Octaviano, Guido Cremensis successit, et huic Iohannes de Struma, qui tandem penitentia ductus et necessitate compulsus, mantum quod videbatur habere deposuit, et a papa Alexandro rector Beneventi factus est.

1173 Hiis temporibus Christianus Maguntinus archiepiscopus multa et inaudita mala exercuit.

1181 Lucius III. sed. ann. 4.

1185 Urbanus III. sed. ann. 1.

1186 Gregorius VIII. sed. mens. 4.

1188 Clemens III. sed. ann. 3.

Fredericus rex imperavit ann. 37. Hic cum manu forti intravit Ytaliam, et apprehendit Tortonam, et fecit bellum cum Romanis iuxta Tyberim et habuit victoriam. Et eodem anno destruxit[1] Spoletum, et reversus obsedit Mediolanum, et destruxit Cremam, et accepit obsides Mediolanensium et fecit pacem cum eis; et iterum rupto federe diu obsessam destruxit. Demum cum post multas victorias ad Terram Sanctam de inimicis Sarracenis triumphaturus accederet, per Romaniam cum multo exercitu transiens, in flumine quod dicitur Ferri[2] improvise corruit ibique suffocatus obiit.

1191 Celestinus III. sed. ann. 6. — Henricus rex cum uxore sua Constancia imper. ann. 7.

1197 Innocentius III, natione Romanus, frater comitis Ricardi, sed. ann. 19 et mens. Hic vir prudentissimus, omni scientia litterarum peritissimus, pontificatum nobiliter rexit, et edificavit xenodochium sancti Spiritus[3], et hereticos quoque terrarum exterminavit, et maxime in partibus provintie Tolosane; et concilium generale omnium episcoporum et prelatorum ecclesiarum apud Lateranum adunavit, in quo multa de liberatione Terre Sancte et destructione heresum tractata sunt, et in quo Ottonem imperatorem publice excommunicavit et Fredericum regem, filium Henrici, coronandum censuit. Demum apud Pirusium civitatem Tuscie in pace obiit, ibidem sepultus.

1198 Bellum fuit inter Ottonem et Philippum de imperio ortum.

1202 Philippus interfectus est.

1203 Otto IV. imper. ann. 12.

1206 Honorius III, natione Romanus, sed. ann. 11 et mens. 9[a]. Hic aedificavit ecclesiam sancti Laurentii extra muros urbis Rome, novis muris veteribus coniunctis, et Fredericum regem Sicilie in imperatorem coronavit. Obiit[b] apud Lateranum et sepultus est ad Sanctam Mariam maiorem.

1218 Fredericus filiam regis Iherusalem uxorem accepit[4], unde et postea rex Iherusalem vocatus est[5].

1221 Fredericus, filius Henrici, imper. annis.

1223 Hoc anno in die natalis Domini circa tertiam terremotus magnus factus est in Arna[c] et Romania.

a) Rom. s. a. 9 et m. 11 *in rasura, atramento alio, sed manu eadem c.* b) Obiit—maiorem *atram. alio, manu ead.* c) *ita c. teste B.*

1) Cf. Catal. Tiburt. 2) *Ferrum* Ann. Marbac. SS. XVII, p. 165; cf. Riezler, Forschungen X, p. 127. 3) Ita etiam Gilbertus, alii. 4) a. 1225; ipsi desponsata fuit a. 1223. 5) Inde a fine a. 1225.

CHRONICI ISIDORIANI CONTINUATIO.

Brevem rerum gestarum conspectum ad Friderici II. usque tempora, quibus vixit, Isidori chronico addidit auctor procul dubio Italus, qui tantum non omnia ex Gotifredi Viterbiensis Memoria seculorum descripsit. Quae quamvis parvi pretii omittere noluimus, cum novum praebeant exemplum, qualiter illius operibus usi sint qui post eum historiam tradere sibi sumserunt[1].

Edidit Arevalus, Isidori Op. III, p. 512, *ex codice Chigiano, nescio an eodem, quem s. XV. demum scriptum recenset sub signo H. VII.* 246 *catalogus a Bethmanno exscriptus (Arch. XII, p.* 392*). G. W.*

Gotifr. Mem. sec.

Theodosius ann. 4. Theotonia gratiam baptismi suscepit.

Leo ann. 16. Istius tempore corona Graeciae cadit in Italia. Longobardi eam tenebant. Carolus Martellus Gallos expugnavit. Filius eius Pipinus sedit cum patre. Qui ad petitionem papae Stephani venit in Italiam, et liberando ecclesiam et Romanos a iugo Aistulphi regis Longobardorum, factus est patritius Romanorum.

Carolus Magnus ann. 46. Hic ad petitionem papae Hadriani venit in Italiam et expugnavit Longobardos et coepit Desiderium regem eorum et recepit coronam imperii super altare sancti Petri. Deinde cum exercitu copioso properavit in Graeciam, ut ius obtineret coronae. Tunc Constantinopolitanus imperator timens eum, pactum cum eo movit et fecit, ut uterque vocaretur frater et communiter haberent imperium.

Ludovicus I. ann. 37. Hic multum honoravit ecclesiam.

Lotharius ann. 15. Tunc Heroldus Danorum rex baptisma suscepit. Gallia sibi regem constituit.

Ludovicus II. ann. 17. Hic terram tenuit usque Pharum[a].

Carolus II. ann. 2.

Carolus III. ann. 4.

Carolus[2] IV. ann. 2. Isti tres nihil memoriae dignum gesserunt.

Aniubous[3] ann. 2.

Arnulphus regnavit ann. 7.

Deinde Cendebubous, filius Arnulphi non legitimus, regnavit ann. 1, sed imperii coronam non tulit. Hic legitur percussisse praesulem Agrippinum seu Coloniensem fuste.

Ludovicus Puer ann. 3, frater de patre ipsius Cendebuboi. Et iste fuit ultimus de germine Carolorum.

a) Tharum *ed.*

1) Chronici ex Pantheo excerpti, cuius continuationem SS. XXII, p. 368. ex editione Menckeniana repetivimus, duos postea nacti sumus codices, utrosque procul dubio in Gallia scriptos:

1) Parisiensis Lat. Nr. 4935 (olim Colb. 2940, reg. 5220), membr. s. XIII. XIV, foliis 72 constat. Fol. 63′. historia finit imperatorum his verbis: *anno vero regni Sicilie* 22 (ut editum). *Accepit postea quere residuum in ultima pagina huius libri;* sed ibi (f. 71′) pars historiae Henrici III. supra omissa legitur. Post historiam pontificum Romanorum in superiori parte fol. 67′. finientem scriptum est: *Incipit provinciale omnium prelatorum, unde nota, quod Theotonici, Gallici, Ungari, Provinciales et Siculi tenentur visitare curiam Romanam de biennio in biennium, Anglici et Hyspani de triennio in triennium, ultramarini de quadriennio in quadriennium, Apuli et Ytalici omnes singulis annis. Isti autem sunt sub Romano pontifice constituti inmediate, videlicet etc.* — f. 71. In folio 72. post ut videtur adiecto Vaticinium legitur, alibi edendum. Cf. Hist. lit. XXI, p. 668, ubi docte et diligenter de chronicis s. XIII. actum est.

2) Vindobonensis Lat. Nr. 562 (Novi 609), membr. s. XIV, formae minoris, eadem continet quae 1, ex hoc, nisi fallor, descripta. Idem esse videtur, quem Menckenius possedit et publici iuris fecit.

Lectio codicis 1. ab editione non valde differt. Recte scribitur: *libri Pantheon.* P. 368, l. 12. uterque habet: *XLV—VIII;* l. 18: *Theotonicum* 1. 2; l. 19: *pectus suum* 1; l. 34: *Tancredi* 1; l. 35: *pius* 1. 2; l. 36: *quasdam autem* 1. 2; l. 38: *comedebat* 1 *(comedat* 2*);* l. 40: *opinionem omnium* 1. 2; *p.* 369, l. 2: *Siciliam* 1. 2; l. 4. in margine add.: *De Di(y)opuldo comite* 1. 2; l. 9: *viribus* 1. 2; *Celonensis* 1; l. 10: *usque in S.* 1. 2; l. 11: *Theotonicus* 1. 2; l. 15: *comitem* 1. 2, ut Menck.; l. 17: *Bremensem* 1. 2 *(Bremen.* 1 in marg.*);* l. 22: *elegerunt* deest 1; *l.* 25: *regni nomen* 1; l. 26: *Wamat.* 1. 2; l. 29: *folsagradu* etiam 1 et 2; l. 31: *electione* 1; l. 32: *MCC* 1. 2; l. 42: *exhaustus superavit* 1, quod 2 recte emendasse videtur. Ultimam historiae pontificum partem, a Menckenio haud integre editam, Gilberti chronico adiungendam duximus, quod hic exscriptum et continuatum est. 2) A Gotifredo in errorem ductus est, qui Karolum, Ludovici Germani filium, quartum imperatorem dixit. 3) Nescio an Wido in hac inaudita nominis forma lateat. Gotifredus, quem sequitur, Karlomannum hoc loco infert.

Conradus I. regnavit ann. 16. Hic mare Illyricum et Italicos subiugavit. Gotifr.

Henricus I. ann. 17. Hic noluit[a] ferre coronam imperii.

Otho I. ann. 46. Hic cum in die paschae iudicasset quemdam militem debere interfici sine praevia ratione, miles iudicatus insiluit super eum, et prosternendo ad terram suffocasset ipsum, nisi milites regem recollegissent, qui postea militi illi indulsit et confessus est, quod, quia iustitiam ei negaverat, iuste a Domino huiusmodi contemptionem suscepit.

Otho II. ann. 26. Hic, dum Italici pacem, quam eis imposuerat, frangerent et ad invicem bella moverent, reversus est in Italiam cum furore, et convocatis apud Romam magnatibus et comitibus Italiae, capita eorum inter fercula sibi iussit exponi.

Otho III. imperator ann. 19.

Henricus II. ann. 17. Hic dicitur virgo mansisse et quod mille construxit ecclesias.

Conradus II. ann. 8.

Henricus III. ann. 17.

Henricus IV. ann. 50, natus in loco qui dicitur Guebeligner, et est cognomen omnium Henricorum. Hic dum Italicos et Germanos nimia feritate urgeret et ecclesias spoliaret et venderet, a Gregorio papa VII. anathematizatus est. Contra quem expugnandum Rodulphus Saxonicus constitutus est imperator, corona imperii sibi transmissa, in qua hic versus fuit inscriptus:

'Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho'.

Qui in guerra quam movit occisus est, et sic victor dictus Henricus excommunicatus remansit.

Henricus V, filius supradicti, ann. 18. Hic dum gestaret in Urbe coronam, Rubertus Viscardus, qui tempore turbationis factae imperio contra Henricum, patrem istius, cum suis fratribus regnum Siciliae occupaverat, ausus est incendere portam Laterani. Iste Henricus coepit Paschalem papam, qui postea refecit ecclesiam sanctorum quatuor a Ruberto Viscardo destructam.

Lotharius de gente Saxonum, qui non fuit de progenie Carolorum, imperat ann. 12. Tunc fuit schisma in ecclesia et imperio: facti sunt duo papae, Innocentius et Anacletus, et Conradus de semine imperatoris pugnabat contra Lotharium. Rex Rogerius tunc fuit coronatus.

Conradus III, de semine Carolorum, patruus Federici imperatoris, ann. 12.

Federicus I. imperator ann. 36. Qui destruxit Mediolanum et discordiam habuit cum Alexandro papa et mortuus est ultra mare.

Henricus VI. ann. 11. Hic recuperavit regnum Siciliae.

Otho IV. ann. 7. Hic depositus fuit per Innocentium, et assumptus est Fredericus II, qui nunc imperat.

GILBERTI CHRONICON PONTIFICUM ET IMPERATORUM ROMANORUM

ED. DR. O. HOLDER-EGGER.

Huius chronici codices, qui exstant, tribus classibus distribuendi sunt:

Recensionis A duos habemus codices:

1) *Cod. bibl. Universitatis Regiomontanae Nr.* 1150, *mbr. s. XIV, fol.* 129—136. *duabus columnis exaratus, quarum altera sinistra pontificum, altera dextra imperatorum seriem praebet. F.* 127. 128. *iam continet eiusdem chronici fragmentum ab initio usque ad Constantinum Magnum, capitulis pontificum et imperatorum promiscue manu saec. XIII. scriptis, cum sequente integro chronici textu plane congruens. In summo margine folii* 127. *legitur: 'Istum librum dedit frater Bartholomaeus*[1] *Sambiensis eccl. episcopus capitulo suo'. Ex hoc codice chronicon V. Cl. Guil. Arndt a.* 1863. *exscripsit.*

2) *Cod. bibl. palatinae Vindobonensis Nr.* 509 *(Hist. prof.* 661; *cf. Arch. X,* 474)[2], *mbr. s. XIV, una manu scriptus,* 36 *folia continens, praebet*

a) voluit *ed.*

1) Hic Bartholomaeus unicus huius nominis eccl. Sambiensis episcopus sedit a. 1357—1378. 2) Cf. Catal. cod. mss. bibl. palat. Vindob. I, 85.

f 25—30′. catalogum pontificum, f. 31—36. catalogum imperatorum chronici nostri, alterum post alterum ut in omnibus sequentibus codicibus scriptum. In margine inferiore f. 1. et in f. 24. vacuo legitur: 'Iste liber est monasterii S. Dorothee in Wienna'. Codicem huc transmissum ipse contuli.

Recensioni B hii codices ascribendi sunt:

1*) *Cod. bibl. Thomae Phillipps* Cheltenhamensis *Nr.* 448, *mbr.* 4⁰, 69 *fol., una manu saec. XIII. ex. vel XIV. in. scriptus. Inter varia opuscula continet fol.* 53′—56. *priori loco pontificum tum imperatorum catalogum satis negligenter exaratum. V. Cl. Pauli ex codice quaedam exscripsit, quae cum editione nostra iam confecta reciperemus, in fine tantum perpaucas varias lectiones annotavimus.*

1) *Bibl. publ.* Hamburgensis, *mbr. s. XIII. ex.*, 6 *folia continens, ex quo V. Cl. Waitz chronici maiorem partem SS. XXII, p.* 359—367. *edidit. Praebet textum multis notis ex Chronica Minore sumtis auctum, quas in nostra editione omittere placuit. Cui tamen, quia nonnullis locis lectioni classis A propius accedit, quam ceteri huius classis codices, primum locum attribuendum esse duximus.*

2) *Bibl. Universitatis* Cantabrigiensis *Nr.* 587,2 *(Dd. X,* 31*), mbr., s. XIII.*, 10 *folia continens (cf. Arch. VII, p.* 632*), praebet priori loco pontificum seriem usque ad Bonifacium IV. papam (*608—615*), sequitur series imperatorum, cui altera pars pontificum seriei inde a Deusdedit usque ad Honorium III. subiuncta est. Usi sumus apographo Oehleri.*

3) *Bibl.* Vaticanae *celeberrimus ille codex Nr.* 5001 *(cf. Arch. XII, p.* 247*; V, p.* 133. 174 *sqq.), mbr., circa a.* 1300. *exaratus, fol.* 148—162. *In eodem series paparum ab Honorio III. usque ad Bonifacium VIII. continuata est. Cum hoc codice maxime conveniunt duo sequentes Nr.* 4 *et* 5, *quos ex uno eodemque exemplari descriptos esse, ut facile cognoscatur, quamvis* 4 *et* 5 *continuationem illam catalogi pontificum nondum exhibeant. Atque quidem exemplar Vaticanum utpote ceteris duobus diligentius exscriptum in priori loco ponendum est. B. m. Pertz et Röstell, ille initium et finem, hic reliqua descripserunt.*

4) *Bibl. publ.* Parisiensis *Nr.* 4910, *mbr. fol. saec. XIV. (cf. Arch. VII,* 51*). Ex hoc codice b. m. F. H. Knust paparum catalogum paene totum, catalogi imperatorum partem posteriorem descripsit.*

5) *Bibl. publ.* Matritensis *A* 51, *mbr. s. XIII, f.* 34′—38′ *(cf. Arch. VIII, p.* 770*). Ex hoc quoque codice Knust in itinere Hispanico quaedam excerpsit, finem descripsit.*

6) *Bibl. S. Marci* Venetae *X,* 135 *(cf. Arch. XII, p.* 642*), mbr. s. XIV, in quo series paparum post Anastasium IV. a.* 1153. *iam desinit, exemplar vero ex quo hic codex descriptus est eundem catalogum non solum integrum, sed etiam deductum usque ad Gregorium IX. exhibuerat*[1]. *Initium et finem L. Bethmann contulit.*

7) *Cod.* Hannoveranus *bibl. civitatis Nr.* 264, *chart.* 4⁰, *saec. XV, exhibet fol.* 184—186. *solum catalogum pontificum continuatione usque ad Iohannem XX. auctum. Maxime cum B* 1 *convenit. Cuiusque pontificis annus electionis ab incarnatione Domini in margine ascriptus est. Codicis, qui demum editione confecta in manus nostras venit, paucas tantum varias lectiones annotavimus.*

1) Cf. prologum chronici, not. n.

8) *Bibl. Universitatis Lipsiensis Nr.* 1308, *chart. fol. saec. XV, f.* 265 —270', *praebet solum catalogum pontificum, quaedam mutata vel abbreviata sunt. Codicem accuratius descripsit V. Cl. Weiland, SS., Deutsche Chroniken II, p.* 10 *sq.*

9) *Londiniensis Musei Britann. Harl. X,* 3678, *seriem exhibet imperatorum, quam Gilberti opus facile agnoscas*[1]. *Finem ed. b. m. Pertz, SS. XVIII, p.* 409.

Recensionis C codices iam quatuor nobis innotuerunt:

1) *Bibl. Turicensis Carol. C.* 33, *s. XIII ex., mbr. fol. Exhibet continuationes catalogi pontificum usque ad Gregorium IX. papam, catalogi imperatorum usque ad Rudolfum I. regem, quibus posterior manus continuationes usque ad Nicolaum IV. papam et ad mortem Rudolfi I. regis subiunxit (cf. SS. XX, p.* 108). *V. Cl. K. Pertz codicem exscripsit.*

2) *Bibl. publ. Parisiensis Nr.* 4895 *A, mbr. fol., s. XIV, de quo in SS. XXII, p.* 17. *diligentius actum est*[2], *continet f.* 150 *sqq. chronicon nostrum cum iisdem utrisque continuationibus videlicet et priore et iuniore manu in codice praedicto Turicensi additis, easque minime discrepantes, unde exemplar Parisiense e Turicensi descriptum esse satis constat. Ex hoc cod. Paris. V. Cl. Waitz continuationes in SS. T. XXII, p.* 362 *sq.,* 367 *sq. edidit.*

3) *Bibl. publ. Matritensis X,* 151, *mbr. et chart. fol. s. XV (cf. Arch. VIII, p.* 805). *Praecedit imperatorum, sequitur pontificum catalogus; prima tantum continuatio praedictorum codicum C* 1 *et* 2 *hic subiuncta legitur, l. c. impressa, quam b. m. Knust solam ex codice exscripsit.*

4) *Cod. musei Britannici Egerton Nr.* 1944 *(cf. SS. XX, p.* 108), *a Waitzio exscriptus, qui eundem quem C* 3. *finem habet.*

Ultimo loco duo afferendi sunt codices qui Gilberti librum non tam descripserunt quam novo operi fundamentum dederunt, uterque ex recensione ad A quam proxime accedenti derivatus; quos littera D indicavimus.

1) *Cod. Parisiensis Nr.* 4910, *mbr. s. XIV, ubi post Gerardi de Arvernia chronicon exstat f.* 28'. Chatalogus Romanorum pontificum, *ita incipiens:* Beatus Petrus apostolus nacione Gallileus primum in Antiochia sedit; *sequitur chronica imperatorum:* Incipiens a Christo qui fuerat primus.

2) *Cod. Parisiensis Nr.* 12923 *(S. Germ.* 594), *chart. s. XV, in.* 4; *in fine addita sunt pontificum nomina* — Adrianus, Iohannes *XXI; sequitur catalogus episcoporum Hispanorum et Roderici Toletani Historia Gothica necnon fragmentum quod inscriptum est:* Istoria Romanorum.

Quin alii aliquot praeter hos codices mss. chronici nostri existant, vix mihi dubium est, de quibus vero diligentius perscrutari iam non operae pretium fuit[3].

Textus codicum cl. A et B his rebus inter se differunt: Numeri ordinales paparum omnesque loci, quibus, quanto tempore papalis cathedra post mortem cuiusque papae vacaverit, notatur, i. e. verba saepe repetita Et cessavit diebus etc. *semper desunt in A. Praeterea alia quoque quaedam in B addita, pauca,*

1) Omnia quae affert Pertz Gilberti sunt praeter ea quae de Nerone traduntur. Quod Pertz hunc imperatorum catalogum ex Martino Polono haustum censet, eo explicandum est, quod Martinus saepe Gilberti repetiit verba. 2) Sed numerus erronee 4825 A. impressus. 3) In indice nostro omnium scriptorum medii aevi notatum est, codicem, in quo chron. nostrum usque ad a. 1273. pertingens contineatur, asservari in bibliotheca V. Cl. Regnet, quaesitoris regi Landoviensis. Cum igitur prima continuatio seriei imperatorum codicum C usque ad a. 1273. pertingat, hic quoque codex eidem classi esse attribuendus videtur.

quae in A leguntur, in B omissa sunt. Ex fine intelligitur, recensionem A esse priorem; cum enim in prologo utriusque classis legatur: Cathalogus... pertingens usque ad Honorium tercium papam et ad Fredericum, qui nunc ad imperium sublimatur, *recensionis A catal. pont. his verbis terminatur*[1]*:* Honorius, nacione Romanus, electus fuit apud Perusium, *catal. imp.:* Fredericus inperator secundus sub Honorio coronatus fuit in basilica sancti Petri apostoli, *in B vero et de Honorio et de Friderico plura addita sunt, atque in fine catalogi pont. legitur:* Istius *(sc. Honorii)* tempore christiani Damiatam ceperunt, set Sarraceni eam postea recuperaverunt. *Recensio A igitur usque ad a.* 1220, *ut in prologo pronunciatum est*[2], *rec. B usque ad a.* 1221. *pertingit*[3]. *Medium locum inter A et B tenet cod. B* 1* *Cheltenhamensis: desunt enim numeri ordinales paparum, adsunt autem notae de vacante sede apostolica in A omissae, catalogus pontificum eundem usque ad annum et locum*[4] *atque in ceteris codd. B pertingit, in fine maxime cum B* 1 *conveniens. Atque utramque recensionem ab eodem auctore esse compositam, ex eo colligendum esse mihi videtur, quod notae de sede papali vacante in B insertae ex eodem catalogo, quo auctor in ceteris usus est, desumptae sunt*[5]. *Primo igitur auctorem circa a.* 1220—21, *secundo circa a.* 1221—23[6], *nonnullis additis, vix paucis mutatis, librum suum edidisse, credendum est. — Recensio C denique, minime ab auctore ipso edita, ex recensione B tantum orta est*[7], *multis mendis corrupta, a librario quibusdam locis omissis, quibusdam additis, aliis mendose transpositis, aliis liberius mutatis, continuatione aucta. Ac proxime quidem recensionis B codici Veneto (B* 6*) accedit, ita tamen, ut minime ex eodem, sed ex eius archetypo exemplarive quodam alio archetypi descripta esse videatur.*

Nomen auctoris chronici nostri in codicibus mss. non invenitur, sed Gilbertum quendam eiusdem esse auctorem habendum, b. m. Pertz in Annalium nostrorum t. V, 174—176. *docuit ex Martino Oppaviensi, qui chronico hoc ad suum librum componendum usus, praeter alios libros chronica Gilberti 'de gestis utrorumque (scilicet pontificum et imperatorum)' se compilasse dicit*[8]. *Istum Gilbertum fuisse Italum, intelligendum est ex ratione sua scribendi*[9] *et ex eo, quod paene nihil nisi ad res Italicas spectantia in chronico suo prodiderit. Ac plurima quidem et ex fontibus suis hausta et sua propria de ipsa Roma urbe notavit, velut de Antonio Pio imp. legitur:* Fecit enim et columpnam in Urbe, que adhuc suo nomine nuncupatur, quam modo Carolones

1) Nota tamen in cod. A 2 brevissimam continuationem subiunctam esse. 2) Fridericus coronatus est imperator a. 1220, Nov. 22. 3) Damiata recepta est a Camel soldano Aegypti a. 1221, Aug. 30. 4) Extrema verba paulo mutata haec sunt: *Istius tempore capta est Damiaita cum quibusdam aiis* (?) *a christianis. Iste in basilica sancti Petri Fredericum regem Sycilie imperatorem Romanorum coronavit.* In fine catalogi imperatorum quaedam desiderantur, desinit in cap. de Ottone IV. his verbis: *predictum in Romanorum.* 5) Attamen numeros ordinales paparum alteri quoque recensioni primum defuisse, postea sive ab ipso auctore sive ab alio quodam scriptore additos esse, ex cod. B 1* probatur. 6) Certe post a. 1221, Aug. 30. et ante mortem Honorii III. papae a. 1227, Mart. 18. 7) Desunt quidem, ut in A, aliquoties in rec. C notae de vacante papali cathedra, at in archetypo recensionis C eas fuisse insertas, a librario vel negligenter vel consulto in C omissas, satis apparet ex eo, quod et multo saepius illae notae in C inveniantur, et saepe, resecatis verbis 'Et cessavit', quae sequuntur verba 'diebus etc.' relicta sint. Veluti in B legitur: 'Iohannes I. sedit a. 2, m. 4. Et cessavit diebus 8', in C: 'sedit a. 2, m. 4, diebus 8'. Et alio loco habet B: 'Syricius sedit a. 15, m. 2, diebus 15. Et cessavit diebus 20', C: 'sedit a. 15, m. 2, diebus 20', omissis verbis: 'diebus - cessavit'. Similia vide in capp. de Celestino I, Sixto III, Benedicto I, Iohanne III, etc. 8) SS. XXII, 408. De chronicis Escodii a Martino laudatis, quae praeter Gilberti chronica solum fontem Martini nobis ignotum Pertz l. c. notaverat, cf. Weiland, SS. XXII, 392. 9) Italicam rationem scribendi maxime praebet cod. B 3, velut: *iuxit, Gagii, Alamandi* etc., et cum eo alii codices: *pasca, Pascahs, scisma, crisma, stannea, proienies, ympnos, Yspaniam, ystoria* etc.

et Malebrance maxime proienies in urbe tenent; *atque etiam in cap. de Eugenio III. papa habet cod. A 1 quidem solus*[1], *quod tamen auctorem ipsum scripsisse putandum est:* Huius tempore senatus renovatur in hac alma urbe Romana, *unde Gilbertum Romae chronicon suum composuisse, satis mihi persuasum habeo. Quis autem fuerit iste Gilbertus, omnino nobis ignotum est: floruit quidem initio saeculi XIII. in Italia ille Gilbertus magister, decretalium compilator, et Gilbertus Anglicus*[2], *monachus ordinis Praedicatorum, qui num idem ac praefatus magister fuerit etiamnunc in dubio est*[3], *quorum tamen alteri ut chronicon nostrum tribuamus, nulla certa ratione cogimur*[4], *quamvis quaedam sint causae, ut chronistam fuisse monachum ordinis S. Dominici credamus.*

De fontibus chronici iam disseruit quaedam V. Cl. Waitz, quibus pauca addenda habemus: Chronicon Gilberti non ex multis libris concinnatum, sed paene totum ex uno fonte haustum esse videtur. Catalogus enim pontificum et imperatorum maxime et cum Cencii[5] *et cum Annalium Ceccanensium*[6], *Gotifredi Viterbiensis*[7] *ac potissimum cum eiusdem codicis D* 1, *Tiburtino*[8] *et Basileensi*[9] *catalogo convenit, ita ut ex eodem fonte, quo hi usi sunt, Gilberti catalogum esse sumptum, luce clarius appareat. Atque in Cencii catalogo insunt notae Romanae, Annales Ceccanenses vero ex Casinensibus fluxisse satis constat*[10], *Catal. Tiburtinus et Basileensis denique praebent et plurimas notas Casinenses, quae in Ann. Cecc. et Casin. leguntur, et multas notas Romanas, quae apud Cencium et Martinum Oppaviensem*[11] *inveniuntur: Gilbertum igitur, quia easdem utrasque notas exhibet, catalogo ex Romano et Casinensi compilato, fortasse eodem ex quo Cat. Basil. et Tiburt. hauserunt, usum esse colligendum est. Deinde multa praebet Gilbertus cum Gotifredo ad verbum congruentia, nonnullis tamen locis Gotifredi fontibus Nicephoro, Libro pontificali, Historiae Romanae Pauli vel Miscellae, Isidoro, Ottoni Frisingensi propius accedit, quaedam ex his et Iordane sumpta solus exhibet, quorum tamen librorum ipsum ne uno quidem, potius brevi chronico ex his compilato usum esse credendum est. In initio catalogi pontificum quaedam ex Petri Comestoris Historia scholastica transsumpta sunt. — Multi loci chronici nostri in solo Catal. Basileensi inveniuntur ad verbum convenientes, ita ut aut auctorem chronici Basileensis nostrum prae oculis habuisse, aut, quod mihi multo probabilius est, utrumque ex eodem fonte hos locos hausisse putandum sit, quod si rectum est, Gilberti chronicon paene nihil nisi excerptum illius chronici habendum est. Atque omnino nullius est pretii, nisi quod posteriores quidam chronographi eodem ad sua opera concinnanda usi sunt, ut Albertus Stadensis*[12], *Martinus Oppaviensis, Chronographus Saxo (Sächsische Weltchronik), qui totum Gilberti catalogum pontificum in Theutonicam linguam conversum libro suo subiunxit*[13]*; fortasse iam quaedam ex eo*

1) Ceteri codices omittunt vocem *hac.* 2) Cf. Quétif et Echard, SS. ord. Praedicatorum I, 21. 24. 3) Cf. F. v. Schulte, Geschichte der Quellen und Literatur des kanonischen Rechts I, p. 188. 4) Gilbertus magister compilationem suam decretalium primo iam a. 1201. vel 1202, iterum ampliatam a. 1204. vel 1205. edidit (cf. F. v. Schulte, Die Compilationen des Gilbert und Alanus, in Sitzungsber. d. phil.-hist. Klasse d Wiener Akad. d. W. 1870, Bd. 65, p. 603), quare chronicon nostrum illum suo operi subnexuisse, ut saepe legum collectionibus brevia chronica subiungebantur, nullo modo credi potest. Ac nostrum fuisse Anglicum, nullum indicium reperire possis, cum ne semel quidem Anglorum in chronico mentio fiat. 5) Integer Archiv XII, 68—77 editus, posteriorem partem v. supra p. 102 sqq. 6) SS. XIX, 277 sqq. 7) SS. XXII, 282 sqq. 8) SS. XXII, 353—358. 9) infra impresso. 10) Cf. F. Hirsch, Forschungen VII, p. 109 sqq. 11) Cf. L. Weiland, Archiv XII, p. 19 sqq. 12) Cf. quae Lappenberg, Archiv VI, 744 sqq. et in praefatione editionis suae SS. XVI, 278, notavit, ex quibus colligendum est, Albertum codice Gilberti nostro B 6 simillimo, ex quo codices classis C fluxerunt, usum esse. 13) SS., Deutsche Chroniken II, p. 265 273. Cf. quae ibidem V. Cl. Weiland p. 28. et 43 sq. disseruit.

pro libro suo mutuatus est; atque hi omnes codices classis B prae oculis habuerunt.

In edendo chronico hanc rationem secuti sumus, ut codicibus recensionis A et praecipue cod. A 1 pro fundamento utentes, quae in B addita sunt uncis includeremus, quae in C addita vel mutata sunt in notis collocaremus; varias lectiones eas potissimum notavimus, quibus diversae recensiones et codicum classes inter se differunt, errores styli lectionesque singuli codicis plerumque omittentes. Rationem scribendi codicis B 3 plurimum sequi placuit. Nonnullas notas ex editione V. Cl. Waitz litteris nominis appositis transsumpsimus.

Berolini, mense Iulio 1876. *O. Holder-Egger.*

[Incipit[a]] cathalogus[b] sive cronica omnium pontificum et imperatorum Romanorum, ubi anni et menses[c] et dies eorum[d] ponuntur et notabilia[e] facta eorum, et[f] distinguitur, quis imperator[g] sub quo papa[h] sedit[i]. Incipiens a Christo, qui fuit primus et summus pontifex[k], et ab Octaviano[l] Augusto, qui eius tempore imperavit, et[m] pertingens usque ad Honorium[n] tercium[o] papam et ad Fredericum, qui[p] nunc ad imperium sublimatur[q].

Apostolici[r].

Gotif. — Dominus noster Ihesus Christus primus et summus pontifex sedit in hoc[u] mundo annis 32[v] et mensibus 3, iuxta illud euangelium[y]: *Ihesus erat incipiens quasi annorum triginta*[z] (Petr. Com. Luc. 3, 23.), id[a] est tricesimum[b] annum inceperat, tredecim[d] tantum[e] diebus eiusdem anni peractis, quia eodem die[h] revoluto anno convertit aquam in vinum. Et in sequenti pasca incarceratus est Iohannes, et in alio pasca sequenti decollatus est, et[k] in tercio pasca, id est tricesimi[n] tercii anni, passus est Dominus. Et ita vixit 32 annis integris et de tricesimo tercio quantum[q] fluxit a natali usque ad pasca, quod pro dimidio anno computatur. Sunt igitur anni ab Adam usque ad ortum[s] Salvatoris quinque milia centum nonaginta[t] novem, a[u] condicione vero Romane urbis[v] septingenti novem[2], ut[w] ait Paulus dyaconus in ystoriis Romanorum.

Gotif. — Petrus[x] [primus[y]] apostolus post passionem Domini tenuit sacerdotalem cathedram in partibus Orientis annis quatuor, ubi primam missam[c] celebravit dicendo solummodo: *Pater noster*; in Anthiochia vero[f] annis 8. (Ann. Cecc. Cat. Cencii) Deinde venit Romam, ibique sedit in papatu annis 25, mensibus[g] 7, diebus 8. Hic quarto Neronis anno Rome cum Paulo martirio coronatur.

Ann. Cecc. — Linus[m] I[n], nacione Tuscus, sedit annis 11, mensibus[p] 3, diebus 13[q]. Hic constituit, ut mulier velato capite intret[r] ecclesiam pro divinis audiendis.

Cesares[s].

Ann. Cecc. — Octavianus Augustus imperavit[t] ante nativitatem Christi annis 42[w] et[x] nato Christo annis 14. Iste (cf. Hist. Rom.) totum mundum in unam redigens monarchiam, in literarum studiis nimis vixit[c] intentus, et in omnibus bonus[f] fuit, preter[g] quod libidini libenter intendebat. Tandem interfectores Iulii Cesaris, patrui[i] sui, punivit.

Ann. Cecc. — Tyberius[l] tempore Ihesu Christi imperavit[m] annis 18[o]. Iste fuit privignus Octaviani et magnus (Hist. Rom.) vini potator, unde[p] quia Claudius Liberius[1] Mero ob ludibrium vocabatur. Prudens, sapiens[r] et fortunatus, (Ann. Cecc.) set insidiosus extitit et crudelis. Vixit tamen post mortem Christi annis quinque.

Ann. Cecc. — Gayus tempore Petri [imperavit[z]] annis 3[a], mensibus 10. (Hist. Rom.) Iste sceleratissimus duabus sororibus stupra[b] intulit, ex una quarum[d] filiam sibi natam [carnaliter[e]] cognovit.

Nero[3] tempore Petri imperavit annis 14. Iste (Hist. Rom. cf. Isid.) pessimus Romanum imperium minuit[h] et senatum destruxit; matrem et sororem et magistrum interfecit, et christianis primam intulit persecucionem.

Iord. chron. — Galba in Ybernia[4], Vitellus in Germania, Otto[i] Rome[k] imperium regentes, per annum sese[l] interfecerunt.

Ann. Cecc. — Vespasianus tempore Lini imperavit annis 9[o], mensibus 11. Iste optimus imperator fuit.

Titus tempore Lini et Cleti imperavit annis 3.

a) *deest* A. b) prologus B 3. 4. 5. 6. c) dies et mens. B 3–6. d) *deest* A 1. e) et *add.* A 1. f) eorum distinguntur A 2. g) *deest* A. h) inperatore A. i) incepit C 1. k) *deest* B 6. C 1. l) imperatore *add.* A 2. m) *deest* B. n) Innocentium papam IIII. A 2; Gregorium nonum B 6. C 1. o) p. t. A. p) qui — sublimatur *des.* A 2, *pro quibus add.* imperatorem; qui iam regnat C 1. q) sublimavit B 3; et obiit anno Domini 1250. in civitate Messana *sec. m. add. in marg.* C 1. r) *ita* A 1. s) *ita* A 1; Incipit series imperatorum B 3. 4. 5. t) *deest hic, legitur post* Christo A 1. u) *deest* B 2. v) 30 B 2. w) 13 C 1. x) et — 14 *des.* A 2. C 1. y) euangelicum B 3—6. z) 31 A 2. a) id est *des.* A 2. C 1. b) tric. primum A 2; unum tric. C. c) fuit A 1. d) 4 B 1. e) minus C 1; *deest* B 1. f) prudens A 2; f. b. A 1. g) preterquam C 1. h) *deest* C 1. — a. rev. C 1. i) patris B 5; patris *add.* B 3; avunculi A 1; p. s. I. C. A 2. k) etiam B 1. l) De Tyberio *atque tales indices capp. semper praebet* B 3. m) *deest* A 1. n) 32 annis peractis C 1. o) 19 A 2. p) unde quia *des.* A 1. q) conputati temporis *add.* A 2. r) et sap. fuit A 1. s) annum A 2. t) viginti A 1. u) a cond. – novem *des.* A 2. B 2; a condito vico R. B 1. v) civitatis B. C 1. w) et A 2. x) De Petro apostolo *inserunt* B 3. 4. 5. y) *deest* A. z) *deest* A. a) 3 mens. *des.* A 2. b) stuprum B 2. c) *deest* A 1. d) quaque A 2. e) *deest* A. f) *deest* B. C 1. g) mens. — 8 *des.* C 1; m. 7 *des.* B 1. h) munivit B 2; *deest* B 3. i) octo annis B 2. 3. k) Romanum A 2. B 2. 3. l) interficiuntur A 1; sese interficitur A 2. m) De Lyno pontifice *ac tales indices capitulorum semper ins.* B 4. 5 *usque ad Gaium papam*, B 3 *usque ad finem.* n) *numeri ordinales paparum semper desunt* A. o) 8 A 1. p) mens. — 13 *des.* A 2 *spatio vac. rel.* q) 10 A 1. r) e. i. A 1; i. in e. B 2. 5; intraret e. C 1.

1) *Caldius Biberius Mero* Paulus diac. 2) Anni ab Adam usque ad Chr. n. fluxi apud Paulum diac. non inveniuntur, ab Urbe condita habet annos 752. 3) Claudius imperator omissus est. 4) Ybernia pro 'Yberia' auctor perperam scripsit.

cf. Lib pont. — Cletus I, nacione Romanus[a], sedit annis 11, mense uno. [Et[c] cessavit papalis cathedra 20 diebus]. Hic ex precepto beati Petri 25 presbiteros ordinavit.

Ann. Cecc. Gotif. — Clemens I[f], nacione Romanus, sedit annis 9, mensibus 2. Hic, quamvis a beato[h] Petro esset electus, tamen coegit Linum et Cletum[i] ante se pontificari; et ita est ipse primus post[l] Petrum per[m] electionem, tercius vero per[n] gradum.

A. Cecc. cf. L. p. — Anacletus[p] I, nacione Atheniensis, sedit annis 9, mensibus 2, diebus 10[r]. Hic constituit, ut clericus nec comam nec barbam nutriat.

Cat. Cencii. A. Cecc. — Euaristus I, nacione Grecus, sedit annis 10, mensibus 7[y], diebus 2. [Et[z] cessavit 19 diebus]. Hic constituit dyacones septem, qui custodirent[a] episcopum propter[b] stilum erroris.

Ann. Cecc. Gotif. — Alexander I, nacione Romanus, sedit annis 8, mensibus 5[c], diebus 2. [Et[d] cessavit diebus 21[e]]. Hic addidit in missa: *Qui pridie quam pateretur* et cet.*

cf. L. p. — Sixtus[f] I, nacione Romanus, sedit annis 10, mensibus 3, diebus 25. Hic addidit[g] in missa: *Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus*[h] et cet.

Ann. Cecc. Gotif. — Teleforus[i] I, nacione Grecus, sedit annis 11, mensibus 3[l]. Hic constituit, ut quadragesima fieret ante pasca, et in natali [Domini[o]] tres missas celebrari[p] cum *Gloria in excelsis Deo*[q].

Cat. Cencii. Ann. Cecc. — Yginus[a] I, nacione Grecus, sedit annis 4, mensibus 6[c], diebus 7[d]. [Et[e] cessavit diebus 3]. Hic clerum composuit et gradus[i] distribuit.

Cenc. cf. A. Cecc. — Anicius[l] I, nacione Romanus[1], sedit annis 8, mensibus[m] 3[n], diebus 3. [Et[o] cessavit diebus 15]. Hic constituit, ut clerici habeant[p] coronas in modum sperule[q, 2].

A. Cecc. cf. Gotif. — Pius I, nacione Aquilegensis, sedit annis 9[r], mensibus 4, diebus 21[s]. [Et[t] cessavit diebus 14[u]]. Isti ab angelo nunciatur, quod[v] pasca[w] die dominico celebretur[x].

Cenc. cf. A. Cecc. — Sother[y] I, nacione Campanus, sedit annis 11, mensibus 3, diebus 21[a]. [Et[b] cessavit diebus 21]. Hic constituit, ut monacha[d] velum portet.

Iste bonus fuit[b] et largus, qui Ierusalem cum patre suo Vespasiano subvertit, ut ait Paulus [dyaconus[d]] in ystoriis[e] Romanorum.

Ann. Cecc. Hist. Misc. — Domicianus tempore Cleti et Clementis imperavit annis 13[f*]. Iste frater Titi fuit, in initio[g] bonus, set in fine pessimus; qui secundam post Neronem christianis[k] intulit persecucionem.

A. Cecc. Gotif. — Nerva tempore Clementis et Anacleti imperavit anno 1, mensibus 3. Iste omnia, que Domicianus fecerat, dampnavit; inde[o] est, quod beatus Iohannes euangelista per hunc ab exilio revocatur.

A. Cecc. H. M. — Trajanus tempore Anacleti et[q] Euaristi imperavit annis 19. Iste prudens[s] et bonus et[t] rem publicam auxit, et columpnam Rome fecit, que[u] adhuc[v] suo nomine Traiana vocatur. Tandem non per se, set[w] per consiliarios suos terciam christianis iussit[x] inferri persecucionem.

A. Cecc. cf. H. M. et Isid. — Adrianus tempore Euaristi, Alexandri et Sixti imperavit annis 21. Iste in omnibus gloriosus leges multas condidit et Iudeos sibi subiugavit, qui Ierusalem a nomine suo Heliam vocari[b*] iussit.

A. Cecc. cf. H. R. et Misc. — Antoninus Pius cum[k] filiis suis tempore Theleforі[m] et aliorum imperavit annis 22[n], mensibus 3. Iste, gener Adriani et in filium adoptatus, in omnibus extitit[r] gloriosus. Erga christianos pius[s] fuit, erarium[t] opulentum[u] reliquit et rem publicam ampliavit[v]. Fecit enim et columpnam in Urbe, que adhuc suo nomine nuncupatur[w], quam[x] modo Carolones[y] et Malebrance[z] maxime proienies in Urbe tenent.

Cenc. cf. Iord. cf. Hist. Misc. — Marcus Anthonius Verus cum fratre[b] suo Aurelio Lucio[f] Commodo[g], tempore Ygini[h] et aliorum imperavit annis 19. Hinc[k] incipit alma Urbs duos imperatores habere. Iste Marcus optimus fuit; tandem a suis mota est persecucio.

H. R. — Commodus[z] Aurelius cum Lucio Anthonio, tempore Sotheris pape et Eleuteris[c] imperavit annis 13. Iste nil boni fecit, nisi quod contra Ger-

*) Hic etiam statuit exorcismum salis et aque *addit* A 1.

a) Tuscus C 1. b) et l. f. A 2. c) *uncis incl. des.* A. d) *deest* A. e) hystoria A 2. f) I. *deest* A; III. B 3. 4. 5. f*) 14 A 1 g) primo A 2; in *deest* B 2. h) *deest* A 1. i) electum B 3. k) p. chr. int. A 1. l) beatum *add.* A 2 m) per elect. *des.* C 1. n) post salvatorem B 4. o) indeque (est quod *des*) A 2. p) Nactecus A 2; Heracletus B 4. q) *deest* B 2. 3. r) 11 B 3. 7. C 1; 12 B 2. s) b. et pr. B 3. t) *deest* B. u) quod A 2. v) s. n. adh B 3. w) hoc B 2. x) intulit A 2; iuxit B 3 *saepius*. y) 8 B 2. z) *uncis incl. des.* A. C 1. a) custodiunt A 2. — episcopos B 4. b) *deest* C 1. — stillum B 3. 4. b*) vocavit A 1. c) 3 d... B 3; d. 2 m. 6 B 2. d) *uncis incl. des.* A. e) 22 B 3. 4. f) *totum cap. deest* B 3. 4. g) constituit B. C 1. h) Sabaoth *add* B 2. i) *ita* A 1 B 2; Heleoferus A 2; Zephirus C 1. k) cum — suis *des.* A 2; suis *deest* A 1. l) 11 B 2. C 1. m) Thelefii B 3; Theleofori A 2. n) 12 A 2. o) *deest* A. B 7. p) *deest* C 1. q) *deest* A 1. r) existit B 2. s) peius B 2. t) erraucium A 2. u) opulentatum B 2. v) ampl. — col. *des.* B 2. w) Traiana vocatur B 3. x) q. modo *des.* A 2 y) Carlones A 1; Carbones A 2. B 2. z) Malabrance B 2; Malabrante B 3; Milabrante A 2. a) Iginius A 1; Signius A 2; Eugenius C 1. b) fr suo *des.* A 1; suo *deest* A 2. c) 6 dieb. *des.* A 2. d) 6 A 1; *deest* C 1. e) *uncis incl. des.* A. f) layco A 2. g) quomodo B 2. h) Egini B 3. i) gradum A. k) Hunc A 1; Nunc A 2. B 3. l) Asticius A 2; Anicetus B 7. C 1. m) m. 3 *des.* C 1. n) et *add.* A 1. o) *uncis incl. des.* A. p) haberent B. C 1. q) specule A 2. r) 8 B. C 1; 13 B 4. s) 19 A 1; 21 A 2. t) *uncis incl. des.* A. u) 24 B 4. C 1. v) ut B. C 1. w) dies pasce die C 1. x) celebraretur A 2. y) Lother A 2; Sotherus B 4. z) *totum cap. deest* B 3. a) 6 A 2; 30 C 1. b) *uncis incl. des.* A. B 7. C 1. c) Eleutherii A 2. B 3. d) monachi v. portarent A 2.

1) *natione Syrus* Cat. Cencii, Ann. Cecc. 2) i. e. sphaerulae.

A. Cecc. cf. Gotif. D 1 — Eleuther[e] I, nacione Romanus[1], sedit annis 15, mensibus 6, diebus[g] 5. [Et[h] cessavit diebus 6]. Hic fecit[l] regem Britanie christianum.

Victor I, nacione Affer, sedit annis 10, mensibus 2[n], diebus 10. [Et[p] cessavit diebus 12]. Hic constituit[q], a 14. luna [Marcii[t]] usque ad 20.[u] diem[v, 2] pasca[w] Domini posse[z] celebrari. (cf. L. p.)

A. Cecc. — Zefferinus[b] I, nacione Romanus, sedit annis 9, mensibus 6, diebus[d] 10. [Et[e] cessavit diebus 6]. Hic[f] constituit, ut omnia vasa essent vitrea. (Gotif.)

A. Cecc. — Kalixtus I, nacione Romanus, sedit annis 5, mensibus 2, diebus 10. [Et[i] cessavit diebus 6]. Hic constituit ieiunia quatuor temporum.

Cenc. — Urbanus[l] I, nacione Romanus, sedit annis 14, mensibus 11, diebus 13. [Et[m] cessavit diebus 30]. Hic constituit, ut omnia[p] vasa altaris essent aurea vel argentea vel saltim stannea[r]. (Gotif.)

Poncianus I.[s] sedit annis 5, mensibus 2, diebus 2. [Et[v] cessavit diebus 10]. Hic[w] fuit portatus in[x] exilio in insula[y] Sardinie. (cf. L. p.)

Cenc. Gotif. — Antherus[b] I.[c] sedit mense[d] uno, diebus 15. Hic constituit, ut episcopi de sede in sedem possint transferri, et ut gesta martirum scriberentur[h].

Cenc. Gotif. — Fabianus I, nacione Romanus, sedit annis 13[k], mensibus 11[m], et [cessavit[n]] diebus 11. Hic constituit, ut omni[o] anno in cena Domini crisma[p] ab[q] episcopo consecraretur[r].

Cenc. cf. Gotif. — Cornelius I, nacione Romanus, sedit annis 3[w], mensibus 2, diebus[y] 10. Hic constituit, ut[z] sacerdotes, si vellent, pro certa causa possent iurare.

Gotif. A. Cecc. — Lucius I, nacione Romanus, sedit annis 3[c], mensibus 3[e], diebus 3. Hic constituit, ut duo presbiteri et tres dyaconi semper sint cum episcopo

Stephanus I, nacione Romanus, sedit annis 4[g], mensibus 2, diebus 15. Hic constituit, ut vestes[h] sacre ad cottidianos usus non[i] haberentur. (cf. L. p.)

Cenc. — Sixtus II[k], nacione Grecus[l], sedit annis 2[m], mensibus 11. Hic constituit, ut missa celebraretur[n] super altare.*

Euticianus I[o, 5], nacione Tuscus[p], sedit annis 8, mensibus 10, diebus 4[s]. [Et[t] cessavit diebus 13]. Hic (cf. Gotif.)

manos feliciter pugnavit. Fuit enim nimium[a] luxuriosus, et multos interfecit senatores et Salvium[b] Iulianum legislatorem[c]. Tandem ab uxore veneni poculo mortuus[d] est.

A. Cecc. Iord. et H. M. H. R — Helius[f] Pertinax et Severus tempore Eleutherii[i], Victoris et[k] Zefferini imperavit annis 19. Iste nimis[m] equissimus non sponte suscepit imperium. Obsecrante enim senatu, uxorem et filios[o] augustos vocari precepit[r]. Tandem sedicione[s] pretorianorum militum et Salvii[x] scelere vulneribus[y] obtruncatur[a].

A. Cecc. Iord — Anthonius[c] Caracalla tempore Zefferini et Kalixti imperavit annis 7. Iste fuit filius Severini[g] imperatoris, et piissimus[3] homo fuit.

A. Cecc. cf. H. R — Macrinus[h] tempore Kalixti imperavit anno uno. Iste cum filio suo[k] ob invidiam trucidatur.

A. Cecc. H. R — Alexander[4] tempore Urbani et Ponciani [pape[n]] imperavit annis 13. Iste ab exercitu cesar[o], a senatu[q] dictus est augustus. Persas in bello vicit; qui tandem aput Magunciam decollatur.

Cenc. cf. H. M — Maximinus[t] tempore Ponciani, Antheros[u] et Fabiani imperavit annis 13. Iste primus ex corpore militari factus est[z] imperator, non consenciente[a] senatu. Bellicosissimus fuit et[e] prudens in omnibus, qui[f] Germanos[g] superavit et Parthos.

A. Cecc. H. R — Gordianus tempore Fabiani imperavit annis 6[i]. Iste interficitur fraude Philippi sequentis[l] imperatoris.

A. Cecc. — Philippus cum filio suo Philippo tempore Fabiani imperavit annis 7[s]. Iste fuit primus[t] imperator christianus cum filio suo[u] per Fabianum papam[v].

cf. H. R — Decius[x] tempore Cornelii imperavit anno uno. Iste in omnibus malus septimam[a] dedit [christianis[b]] persecucionem.

A. Cecc. — Gallus cum Volusiano tempore Cornelii[d] et Lucii imperavit annis 2, mensibus 3.

Valerianus[f] cum filio suo Galieno tempore Lucii et Stephani et aliorum imperavit annis 15.

Claudius tempore Euticiani[q] imperavit[r] anno 1, mensibus 9[u].**

*) Huius eciam temporibus fuit beatus Laurencius *add.* B 7.

**) Et iste Gothos vicit *add.* B 2.

a) nimis A 1. b) Calvium A 1; salvum B 3; salvavit A 2. c) elegit latorem B 3. d) interiit A 1. e) Eleutherius C 1. f) Helinus B 2; Elius B 3. g) d. 5 *des.* C 1. h) *uncis incl. des* A i) Eleutherii A 2. B 2. 3. k) *deest* B. l) Lucium *sec. m. add.* C 1; r. Br. chr. f. B 2. m) minus enquissimus B 2. n) 2, diebus *des.* C 1. o) filium B 2. p) *uncis incl. des.* A. q) ut *ins.* A 1; a *deest* A 2. r) *deest* A. s) sedicionem precomanorum A 2. t) *deest* A; usque *deest* B 2. u) 30 B; 21 B 7. C 1. v) dies A 2; *deest* B. C 1. w) pasche B 2; Domini *deest* B 2. x) Calvii A 1; Savini A 2; Salvi B 2; salvum B 3. y) muneribus B 2. z) posset A 1; *deest* C 1. a) etruncatur B 3. b) Gofferinus A 2. c) Antoninus B 2; Anthonominus B 3. d) d. 10 *des.* C 1. e) *uncis incl. des.* A. f) Hic — diebus 6 *seq. cap. des.* B 3. 4. g) Zepheri B 2; Severi *recte Mart.* h) Maternus A 1; Atrinus A 2; Martinus B 2. i) *uncis incl. des.* A. k) ob inv. c. f. B, *ubi* suo *deest.* l) *cap. de Urbano praecedit Kalixto I.* A 2. m) *uncis incl. des.* A. C 1. n) *deest* A; Athelos *add.* B 2. o) cesaris et B 2. 3. p) v. a. o. B 2. q) consenatu A 2. r) *ita* A 1. B 7; stagnea *ceteri.* s) nacione Romanus *add.* C 1. t) Maximianus B 3; Maxinius B 2. u) Antheris A 1; Athetos B 2. v) *uncis incl. des.* A. C 1. w) Hic — Sardinie *des.* B 2. x) in ex. *des.* A 2. y) insulam B 3. 4. z) cesar sive *ins.* A 1. a) consensu senatus A 2. b) Eutherius A 2; Antheros B. C 1. c) nacione Romanus *add.* C 1. d) annis 7 C 1. e) *deest* B 2. f) *deest* B 2. g) suos *add.* A 2. h) describerentur A 2; scribantur C 1. i) 5 A 2. k) 14 B 2. 7. l) *deest* B 3. m) 9 C 1. n) *deest* A. o) *deest* B 3. p) *deest* B 3. q) per episcopum C 1. r) consecretur B 4. C 1; consecratur B 2. s) 8 A 2. t) *deest* A 1. u) *deest* A 1. v) *deest* A 1. w) *deest* B 3; annis 3 — sedit *seq. cap. des.* B 2. x) imperator *add.* A 2. y) d. 10 *des.* C 1. z) *deest* A 2. a) septem d. persecuciones A 2. b) *deest* A. c) 4 B 4. d) Cornelii et *des.* B 2. e) 2 C 1; d. 3 *des. ib.* f) Valerius A 2. g) 3, mense uno A 2. h) vestrae B 4 i) u. cohaberentur A 2. k) II *deest* A, *ut omnes num. ord. paparum.* l) Romanus A 2. m) 3 B. C 1. n) s. a. c. A 2. o) Lucianus A 2. p) Grecus B 3. 4. q) Euaciani A 2; Euciani B 2. r) imp. — Gaii *seq. cap. des.* B 3. s) 15 B; 5 B 7. C 1. t) *uncis incl. des.* A. u) 10 A 1.

1) *Grecus* Cat. Cencii, Ann. Cecc. 2) Lib. pont. ed. Vignolius I, 35: *Hic fecit constitutum, ut a* 14. *luna primi mensis usque ad* 21. *diem dominicum custodiatur sanctum pascha.* 3) Martinus Opp. hunc locum ex Gilberto transsumens rectius scripsit: *pessimus homo.* 4) Ante hunc omissus est Antonius Heliogabalus imp., quem Cencius et Ann. Cecc. habent. 5) Dionysius et Felix I. papae hic omissi sunt, quapropter sequentium Felicium numeri ordinales falsi sunt.

constituit uvas[a] et fabas et fruges [a[b] sacerdote] benedici.

Cenc., Gotif. Gayus I, nacione Dalmaciensis[g], sedit annis 11, mensibus 4, diebus 15[h]. [Et[i] cessavit diebus 11]. Hic constituit ordines clericorum, scilicet[m] hostiarium, cf. L. p. lectorem[p], exorcistam et reliquos[q].

Cat. Cenc. A. Cecc. Marcellinus I, nacione Romanus, sedit annis 7, mensibus 2, diebus 21[y]. [Et[z] cessavit annis 7, mensibus 6[b], diebus 20[c]]. Hic[a] conpulsus a Dyocleciano thurificavit[e] ydolis, de quo peccato[f] postea penituit coram 190[g] episcopis.

Cenc. cf. L. p. et Gotif. Marcellus I[h], nacione Romanus, sedit annis 6[i], diebus 22. Hic constituit 25 cardinalatus[m] in urbe Roma[o] propter baptismum et hominum[p, 3] sepulturas[q].

Cenc. Gotif. Isid. Eusebius I, nacione Grecus[t], sedit annis 2[u], mensibus 2, diebus 20. [Et[x] cessavit diebus 7[y]]. (Istius[z] temporibus[c] inventa est crux Domini[d] ab Helena, matre[e] Constantini inperatoris).

Cenc. A. Cecc. cf. Gotif. Melchiades I, nacione Affer, sedit annis 3, mensibus 6[l], diebus 8. [Et[m] cessavit diebus 13]. Hic constituit die dominico non ieiunandum[o].

A. Cecc. Gotif. cf. L. P. cf. Niceph. Silvester I, nacione Romanus, sedit annis 23, mensibus 10[s], diebus 11. [Et[t] cessavit post[u] mortem eius papalis cathedra diebus 15]. Hic baptizavit Constantinum imperatorem et a lepra mundavit, et primam synodum in Nycena Bithinie[y] celebravit[z] cum 318[a] patribus, ubi multa decreta constituit. — Sunt igitur anni ab incarnacione Domini usque ad primum[e] annum pontificatus[f] beati Silvestri 316, [dies 20[g]].

Gotif. A. Cecc. cf. L. p. Marcus I, nacione Romanus, sedit annis 2, mensibus 8[k], diebus[l] 20[m]. Hic constituit, ut episcopus Hostiensis, qui[o] Romanum pontificem consecrat, pallio uteretur.

cf. A. Cecc., Cenc. A. Cecc. Iulius[s] I, nacione Romanus, sedit annis 2, mensibus 2, diebus 6. [Et[u] cessavit diebus 15]. Hic constituit, ut[v] nullus clericus ageret causam in publico nisi in ecclesia.

Cenc. Liberius[w] I, nacione Romanus, sedit annis 10, mensibus 7, diebus 7[y]. [Et[z] cessavit diebus 21[a]]. Hic constituit coniugium a sacerdote benedici[b].

Aurelianus tempore Euticiani[c] et Gaii[d] Iord. imperavit annis 5. Iste[e] Gothos vicit[f] iuxta Danubium.

A. Cecc. Tacitus[k] tempore Gaii imperavit[l] mensibus 6. Iste[n] [imperator[o]] egregius fuit.

Probus tempore Gaii imperavit annis 3, mensibus 4. [Iste[r] duos vicit reges].

Florianus[s, 1] tempore Gaii imperavit[t] anno 1, cf. H. M. diebus 20. [Huic[u] incisis[v] venis, occiditur].

Cenc. Isid. Carus cum[w] filiis suis[x] Carino et Numeriano tempore Marcellini imperavit annis 21[a]. Iste de Persis triumphans ictu fulminis[d] periit.

Cenc. cf. H. M. Dyoclecianus et[k] Maximianus tempore Marcelli imperavit annis 20 cum Constantino et Licinio[n]. Iste Dyoclecianus, obscure[r] natus, persecucionem christianis per[s] 10 annos intulit. Tandem veneno periit.

Gotif. Valerius[v, 4] cum Constancio[w] et Licinio tempore Eusebii pape[a] imperavit annis 2. Iste Constancius[b] Yspaniam[f] subegit, et filiam regis Britanie nomine[g] Helenam duxit[h] in uxorem, de qua genuit[i] Constantinum Magnum.

A. Cecc. cf. Const. ps. priv. Constantinus imperator, sub[k] Eusebio papa, Melchiade[n] et Silvestro, imperavit annis 30, mensibus 10, diebus 11[p]. Iste, devictis Maxencio et Licinio[q], Maximo et Severo imperatoribus, a[r] Silvestro papa causa[v] mundandi a lepra baptizatus[w] est et mundatus, unde omnes imperiales dignitates ei concessit, et ipse[x] [postea[b] Maxencio depulso in[c] Alexandriam] Constantinopolim transiit[d]. [Unde[b] evenit, quod in contemptu Dei et Constantini fuerunt in Alexandria multi christiani a Maxencio decollati, et maxime beata virgo Catherina].

Constantinus[h], filius Constantini, cum Constancio[i] et Constante fratribus, sub Marco, Iulio et Liberio[n], imperavit annis 15[p]. Hiis fratribus[q] dimicantibus Romane[r] vires consumuntur. Postea solus Constantinus[t] triumphans imperium tenuit et christianus fuit.

A. Cecc. cf. H. M. Iulianus tempore Liberii[x] et Felicis imperavit annis 2, mensibus 8. Iste nepos Constantini Magni fuit, qui tantum imperium concupivit, ut eciam[c]

a) ut gentes uvas fabas et fruges comedant in quadragesima et aliis ieiuniis C 1. b) a sac. *des.* A. B 7. c) Euaciani A 2; Euciani B 2. 3. d) Gagii B 3 *semper.* e) Iste — Danubium *des.* A 2. f) i. D. v. A 1. g) Dalmacenus A 1; Dalmacianus C 1. h) 14 A 1; 10 A 2. i) *uncis incl. des.* A. C 1. k) Cacius B 2. l) *deest* A 1. m) seu B 4. n) Iste — fuit *des.* A 2. o) *deest* A 1. p) lectores, hostiarios, exorcistas A 1; lect. clericum et exorcistum A 2. q) acolitos A 1; cetera A 2. r) *uncis incl. des.* A. s) Plorianius A 2. t) *deest* A 1. u) *uncis incl. des.* A. v) excisis B 2. w) C. filius Carini cum Num. A 2. x) *deest* A 1. y) 15 C 1. z) *uncis incl. des.* A. a) 20 B 2; *deest* B 3. b) *deest* B 3. c) 15 B 2. d) fluminis A 1; in flumine A 2. e) sacrificavit B 2; thuri sicabit ydolis B 4. f) *deest* B. C 1. g) 180 B 3. 4; 130 B 2; scilicet 90 C 1. h) II. C 1; *deest* A. i) 7, dieb. 17 A 2. k) et Max. *des.* B 2. l) et aliorum *add.* A 1. m) cardinales A 1. B 2; cardinalitates C 1. n) Lycino A 2; hiavio B 2. o) *deest* A 1; Rome B 3. 4; Romana C 1. p) omnium A 2. q) sepulturam A 1. B 2. r) obscuro matrimonio A 2. s) 10 annis (per *deest*) A 1. t) Grecus — nacione *seq. cap. des.* C 1. u) 5 A 2. v) Valerianus B 2. 3. w) Constantino A 2. B 2. 3. x) *uncis incl. des.* A. y) 17 B 3; 12 B 4. z) *uncis incl. des.* B. C 1. a) *deest* A 1. b) Constantinus A 2. B. 2. c) tempore A 2. d) *deest* A 2. e) matre — inp. *des.* A 2. f) Ysp. sub. et *des.* A 1, *pro quibus hic ins.* uxorem. g) nomine — uxorem *des.* A 1. h) in ux. accepit A 2. i) *deest* B 2. k) tempore Eusebii pape A 2. l) 11, dieb. 13 B 4. m) *uncis incl. des.* A. C 1. n) Melnat' B 2. o) Omnes pape precedentes martirizati sunt *ex Cencii cat. add.* B 2. p) 10 A 2. q) et *add.* A 1. r) et B 2. s) 10, diebus *des.* B 2. t) *uncis incl. des.* A. u) post — cathedra *des.* C 1. v) cum A 2. w) b. et m. est A 1; banzandus est emundatus A 2. x) *deest* B. y) nicenibichium B 2; Bithitinie B 3; Bithicinie B 4. 5; cena vel ithinie C 1. z) *deest* B 2. a) 408 C 1. b) *uncis incl. des.* A. c) malexano B 2. d) cum omnibus bonis Romanis *add.* A 2. e) *deest* A 2. f) pontificii A 1. B 7. g) *des.* A. B 7; 15 B 4; 6 C 1. h) Constancius A 2. i) Constantino A 2. B 2. k) 11 B. C 1. l) dieb. 20 *des.* B. C 1. m) Et cessavit diebus 15 *add.* B 2. n) papa *add.* A 1. o) per . . . consecratur A 2; consecravit B 2; consecrabat B 3. 4. 7. p) 20 A 2. q) *deest* A 2. r) Rome B 2. 3. s) Leo C 1. t) Constancius A 2. u) *uncis incl. des.* A. v) quod A 1. w) Tyberius C 1. x) Lib. et *des.* A 2. y) d. 7 *des.* B 2; 5 A 2; dieb. — cessavit *des.* C 1. z) *uncis incl. des.* A. a) 16 B 2. b) benedicere C 1. c) *deest* B 2.

1) Florianus imp. deest in Cencii cat. et Ann. Cecc., apud Gotifredum rectius ante Probum imp. insertus est. 2) Cf. Pseudo-Liutprandum, de Vitis pontificum (ed. 1602) p. 31. 3) *propter sepulturas martyrum* Lib. pont. 4) Hic est Galerius; Valerius iam legitur apud Cencium et Gotifredum.

Felix, qui[b] fuit hereticus[c], nacione Romanus, sedit annis 2, mensibus 6[f], diebus 2. Hic constituit, ut[h], cum[i] episcopus accusatus fuisset[k], ad concilium vocatus[l] venire deberet[m].

Cenc. A. Cecc. cf Gotif Item[n] Liberius[o] I. predictus post[p] sedit annis 5[q]. Isto Liberio vivente heretici fecerunt[t] papam predictum Felicem et Liberium[v] in exilium miserunt.

Cenc. Gotif Damasus[x] I, nacione Yspanus[y], sedit annis 18, mensibus[z] 2, diebus 10[a]. [Et[b] cessavit diebus 31]. Hic constituit, ut[1] *Gloria Patri* cum[c] psalmis diceretur.

Syricius I, nacione Romanus, sedit annis 15, mensibus 2, diebus 15[g]. [Et[h] cessavit diebus 20]. cf Niceph et Gotif. Hic[i] synodum secundam[k] Constantinopolitanam celebravit cum 350[m. 2] episcopis.

Anastasius I, nacione Romanus[n], sedit annis 2, diebus[o] 26. [Et[p] cessavit diebus 22]. Hic constituit, ut quilibet clericus non fieret[q] nisi ex licencia episcopi[r] sui.

Cenc. A. Cecc. Innocencius I, nacione Albanensis, sedit annis 15, mensibus[s] 2, diebus 20. [Et[t] cessavit diebus 22]. Hic constituit, ut quis carens[v] aliquo[w] membro clericus non[z] posset fieri.

Gotif, Cenc. A. Cecc. Zosimus[a] I, nacione Grecus, sedit anno[b] 1, mensibus 8, diebus 25. [Et[t] cessavit diebus 20]. Hic constituit benedici cereum in sabbato sancto.

Bonifacius I, nacione Romanus, sedit annis 3, mensibus 8, diebus 3[d]. [Et[b] cessavit diebus 8][e].

A. Cecc. Cenc. cf L. p Celestinus I, nacione Romanus, sedit[f] annis 8, mense[h] 1, diebus 9[i]. [Et[k] cessavit diebus 21]. Hic constituit, ut[n] *Iudica me Deus*[o] ante[p] sacrificium cantaretur.

A. Cecc., Cenc. Sixtus III, nacione Romanus, sedit annis 8[r], diebus[s] 19. [Et[u] cessavit diebus 22]. Hic constituit, ut nullus clericus in parrochia alterius debeat[w] ordinari.

Leo I[x], nacione Tuscus, sedit annis 21, mense[y] 1, cf. Cenc. diebus 27[b]. [Et[c] cessavit diebus 12[d]]. Sub isto facta est tercia synodus Calcedonensis[g] 200[h] sanctorum[i] patrum de ymaginibus sanctorum.

Cenc., A. Cecc. Ylarus[l] I, nacione Sardus, sedit annis 6[m], mensibus[o] 5, diebus 10. [Et[p] cessavit diebus 10]. Hic constituit, ut[q] nullus clericus investituras a layco recipiat.

Simplicius I, nacione Tyburtinus, sedit annis 15,

christianam religionem dimitteret et christianos persequeretur. (Tandem[a] invisibiliter percussus male periit).

Cenc H M Iobianus[d] tempore Felicis imperavit mensibus[e] 7. Iste christianus fuit, et cum Sapore rege[g] Persarum pace facta, corpus Iuliani sepelivit.

Cenc cf H. R Valentinianus[r] cum fratre[s] Valente tempore Liberii et Damasi[u] imperavit annis 11. Iste christianus fuit et Saxones devicit[w], set frater eius Valens Arrianus voluit persequi christianos, set iste non permisit.

A. Cecc. Valens cum Graciano et Valentiniano[d] tempore Damasi pape imperavit annis 4[e]. Isti[f] tres imperiales arcus Rome fecerunt.

Theodosius cum Valentiniano sub Damaso et Siricio[l] imperavit annis 11.

cf Gotif Archadius cum Honorio sub Siricio[l], Anastasio et aliis imperavit annis 13. Istorum tempore Roma capta est a Gothis.

A. Cecc. H. R. Honorius cum Theodosio tempore Innocencii imperavit annis 15. Istius tempore rex[u] Gothorum Radagius[x] ab exercitu Romano occisus[y] est.

Cenc. cf. H. R. Theodosius minor cum Valentiniano, genero[c] suo, tempore Bonifacii et aliorum imperavit annis 27[g]. Iste accepto imperio statim Valentinianum, filium amite[l] sue, cesarem fecit. Interea Bonifacius[m] in Affrica rebellavit; missi sunt autem[q] contra eum duo duces, qui occiduntur ab eo. Tandem interponentibus Romanis pacem fecerunt[t] cum imperatore. Alamani enim[v], Wandali et Yspani iuvabant Bonifacium.

Cenc. H. R. Valentinianus et Marcianus[z] tempore Leonis[a] imperavit annis 7. Athila[e] rex Hunorum[f] cum Romanis volebat pugnare, set patricius[k] Romanorum auxilio Theodorici regis Gothorum superavit.

Leo tempore Leonis[n] et aliorum imperavit annis 7[3].

Cenc Zeno[r], tempore Simplicii[s], imperavit annis 17.

a) *uncis incl. des.* B. b) qui — heret. *des.* C 1. c) *deest* A 2. d) Zobianus B 1; Xobianus B 3. e) annis 8 A 2. f) 7, diebus 5 A 2. g) *deest* A 2. h) ut consecraretur pallium, ut cum ep. assecutus ad cons. v. v. d. A 2. i) *deest* C 1. k) fuerit B; *deest* C 1. l) *deest* A 1. C 1. m) debet B (d. v. B 2); debeat C 1. n) Iterum B 2; *deest* C 1. o) de Liberio primo predicto B 3; Tyberius II. C 1. p) primo A 2. q) 6 B 2. r) Valencius A 2. s) suo *add.* A 2. t) *deest* C 1. u) pape *add.* A 2. v) laborum B 2; Tyberium C 1. w) interfecit A 2. x) Dalmasius A 2. y) Romanus C 1. z) m. 2 *des.* C 1. a) 20 A 2. b) *uncis incl. des.* A. C. 1. c) in A 1. d) Valentino A 2; Valenciano B 2. e) 3 A 1. f) Iste — fecit A 1. B 3. g) 20 A 2. C 1. h) *uncis incl. des.* A. C 1. i) *deest* B 2. k) sanctam metropolitanam C 1. l) Syrino A 2; Sirino B 3. m) 250 B 3. n) Albanensis C 1. o) mense 1 A 1; d. 27 A 2; 20 C 1. p) *uncis incl. des.* A. C 1. q) fiat C 1. r) s. ep. A 1. s) m. 2 *des.* C 1. t) *uncis incl. des.* A. C 1. u) *deest* B 2. v) caret A 2. w) *deest* B 3. x) Rodogius A 2. y) est occ B 2. 3. z) f. n. possit C 1. a) Osynius A 2; Sosimus C 1. b) annis duobus A 2. c) genere A 2. B 3. d) 25 C 1. e) *In* C 1 *sequitur:* Hic constituit benedici aquam in die dominico. Bonifacius II, nacione Romanus, sedit a. 3, diebus 3. Cessavit diebus 15. f) *deest* B 3. g) 17 A 2. B 2. h) m. 1 *des.* C 1. i) 10 A 1; 22 C 1. k) *uncis incl. des.* A. C 1. l) amice A 2. B 2. 3. m) eum *add.* B 2. 3. n) quod C 1. o) domine et discerem causam *add.* B 2. p) in missa c. A 2. q) *deest* B 2. r) *deest spatio vac. rel.* B 1; 10 C 1; anno 1 B 3. s) mensibus B 3; d. 18 A 2; 21 C 1 t) fecit B 2. 3. u) *uncis incl. des.* A. C 1. v) eunini B 3. w) audeat celebrare A 2; ordinare (ordinari B 3) presumat B. C 1. x) II. C 1; *deest* A. y) m. 1 *des.* C 1. z) Martinus A 2. a) pape *add.* A 2. b) 28 A 1; 22 B 3. c) *uncis incl. des.* A. d) 11 C 1. e) At ille A 2. f) Gothorum A 2; Huniorum B 2; Homorum B 3. g) Calcedone B 3; Calcedonium C 1. h) cum 200 sanctis patribus A 1; 200 de ymaginibus ydolorum destruxit C 1. i) *deest plerisque* B (p. s. B 7). k) dux *add* A 1. l) Clarus A 2; Hillarius B 2. m) *deest sp. vac. rel.* A 1. n) pape *add.* B 2. o) diebus (d. 10 *des.*) C 1. p) *uncis incl. des.* A. C 1. q) quod A 1; ut — constituit *seq. cap. des.* C 1. r) *cap. deest* A 2. B 3; Leno A 1. s) Simplicis B 2.

1) Lib. pont.: *ut psalmi diu noctuque canerentur.* 2) 150 Niceph., Gotif. 3) *annis* 17 Cenc., Ann. Cecc.

mensibus 6, diebus 7[a]. [Et[b] cessavit diebus 7]. Hic constituit, ut nullus pontifex successorem sibi[c] constituat.

Felix II, nacione Romanus, sedit annis 8, mensibus 11, diebus[e] 15. [Et[f] cessavit diebus 5]. Hic[g] constituit, ecclesias[i] ab episcopis esse[k] consecrandas.

Gelasius I, nacione Affer[m], sedit annis 4, mensibus 8[n], diebus 18. Iste[o] addidit in missa *Vere dignum et[q] iustum est*, et ympnos composuit.

A Cecc., Cenc. Anastasius II, nacione Romanus, sedit annis 11, mensibus[t] 11, diebus 24. Hic constituit, quod[u] nullus clericus pretermitteret[v] officium propter[w] rancorem excepta missa.

A Cecc., Cenc., L. p. Symachus I, nacione Sardus, sedit annis 15, mensibus[x] 7, diebus 27[y]. [Et[z] cessavit diebus 7[a]]. Hic constituit, ut *Gloria in excelsis Deo* in sanctorum[b] sollempnitatibus diceretur[c], quod antea[d] non fiebat.

Cenc., A Cecc. cf. L. p. Hormisda[e] I, nacione Campanus, sedit annis 9, diebus 18[g]. Hic reconciliavit Grecos, qui erant[h] excommunicati propter[k] Petrum Alexandrinum episcopum.

Cenc., A. Cecc. Iohannes I, nacione Romanus, sedit annis 2, mensibus 4. [Et[o] cessavit diebus 8]. Huius tempore Francia ad Christum convertitur anno ab[u] incarnacione Domini[x] 525[y].

Cenc., A Cecc. Felix III, nacione Sabinus, sedit annis 4, mensibus 2, diebus 13[a].

Bonifacius II[c], nacione Romanus, sedit annis 2, diebus 26. Hii duo nil notabile[e] fecerunt.

Cenc., Gotif. Iohannes II., nacione Romanus, sedit annis 2, mensibus 4, diebus 7. [Et[i] cessavit diebus 7]. Hic[2] dampnavit[m] Antimum[n] episcopum Arrianum[o].

Agapitus I, nacione Romanus, sedit mensibus 11[r], diebus 18.

A Cecc., Cenc. cf. H. R. Silverius[w] I, nacione Campanus, sedit anno[x] 1, mensibus 5. Hic in exilium missus in Poncias[a], ibi interfectus est.

A Cecc., Cenc. Vigilius I, nacione Romanus, sedit annis 17, mensibus 7[e], diebus 26. [Et[f] cessavit mensibus[g] 3, diebus 5[h]]. Huius tempore Roma capta est a Gothis, set a patricio[l] liberatur[m].

Pelagius I, nacione Romanus, sedit annis 4[n], mensibus 10, diebus 18[o]. [Et[p] cessavit mensibus 4]. Hic constituit, ut heretici vel scismatici per[q] seculares potestates conprimerentur.*

Iohannes III[r], nacione Romanus, sedit annis 12, mensibus 11[s], diebus[t] 24. [Et[u] cessavit mensibus 10, diebus 3]. cf. L. p. Hic cimiteria et[w] basilicam sanctorum apostolorum[x] restauravit.

A. Cecc. Anastasius sub Felice et aliis[d] imperavit annis 26. H. R. Huius tempore magna[h] discordia Rome orta est, propter electionem Laurencii et Symachi pape. Festus et Linus[l. 1] consules cum Laurencio erant et pugnabant cum adiutoribus Symachi[p], multa homicidia in Urbe facientes, maxime clericis[r]; tandem[s] papales optinuerunt.

A. Cecc. Iustinus tempore Hormisde[f] et aliorum imperavit annis 9[i]. H. R. Iste ardore fidei certabat, ut hereticos dissiparet[l]. Quod audiens Theodoricus[m], qui regnabat in Ytalia, qui Arrianus erat, direxit[n] nuncios[p] suos[q] in[r] Constantinopolim[s] ad Iustinum[t] imperatorem, quia[v], nisi ecclesias[w] hereticis redderet, omnem Ytaliam devastaret.

A. Cecc. Iustinianus tempore Felicis, Bonifacii[z] et aliorum imperavit annis 38. H. R. Iste per Bellisarium[b] patricium de Persis triumphavit. Interea Atharicus[d] rex Gothorum defunctus est, mater[f] vero quendam[g] Deodatum[h] in reguo secum associavit, qui strangulari[k] eam fecit, unde propter[l] hoc Iustinianus indignatus est. Deodatus[p] vero misit ad eum papam[q] Agapitum, ut eius[s] indignacionem mitigaret; set papa[t] invenit Iustinianum in errore[u] Euticetis[v] inplicatum, cui inprimis[y] rex fortiter restitit[z]. Ad quem papa: 'Ego Iustinianum invenire putavi christianissimum, set Dyocleciauum[b] inveni'. Illum[c] tamen[d] ad ultimum convertit. Iste est Iustinianus, qui leges multas condidit et assumavit[i] in[k] Codice vel Digestis.

A. Cecc. Iustinus tempore Iohannis imperavit annis 11. Niceph. Septimo anno imperii huius conpletus est ciclus[v] unus sancti pasce.

*) Huius tempore Brigida, Brandanus floruerunt *add.* B 7.

a) 10 A 1; 2 B 3. b) *uncis incl. des.* A. c) *deest* B 3. d) aliorum A 2. e) diebus 15 *des.* B. C 1. f) *uncis incl. des.* A. g) Hic — cons. *des.* B 7. h) R. m. d. A 2. i) ut ecclesie ab ep. consecrarentur A 2; ab ep. ec. B 3. k) *deest* C 1; esse ab ep. B 2. l) et *add.* A 1. m) Romanus A 2. n) 10, diebus 16 A 2; mens. — 18 *des.* B 3; XI. VIII. C 1. o) Hic A 2. p) pape *add.* A 2. q) et — est *des.* A 1. r) clericos A 2. s) tand — opt. *des.* B 2. t) m. 11 *des.* A 2. C 1. u) ut A 2. B 7. C 1. v) aliquod *ins.* A 1. w) vel racione A 2. x) m. 7 *des.* C 1. y) 28 A 2. C 1. z) *uncis incl. des.* A. C 1. a) 17 B 3. b) sanctis B 2. c) decantaretur B *(praeter 7)*; decantetur C 1. d) ante A 1. C 1. e) Hosmida A 2; Normilde B 2. f) Hosmide A 2; Homilde B 2. g) 23 C 1. h) exc. er. A 1. B 7. i) 10 A 2. k) per A 2. l) distirparet A 2. m) *deest* B 2. n) duxit B 3. o) *uncis incl. des.* A; Et cess. *des.* C 1. p) s. n. A 1. q) *deest* B 3. r) ad B 3. s) Constantinopolis A. t) Iustinianum A. B 3. u) ab inc. *des.* A 1. v) qui B 3; quod B 2. w) foveret eccl. hereticas A 1. x) *deest* B 2.; dominice inc. A 2. y) *deest* B 2; 520 A 2. z) *deest* A 1. a) 12 C 1. b) bellum sarium A 2. c) III. C 1; *deest* A *ut semper.* d) Anthoricus A 2; Alaricus A 1. e) nobile A 1. B 2. f) matri B 2. g) quondam A 2. h) Theodacum A 1. i) *uncis incl. des.* A. C 1. k) transgulari B 3. l) papa hic A 2; *des.* B 2. 3. m) dampnificavit B 2. n) Futinum ep. et Arrium A 2; Anximanum B 2; Auximanum B 3; *deest* C 1. o) amen. *add.* B 3. p) Theodatus A 1. q) ipsum B 2. r) 9 B 2. s) *deest* A. t) *deest* B 3. u) I. more B 2. v) *ita* A 1; heresis A 2; scismatis B 2. 3. w) Severius A 2; Siverius B 3; Severinus II. C 1. x) annis 6, mensibus 6 A 2. y) r. f. inpr. A 1; f. r. A 2. z) resistebat B; *deest* A 2. a) Poticis ubi A 2. b) Euticianum A 1. c) Ipsum A 1. d) eum *add.* B 2. e) 4, d. 27 A 2; mens. — 26 *des.* C 1. f) *uncis incl. des.* A. g) m. 3 *des.* C 1. h) 2 C 1. i) eas *add.* B 2. 3. k) codicem et digestum (in *deest*) A 2. l) consule *add.* C 1. m) anno Domini 581 *add.* B 7. n) 13 C 1. o) 9 A 2. p) *uncis incl. des.* A. C 1. q) seculari potestate conprimantur C 1. r) II. C 1; *deest* A. s) 8 A 2. t) diebus — 10 *des* C 1. u) *uncis incl. des.* A. v) *ita coni.*; idus A; ydus B 3; completum est festum sancte p. B 2. w) in basilica A 2; basilicas A 1. C 1. x) *deest* C 1; reparavit seu *ins.* B 3.

1) *Probinus* Hist. Rom. 2) Haec ad sequentem papam Agapetum referenda sunt, qui cum Anthimo episcopo Constantinopolitano haeretico disputavit. Cf. Lib. pont. ed. Vign. I, 203.

A. Cecc., Cenc. Benedictus I, nacione Romanus, sedit annis 3, mense[c] 1, diebus 19[d]. [Et[e] cessavit mensibus 3, diebus 10].

Pelagius[f] II, nacione Romanus, sedit annis 10, mensibus 3, diebus 10[i]. [Et[k] cessavit mensibus 3, diebus 25[l]].

Gregorius I, doctor ecclesie, nacione Romanus, sedit annis 13, mensibus 6, diebus 10. [Et[o] cessavit mensibus 5, diebus 15[p]]. Hic addidit in missa *Diesque[q] nostros in tua pace disponas*, et multos[s] conposuit libros[t].

Fabianus[w] II, nacione Tuscus[x], sedit anno 1, mensibus 5[b], diebus 9[c]. [Et[d] cessavit mensibus 6[e], diebus 26].

Bonifacius[f] III[g], nacione Romanus, sedit mensibus[h] 9.

Cenc., A. Cecc. Bonifacius IV[i], nacione Marsus[k], sedit annis 6[l], mensibus[n] 8, diebus 12. [Et[o] cessavit mensibus 7[p], diebus 25]. cf. Got. p. 27. et L. p. Hic a Foca cesare[r] impetravit[s] Pantheon Rome[v] in[w] honore omnium sanctorum consecrari.

Cenc. Deusdedit[x] I, nacione Romanus, sedit annis 3[y], diebus 20. [Et[a] cessavit mense 1, diebus 13]. Hic fuit filius Stephani subdyaconi.

Cenc., A. Cecc. Bonifacius V[c], nacione Campanus, sedit annis 5[d], diebus 13. [Et[g] cessavit mensibus 6]. Hic constituit[i], fures[k] ecclesiarum esse[l] anathematizandos.

Cenc. Honorius I, nacione Campanus, sedit annis 12, mensibus[q] 11, diebus 17[r]. [Et[s] cessavit diebus 18]. cf. L. p. Hic constituit, ut omni sabbato ad Sanctum Petrum procederent[u] letanie.

Severinus I[v], nacione Romanus, sedit anno 1[w], mensibus[x] 4, diebus 25[y].

Cenc., A. Cecc. Iohannes IV[z], nacione Dalmatinus, sedit anno 1, mensibus[a] 9, diebus 28[b]. [Et[c] cessavit mense 1, diebus 13]. Hic de[d] thesauris ecclesie multos captivos redemit.

Theodorus I, nacione Grecus, sedit annis 6[e], mensibus 5.*

Martinus I, nacione Tudertinus[h], sedit annis 6, mensibus 2, diebus 26. [Et[l] cessavit diebus 28[m]]. cf. L. p. Hic dum vellet[o] missam celebrare, spatarius[p] Olimpii ducis, missus[q] illum[r] occidere, statim cecus efficitur.

Eugenius I, nacione Romanus, sedit annis 2, mensibus 9[s], diebus 22[t]. [Et[u] cessavit mense 1, diebus 18[v]].

Cenc., Gotif. Vitellianus I, nacione Signensis[w], sedit annis 14[x],

A. Cecc. Tiberius[a] tempore Iohannis et aliorum imperavit annis 7. Istius tempore Longobardi Ytaliam magna[b] manu ceperunt et depopulati sunt eam; et[1] Gothi, qui erant pagani et heretici, facti sunt christiani.

Mauricius[g] sub[h] Pelagio et Gregorio imperavit annis 20.

Focas imperator[m] tempore Gregorii, Fabiani[n] cf. L. p. et aliorum imperavit annis 9. Iste[2] rogatus a Bonifacio papa concessit, ut quoddam templum Rome, quod Pantheon dicebatur[r], consecraretur ad honorem[u] omnium sanctorum. Etiam[v] constituit iste[y], ut sedes apostolica[z] beati Petri apostoli[a] caput esset omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana se primam omnium scribebat.

A. Cecc. Niceph. cf. Gotif. Eraclius[m] cum Constantino, filio suo, tempore Bonifacii, Deusdedit[q] et aliorum, imperavit annis 31. Tercio anno imperii istius[t] Cosdroes[u] rex Persarum multam partem rei publice Romane cepit devastavitque[z] Ierusalem et venerabilia loca incendit, et populorum copias captivas una cum patriarcha Zacharia et cum precioso ligno sancte crucis[b] in Persidem duxit. Anno autem[e] Eracli 12. Cosdroes rex[f] Persarum interemptus[h] est per Eraclium; tunc etiam captiva plebs cum sancta cruce revocata est. Tunc eciam Magumeth[m] propheta Sarracenorum surrexit, qui illos a[n] fide tulit et suam pessimam crudelitatem[o] eos[p] astute[t] docuit.

Niceph. cf. Gotif. Constantinus[f], filius Eraclii, tempore Theodori[g], Martini et aliorum imperavit annis 28. Iste in Sycilia[i] interfectus est, sub quo plurima[k] pars rei publice a Sarracenis desolata est. Iste pessimus imperator[n] Martinum papam interfecit.

*) Hic benediccionem cerei constituit *add.* B 7.

a) Uberius B 2. b) magnam (manu *deest*) A 2. c) mensibus 4 C 1. d) 18 A 2; 10 A 1. C 1. e) *uncis incl. des.* A. C 1. f) *totum cap. deest* A 1. C 1. g) Euricius A 2. h) tempore Pelagii et Gregorii A 1. i) 20 B 2. 3. k) *uncis incl. des.* A. l) 30 B 2. m) *deest* A 1. n) Sabiniani A 1. o) *uncis incl. des.* A. C 1. p) 5 B 2. q) Dies B 2. r) vocabatur A 1. s) multa A 2; comp. m. B. C 1. t) *deest* A 2. u) sancte Marie et *add.* A 1; o. s. hon. A 2. v) Iste et. const. A 1. w) Fabinianus A 1. x) Niscus B 2. y) ipse A 2. z) in honore *add.* A 1. a) *deest* B 3. b) 2 A 2; 10 B. C 1. c) 8 A 2; 11 C 1. d) *uncis incl. des.* A. e) 5 B 2; et *add.* B 3. f) *totum cap. deest* A 2. g) IV. C 1; *deest* A. h) mense 1 A 1; ann. 6, mens. 10 C 1. i) V. C 1; *deest* A 2. k) Romanus B 3. l) duobus A 2. m) Eradius A 2. B 3 *semper.* n) mense 1 B 3. o) *uncis incl. des.* A. p) 6, d. 20 C 1. q) descedit B 2; papa *add.* A 1. r) imperatore A 2. s) imperavit B 3; templum *ins.* A 1. t) cesaris A 2; *deest* B 3. u) Cosdroe A 1 *semper*; Cafroes A 2 *semper.* v) Romanum (Romane B 7. C 1) ecclesie Christi donari B. C 1. w) in - sanct. *des.* A 2. x) Dendendit B 3; Deodetus C 1. y) mensibus 3 *ins.* A 1; et *add.* B 3. z) ecclesiam *add.* B 3. a) *uncis incl. des.* A. C 1. b) secum *add.* B 2. c) VI. C 1; *deest* A. d) 7 C 1. e) imperii *add.* B 2. f) P. r. B 2. 3. g) *uncis incl. des* A. C 1. h) intemptus A 1. B 2. 3. i) ut *add.* A 2. k) fines C 1. l) *deest* C 1. m) Manthonteus A 2; quidam monachus B 2. 3. n) t. a f. B 3. o) *ita codd.; fortasse legendum:* credulitatem p) illos A 1. q) m. 11 *des.* C 1. r) 18 B 2. s) *uncis incl. des.* A. B 2. C 1. t) astricte A 2. u) l. pr. B 3. v) III. C 1; *deest* A. w) *deest* B 2. x) mens. — 25 *des.* A 2. y) 29 B; 28 C 1. z) III. C 1; *deest* A. a) mens. — 28 *des.* B 3; m. 11 C 1. b) 3 B 2. c) *uncis incl. des.* A. C 1. d) cum C 1. e) 5 A 2. B 3. f) Constancius A 2. g) Theodorici A 2. B 3. h) Tybernus C 1. i) Cicilia B 2. k) *deest* A 2. l) *uncis incl. des.* A. C 1. m) 26 B 2. n) fuit *add.* B 3. o) nollet B 2. p) nuncius A 2; paterenus C 1. q) ipsum m. occ. A 1; m. est cum o. A 2. r) volens *add.* C 1. s) 8 A 2; 11 C 1. t) d. 22 *des.* C 1; 28 C 1. u) *uncis incl. des.* A. v) d. 18 *des.* B 3. C 1. w) Signinus A 2; Segnenus C 1. x) 13 C 1.

1) Haec non leguntur in Ann. Cecc., eadem notat Isidorus in chron. sub Mauricio imp. 2) Cf. Lib. pont., Vit. Bonifacii IV, I, 238; Vit. Bonifacii III, I, 237. Cf. Gotifredum Vit. p. 27.

mensibus 6. [Et[a] cessavit mensibus 2[b], diebus 13]. Hic cantum[c] Romanorum conposuit [et[d] dulcissimo[e] organo concordavit].

Cenc., Gotif. A Cecc. Deodatus I[f], nacione Romanus, sedit annis 4, mensibus 2, diebus 5. [Et[h] cessavit mensibus 4, diebus 15]. Hic dum quendam oscularetur leprosum, statim mundatus[m] est.

cf. Cenc. Bonifacius VI[o, 1], nacione Romanus, sedit annis 4, mensibus 5, diebus 6. [Et[p] cessavit mense 1]. Gotif. Hic fecit locum ante Sanctum Petrum, qui dicitur Paradisus.

Cenc., A Cecc. Agathos I, nacione Siciliensis[q], sedit annis 2, mensibus 6, diebus[r] 3. [Et[s] cessavit[t] mensibus 7].

Leo II, nacione Siculus[u], sedit mensibus 10, diebus 17. [Et[v] cessavit mensibus 2][2].

Conon I. sedit mensibus 11[w], diebus 9[x]. [Et[y] cessavit mense 1[d], diebus 18[e]].

Cenc. Sergius[f] I, nacione Anthiocenus, sedit annis 14, mensibus[h] 8, diebus 23[i]. [Et[k] cessavit mense 1, diebus 20]. cf. L. p. Hic constituit, ut in missa ter diceretur[m] *Agnus Dei*[n]

Gotif. Leo III[4], nacione Romanus, sedit annis 2, mensibus 9.

Cenc. Got. Iohannes V[o], nacione Grecus, sedit annis 3, mensibus 2, diebus 13[q]. [Et[r] cessavit mense[s] 1, diebus 18].

Iohannes [VI[t], nacione Romanus], sedit annis 2, mensibus 7[u], diebus 17[v]. [Et[w] cessavit mensibus 4[x]].

Sisinnius[y], nacione Romanus, sedit diebus[z] 20. [Et[a] cessavit mensibus 2].

Cenc., A Cecc. Constantinus I, nacione Syrus, sedit annis 7, diebus[b] 15. [Et[c] cessavit diebus 40].

Gregorius II, nacione Syrus, sedit annis 16[f], mensibus 8, diebus 23[h]. [Et[i] cessavit diebus 25]. Got. p. 28. Hic per Bonifacium episcopum gentem Germanorum[k] convertit[l] ad Christum.

Cenc., Got. A. Cecc. Gregorius III, nacione Romanus, sedit annis 10, mensibus 8[o], diebus 24. [Et[p] cessavit diebus 8]. Hic addidit in secreta[q]: *Vel*[r] *quorum sollempnitas hodie*[s] *in conspectu*[u] et cetera.

Cenc. Zacharias I, nacione Grecus, sedit annis 10[w], mensibus 3, diebus 15[x]. [Et[y] cessavit diebus 12]. cf. Cat. Tib., A. Cecc. Hic fratrem Pipini, qui erat[b] rex, fecit fieri[c] monachum[d].

Stephanus II, nacione Romanus[g], sedit annis 5, diebus 28[h]. [Et[i] cessavit mense 1, diebus 5[k]]. Hic ob infestacionem Longobardorum[o] Pipinum unxit in regem.

Cenc. Constantinus[g], filius Constantini, sub Deodato, Bonifacio[i] et aliis, imperavit annis 17[k]. Gotif. cf. Cenc. Istius tempore quinta synodus Constantinopolis[l] celebratur contra Georgium[n] patriarcham.

A. Cecc. Iustinus[z, 3] tempore[a] Conon[b] et Sergii pape[c] imperavit annis 10.

Leo sub eodem Sergio et[g] aliis imperavit annis 3[l].

Tiberius sub[p] Iohanne imperavit annis 7. Istius tempore Gisulfus dux Beneventanus totam Campaniam devastavit[5].

A Cecc. Iustinus tempore Sisinii et Constantini imperavit annis 6.

Cenc. Philippus sub eodem Constantino imperavit anno[d] uno, mensibus 6[e].

A Cecc. Anastasius tempore Gregorii [et[g] aliorum] imperavit annis 3.

Theodosius tempore Gregorii imperavit anno uno.

Leo[m] cum Constantino, filio suo, tempore utriusque Gregorii imperavit annis 25[n]. cf. L. p. et A. Cecc. Iste omnes ymagines, quas in Urbe reperit Constantinopolim asportavit ibique[t] igne concremavit. Unde papa excommunicavit illum et totam Apuliam illi[v] abstulit.

Cenc. Constantinus cum matre sua Yrene tempore Zacharie pape[z] imperavit annis 10, mensibus[a] 2, diebus 2[e]. Postea [solus[f]] cum Leone, filio suo, et Pipino rege Francorum et patricio Romanorum eiusque filiis[l] Carulo et Carlomanno[m] imperavit annis 15[n].

Hic[p] transiit imperium ad Francos.

a) *uncis incl. des.* A; Et — 2 *des.* C 1. b) 3 (d. 13 *des.*) B 2. c) canticum B 3. C 1. d) *uncis incl. des* A. e) dulcisono C 1; c. o. B 2. f) II. C 1; *deest* A. g) Constancius A 2. h) *uncis incl. des.* A. B 3. C 1. i) Bono A 2. k) 18 A 2. l) *ita codd.* m) mundatur A 2; m. fuit B 3; cecus fuit C 1. n) Gregorium A 2. B 2. 3. o) VII. C 1; *deest* A. p) *uncis incl. des.* A. q) Ytaliensis B 2; Grecus C 1 r) d. 3 *des.* A 2. s) *uncis incl. des.* A. t) annis 5 *ins.* B 2. u) gitulus B 2. v) *uncis incl des.* A. w) 9 A 2. x) 15 A 1. y) *uncis incl. des.* A. z) Istius B 2. a) imperavit B 2. b) *ita codd.*; Canon A 2. c) *deest* B 2. 3. d) mensibus 2 B 3. e) 7 C 1. f) Sergius — d. 23 *des.* A 2. g) et al. *des.* A 1; papa et aliorum A 2. h) m. 8 *des.* C 1. i) 21 A 1. k) *uncis incl. des.* A. C 1. l) 10 A 2. m) celebretur B 3; dicatur C 1. n) qui tollis peccata et cet. *add.* A 1. o) IV. C 1; *deest* A. p) tempore Iohannis pape A 2. q) 17 C 1. r) *uncis incl. des.* A. s) mensibus 4, d. 17 C 1. t) V. C 1. — *uncis incl. des.* A; n. R. *des.* B 7. u) 8 (d. 17 *des.*) C 1. v) 14 B 3. w) *uncis incl. des.* A. x) 2 B 1. y) *totum cap. deest* B 2. z) annis B 3. 7. C 1. a) *uncis incl. des.* A. b) menses A 1. — d. 7 A 2; 17 B 3. c) *uncis incl. des.* A. d) annis 5 (m. 6 *des.*) B 7. e) 5 B 3 f) 21, m. 6 C 1. g) *des.* A. h) 24 B 1. 3. 5. 7; 14 B 2. C 1. i) *uncis incl. des.* A. B 1. 7. C 1. k) Rom̄. A 2. l) ad Chr. conv. A 1. B 3. m) Et B 2. n) 27 A 2. o) 10, d. 23 A 2; 11 (d. 24 *des*) C 1. p) *uncis incl. des.* A. q) misse *add.* B 2. r) *deest* C 1. s) in consp. h A 1; hodie — cet. *des.* C 1. t) in *ms.* A 2. u) concilio B 2; con. B 3. v) abst. ei A 1. w) 3 B 3. x) 12 C 1. y) *uncis incl. des.* A. C 1. z) *deest* C 1; et aliorum *add.* A 1. a) m. 2, d. 2 *des.* A 2. b) r. e. ethuc A 2; fuit r. Francorum C 1. c) *deest* B 1. 7. d) *hic ins.* C 1: Leo IV. nac. Rom. sedit a. 11, d. 20. Cessavit d. 13. Paulus I. nac. Rom. sedit a. 7, d. 17. e) 10 B 3. 5. f) *deest* A. g) *deest* C 1. h) 29 A 1; 18 A 2. B 3; d. 28 *des.* C 1. i) *uncis incl. des.* A. k) 15 B 3. l) filio C 1. m) Carlomagno B 6; Carolo magno A 2; Carolo B 2. 3. 5; et Carl. *des.* C 1. n) 13, mense 1 C 1. o) Lombard. C 1 *semper.* p) Et B 2; Hic — Francos *des.* A 2. — transit A 1; transtulit B 1. C 1.

1) Hic Bonifacius falso pro Dono papa, quare hinc numeri ordinales Bonifaciorum unitate maiores sunt. 2) Hic exciderunt Benedictus II. et Iohannes V. papae, qui in Ann. Cecc. et Cat. Cencii leguntur, unde sequentium huius nominis paparum numeri ordinales abhinc falsi sunt. 3) *Iustinianus* recte Ann. Cecc., Cenc. 4) Hic Leo papa perperam insertus deest in Cencii cat. et Ann. Cecc., legitur apud Gotifredum. 5) Cf. Lib. pont. ed. Vign. I, 316: Vit. Iohannis VI. cap. 2, et quae ex eo sumpsit Chron. S. Benedicti SS. III, 198.

A Cecc., Cenc. Paulus[a] I, nacione Romanus, sedit annis 10, mense 1. [Et[b] cessavit anno 1, mensibus 9].

Constantinus[c] II. papa[d] a laycis[1] ordinatus sedit anno[e] 1 et mense 1.

Stephanus III, nacione Siculus, sedit annis 3, mensibus 5[f], diebus 13[g]. [Et[h] cessavit diebus 8].

A Cecc. cf. Cat. Tib. Adrianus I, nacione Romanus, sedit annis 23, mensibus[i] 5, diebus 18. Huius precibus Karolus cepit Desiderium regem in Papia.

Cenc., A Cecc. Leo IV[k], nacione Romanus, sedit annis 20, mensibus[m] 5, diebus 16. [Et[n] cessavit diebus 3]. L. p. Hic constituit tres letanias ante ascensionem Domini[p] et fecit porticum Sancti Petri.

Cenc., A Cecc. Stephanus IV, nacione Romanus, sedit mensibus 7.

Pascalis I, nacione Romanus, sedit annis 7, diebus[a] 17.

Eugenius II, nacione Romanus, sedit annis 3, mensibus[c] 2.

Valentinus[d] I, nacione Romanus, sedit diebus[e] 40.

Gregorius IV, nacione Romanus, sedit annis[f] 15. cf. Cat. Tib. Hic renovavit ecclesiam sancti Marci[h].

A Cecc. Gotif. Sergius II, nacione Romanus, sedit annis 3[k]. [Et[l] cessavit mensibus 2, diebus 15]. Iste vocabatur Os porci, unde ab isto in antea omnis[n] papa proprium nomen mutat[o].

A. Cecc. Leo V, nacione Romanus, sedit annis 8[p], mensibus 3, diebus[q] 8. [Et[r] cessavit mensibus 2, diebus 15].

Benedictus II, nacione Romanus, sedit annis 2[s], mensibus 3[t], diebus 10. [Et[r] cessavit diebus 15].

Gotif. Paulus II[4], nacione Romanus, sedit annis[u] 10, mensibus 2. [Et[r] cessavit anno[v] 1].

Stephanus V, nacione Romanus, sedit annis 4.

Cenc. Nicolaus I, nacione Romanus, sedit annis 9[w], mensibus 2, diebus 20[x]. Hic[5] constituit, ut[y] post mortem pape cardinales conveniant ad eligendum[z] pontificem vel Romanum vel alterius[a] gentis.

Cenc. Adrianus II, nacione Romanus, sedit annis 5.

Iohannes VII[b], nacione Romanus, sedit annis 10,
880 diebus[c] 2. Huius tempore Sarraceni per Ytaliam discurrentes ecclesiam sancti Benedicti incenderunt[6].

Cenc. Marinus[l] I, nacione Romanus, sedit anno 1, mensibus 5[m].

A. Cecc. Karolus imperator[l] tempore Leonis pape imperavit annis 13, mense[o] 1, diebus 4. Iste antequam esset imperator, precibus[2] pape Adriani[q] vocatus, obsedit Longobardos in Papia, ubi[r] cepit Desiderium regem et uxorem eius[s], quos captivos portavit[t] in Franciam. Et veniens Romam confirmavit omnia, que pater[u] eius Pipinus[v] dederat beato Petro, adiuncto ei ducatu Spoletano et Beneventano, et ob hoc ipse[w] patricius Romanorum[x] effectus est. — Sunt[3] igitur anni ab incarnacione Domini usque ad Karolum Magnum 802[y].

Lodoicus, filius Karoli Magni, tempore Stephani, Pascalis pape[z] et aliorum imperavit annis 15[b].

Cenc. Lotharius[g] tempore Gregorii, Sergii pape et aliorum imperavit annis 10[i], et cum Lodoico, filio suo[m], annis 5.

Karolus[c] tempore Iohannis[d] pape imperavit anno 1, mensibus 10[f].

Karolus tempore Iohannis[g], Marini pape et aliorum imperavit annis 8. Iste enim[h] prudens fuit in armis satisque[i] extitit[k] fortunatus.

a) *hoc cap. praebet* C 1 *ita:* Paulus II. n. R., s. a. 10, m. 4, d. 3. Hic constituit, ut processio fiat circa fontem baptismi in septimana pasce et pentecostes. b) *uncis incl. des.* A. c) *abhinc usque ad Eugenium II. desunt omnia* C 1. d) *deest* B. e) annis 10, die 1 B 2. f) 6 A 2. g) 18 B 2; 15 B 3. 7; d. 13 *des.* A 2. h) *uncis incl. des.* A. i) mens. — 18 *des.* A 2. k) III. B 3; *deest* A. l) *deest* B 2. C 1. m) m. 5 *des.* B 2. n) *uncis incl. des.* A. o) mense — 4 *des.* A 1. C 1; d. 4 *des* A 2; mensibus 2 B 3 5. p) *deest* A 2. B 3. q) additam vocans B 2. r) ibique B 3. 5. s) u. et eius capt. B 1. t) duxit A 1. u) frater A 2. v) *deest* B 3. 5. C 1. w) h. tempore p. imperator R. B 2. x) *deest* B 3. 5. y) 800 C 1. z) pape *deest* A 2; p. et al. *des.* C 1. a) d. 17 *des.* A 1. b) 10 B 3. 5. c) diebus B 2. d) Valerianus C 1. e) annis B 2 f) annis — sedit *seq. cap. des.* C 1. g) Lotharius — 10 *des.* B 3. 5 h) euangeliste *add.* B 3. i) 9 B 1. k) 2 A 1. l) *uncis incl. des.* A; Et cess. *des.* C 1. m) sedit a. 6 C 1. n) omne pape pr. n. mutant A 2; unusquisque (papa *deest*) C 1. o) mutavit B 3. p 13, d. 10 (m. 3 *des.*) A 2. — mens. — 8 *des.* C 1. q) dieb. — 15 *des.* B 3. r) *uncis incl. des.* A. s) 3 B 3. t) 6 A 2. B 3. 7; m. 3 *des.* C 1. — d. 10 *des.* A 2. u) annis — sedit *seq. cap. des.* A 1. v) mensibus 2 C 1, *qui hic ins.:* Stephanus III. nac. Rom sedit a. 10, m. 2. Cessavit mense 1. w) 8 B 2. x) 10 A 2 y) *deest* A 1; quod B 2. z) agendum seu creandum alium papam v. R. seu a. g. A 2; pont. *deest* B. C 1. a) alius A 1. b) VI. C 1; *deest* A. c) *cap. deest* A 1. d) Sergii C 1. e) mensibus A 2. f) 9 B 1. g) et *add.* B 2. 3. — Martini A 2. B. C 1. — pape et al. *des.* B 3. C 1. h) *deest* A 1. C 1. i) fortisque A 2. k) fuit C 1; et *add.* A 2. B 1. l) Martinus A 2. B 2. C 1. m) 6 C 1.

1) *ex laycis* Cenc. 2) Haec fere iisdem verbis leguntur quoque in Catalogo Tiburtino, SS. XXII, 354. 3) Cf. catal. Cencii. 4) Paulus II. et Stephanus in Gotifredi catalogo male inserti, desunt in Ann. Cecc. et Cencii Catalogo. 5) De decreto Nicolai II cogitavit. G. W. 6) Cf. Erchemperti hist. Lang. cap. 44, SS. III, 255.

A. Cecc. Adrianus[a] III, nacione Romanus, sedit anno 1, mensibus 4[b].

Cenc. Stephanus VI[c], nacione Romanus, sedit annis 6[d], diebus[e] 9

Formosus I.[f] sedit annis 5[g], mensibus 5.

Bonifacius VII.[f] sedit diebus 15[h]. Hic minus[i] sedit.

Stephanus VII.[k] sedit anno 1, mensibus 3[l].

Romanus I. sedit mensibus 3, diebus 22[m].

Theodorus I. sedit diebus 20[n].

Iohannes VIII.[o] sedit annis 2, diebus 15.

Benedictus III, nacione Romanus, sedit annis[p] 3, mensibus[q] 3.

Leo[r] VI. sedit diebus[s] 40[t].

Christoforus [I[u], nacione Romanus] sedit[v] mensibus 7. Hic eiectus de papatu[w] factus est monachus. A Cecc.

Cenc. Sergius III[z], nacione Romanus, sedit annis 7, mensibus 3, diebus 15[c].

Anastasius III. sedit annis 2[h].

Lando[k] I, nacione Romanus, sedit mensibus 6[l].

A. Cecc. Iohannes IX[m], nacione[n] Romanus, sedit annis 13[p], mensibus 2[q], diebus 3[r]. Hic[2] fuit[s] archiepiscopus Ravenne, qui[v] invasor ecclesie ab omni populo Ravennatis[w] depositus fuit.

Leo VII[a], nacione Romanus, sedit mensibus 7[b].

Stephanus VIII.[d] sedit annis[e] 2, mense 1.

Iohannes [X[f], nacione Romanus] sedit annis 4, mensibus[h] 10, diebus[i] 14. Hic fuit filius Sergii pape.

Cenc. Leo VIII.[k] sedit annis 3, mensibus 6[l], diebus 10.

A. Cecc. Stephanus[m] [IX[n], nacione Romanus] sedit annis 3[o], mensibus 4, diebus 15.

Marinus[p] [II[n], nacione Romanus] sedit annis 3, mensibus 6, diebus 14[q].

Agapitus[r] II. sedit annis 10[s], mensibus 6, diebus 10.

Iohannes XI.[y] sedit annis 2. Hic[4] fuit filius Alberici[b] principis[c] Romanorum.

Cenc. Benedictus IV. sedit mensibus 2[d].

Leo IX. sedit anno[f] uno, mensibus 4.

Lodoicus tempore Christofori et Sergii pape imperavit annis 6[x].

Ab isto loco incipiunt[y] Ytalici imperare. Exempto[a] enim imperio a Francis[b], fertur[d] ad Ytalicos[e] secundum sentenciam Romanorum, quoniam Franci[f] non adiuvabant Romam[g] contra Lombardos rebellantes[1]. cf. Gotif. et Cat. Tib.

Berengarius tempore Sergii (et[i] Anastasii) et aliorum imperavit annis 8 in Ytalia cum filio suo Berengario.

Ugo tempore Iohannis[o] et Leonis imperavit[t] in Ytalia annis 27[u] cum Berengario, filio suo[1]. Istius[3] tempore Ungari, qui circa[x] Danubium[y] inhabitant[z], totam Yspaniam devastaverunt. Item[c] in hac tempestate sagitte ignee vise sunt in celo.

A. Cecc. Lotharius tempore Agapiti imperavit annis 2.

Berengarius[t] sub eodem Agapito[u], Iohanne papa[v] et aliis imperavit annis 11[w] cum Alberto, filio suo.

(Hic[x] transit inperium ad Theutonicos).

Otto[z] tempore[a] Iohannis et Benedicti imperavit annis 6. Iste fuit primus imperator Theutonicus. Exempto[e] enim imperio ab Ytalicis, soli Theutonici imperant usque ad[g] presens tempus. cf. Gotif.

a) *totum cap. deest* C 1. b) 3 B 4. c) V. B 3. C 1. d) 9 B 2; 11 B 4. e) mensibus C 1. f) nacione Romanus *add* B 3. g) 6 C 1. h) 5 A 2. i) minime C 1. k) VI. B 3. C 1; *deest* A. l) 4 C 1. m) 12 C 1. n) 11 B 2. o) VII. C 1; *deest* A. p) annis — sedit *cap. de Christoforo des.* C 1. q) m. 3 *des.* B 2. r) Leo — mens 7 *seq. cap. des.* A 2. s) annis B 2. t) 60 A 1. B 7; 11 B 4. u) *uncis incl. des.* A. v) annis 7 *ins.* B 2. w) episcopatu B 2. x) 5 C 1. y) ceperunt A 2. z) II. B 1; IV. C 1; *deest* A. a) Excepto A 1. b) Grecis A; Francigenis C 1. c) 16 B. C 1; 12 B 4. d) vertitur A 2. e) Ytaliam A 1. B 1. f) Francigene C 1. g) Romanos A 1. C 1; *deest* B 3. h) 3, diebus 3 B 2. i) et Anast. *des.* B. C 1. k) *totum cap. deest* C 1. l) 5 A 2. m) VIII. C 1; *deest* A. n) nac. Rom. *deest* A 1. o) Leonis et aliorum C 1. p) 14 B 1. q) 3 B 2. 3. 4. C 1. r) 4 A 2; 8 B 1. s) constituit archyepiscopatum Rav. A 2. t) in Yt. imp. A 1. C 1. u) 28 B 1; 22 B 3. v) quoniam B 1. w) Ravennati B 3. 4. x) *deest* B 2. y) tum *ins.* B 1. z) habitant A 1; habitabant C 1. a) VI. C 1; *deest* A. b) 8 B 3; annis 7, diebus 3 C 1. c) Et A 2. d) VII. C 1; *deest* A. e) anno uno (2 mense *des.*) A 2; 8, m. 2 C 1. f) IX. C 1; *uncis incl. des.* A. h) mens. — 14 *des.* A 2; m. 6, d. 10 B 1. i) d. 14 *des.* A 1. B 7; d. 3 C 1. k) VII. C 1 *et ita deinceps;* natione Romanus *add.* B 2. l) 7, d. 7 C 1. m) *hoc et seq. cap. des.* C 1. n) *uncis incl. des.* A. o) 4 A 2. p) Martinus A 2. B 2. 3. q) 13 A 2; 10 B 4. r) *totum cap. deest* B 4; I. C 1. s) 12 (mens. — 10 *des.*) C 1. t) Berenbius C 1; tempore Iohannis pape *hic ins.* B 1. u) et *add.* A 1. C 1; Ioh. papa *des.* B 1. v) papa et al. *des.* C 1. w) 12 B 2; 9 C 1. x) *uncis incl. leguntur in solo cod.* A 1 *rubro scripta;* Hic nota, quod imperium ad Theutonicos est translatum *sec. m. in marg. scr.* C 1. y) X. C 1; IX. B 4; *deest* A. z) *totum cap. deest* B 2; Octo B 3 *semper.* a) t. Gregorii pape, Ioh., Silvestri et Ben. C 1. b) Alerici A 2; Alberti B 2. c) *deest* B 3. 4; Romani B 1. d) d. 3 *add.* C 1. e) Excepto A 1. f) annis 2 C 1. g) in hodiernum diem A 1; hodie C 1.

1) Nota errorem manifestum. G. W. 2) Cf. Chron. S. Bened., SS. Lang. p. 484. 3) Eadem habet Catal. Basileensis. 4) Cf. Catal. pontt. apud Watterich, Vitae pont. I, 45.

A. Cecc. Iohannes XII.[a] sedit annis 7, mensibus 11[b]. Hic fuit a Petro prefecto captus et in castello Sancti Angeli incarceratus[h].

Benedictus V. sedit anno uno, mensibus 6[l] Hic captus a Centhio[o] Stephani in nocte natalis Domini strangulatur[p] [1].

Dompnus I. sedit anno uno, mensibus 6.

Gotif. Bonifacius VIII.[t] sedit mense uno.

Cenc. Benedictus VI, nacione Romanus[v], sedit annis 9[z], mensibus 6.

Iohannes XIII.[a] sedit mensibus 8[b].

Iohannes XIIII[c] sedit mensibus 3.

Iohannes[d] XV, nacione Romanus, sedit annis 10, mensibus 4[e].

Cenc., A. Cecc. Gregorius[f] V, nacione Saxonus, sedit annis[g] 12.

Iohannes[k] XVI. sedit mensibus 10.

Gotif. Silvester II. sedit annis 2[l], mensibus 2. Iste fuit Gilbertus. Huius[o] tempore conpletus est millesimus annus ab incarnacione Domini.

A. Cecc., Cenc. Iohannes XVII. sedit mensibus[p] 5.

Iohannes[q] [XVIII, nacione[r] Romanus] sedit annis 5.

Sergius[s] IV. sedit annis 2, mensibus 9[t].

Cenc. Benedictus VII[u], nacione Tusculanus[v], sedit annis 11, mensibus[x] 11, diebus 21.

Iohannes XIX. sedit annis 9, mensibus 9.

Benedictus VIII[f], nacione Tusculanus, sedit annis 14. cf. Cat. Tib. Hic fuit[h] eiectus de papatu, et factus est quidam[i] alius, unde tunc[l] maximum scisma fuit.

Cenc. Silvester III. sedit diebus[m] 56.

Gregorius VI sedit annis 2. Hic cum rege Henrico[n] habuit[o] bellum.

Gotif. Clemens II.[q] sedit mensibus 9[r]. Hic[3] invasor[s] fuit.

Gotif. Damasus II.[q] sedit mense[v] uno.

Cenc. Leo X, nacione Alamanus, sedit annis[w] 5, mensibus 2, diebus 6.

Victor II, nacione Alamanus, sedit annis 2, mensibus 3.

Otto[c] tempore Iohannis[d], Benedicti[e], Dompni[f] et aliorum imperavit annis 21[g]. Otto Fris. VI, 25. cf. Gotif. Iste dum Grecos in Calabria[i] incaute persequeretur, amissis militibus, natantibus[k], de navi exiliens, evasit. Demum[m] vero exercitum[n] congregans, Beneventum obsedit; quo capto ossa beati Bartholomei apostoli inde asportavit ac Rome in[q] insula in tumba[r] collocavit, et in terra[s] sua per Tyberim et mare in prefata concha[u] transferre cogitavit[w]. Set[x] eo in brevi vita exempto[y], preciosus thesaurus ibi remansit usque in hodiernum diem.

Cenc. Otto tempore Gregorii [pape[h]], Iohannis et[i] Otto Fris. VI, 26. cf. Gotif. Silvestri et aliorum imperavit annis 12. Hii duo Ottones[m] tam[n] feroces et tam mirabiles fuere, ut unus 'Pallida mors Sarracenorum' seu 'Sanguinarius', alter 'Mundi-mirabilia' diceretur.

Cenc. Henricus tempore Benedicti [pape[w]] et Iohan- Gotif. nis[y] imperavit annis 10. Nota, quod[z] plures sunt Henrici[a] reges quam Henrici imperatores. Unde cum[b] legitur Henricus imperator primus, racione[c] imperii dicitur primus, set racione nominis dicitur[d] secundus.

cf. Cat. Tib. Conradus[e] sub Iohanne, Benedicto et Silvestro[g] imperavit annis 15. Et post mortem istius cessavit[k] imperium annis 3.

Henricus tempore Gregorii, Clementis et aliorum imperavit annis 11. Et cessavit[p] imperium annis 26. Hic[2] veniens in Ytaliam, Pandulfum principem[t] Capuanum[u] victum capiens super Troiam, asportavit illum in Alamanniam, et quendam alium Pandulfum comitem[x] Theacensem principem ordinavit. Cenc. Huius[4] tempore Normanni[y] intraverunt Romam[z].

a) XI. C 1; *deest* A. b) 6 A 2. c) Otho B 2 *semper;* Octo B 1. d) pape *add.* B 2—5; et *add.* B 1. C 1. e) tertii *add.* B 1. f) *deest* B 1. C 1; pape *add.* A 1. g) *ita* B 2—5; 20 A 1; 12 A 2; 10 B 1; 25 C 1. h) intractatus B 1; in carcere C 1. i) cavallis C 1. k) vacatibus A 1; natintibus B 1; *deest* C 1; natatibus *Otto Fris. VI*, 25. l) 2 A 2; 5 C 1. m) Deinde B 1. 3—5. n) exercitu congregato A 1. o) Cenchio B 3; Uinctio B 4; centurione A 2. C 1; *deest* B 2. p) transgulatus B 3. 4; transgulatur B 1. 2. C 1; fuit stragulatus A 2. q) in ins. *des.* B 1. r) tuba A 2; quadam concha (cenobia 2) B 2—5. C 1. s) terram suam A 1. C 1. t) IX. C 1; *deest* A. B 4. u) contra A 2; cenobia B 2. v) *deest* C 1. w) excogitavit B 1. 3—5. C 1. x) *deest* C 1. y) excepto A 1. z) 11 C 1. a) XVIII. B 4; XII. C 1; *deest* A. b) novem A 2; 3 C 1. c) XVIIII. B 4; XIII. C 1; *deest* A. d) *totum cap. deest* C 1. e) 7 A 2; 8 B 3. f) *hoc cap. legitur post Silvestrum II.* B 2. g) mensibus C 1. h) *deest* A. i) *deest* A 1. k) *cap. deest* B 2. C 1. l) 3 C 1. m) Octones B 1. 3; occasiones C 1. n) *deest* B 1. o) Conpl. annis ab i. D. *tantum* C 1. p) annis C 1. q) *cap. deest* C 1. r) *des.* A. B 2. s) Vergius IV. B 4; Virgilius II. B 3; S. III. B 1. t) 4 B 4; 3 C 1. u) *hoc et seq. cap. des.* B 4. C 1. v) Tuscus C 1. w) *deest* A. x) m. 11 *des.* B 1. 7; 10 B 2. 3; 7 (d. 21 *des.*) A 2. y) pape *add.* A 1; et Ioh. *des.* C 1. z) *deest* C 1. a) heretici B 2, *ubi* r. q. H. *des* b) *deest* B 3—5. C 1. c) Rome B 3; Romani B 4. d) *deest* B 3—5. C 1. e) Coraldus B 2 *semper;* Corradus B 3; Chunradus A 2 *semper;* Cuonradus C 1. f) VI. C 1; *deest* A. g) papa (papis B 1) *add.* B. h) fuit.. et.. est *des.* A 1. i) papa C 1. k) cessat A 1; cesar imperavit B 1. l) *deest* B 2. m) annis 16 B 2. n) heretico B 3. o) h. h. A 1. p) cessat A 1. q) nac. Theutonicus *add. sec. m.* C 1. r) 8 B 3. 4. s) ecclesie *ins* B 2. 4. C 1; fuit sancte ecclesie Dei B 3. t) primum *add.* C 1. u) Campanie B 2; Capuanum — principem *des.* A 2. v) mensibus 2 A 2; dieb. 10 *add.* B 4; d. 3 *add.* C 1. w) annis — sedit *seq. cap. des.* C 1. x) cōuēte catecam̃ B 2; Theaonensem B 1; Theatinum B 3—5; c. Th. *des.* C 1. y) Romani A 2. B 3—5. z) Romaniam A 2.

1) Sequentem seriem Dompno et uno Iohanne papis male insertis depravatam praebent omnes similes catalogi. 2) Haec ad Heinricum II. referenda sunt. V. Ann. Casin. a. 1022, cod. 2, SS. XIX, p. 306, et Chron. Vulturn., Muratori SS. rer. Ital. I, 2, p. 512, et cf. quae F. Hirsch notavit, Forschungen VII, p. 106. G. W. Cf. etiam infra Catal. Basil. 3) Haec ad Silvestrum III. referenda videntur. Cf. Martin. Oppav., SS. XXIII, p. 433. 4) Cencius haec recte sub Heinrico IV. refert.

Stephanus X.[a] sedit mensibus 9.

Benedictus[b] IX. sedit mensibus 10[c].

Nicolaus[d] II, nacione Burgundiensis, sedit annis[e] 2, mensibus 6[f].

cf. Cenc. et Cat. Tib. Alexander II, nacione Mediolanensis, sedit annis 11, mensibus[g] 6, diebus 25. Contra hunc papam[h. 1] pugnavit Cadolus.

Cenc. Gregorius VII. sedit annis 12[i], mense 1, diebus 4[k]. Hic captus est a Centhio[m] in nocte natalis Domini[n].

Victor III.[q] sedit anno[r] uno.

Urbanus II. sedit annis 11[t], mensibus 4[u]. [Et[v] cessavit diebus 16]. Huius[2] tempore dux Boamundus[z] cum christianis[a] recuperavit sepulcrum Domini[c].

Pascalis II. sedit annis 18[d], mensibus[e] 5. Hic cum rege Henrico habuit[g] bellum imperatore[h], et captus est[i] ab eo cum tota sua curia*. (cf. Cenc.)

Cenc. Gelasius II, nacione[n] Romanus, sedit anno 1.

Kalixtus II. sedit annis 5[q], mensibus[r] 10, diebus 3[s].

Honorius[v] II. sedit annis 5[w], mensibus 2, diebus 3[x].

Innocencius II, nacione[z] Transtyberinus, sedit annis 13, mensibus 7[a], diebus 8[b]. [Et[c] cessavit diebus 2]. Hic celebravit synodum[g] in ecclesia[h] Lateranensi** [in[k] basilica Salvatoris].

Celestinus[m] II. sedit mensibus 5, diebus 13.

Lucius II[o], nacione Bononiensis, sedit mensibus 11[p], diebus 4[q].

Eugenius III, nacione Pisanus, sedit annis 7, mensibus 4, diebus 20. [Et[s] cessavit diebus 2]. Huius tempore senatus[v] renovatur in[w] (hac[x]) alma[y] urbe Romana[z].

Cenc. Anastasius IV, nacione Romanus, sedit anno uno, mensibus 4, diebus 24[a].

Adrianus IV, nacione Anglicus[b], sedit annis 4[c], mensibus 8.

Alexander III, nacione Tuscus, sedit annis 21[f], diebus 11. [Et[i] cessavit diebus 9]. Hic[k] ce-

Cenc. Henricus sub Gregorio papa[l], Victore et aliis imperavit annis 17[o]. Istius[p. 2] tempore christianorum[s] gens ad sepulcrum Domini de toto mundo processit, duce[w] Boamundo[x], qui Ierusalem[y] a Sarracenis viriliter[b] abstulerunt.

Cenc. Henricus tempore Pascalis[f] pape, Gelasii et aliorum imperavit annis 15[i]. Iste[3] imperium[k] adeptus, patrem[m] suum capiens in vinculis mori fecit[o]. Huius[p] tempore Robertus Gniscardus vicit Alexium[t] Chycumanum imperatorem[u] Constantinopolitanum.

Cenc. Lotharius tempore Honorii et Innocencii[y] imperavit annis 12.

Conradus[d] tempore Innocencii[e], Celestini et[f] aliorum imperavit annis 15[i]. Huius[4] tempore quidam magister Arnoldus nomine[l] predicabat in urbe[n] Roma, reprehendens divicias et superfluitates clericorum, cuius[r] dicta multi magnates Romanorum sequebantur. Captus tandem[t] ob[u] odium clericorum suspenditur.

1155. cf. Cenc. Fredericus tempore Adriani[d], Alexandri pape[e] et aliorum, imperavit annis 35. Iste enim[g] strennuus, largus[h], facundus et in omnibus prudens fuit. Nam Mediola-

*) Sanctus Bernardus floruit *add.* B 7.

**) et renovavit ecclesiam sancte Marie in Transtyberim *add.* A 1.

a) VIII. C 1; *deest* A; nac. Theutonicus *add.* C 1. b) *cap. deest* C 1. c) 9 B; et die uno *add.* A 2. d) Dicolus B 4. e) annis — sedit *seq. cap. des.* C 1. f) 5 B 3. g) mens. — 25 *des.* B 2; d. 25 *des.* A 2. h) *deest* A 1; papa B 2. i) 22 C 1. k) 25 A 2. l) Vict. papa A 1; papa *deest* C 1. m) cachenio B 2; centurione C 1. n) *deest* A 1. B 1. 7. o) 18 B 2. p) Huius B 1. q) II. C 1; *deest* A; nac. Theutonicus *sec. m. add.* C 1. r) annis duobus B 2—5. C 1; diebus 3 *add.* C 1; *ibid. sec. m. in marg.:* Hic prius fuit Eistetensis episcopus nomine Gebehardus. s) gens Romana C 1. t) 18, dieb. 14 C 1. u) 2 A 2. v) *uncis incl. des.* A. w) donec B 2. x) Remundo A 2; de amundo C 1. y) Ierosolima Sarr. A 1; Ierosolimam a B 2. z) Boanicandus A 2; Raymundus C 1. a) rec. a chr. C 1. b) utiliter B 2. c) *deest* A 2. B. d) 14 A 1. e) m. 5 *des.* A 2; 7 B 2; 10 B 4. f) *deest* B 3 - 5. g) b h. A 1. h) *ita* A 1; *deest* A 2, *ubi* qui captus; imperator captus B. C 1. i) 11 B 4. k) imperio adepto B; exempto imperio C 1. l) est ab eo *des.* B 2; fuit (ab eo *des.*) C 1. m) cap. p. s. A 1. n) nac Rom. *des* B 2; Rom. — II *seq. cap. des.* C 1. o) Et *add.* A 1. p) Huius — Constantinop. *des.* B 2. q) 2 B 3. r) m. 10 *des.* B 3; 2 B 4. s) 13 A 2. B 1. 7; 14 B 2; *deest* C 1. t) et *ins.* A 1; Alexandrum Chycimanem B 4; Cychumandum A 2; Chidinianum B 1; Ethicumanum C 1. u) inperatores Constantinopolitanos A 1. v) *cap. deest* A 2. w) 10 B 4; 2 C 1, *ubi* mens. — 3 *des.* x) 4 B 3. 4. y) et aliorum *add.* C 1. z) nac. Transt. *des.* B 2; Tramalinus B 4. a) 6 C 1. b) 13 B 4. c) *uncis incl. des.* A. d) Conradus — 15 *des.* A 2. e) *deest* C 1. f) et al. *des.* C 1. g) concilium A 1. h) basilica B 1. i) 25 C 1. k) *uncis incl. des.* A. l) *deest* B 2. m) *cap. deest* B 1. n) curia Romana A 2; Roma *deest* A 1. o) III. C 1; *deest* A. p) 10 A 2; 9 C 1. q) 3 A 2; 6 B 2; 8 B 3. 4. C 1. r) quidam autem m. R. seq. eum C 1. s) *uncis incl. des.* A. t) autem C 1. u) ab odio A 1. C 1; ob invidiam A 2. v) Romanus *add.* B 3. w) in — Romana *des.* A 2. x) *legitur in solo cod.* A 1. y) *deest* C 1. z) Roma B 2—5; R. u. B 1. 7. a) 4 C 1; *hic desinit series paparum cod.* B 6. b) Anglicanus B 2. c) 7, m. 2, d. 8 C 1; *ibid. add. sec. m. in marg.:* Iste consecravit imp. Fridericum I. d) *deest* C 1. e) *deest* B 1. f) 22, d. 18 C 1; d. 11 *des.* A 2. g) *deest* C 1. h) et *add.* B 1. i) *uncis incl. des.* A. C 1. k) Hic — d. 18 *seq. cap. des.* C 1, *ubi in marg. add. sec. m.:* Et scisma per 20 et concilium Lateranense.

1) *Contra istum imperatorem* scil. Heinricum III. male scribit Cencius. 2) Cf. infra Catal. Basil. et notas Romanas Martini Opp., Archiv XII, 31. 3) Cf. infra Catal. Basil. 4) Cf. infra Catal. Basileensem et notas Romanas l. c.

lebravit synodum in ecclesia Lateranensi,
Cenc. et quatuor devicit scismaticos.

Lucius III, nacione Tuscus, sedit annis 4, mensibus 4[c], diebus 18[d]. Huius[e] tempore maxima fames fuit.

Urbanus III, nacione Lombardus, sedit anno 1, mense[g] 1, diebus 25. Huius tempore Ierusalem capitur a Sarracenis.

Gregorius[h] VIII. sedit mense 1, diebus 28[i]. Hic moritur[k] apud Pisas.

Clemens III, nacione Romanus, sedit annis 3, mensibus 2.

1191. Apr. 15. Celestinus III, nacione Romanus, sedit annis[l] 6, mensibus 8. Iste secundo[m] die[n] coronavit Henricum imperatorem.

A.

1198. Innocencius*, nacione Campanus, sedit annis 18, mensibus 6, diebus 5. Hic enim[w] quantum sit[x] in omnibus gloriosus, opera eius testimonium perhibent veritati.** Fulgent enim[d] splendida facta eius in Urbe pariter et in orbe. Fecit enim inter cetera hospitale sancti[e] Spiritus et renovavit ecclesiam sancti Sixti. Conposuit decretales, sermones, librum[h] de missa et de miseria hominis*** et alia[i] multa gloriosa.
1215. Nov. Anno vero 18.[k] pontificii huius, mense Novembris, in basilica Lateranensi, que Constantiniana vocatur, celebravit concilium generale, ubi pene corpus tocius

num pene[a] penitus destruxit.† Tandem dum[b] iret ad Terram Sanctam recuperandam cum magno exercitu, in quodam flumine[f] parvo, dum se balnearet, heu tantus princeps, suffocatur†† et moritur.

1191. Henricus sub Celestino et Innocencio papa[o] imperavit annis 7, mensibus[p] 5. Iste[q. 1] primo anno imperii sui Neapolim obsidens, morbo tam[r] ipso quam exercitu confecto, rediit[s] Alamanniam. Anno vero[t] quarto[u] revertens, totum regnum Apulie subiugavit, ubi plurimos[v] rebelles diversis penis cruciavit[y], filium[z] Tangredi[a] regis Syculorum cum matre et[b] Margarito[c] rege Epirrotarum secum in Alamaniam duxit captivos.

A.

1209. Otto, Saxonus[f] gente, sub[g] Innocencio et Honorio imperavit annis 11. Iste coronatus fuit in basilica sancti Petri; qui accepta corona statim pugnam habuit cum Romanis et††† contra voluntatem domni pape intravit regnum[l] Apulie, auferens illud Frederico regi[m] Sicilie. Unde prop-

*) D 1 *ita:* Innocentius, n. C., mense Ianuar. die 8. electus est apud Septifolium (*ut* B. C.); D 2: Inn., qui fuit decus et gloria clericorum, n. C. — Septifolium; *post addunt:* sicut dicunt illi versus, quos idem fecit (q. magister Martinus episcopus Zamarensis composuit 2):

Qui Petro pridem cathedram tibi terminus idem,
Prebens illud idem quod Petrus sumpsit ibidem,
Sorte[n] magistratus ubi quando fuit cathedratus,
Accipiens apicem quem petit atque vicem[2].

**) D 2 *add.:* Nam lingua eius gladius acutus. — Fulgent — gloriosa *desunt* D 1.

***) et psalmos penitentiales *add.* D 2.

†) D 1 *hic inserit:* Iste[3] longo tempore fovit scisma contra Alexandrum papam tercium; tandem apud Venecias venit ad papam et collum sub pedibus pape submisit, papa dicente contra ipsum: 'Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem'.

††) *Idem addit:* Quod Saleficum [vocatur]. Quicumque enim voluerit scire acta istius, legat ystorias eius que Frederice vocantur.

†††) *Idem ita:* Demum (deinde?) etiam revertens Alemaniam, set intrans regnum Apulie, consilio et favore comitis Celan. duobus die aliorum (?) magnam aquirit. Anno vero quarto i. s. pr. Al., quia Ottho fuerat excommunicatus, Fredericum, filium imperatoris Enrici, in R. i. e. D 2 *ita:* Demum vero intrans regnum Apulie, de voluntate domini pape maximam partem consilio et favore quorundam proditorum regis Frederici subiugavit.

a) *deest* A 2. C 1. b) direxit se ad C 1. c) 2 A 1. B 1. 7. d) 28 B 2; 13 B 4. e) Huius — d. 25 *seq. pap. des.* A 2. f) *deest* B 1. g) m. 1 *des.* B 2. C 1. h) *cap. deest* B 3. i) 18 B 4; Hic — Pisas *des. ib.* k) mortuus est A 2. l) a. 10, m. 7, d. 18 C; annis 6 — imperatorem *praecedenti cap. ascripta* C 1. m) sec. die *des.* C 2. n) pontificatus sui *add.* B 2—5. C 1. o) *deest* A 1. C. p) m. 5 *des.* B 6. q) enim *add.* B 6. r) *deest* C 2 s) in *add.* C. t) *deest* C. u) 3. rediens C. v) sibi *add.* B 3—5. w) *deest* A 2. x) fuit A 1. D 1. 2. y) flagellavit B 2—5; flagitavit C. z) autem *add.* B 2—5. C. a) Transgredi B 1; Tancriz C 1; Tancreiz C 2. b) *deest* B 1. c) Margarita C. d) omnia A 2. e) Petri *add.* A 2. f) Sax. g. *des.* A 2. g) tempore Innocencii et Honorii pape sedit a. 12 A 2. h) librorum A 2. i) m. a. A 2. k) *deest* A 2. l) A. r A 1 m) *deest* A 2. n) Sed D 2.

1) Cf. Cont. Chron. ex Gotifredi Pantheo excerpti SS. XXII, p. 368. et Ann. Placentinos Gibellinos SS. XVIII, p. 467, quibuscum haec ad verbum fere conveniunt. G. W. 2) Hic locus cum D 1 maxime conveniens legitur infra in Chron. Basil. et in Chron. Turon., Martene et Durand, Coll. V, c. 1037. 3) Haec recentioris temporis esse, vix est quod moneamus; cf. infra chron. Mantuanum.

universalis ecclesie convenit. Et[a]* hic obiit[b] apud Perusium.

1216. Honorius, nacione Romanus, electus fuit apud Perusium.

B. C.

1198. Innocencius III[d], nacione Campanus, sedit annis 18[e], mensibus 7. Mense[f] vero[g] Ianuarii die 8. electus est apud Septemsolium. Hic enim[h] quantum[i] sit[k] in[l] omnibus gloriosus, opera eius testimonium perhibent veritati. Fulgent enim splendida facta eius in Urbe pariter et in orbe. Fecit enim[m] inter cetera hospitale sancti Spiritus et renovavit ecclesiam sancti Sixti. Composuit[n] decretales, sermones, librum
1215. de missa et de miseria[o] hominis** et alia multa gloriosa.
Nov. Anno vero 18. pontificii[p] huius[q], mense Novembri, in basilica[r] Lateranensi que Constantiniana[s] vocatur celebratum est concilium generale, ubi pene corpus[v] tocius
1216. universalis ecclesie convenit[z]. Iste*** migravit apud Perusium[b].

Honorius III.[c], nacione Romanus, apud Perusium electus sedit[e] annis ...[f] †. Iste apud Sanctum Laurencium foris murum[g] Petrum[k] Autisiodorensem[l] comitem[m] imperatorem Constantinopolitanum corona-
1217. Apr. 9. vit. [Hic[o].[2] ecclesiam sancti Laurencii extra muros et basilicam que dicitur Sancta sanctorum renovavit[s]. Sermones[t] composuit, bonam[w] vitam duxit; erga pauperes pius fuit, eis in rebus necessariis diebus singulis providendo, et[a] cuilibet de quinque patriarchalibus ecclesiis calicem aureum dedit et alia multa bona fecit]. Iste[b] eciam in basilica sancti Petri Frederico hoc fuit excommunicatus; principes
1212. Alamanie quarto anno imperii sui Fredericum predictum in Romanorum imperatorem elegerunt. Qui veniens per mare usque Romam, a domno papa et populo Romano[c] honorifice recipitur[1] et in Alamaniam mittitur contra Ottonem, ibique mirifice triumphavit††.

1220. A 1 *(finis)*.

Fredericus inperator secundus sub Honorio coronatus fuit in basilica sancti Petri apostoli†††.

B. C.

Otto[t], Saxonus[u] gente, tempore Innocencii et Honorii imperavit[w], [set[x] non sunt[y] sibi propter maleficium[a] suum anni attributi]. Iste fuit coronatus [in[x] imperatorem Romanorum ab Innocencio[d]] in basilica sancti Petri; qui accepta corona statim pugnam habuit cum Romanis et contra voluntatem domni pape intravit regnum Apulie, auferens illud Frederico[h] regi Sicilie. Unde[i] fuit excommunicatus, et principes Alamannie [qui[n] cum eo participabant], quarto anno imperii sui Fredericum predictum[p] in Romanorum[q] imperatorem elegerunt. Qui[r] veniens navigio usque Romam, a domno papa et[u] populo Romano honorifice receptus[v], in Alamanniam missus fuit[x] contra[y] Ottonem, ibique mirifice eum[z] superando triumphavit.

B.

Fredericus predictus tempore Honorii III.[c] pape annis ...[d] Iste anno ab in-

*) Vixit postea *finit* D 2; et post 10. Kal. Augusti apud Perusium defunctus est et in ecclesia sancti Herculani sepultus. Honorius nat. Rom. sed. D 1.
**) librum de claustro anime *add.* B 2.
***) Anno Domini 1218. migr. B 7.
†) a. 10, mens. 7, dieb. 23 C; 13, m. 3 *sec. m. add. in marg.* B 3.
††) D 1: ib. m. triumphat usque in hodiernum diem; D 2: quem Ottonem etsi non bellis, tamen angustiis superavit. Unde post eum et supervixit.
†††) D 2 *ita:* coronatur. Iste ad instanciam et preceptum domini pape primo die imperii sui quasdam leges promulgavit, que multum faciunt ad augmentum sancte ecclesie et prerogativam clericorum.

a) *deest* A 2. b) fuit mortuus Perusii A 2. c) Romanorum A 1. d) *deest* B 1*. e) 8, m. 8 B 1*. f) Mense — Septems. *des.* B 1*. g) *deest* B 1. 7; enim B 2. h) autem C. i) *deest* B 2. k) fit B 2; fuerit C; in o. sit B 1. l) moribus C. m) autem C. n) etiam *add.* C. o) misera condicione humani generis C. p) pontificatus B 1*. 5. C; p. h. *des.* B 7. q) sui B 2. r) bas. ecclesie Lateranensis C. s) Constantina B 7. C. t) Octo B 2 3. u) Saxo (gente *deest*) C. v) corus C 2. w) sedit ann. B 1*. x) *uncis incl. des.* B 1. 1*. y) fuerunt B 6. C z) convenerat C. a) maliciam suam C. b) anno Domini 1215. et obiit 16. Kal. Aug. *add. sec. m. in marg.* C 1; Kal. Aug *add.* C 2. c) *deest* B 1*. d) tercio *add* B 5. 6. C. e) est B 1*. f) *numerus spatio vacuo rel. deest* B. g) mure B 3; muris B 4. h) *deest* C i) papa hoc (*leg.* propter hoc *ut* A) *add.* B 1; U. papa excommunicavit illum B 6. C. k) *deest* B 1. l) Altisiodorensem C. m) et *add.* C. n) *uncis incl. des.* B 1. 1*. o) etiam *add.* C. — *Uncis incl. des.* B 1. 1*. 7. p) predicti H. filium C q) *deest* C; *hic desinit cod.* B 1*. r) Et C. s) relevavit B 4. t) etiam *add.* C. u) a *ms.* B 3. 4. 5; capitulo B 2. v) et *add.* B 1; est *add.* C. w) bonam — bona fecit *des.* C, *pro quibus habet:* et decretales novissimas compilavit. x) *deest* C. y) dictum *ms.* C. z) *deest* B 1. 6; illum fugando C. a) et que cuil. — bona fecit *leg. post verba* Romanorum coronavit B 2. b) Istius tempore capta est Damiaita cum quibusdam aiis (?) a christianis. *Tunc sequuntur:* Iste — coronavit B 1*; Iste — coronavit *post* recuperaverunt *scripta* B 7. c) III. pape *des.* B 1; Hon. et Gregorii B 6; Hon. Gregorii et Innocentii IV. et aliorum imperavit ann. 32 B 9. d) a. *deest* B 1; *spatio vacuo rel. deest numerus* B 3 - 6; 3 *ins.* B 2:

1) Cf. Ann. Placent. l. l. G. W. 2) Cf. Catal. Viterb., SS. XXII, 352.

1220. Nov. 22. ricum regem Sicilie[a] imperatorem Romanorum[b] coronavit. Istius[c] tempore christiani Damiatam ceperunt, 1221. Aug. 30. set[f] Sarraceni[h] eam postea[i] recuperaverunt[k].

1220. carnacione Domini 1220. in basilica sancti Petri ab Honorio III.[d] in[e] imperatorem Romanorum coronatus fuit[g]. Et in regno Apulie et Sicilie plurimos[1] sibi[l] rebelles, tam christianos quam Sarracenos diversis penis flagellavit[m].

CONTINUATIO I.

cod. Vindobonensis (A 2).

1227. Gregorius, nacione Campanus, sedit annis 14, mensibus 5, diebus 3. Hic toto tempore suo pugnavit cum Fridrico imperatore, et renovavit decretales. Post hunc apostolica sedes vacavit per dies 64.

1241. Celestinus quartus, nacione Medyolanensis, sedit dies 16. Post hunc apostolica sedes vacavit per annum unum, menses 6, diebus 2.

1243. Innocencius quartus, nacione de comitatu Ianue, sedit annis 11, mensibus ...[n], diebus ...[n] Hic congregavit concilium apud Lugdunum, ubi deposuit Fridricum imperatorem et conposuit multas constituciones. Post mortem vero Fridrici predicti recessit de Lugduno, et mortuo Chunrado, filio ipsius Fridrici, intravit regnum Apulie et occupavit eundem[o], et mortuus fuit Neapoli.

1254. Alexander, nacione Anagninus, sedit annis 6, mensibus 5 et diebus 5; decessit Viterbii septimo die exeunte Maio, anno 1261. Mai 25. Domini 1261; vacavit ecclesia tribus mensibus et tribus diebus.

FINIS ET CONTINUATIO I.

cod. Vindobonensis (A 2).

Fridricus, qui electus est imperator, coronatus est cum uxore sua in ecclesia sancti Petri ab Honorio papa tercio cum maxima pace et concordia in 27. anno. Vixit post coronacionem 30 annis, et depositus fuit et dyademate imperiali privatus per Innocencium quartum. Post deposicionem vixit per sex annos.

CONTINUATIO II.

cod. Londiniensis (B 9)[2].

Et filium eius Henricum regem, qui rebellis eius fuit, in Alamannia in carceribus posuit cum ambaxiatoribus Mediolani et Brixie, cum quibus tractandum habuerat de aufferendo patri suo regnum et forciam quam habebat anno vero imperii eius 15[3].

CONTINUATIO III.

cod. Vaticani (B 3).

1227. Gregorius VIIII[p], nacione Campanus de Anania, sedit annis 14, mensibus 3. Iste multociens litigavit cum imperatore Frederico occasione parcium Lombardorum, propterea bis vel ter excommunicavit eundem.

Celestinus IV, nacione ..., sedit diebus 12.

1243. Innocencius IV, nacione Ianuensis, sedit annis 11, mensibus 5, diebus 10. Iste in concilio generali, in civitate Lugdunensi, sentencialiter deposuit imperatorem Fredericum ab omni dignitate; et mortuus est et sepultus in civitate Neapolitana, in qua cum magno exercitu intravit et obtinuit dominium regni.

1254. Alexander IV, nacione Campanus, sedit annis 7, mensibus 5, diebus... Iste postquam consecratus fuit in civitate Neapolitana, ivit in Campaniam in civitatem Ananie. Dimisso loco sui in dominio regni, cum magno exercitu dominum Octavianum contra Manfridum, filium imperatoris Frederici, principem [Taranti[q]], qui regnum vendicare intendebat pro Corrado, nepote suo, morante in Alamania, cui regnum spectabat. Et superans[r] eundem cardinalem apud Fogiam, idem Manfridus obtinuit dominium regni pro parte Corradi predicti.

a) in *add.* B 4. 5. b) Romanum B 1. 7. c) Huius etiam C; enim *add.* B 3—5. d) papa B 1. e) *deest* B 3. f) et B 1; licet C. g) fuit Sicilie *des.* B 1; *hic desinit* B 6. h) cum fortitudine casu contingente *ms.* C. i) *deest* B 1. C. k) *hic desinit series paparum codd.* B 1. 2. 4. 5. l) *deest* B 1. m) cruciavit B 1. 2; *hic desinit series impp. codd.* B 1. 2. 3. 4. 5. 7. n) *spatium vac. rel.* o) *ita c.* p) VIII *c.* q) *sec. m. add.* r) superantem *c.*

1) Haec fere iisdem verbis supra de Heinrico VI. dicta sunt. 2) V. SS. XVIII, p. 409 n. 3) Sequuntur alia quae huc non pertinent.

Urbanus IV, nacione Burgundiensis[a], sedit annis 3, mense 1, diebus 15. Iste fuerat patriarcha Iherosolimitanus. 1261.

Clemens IV, nacione Provencialis, sedit annis 3, mensibus 9. Iste habuit uxorem et filiam; deinde clericus, deinde archiepiscopus Ravennensis[1], deinde cardinalis, deinde papa. Iste contulit regnum Sicilie ad annuum[b. 2] Karulo comiti Provincie, filio regis Francie, et apud Romam coronavit regem. 1265.

Gregorius X, nacione Lombardus, sedit annis..., mensibus 10. Iste cum esset archidiaconus[c] Liginus[3] et esset ut peregrinus in Acon civitate, electus fuit in papam[d]. Iste celebravit synodum in civitate Ludonensi et ordinavit congregari decimas de redditibus omnium ecclesiarum per annos sex pro subsidio Terre Sancte. 1271.

Innocencius V, nacione..., sedit mensibus 5, diebus 2. 1276.

Adrianus V, nacione Ianuensis, sedit mense 1, diebus 8.

Iohannes XXI, nacione Spanus, sedit mensibus 8, diebus 7. Iste dum esset in camera sua, cecidit camera et occidit eum.

Nicolaus III, nacione Romanus de Ursinis, sedit annis 2, mensibus 8, diebus 3. Iste constituit, quod esset excommunicatus, quicumque recepisset officium senaturie Romane sine mandato pape, et sub dominio ecclesie posuit provinciam Romanione. 1277.

Martinus IV, nacione Gallicus, sedit annis 4, mense 1, diebus 4. Iste excomunicavit imperatorem Constantinopolitanum nomine Palialogum et omnes Grecos Romanie[e] sub suo dominio constitutos, quia non obediebant Romane ecclesie. Excommunicavit eciam Petrum regem Aragonum, quia occupavit Siciliam, et de regno suo Aragone sentencialiter privavit, et eum[f] contulit Karulo Martello, filio minori regis Francie. 1281.

Honorius IV, nacione Romanus, sedit annis 2, mensibus 2. 1285.

Nicolaus IV, nacione marchie Anconitane, sedit annis 4, mensibus 2, diebus 13. 1288.

Celestinus V, nacione Brutinus, sedit mensibus 5. Iste fuit[g] monachus heremita sancte conversacionis, et constituit diversa monasteria ex proprio habitu suo de regula sancti Benedicti. Iste fuit consecratus in civitate Aquile, et deinde venit Neapolim, in qua renuit in manibus ceterorum cardinalium papalem dignitatem, eligens pocius in monachatu suo penitenter [vivere[h]]. 1294.

Bonifacius VIII, nacione Campanus de Anania, sedit [annis[i] 8, mensibus 9, diebus 12]. Iste annullavit omnia, quecunque fecerat dictus Celestinus precessor suus.

CONTINUATIO IV.

codd. recensionis C.

Huius[4] etiam tempore confirmatus et autenticatus fuit sacer et venerabilis ordo Predicatorum et fratrum Minorum[k].

1227. Mart. 8. Gregorius IX, natione Campanus, mense Marcio die 8.[5] post festum beati Gregorii apud Septemsolium electus, sedit annis .. Huius tempore sancta Elizabeth et sanctus Dominicus et sanctus Franciscus et sanctus Antonius et quidam alii canonizati sunt. Iste etiam[q] omnes decretales, resecatis superfluis[s], constitutionibus suis appositis, in unum corpus providit redigendas. Sub isto etiam exivit quedam[u] maledicta gens, que vocatur

FINIS ET CONTINUATIO IV.

codd. recensionis C.

Fredericus iste tempore Honorii et Gregorii IX. et Innocentii IV. imperavit annis 30 et...[l] Iste anno ab incarnatione Domini 1222. in basilica sancti[m] Petri sub
1220. Honorio III. coronatus[n] fuit. Iste fuit potens et[o] dives et famosus imperator. Habebat enim imperium, regnum Ierusalem, regnum Sicilie, regnum Alemannie, ducatum Suevie et alios[p] plures. Nacione Theutonicus*, ferox[r] et tenax fuit. Iste quos expugnavit diversis tormentis et penis perdidit et ultra quam cogitari posset[t]. Hic excommunicatus a papa Innocentio et tandem in Lugdunensi concilio

*) de castro Stŏphen *add.* C 4.

a) Burgundie *c.* b) annum *c.* c) archiaconus *c.* d) papa *c.* e) Romane *c.* f) *ita c.* g) fu *c.* h) *deest c.* i) *uncis inclusa sec. m. add. c.* k) obiit 15. Kal. Aprilis *add. sec. m. in marg.* C 1. l) *spatium vacuum* C 1. 2; amplius C 4. m) beati C 4. n) f. c. C 4. o) *deest* C 4. p) alias p. dignitates C 4. q) et C 3. r) ferax C 2. s) et *add.* C 1. t) potest C 4. u) *deest* C 3.

1) Potius Narbonensis archiepiscopus. 2) scil. ad annuum tributum. 3) i. e. Leodiensis. 4) Honorii III. papae. 5) Potius m. Martii die 19.

Tartari. Item iste excommunicavit imperatorem Fridericum[b].

CONTINUATIO V[1].

codd. C[d].

Celestinus IV[f].
Innocentius[g] IV.
Alexander[i] IV.
Urbanus[l] IV.
Clemens IV.

Gregorius X, natione Lombardus[m], spiritu Dei plenus celebravit Lugduni concilium generale anno Domini 1274. circa
Mai 1. festum apostolorum Philippi et Iacobi. In quo Grecos ad obedientiam ecclesie Romane recepit, crucem ad subsidium Terre Sancte per totum mundum predicari precepit, decimas omnium ecclesiarum colligi iussit ad auxilium dicte terre. Novas constitutiones edidit, inter quas unam saluberrimam de festina summi pontificis electione condidit, per[r] quam cardinales strictissime cogebantur, subito viduate ecclesie Romane[u] providere. Omnes mendicantes religiones abolevit, exceptis nominatim fratribus Predicatoribus et Minoribus, quos idem concilium universali ecclesie utiles iudicavit, prout in[w] constitutione specialiter edita de eisdem clarius continetur.

1276. Innocentius V, de ordine fratrum Predicatorum, natione Burgundus, sedit 5 mensibus. Iste in ordine plus quam 30 annis existens, magisterium theologie Parisius est adeptus, questiones super sententias et super apostolorum scripta fecit, provincialis etiam fuit in Francia multis annis. Quem domnus Gregorius papa[b] X. fecit archiepiscopum Lugdunensem, ubi cum modico fuisset tempore, fecit eum cardinalem et episcopum Hostiensem. Sed cum ipse papa viam universe carnis intrasset, depositus et omni honore privatus [anno[a]
1245. Iul. Domini 1246, mense Iulii], ante Parmam devictus, contra sedem apostolicam rebellis, tandem mortuus est in civitate Mes-
Dec. 13. sana[2] [anno[c] Domini 1250, in festo beate Lucie]. Contra quem [Heinricus[e] lantgravius Thuringie electus fuit; quo in brevi
1247. mortuo] comes Willelmus[h] de Hollandia electus est in regem Alemannie, [quem[k] Frisones occiderunt. Post istum comes Ricardus, frater regis Anglie, a quibusdam principibus ad regnum Alemannie vocatus, cum apud Renum[n] modico tempore sine honore regio quasi regnasset, per adiutorium predictorum, postquam infinitam pecuniam expenderat, in Angliam est reversus. Post vacavit regnum usque ad regem Ruodolfum, nacione de Habesburg] Sub predicto Friderico exivit gens Tartarum[o] et destruxit regnum Ungarie[p] et alia multa anno Domini 1241.

Sept. 30. Anno[3] Domini[q] 1273, crastino beati Mychahelis Ruodolfus[s] lantgravius Alsacie, comes in Habisburg[t] et in Kyburg, per principes electores regis Alemannie in[v] curia Frankinvurt sollempniter celebrata in regem Alemannie concorditer est electus. Quem absentem et, quid de se inter principes ageretur[x], penitus ignorantem idem principes per burgravium[y] de Nuerinberg ad se cum suis litteris electionem expressam de ipso factam continentibus vocaverunt, et venientem ac magnifice prout[z] decuit susceptum ad regimen regni Alemannie in Frankinvurt[a] concorditer et sollempniter extulerunt. Qui de consilio
Oct. 18. principum predictorum in festo beati Luce immediate sequenti in ipsorum presentia et infinite multitudinis aliorum hominum ac prelatorum Theutonie, qui ad consecrationem eius de ultimis finibus Theutonie confluxerunt, Aquisgrani est cum illustri domna regina, uxore sua, filia comitis

a) *uncis incl. sec. m. add. in marg.* C 1; *desunt* C 2; *post* rebellis *leguntur* C 4. b) *hic desinit cod.* C 3. c) *uncis incl. tertia manus add. in marg.* C 1; *in textu scripta* C 2; in civ. — Lucie *des.* C 4. d) *haec continuatio posteriori manu addita est* C 1. e) *uncis incl. sec. m. add. in marg.* C 1; *in textu scripta* C 2. 4 (*ubi* fuit el.). f) Mediolanus *superscr.* C 4. g) Ianuensis *superscr.* C 4. h) Willehelmus C 4. i) Campanus *superscr.* C 4. k) *uncis incl. sec. m. add. in marg.* C 1, *in textu scripta* C 2; *des.* C 4. l) Gallicus *superscr.* C 4. m) Longobardus C 2. n) regnum C 2. o) terrarum C 2. p) Hungarie *post suppl.* C 4. q) ab inc. D. C 4. r) p. q. *des.* C 4. s) Rod. C 4. t) Habesburc et in Kyburc C 4; Habsbruch et in Kyburch C 3. u) nollent vellent *add.* C 4. v) in — Alemannie *des.* C 3. w) *deest* C 1. x) *post suppl.* C 4. y) burcgr. de Nůrenb. C 4; Nůrnb. C 3. z) ut C 4. a) Frankinfurt C 3; Franckenfurth C 4. b) X. papa C 4.

1) Huius continuationis series pontificum in cod. C 1 Turicensi iterum paucis mutatis catalogo Ottonis Frisingensis f. 127. 128. subiuncta legitur, et ex hoc a b. m R Wilmans SS. XX, p. 274. (cf. ibid. p. 108) edita est. Et eadem exscripta est in additamento Ottonis continuationis Sanblasianae (rectius Chronico Turicensi) ex cod. Musei Britannici, nostro C 4, SS. XX, p. 334 sqq. edito. Quod additamentum nihil est nisi excerptum ex Martino Oppaviensi, cuius in fine quaedam ex his quarta et quinta continuationibus addita sunt. 2) Quod falsum esse constat. 3) Haec SS. XX, p. 274. ex cod. C 4 annotata sunt.

statim post eum in summum pontificem est electus. Qui in papatu brevi vivens[d] tempore, nichil dignum memoria[e] dereliquit. [Scripta[f] autem sua, que in ordine fecit, appellantur fratris Petri de Tharentasia, quo[i] nomine antea vocabatur].

1276. Adrianus V, natione Lombardus, sedit 5 septimanis. Hic nec ordinem sacerdotalem, nec benedictionem episcopalem, nec consecrationem papalem adeptus, migravit dyaconus ab[m] hac vita.

Iohannes XXI, natione Hyspanus, sedit circa annum et dimidium. Hic statim post consecrationem suam revocavit cum magno scandalo illam sanctam constitutionem, quam Gregorius papa X. de celeri provisione[n] Romane ecclesie in Lugdunensi concilio promulgarat, et hoc fecit* in consistorio Viterbiensi anno Domini 1276, 8.° Idus Octobris[1]. Quapropter, ut creditur, ultio divina secundo anno sui papatus, trabe de suo solario Viterbii super eum ruente et obruente, tulit miserabiliter de hac vita, et sic, qui revocando tam utilem toti ecclesie constitutionem ipsam scandalizavit, cum tocius ecclesie scandalo est defunctus.

1277. Nycolaus V[p], natione Romanus.

1281. Martinus IV[q], natione Gallicus.

1285. Honorius IV, natione Romanus**.

1288. Nycolaus IV [de[r] ordine fratrum Minorum]. Sub[s] isto ceperunt Sarraceni Accon[t] anno Domini 1291, circa medium Maium[u].

1273. Burchardi[a] de Hohinberg[b] in[c] Suevia, in regem Romanorum sollempniter consecratus. In qua curia statim unam de filiabus suis Ludewico[g] palatino Reni, aliam duci Saxonie maritavit. Hec sunt facta[h] tempore Gregorii pape[k] decimi[l].

CONTINUATIO V.

codd. C 1. 2.

Hic postquam subiugavit sibi Austriam, Carinthiam, Stiriam, Moraviam, quas terras omnes Ottacarus rex Boemie prius habuerat, et post gloriosum triumphum de predicto rege in campestri prelio, in quo ipse rex Boemorum occisus occubuit, post victorias contra comitem Burgundie, Sabaudie, contra Bisuntinos, contra Bernenses, et post multa facta gloriosa que fecit, in quibus omnibus prosperatus semper mundi gloriam obtinuit et honorem, appropinquans morti venit in Spiram, ibique vitam finiens, cum aliis regibus est sepultus, anno 1291, circa medietatem Iunii[2].— Hic dum adhuc viveret, ducatum Austrie cum aliis terris quibusdam adiacentibus Alberto, seniori filio, et Ruodolfo iuniori, cui filiam predicti regis occisi pro pace tradidit in uxorem, concessit in feodum, et eos honore ducum et nomine insignivit; filiam quoque suam prefati regis Boemorum filio[v] inpuberi matrimonio copulavit, ut sic inter suos successores[v] in eternum pacis federa firmarentur.

[Anno[w] Domini 1292, 3. Non. Maii electus est in regem Romanorum comes Adolfus, natione de Nassowe, in Frankinvurt].

*) ad instanciam cardinalium *add.* C 4.
**) de domo Sabellorum eligitur in Perusio anno Domini 1274. C 4, *qui ita desinit.*

a) *deest* C 4. b) Hohenberc C 4; Hohinburg C 3. c) H. nomine in r. C 3. d) t. v. C 4. e) memoriae C 2. 4. f) *haec des.* C 4. g) Lodevico C 4. h) acta C 4. i) sicut a. C 2. k) *deest* C 2. l) *hic desinunt* C 3. 4. m) de C 4. n) e. p. R. C 4. o) *deest* C 2. p) Nicolaus IIII. C 4; *leg.* III. q) III. C 1. r) *uncis incl. des.* C 1. s) Sub — Maium *scripsit eadem manus in marg.* C 1; *in textu scripta* C 2. t) Accaron et Ierusalem a. D. 1291. (circa — Maium *des.*) C 2. u) *tertia m. add. in marg.* C 1: Nota, quod Accon sive Accaron et Ierusalem a christianis capte leguntur fuisse anno Domini 1187. Hoc invenies supra libro VII.° cap. 64. v) *deest* C 2. w) *uncis inclusa iterum posterior manus addidit* C 1, *desunt* C 2.

1) Potthast nr. 21151, a. 1276, Sept. 30. 2) lege: *Iulii.*

CONTINUATIO VI.

cod. Hannoverani (B 7)[1].

(Honorius) et[a] regulam fratrum Minorum confirmavit.

Gregorius[b] IX. anno Domini 1226. eligitur.

Celestinus IV. anno Domini 1243. eligitur, sedit d. 16; et cessavit annis fere duobus.

Innocencius IV. anno Domini 1245. eligitur, et sedit ann. 12. Iste celebravit concilium in Lugduno, in quo excommunicavit Fredericum imperatorem et destituit eum ab imperio. Hic constituit octavam nativitatis beate Marie et multas decretales fecit.

Allexander IV. eligitur anno Domini 1255, et sedit ann. 7. Hic canonizavit sanctam Claram.

Urbanus IV. eligitur anno Domini 1262. Hic fecit predicare crucem ad Terram Sanctam.

Clemens IV. eligitur anno Domini 1265, et sedit ann. 4. Hic eciam fecit predicare crucem ad Terram Sanctam; et cessavit episcopatus fere tribus annis.

Gregorius X. eligitur anno Domini 1272......[c] in Lugduno coram quingentis episcopis, et duravit concilium a rogacionibus usque ad festum Iacobi. Sub isto redierunt Greci ad obedienciam Romane ecclesie. Hic fecit duos cardinales, unum de Predicatoribus, alium de Minoribus. Hic constituit decimas dari a claustris et a clericis sex annis. Hic cassavit omnes ordines mendicantes preter Predicatores. Hic veneno obiit, et ad eius sepulchrum miracula fiunt.

1274, Mai 7— Iul. 25.

Innocencius V. anno Domini 1276. eligitur, sedit mens. 6; veneno mortuus est.

Adrianus V. anno Domini 1277. eligitur, et sedit breve tempus.

Iohannes XX. anno Domini 1277. eligitur. Isti tres infra unum annum mortui sunt[d].

CHRONICON PONTIFICUM EX GILBERTO HAUSTUM.

Ultimo loco finem brevis historiae pontificum exhibemus, cum chronico ex Gotifredi Viterbiensis Pantheo excerpto conjunctae, quae cum Gilberti catalogo ita convenit, ut eiusdem esse exemplar credere possis. Plurima ne litera quidem mutata ex Gilberti catalogo descripta, attamen perpaucae quibusdam capitulis notae additae, quaedam resecata, quaedam mutata sunt.

Finis vero longius a Gilberti textu recedit et continuatio additur usque ad a. 1243. *deducta. Haec Vol. XXI, p.* 370. *ex editione Menckeniana manca edita nunc ope codicum Parisiensis Nr.* 4935. *et Vindobonensis Nr.* 562, *de quibus v. supra p.* 116 *n., plenior emendatiorque repetitur.*

Gregorius papa VIII. sedit mens. 1, d. 28, et cessavit d. 1, et apud Pisas mortuus est, dum a Lumbardia Romam pergeret.

Clemens papa III, natione Romanus, sedit ann. 5, mens. 2. Huius tempore mortuus est rex Willermus Sicilie[e] anno Domini 1199.

Celestinus papa III, natione Romanus, sedit ann. 7, mens. 8. Iste coronavit Henricum imperatorem secundo anno[2] pontificatus, et idem imperator mortuus est anno Domini 1198, quarto Kalendas Octobris, qui coronatus fuerat anno Domini 1190.

a) *ita pergit cod. post verba* imperatorem Romanum coronavit *p.* 135. b) Gr. — elig. *in inf. marg. ead. m. suppl.* c) *hic quaedam omissa sunt, ut* Hic celebravit concilium. d) *sequuntur alia manu scripta sola nomina sequentium paparum anno electionis ascripto usque:* Gregorius XI. anno Domini 1370. eligitur. Urbanus VI^tus . . . MCCCLXX. *Seriem tertia manus amplius continuavit.* e) Silicie 1. 2.

1) Haec cont. a quodam fratre Minore scripta videtur. Quae usque ad Clementem IV. habet fortasse ex Chron. Minore excerpta sunt. 2) *die* Gilb.

Innocencius papa III, natione Campanus, sedit ann. 18, mens. 6, d. 9. Gloriosus fuit in omnibus suis factis. Hic assumptus anno Domini 1199, hospitalem sancti[a] [Spiritus[b]] fecit et renovavit ecclesiam sancti Xisti[c]; decretales, sermones, librum sacrificiorum et de contemptu mundi, psalmos penitentiales[1] et alia gloriosa composuit. Iste 12. anno pontificatus sui coronavit Octonem imperatorem in basilica sancti Petri, quem postea suis culpis exigentibus excommunicavit et ad ultimum depressit. Item 17. anno pontificatus sui fecit eligi imperatorem Fredericum regem Sicilie, filium Henrici imperatoris[d], contra Octonem, eo vivente, quem de Sicilia per mare conduci fecit. Iste 18. anno pontificatus sui concilium celebravit in basilica Lateranensi, et in 19. Perusii diem clausit extremum; et cessavit dies 3.

Honorius papa III, natione Romanus, sedit ann. 18 minus 5 diebus. Hic coronavit imperatorem F[e]. apud Sanctum Petrum et dies suos in pace disposuit

Gregorius papa IX, natione Anagninus[f], sedit ann. 14, mens. 5, diebus 3. Hic multa monasteria et domos religiosas fecit et propriis sumptibus fundavit. Sanctos[2] Franciscum et Antonium de ordine fratrum Minorum, Dominicum de ordine Predicatorum, beatam Helisabeth et plures alios canonizavit. Religiosos fovit et servos Dei dilexit; decretales diffuse conscriptas sub compendio reduxit; elemosinas multas fecit. Iste primo anno pontificatus sui excommunicavit imperatorem Fredericum pro eo, quod Sanctam Terram non ivit, ut voverat[g], in termino constituto. Tandem pace cum eo facta et multa pecunia effusa, paulo post guerram iniit cum Romanis, contra quos eundem imperatorem in auxilium vocat et eos multum depressit. Tandem cum eis composuit et anno 13. sui pontificatus in ramis pal- 1239. Mart. 20.
marum iterum excommunicavit eundem imperatorem pro eo, quod ecclesias regni suis iuribus et possessionibus defraudarat et terram ecclesie occuparat. Tandem preventus morte 15. anno pontificatus sui obiit in Urbe, ipso imperatore remanente in obsidione Urbis. Et 1241.
cessavit episcopatus mens. 2, d. 2, cardinalibus apud Septemsolium reclusis manentibus.

Celestinus electus papa IV, natione Mediolanensis, 8. Kal. Novembris electus, sedit 17 d. Oct. 25.
Nam morte preventus nec pallium recepit nec consecratus more papali nec bullam habuit. Cardinalibus vero quibusdam clam ab Urbe recedentibus, quibusdam vero remanentibus in Urbe, 2 annis in arta custodia eiusdem imperatoris existentibus et inter se penitus discordantibus, ecclesia[h] Romana diu ab ipso imperatore oppressa pastore vacavit, et cessavit mens. 20 et 14 d.

Innocencius papa IIII, natione Lumbardus, 7. Kalend. Iulii apud Anagniam est electus et ab episcopo Hostiensi in episcopum consecratus 4. Kalend. Iulii, et eodem[i] die coronatus est, anno Domini 1243.

a) sancte *c.* b) *deest* 1. 2. *spatio vacuo relicto.* c) Christi 1. 2; Bonum capud multa operatur in subditos bona *alia manu, ut videtur, in marg.* 1, *et ita* 2. d) imperatorem 1. e) ·]|· 1. 2. f) Anaguinus 1; Arraguinus 2. g) Nota: vota transmarina maxime solvi *alia manu in marg. scripta* 1, *eadem manu* 2. h) ecclesiam Romanam 1. i) eo 1.

1) Ita supra p. 135. recensio D 2. 2) Eadem fere cont IV, supra p. 138.

CHRONICON PONTIFICUM ET IMPERATORUM BASILEENSE

ED. O. HOLDER-EGGER.

Chronicon infra primo typis expressum exstat in codice bibliothecae Universitatis Basileensis D IV, 4. signato, membranaceo, in 4°, ante medium saeculum XIII. exarato, foliis 38 constante, qui in Annalium nostrorum IV, p. 300. commemoratus, VII, p. 626 sqq. diligentius descriptus est. Pag. 4. incipit hoc chronicon, ubi legitur: Incipiunt cronica apostolicorum et imperatorum. Cardinales etiam, patriarche, archiepiscopi et episcopi sunt hic postea scripti. *Pag. 17. sequitur illa variorum libellorum collectio, quae vulgariter 'Staats-Kalender' vocatur, ex quaque b. m. Pertz catalogum principum saecularium imperii l. c. imprimi fecit. Ex hoc codice Berolinum transmisso V. Cl. Ehrenfeuchter chronicon incipiens a Leone III. papa in usum huius editionis descripsit.*

Quae in eodem chronico leguntur ex magna parte ad verbum congruunt cum Catalogo Tiburtino in SS. XXII, 353—358. a V. Cl. Waitz edito. Hunc quidem multa ex Annalibus Casinensibus vetustioribus nunc deperditis mutuatum esse, ibidem docuit editor, et nostrum quoque chronicon multas praebet notas, quae in Annalibus Ceccanensibus[1]*, Casinensibus*[2]*, Cavensibus*[3] *iisdem verbis leguntur ac partim quidem, quamvis in Cat. Tiburtino insertae, propius tamen verbis dictorum librorum accedunt, partim in Cat. Tiburtino omnino non inveniuntur; atque itidem notae chronici Basileensis modo cum Ann. Ceccanensibus, modo cum Ann. Casinensibus utriusque recensionis vel Cavensibus magis conveniunt. Cum igitur dictorum trium annalium Italicorum primam partem fere usque medium saec. XII. contingentem ex vetustioribus annalibus Casinensibus haustam esse F. Hirsch*[4] *demonstraverit, apparet, ex iisdem nostri quoque chronici magnam partem defluxisse. Quod maxime probatur eo, quod catalogi pontificum et numeri annorum, mensium, dierum cuique ascripti Ann. Ceccanensium, Chron. Basileensis, Cat. Tiburtini*[5] *— praeter id quod nonnulli numeri calami vitio corrupti videntur — plane congruunt*[6]*. Deinde chron. nostrum nonnullis locis minus cum libris iam dictis, quam cum notis illis Romanis, ab editore Annales Seligenstadenses dictis convenit, quas tamen cum in deperditis Annalibus Casinensibus insertas fuisse V. Cl. P. Scheffer-Boichorst*[8] *docuerit, ex iisdem in chron. Basileense transiisse statuendum est*[9]*.*

Attamen compilator noster haud ipsos Annales Casinenses veteres prae

1) SS. XIX, 275—303. 2) SS. XIX, 305—311. 3) SS. III, 185—197. 4) Forschungen zur D. Gesch. VII, 103—112. 5) Anni ab incarn. in margine cod. scripti minus corrupti sunt apud nostrum quam in Catal Tiburtino. 6) Annales Casinenses veteres ab a 1. iam incepisse ex hoc apparet. In Ann. Cavensibus vero notae illorum in XI. demum saeculo leguntur. 7) SS. XVII, 31. 32. 8) Forschungen IX, 383 sqq 9) Qua re demonstratur, annalium veterum Casinensium textum in nostro chronico interdum pleniorem et accuratiorem conservatum esse, quam in ceteris libris ex eodem fonte haustis.

oculis habuisse mihi videtur, quod paucis probandum est. Primo enim leguntur, apud eum nonnulla, praesertim quaedam ad res Tiburtinas[1] *et Romanas spectantia, quae nullo modo ex Ann. Casinensibus desumpta esse possunt; deinde extrema nota ex Ann. Casinensibus transsumpta invenitur in Chron. nostro circa a.* 1140, *notas vero cum Cat. Tiburtino communes praebet idem paene usque ad finem, saltem usque ad a.* 1198; *tota denique rerum compositio eadem est in Chron. atque in Catal. Tiburt., in utroque forma catalogi pontificum et imperatorum usque ad finem conservata est, notae quae in Annalibus singulis annis distributae leguntur, saepe in utroque annalium schemate soluto pontificum imperatorumve nominibus ascriptae sunt. Ex quibus omnibus apparet exstitisse vetustiorem catalogum ex Casinensi ad verbum transscriptum, notis Tiburtinis*[2] *et forsitan Romanis quoque auctum et continuatum, quo et noster et Cat. Tiburtini compilator*[3] *usi sunt. Alia cum Catalogo Cenciano conveniunt. Insuper etiam ex aliis fontibus quaedam suo chronico mutuatus est: quidam enim loci, ut supra dictum est*[4], *cum Gilberti chronico, sive ex eodem, sive ex eius fonte hausti, ad verbum congruunt, quos tamen nequaquam ex Cat. Casinensi transsumptos esse, mihi persuasum habeo. Restant denique apud nostrum nonnulla peculiaria praesertim de rebus Romanis et papalibus referentia, quae cum continuatione Hugonis de S. Victore Romana supra p.* 98 *sq. edita congruunt, ita ut ex annalibus Romanis hausta esse videantur.*

Quamvis vero auctor multo plurima de rebus Italicis retulerit, tamen num in Italia opus suum concinnaverit, non satis constat. Circa finem nempe quaedam de rebus Germanicis, praesertim de episcopis Germaniae ab Alexandro III. et Innocentio III. papis depositis, inseruit, quae unde sumpserit ignoramus; ibidemque duorum episcoporum Basileensium[5] *mentionem fecit: quare Basileae eum scripsisse non sine ulla causa credi possit*[6].

Quae ex Gilberto eiusve fonte et Annalibus Casinensibus deperditis per Annales Ceccanenses, Casinenses, Seligenstadenses, etc. desumpta esse probantur, minoribus typis exprimi feci. *O. Holder-Egger.*

INCIPIUNT CRONICA APOSTOLICORUM ET IMPERATORUM.

Dominus noster Iesus Christus sedit in hoc mundo annis 23[a] et mensibus tribus iuxta illud: *Iesus Christus incipiens quasi* etc. . . . . Gilb

. . . .

. . . .

796. Leo annis 15, mense 1. Cessavit episcopatus diebus 3. Hic apellatus est Sermocinarius. Hic dum pergeret die sancti Marci cum letaniis ad Sanctum Petrum, captus est et cecatus et precisa lingua. Set Deus omnipotens reddidit ei visum et loquelam. Et pergens ad Karolum regem Francorum susceptus cum honore, rediit postea Romam cum prefato rege. Et facta vindicta de inimicis eius, purificavit se per sacramentum papa de quibusdam[b] criminibus sibi illatis. Postea idem rex Karolus coronatus in imperatorem Romanorum. Hic Leo constituit tres letanias ante ascensionem Domini et fecit porticum Sancti Petri. 795 cf. Cat. Tib. Ann. Cecc. Gilb.

801. Karolus primus accepit imperium Romanorum et imperavit annis 13, mense 1, diebus 4 anno ab incarnatione Domini 801. Nicephorus imperator. Michahel imperator anno 1. Tib., A. Cecc.

814. Leo imperator anno 1. 813.

Lodowicus imperator cum Lothario, filio suo, imperavit annis 25. Hic nutu Dei venit in Ithaliam. In territorio Sabinensi nocte apparuit ei sanctus Iohannes baptista, qui precepit ei fabricare ecclesiam ad honorem Dei et sui. Qui letus mane consurgens, monasterium edificavit in loco qui dicitur Argentello ad honorem beati Iohannis baptiste Tib

a) 32. *Gilb.* b) quibus *c.*

1) V. sub a. 1155: (Fridericus imp.) *veniens apud Tyburrum in Quintiliano precepit, ut Tyburtina civitas reedificaretur* etc. 2) Cf. quae V. Cl. G. Waitz SS XXII, 353. notavit. 3) Catal. Tiburtinum ex nostro desumptum esse, ut credatur, nullo modo fieri potest. 4) p. 121. 5) A. 1155: *Istis scismaticis antipapis adhesit Rodolfus ep. Argentinensis et Lodowicus ep. Basiliensis.* A. 1196: (Innocentius) *deposuit etiam electum Basiliensem Walterum per inquisitionem sollempniter factam.* 6) Codex iam ante hos 300 annos Basileae fuit secundum notam, quae in tegumine interiore legitur: 'Ex libris Bibliothecae Academię Basiliensis 1559'.

Gilb. et largissime donavit. Ab[1] isto loco incipiunt Ithali imperare. Exempto imperio a Grecis[a], fertur ad Ithalicos secundum sententiam Romanorum, quoniam Franci non adiuvabant Romam contra Longobardos rebellantes.

Tib., A.Cecc. 816. Stephanus papa sedit mensibus 7.

817. Pascalis papa sedit annis 7.

824. Eugenius sedit annis tribus, mensibus 6.

827. Valentinus papa sedit diebus 40. Hic Lodowicum, filium Karoli, in imperatorem consecravit.

827. 829. Gregorius sedit annis 16. Hic ecclesiam sancti Marci prius a fundamentis eiecit et postea novis fabricis erexit. Istorum quinque contemporaneus fuit Lodowicus imperator.

840 839. Lotharius imperavit annis 9.

Tib. 844. Stephanus[b] annis 3, mensibus 2. Huius temporibus Sarraceni vastaverunt Italiam; et iste coronavit
Gilb Lodowicum imperatorem. Iste Sergius vocabatur Os porci, unde ab isto et antea mutavit nomen suum.

Tib., A.Cecc. 847. Leo annis 8, mensibus 3, diebus 6. Cessavit episcopatus mensibus 2, diebus 15. Hic Karolum, filium Lodowici, coronavit in imperatorem, et edificavit civitatem, quam Leonianam appellavit. Iste fecit ecclesiam sancte Marie nove et Quatuor coronatorum.

850 848. Lotharius imperavit cum Lodowico, filio suo, annis 5.

855. Lodowicus imperavit annis[c] 21[2].

856. Benedictus papa annis 2, mensibus 6. Cessavit diebus 15.

Tib. 858. Nicholaus sedit annis 9, mensibus 6, diebus 9. Hic uno tempore duos imperatores excommunicavit, orientalem nomine[3] Michahelem propter Ignatii iniustam depositionem et occidentalem
Gilb nomine Lotharium propter Waldrade pelicis societatem. Hic constituit, ut post mortem pape cardinales convenirent ad eligendum papam vel Romanum vel alius gentis. Huius temporaneus Lodowicus.

867. 868. Adrianus papa sedit annis 5.

Tib 873. Iohannes sedit annis 10. Hic unxit oleo Karolum, filium Lodowici regis, et eum in imperatorem constituit.

875. 876. Karolus imperator regnavit anno 1, mensibus 9.

881. Karolus imperator regnavit annis 8.

882. 883. Marinus[d] papa sedit anno 1, mensibus 5.

884. Adrianus papa sedit anno 1, mensibus 4.

885. Stephanus papa sedit annis 6, mensibus 8. A morte sancti Gregorii usque ad hunc Stephanum sunt anni 273, menses 2.

891. Formosus papa sedit annis 5, mensibus 6. Huius temporibus Franci perdiderunt regnum, rebellantibus Longobardis.

896 895. Bonifacius papa diebus 15.

Tib., A.Cecc 896. Stephanus anno 1, mensibus 4. Huius temporibus Sarraceni occupaverunt Siciliam.

897. Theodorus diebus 20.

Romanus[4] mensibus 3, diebus 23.

898. Iohannes VIII.[5] papa sedit annis 2, diebus 15. His temporibus Romani capitanei dignitatem patriciatus sibi vindicaverunt

900. Benedictus annis 3, mensibus 2. Leo diebus 40.

A Cecc., Gilb 903. Christoforus mensibus 7. Hic de papatu eiectus factus est monachus.

Tib. 905. Sergius annis 7. Hic basilicam Laterannensem reparavit.

903. Lodowicus imperator regnavit annis 4.

cf Gilb 908. Contemporaneus Christophori et Sergii pape.

Tib, A Cecc. 912. Berengarius imperator regnavit annis 6.

915. Anastasius papa annis 2 et mensibus 2. Lando mensibus 6.

914. Iohannes annis 14, mensibus 2, diebus 8. Hic[6] fuit filius Sergii pape, Tusculanus natione, frater Alberici maioris.
A. Cecc., Gilb. Hic pugnavit cum Sarracenis, et ab Ithalia pulsus[e], in Siciliam fugavit, et edificavit basilicam in
Tib. palacio Lateranensi.

A Cecc 916. Berengarius imperator regnavit annis 4.

Gilb 921. Hugo imperator regnavit annis 6. Istius tempore Ungari, qui circa Danubium habitabant, totam Hyspaniam devastaverunt. Et in hac tempestate sagitte ignee vise sunt in celo.

A Cecc. 928. Leo papa mensibus 7. Stephanus annis 2, mense 1.

931. Iohannes papa annis 3, mensibus 10. Berengarius regnavit annis 8.

Tib., A.Cecc. 936. Leo papa annis 3, mensibus 6, diebus 10.

939. Stephanus papa annis 3, mensibus 4, diebus 15.

942. 943. Martinus[7] papa annis 3, mensibus 6, diebus 13.

946. Agapitus papa annis 10, mensibus 6, diebus 10.

955. 956. Iohannes papa annis 7, mensibus 4. Lotharius imperator annis 2.

950. Berengarius cum Adelberto, filio suo, imperavit annis 11 ante Iohannem papam.

962. Otto primus imperator regnavit annis 6. Iste fuit primus[f] imperator Teotonicus. Exempto enim imperio ab
Tib — Gilb. Ithalicis, soli Theotonici imperaverunt usque ad presens tempus.

964 963. Benedictus papa mensibus 2.

Tib. 963 Leo papa sedit anno 1.

a) *ita c. et Gilberti codd.* A *pro* Francis. b) *ita pro* Sergius *c.* c) anni *c.* d) aarinus *c.* e) *ita c., Cat. Tiburt.* f) primus *erasum in c.*

1) Gilbertus hunc locum rectius habet ante Berengarium I. imp. 2) Ann. Cecc.: *annis* 19. In Cat. Tiburtino hoc cap. omissum est. 3) Verba maioribus typis expressa in Cat. Tiburt. librarii vitio exciderunt. 4) Ann. Cecc. et Cat. Tiburt. Romanum papam Theodoro II. recte praescribunt. 5) Iohannes IX. 6) *Hic fuit filius Sergii pape* afferunt Ann. Cecc. et Gilbertus recte apud Iohannem XI. (931—936). 7) Marinus II.

965. Iohannes annis 7, mensibus 11. Hic a Petro prefecto urbis Romane comprehensus et in castello Sancti Angeli retrusus, deinde in exilium in Campaniam missus, post decem menses et dies 28 reversus est Romam, et de persecutoribus eius ab Ottone supplicium est sumptum[a]. Tib., A. Cecc

965. Otto secundus cum Ottone, filio suo, imperavit annis 28[1]. Iste dum Grecos in Calabria incaute persequeretur, amissis militibus, in navi evasit. Demum vero exercitum congregans, Beneventum obsedit, quo capto, ossa beati Bartholomei apostoli inde asportavit et Rome[b] in insula Tyberina[c] in tumba[2] porphiritica collocavit, et in terram suam per Tyberim et per mare in prefata conca transferre cogitavit. Set eo in brevi mortuo, preciosus thesaurus ille Rome remansit usque hodie. 967. Tib. – Gilb

973. Benedictus papa anno 1, mensibus 6. Iste comprehensus a Cinchio, Theodore filio, et in castellum Sancti Angeli retrusus, ibi strangulatur. 972. A. Cecc.

974. Bonus anno 1, mensibus 6. Bonifacius anno 1, mense 1. A. Cecc., Tib

976. Benedictus annis 9, mensibus 6. 974.

985. Iohannes mensibus 9. Hic in castellum Sancti Angeli[d] retrusus et per 4 menses fame afflictus, mortuus est et, ut fertur, occisus. Et iterum Bonifacius superior sedit mensibus 11. 983.

986. Iohannes annis 10, mensibus 7. 985

Isti septem predicti pape fuerunt contemporanei Ottonis secundi. cf. Gilb.

996. Gregorius V. annis 2. Iohannes mensibus 10. Tib., A. Cecc

Otto III. imperator eodem anno cepit regnare quo Gregorius et regnavit annis 18. Hii duo Ottones tam feroces et tam mirabiles fuerunt, ut unus diceretur 'Sanguineus' seu 'Pallida mors Sarracenorum', alter 'Mundi mirabilia'. Gilb

999. Silvester sedit annis 4, mensibus .. Hic fuit omnium artium liberalium peritissimus, qui primitus abbas Bobiensis, post archiepiscopus Ravenensis[e], postea vero papa effectus est. Hoc anno Sarraceni venerunt super Capuam. Tib. Tib., A. Cecc

1003. Iohannes sedit mensibus 5. Iohannes annis 5.

1005. Terre motus ingens per 15 dies et amplius totam Ythaliam movit. Tib

1009. Sergius annis 2, mensibus 4. Sal[f] defecit, et fames valida fuit. A. Cecc., A. Cas

1012. Benedictus annis 11, mensibus 11. Tib

Sex pape predicti fuerunt [tempore[g]] imperatoris Ottonis tercii. cf. Gilb

1014. Henricus imperator regnavit annis 10, et remansit regnum[h] vacuum[i] tribus annis. Hic venit Romam et coronatus est a papa Benedicto. Illo tempore luna versa est in sanguinem. Nota, quod plures sunt Henrici reges quam Henrici imperatores, unde, cum legitur Henricus imperator primus, ratione imperii dicitur primus et tamen ratione nominis dicitur secundus. Tib A. Cecc., A. Cas Tib – Gilb

1024. Iohannes sedit annis 9, mensibus 9. Tib

1027. Conradus imperator regnavit annis 16. Luna obscurata est. Tib – A. Cas.

1033. Benedictus sedit annis 14. Iste eiectus de episcopatu, et Iohannes Sabinensis episcopus factus est papa, cui nomen Silvester. Et iste quoque eiectus est, et recuperatus papa Benedictus; et iste iterum eiectus est, et datus est papatus Iohanni archipresbytero Sancti Iohannis ante portam Latinam. Et hic ab Henrico imperatore depositus ultra montes deportatus est. Tempore huius, primo anno sui pontificatus solis[k] maxima pars obscurata est in festo sancti Petri, et luna 13. obscurata est per totam noctem. Tib A. Cas

1046. Silvester diebus 56; post mortem cuius prefatus Benedictus iterum tenuit papatum mensibus 9. 1044 Tib.

Gregorius annis 2. Clemens mensibus 9, diebus 7.

Damasus sedit diebus 23.

1050. Leo annis 5, mensibus 1, diebus 6. Hic cum Normannis in Apulia dimicat. 1048 Tib., A. Cas

Henricus imperavit annis 11. Iste tempore Gregorii et Clementis venit in Ithaliam, Pandulfum principem Capuanum victum capiens super Tusiem[3], asportavit illum in Alemanniam, et quendam alium Pandulfum comitem Teatenensem in principem ibi ordinavit. Huius tempore Normanni intraverunt Romam. Magna pars Rome cremata fuit. Tib – Gilb Cenc

Victor annis 2, mensibus 3, diebus 20. Siccitas magna fuit a Maio usque ad vigiliam sancti Andree. 1054 Tib – Cenc

Stephanus mensibus 9. 1057

Benedictus sedit mensibus 9. 1058.

Nicholaus annis 2, mensibus 6. Dux Gotefredus insecutus est Normannos a Roma usque ad Aquinum. 1059 Tib., cf. A. Cas

Alexander annis 11, mensibus 6, diebus 23. Luna eclipsim passa; primus Dionisii circulus. 1061 Tib., A. Cas

Gregorius VII. accepit papatum. Iste nocte natalis Domini captus est super altare a quibusdam Romanis, set vi aliorum receptus est eodem die. A. Cas. II

Gregorius VII. annis 12, mense[l] 1, diebus 3. Iste captus fuit in presepio[4] in natali Domini a Centio de Stephano. Huius tempore Henricus imperator valida manu venit Romam, porticum sancti Petri destruxit. 1073 Tib cf. Cenc et Gilb A. Cas 1083 A. Cas., A. Cecc

Gregorius apud Salernum moritur. Fames et mortalitas[m]. 1080

Clemens effectus est papa.

Liberius[5] scismaticus factus est papa. 1086

a) suptum *c.* b) Roma *c.* c) Tyberī *c.* d) Angleri *c.* e) Ravanensis *c.* f) *ita c.*; Salis defectus *Ann. Ceccanensium cod.* 1. g) *deest c.* h) annum *c.* i) *erasum in c.* k) sol *c.* l) mensibus *c.* m) factus est papa *addit c.*

1) *Otto cum Ottone, filio suo, imperavit annis* 8 habent Ann. Cecc. et Catal. Tiburt., quae ad Ottones I. et II. referenda sunt; *Otto imperavit annis* 20 scribit Gilbertus de Ottone II: utriusque igitur numeri summam noster fecisse videtur. 2) *in tumba* habent codd. A. Gilberti, ubi *porphiritica* deest, quod apud Ottonem Frising. VI, 25, ex quo haec ad Gilbertum pervenerunt, legitur. Ceteri codices Gilberti habent: *in quadam concha.* 3) *Troiam* Gilb. 4) *apud Sanctam Mariam maiorem* Cencius. 5) Desiderius abbas Casinensis, Victor III. papa.

1084. A. Cas. II; A. Cecc. Gilb. Henricus imperavit annis 10. Hoc anno stella clarissima in circulum prime lune ingressa est 3. Kal. Martii. Tempore huius gens christianorum de toto mundo processit ad sepulcrum Domini duce Boemundo, qui Ierusalem abstulerat viriliter Sarracenis.

1086. Tib. – A. Cecc. Victor papa sedit anno 1. Sol obscuratus est.

1088. Urbanus, natione[1] Francigena ex patre Milone, de oppido Castellonis, sedit annis 11.

A. Cas. II. Otto Hostiensis episcopus Urbanum in papam elegit[2].

Innumera Francorum et ultramontanorum multitudo mare transivit.

1091. Cenc. Terrae motus fuit Rome in festo sancte Agnetis, et castrum Sancti Angeli a Romanis captum fuit in festo sancti Laurentii.

A. Cas. II Stellae innumerabiles[a] de celo quasi pluere vise sunt prope diem versus occidentalem plagam celi ubique terrarum mense Aprili.

1099. Civitas Ierusalem capta est a christianis Idus Iulii. Eo anno via ignea per totam noctem in celo apparuit 5. Kal. Octobris. Eodem anno stella cometes apparuit. Hoc anno Antiochia urbs capta est a christianis.

Tib. Pascalis II. sedit annis 18, mensibus 5, diebus 17. Hic captus est ab Henrico Teutonicorum rege et imperatore in ecclesia sancti Petri, et eodem die ex Romanis sine numero interfecti sunt.

1111. Gilb. Henricus imperavit annis 15. Iste adepto imperio patrem suum in vinculis mori fecit.

A. Selig., Tib. Hic fuit captio pape Pascalis ab Henrico Theutonicorum rege, Henrici regis filio; post 15 sacramenta securitatis et amplius ab ipso sibi concessa ab eodem rege cum multis episcopis cardinalibus et Romanis clericis captus et in vinculis est retentus diebus 69. Hic etiam fuit interfectio Romanorum.

1118. Cenc. Gelasius anno 1. Omnes vinee Romanorum gelaverunt. Ierusalem capta est a christianis, et columpne ignee plurime vise sunt ab oriente in occidentem.

1119. Tib. Calixtus, natione Bisuntinus, Guillelmi comitis cognomine Teste-audacis[3] filius, moribus et genere nobilissimus, prius archiepiscopus Viennensis et ecclesie Romane legatus, postmodum apostolice sedis pontifex divina subveniente providentia factus, concordiam inter ecclesiam et imperium reformavit; pacem in Urbe constituit; ecclesiam beati Petri de manu laicali prorsus eripuit, quasi thesauro et decoris ornamentorum[b] varietatibus honestavit. Civitates, castella[c], portus, lacus et alia multa beati Petri patrimonia longis retro distracta temporibus recuperavit. Burdinum heresiarcham cepit; aquam ad Urbem conduxit; pauperum nutritor, pius viduarum et pupillorum defensor, vixit annis 5, mensibus 10, diebus 13. Cometa stella apparuit tempore huius: haec quidem cum nascitur, A. Selig. aut regni mutationem fertur ostendere aut bella aut pestilentiam. Stellae et innumerabiles cadere et quasi pluere vise sunt per totum orbem anno huius ultimo.

1124. Tib. – A. Cas. II, A. Selig. Tib. Honorius annis 5, mense 1, diebus 28. Papa in Apuliam contra comitem Roggerium, qui ducatum occupaverat, egressus est; cum quo tandem facta concordia, ei apud Beneventum ducatum firmavit. Iste vero fuit litteratus ac[d] predicator egregius, religionis amator, in iudicio iustus et in ecclesiasticis negotiis pro indaganda veritate diligens inquisitor.

A. Selig., A. Cas. Lotharius rex imperavit annis 12. Hic fuit dux Saxonie. Honorius supradictus obiit, et eo die sunt electi Gregorius Sancti Angeli in papam Innocentium et Petrus cardinalis Sancte Marie trans Tiberim, filius Petri Leonis, electus est in Anacletum; quorum alter, scilicet Innocentius, abiit ultra montes, Anacletus vero in Apuliam perrexit. Iste Anacletus ducem Rogerium regem esse concessit; rex vero Lotharius venit Romam et accepit coronam ab Innocentio. Anacletus per suam magnam vim, quam habebat in Urbe, abstulit quam pluribus fidelibus Innocentii solidos eorum, quos Innocentius dederat eis. Iste idem Anacletus, cum adibat Sanctum Petrum, timore Frangentium-panes, qui Innocentium constituerant papam, et aliorum fidelium multos archatores et diverse maneriei armatos secum ducebat. Iste Anacletus abstulit Sancti Petri argentum[e] et argentea vestimenta quatuor columpnarum sub cyborio stantes[f], et tabulam auream ante altare ex celatura, in qua dicebatur summa Veteris testamenti scripta esse, et multas[4] coronas argenteas pendentes per ecclesiam et multos crucifixos et ymagines; et excoriavit portas Sancti Petri vestitas argento, et abstulit cyborium et presepe Sancte Marie maioris et multas coronas et vestes et crucifixum, et quibuscunque ecclesiis potuit, auferebat sacra aurea et argentea atque reliquias. Ex hiis vero sacris gwerriebat Frangentium-panes[g] et adiutores Innocentii; et Frangentes-panes gwerriebant eum ex pecunia ultra montes, quam Innocentius mittebat eis. Hic inde homines Deum timentes facti sunt proditores et periuri, quia Innocentius et Anacletus decipiebant eos, dicentes, quod remitterent peccata, dantes alteri parti turres alterius partis[h] et facientes tradi multa utilia sibi; unde talia promittendo deceperunt inclitum et audacem Tebaldum urbis Rome prefectum.

1138. A. Cas., Selig. 1131. Anacletus[5] iste, qui fuit Petrus, filius Petri Leonis, obiit. Sed fere post duos menses fratres eius, cardinales cum clericis suis elegerunt quendam Gregorium heresiarcham[k], qui post tres menses sue electionis depositus est a papa Innocentio, facta pace cum omnibus.

a) innumerales *c.* b) vir *ins. c.* c) catella *c.* d) at *c.* e) argenteum *c.* f) *leg.* stantium. g) *leg.* Frangentes panes. h) partes *c.* i) de *nullo spatio relicto c.* k) hesiarcham *c.*

1) Eadem verba maioribus typis expressa leguntur in Catal. pontt. cod. Vat. 629. ap. Watterich, Vitae Rom. pontt. I, 571 n. 1; Vignolii Lib. pont. I, catal. III. 2) Ann. Casin. codd. 2. 3 (et Ann. Cav.): *Otto Host. ep. in papam Urbanum eligitur*, quorum sententiam perverse intellexit noster. 3) Guillelmus Testardita comes Burgundiae. 4) Similia tradit Boso, Vita Innocentii II, ap. Watterich II, 175. 5) Noster hic quoque textum vetustioris fontis pleniorem praebet quam Ann. Casinenses et Seligenstadenses.

1130. Innocentius, qui et Gregorius, diaconus Sancti Angeli, sedit annis 13, mensibus 7. T.b.

1138. Iste Innocentius papa, facta plenaria synodo media[a] quadragesima, deposuit atque dampnavit totam partem Petri Leonis cum ordinatione illius. 1139. Apr 4 A Selig., Tib

1134. Rogerius rex Sicilie venit in Apuliam et cepit eam totam preter Barim et Troiam, quam obsedit. Contra quem Innocentius papa cum exercitu Romanorum venit, quem rex sine pugna in fugam vertit et comprehendit. Et mox pace facta, relaxatis omnibus quos comprehenderat, accepto ab eo et filiis sacramento, papa confirmavit illi totam terram a fluvio Cartello[b] et infra, filiisque principatum atque ducatum Apulie. Quo facto, Neapolis et Troia iussu apostolico tradiderunt se ei; Barrim per duos menses obsidens, tandem pacto recepit eam, sicque in Siciliam reversus est. A. Selig., A Cas., A Selig

1143. Celestinus sedit mensibus 5, diebus 13. Qui et Gwido cardinalis tituli[c] Sancti Marci[1].

1144. Lutius mensibus 11, diebus 12. Qui et Gerardus cardinalis Sancte Crucis. Tib

1145. Eugenius, natione Pisanus, Clarevallensis abbas Sancti Anastasii[d], sedit annis 8, mensibus 4, diebus 20.

1147. Conradus II. rex Romanorum et rex[2] Francie cum magno exercitu contra Sarracenos perrexit. Obscuratus est sol. Flumen Tiberis per segetes et vinum[e] inundavit. Hoc tempore quidam magister Arnaldus nomine predicabat in urbe Roma, reprehendens divicias et superfluitates clericorum; cuius dicta multi magnates Romanorum sequebantur. Tandem captus suspenditur per odium clericorum. Gil

1153. Anastasius, qui et Conradus, episcopus Sabinensis, sedit anno 1, mensibus 4, diebus 25, natus Rome. Tib. cf. A Cas

1155. Adrianus, natione Anglicus, annis 4, mensibus 8, diebus 28. 1154.

Huius tempore Fridericus imperator rem publicam regit. cf Gilb

1155. Fridericus imperator coronatus est in ecclesia sancti Petri. Hic veniens apud Tyburrum in Quintiliono, precepit, ut Tyburtina civitas reedificaretur in decore et gloriam nominis sui; et rediens, in primo anno Spoletum destruxit, et in octavo anno imperii sui destruxit Mediolanum. Iste Fridericus strennuus, largus, facundus et in omnibus prudens fuit; nam Mediolanum pene penitus destruxit. Istius tempore fuit scisma, quod ipse procuravit contra Alexandrum papam: nam Pascalis et duo alii heresiarche electi fuerunt contra Alexandrum, quos fecit Fridericus imperator. Istis scismaticis antipapis[f] adhesit Rodolfus episcopus Argentinensis et Lodowicus episcopus Basiliensis, qui depositi fuerunt et omnes clerici ordinati ab eis sine spe restitutionis. Iste regnavit 33 annis, sed vicesimo tercio anno sui imperii, hoc est 1177. anno incarnationis Domini, facta est pax inter ipsum et papam Alexandrum apud Venetias 14. die mensis Iulii. Istius consilio et auxilio Philippus Coloniensis archiepiscopus et quidam alii invaserunt ducem Saxonie et eum penitus destruxerunt, sed ipse imperator fuit auctor. Iste, dimissa uxore sua, duxit aliam, de qua genuit quinque filios, Henricum imperatorem, Philippum regem, Fridericum et Conradum, quorum uterque fuit dux Suevie, et ultimum Ottonem. Iste Fridericus, dum tandem iret ad Terram Sanctam recuperandam cum magno exercitu, anno ab incarnatione Domini 1189, in quodam flumine parvo, qui dicitur Saleficum[3], dum se balniaret, submersus est. Tib, Gilb, Gilb, 1190 Iun 10

1160. Alexander[4], qui Rolandus dicebatur, natione Senensis, presbyter cardinalis Sancti Marci et cancellarius Romane ecclesie, sedit annis 21. Contra istum electus fuit Pascalis antipapa, procurante Friderico imperatore. Quo Pascali mortuo, duo alii successive contra Alexandrum electi sunt. Alexander autem timore Friderici imperatoris clam ivit in Franciam, et ibi honorifice receptus est et ibi diu mansit tempore scismatis. Iste deposuit omnes episcopos qui assistebant imperatori et heresiarchis adversariis suis; deposuit etiam omnes clericos ordinatos ab illis episcopis. Iste Alexander celebravit concilium Turonense, concilium etiam Lateranense celebravit anno 1179. De adversariis istius compositi fuerunt versus isti[g] in Francia: 1159., 1167., 1179

Gwido de Crema[5]
Ioh.[h][6] *et Agnes*
Sint anathema!
Numquid peccavi,
Numquid male gramaticavi,
Scismatici pravi
. .[i] *scismaticavi.*

De Alexandro dicitur, quod, quando recipi[k] debuit in Francia Parisius a clericis, capse, in quibus scrinia continebantur, iuxta altare corruerunt, et fracta sunt scrinia, reliquie collise; inde omnes turbati sunt. Dictum, quod diabolico instinctu factum est, alii dixerunt, quod per incantationem tandem[l] commiserunt. 1163.

a) mediante *Tib.*, *A. Selig.* b) Castello *c.* c) titulo *c.* d) Anastastii *c.* e) *leg.* vineas? f) *eadem manu superscriptum.* g) īsti *c.* h) Iob *c.*? i) *lacuna c.* k) recepi *c.* l) *locus corruptus videtur. Fortasse legendum:* nefandam corruerunt.

1) *sancte Marie* Cat. Tiburt. falso. Cf. Bosonis Vit. Coelestini II, ap. Watterich II, 276. 2) scil. Ludovicus VII. 3) V. supra p. 98. cont. Hugonis Romanam et quae p. 134. Gilberto addita sunt. 4) Cf. Bosonis Vit. Alexandri III, ap. Watterich II, 377. 5) Hic est Paschalis III. antipapa. 6) i. e. Iohannes de Struma; Agnes Landonem significare videtur. G. W.

Tib. 1167. Hic expugnati sunt Romani apud montem Porcum ab exercitu archiepiscopi Reinoldi Coloniensis
cf Cont. et Christiani Maguntini archiepiscopi; et eorum alii mortui, alii capti sunt ex magna parte 3. Kal. Iulyi.
Eodem anno destructum est a Romanis Albanum, captum et conbustum 8. Idus Aprilis.

1172. Hic componitur inter papam et Romanos super Tusculanum.

1177. Hic pax facta est inter papam Alexandrum et Fridericum imperatorem apud Venetias.

1178. Sol obscuratus fuit circa horam nonam . .[a] Septembris[1].

1179. Concilium Lateranense hic celebratum fuit ab Alexandro.

Tib. 1181. Lucius, natione Lucensis, episcopus Hostiensis, sedit annis 4, mensibus 2, diebus 15.

1185. Urbanus, natione Mediolanensis, et ibidem archiepiscopus, cardinalis Sanctorum Laurentii et Damasi, sedit anno 1, mensibus 10.

1187. 1186. Gregorius VIII. sedit mense 1, diebus 23.

1187. Clemens III, qui et Prenestinus, Romanus natione, sedit annis 3, mensibus 3, diebus 6.

1191. 1190. Celestinus, natione Romanus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmedin, id est in scola Greca[b], sedit
annis 6, mensibus 9, diebus 12. Huius primo anno pontificatus sui, cum nollet coronare Henricum imperatorem, nisi prius
redderet ei Tusculanum, coactus tandem imperator desiderio corone adipiscende tradidit Tusculanum in vigilia
pasce[2]. Papa itaque Tusculano accepto coronavit eum, Tusculanum tradens Romanis, qui eum statim destruxerunt.
1197. Sept. 28. Tandem 6. mense 7. anni pontificatus Celestini in vigilia sancti Michahelis mortuus est imperator Henricus in Sicilia
et sepultus Panormi; et vacavit imperium annis 12, mense 1, diebus 14.

Henricus imperator Romanorum et rex Sicilie regnavit in imperio annis 7, mensibus 4, diebus 14. Hic accepit in
cf Tib. uxorem Constantiam, filiam regis Sicilie. Hic propter ambitionem corone tradidit Tusculanum pape, sicut
cf. Gilb. supradictum est, quod ipse tradidit Romanis et statim destruxerunt[3]. Hic[4] etiam anno coro-
nationis[c] sue Sicilie regnum intravit et cepit terram usque Neapolim. Quam cum for-
titer obsedisset, facta est ibi mortalitas magna in exercitu suo, ita quod imperator cum
Gilb. paucis languens revertebatur in Alemanniam. Reparato exercitu, reintravit regnum, et ipsum
adeptus est anno quarto postquam obsederat Neapolim, et ipsum regnum totum sibi subiugavit, ubi
plurimos rebelles diversis penis cruciavit, et filium Tancredi regis Sicilie cum matre et Margarito rege Epyrotarum
secum in Alemanniam captivos duxit. Imperatore igitur mortuo Pannormi, orta est discensio inter
principes Alemannie pro imperio. Una pars elegit Ottonem, altera Philippum. Istis
duobus ad invicem pro imperio diu dimicantibus, tandem obtinuit Philippus, et formata est
1208. pax inter eos. Sub qua pace Philippus dolose interfectus est a langravio de Wittilisbach.

1198. 1196. Innocentius III, natione Romanus, set genere Campanus, mense Februario, 3.
Gilb. Kal. Marcii[5] in[d] cathedra sancti Petri electus est apud Septisolium, sicut dicunt versus, quos
ipse fecit[6]:

Qui Petro pridem cathedram tibi terminus idem,
Prebens illud idem, quod Petrus sumpsit ibidem,
Sorte magistratus, ubi quando fuit cathedratus,
Accipiens apicem, quem petit atque vicem.

Gilb. Hic vero quantum fuerit in omnibus gloriosus, opera eius testimonium perhibent veritati. Fulgent enim splendida facta
eius in Urbe pariter et in orbe: fecit namque inter cetera hospitale sancti Spiritus et illud magnis redditibus
ampliavit. Instituit siquidem, ut ibi veronica Domini publice monstraretur dominica qua
cantatur *Nuptie facte sunt;* et ecclesiam sancti Sixti novis et magnis edificiis renovavit urbemque
Romanam in summa pace et concordia tanquam potens dominus ovium gloriosissime rexit[e].
Multos libros composuit, videlicet tertiam compilationem decretalium, que incipiunt *Devotioni,*
librum sermonum, librum de missa, librum[7] de contemptu mundi et alia multa gloriosa. Anno vero ponti-
1215. Nov. ficatus sui 18. celebravit in basilica Lateranensi concilium generale, ubi omnes prelatos totius universalis ecclesie
ubique terrarum convocavit et usque ad 400 episcopos et 800 abbates, exceptis aliis pre-
latis, congregavit. Ibique de assensu omnium et favore qui aderant illi concilio novas
constitutiones et nova edicta promulgavit, que sic incipiunt: *Firmiter credimus.* Iste
Innocentius deposuit multos episcopos, duos Colonienses, Adolfum et Theodericum; Adol-
1205. fum ideo deposuit, quia Philippum regem duxit Aquisgrani, Theodericum ideo deposuit,

a) *dies deest, nullo spatio relicto c.* b) Grera *c.* c) corone *c.* d) in *deest c.* e) texit *c.* ?

1) Anno 1178. fuit solis defectio die 13. Sept. 2) Cat. Tiburt.: *in vigilia nativitatis Domini.* 3) V. contin. Hugonis p. 98. 4) Hic locus fere iisdem verbis legitur in Continuatione chronici ex Pantheo excerpti (SS. XXII, 368) et in Gilberto, ita ut noster modo cum Gilberto modo cum continuatione Panthei magis congruat. 5) Innocentius III. electus m. Ianuarii die 8, consecratus est die 22. m. Febr., i. e. a. 8. Kal. Mart. 6) Cf. locum Gilberto additum supra p. 134. 7) Ita chron. ex Pantheo excerptum, supra p. 140; *de miseria hominis* Gilb.

quia Ottoni imperatori excommunicato astitit contra suam prohibitionem. Deposuit etiam 1212
Herbipolensem[1] et Lupoldum[2] Maguntinum electum; item deposuit Hildesemensem[1] et
Tullensem[3] episcopum, fratrem ducis; deposuit etiam electum Basiliensem Walterum per 1215
inquisitionem sollempniter factam.

1208. Otto, filius Henrici ducis Saxonum[a], accepta corona post mortem Philippi, statim habuit Gilb
bellum cum Romanis, et violenter auferens pape Innocentio post iuramenta, que fecerat in coronatione, multa bona et castella, que papa in sua possessione diu habuerat, contra voluntatem pape intravit regnum Apulie, aufferens illud Friderico, regi Sicilie, quem papa in sua habuit protectione. Preterea fecit spoliari et captivari clericos euntes ad curiam Romanam et peregrinos; astitit etiam publice comiti Sancti Egidii et aliis, qui impugnabant christianos[b]. Propter hoc et alia et propter contumaciam excommunicatus est a papa sollempniter cum candelis ardentibus et ab omnibus episcopis Alemannie. Postea vero quarto anno imperii sui principes Alemannie Fridericum predictum elegerunt in imperatorem iurantes, quod, si Fridericus etiam moreretur, nunquam Ottonem acciperent in regem vel imperatorem. Fridericus vero veniens per mare usque Romam, a domno papa et populo Romano honorifice receptus est et in Alemanniam contra Ottonem dirigitur. Ibi receptus est laudabiliter a principibus, et Otto depulsus de Brisach, postea fugit Coloniam.
Illi coacti sunt eum derelinquere; inde latenter fugit usque Bruswinc. 1213

CRONICA VINCENTINA.

Codex Mediolanensis Ambrosianus Nr. 51. sup. fol. 31—40. brevissimum continet rerum inde a Christo nato gestarum conspectum, qui cur Vincentinus dicatur, non patet[4]*: auctor tamen Vincentiae Friderico II. vivo scripsisse credendus est. Cum maximam partem ex Gotifredo Viterbiensi haustus sit liber*[5]*, finis tantum eius dignus visus est, qui hic ederetur, quippe qui nonnulla contineat alibi haud tradita. Magna eorum pars ex catalogo pontificum Romanorum sumta videtur. Quae de subiectione Friderici I. Venetiis facta traduntur iam fabulam redolent, quamvis nondum figmenta posterioris temporis hic legantur. Usi sumus apographo, a V. Cl. Ceriani, bibliothecae Mediolanensis praefecto, humanissime transmisso.* *G. W.*

INCIPIT ABBREVIATIO CRONICE VINCENTINE.

Anno 43. imperii Octaviani Augusti natus est Christus, filius Dei ex Maria virgine, completis ab Adam annis 5199. Qui fuit summus pontifex. Et . . . .

. . . .

Anno Domini 1143. Lucius II. sedit mens. 10, d. 12.

Anno Domini 1144. Eugenius III, natione Pisanus, sedit ann. 8, mens. 4, d. 21.

Anno Domini 1152. Anastasius IV, natione Romanus, sedit ann. 1, mens. 4, d. 22.

a) Saxanum *c.* b) christianis *c.* ?

1) Conradus episcopus Hildesemensis, qui, episcopatu Herbipolitano nulla auctoritate papali suscepto, utrumque episcopatum abdicare coactus est, hunc tandem poenitentia Romae exacta recepit. 2) Liupoldus de Schoenfeld, episcopus Wormatiensis, Moguntinus a. 1200. a maiore parte electus, renunciavit archiepiscopatum a. 1208. 3) Matthaeus episcopus, frater Simonis ducis Lotharingiae, depositus est a. 1210. 4) Cf. Bethmann, Arch. XII, p. 612. Eiusmodi compendia nullius esse pretii, nimis audacter dicitur. 5) Neque tamen cum aliis huius temporis chronicis ex Gotifredo excerptis convenit, quod locus a V. Cl. Bresslau exscriptus ostendit: *Conradus primus ratione imperii, sed ratione regni secundus, quia fuit alius Conradus rex ante primum Hinricum. Consiliis ipsius Hinrici imperatoris, cuius tamen dum viveret gratiam non habebat, anno Domini 1020. ab omnibus est electus in imperium. Iste Conradus fuit natione Francus, dux sub predicto Hinrico, ei tamen ingratus, quia ipsius Hinrici neptem nomine Gisilam nolente ipso acceperat in uxorem* etc. Parti nunc impressae antecedunt verba de Rogerio: *auctoritatem regiam cum benedictione apostolica tam in Sicilia quam in Apulia plenarie impetravit.*

Gotif. **Fridericus primus, filius Frederici ducis Suevorum, fratris Conradi regis, natus ex gente clarissima Karulorum, post Conradum III. communi voto et consensu omnium principum anno Domini 1152. electus est ad imperium, et postea** ab Adriano papa unctus et coronatus sine clero et populo Romano; cum quo postea multa bella comisit.

Anno Domini 1153. Adrianus IV, natione Anglicus, sedit ann. 6. Hic coronavit Fredericum sine clero et populo Romano.

Anno Domini 1160. Alexander III, natione Tuscus de civitate Sena, sedit ann. 22
minus diebus 3, imperante Frederico, et cessavit episcopatus d. 16. Hic apud Sanctum
Petrum electus est cum Octaviano, filio Iohannis Maledicti, qui vocatus est postea Victor;
qui Victor vixit ann. 8, mens. 6, et mortuus est Luce; et successit ei Guido Cremensis[a], qui
vocatus est papa Pascalis, et vixit ann. 4, mens. 4, d. 24; et successit ei Iohannes de Struma[b],
1178 qui vocatus est Calixtus. Hic depositus est a papa Alexandro, et datus est recordatus[c] Beneventi[1]. Quorum scisma secutus Fredericus, semper est Alexandrum persecutus. Anno tamen
1177. 19. apostolatus Alexandri apud Veneciam rediit ad mandatum eius Fredericus, et ad pedes eius
se prostravit, et per magnam horam ipsum sic prostratum permisit, antequam eum erigere
1179. permitteret. Quibus omnibus calcatis, Alexander celebravit sinodum anno 21. apostolatus
sui in basilica Lateranensi 14. Kalendas April. Hoc anno 14.[d] Kal. Sept. luna passa est
eclipsim, et eodem anno[2] Idibus Sept. sol eclipsim sustinuit.

Anno Domini 1180. Lucius III, natione Tuscus, de civitate Luca, sedit ann. 4, mens. 2, d. 28.

Anno Domini 1185. Urbanus III, natione Mediolanensis, sedit ann. 1, mens. 10, d. 19.

Anno Domini 1186. Gregorius VIII, natione[e] Romanus, sedit ann. 3, mens. 3, d. 11.

Anno Domini 1188. Clemens III, natione Romanus, sedit ann. 4, mens. 3, d. 11. Istius anno primo Ierusalem et sepulcrum Domini a Saracenis Saladino duce invaduntur mens. Iun.

Anno Domini 1191. Celestinus III, natione Romanus, sedit ann. 7.

Henricus VI, filius Frederici, anno Domini 1191. coronatur[f] in basilica beati Petri feria 2. post pasca[3], 19.[g] die mensis Aprilis, et imperavit ann. 7, mens. 5, d. 24, et mortuus est 2. Kal. Oct. in Sicilia, civitate Messana, et vacavit imperium ann. 12.

Anno Domini 1198. Innocentius III, natione Capuanus, sedit ann. 18.

Otto IV, filius Henrici ducis Saxon., anno Domini 1209, vacante imperio post mortem Henrici, electus est ad imperium ab una parte principum, et ab alia Filippus, [filius[h]] condam Frederici imperatoris.

Anno Domini 1216. Honorius III. sedit ann. 11.

Fredericus II, filius dicti Henrici, anno Domini 1220. imperavit*.

Anno Domini 1227. Gregorius IX, natione Anagninus, sedit ann. 14, mens. 6, d. 7. Cessavit d. 64. Hic anno apostolatus sui 13, mense Mar. excommunicavit Fredericum imperatorem, et eodem anno mense Iun. sol totus obscuratus est, et sequenti anno mens. Febr. apparuit cometa quasi virga.

Anno Domini 1242. Celestinus IV.[i] sedit d. 17. Cessavit episcopatus ann. 1, mens. 9.

*) *in imo margine post add.:* defunctus est ann Domini 1250. in sancte Lucie festo.

a) Clementis *c.* b) Firiuna? *c.* c) *voc. corruptum* (episcopatus?). d) *ita Ann. Cecc.;* XXII. tercio *c.* e) n. R. *suppleta supra lineam manu prima.* f) coronatus *corr. eadem manu ut videtur* coronatur, *vel versa vice.* g) *lege:* 15. h) *deest c.* i) *ita e corr. posterioris manus.*

1) Iohannem Beneventi episcopum vel 'praepositum' constitutum esse, tradunt Alb. Stad. 1179, SS. XVI, p. 348, et Sigeb. cont. Aquic. 1179, SS. VI; p. 418; quod hoc loco confirmari videtur; cf. Reuter, Hist. Alex. III. Vol III, p. 353. 2) 1178; cf. Ann. Ceccan. SS. XIX, p. 286. 3) Ita etiam Arnoldus Lub. V, 4, SS. XXI, p. 181, et Ansbertus; alii minus recte ipsum diem paschatis indicant; cf. Toeche, Jahrb. p. 186.

CHRONICON BREVE FRATRIS, UT VIDETUR, ORDINIS THEUTONICORUM.

Breve chronicon hucusque ineditum, Friderici II. tempore scriptum, ideo fratri hospitalis Theutonicorum adscribendum duximus, quia bis huius mentionem facit; id quod frustra in aliis huius temporis historiis quaeras. In priori libri parte Bonithonis librum ad amicum et presso pede Gotifredum Viterbiensem auctor sequitur, praeterea sive Gilberti chronicon sive pontificum Romanorum catalogum ex illo haustum, qui et alia praebuisse videtur, quae illic desiderantur, adhibuit. Inde in Italia eum scripsisse verisimile fit, et pauca quae de suo adiecit idem ut statuamus suadent. Ibidem a Iacobo de Voragine libellus hic exscriptus est[1]. *Codices vero qui exstant duas libri formas praebent, paulo inter se diversas.*

1) *Vindobonensis Lat. Nr.* 1262 *(Sal.* 81*), ubi fol.* 86—95. *in membrana s. XIII. ex. hoc chronicon legitur*[2]. *Incipit ab Octaviano caesare et recensionem praebet locis nonnullis breviorem; neque scripturae mendis caret.*

2) *Vindobonensis Lat. Nr.* 364 *(Hist. prof.* 72*), membr. s. XIV, qui magnae operum historicorum collectioni f.* 389—416. *etiam hoc adiecit*[3]*; regum Italicorum praemittit seriem et postea praesertim paparum catalogo quaedam inserit, maximam partem e Gilberto hausta, quae an ipsi auctori tribuenda sint potest dubitari. Quare uncis ea inclusi. Verba negligentius sunt expressa.*

3) *Perusinus Nr.* 16015, *membr. s. XV, a Bethmanno evolutus (Arch. XII, p.* 547*), cum Vindobonensi* 2. *convenire videtur.* *G. W.*

[Annis ab Adam duobus milibus 640, a diluvio 322, tempore nativitatis Ysaac, primo regnavit in Ytalia Ianus annis 27. Post quem Saturnus . . . .

Octovianus . . . monarchus efficitur et primus Romanorum imperator vocatur. Cuius imperii anno 43] cum[a] in toto orbe dominaretur, precepit, ut quelibet persona censualem nummum daret in recognitionem subiectionis Romane ditioni. Huius anno 43 . . . .

Heinricus [II] imperat annis 11. Hic a suis nuptiis omnes ioculatores expulit et que eis dari solent pauperibus tribuit. Petrum regem Ungarie expulsum regno restituit. Huius tempore tantum fuit scisma, ut tres apostolicam sedem invaderent, unus apud Sanctum Petrum, alter apud Sanctam Mariam maiorem, tercius Benedictus nomine in palatio Lateranensi ex condicto sederent. Quos tandem quidam presbyter Gracianus pecunia[b] induxit, a tanta recedere insania, unde eum Romani papam fecerunt et Gregorium vocaverunt. Imperator pro tanto scismate Romam properat, aput Sutrium Gracianum obviam habuit, qui ei coronam auream offert[c], ut gratum haberet. Cesar cuncta[d] dissimulat primo, sed convocata synodo Gregorium de symonia arguit et convicit, et Gwiderium Babenbergensem episcopum cum[e] consensu omnium substituit eumque Benedictum nominavit. Damasus Brixiensis[f] episcopus et postea[4] patriarcha Aquilegensis [sedit[g] mense 1]. Leo Alamannus [sedit[g] annis 5, mensibus 2, diebus 7]. Victor Eistetensis[h] episcopus [sedit[g] annum 1, menses 3]. Stephanus Lothoringus[5] [sedit mensibus 9]. Hii quatuor Theutonici[i] fuerunt. Gotif / cf. Gilb.

Benedictus. [Benedictus sedit annis 10.

Nycolaus, Florentinus episcopus, sed. annis 20 et aliquot mensibus. Nycolaus, Florentinus episcopus[6], sedit annis 3, mensibus 6, diebus 25].

Heinricus [tercius] imperat annis 40. Hic Leonem papam cum papalibus insigniis Romam misit; sed consilio Hildeprandi[k] prioris Cluniacensis insignia Leo deposuit, et canonice ab omnibus est electus. Iste Leo cum dicto cesare Petrum regem Ungarie a quodam suo milite Andrea cecatum vindicavit. Eo tempore Normanni Apuliam[l] occupant. Antiochia et Ierusalem a Sarracenis recuperantur[m]. Iste imperator et[n] papam Romanis Gotif

a) Octavianus primus Romanorum imperator, cum *inc.* 1. b) peccunia 2. c) affert 2. d) pr. c. d. 2. e) *deest* 2. f) Brixinieñ 2. g) *ita* 2. h) Einstensis 1; Eiusteteñ 2. i) Theothonici 2. k) Hisdeprandi 2. l) Appuliam 2. m) reperantur 1; recuperatur 2. n) *deest* 2.

1) Cf. N. Arch. III, p. 52 sq. et infra. 2) Cf. Arch. X, p. 549. 3) Ibid. p. 463. 4) Ita pro *Poppo* auctor legit vel librarius scripsit. 5) Ita neque Gotifredus neque Gilbertus. 6) Ita catal. Gotifredi p. 296. Gilbertus vero haec Alexandro II tribuit.

dabat et prelatos ecclesiarum per baculum[a] et anulum investiebat, nec aliter quis[b] poterat prefici ecclesiis. Insuper et[c] principes[d] et alios multimodis gravabat, unde tam papa Gotif. quam alii adversus eum consurgunt, et excommunicatur. Duo reges adversus[e] eum in Alamannia creantur, Rudolfus Saxo, qui in bello interficitur, et substituitur ei Hermannus dux Lothoringie[f], de quo idem accidit. Cesar[a] Bon. V, p. 637 neptem suam Beatricem[g], marchionis Bonifacii uxorem, matrem comitisse Mechtildis[h], una secum cum filia in Alamanniam ducit. Filius eius Heinricus tandem contra eum erigitur, et sic a principibus cogitur imperialia[i] resignare. Gotif. Post hec Leodii moritur et Spire sepelitur.

Alexander, natione Mediolanensis, sedit annis 9, mensibus 6. Hic fuit Lucensis episcopus. Contra hunc episcopi cf. Gilb. Bon VI, p 645 sqq. Lombardie auxilio imperatoris Cadolum[k] Parmensem eligunt, et gravissimum scisma est exortum. Vix Alexandro aliquis astitit preter Gottifredum[l], maritum comitisse Matildis[m]. Tandem Atto[2] archiepiscopus Coloniensis, qui regem Heinricum, filium predicti Heinrici, in cura habuit, Romam venit et sic[n] papam est allocutus[3]: 'Frater Alexander, cur sine consensu domini mei regis accepisti[o] papatum?' Cui papa humiliter et rationabiliter probavit, non esse regis statuere papam. Unde precibus dicti[p] archiepiscopi Mantue[q] synodus congregatur, et dictum scisma terminatur ibidem.

Gregorius septimus sedit annis 15, mense 1, diebus[r] 8. Hic est prior Cluniacensis, qui cum Leone venit et archi- Gotif. Bon VII, p. 657. diaconus Romane ecclesie fuit. Hic, nondum[s] expletis[t] exequiis Alexandri, papa omnium votis eligitur. Sed in tantum rennuit, ut ad imperatorem Heinricum nuncios mitteret, rogans, ne electioni assentiret, et ut ad hoc facilius incli- *f. 94. naretur, firmissime asseruit, quod, si eius non impediretur electio per cesarem, excessus eius nullatenus* toleraret. Gotif. Cesar tamen electioni consensit; sed tandem Guibertum[u] Ravennatem archiepiscopum intrusit[v] contra eum, et iterum Bon. VI, p. 641. fit gravissimum scisma. Hic Gregorius in minore[w] officio legationem Lugduni[x] habens, archiepiscopum de symonia [miraculose[y]] convincit[z]. Idem enim archiepiscopus omnes accusatores suos pecunia corruperat, et cum convinci non posset, dixit legatus, ut *Gloria patri* diceret per totum. Ille *Patri* et *Filio* expedite dicebat, sed *Spiritui sancto* nullo modo dicere poterat, quia in Spiritum sanctum peccaverat; unde tam ipse quam alii, quos[a] conscientia de symonia accusabat, cesserunt. Sed et multa alia bona fecit; Salerni[b] obiit. Victor sedit mensibus 4, diebus 9. Hic fuit abbas Casinensis et vocabatur Desiderius. Urbanus sedit annis 11, mensibus 6, diebus 18. [Hic fuit episcopus Ostiensis nomine Otto]. Prius[b*] vocabatur Otto.

Gotif. Heinricus [IIII.] imperat annis 14. Cum 30 milibus militum, exceptis[c] Ytalis, Romam properat, pontem Tremulum, quia[d] transitum prohibere voluit, destruxit; similiter Aritium[e], quia cives ecclesiam sancti Donati in civitatem transtulerant[f]. In gradibus sancti Petri a papa Paschali, clero et populo processionaliter recipitur. Sed consilio quorundam circumventus, papam et cardinales capit, irritas pactiones facere coegit et coronam a papa recepit. Postea tempore Calixti[g] in manibus Lamberti[h], qui demum fuit papa Honorius, predictas[i] pactiones resignavit. Multa magnifica fecit, Spire obiit, cum progenitoribus sepultus, videlicet tribus Heinricis, et ipse quartus. Et habent hunc[k] versum in epitaphio[l]:

Filius hic, pater hic, avus hic[m], proavus iacet istic.

Gelasius [natione Gagethanus, cancellarius] sedit anno[n] 1, diebus 3, aput Cluniacum obiit. Contra quem Bracarensem[o] archiepiscopum cesar Heinricus erexit, qui Burdinus est Gotif. appellatus. Calixtus[p] Bituricensis, archiepiscopus Vienne[q], sedit annis 5, mensibus 10, diebus 13. Hic Burdinum aput Sutrium cepit et camelo retrorsus[r] impositum, et cauda pro freno in manu cf. Gotif. data, et vervecina[s] pelle pro manto, Romam duxit[4]; et aput Cavam mortuus est.

Honorius Bononiensis sedit annis 5, mensibus 6, diebus 28. Hic primo minus canonice electus resignavit et iterato fuit electus.

Gotif. Heinricus[t] [V.] imperator sine herede moritur.

Lotarius[u] Saxo renitens a principibus eligitur et imperat annis 12. Contra hunc Conradus[v], nepos Heinrici cesaris ex sorore, a suis ordinatur, et Mediolanum veniens, Modicie[w] coronam portavit.

Rome Innocentius, dyaconus Sancti Angeli, Transtiberinus, a saniore[x] parte papa ordinatur. Contra quem alii Petrum, Petri Leonis filium, tituli[y] Sancti Kalixti presbyterum, elegerunt et Anacletum vocaverunt. En scisma gravissimum, duo Romani pontifices et duo Gotif. reges. Verum Conradus cum Lotario[z] pacem fecit; Lotarius Innocentio adhesit et ab ipso coronam accepit. Anacletus interim moritur. Innocentius, natione Romanus, sedit annis 13, mensibus 6, diebus 14. Hic a Rugerio[a] Siculo capitur aput Gallucium et eum coronavit in regem. In hoc scismate Romani senatum innovant, qui longo ante tempore non[b] nominatur[c]; quem Innocentius morte preventus non potuit annullare. Lotharius cesar aput Veronam moritur.

Conradus concorditer ad imperium eligitur aput Confluentiam et Aquisgrani[d] a[e] Theodowino Portuense episcopo, apostolice sedis[f] legato, coronatur. Hic proceres Apulie[g] a Rugerio[h] expulsos recepit[i]; Welfonem ducem sepius devicit.

a) bucalum 2. b) pot. quis 2. c) eciam 2. d) princeps alios 2. e) in Alem. adv. eum 2. f) Lotharingie 2. g) Betharicem 1. h) Mehthildis 2. i) imperalia 2. k) Kadoldum 2. l) Gotfridum 2. m) Mehthildis 2. n) pape sic all. est 2. o) recepisti 2. p) predicti 2. q) Mamne 2. r) dies 2. s) non 1. t) completis 2. u) Gumbertum 1; Gubertum Raventiacen. 2. v) contra eum intr. 2. w) minori 2. x) Lugdurdi 1; Lugdini 2. y) *ita* 2. z) convicit 2. a) *deest* 1. b) Salernii 2. b*) Primus 1. c) R. pr. exc. Yt 2. d) qui 2. e) Arricium 1. f) transtulerunt 1. g) Kal. 2. h) Lamperti 2. i) pacc. pred. 2. k) *bis scripsit* 1. l) epytafio 2. m) hic avus 1. n) 1 ann. 2. o) Bratar. 2. p) Kal. 2. q) Wienne 1. r) retrorsum impositus 2. s) verfecina 2. t) Hainricus 2. u) Lotorius 1; Rotharius 2. v) Chunradus 2 *semper*. w) modice 1. x) saniori 2. y) terre 1; inter (īt^s) 2. z) Lothar. 2. a) Rogelio 2. b) non nom. *in rasura* 1. c) innovabatur 2. d) Aquisgranis 1. e) et Theodowicio 2. f) *deest* 1. g) apulte 2. h) Reggerio 2. i) suscepit 2.

1) Bonitho de Heinrico III. loquitur. 2) Ita pro *Anno*. 3) *papamque convenit, cur absque iussu regis ausus sit Romanum accipere pontificatum.* BON. 4) Cf. Ann. Roman., SS. V, p. 479.

Emanuel imperator Constantinopolitanus sororem eius uxorem habuit. Terram Sanctam cum Ludwico rege Francie per[a]
terram visitavit. Habuerunt hii duo reges mille milia militum in comitatu suo. Conradus paucos de suis reduxit; tan-
demque et ipse in pace quievit.

Celestinus sedit mensibus 5, diebus 11. [Tuscus genere fuit]. Lucius [Bononiensis] sedit mensibus 11. Hic cum[b]
vellet senatum contra ecclesiam[c] erectum deponere, Capitolium cum multis ascendens, a populo Romano lapi- cf Gilb
datus, post paucos dies occubuit. Eugenius [nacione Pisanus] abbas [Sancti Anastasii] de[d] ordine Clarevallensi sedit
annis 8, mensibus 5, diebus 10. Huius tempore sanctus Bernhardus mellifluus sermocinator fuit.
Anastasius [nacione Romanus] sedit anno[e] 1, diebus 5; Sabinensis episcopus.

Fridericus primus, filius Friderici ducis Suevorum, fratris[f] Chûnradi regis, de progenie Karulorum[g], aput Fran- Gotif
chenfurt[h] ab omnibus eligitur et imperat 41 annis[i]. Hic ab Adriano[k] papa gloriose coronatur; cuius consilio tam
Romanos quam alios effrenatos perdomuit, Mediolanum destruxit, Lombardos omnes subegit. Adrianus Anglicus
sedit annis 4, mensibus 8[l]. Post hunc Alexander Senensis[m] tituli[n] Sancti Marci sedit annis 22. Contra cf Gilb
hunc Octavianus tituli[n] Sancte Lucie et Iohannes Cremensis tituli[n] Sancti Kalixti et Iohannes
Strumensis[o] successive[p] in papatum[q] eliguntur et favore imperatoris fulciuntur; duravitque
scisma 18 annis. Infra hoc scisma Theutonici[r], qui aput Tusculanum tunc morabantur,
pro imperatore Romanos aput montem[s] Portum[1] assiliunt et tot a nona usque ad vesperas[t]
[ex eis] prosternunt, quod tempore Anibalis[u] regis Kartaginensis non leguntur tot fuisse 1166
prostrati, licet in campis Thessalie in bello Cesaris et Pompei[v] 15 milia ex eis cum 33 cen-
turionibus et sub Gaio[w] Mallio consule in bello Theutonicorum 80 milia Romanorum cesa
legantur. Quorum multi aput Sanctum[x] Stephanum et Laurentium foras murum sepulti
habentur[y], et habent tale epitaphium[z]:

Mille decem decies et sex decies quoque seni.

Tandem Christo favente[a] aput Venetias[b] factum est unum ovile et unus pastor. Idem im-
perator filio suo regi Heinrico uxorem dedit Constantiam, filiam regis Siculorum, que adhuc
virgo 30. etatis peragrabat[c] annum, ipse autem 21 annorum[d] erat, et celebrate sunt
nuptie Mediolani anno Christi 1185[e. 2], eius[f] regni 17. Nota, quod quarto etatis sue anno 1186
rex fuit factus.

Lucius [nacione Tuscus] sedit annis 4[g]; Verone obiit. Urbanus [nacione Lombardus] sedit anno 1, men- cf Gilb
sibus 11; Ferrarie obiit. Gregorius VIII. sedit diebus 55; Pisis obiit.

Imperator Fridericus, pacato imperio, cum filio suo Friderico[h] duce Suevorum et
magno[i] procerum et aliorum comitatu Terram Sanctam visitavit. Sed cum quadam[k] die cf Gilb
lavaretur in flumine, periit, et dictus filius eius[l] exercitum strennue rexit[m]; sed et ipse in
brevi obiit et in ecclesia[n] sancte Marie hospitalis Theutonicorum, quam pater et ipse in-
choaverant[o], sepultus fuit.

Heinricus [VI.] imperat annis 7, mensibus 5. Hunc papa Celestinus secundo die papatus sui coronavit. Iste primo Gilb
anno imperii sui Neapolim obsedit, et tam ipse quam exercitus morbo coacti in Alamanniam redierunt. Sed quarto anno
rediens, totum regnum Sicilie obtinuit, capto Tancredo, qui regnum occupaverat, et Margarito rege Epirotarum. Huic
uxor sua [domina] Constantia secundum Fridericum peperit, qui nunc habenas imperii feli-
citer regit. Clemens [nacione] Romanus sedit annis 5, mensibus 2[p]. Celestinus [nacione] Romanus sedit annis 7, Gilb.
mensibus 8. Hic Tusculanum ab imperatore Heinrico recepit et Romanis tradidit ad[q] destru- 1191
endum[3]. Hiis temporibus quidam de principibus Alamannie Terram Sanctam visitaverant[r],
unde tam illis, quam aliis imperator filii[s] nativitatem per legatos intimavit, quorum plures
puero fidelitatem iuraverunt. Cesar in brevi de medio tollitur; quem et uxor non multo 1197
post sequitur, filium inpuberem sub[t] ecclesie tutela relinquens, in quem insurrexerunt viri
dolosi, quecunque[u] preciosa ipsius diripientes. Philippus vero, patruus eius[v], nomine ipsius
Romanorum regnum[w] obtinuit; quo a quodam comite proditore perempto, Otto Saxo[x] eli- 1203
gitur, ab Innocentio tercio coronatur. Hic dum regnum Friderici pupilli invaderet, excom-
municatur[y] a papa, et predictus Fridericus[z] Romanorum regnum suscepit[a]. [Otto in
Saxonia obiit]. Ordines Predicatorum et Minorum oriuntur.* 1212

*) Anno Domini 1216. confirmatus est ordo Predicatorum *eadem manus notat in marg.* 1

a) pariter v. 2. b) dum 2. c) *deest* 1. d) Clarevallensis ordinis 2. e) annis 15. 2. f) frater 1. g) Karo-
lorum 2. h) Franchen fuit 1; Frankenfurt 2. i) anno 1. k) Adrino 2. l) IX. 2. m) Senonensis 2.
n) terre 1. o) Struriensis 1. p) sue Cessine 2. q) papatu 1. r) Theot. 2 *semper*. s) mortem 1. t) vespe-
ram 2. u) Hannibalis 2. v) Poperii 1. w) Gayo Manlio 2. x) sanctos 2. y) sunt 2. z) epytafium 2.
a) faciente 2. b) Venacias 1. c) peragabat 2. d) anni 1; annus 2. e) MCXXXIII. 1; MCLXXV. 2. f) r. e. 17. anno 2.
g) 3. 2. h) Fridrico d. Swev. 2. i) magnorum 2. k) quodam 2. l) eiut 1. m) regit 2. n) ecclesie 1.
o) inchoaverat 1. p) 2 *deest* 1. q) *deest* 2. r) visitaverat 1. s) sui *add.* 2. t) sue 2. u) queque 2. v) ipsius 2.
w) *deest* 2. x) genere 2. y) a papa exc. 2. z) Fridricus 2 *saepius*. a) obtinuit 2.

1) Rectius *Porcum*; cf. Gotifr. G. Frid. c. 25, p. 320; Cat Tiburt. p. 357. 2) Ian. a. 1186. 3) Cf.
Catal. Tiburt. p. 358.

Gilb. Innocentius [nacione] Campanus sedit annis 18. Hic scientia et moribus pollebat; Lateranis[a] generale concilium[b] celebravit, anno[b] Christi 1216. Perusiis[c] obiit.

Honorius [nacione] Romanus sedit annis 10, mensibus[d] 8. [Hic[e] Fridricum coronavit et in diebus suis pacem fovit. Rome obiit, in ecclesia sancte Marie maioris quiescit].

1220. Fridericus imperator[f] primo die coronationis sue[g] leges optimas contra hereticos edidit, hospitali Alamannorum multa privilegia obtinuit, Sarracenos in Sicilia perdomuit. Divitiis, potentia et filiis pre ceteris[h] imperatoribus effloruit. Prima ei uxor domina Constantia, filia regis Aragonum[i], fuit, de qua regem Heinricum genuit. Qua defuncta, consilio[k] domini pape Honorii et cardinalium dominam Ysabellam, filiam Iohannis regis Ierosolimitani, una cum eodem regno accepit, de qua Chûnradum genuit[l], qui [nunc] rex[m] Romanorum est electus et heres regni Ierusalem. Qua sublata de medio, alteram [dominam] Ysabellam, regis[n] Anglie filiam, accepit, de qua filium et filiam suscepit. Lombardos rebelles[o] sepe contrivit; prostratis Mediolanensibus, carrocium[p] eorum Romam misit et multa alia magnifica fecit.

1227 Gregorius, natione Anagninus, sedit annis 14, mensibus 6, diebus[q] 7; vacat[r] diebus 64. Hic fere toto tempore papatus sui cum imperatore Friderico discordiam habuit. Sanctos Dominicum et Franciscum et sanctam Elizabeth[s], filiam regis Ungarie, temporibus suis miraculis coruscantes, canonizavit.

1241. Celestinus, natione Mediolanensis, vir bonus et pacificus, sedit[t] diebus 17; et subito raptus est de medio, ne malicia[u] forte immutaret cor eius. Vacat anno 1, mensibus 8. Causa tante vacationis maxime fuit, quia papa Gregorius ad concilium plurimos prelatos vocaverat, quorum multi cum domino Iacobo Prenestino[v] episcopo, legato Francie, et domino Odone[w] Sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono, legato Anglie, cardinalibus, ad manus imperatoris devenerunt, quos tandem pro ecclesie provisione dimisit et copiosum
1243 exercitum, quem in depopulationem[x] Urbis habebat, solvit. Unde[y] omnes cardinales Anagnie in ecclesia sancte Marie matris Dei convenerunt et subito unanimiter dominum Synebaldum[z], natione Lombardum[a], tituli[b] Sancti Laurencii in Lucina[c] presbyterum, in summum pontificem elegerunt et Innocentium quartum vocaverunt, anno Christi 1243,
Iun. 25. indictione prima, sequenti die post nativitatem Iohannis baptiste; qui dominica in vigilia
Iun. 28 apostolorum consecratus[d], regnum induit[1] et in eorundem festo populo sollempniter predicavit.

VINCENTII BELLOVACENSIS MEMORIALE OMNIUM TEMPORUM

ED. O. HOLDER-EGGER.

De hoc chronico V. Cl. Natalis de Wailly iam ante hos 32 *annos tam luculenter disseruit*[2], *ut vix perpauca nobis addenda restent. Codicem enim Parisiensem infra describendum nactus demonstravit, chronicon quod in eo legitur brevissimam esse epitomen ex Vincentii Bellovacensis Speculo historiali ab ipso eodem auctore, ut ex Prologo operis patet, atque iam paulo post primam Speculi historialis editionem*[3], *scilicet circa finem a.* 1244. *confectam. Quod pro-*

a) gen. conc. Lat. 2. b) anno — 1216. *des.* 2. c) Perusius 1; Parisius 2. d) m. 8 *des.* 1. e) *haec quoque add.* 2. f) imperat 1. g) *deest* 2. h) aliis 2. i) Arogonum 2. k) *deest* 1. l) *legitur post* Ierusalem 2. m) R. rex el. est 2. n) f. r. A. 2. o) rebellos 1. p) carrocium *corr.* corroc. 1; karrocicium 2. q) dies 2. r) va. 1. s) et *add.* 1. t) *deest* 1. u) f. m. 2. v) Prenestin 1; Penestrino 2. w) Ottone 2. x) depopulatione 2. y) Ut 2. z) Simubaldu 2. a) Lombardus 2. b) terre 1. c) Lutinia 1; Lucinia 2. d) *deest* 2.

1) Cf. alia testimonia cum his notis prorsus convenientia ap. Potthast, Reg. II, p. 943. 2) Bibl. de l'école des chartes, série II, t. I, 389—395. 3) Vincentium Speculum historiale primum a. 1244. confecisse, deinde librum XXXI. res gestas annorum 1244 50. continentem adiecisse, satis notum est; cf. Archiv VI, 589; N. de Wailly l. c. p. 393.

batur cum ex consummatione cap. 76, *tum ex cap.* 75. *verbis his:* Innocentius IV. in sede Romana statuitur, qui nunc secundum annum sui pontificatus agens corpore graviter infirmatur[1]. *Postea hoc breve chronicon, quod ipse 'Memoriale' inscripsit*[2], *alteri encyclopaediae scientiarum suae amplissimae parti, scilicet Speculi naturalis libro XXXII. continuatione usque ad a.* 1250.[3] *ex Spec. hist. libro XXXI. excerpta auctum, paucis mutatis, inseruit*[4].

Memorialis libri codices exstant duo:

1) *Bibl. publ. Parisiensis Nr.* 4936, *mbr.* 4°, *s. XIV, nihil praeter hoc chronicon continens, quod b. m. Bethmann describendum curavit.*

2) *Bibl. palat. Vindobonensis Nr.* 604 *(olim Univ.* 637), *mbr.* 4° *min., s. XIII, cuius in* 50 *foliis solum Memoriale duabus manibus exiguis scripturae characteribus exaratum est. Tegumento vetusto inscriptus est titulus:* Memoriale omnium temporum. *Cf. Arch. X,* 571; *Tab. codd. mss. in bibl. palat. Vindob. asserv. I,* 105. *Codicem huc benevole transmissum ipse contuli.*

3) *Bibl. civit. Boloniensis codicem Nr.* 134 *(olim S. Vedasti), mbr. fol., s. XIV,* 31 *folia continentem, hic afferre liceat, quamvis Memorialis libri exemplar non insit. Ex iis enim quae de hoc codice a Bethmanno Arch. VIII,* 406 *sq. (sub Nr.* 124) *et Catal. des départ. IV,* 656 *sq. notata sunt, satis apparet, quae in eo continentur ex Vincentii Spec. nat. libro XXXII, cap.* 22—106 *(i. e. usque ad finem) esse descripta. Quod iam pridem saec. XVII. quidam intellexisse videtur, qui in primo folio scripsit:* per Vincentium Bellovacensem[5]. *Ne vero credas hic adesse Memorialis alteram recensionem usque ad a.* 1250. *perductam, a Vincentio ipso post Speculi historialis alteram editionem separatim in publicum emissam, ecce codicis prima verba:* Dicto de locis habitabilibus restat dicendum de temporibus *etc., quibus ipsis Spec. nat. l. XXXII, cap.* 22. *incipit et quae indicant, esse ex maiori opere sumta quae sequuntur.*

In componendo libro Memoriali Vincentius nullo dubio Speculum historiale prae oculis habuit, quoniam paene omnia, quae in illo leguntur, in hoc quoque inveniuntur, tamen etiam ad nonnullos libros, quibus in hoc usus erat, regressus esse videtur. Omnia enim quae inde a Karoli Magni temporibus usque ad Conradi III. obitum in Memoriali tradit, ex Sigeberti chronico eiusque auctario Ursicampino excerpta sunt praeter duos tantum locos ex Pseudoturpino et Hugonis Floriacensis chronico sumtos. Quam ob rem his rescissis, extrema tantum inde a Friderico I. imperatore infra edidimus, etiamsi haec quoque minimi sunt pretii, utpote ex Rigordi et Guillelmi Britonis Gestis Philippi regis Francorum excerpta, quibus perpauca ex Helinandi chronico aliisque fontibus

1) Innocentium papam circa mensem Iulium usque ad Octobrem a. 1244. aegrotasse, tradunt Bartholomaeus scriba, Ann. Ianuenses a. 1244, SS. XVIII, 215. et Nicolaus de Curbio, Vita Innoc. IV. ap. Murator. SS. III, 1, 592.

2) Vide Prologum, ubi etiam, quibus de causis magnum suum librum in compendium redactum ediderit, explicat.

3) Quamvis auctor res gestas tantum usque ad a. 1250. digesserit et l. XXXII, cap. 102. dicat: *Ecce tempora etatis sexte usque ad annum presentem... descripsimus, qui est annus ab inc. Dom.* 1250..... *Hic est annus Innocentii quarti octavus, vacationis imperii Romani scilicet a depositione Friderici quintus, regni vero christianissimi nostri regis Francorum videlicet Ludovici* 24. etc., tamen opus ante a. 1253. confectum esse non potest, quia in praecedente capitulo (atque etiam Spec. hist. XXXI, cap. 103) legitur: *claruit ... b. Petrus Mediolanensis, quem etiam Innocentius papa predictus pontificatus sui anno decimo canonizavit,* quod a. 1253. mense Martio factum esse constat.

4) Memorialis capitula capitulis Spec. nat. libri XXXII. hoc modo congruunt:

Mem. cap. 1 = l. XXXII, cap. 22. alteri parti inde a verbis: *Sic enim ut ait idem Augustinus.*

Mem. cap. 2—70 = l. XXXII, cap. 26—94.

Mem. cap. 71 = l. XXXII, cap. 95. 96.

Mem. cap. 72—75 = l. XXXII, cap. 97—99. et cap. 100. priori parti, reliqua pars cap. 100. et cap. 101. continent res a. 1244—50. gestas.

Mem. cap. 76—80 = cap. 102—106. Cf. N. de Wailly l. l. p. 391 n.

5) Tegumento inscripta sunt verba: *Speculum historiale abbreviatum.*

inserta sunt. Infra praeter fontem originalem — sit venia verbo — capitula quoque Speculi historialis singulis locis congruentia in margine annotavimus, bis terve Speculi hist. locos, editione Veneta a. 1494. *cum codice Berolinensi Lat. fol. Nr.* 75, *mbr. s. XIII. ex., collata, addidimus, continuationem ab a.* 1244—50. *Spec. nat. XXXII, capp.* 100. 101. *et indicem locorum Speculi historialis lib. XXIX—XXXI. ad historiam Germaniae spectantium, adnotatis libris, ex quibus descripti sunt, subiunximus. — De vita et scriptis Vincentii agere, hic non est locus*[1]*, hoc tantum addimus, ab aliis quoque Speculum historiale propter 'voluminis magnitudinem' in compendium redactum esse, ut a magistro Adamo clerico Claromontano, qui opus suum Gregorio papae X. dedicatum inscripsit:* Flores historiarum ex historiali Speculo v. v. F. Vincentii de ordine Predicatorum excepti[2]*; deinde ab anonymo quodam, cuius opus exstat in* 195 *foliis codicis Guelferbytani Misc. in* 4°, *Nr.* 72, *mbr. s. XIV, a V. Cl. Arndt descripti*[3].

Talem denique epitomen continet etiam cod. Guelferbytanus, Helmst. 643, *mbr.,* 4° *min.,* 215 *foliorum, duabus columnis, characteribus magnis saec. XIV. exaratus, innumeris mendis vitiisque styli scatens. Fol.* 1. *chronicon quoddam sine ulla inscriptione vel praefatione incipit his verbis:* Sicut sex diebus opera sua consummavit Deus et in septimo requievit, ita sex etatibus humanum genus in hoc seculo per successionem temporum suis operibus insignivit. *Neque in libros, neque in capita divisum est; desinit fol.* 196ᵃ. *media in sententia (circa a.* 1232*) his verbis:* unde intermissum est passagium, *et nullo spatio vacuo relicto, ne distinctionis quidem signo interposito, sequitur pars Descriptionis Terrae Sanctae auctore fratre Burchardo, initio rescisso, his verbis:* In cimiterio vero ipsius ecclesie non longe ab eius hostio *etc., ut perspiciatur, ex archetypo quaedam fuisse excisa et extremam partem chronici esse deperditam. Quod inde a Friderici I. imp. aetate perquirentes, invenimus, omnia paene ex Vincentii Speculo historiali esse excerpta, quae autem addita sunt, plerumque falsissima, vix ex alio fonte hausta, sed ab auctore ex memoria vel potius ex arbitrio — rebus a Vincentio relatis male sibi coniunctis — scripta videntur. Epitomator fuit Theutonicus; in Germania septentrionali, fortasse in diocesi Coloniensi cisrhenana vixit. Quando epitomen confecerit, haud certe perspici potest, propter magna vero errata multo post Friderici I. aetatem, i. e. circa saec. XIII. exiens vel demum saec. XIV. eum scripsisse, probabile est. Ordinem Praedicatorum 'omnium ordinum praeclarissimum' dicit, ipse vero certe non fuit monachus.*

Non omnia ad verbum ex Speculo descripsit, e contrario saepe verba mutat, amplarum narrationum summam tantum floremque excipit; quae inter se tempore rebusve cohaerent, ex diversis locis Speculi collecta coniungit ac vere meliore ordine nonnumquam disponit. Ea praesertim quae ad res Theutonicas spectant recepit. Cum vero haec pauca essent, contra Vincentium — quem Speculorum auctorem vocat — ut Francogallos supra modum extollentem, Theutonicos ac virtutem eorum militarem spernentem, res gestas eorum omittentem com-

1) De his consulenda sunt: Quétif et Echard, SS. ord. Praed. I, 212—240; Histoire littéraire de la France XVIII, p. 449—519; A. Vogel, in Zeitschrift für Theologie vol. X, p. 277—369. et eiusdem liber Ueber Vincenz von Beauvais, Univ.-Progr. Freiburg 1843, 4°; Gass in Z. f. Kirchengeschichte I, p. 365 sqq.
2) Quétif l. l. p. 240. prologum libri typis expressit; multos codices mss. eiusdem libri affert, quorum unus s. XIV. nunc exstat in bibl. publ. Parisiensi Nr. 4907, alii Valenciennes BB. 5. 3, mbr. s. XIV, et BB. 3. 6, s. XIV; cf. Archiv VII, p. 51, XI, p. 524.
3) Quétif, l. l. p. 240. refert, in cod. Parisiensi tunc 3909. exstare chronicon 'ex Speculo historiali et naturali permistis sarcinatum', qui nunc esse videtur Nr. 4909. Cf. Catal. bibl. reg. IV, p. 16.

pluries invehit. Ut f. 186[d]*:* Has visiones *(scil. S. Elisabeth Marburgensis)* licet pulcherrimas auctor Speculorum hic obmittit, utpote Gallicus, qui gesta Theutonicorum quantocumque memorabilia aut obmittere, aut minus plene prosequi in suo opere a curioso lectore poterit deprehendi. Nichil de Theutonicis posuit nisi ea, sine quibus gesta Gallicorum explanare non potuit; unde ibi vicem *(sic!)* in hoc opusculo reddidi. *Et paulo post:* Ecce auctor Speculorum nec saltem huius bubulce muliercule Gallice gesta pretermittit — *scil. Alpaidis. Ut igitur patriae amans, ita quoque imperialis potestatis cultor fuit, praecipue erga imperatores Suevicos deditum animum ostendit, minus Ottonem Brunswicensem fovere videtur. Minime vero probabis, quod hoc amore inductus ad laudem imperialis maiestatis quaedam plane commenticia fonti suo inserere ausus est, ut qui Vincentii XXIX, capitis* 38. *initium ita reddit: f.* 189[a]. Interea venerunt ad imperatorem patriarcha Ierosolimitanus, et ad regem Francie Philippum prior Hospitalis transmarini, ad regem vero Anglie Henricum magister militum Templi *etc., vel prophetiam Ioachim abbatis regibus Franciae et Angliae factam ex l. XXIX, cap.* 40. *narrans, ipse scribit:* Hic igitur imperatore *(sic!)* et regibus Francie et Anglie dixit. *Talia quaedam erronea additamenta maioris momenti infra subnotabimus.*

Berolini, mense Novembri 1876. *O. Holder-Egger.*

PROLOGUS[a].

Quoniam, ut olim scriptura clamat, 'generatio preterit et generatio advenit, terra vero ecclesie in eternum stat': parvitati nostre complacuit, eundem ecclesie statum per cunctas seriatim preteritas generationes et eorum, qui ab initio usque nunc[b] Dei populo prefuerunt, videlicet patriarcharum, ducum, iudicum, regum, imperatorum successiones, ac per singula tempora tocius orbis eventus notabiles diligenter ad edificationem ac recreationem legentium[c] pertractare, necnon et de futuris temporibus superaddere, cunctaque pene, que de huiuscemodi rebus sive a diversis hystoriographis, sive ab actoribus ceteris ante nos dicta fuerunt, quorum scripta[d] dumtaxat ad manus nostras venire potuerunt, in unum[e] volumen abbreviando singula coartare. Verum quia hoc ipsum opus plerique propter sui utilitatem ac voluptatem pariter appetentes, sed studiosi laboris impatientes, solam in eo voluminis[f] magnitudinem abhorrent propter legendi fastidium; nonnulli vero etiam[g] hoc sibi magno opere transcribi cupientes, in expensis notariorum pecunie timent dispendium; omnibus autem[h] pene gratum est brevitatis compendium: michi tandem utile visum est, ex[i] illo grandi volumine libellum manualem excerpere, in quo totam seriem temporum summatim perstringens, per singulos[k] temporis articulos gesta famosa breviter annotarem, et eius exemplar fratribus et amicis nostris petentibus non negarem. Quem videlicet libellum Memorialis vocabulo[l], eo quod omnium temporum memoriam brevem contineat[m], appellari decrevi, ac per octoginta capitula subiecta distinxi. Eccl. 1, 4.

INCIPIT[n] MEMORIALE OMNIUM TEMPORUM.

1. De pulcritudine temporali. Tempus est mora motus rerum mutabilium

. . . .

. . . .

71.[o] Tempora Frederici primi et Henrici sexti. Conrado mortuo, Fredericus dux, nepos eius, successit anno Domini 1153, mundi vero 5116[p], et imperavit annis 37. Hiis temporibus Eugenio pape successit Anastasius, et post hunc Adrianus, Alexander, Lucius, Urbanus, Gregorius, Clemens. Spec. hist XXIX, 1. 1153.

Sub Ludovico Francorum rege, patre Philippi, magister Petrus Lombardus, Parisiensis episcopus, claruit, qui[1] ibid

a) *ita* 2. b) vere 1. c) diligentium retractare 1. d) vel *add.* 1. e) uno volumine 2. f) voluimus 1. g) *deest* 2. h) vero 2. i) ab 1. k) sing. temp. *des.* 2. l) titulo vocare 2. m) continuat 1. n) *ita* 2, *ubi post prologum index capitulorum insertus est.* o) *numeri capp. des.* 2. p) 5016. 2.

1) Hunc locum esse ipsius Vincentii indicat Spec. hist. XXIX, 1. vox superscripta: *Actor.*

librum sententiarum[a] et glosas psalterii et epistolarum Pauli, que omnia[b] nunc in scholis publice leguntur, ex multis catholicorum patrum dictis utiliter compilavit et ordinavit.

c. 3. Helinand. Florebat eo tempore Theobaldus Cantuariensis episcopus, per cuius industriam Thomas archidyaconus suus factus est Henrici regis Anglie cancellarius, postea martyr futurus. Huius quoque temporibus[c] sunt miracula beate Marie virginis de Rupe Amatoris. Eodem tempore tres lune in celo vise sunt et in media[d] signum crucis; nec multo post[e] visi sunt etiam[f] tres soles.

c. 11. Christianus iuvenis[g] in heremitorio Gastinensi convertitur.

c. 13. 22. Rigord. Philippus, regis[g] Ludovici filius, nascitur. Qui anno etatis sue 15. a Guillelmo, avunculo suo, de archiepiscopatu Senonensi in Remensem translato coronatur, adhuc vivente patre, qui iam[h] annis 40 regnaverat, sed paralisis morbo laborabat. Hic rex Philippus Elizabeth, filiam comitis Haennensis, uxorem[i] habuit, ex qua filium Ludovicum suscepit.

1174. c. 2.. Helin. Sanctus Petrus Tharantasiensis episcopus obiit. Petrus[1] Monoculus Clarevallensis abbas multa virtutum gratia claruit, similiter et Hugo venerabilis abbas Bonevallis.

c. 42. Rigord. Oritur dissensio[k] inter regem Philippum et regem Anglie[l] Henricum. Philippus enim[g] a Ricardo, illius[m] filio, comite[n] Pictaviensi, pro eodem comitatu homagium petebat, quod ille a patre instructus de die in diem facere dissimulabat. Petebat etiam ab ipso rege Anglie Gisortium et omnia castra adiacentia, que pater suus Ludovicus filie[o] sue Margarite pro dote tradiderat, quando[p] eam Henrico regi, filio maioris Henrici, matrimonio copulaverat, ea tamen[g] conditione, ut, c. 45 sqq. si prolem ex ea[q] non susciperet, post ipsius Henrici mortem ad regem Francie dos rediret. Denique data treuga[r], ambo reges ad iniuriam Christi et Terre Sancte contra[s] Salahadinum ulciscendam, qui crucem dominicam et Urbem[t] Sanctam ceperat[u], iter transmarinum arripuerunt atque ad urbem Acon applicuerunt.

c. 51. Eodem*) anno Fredericus quoque Romanorum imperator cum exercitu suo veniens, in transmarinis partibus obiit[v]. Nam equo suo, ut dicitur, impingente et offendente, in quandam aquam cecidit ibique 1190. interiit[2]. Huic successit filius eius Henricus, huius nominis imperator sextus, anno Domini 1190, mundi vero 5153[w], c. 52. et imperavit annis 7.

Eodem[x] tempore Clementi pape successit Celestinus. Rex Philippus urbem Acon viriliter expugnans cepit; divisaque[y] urbis preda, partem suam duci Burgondie cum multis aliis muneribus delegavit, et exercitus suos eidem commisit. Ipse vero in Apuliam transvectus, apostolorum limina visitavit, et a papa Celestino benedictione accepta, in Franciam rediit. Rex autem[z] Ricardus captivos suos, qui se sub hac pactione reddiderant, ut mox Domini crucem et captivos[a] christianos restituerent, cum hoc implere[b] non possent, iratus quinque milia ex eis et amplius c. 54. decollari fecit; et ad terram suam redire volens, Henrico, nepoti suo iuveni, Campanie comiti, exercitum suum tradidit totamque terram transmarinam, quam tunc christiani tenebant, commisit. Qui etiam[g] a Templariis et peregrinis in regem Urbis Sancte unanimiter electus, accepta filia regis, ibidem remansit. Rex vero Richardus ingressus navem naufragiumque passus, cum paucis evasit; et iterum omnibus[c] bonis spoliatus, imperatori Henrico traditus**), ac fere per annum et dimidium in carcere detentus[d], tandem 200 milibus[e] marcis argenti se redemit.

c. 53. Apud Pontizaram[f] sanctus Guillelmus presbiter obiit.

1191. c. 55. 1193 Philippus rex Ingeburgem[g], sororem Kanuti regis Danorum, postulatam in uxorem accepit, sed mox quibusdam, ut fertur, maleficiis per sorciarias impeditus, exosam eam[h] habere cepit, et consanguinitatis linea computata, matrimonium separari fecit.

c. 56. 1194. Eo tempore in pago Belvacensi inter Clarum-montem et Conpendium tante pluvie cum tonitruis et fulminibus et tempestatibus facte sunt, quantas nulla memorat hominum antiquitas. Lapides enim[h] ad quantitatem ovorum[i] quadranguli mixtim cum pluvia de celo cadentes, arbores fructiferas, vineas et segetes penitus destruxerunt. Ville quoque in

*) *Epitom. Guelferbytan. f.* 189[c]. *iter transmarinum Friderici et duorum regum ita narrat, Vincentii verba mutans pluraque commenticia addens:* Eodem anno imperator crucem accipit, et sequenti anno cum infinita multitudine, Vinc. XXIX, 48. rerum omnium copia affluenter instructus, fines imperii egreditur cum filio suo Henrico. Post quem rex Francie Philippus et rex Anglie Richardus — nam Henricus, pater suus, paulo ante mortuus fuerat — profecti c. 51. sunt. Cumque ad Terram Sanctam venissent, imperator Acon et omnia castella cepit, soldanum Yconii et totum regnum Turquie graviter devastavit. Rex autem Francie cum civibus Venacianis Constantinopo- c. 50. lim debellavit. Rex vero Anglie Ciprum insulam subiugavit. Receptis omnibus igitur, que christiani perdiderant, cum iam Ierusalem obsidere disponerent, Fredericus imperator non modicam christianis c. 51. relinquens mesticiam, moritur . . . . . *(ex cap.* 45*)*. Henricus eciam, filius imperatoris, paulo ante mortem c. 48. patris audita morte regis Sicilie, cuius sororem habuit, dicens, se Romane uxoris sue heredem esse, cum dictus rex filios non haberet, relicta obsidione et assumpta parte exercitus patris, non sine periculo christia- c. 51. norum ad subiugandum regnum Sicilie recessat, set audita morte patris, Romam festinat et a Celestino, qui in die pasce in papam consecratus fuit, sequenti die in inperatorem benedicitur . . . . Hic fuit pater Frederici imperatoris, viri strenuissimi. Rex Francorum comitem Flandrie Baldewinum imperatorem Constantinopoli constituens, repatriat. Sub hoc imperatore Constantinopolitana ecclesia orientalis ecclesie occidentali, scilicet Romane, tamquam capiti menbrum subdita est et unita.

**) *Epitom. Guelferbyt. haec ex c.* 54. *exscribens addit f.* 190[b]: Creditur ex hoc accidisse, quia Terram Sanctam vendere disposuerat.

a) summarum 1. b) *deest* 2. c) temporis 1. d) medio 2. e) et *add.* 1. f) *deest* 1. g) *deest* 2. h) illic 2. i) ux. El. f. c. H. h. 1. k) discensio 2. l) H. A. 2. m) ill. filio *des.* 2. n) P. c. 2. o) M. f. s. 2. p) quoniam 1. q) dictus Henricus *add.* 2. r) tregua 2. s) in 2. t) terram 2. u) *abhinc altera manus reliqua scripsit* 2. v) obit 2. w) 5154. 2. x) Eo 1. y) diversaque 1. z) vero 2. a) captivas 2. b) imple 2; *deest* 1. c) b. o. 2. d) retentus 1. e) 2000 1; ꝺꝺ 2. f) Pontisaram 2. g) in geƀgensorem K. 1. h) *deest* 2. i) onerum 2.

1) Gesta Petri et Hugonis abbatum narrant Spec. hist. XXIX, capp. 28—36. ex Helinandi chronico transscripta. 2) Haec Vincentius, Spec. hist. XXIX, 51. Rigordum secutus aliter narrat.

plerisque locis a fulminibus[a] destructe et combuste sunt. Corvi etiam quam plures cum huiuscemodi tempestate visi sunt Rigord. in aere de loco ad locum volantes, cum rostris vivos carbones portantes ac domos incendentes, sed et[b] utriusque sexus homines ictu fulminum interierunt, et alia multa horrenda ea die monstrata sunt. Interim[c] vero duo reges Philippus et Richardus se invicem impugnabant[d] et terras suas alterutrum devastabant.

Denique imperator Henricus obiit, qui per tyrannidem suam Siciliam sibi subiugaverat multosque magnos et c. 59. 1197 nobiles viros ibidem peremerat. Contra religionem vero christianam archiepiscopos et[e] episcopos trucidaverat[f] et contra Romanam ecclesiam semper tyrannidem exercuerat. Qua de causa Innocentius tertius, qui eodem anno in papatu Celestino successit, in promotione Philippi, fratris[g] ipsius Henrici, adversarius fuit et omnes fautores excommunicavit. Othoni vero, ducis Saxonie filio, viriliter adhesit et eum Aquisgrani in regem Germanie[h] coronari fecit.

72. Tempora Philippi secundi. Philippus tamen, frater imperatoris, maximam imperii par- c. 61. tem optinuit. Contra quem Otho, ducis Saxonie filius, stetit, habens coadiutorem[i] regem Anglie Richardum, avunculum suum, comitemque Flandrensem et archiepiscopum Coloniensem; rex autem Francorum Philippus dicto Philippo regi Alemannie ducique Suevie confederatus est, sperans per eum comitem Flandrie sibi subicere ac regi Anglie facilius posse[k] resistere[l]. Cepitque Philippus anno Domini 1197, mundi vero 5160[m], et imperavit annis 11.

Hoc tempore multe novitates apparuerunt[b]: apud Roseam[n] in Bria in sacrificio altaris vinum visibiliter mutatum c. 60. est in sanguinem et[o] panis in carnem. In Vermendesio quidam miles, qui mortuus fuerat, revixit multaque futura multis predixit, et postea sine cibo et potu longo tempore vixit. In Gallia circa festum sancti Iohannis baptiste ros in nocte de celo cadens mellitus spicas segetum infecit, ita ut multi eas in ore ponentes odorem mellis aperte sentirent. Mense autem Iulio orta est tempestas valida, tanteque magnitudinis lapides e celo ceciderunt, quod a Tremblaco usque ad monasterium Cale[p] et circa loca adiacentia segetes et vineas et nemora penitus destruxerunt. Inter hec Innocentius c. 61. papa Petrum Capuensem dyaconum cardinalem ad reformandum pacem inter duos reges legatum in Franciam misit. Rex autem Richardus apud Lemovicas[q] in obsidione castri cuiusdam graviter vulneratus occubuit. 1199.

Henricus Bituricensis archiepiscopus obiit; cui sanctus Guillelmus[r] abbas Karoliloci successit. c. 62

Eo etiam anno Michael Senonensis ad Dominum migravit, eique Petrus de Corbolio[s], quondam[t] Innocentii pape c. 63 didascalus, in presulatu successit.

Barones quidam[u] Francie, scilicet Balduinus comes Flandrensis, Ludovicus Blesensis, Stephanus Perticensis et c. 64 alii plures pro liberatione Terre Sancte cruces assumpserunt, et Constantinopolim divertentes urbemque capientes, factum[v] ibi memorabile peregerunt. Nec multo post Balduinum Flandrensium comitem illic imperatorem unanimi- c. 65. ter elegerunt.

Iterum Octovianus Hostiensis episcopus in Franciam legatus venit, cuius admonitione rex Philippus Ingeburgem c. 66. 1201 in qualemcunque gratiam recepit et Mariam superinductam ad tempus a se separavit. De qua filium nomine Philip- c. 67 pum et unam filiam habuit, quos, ea mortua, petente rege Philippo, papa[w] legitimos[x] heredes esse mandavit. Quod factum pluribus displicuit, eo[y] quod rex eorum matrem contra legem et[z] Dei decretum 5 annis habuit

Hiis[1] temporibus sanctus Dominicus[a] et sanctus Franciscus religione et doctrina claruerunt; qui duos ordines novos, Predicatorum scilicet et fratrum Minorum, instituerunt.

Denique imperator a quodam palatino, qui landagrava, id est comes palatii, vocatur, occiditur. c. 101.

73. Tempora Othonis quarti. Otho vero, filius ducis Saxonie, per auctoritatem et industriam Rig. Innocentii pape imperium obtinere nitebatur anno Domini[b] 1208, mundi vero 5170, et[c] imperavit 1208 annis 2; hic fuit Otho quartus.

Eodem[d] tempore Innocentius papa legatum in Franciam Gualonem[e] Sancte Marie in porticu dyaconum cardinalem misit ad Philippum regem et omnes principes eius, ut[f] cum exercitu suo terram Albigensium in remissionem peccatorum suorum[g] invaderent omnesque hereticos, qui illam occupaverant[h], delerent.

Florebat tunc studium litterarum Parisiis, et illic in sacra pagina studebat heresiarcha magister Amalricus[i], c. 107 cuius secte complices tandem detecti[k] et convicti, capti sunt iussu[l] regis et extra portam in campellis[m] cremati sunt. Guil. Brito Amalricus quoque, licet iam sepultus, de cimiterio sacro eiectus est, et eius ossa cinisque per sterquilinia[n] sunt dispersa.

Denique papa Innocentius Othonem imperatorem contra multorum voluntatem et consilium Rome coronavit, c. 106 ac de patrimonio et iure beati Petri in pace dimittendo iuramentum ab ipso exegit. Quo facto, ipso die contra iuramen- 1209 tum Otho venit; insuper et a suis, quos in castris posuerat, Romipetas spoliari fecit. Unde papa sententiam excommunicationis in eum promulgavit, deinde subditos illius omnes ab eius fidelitate absolvens, ne quis eum imperatorem vocaret, sub interminatione[o] anathematis inhibuit. Sicque recesserunt ab eo landgravius Turingie et dux Austrie et rex Boemie multique alii tam seculares quam ecclesiastice persone.

Fuit[2] hiis temporibus sancta Elizabeth, filia regis Hungarie, que fuit uxor landgravii Thuringie. Hec inter innumera Sp. XXX, 136 miracula, que[p] dominus per eam ostendit, 16 mortuos suscitavit et cecum natum illuminavit. De cuius etiam corpore iam defuncto[q] oleum, ut fertur, usque hodie fluit.

74. Tempora Frederici secundi. Itaque[3] Othone ab imperio deposito, Fredericus[r], impe- Sp. XXX. 1. Guil. ratoris Henrici filius, a[s] baronibus Alemannie consilio Philippi Francorum regis imperator electus, cepit anno Do-

a) fluminibus 2. b) *deest* 2. c) Iterum 2. d) pugnabant 2. e) et ep. *des.* 1. f) crucidaverant 2. g) eius *add.* 2. h) c. f. G. 1. i) quodadiutorem 2. k) p̄se 2. l) restituere 1. m) 5140 2. n) Roseum 2. o) et — carnem *des.* 2. p) tale 2. q) Lemonicas 2. r) Nullerinus 2. s) Carbolio 1. t) condam 2 *semper.* u) quidem 2. v) factumque 1. w) *deest* 1. x) liberrimos 1. y) quia 2. z) dr̄ *pro* et Dei 2. a) Fr. et s. Dom. 1. b) dip̄. 2. c) *deest* 2. d) Eo 1. e) Galonem 1. f) c. exerc. s. ut 2. g) suo 2. h) occupaverunt 1. i) Almaricus 2. k) derecti 2. l) visu 2. m) capellis 2. n) sterguiliena 2. o) incriminatione 1. p) quē 2. q) defuncte 2. r) Federicus 2 *saepius.* s) a bar. *des. pro quibus* reḡ 2.

1) Hic locus in Spec. hist. non invenitur, eiusdem enim libro XXX. amplissima excerpta ex Vitis S. Dominici auctore Constantino monacho et S. Francisci inserta sunt. 2) Haec excerpta sunt ex Spec. hist. XXX, c. 136, quod ex Dictis 4 ancillarum vel Vita ex eis concinnata sumtum est. 3) Haec verba *Itaque — deposito* et *cepit* — 5073. non apud Guillelmum, fere eadem vero in Spec. hist. XXX, c. 1. leguntur.

Gui. 4.5 mini 1211, mundi vero 5073, et imperat[a] usque hodie[1]. Inter hunc et Philippum regem Francorum initum est fedus amicitie[b] perpetuum. Reginaldus autem Bolonie[c] comes et Ferrandus comes Flandrensis, orta discordia, a[d] rege Francorum recesserunt et ad excommunicatos[e], Othonem[f] videlicet quondam imperatorem et Iohannem Anglie regem, se transtulerunt.

c. 6. Rex Philippus Ingelburgem reginam in gratiam recepit, eodemque anno in portu prope Brugias[g] nomine Dam[h] de hostibus suis triumphavit.

c. 8 Eo tempore Gaufridus Meldensis episcopus episcopatui cedens, monasterium sancti Victoris Parisiensis intravit. Qui inter alia sanctitatis opera, quibus viriliter insistebat, abstinenciam inauditam observans, singulis annis in quadragesima et in adventu Domini ter tantum in septimana cibum, potum vero[i] nunquam sumere consueverat.

c. 10. Eodem[2] tempore in episcopatu Leodiensi virtutibus et miraculis floruit sancta Maria in Oegnies[k], que magistro Iacobo de Vitriaco, prefate ecclesie regulari canonico sibique familiari in Domino, specialem predicandi gratiam a Domino precibus suis ac meritis impetravit. Qui videlicet Iacobus, postquam a legato domni pape assumptus, melliflua sua predicatione multos de Francie regno contra Albigenses dato signo crucis transmisit, factus est episcopus Aconensis, deinde vero Tusculanus, Romane videlicet sedis episcopus cardinalis. Unde et post mortem suum[l] corpus ad prefatam ecclesiam suam, videlicet apud Oegnies, fecit transferri ibique iuxta illam suam in[m] Domino quondam dilectam sepeliri.

cf c. 10 51. Obiit autem eadem sancta mulier anno Domini 1213[3]

c. 52 Gui. 1214. Anno sequenti Ludovicus[n], Philippi regis Francorum[o] primogenitus, dum pater eius in confinio Flandrie et Viromandie terram suam ab hostium incursu defenderet, congregato apud Kinonem[p, 4] exercitu, Iohannem Anglie regem ab obsidione castri quod Rupes-monachi dicitur fugavit, urbemque[q] Andegavis, quam ille occupaverat ac muris circumsepserat, recuperavit et muros eius destruxit. Hanc eius victoriam modico tempore interiecto sequuta est Philippi quoque victoria, ita[r] quod infra mensis unius spacium filius in Pictavia de rege Anglie, pater in Flandria de Othone atque c. 53 61. Flandrensibus triumphavit*. Apud[5] pontem namque Bovinum conserto mirabili prelio, Otho ipse a Francis inter primos fugatur, omnibusque aut fuga de campo eiectis aut captis aut interfectis, comes c. 62. Bolonie Peronam[s] adductus, compedibus mira subtilitate perplexis ligatur, Ferrandus[t] vero Parisius in turre nova extra muros includitur.

c. 64. 1215. Anno sequenti Innocentius papa generale concilium Rome celebravit, et in anno sequenti obiit. Eique Honorius huius nominis tercius papa successit, qui 11 annis eccle- c. 123 siam rexit, fratrum Predicatorum ordinem confirmavit, ordinem quoque fratrum Vallis Scolarium et[u] ordinem heremitarum in monte Carmeli[v], quem Helyas frequentasse legitur, inhabitantium.

c. 129. Hic imperatorem Fredericum sibi rebellem et adversarium ecclesie Romane comperiens, anathematizavit atque barones suos ab eius fidelitate absolvit. Denique imperator iam antea cruce signatus, durante anathematis sententia, mare transiit[w].

cf. c. 78. Circa idem tempus Ludovicus, regis[x] Francorum primogenitus, contra consilium ecclesie et etiam patris sui in Angliam transfretavit; unde sententiam excommunicationis a papa contra se latam incurrit.

*) *Epitom. Guelferbytan. f.* 191d: Otto .... *(ex l. XXX, c. 1)* accessit Brisach, a quo similiter repulsus venit in Angliam ad Iohannem regem Anglie, qui filius fuit Richardi, avunculi Ottonis, et patre mortuo iam in Anglia regnavit. Ibique aliquo tempore manens, regem prefatum Anglie contra Philippum regem Francie, quia Frederico emulo suo favit, usque ad grandem concitavit conflictum post diutinas discordias .... *(ex l. XXX, c. 1)*. *f.* 192: Hunc autem conflictum Ottonis et regis Anglie Iohannis cum rege Francie Philippo auctor Speculorum sic describit, particularia fere gesta singulorum Francorum, qui in hoc congressu interfuerunt, describens, nullum Teutonicorum, qui multi ibi erant ex utraque parte. Nam Otto plures de partibus Hannonie, Flandrie, Alemanie cum pecunia regis Anglie conduxerat, sed et dux Brabancie, cuius filiam predictus Otto duxerat, in eodem congressu cum suis fuerat, cum Philippo etiam aliqui milites imperatoris Frederici erant. De hiis omnibus nullam faciens mencionem, cum tamen non dubium sit, quin in bellis Theutonici clare gerant. Ex hiis perpendi potest, quod per totum opus suum solos Francos utpote compatriotas extollens, multa egregia gesta Teutonicorum vilipendens obmisit.

a) imperavit u. modo 1. b) amicōe 2. c) Belonie 2. d) a r. Fr. *des.* 1. e) excitatos 2. f) vid. Oth. 2. g) Burgias 1. h) condam 2. i) p. namque s. nunquam 1. k) Ocegnies 2. l) c. s. 2. m) a 2 n) Ludonicus 2 *saepius*. o) pr. Fr. 1. p) Kivonem 1; Rainonem 2. q) urbem 1. r) iamque i. 1. s) Perenam 2. t) Frandus 2. u) *deest* 2. v) Carneli 2. w) transit 2. x) rex 2.

1) Spec. hist. l. l.: *imperavit annis* 34, quem tamen numerum Vincentius postea, cum operi librum 31. addebat, supplevit. 2) Locus ex Speculo historiali paucis mutatis hic repetitus ipsius est Vincentii; v. p. 165. 3) Locus desumptus ex Vita S. Mariae de Oegnies auctore Iacobo de Victriaco, quam Vincentius operi suo (l. XXX, c. 11—51) inseruit. 4) Chinon. 5) Spec. hist. XXX, 53—62. Guillelmi Britonis amplissimam narrationem de pugna apud Bovinum commissa Vincentius transscripsit, ex qua hic pauca verba excerpsit.

Anno Domini 1218. bone memorie Symon comes Montis-fortis ante urbem Tholosam c. 85. petraria percussus interiit.

In anno sequenti capta est urbs Damieta[1], et Hierusalem christianis in bona pace cf. c. 94. 1219. reddita est[a].

Anno Domini 1223. rex Francorum Philippus apud[b] Meduntam[c, 2] castrum obiit, c. 125. et in ecclesia beati Dyonisii sepultus[b] quiescit.

75. Chronica nostri temporis. Eodem anno Ludovicus[3], eiusdem primogenitus, una cum Blancha, uxore sua, Remis coronam regni suscepit in die transfigurationis[d] Domini. 1223. Aug. 6. Hic quoque cum imperatore Frederico pacis colloquium apud Vallem-coloris[4] habuit, et anno secundo regni sui[b] Rupellam[5] cepit. Deinde contra Albigenses una cum domno Ro- c. 127.128. mano cardinali, apostolice sedis legato in Franciam misso, multisque regni sui proceribus perrexit[e]; ibique Guido comes Sancti Pauli petraria percussus interiit[f].

Anno vero[b] Domini 1226.[g] idem Ludovicus, dum rediret de Avinione[h] civitate, quam c. 129. sibi subiugaverat, apud Montpancier in Arvernia obiit, et grandem luctum Francis induxit. Huic Ludovicus, filius eius admodum iuvenis, annorum scilicet[a] 13, in regno successit, qui etiam usque hodie regni gubernacula disponit.

Anno quoque Domini 1226. papa Honorius obiit; cui Gregorius huius nominis IX. in papatu successit, et sedit annis 14.*

Porro[6] Ludovicus iunior circa regni sui principium episcopos et milites plurimos in terram Albigensium misit et Tolosam ac totum comitatum in deditionem[i] accepit.

Anno Domini 1230. Henricus Anglie rex instinctu Petri Britannie comitis, ut terram c. 137. a predecessoribus[k] suis possessam recuperaret, in Britanniam transfretavit; sed in proposito suo nullatenus proficere[l] valens, inanis et vacuus rediit. Et[b] eodem anno rex Ludovicus urbem Andegavis et castrum Belesme[7] dicto Petro prius ad vitam concessa recuperavit.

Anno Domini 1233. rex Ludovicus comitis Provincie filiam nomine Margaretam uxorem accepit. Eodem anno facta est dissensio[m] inter burgenses[n] Belvacenses, minoribus insurgentibus contra maiores; unde plures ex maioribus occisi sunt. Et ob hoc episcopatus pluribus annis sub interdicto fuit.

Anno Domini 1234. facta est magna valde fames in Francia, maximeque in Aquitania, ita ut homines herbas campestres sicut animalia comederent multique fame inter- c. 138. irent; plurimi etiam igne sacro accendebantur. Anno eodem fratres Predicatores et fratres[b] Minores, ad hoc ipsum officium a domino papa vocati, sue predicationis exhortatione multos de Francia barones, milites ac plebanos, clericos et laicos cruce signantes, in Terre Sancte subsidium transmittere paraverunt.

Anno Domini 1239. corona Domini spinea per industriam piissimi Ludovici Francorum regis, annuente Balduino imperatore, ab urbe Constantinopoli Parisius est translata, atque ab ipso rege cum multis episcopis et militibus et infinita populi[o] multitudine cum summa humilitate atque devotione recepta. Nec multo post eidem quoque regi pars dominice crucis a peregrinis transmarinis transfertur et ibidem honorifice valde recipitur.

Hiis quoque temporibus orta iterum inter papam et imperatorem discordia, imperator c. 139. excommunicatus contra Romanam ecclesiam acrius insurgens, itinera quoque obsidens[p],

*) *Epitom. Guelferbytani extrema verba, f.* 195[d]: Eodem tempore floruit in Thuringia sancta Elizabeth, quam XXX, 136. papa Gregorius canonizavit; cui canonizationi interfuit Fredericus imperator. Ubi orta est dissensio inter imperatorem et episcopum Maguntin., qui et postea papam contra imperatorem concitavit, qui cum imperatorem excommunicaret, imperator acrius contra ecclesiam Romanam insurgens, cardinales c. 139. capit, itinera obsidens, Romipetis insidiatur, unde intermissum est passagium.

a) *deest* 1. b) *deest* 2. c) Medoncam 2. d) transmigrationis 1. e) prorexit 1. f) introiit 2. g) 1225. 2. h) Avinnone 2. i) dedicione 2. k) decessoribus 2. l) perficere 1. m) dissentio 1; dissenssio 2. n) burges 1. o) apl'i 2. p) absidens Romipedis 1.

1) Bellum Damiatinum narratur in Spec. hist. l. XXX, capp. 79—84. 86—94. ex Oliveri Historia Damiatina (ap. Eccard., Corp. Hist. II, 1397 sqq.) descriptis. 2) Mantes ad Sequanam. 3) In Spec. hist. Vincentius quaedam ex Gestis Ludovici VIII. (SS. rer. Franc. XVII, 303 sqq.) sumsit, quorum tamen vestigium hic non invenitur. Eadem fere quae supra habet Roberti Alt. Cont. (in SS. rer. Franc. XVIII, 345). 4) Vaucouleurs. 5) La Rochelle. 6) Haec et quae infra de corona spinea leguntur in Speculo historiali non inveniuntur. 7) Bellème, dep. Orne.

Romipetis insidiatur. Ob hoc Iacobus Prenestinus episcopus in Franciam legatus a domno papa petendi subsidii causa latenter dirigitur, et peracto negotio revertens, ab imperatore capitur. Sed et domnus Otho cardinalis, iam pridem in Anglia ab ipso papa missus, eodem tempore rediens, et ipse ab imperatore detinetur. Ipso[a] quoque tempore, dum papa concilium[b] episcoporum ad se vocare nititur, multi iter[c] aggressi similiter capiuntur. Ex quibus fuit Petrus de Collemedio archiepiscopus Rothomagensis abbatesque Cluniaci, Cistercii et Clarevallis. Denique idem papa Gregorius[d] multis tribulationibus undique pressus obiit, et dissentientibus in electione paucis cardinalibus, qui a morte residui erant, duobus annis sedes vacavit. Senex quidem et infirmus Celestinus IV. eligitur, sed paucis evolutis diebus moritur.

c. 148. Anno Domini 1241. Hugo Marchie comes a rege Francie desciscens[e], iterum Anglie regem in terram suam adduxit. Contra quem Ludovicus rex exercitum in Pictaviam ducens, urbem Sanctonas[f,1] castrumque Frontenacum[g,2] et alias plures munitiones cepit, repulsoque Anglie rege, comitem ipsum cum uxore et filiis ac toto comitatu in deditionem[h] accepit.

c. 152. Denique[i] domnus Innocentius IV. in sede Romana statuitur, qui nunc secundum annum sui pontificatus agens, corpore graviter infirmatur[3]. Hic iam sedes cardinalium plurimas ex longo tempore vacuas, personis quibusdam nominatis ex diversis mundi partibus evocatis, in brevi[k] temporis spatio replevit, et ecclesiam[l] Romanam a tempore pape Gregorii multis, ut fertur, debitis obligatam per industriam suam exhoneravit.

XXXI, c. 105. 76. De temporibus presentibus et futuris. Ecce[4] tempora sexte etatis usque ad presentem annum summatim perstringendo descripsi, qui est annus christianissimi regis nostri Ludovici 18, imperii vero Frederici 33, pontificatus autem Innocentii quarti secundus. Porro ab incarnatione Domini 1244, a creatione vero mundi 5206, et hoc duntaxat iuxta minorem numerum, quem in hac tota serie secuti sumus. Porro secundum maiorem numerum ex antiqua translatione sumptum[m], quem supra posuimus, annus presens existens ab inicio mundi 6443. . . . .*

*) *Sequuntur praeterea capitula quatuor ex Spec. hist. lib. XXXI, capp. 109—124. excerpta, quorum solas incriptiones hic descripsimus:* 77. De temporibus Antichristi. 78. De intervallo temporis inter Antichristi mortem et adventum iudicis. 79. De ultima die iuditii. 80. De innovatione mundi et luminarium celi.

CONTINUATIO
EX SPECULI NATURALIS LIBRO XXXII.

l. XXX, c. 147. c. 149. 100[n]. Anno Domini 1242. Tartari primam Turquie civitatem Arserant[o,5], que dicitur esse Hus, in qua beatus Iob quondam regnavit, invaserunt eamque destruxerunt. Eo quoque tempore Boloniam et Hungariam cum principe nomine Batho vastaverunt.

c. 150. Anno Domini 1243. idem Tartari Turcos contriverunt et usque ad Savaste terram vastaverunt, et etiam usque ad civitatem regiam Iconium et ultra cursores suos transmise-
c. 152. runt. Eodem anno post biennem sedis Romane vacationem electus est in papam cardinalis Senebaldus, mutatoque nomine vocatus est Innocentius quartus. Eodem anno natus Ludovicus, filiorum Ludovici christianissimi regis Francie primogenitus, et anno sequenti natus est et secundus filius nomine Philippus.

Eodem scilicet ab incarnatione Domini 1244. Innocentius papa fecit cardinales magistros Odonem de Castro Radulphi, cancellarium Parisiensem, et fratrem Hugonem de Sancto Theoderico[p], priorem ordinis Predicatorum provincialem Francie, et ipse papa venit in Fran-

a) Hoc 2. b) consilium 1. c) tunc 1. d) a *add.* 2. e) recedens 2. f) Xantonas 2. g) Frentenacum 2. h) deditione 1. i) De indeque 2. k) verni 1. l) etiam 1. m) suptum 2. n) *cap.* 100. *cum Memorialis cap.* 75. *omnino congruit usque ad verba* in deditionem accepit (Denique domnus — exhoneravit *desunt*), *unde pergit ut supra.* o) *ita ed.*; A. — regnavit *des. Spec. hist.* p) Thederio *Spec. hist. cod.*

1) Saintes. 2) Frontenay. 3) Circa m. Iulium usque ad medium vel exeuntem Octobrem a. 1244. Cf. Bartholomaei Ann. Ianuenses, SS. XVIII, p. 215; Nicolai de Curbio Vita Innoc. ap. Muratori SS. III, p. 592; Potthast, Reg. Pont. II, p. 971—973. 4) Vincentius in Spec. nat. XXXII, 102. singulis numeris annos 6 addens usque ad a. 1250. consummavit, in Spec. hist. XXXI, 105. vero eadem quae supra in textu leguntur. 5) i. e. Erzerum.

ciam apud Lugdunum circa festum sancti Andree. Porro circa festum sancte Lucie Ludo- 1244. Nov 30. vico rege Francorum apud Pontisaram egrotante et in lecto decumbente, sic anima eius Dec. 13. abrepta est a corporis sensibus, ut a multis estimaretur mortuus esse. Ut autem ab illa extasi ad se ipsum rediit, crucem protinus transmarinam instanter petiit et accepit.

101. Tempora vacationis imperii.

Denique imperatore Frederico pertinaciter in malitia persistente ac contra Romanam l. XXXI, c. 1. ecclesiam acrius insurgente, papa Innocentius anno Domini 1245. generale concilium apud Lugdunum circa festum apostolorum Petri et Pauli contra ipsum imperatorem convocavit Iuni 29. eumque ibidem tanquam scismaticum et hostem ecclesie condempnavit. Tunc etiam predicata est crux transmarina, et dictus Odo Tusculanus episcopus cardinalis a latere domini pape missus est legatus in Franciam pro eadem cruce predicanda. Tunc quoque circa fines Hannonie vel Alamannie predicabatur crux hominibus auctoritate pape, ut irent contra Conradum, Frederici filium, in auxilium lantgravii Turingie, qui de novo electus erat in regem Alamannie. Eo tempore misit idem papa fratrem Ascelinum et alios tres de ordine Predi- c. 2. catorum cum literis apostolicis ad exercitum Tartarorum, in quibus hortabatur eos, ut ab hominum strage desisterent ac fidei veritatem acciperent. Set et alius frater de ordine Minorum, videlicet Iohannes de Plano Carpini, cum quibusdam aliis ad Tartaros eo tempore missus fuit, qui, ut ipse testatur, per annum et quattuor menses cum eis mansit et inter ipsos ambulavit[1]. Anno prenotato mortuus est in Satellia Gaiazadinus[a] Turquie soldanus, eique suc- c. 26. cessit filius eius adhuc puer nomine Raconadius[b]. Eodem anno Tartari cum Turcis fedus c. 28. inierunt, qui tunc 14 camelos yperperis oneratos ac 300 sumarios sericis et scarlato[c] aliisque pannis preciosis onustos cum pluribus equitibus[d] eorum regi transmiserunt.

Anno Domini 1246. Cuiuc[e] qui et Gog chaam, id est imperator vel rex, sublimatus c. 32. est in Tartarorum regno.

Anno Domini 1247, in die translationis beati Dominici patris ordinis Predicatorum pre- c. 40. Mai 24. dictus frater Ascelinus cum sociis pervenit in exercitum Tartarorum, videlicet in Perside, ubi erat exercitus ille sub Baiotnoy[f] principe. Ibi aliquamdiu moratus, tandem ad papam c. 51. literas eiusdem principis retulit, in quibus hoc inter cetera continebatur: *Si vultis super terram vestram et aquam et patrimonium sedere, oportet, ut tu ipse papa ad nos in propria persona venias et ad eum, qui faciem totius terre continet, accedas, nuncios autem premittas nobis sufficientes, an velis nobiscum componere aut inimicus esse.* Anno prenotato sanctus c. 67. Edmundus Cantuariensis archiepiscopus multis iam miraculis clarus, cuiusque sacri corporis gleba in Ponteigniacensi[g] monasterio requieverat, de terra est elevata. Qui nimirum anno preterito[2] auctoritate apostolica fuit canonizatus et in catalogo sanctorum deputatus.

Anno Domini 1248. rex Francorum Ludovicus in sexta feria post pentecosten de c. 89. Iun. 12. Parisius exiens, iter transmarinum arripuit et in eius comitatu Robertus et Karolus, fratres ipsius, cum multis regni baronibus et episcopis, sed et Odo Tusculanus episcopus, qui propter negocium illud missus erat, ut dictum est superius. In crastino sancti Bartholomei dictus Aug. 25. rex navem intravit, ac Deo duce navigans, in Cyprum apud Nymocium[3] applicuit.

Anno Domini 1249, die ascensionis Domini navem conscendit tandemque navigans c. 97. Mai 13. Damiete portum cepit, urbemque intravit et occupavit. Eodemque anno circa festum Iohan- c. 98. nis Alfunsus, frater[h] dicti regis, peregrinationem transmarinam arripuit, sicque Blancha, mater Iun. 24. eorum, ad custodiam regni sola remansit. Porro 20. die Novembris prefatus rex, tam navali c. 99. 100. quam terrestri preparato exercitu, contra Sarracenos apud Massoram processit et in regressu cum exercitu suo captus fuit, sed post paululum sub certo pacto a Sarracenis dimissus fuit. Eo tempore claruit in ordine fratrum Predicatorum vita et doctrina et miraculis beatus c. 103. Petrus Mediolanensis, quem etiam Innocentius papa predictus anno pontificatus sui 10. cano- 1253. nizavit[4] et in epistola canonizationis eius, quam per omnes ecclesias promulgari fecit, actus

a) Gaizaduus *ed.* b) Raton. *ed.* c) scaleta *Spec. hist. cod.* d) equitaturis *Spec hist.* e) Cuine *ed.* f) Baiothnos *ed.* g) Ponte Ignacensi *ed.* h) *deest ed.*

1) Quae de rebus orientalibus sequuntur ex narrationibus de itinere Tartarico fratrum Iohannis de Plano Carpini et Simonis de Sancto Quintino Speculi historialis libro XXXI. insertis sumta sunt. 2) Scilicet a. 1246, Dec. 23. — In Spec. hist. XXXI, capp. 67–88. ex Vita Sancti Edmundi auct. Bertrando priore Pontiniacensi (ap. Martene et Durand, Thes. III, c. 1775—1826) excerpta inserta est. 3) Limisso secundum Wilken VII, p. 69 n. 3. 4) Secundum Ellenhardi Ann. Argent., SS. XVII, p. 102, Petrus canonizatus est a. 1253, die 9. Martii, bulla vero, qua canonizatio promulgatur, die 26. mensis Martii data est; Potthast, Reg. Pont. Nr. 14926. Eandem paene totam Vincentius Spec. hist XXXI, capp. 103. 104. inseruit.

c. 102. eiusdem breviter descripsit. Rex autem Ludovicus de manu Sarracenorum liberatus, licet a multis ei dissuaderetur, maluit tamen adhuc differre passagium et morari per aliquod tempus in regno Syrie, quam Christi negocium desperatum et captivos nondum liberatos, in tantis periculis constitutos, relinquere. Alfunsum vero Pictavensem et Karolum Andegavensem comites, videlicet fratres suos, ad matrem suam consolandam duxit in Franciam remittendos. Acta sunt hec anno Domini 1250, regni vero Ludovici 24.

EX VINCENTII SPECULO HISTORIALI.

EX LIBRO XXIX.

1. Anno Domini, ut dictum est[1], 1153, mundi vero 5116, Fredericus imperator[a], nepos Conradi predecessoris eius, imperavit autem annis 37.

2. Cives Methenses cum vicinis militibus congrediuntur, vincuntur, et pereunt ex eis plus quam duo milia.

Rex Ierosolymorum — exaudiri meruerunt: *Ex Sigeb. cont. Ursicamp*

Eodem anno princeps — papa fit Adrianus: *Ex ead.*

3. Huic Adriano — aut Exromanus: *Ex Helmandi chron.*

In partibus Saxonie sanctimonialis Elisabeth mirabiles visiones vidit, inter quas etiam angelus familiaris ei librum qui dicitur 'Viarium Dei' annunciavit, etiam diem translationis sacrosancti corporis beatissime virginis in celum demonstravit, sicut in loco congruo superius narratum est. Fredericus autem imperator Mediolanum fere per annos 7 obsedit ac destruxit.

Eodem anno scilicet 1159. — dominum susceperunt: *Ex Roberti Alt. chron.*

12. A. D. 1161. corpora trium regum sive magorum, qui Dominum in cunabulis adoraverunt, olim ab imperatore Constantinopolim translata et sancto Eustorgio Mediolanum[b] miraculose transvecta, inde, postquam Fredericus imperator urbem illam destruxit, Rainaldus Coloniensis archiepiscopus a Mediolano Coloniam transtulit[2]. Alexander papa — honorifice susceptus est: *Rob. Alt.*

A. D. 1162. destructa — in Gallias venit. *Helin.*

14. Porro idem papa - sancte Columbe dedicavit: *Rob. Alt.*

15. Anno prenotato — cum honore recipitur: *Rob. Alt.*

16. A. D. 1167. Fredericus imperator, dum Romam obsidet, omnisque pene illius exercitus peste perit, et cum paucis ad propria mestus redit. Amalricus — Ierosolimitani: *Helin.*

21. Anno sequenti civitas — comite Flandrensi: *Helin.*

Anno sequenti Fredericus — quam etiam abbatum: *Rob. Alt.*

22. Anno prefato Philippi Alexander papa concilium Lateranense celebravit.

Et tunc uxor — honorifice portavit: *Rigord.*

24. Dux enim Saxonie iurat imperatori, se Saxoniam non intraturum, nisi prius exulaverit[c] per septennium. Anno sequenti — succedit: *Rob. Alt.*

Manuel imperator — repulsus abscedit[d]: *Rob. Alt.*

40. Eo tempore — iudicio posteriorum: *Rob. Alt.*

Henricus Frederici — tercius papa fit: *Rob. Alt.*

41. 42. *Rigord*

44. Eodem anno quarta die — laudibus exultaret: *Rigord.*

Latrunculi — signo crucis accepto Ierusalem proponebant: *Rob. Alt.*

45. Hoc anno Fredericus — confusus recedit: *Rob. Alt.*

48. Ravennatensis et Pisanus - secute sunt· *Rob. Alt.*

Rege Sicilie — intulit omnibus: *Rob. Alt.*

50. Sic igitur — mare intravit: *Rigord.*

Processeruntque — naves ascendunt: *Rob. Alt.*

Cum autem venisset — absolvit: *Rigord.*

51. Eodem anno Fredericus — relinquens mesticiam: *Rigord.*

Hic nempe — paulo post obiit: *Rob. Alt.*

Moriens autem — largus et mirificus: *Rigord.*

Sumpsit[3] autem imperium anno ab incarnatione Domini 1190, ab initio vero mundi 5154, et imperavit annis 7.

Anno — natione Romanus: *Rigord.*

Hic die pasche — consecrat imperatorem: *Rob. Alt.*

Eodem anno Leodiensis — Constantinopolitanus factus est: *Rigord.*

a) imperat *ed.* b) Mediol' *c.* c) exulaverat *c.* d) absedit *c.*

1) l. XXVIII, c. 1. 2) Haec fere iisdem verbis in Chron. Turon. (Martene et Durand, Coll. V, col. 1018) leguntur. Fortasse ex Roberti loco in editis omisso sumta. 3) sc. Heinricus VI.

54. Rex autem Richardus — obiit apud Damascum: *Rigord.*
Cum autem sciret — sic mortuus est: *Helin.*
Huic enim — super Egyptum: *Rigord.*
Verumptamen — concertatum est: *Rob. Alt.*
56. Eodem anno imperator — subiugavit: *Rigord.*
59. Eodem anno scilicet — coronari fecit: *Rigord.*
61. Philippus autem dux — confirmare non potuit: *Rigord.*
Anno quoque prenotato Franci cum Venetis Constantinopolim capiunt et Balduinum comitem Flandrie imperatorem constituunt. Inter hec — liberum reddidit: *Rigord.*
64. Mortuo rege Anglie — 65. subdita est et unita: *Rigord.*
90. Anno autem gratie — viriliter succurrentem: *Rob. Alt.*
91. Eodem anno — tractus decerpitur. *Rob. Alt.*[1]
92. A. D. 1205. rex — plurimi perimuntur: *Rob. Alt.*
Otho cum Philippo — imperator efficitur: *Rob. Alt.*
93. Missi sunt — 96. *Ex Vitis S. Dominici auct. Constantino, Iordano, Humberto.*
97 — 99. *Ex Vita S. Francisci*[2] *auct. Thoma de Ceparano.*
101. Sequenti autem — imperatorem interfecit: *Rigord.*
cuius uxor — dolore moritur: *Rob. Alt.*
Et Otho — obtinere nititur: *Rigord.*
102. Eodem anno Iohannes — coronatur: *Rob. Alt.*
103. Eodem anno cruce signati — multipliciter inquietat: *Rob. Alt.*
Interea dum — 105. *Ex Vitis S. Dominici.*
106. Anno prenotato — ecclesiastice persone: *Guill. Arm.*

108. De domino Helynando monacho et scriptis eius. Actor. Hiis temporibus in territorio Belvacensi fuit Helynandus Frigidi Montis monachus, vir religiosus et facundia disertus, qui et illos versus de morte in vulgari nostro, qui publice leguntur, tam eleganter[a] et utiliter, ut luce clarius patet, composuit; et etiam cronicam diligenter ab initio mundi usque ad tempus suum in maximo quodam volumine digessit. Et hoc quidem opus ita dissipatum est et dispersum, ut nusquam totum reperiatur. Fertur enim, quod idem Helynandus cuidam familiari suo, scilicet bone memorie domno Garino Silvanectensi episcopo, quosdam eiusdem operis quaternos accomodaverit, sicque sive per oblivionem, sive per negligentiam, sive alia de causa penitus amiserit. De hoc tamen opere, prout invenire potui, in hoc quoque nostro opere multa per diversa loca inserui. Hic autem etiam quedam eiusdem operis notabilia, que nusquam superius sunt posita inserere volui et etiam de quibusdam aliis eius scriptis, unde flores excerpsi. Scripsit enim, ut legitur, epistolam, cuius titulus est de reparatione lapsi, missam scilicet ad Galterum clericum, qui fuerat novicius in ordine Cisterciensi et canonicus in ordine Premonstratensi[b], et tandem quasi liberum se a voto existimans, eo quod minime fuisset professus, rediens ad secularem vitam, duxit uxorem nomine Rixendam. Super quibus rogatus Helynandus a Guillermo[c], scilicet fratre eiusdem Galteri, socio et conclaustrali[d] ipsius Helynandi, scripsit epistolam ad eundem Galterum sub eiusdem Guillermi persona, ita ut ipsius esse videatur. Scripsit etiam idem Helynandus sermones aliquos peroptimos.

EX LIBRO XXX.

1. Othone igitur, ut superius dictum est[3], auctoritate Innocentii pape, qui eum creaverat, reprobato et imperii collati potestate privato, barones Alemannie — illam non amabat: *Guill. Arm.* Idem itaque Fredericus imperator huius nominis secundus cepit anno Domini 1211, mundi vero 5174, videlicet post tres annos a morte Philippi, et imperavit annis 34. Sicque de consilio regis Francorum a baronibus vocatus — inter predecessores eorum. *Guill. Arm.*
3. A. D. 1212. Reginaldus — 4. iudicio regalis aule: *Guill. Arm.*
5. Eodem anno rex — tunc primo apparuit: *Guill. Arm.*
6. A. D. 1213. navigio — ad utraque se astrinxerit: *Guill. Arm.*
7. Eodem anno factum — Ottoni deposito impendebant: *Guill. Arm.*

10. De sancta Maria de Oegnies et magistro Iacobo de Victriaco. Actor. Anno etiam prenotato, scilicet ab incarnatione Domini 1213, sancte et admirabilis vite Maria de Oegnies in episcopatu Leodiensi obiit, cuius vitam magister Iacobus de Victriaco diligenter conscripsit Hic etenim Iacobus antea fuerat in villa prope Parisius que dicitur Argentolium presbyter parrochialis, postea vero secularem vitam relinquens, in monasterio de Oegnies factus est canonicus regularis. Cuius itidem parrochie cura cum ei commissa esset, eidem Marie in eadem parrochia conversanti propter vite ipsius sanctitatem valde familiaris effectus est. Cui etiam illa spiritualem, ut fertur, gratiam orationibus suis impetravit; unde

a) eligantur *c.* b) Premonstracensi *c.* c) Guillerino *c.* d) conestrali *c.*

1) Roberti narratio multo in brevius contracta est. 2) Cf. Acta SS. 4. Oct. II, 547. 3) l. XXIX, c. 106.

et ipse crucem contra Albigenses in Francia predicans, eloquii suavitate atque dulcedine multos atque innumerabiles ad signum crucis accipiendum provocavit. Postea vero factus est episcopus Aconensis, et inde translatus auctoritate apostolica factus est episcopus Tusculanus, sedis apostolice cardinalis. Tandem ex vita presenti migrans, fecit corpus suum apud Oegnies deferri et in eadem ecclesia, in qua illa quondam eius dilecta sepulta fuerat, sepeliri. Hic etiam volumen unum aliud confecit, in quo multa de naturis rerum et precipue de mirabilibus que in transmarinis partibus reperiuntur inseruit. Sed et cum vita predicte Marie de sanctis mulieribus, que tempore suo in partibus Leodiensium habundabant, multa bona scripsit et earum detractores acriter reprehendit.

52. A. D. 1214. Iohannes Anglie rex urbem Andegavensis — 63. solita benignitate concessit; sicque Parisius rediit[1]: *Guill. Arm.*

64. A. D. 1215. Innocencius papa generale concilium quod Lateranense dicitur Rome celebravit, in quo perversam Ioachim et Amalrici doctrinam condempnavit, dicens: *Dampnamus — heretica censenda sit, sed etiam nefanda: Ex conc. Later. a.* 1215 *(Decr. I, 1).*

65—77. *Ex Vita S. Dominici auct. Constantino.*

78. Eodem anno Petrus comes — invasore Theodoro: *Rob. Alt. Cont.*

79. Anno gratie 1217. treuga christianorum — 84. vim magnam imponentes[a]: *Ex Oliveri hist. Damiatina.*

85. Rex siquidem Hungarie et dux Austrie anno precedenti transfretaverant, et rege Hungarie repatriante, dux Austrie ceterique ad urbem Damiatam transierant.

86. Anno gratie 1219. regina — 94. cepit in via marina: *Ex Oliveri hist. Damiat.*

99—109. *Ex Vita S. Francisci.*

110—115. *Ex Vita S. Dominici auct. Constantino*

116—120. *Ex Miraculis S. Dominici*[2].

121. 122. *Ex Vita S. Francisci.*

123. Ambo itaque predicti patres novorum ordinum institutores, videlicet Franciscus atque Dominicus sub Innocencio papa III. cursum suum in Domino inchoaverunt et sub eius successore Honorio confirmaverunt[b]. Qui scilicet Honorius anno pontificatus sui primo ad petitionem beati Dominici confirmavit ordinem Predicatorum et anno tercio, petente priore fratribusque Vallis Scolarium, confirmavit etiam constitutiones ordinis eorum ...... Has ergo institutiones Honorius confirmavit, ut in litteris eius continetur ...... Idem quoque Honorius papa regulam fratrum heremitarum habitancium in monte Carmeli, quem Helias frequentasse legitur, approbavit, et eis in remissionem peccatorum observandam tradidit a venerabili Alberto patriarcha Ierosolimitano editam. ...... Post hec successor Honorii Gregorius eandem regulam confirmavit et, ne possessiones vel redditus reciperent, districte eis prohibuit.

125. Fredericus Romanorum imperator, signo crucis assumpto, ducit uxorem per verba de presenti, unicam filiam ipsius regis Ierosolimorum, et hoc iuramento affirmat coram papa Honorio. Anno autem sequenti celebrantur nuptie sollempniter inter eos.

126. Franci namque — fecit mites pro eis: *Ex V. Ludovici VIII.*

127. A. D. 1225. circa pascha quidam — patibulo fecit suspendi: *V. Ludov. VIII.*

129. Ipso anno mense sequenti 15. Kal. Aprilis Honorius papa moritur et in ecclesia beate Marie maioris sepelitur. Hic imperatorem Fredericum sibi rebellem et adversarium ecclesie Romane comperiens, anathematizavit atque barones suos ab eius fidelitate absolvit. Denique imperator iam antea cruce signatus, durante anathematis sententia, mare transivit. Post mortem vero Honorii Huguellinus[c] Hostiensis episcopus eligitur ad papatum et alterato nomine Gregorius appellatur.

131—135. *Ex Vita S. Antonii auct. anon.*[3]

136. Hiis quoque temporibus sancta Elisabeth in Alemania claruit, quam idem papa Gregorius canonizavit. Hec filia regis Hungarie — alie paulatim renascuntur: *Ex dictis 4 ancillarum*[4].

138. Hiis[5] quoque temporibus orta iterum inter papam et imperatorem discordia, imperator excommunicatus contra Romanam ecclesiam acrius insurgens, itinera quoque obsidens, Romipetis insidiatur. Ob hoc Iacobus Prenestinus episcopus in Franciam legatus a domino papa petendi subsidii causa latenter dirigitur, et peracto negocio revertens, ab imperatore capitur. Sed dominus Otho cardinalis iam pridem in Angliam ab ipso papa missus, eodem tempore rediens, etiam ipse ab imperatore detinetur. Ipso quoque tempore dominus papa

a) ponentes *c.* b) consumaverunt *c.* c) Hugnellinus *c.*

1) His capp. agitur de bello Pictaviensi et Bovinensi a. 1214. 2) Quétif et Echard I, 58—62. 3) Acta SS. Iun. II, p. 705. 4) Mencken II, p. 1012 sqq. 5) Haec fere omnia iam supra p. 161 sq. in Memoriali leguntur.

concilium episcoporum ad se vocare nititur, et multi iter aggressi similiter capiuntur. Ex quibus fuit Petrus de Collemedio archiepiscopus Rothomagensis, abbates quoque Clugniaci, Cistercii et Clarevallis. Denique idem papa Gregorius multis tribulationibus undique pressus obiit. Qui 14 annis in pontificatu sedit, et anno Domini 1240. migravit. Tunc Gaufridus Mediolanensis, qui cardinalis episcopus Sabinensis erat, in papam eligitur ac Celestinus huius nominis quartus appellatur. Sed quia senex et infirmus erat, ultra 18 dies ecclesiam non valuit regere, quia morte prohibitus est permanere. Postea dissentientibus inter se paucis, qui a mortis invasione remanserant cardinalibus, vacavit apostolica sedes 20 et duobus mensibus.

152. Ex cronicis. Anno prenotato scilicet ab incarnatione Domini 1243. post biennem sedis Romane vacationem electus est in papam cardinalis Senebaldus, et mutato nomine vocatus est Innocencius papa huius nominis quartus. Hic non multo post electionem suam sedes cardinalium plures ex longo tempore vacuas, personis quibusdam nominatis ex diversis mundi partibus evocatis, in brevi temporis spacio replevit, et ecclesiam Romanam tempore pape Gregorii multis, ut fertur, debitis obligatam per industriam suam exhoneravit. . . . .

Eodem anno papa Innocentius fecit cardinales magistrum Odonem de Castro Radulphi, cancellarium Parisiensem, et fratrem Hugonem de Sancto Theudorio[a], priorem ordinis Predicatorum provincialem Francie, et ipse papa venit in Franciam apud Lugdunum circa festum Nov. 30. sancti Andree.

EX LIBRO XXXI.

1. Actor. Denique eodem imperatore, scilicet Frederico, pertinaciter in malicia persistente ac contra Romanam ecclesiam acrius insurgente, papa Innocencius anno Domini 1245. generale concilium apud Lugdunum circa festum apostolorum Petri et Pauli contra Iuni 29. ipsum imperatorem convocavit eumque ibidem tamquam scismaticum et hostem ecclesie condempnavit . . . .

Tunc quoque nichilominus circa fines Hannonie vel Alemannie predicabatur crux hominibus auctoritate domini pape, ut irent contra Conradum, Frederici filium, in auxilium landegravii Thuringie, qui de novo cum assensu et favore summi pontificis electus erat in regem Alemannie.

103. Eo tempore claruit in ordine fratrum Predicatorum vita et doctrina et miraculis beatus Petrus Mediolanensis. Quem et papa Innocencius huius nominis quartus anno pontificatus sui decimo canonizavit, et in epistola eius, quam per omnes ecclesias promulgari fecit, actus eiusdem breviter in hunc modum descripsit. Innocencius quartus: Hic beatus Petrus origine Lombardus — 104. colendum exhibuit universis 3. Kal. Maii. *Ex bulla Innocentii IV.*[1].

EX IACOBI DE VORAGINE CHRONICO LEGENDAE AUREAE INSERTO.

Iacobus de Voragine (sive Viragine)[2], *ordinis S. Dominici generalis et archiepiscopus Ianuensis, quam maximam famam sibi conciliavit brevi sanctorum historia, quam legendam auream vel historiam Lombardicam vocant. Hoc nomen libro inditum est, quia in fine eius*[3], *cum Pelagii papae mentionem faceret, Langobardorum historiam inserendam duxit, cui brevem rerum gestarum conspectum ad sua usque tempora deductum subiecit. Scripta sunt post medium saeculum XIII, cum Friderico II. successor nullus datus esset, Iacobo nondum*

a) Thederio *c.*

1) Ripoll et Brémond, Bull. ord. Praed. I, p. 228. 2) Cf. Cave SS. eccl., s. XIII, p. 334; Fabricius Bibl. med. aevi. 3) Edit. c. 176.

in sedem archiepiscopalem provecto. Ex libris notissimis, Hugone Floriacensi et Vincentio, praeterea Chronico fratris Theutonicorum supra edito, Honorii Augustodunensis Gemma animae[1] *et Iohannis Beleth Rationali divinorum officiorum historiam compilavit, cuius ultimam saltem partem huic collectioni ideo inserendam duximus, quia posterioris temporis scriptores quam plurimi breves has notitias descripserunt, nostro aevo vero eas apud plerosque*[2] *oblivioni traditas vidimus. Sane ipsi historiae cognoscendae ne minimum quidem conferunt. Quod eo magis mirandum, cum Iacobus postea maius de historia Genuensi opus conscripserit*[3]. *Vixit autem ad a. usque* 1298.

Ex innumerabili fere codicum multitudine hi sunt quos consuluimus:

1) *Monacensis Nr.* 13029 *(Ratisbon. civ.* 29*), olim 'Liber Sancti Georgii in Pruveningen', membr. fol. maximi, a.* 1282. *nitide et eleganter exaratus*[4].

2) *Monacensis Nr.* 12208 *(Raitenb.* 8*), membr. s. XIII. XIV, in* 4. *min.*

3) *Berolinensis, ante aliquot menses a comitissa de Stolberg emtus, membr. s. XIV, in* 4, *qui etiam Chronicam continet minorem.*

4) *Monacensis Nr.* 13039 *(Ratisb. civ.* 39*), membr. s. XIV, fol., qui in appendice quaedam Vigilii Salzburgensis miracula praebet*[5].

5) *Monacensis (Weihensteph.* 49*), membr. s. XIV, in quo magna capituli pars omissa est.*

Editiones s. XV. XVI. quam plures prodierunt[6]; *nostris temporibus V. Cl. Graesse novam paravit (Lips. ed.* 2. 1850*), cuius praecipuas attuli lectiones.*

G. W.

DE S. PELAGIO PAPA.

Pelagius papa multe sanctitatis fuit ac in pontificatu laudabiliter se gerens, tandem plenus bonis operibus in pace quievit. Non fuit autem iste Pelagius predecessor sancti Gregorii, sed alius ante ipsum. Huic enim Pelagio successit Iohannes tercius, Iohanni Benedictus, Benedicto Pelagius, Pelagio Gregorius. Tempore huius[a] primi Pelagii Longobardi in Ytaliam venerunt. Et quia multi huiusmodi[b] hystoriam ignorare probantur, ideo eam hic inserendam decrevi, prout in[c] hystoria Longobardorum, quam Paulus Longobardorum hystoriographus compilavit, et in diversis cronicis explanata[d] habetur.

Gens enim quaedam erat Germanica[7]. . . . .

a) igitur *Gr.* b) huius *Gr.* c) dicitur in 3. d) explinata 3.

1) Duos locos ex hoc libro parum noto exscribere iuvat:

IV, 87: *Hoc enim officium* (Salus populi, dominica 19) *principatui Magni Karoli convenit, qui primus Romanum imperium in Germaniam transtulit. Qui ecclesiastica iura egregie nobilitavit et populum Dei strenue gubernavit, per quem salus populi fuit. Dum enim Dominum ab hostibus defendit, hic orationem suam ad Dominum direxit, cuius dextera virtutem cum eo fecit, et quia manum suam super inimicos illius extendit, ideo mandata eius custodivit.*

I, 224: *Corona imperatoris est circulus orbis. Portat ergo augustus coronam, quia declarat se regere mundi monarchiam. Corona quoque dicitur victoria, unde et victores coronabantur, augusti et victores orbis dicebantur. Arcus super coronam curvatur, eo quod oceanus mundum dividere narratur. Virga sceptri est potestas regni. Vestes imperiales sunt sibi subditae potestates. Monent autem imperatorem purpureae vestes, ut habeat principales virtutes, sceptrum, ut iudicium et iustitiam diligat, quatenus solium gloriae cum principibus caeli possideat; corona, ut sic vivat, quatenus a Rege regum coronam vitae accipiat. Dicitur, quod, augusto ab apostolico coronato et regalibus indumentis decorato, desuper pera imponatur, ut per hoc admoneatur, quia, sicut ad fastigium regni ascendit, ita ad mendicitatem perae descendere possit, sicut Diocletianus, qui prius augustus fuit, postmodum hortulanus extitit. Crux ante augustum portatur, ut in omnibus regem Christum sequatur.* c. 225. *Diadema autem regum designat regni ambitum. Omnes qui in agone contendebant diadema accipiebant. Innuit ergo regibus diadema, quod, si pro iustitia certaverint, cum Rege omnium coronati regnabunt. Haec vero regalia insignia a Nino primo traduntur inventa.*

2) Excipiendus est Wattenbach, G. Q. II, p. 324, qui recte de hoc compendio iudicavit.

3) Usque ad a. 1297. De cuius codice v. SS. XVIII, p. 357.

4) Scripturae specimen v. Arndt 'Schrifttafeln' fasc. II, tab. 53[a].

5) *Vigilius episcopus: Ab incarnatione Domini* 1225, *indictione* 13. *sub Friderico imperatore secundo, cum esset ingens pestilencia animalium ubique orbe terrarum, miserator et misericors Dominus* etc.

6) Cave l. l.

7) De hac Langobardorum historia v. quae notavi SS. Lang. p. 592.

. . . .

Eius (Boethii) uxor Elpes[a] nomine ymnum[b] apostolorum Petri et Pauli, qui[c] sic incipit[d]: *Felix per omnes festum[e] mundi cardines*, edidisse fertur[1]. Epytaphium quoque suum ipsa composuit, ita dicens:

Helpes[f] dicta fui, Sycule[g] regionis alumpna,
Quam procul a patria coniugis egit amor.
Porticibus sacris iam nunc peregrina quiesco,
Iudicis eterni testificata thronum.

. . . .
. . . .

Huius Karoli tempore officium Ambrosianum maxime dimissum est, et Gregorianum sollempniter divulgatum[h], imperiali auctoritate ad[i] hoc plurimum adiuvante. Ambrosius namque, ut testatur Augustinus in libro confessionum[2], cum a Iustina imperatrice Arriana perfidia depravata persecutionem pateretur et intra ecclesiam cum plebe katholica insidiis urgeretur, instituit ymnos et psalmos secundum morem orientalium decantari, ne populus in meroris[k] tedio contabesceret. Quod per omnes fuit postmodum ecclesias derivatum. Verum Gregorius postmodum subveniens[l], plura mutavit, addidit et detruncavit[m]. Sancti enim patres non statim omnia ad decorem officii pertinentia videre potuerunt, sed diversi diversa ordinaverunt[3]. Nam et misse inceptio tres varietates habuit. Olim enim a lectione inchoabatur[n], sicut adhuc in sabbato sancto fit. Postmodum Celestinus papa psalmos ad[o] introitum misse cantari instituit. Gregorius vero introitum[p] misse cum cantu ordinavit et unum[q] versum de illo psalmo qui totus cantabatur retinuit. Psalmos olim[r] circa aram in modum corone circumstantes concorditer concinebant, et inde chorus dicitur[4]. Sed Flavianus et Theodorus, quod alternatim cantentur, instituerunt[s], ab Ignacio hoc habentes, qui super hoc divinitus fuit edoctus. Ieronimus[t. 5] psalmos, epistolas, ewangelia[u] et ex magna parte officia diurna et nocturna preter cantum ordinavit. Gelasius, Ambrosius[v] et Gregorius orationes et cantus addiderunt et lectionibus et[w] ewangeliis coaptaverunt[x]. Gradualia, tractus et alleluia Ambrosius[y], Gelasius et Gregorius ad missam cantari instituerunt. Hylarius[6.*] addidit[z] ad *Gloria in excelsis*: *Laudamus te* et cetera que secuntur. Notherus[a. 7] abbas Sancti Galli sequentias pro neumis ipsius Alleluia prius[b] composuit. Sed[c] Nykolaus papa ad missam[d] eas cantari concessit[e]. Hermannus[8] Contractus Theotonicus[f] fecit *Rex omnipotens*, *Sancti Spiritus assit[g] nobis gratia* et *Ave Maria*[h] et antiphonas[i] *Alma Redemptoris mater* et[k] *Symon Bariona*[**]. Petrus vero de Compostello[l] episcopus fecit *Salve regina*. . . . .
. . . .

Huic[9] successit Chunradus[m] quidam dux[n] Francorum, qui neptem sancti Heinrici[o] duxit[p] uxorem[10] . . . . .
. . . .

*) vel secundum quosdam Symmachus papa *add.* 4; — *eadem et* vel secundum alios Telesphorus papa *add. G.*

**) 2 *add.*: et antyphona *O gloriosum lumen.* — 4 *et G. addunt:* Sigibertus tamen dicit, quod Robertus rex Francorum fecit sequentiam *Sancti Spiritus nobis assit gratia* etc.

a) n. Helpes 3. b) helpernum 3. c) quod 3. d) i fecit 3. e) *deest* 3. f) Epes 4. g) Sycolo 4; Siciliae *G*; Sydere 3. h) promulgatum 3. i) ad h. pl. adi. *des.* 2. k) *deest* 4. *G.* l) superv. 4. *G.* m) truncavit 1; declinavit 3. n) incipiebatur 2. o) ante 3. p) in introitu 3. q) v. u. 1. r) enim 3. 4. s) stat. 3. t) Hier. quoque *G.* u) *deest* 4. v) A. Gel. 4. *G.* — et *deest* 2. 4. w) et cum *G.* x) aptav. 4. y) Gel. Ambr. 2. — et Gel. *G.* z) ad Gl. in exc. add. 4. a) Nocherus 2. 4. *G*; Lotherus 3; Et N. 2. 3. *G.* b) p. all. 4; primus *G.* c) Et 4. d) missas 3. *G.* e) instituit 3. *G.* f) Teuton. 4. g) a. n. gr. *des.* 3. h) M. gratia 2. i) *deest* 1. k) et ante 3; mat. *deest* 2. 4. l) Compostella 3; Compostelli 4. m) Conr. *G.* n) rex 3. o) Hainrici 2. 3. 4 *saepius.* p) in u. d. 3. *G*; d. in u. 4.

1) Haec unde hausta sint, nescio ideoque repetenda duxi. 2) IX, 15. 3) Sequentia magnam partem ex Honorii August. Gemma animae et Iohannis Belethi Rationali divinorum officiorum sumta sunt. Sed fortasse et alios eiusdem argumenti libros consuluit Iacobus, cuius locum dignum habui, qui hic reciperetur, cum libri illi a paucis iam legantur. 4) Ita Honorius I, c. 140; ex quo *Flavianus — instituerunt* descripta sunt; idem de Ignatio II, c. 17. 5) Cf. Honor. IV, 1; Ioh. Beleth c. 19. 57; quibus tamen plura hic addita sunt. 6) Beleth c. 36. 7) *Notherus — concessit* Honor. I, c. 88. 8) Beleth, l. l. c. 38: *Post hunc* (Notgerum) *autem dicitur Hermannus Contractus, inventor astrolabii, fecisse duas has 'Rex omnipotens, die hodierna', et 'Sancti Spiritus adsit nobis gratia'.* 9) Heinrico II. 10) Ita Gotifredus XXIII, 34, SS. XXI, p. 241, quem tamen an Iacobus legerit, dubito.

Chr. Th. Iste Heinricus[1] omnes ioculatores a curia sua removit et que hiis dari[a] consueverant pauperibus erogabat.

Huius tempore tantum scisma in ecclesia fuit, ut tres in summos pontifices electi essent[b]. A quodam tandem[c] presbitero nomine Gratiano magna illis data pecunia, eidem cesserunt, et ipse papatum obtinuit. At Heinricus dum pro sedando scismate Romam pergeret, Gratianus ei obvians auream coronam sibi obtulit, ut propicium sibi[d] haberet. Ille autem cuncta dissimulans, synodo convocata Gracianum de symonia convicit et alium subrogavit. In libro tamen Boniti[e], quem misit ad cometissam Maehthildim[f], dicitur, quod, cum predictus[g] presbiter simplicitate ductus pontificatum sibi per pecuniam acquisierit, ut scismati obviaret, ipse postmodum errorem suum cognoscens se ipsum suadente imperatore deposuit.

Vinc. Post[h] hunc[2] Heinricus[i] tercius imperat[k]. Huius tempore Bruno in papam eligitur et Leo vocatur. Qui[l], dum ad capessendam[m] apostolicam[n] sedem Romam tenderet[o], audivit voces angelorum canentium: 'Dicit Dominus: *Ego* Ierem. 29, 11. *cogito cogitationes pacis et*[p] *non afflictionis*' etc. Hic de multis sanctis cantus composuit. Hoc[q] tempore per Berengarium[r] turbata fuit ecclesia, qui asserebat, corpus et sanguinem Christi non vere, sed[s] figurative esse in altari[t]. Contra quem scripsit egregie[u] Lanfrancus[v] prior Becensis[w], qui fuit magister Anshelmi Cantuariensis.

Deinde Heinricus[x] quartus imperat[y] anno[z] Domini 1057. Cuius tempore maxime floruit Lantfrancus — — et ei in prioratu successit.

Chr. Th. Sub[a] hoc tempore Ierusalem a Sarracenis capta, a fidelibus recuperata est.

Ossa beati Nykolai apud Barensem urbem translata sunt. De quo inter cetera legitur, quod, dum[b] in quadam ecclesia que dicitur Sancta Crux subiecta Sancte Marie de Karitate nondum beati Nykolai nova hystoria[c] cantaretur, fratres priorem, ut eam sibi[d] cantare liceret, instancius exorabant. Qui nullatenus acquiescens dixit, incongruum esse pristinum[e] morem novitatibus[f] inmutare. Cumque[g] adhuc fratres instassent[h], ille indignatus respondit: 'Recedite[i], fratres; numquam a me licentia concedetur, ut nova cantica, immo ioculatoria quedam in mea ecclesia decantentur'. Adveniente vero festivitate eiusdem, fratres cum quadam tristicia matutinarum vigilias peregerunt. Cumque omnes se[k] in lectis recepissent, ecce Nykolaus[l] priori visibiliter apparuit[m] terribilis, quem per capillos a[n] lecto abstrahens, dormitorii pavimento collidit[o]. Incipiens[p] antiphonam *O pastor eterne*, per singulas vocum differencias virgis, quas in manu tenebat, gravissimos ictus super dorsum patientis[q] ingeminans, per ordinem morose canendo antiphonam[r] ad[s] finem usque perduxit. Qui cum omnes suis clamoribus excitasset, semivivus ad lectum deportatur[t]. Tandem ad se rediens, ait: 'Ite et hystoriam novam sancti Nykolai amodo decantate'.

Hoc tempore ex Molismensi — — instituerunt.

Vinc. Chr. Th. Hildebrandus[u] prior Cluniacensis factus papa Gregorius vocatus[v] est. Hic dum in[w] minoribus constitutus legatione fungeretur aput Lugdunum, archiepiscopum Ebroniensem[x] de symonia miraculose[y] convicit. Nam dum idem archiepiscopus omnes accusatores suos corrumperet et convinci non posset, legatus, ut *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto* diceret imperavit. Ille *Gloria Patri et Filio* expedite dicebat[z], *Spiritui sancto*[a] dicere non poterat; quippe quia[b] in Spiritum sanctum peccaverat. Qui peccatum suum confitens, mox ut depositus est, clara voce Spiritum sanctum nominabat[c]. Bon. Hoc miraculum refert[d] Bonizo[e] in libro ad cometissam Maehtyldim[f].

Mortuo Heinrico quarto Spire[g] et cum aliis regibus sepulto, hunc versum Heinrici[h] in epytaphio habent:

Chr. Th. *Filius hic, pater hic, avus hic, proavus iacet istic.*

Huic successit Heinricus quintus anno Domini 1107, qui papam — — accepit.

Vinc. Sub hoc tempore Bernhardus[i] — — Cystertium ingreditur.

In parrochia Legiensi — — natus est.

Lotharius[k] successit[l] Heinrico. Cuius tempore mulier quedam in Albania[m] — — integra.

Post hec[n] regnavit Chunradus anno Domini 1138.

Eo tempore Hugo de Sancto Victore doctor excellentissimus et[o] in omni scientia summus et religione devotus obiit. De quo referunt, quod, cum infirmitate ultima laboraret et nullum cibum retinere posset, corpus tamen dominicum[p] multa instantia postulabat sibi dari. Tunc fratres eius turbationem sedare volentes, simplicem[q] hostiam instar corporis[r] domi-

a) dare *G*; dari consueverant *corr.* consueverat 1; dare consueverat 4. b) fuissent 4. c) tamen *G*. d) sibi eum h. 4. e) Bonici 1; Bonizi *G*; Bonifacii 2. f) Maehtildim 3; Melthildim 2; Mechtildim *G*; Mathildam 4. g) *deest G*. h) Post — quoque seni *des.* 5. i) h. Heinricum 4. — t. h. *G*. k) imperavit 2. 4. l) Quem 3; Quia 2. m) adipisc. 4. n) s. ap. 2. 4. *G*. o) pergeret *G*. p) et n. a. *des.* 4. *G*. q) Huius 3. r) Berng. 3. s) s. f. *des.* 4. t) ecclesia 4. u) Gregorius L. 4. v) Lantfr. 3. w) natione Papiensis *add. G*. x) q. H. *G*. y) imperavit 2. z) *bis scr.* 1. — scilicet anno D. 1062. 4. a) *deest* 1. b) *deest* 3. c) cant. h. 4. d) c. s. I. 4. e) m. p. 4. *G*. f) de n. *G*. g) Cum 4. h) instanter peterent 3. i) R. a me 4. k) in l. se 4 l) beatus N 4. m) v. terribiliter app. 4. n) e l. extrah. 4. o) collisit 4. p) Incipiensque 4. *G*. q) dormientis 4; prioris *G*. r) antyphonas 3; *deest* 4. s) u. ad f. 3. 4. t) report. 3. u) Indebr. 1. 2. 4. v) e. v. *G*. w) in m. *des.* 4. x) Ebromensem 2; Ebronensem *G*; Obroynensem 4. y) c. miraculosa *G*. z) diceret 4. a) s. vero *G*. b) qui 1. 2. 4. c) nominavit 4. d) recitat *G*. e) Bonyto 4. f) Mehtildym 2; Mechtildim *G*; Methyldim 4; Mathildum ad cometissemi (?) 3. g) Spiree 3; et *deest* 2. 3. h) Hainricus in epytaphio habuit 3; in eius epitaphio versus iste fuit inscriptus *G*. i) Bernardus *G*; Wernherus 3. k) Lotarius 2; Lothargius 3. l) H. succ. 4. m) Hispania *G*. n) hunc 2. *G*. o) *deest* 3. p) domini cum m. 3; s. d. c. m. i. p. 4. *G*. q) *deest* 4. r) d. c. 2. 4.

1) tertius. 2) Ordinem turbavit auctor, cum iam de hoc Heinrico retulerit.

nici sibi detulerunt[a]. Quod ille per spiritum recognoscens, ait: 'Misereatur vestri Dominus[b], fratres, cur me[c] deludere voluistis? Iste enim non est dominus[d] meus quem deportastis'. Mox illi stupefacti cucurrerunt et sibi corpus dominicum[e] detulerunt. Sed ille videns quod recipere non valeret, elevatis in celum manibus sic oravit: 'Ascendat Filius ad Patrem et Spiritus ad Deum[f], qui fecit illum'. Et inter hec verba spiritum exalavit, et corpus Domini ibidem disparuit.

Eugenius abbas Sancti[h] Anastasii papa constituitur. Qui ab Urbe expulsus, eo quod senatores alium[1] creaverant[i], Gallias[k] venit, et Bernhardum[l] ante se misit, qui viam Domini predicabat[m] et multa miracula faciebat. Gyllibertus[n] Porrectanus [florebat[o]]. Vinc.

Fridericus, nepos Chunradi, imperavit anno Domini 1153[p]. Floruit[q] magister Petrus Lombardus[r] episcopus Parisiensis, qui librum sententiarum, glosas[s] psalterii et epistolarum[t] Pauli utiliter conpilavit.

Eo[u] tempore tres lune in celo vise sunt et in medio signum crucis, nec multo post visi sunt[v] tres soles.

Tunc Alexander in papam canonice est[w] electus. Contra quem Octavianus, Iohannes Cremensis[x] tytuli[y] Sancti Kalisti et Iohannes Strumensis successive in[z] papam eliguntur et favore imperatoris fulciuntur. Duravit hoc scisma annis 18. Infra quod tempus[a] Theutonici[b], qui apud Tusculanum pro imperatore morabantur[c], Romanos aput montem Portum[d] invadunt, et tot a nona usque ad vesperas occiderunt, ut[2] numquam ex[e] Romanis tot milia sint[f] occisa, licet tempore Hannyballis[g] tot occisi sint, ut tres cophinos anulorum, quos de digitis procerum occisorum ibidem[h] Hannibal extrahi fecit[i], Karthaginem destinaverit. Quorum multi apud Sanctum[k] Stephanum et Sanctum Laurentium sepulti[l] sunt et habent hoc epitaphium: Chr Th

Mille decem[m] decies et[n] sex decies quoque seni.

Imperator Fridericus dum Terram Sanctam visitasset[o] et in flumine quodam lavaretur, ibidem necatus periit, vel, ut alii[p] asserunt, equo suo inpingente[q], in aquam cecidit ibique interiit. Vinc.

Huic successit[r] Heinricus, filius eius, anno Domini 1190[s].

Eo tempore tante pluvie cum tonitruis et fulminibus et tempestatibus facte sunt, quantas nulla meminit hominum[t] antiquitas. Lapides enim ad quantitatem[u] ovorum quadranguli mixti cum pluvia de celo cadentes arbores et vineas et[v] segetes destruxerunt et multos homines occiderunt. Corvi quoque et quam[w] plures aves per aera in hac tempestate volantes visi sunt carbones vivos in rostro portare et domos incendere.

Contra Romanam ecclesiam semper tyrannidem Heinricus exercuit, et ideo, eo mortuo, Innocentius tercius, ne frater eius Phylippus promoveretur, se opposuit et Ottoni, filio ducis Saxonie, adhesit et eum Aquisgrani in regem Alemannie[x] coronari fecit.

Eo tempore dum[y] plures barones Francie pro liberatione Terre Sancte ultra mare pergerent, Constantinopolim ceperunt.

Hiis temporibus ordines Predicatorum et Minorum[z] orti sunt.

Innocentius tercius[a] legatos ad Phylippum regem Francorum misit, ut terram Albigensium[b] invaderet et hereticos deleret. Qui omnes capiens, concremari fecit.

Denique Innocentius Ottonem imperatorem coronavit et ut iura ecclesiae[c] salvaret ab ipso[d] iuramentum exegit. Qui[e] statim ipso die[f] contra iuramentum venit[g] necnon et[h] Romipetas exspoliari fecit[i]. Unde papa eum excommunicavit et ab imperio deposuit.

Eo[k] tempore fuit[l] sancta Elyzabeth, filia regis Ungarie, que fuit uxor lantgravii Turingie[m]. Que inter alia innumera[n] miracula plures mortuos, ut scribitur[o], suscitavit et cecum natum illuminavit. De cuius corpore usque hodie oleum fluere[p] perhibetur. Vinc

Ottone deposito, Fridericus, Heinrici filius[q], eligitur et[r] ab Honorio coronatur. Leges optimas pro libertate ecclesie et contra hereticos edidit. Hic super omnes divitiis et gloria habundabat[s]. Sed eis in superbia abusus fuit. Nam tyrannidem contra ecclesiam exercuit. Duos cardinales vinculavit, prelatos, quos Gregorius nonus ad concilium convocaverat, capi fecit, et ideo ab ipso excommunicatur. Denique Gregorius multis tribulationibus pressus[t] moritur, et Innocentius, natione Ianuensis, concilium apud Lugdunum convocans, ipsum imperatorem deposuit. Quo deposito et[u] defuncto, sedes imperii usque hodie[v] vacat. Chr Th. Vinc

a) obt. 4. b) *deest* 3. c) *deest* 2. 3. 4. d) deus 2. e) domini *G.* f) D. suum *G.* g) dedit 4. h) *deest* 4. i) creaverunt 4. k) in G. *G.* l) Bernardum *G*; Wernherum 3. m) predicavit 2. 3. n) Gilbertus Porret. *G*; Gallib. 2; Gyselb. 3. o) *deest* 1. 2. 3. p) 1154. 1. 4. *G.* q) Eo tempore f. *G.* r) Longobardus 2. 4. s) glossam *G.* t) epistolas 3. u) Eodem 4. v) *deest* 3. w) e. can. 2. x) Trem. 1. 3. y) *deest* 3; Sancti *deest* 2. z) in p. *des.* 2. a) *deest* 3; q. t. *des.* 4. b) Theot. 3; Teut. 4, *ubi* qui *deest.* c) erant pr. i. 3. d) Porcum 2; Poncum 3. e) et 1. f) sunt 2. 3. g) Hanibalis 4; Hennybales 3. h) idem 4. *G.* i) fecerat *G*; et *add.* 3. k) S. L. et S. St. 4. l) sunt s. 3. m) centeni 3. n) *deest G.* o) intrasset 4. p) ass. al. 4. q) reping. 2. r) f. s. Hainr. 4. s) 1180. 1. t) h. m. 3; n. m. etas hominum 4. u) quantitatis 3; in quantitate *G.* v) seg. et vin. 4. w) *deest* 3. x) Alam. 2; Allem. 3; f. in. r. Alymannie c. 4. y) cum 3. z) omnium fratrum *G.* a) quartus *G.* b) Albien. 3; Albyginensium 4. c) *deest* 3. d) eo 4. e) Qui — venit *desunt* 3. f) *deest* 4. g) fecit *G.* h) *deest* 3. i) iussit *G*; f. spoliari 4. k) Eodem 2. l) s. El. f. 4. m) *deest* 1. 4. n) innumerabilia 4. o) dicitur resusc. 4. p) effluere 4. q) f. H. 3. r) *deest* 3. s) habundavit 4. *G.* t) passus 3. u) depos. de facto sedes 4. v) nunc 5.

1) Male intellexit Vincentium. 2) Chr. fratris Theut. narrationem mutavit, Paulum diac., ut videtur, secutus; cf. N. Arch. III, p. 54.

CHRONICA MINOR AUCTORE MINORITA ERPHORDIENSI

EDIDIT O. HOLDER-EGGER.

Chronicon, quod tractamus, mala passum est fata, cum hucusque nec purum neque integrum in lucem prodierit, quamvis in multis libris manuscriptis bibliothecarum Germanicarum inveniatur. A Pistorio enim nomine 'Compilationis historicae' ex codice Heinrici Petreii coniunctum cum Annalibus S. Aegidii Brunswicensis usque in saec. XV. pertinentibus editum[1], *a Leibnitio, SS. Brunsvic. III, p.* 558 *sqq., ex eo repetitum, sub 'Chronicae S. Aegidii' nomine latebat et laudabatur. Iam vero Docen, Archiv II, p.* 79. *et III, p.* 17, *duobus codicibus bibliothecae regiae Monacensis perspectis, docuit, hoc chronicon ab annalibus subiectis secernendum, post medium saec. XIII. esse compositum, et V. Cl. Wattenbach in itinere Austriaco compluribus codicibus inventis*[2] *demonstravit, illud esse primum a.* 1261. *confectum, postea vero variis continuationibus auctum. Docen etiam ostendit, quod nemo in dubium vocabit, auctorem chronici in Thuringia vixisse, suspicatus est, eum Erphordiae scripsisse. Et hoc quoque satis probari potest cum ex notis quibusdam res Erphordiae gestas tangentibus, tum ex eo quod auctor chronici libris quibusdam monachorum nigrorum Montis S. Petri Erphordiensis, ut infra demonstrabitur, usus est. Quod quidem nullius vel minoris momenti ad rem probandam esset, si auctor ipse fuisset monachus S. Benedicti, sed nemo dubitabit, quin frater ordinis Minorum habendus sit chronista*[3], *qui eius notas de S. Francisco atque ordine ab hoc instituto legerit*[4].

Fratres Minores iam a. 1224. *Erphordiam venerunt, et Iordanus de Yane, qui illis praeerat, eorum et quorundam postea advenientium nomina nobis retulit*[5]. *Sed horum quenquam post* 40 *annos chronicon scripsisse, vix probabile est, neque aliud certum de nomine auctoris indicium habemus*[6]. *Hoc vero*

1) t. I, p. 705 sqq., ed. II. cur. Struvio I, p. 1057 sqq. 2) Archiv X. passim et Archiv für Oesterreichische Geschichtsquellen XIV, p. 11. 3) Docen, ut Arch. II, 79. fratri Praedicatori chronicon attribueret, codicibus ab ipso inspectis (nostris C 1. 2) a quodam Praedicatore interpolatis et submutatis perductus est. 4) Miranti cuidam, quod pauciores notae ad res gestas et Erphordiensium et ordinis Minorum spectantes apud nostrum inveniantur — velut nihil de domo fratrum Minorum Erphord. a. 1240. combusta apud eum legis (cf. v. Mülverstedt, in Mittheil. d. Vereins für Gesch. v. Erfurt III, p. 154) — respondendum est, monachos mendicantes 'enchiridia historica' sua in usum praeceptorum ac praedicantium, discentium ac disputantium componentes, consulto ac cogitate talia omisisse. 5) c. 40. 47, ed. Voigt, Abhandl. d. Sächs. Ges. d. Wiss. 1870. XII, p. 534. 6) In interiore tegumento cod. nostri C 2 manu saec. XV–XVI. scripta sunt: *Hec continentur in libro hoc: Item cronica fratris David de Augusta de summis pontificibus et imperatoribus Romanis* etc. Qui minorita Augustanus medio saec. XIII. floruit, a. 1271. mortuus est. De quo v. Pfeiffer in Z. f. D. Alt. IX, 1 sqq. Haec opinio, undecumque orta est, probari non potest, ut iam Docen, Arch. II, 80, ostendit. V. etiam Pfeiffer l. l. p. 66. In cod. B 3 f. 3. manus saec. XVII notavit: *Nihil dubito huius opusculi authorem fuisse Iohannem Teutonicum, ex Friburgo oriundum,*

addere licebit, eum fuisse Theutonicum, et quidem, ut coniicere velim, in diocesi Moguntina natum.

Quamvis in omnium fere codicum praefatione legatur, chronicon usque ad a. 1261. *perductum esse, tamen unus tantum codex in hoc anno, celeri in aliis annis desinunt. Hi vero omnes — praeter unum in fine mutilum — eandem praebent continuationem annorum* 1262—1265, *quam Erphordiae a fratre Minore scriptam esse, ex compluribus locis coniecerim et, cum a reliquo chronico nec ratione nec stilo neque indole differat, ab ipso eiusdem auctore additam esse, pro certo statuerim. Minorita igitur Erphordiensis chronicon suum bis edidit, primo circa a.* 1261—62, *tum circa a.* 1265—66[1].

Prioris editionis, ut dictum est, unicus tantum exstat codex:

A 1) *Pragensis bibl. Universitatis IV. H* 25, *chart.* 8⁰, 94 *folia continens, una manu saec. XIV. in Bohemia, ut videtur, exaratus, cum in posteriori tegumento legatur 'Ave Maria' Latine et Bohemice scriptum:* Panno mila Maria bud milostiwa *etc., et ibidem inscripta sunt manu saec. XIV—XV:* Iste est liber Iacobi plebani de Mutyna qui fuit anus *(sic!)* et bene canus. *Ante ipsum chronicon, quod duabus columnis fol.* 10—39'. *exaratum est, legitur index alphabeticus ad sequentia folia litteris et numeris signata spectans*[2], *ut*

Auguria et sortilegia et mayce artes proibite sunt q. III.

Licet vetustum certe et bonum codicem prae oculis habuerit scriba, ipse tamen exemplar negligentius exaravit, multis mendis maculavit, et quod magis dolendum est, saepe oculi lapsu singula verba et complures lineas omisit, ita ut haud raro quaestio oriatur, num loci ab illo omissi in priori editione chronici fuerint. Tamen cognosci potest, quaedam esse in altera editione addita[3].

Huius multos habemus codices, quorum B 1 *et* 2 *proxime ad A* 1 *accedunt.*

B 1) *Cod. Mellicensis celeberrimae abbatiae H* 59[4], 82 *folia optimae, albae membranae, formae quadratae minoris continens, una manu saec. XIV. in. nitide ac diligenter scriptus. Folia* 8—63. *continent 'Cronicam minorem' continuatione annorum* 1266—68. *auctam. Praeterea insunt catalogi pontificum et imperatorum usque ad Gregorium X. et Fridericum II. (nihil nisi nomina praebentes), index episcopatuum, 'de ordinacione ecclesiae, de horis, de ordinacione missae, de sanctis et de tribulacionibus eorum'.*

B 2) *Cod. Monacensis bibl. regiae Lat. Nr.* 12260 *(olim Raitenbuch* 60*)*[5], *chart.* 4⁰, *in quo fol.* 132—153. *chronicon manu saec. XV. ex. — XVI. a docto scriptore exaratum exstat eadem continuatione quae in B* 1, *sed usque ad a.* 1272. *deducta, ac plurimis interpolationibus amplificatum, de quibus infra*

episcopum Bossinensem et generalem sui ordinis (scil. Praedicatorum) *quartum.* Sed iam Echard, Script. ord. Praed. I, 113, hunc refutavit, perductum ad talem errorem fortasse subscriptione libri: *Completus est iste liber per manus Iohannis.* — Inscriptio cod. B 5a: *Incipit cronica Romanorum et est domini Falconis,* non auctorem sed possessorem libri indicare videtur. Docen, Archiv II, p. 80 n., Theodericum de Apolda, qui Vitam S. Elisabethae scripsit, auctorem chronici fuisse, suspicatus est. At hic fuit frater ord. Praedicatorum. Denique ut haec quoque addam: medio saec. XIII. floruit Ebernandus Erphordiensis, qui carmen de s. Heinrico rege composuit (Heinrich und Kunigunde ed. R. Bechstein, Bibl. d. ges. Deutschen Nationalliteratur t. 39) et Vita eiusdem auctore Adalberto necnon Vita Cunigundis (cf. Bresslau, Jahrb. Heinrichs II. III, p. 368) usus est, quas noster etiam exscripsit. At hunc fuisse fratrem Minorem, nullum est indicium, immo monachum Cisterciensem eum fuisse putant.

1) Certe antequam de clade Beneventana (1266, Febr. 26) quaedam in Thuringiam relata essent, nisi iam ante mortem Urbani IV. (1264, Oct. 2), scripta sunt quae sub a. 1264. de Urbano papa et Manfredo rege leguntur; cf. etiam a. 1265.

2) Fol. 9'. exstat expositio alphabeti.

3) Omnes codices, de quibus aliud non dictum est, huc a clarissimis bibliothecarum praefectis benigne transmissos ipse exscripsi.

4) Olim R. 3, cf. Arch. X, 607.

5) In primo folio manu saec. XVI. *Raydtenpûch*, fol. 3. saec. XVII: *Sum S. V. Mariae in Rottenbuech.*

plura dicentur. Fol. 154—155'. *catalogus apostolicorum et imperatorum et index episcopatuum*[1], *ut in B* 1.

B 3) *Cod. Vindobonensis bibl. palatinae Nr.* 589 *(olim Hist. prof.* 844, *Ambras.* 255*)*, 41 *folia membranacea quadratae formae minoris continens, quibus a quodam Iohanne*[2] *saec. XIV. solum chronicon nostrum ex bono sed a prioribus iam longius recedente codice parum diligenter inscriptum est. Praesertim notis compendiorum male usus est iste Iohannes, ut* ubi, ut, nec, ver, nisi *vix apud eum discerni possint*[3]. *Brevis continuatio a.* 1266. 1268, *nobis quinta, addita est.*

B 3*) *Cod. Pesthinensis Musei, chart. a.* 1426. *scriptus, continuatione usque ad a.* 1330. 1421. *auctus, de qua v. infra. Lectiones finis chronici, quem V. Cl. Wattenbach exscripsit, saepissime cum B* 3, *rarius cum sequentibus codicibus conveniunt.*

B 3*a) *Cod. Matseensis saec. XIV. ex., ex Hermanno Altahensi interpolatus. De quo nihil nobis innotuit praeter ea quae Archiv X,* 619. *et III,* 107. 304. *notata sunt.*

B 4) *Cod. Vindobonensis bibl. palatinae Nr.* 365 *(Hist. prof.* 72*), mbr. fol., olim 'Liber S. Marie v. in Newnburga claustrali', continet*[4] *in ultimis foliis p.* 423—448. *chronicon manu saec. XIV. in. pulchre, sed satis mendose scriptum. Aliquoties rubro insertae sunt inscriptiones singularum narrationum ut* De papa muliere, De calice *etc. Desinit in a.* 1256. *verbis* ultra mare, *sed sequens folium iam diu abscisum, — cum extrema pagina codicis, ut nunc est, per diutinum tempus tegumentis*[5] *non compacti valde detersa est, — cod. Vindobonensi eiusdem bibliothecae Nr.* 373 *(Hist. prof.* 83*) insertum est*[6], *ubi textus in prima pagina desinit in a.* 1264. *verbis* miserabiliter submerserunt. *Sed non dubito, quin reliqua aliquo casu exciderint et archetypus huius codicis sicut ceteri annum quoque* 1265. *continuerit. Quin etiam forsitan ei inerat continuatio sequentium duorum codicum, qui cum B* 4 *maxime conveniunt.*

B 5) *Cod. Briegensis gymnasii Fb* 77, *mbr.* 4⁰ *mai., olim 'ecclesie S. Hedwigis in Brega', ubi fol.* 54—87. *chronicon nostrum manu saec. XIV. in. magnis characteribus, quos Gothicos vocamus, scriptum, continuatione usque ad a.* 1276. *addita*[7]. *Easdem ac plures inscriptiones praebet quas B* 4. *In omnibus cum hoc (B* 5*) convenit, licet vix ex eo exscriptum crediderim,*

B 5a) *Cod. Vindobonensis bibl. palatinae Nr.* 436 *(Hist. prof.* 478*), mbr. fol., saec. XV, in* 12 *foliis hoc chronicon continens.*

1) Cetera quae insunt v. Cat. codd. bibl. reg. Monac. II, 2, p. 62. 2) V. supra p. 172, n. 6. 3) Fol. 41'. quidam sitiens peccator scripsit: *ich trunke gerne* et *me expectaverunt peccatores ut.* 4) Cetera quae insunt v. Archiv X, p. 461 sqq. 5) Tegumenta, quibus nunc compactum est, sunt anni 1669. 6) Cf. Archiv X, 464. Hoc folium V. Cl Wattenbach exscripsit. 7) Praeterea insunt: f. 1—8': *Liber de modo loquendi;* f. 9—34: *Breviloquium de virtutibus antiquorum principum et philosophorum;* f. 36. alia manu: *Dixit Petrus Aldefunsus servus Ihesu Christi compositor huius libri* — f. 52'. *ita pauperior remansit.* Sunt narratiunculae fabulosae, quas vulgariter 'Novelletten' dicimus; f. 89—97: *Fr. Burchardi de monte Syon ep. ad fr. Burchardum ord. pred. de locis Terre Sancte;* f. 97. 98: *Anno quarto papatus Calixti secundi pape venit beate vite Iohannes patriarcha Indie — celeberrime populo recedente;* f. 100—127: *Liber de regimine principum ex Arabico sermone a Philippo clerico translatum. 'Domino suo . . . Guidoni de Valencia civitatis [me]tropolis glorioso pontifici'* etc.; f. 127—134. alia manu saec. XV: *Liber Senece de formula et honestate vite. Quatuor virtutum species'* etc. Cf. Archiv XI, p. 712.—F. 136. illita sunt haec:

Conversio sancti Pauli:
Clara dies Pauli designat fertilitatem,
Si fuerint venti, generantur prelia genti,
Si fuerint nebula, pereunt animalia multa,
Si nix vel pluvia, designat tempora cara. —
MC ter X et V seque[n]ti die Simonis Iud[e]
Subvertit iuncta boreas edificia cuncta.

B 6) *Cod. Berolinensis bibl. regiae Lat. fol. Nr.* 136, *olim Andreae Hedionis prof. publ. ord. Regiomontani, chart., saec. XVI. in.*[1], *ubi chronicae minori fol.* 98—134'. *usque ad a.* 1265. *pertingenti subnexa est fol.* 134'—135'. *continuatio seriei pontificum tertiae editionis Martini Oppaviensis:* Anno Domini 1272. Gregorius X. nacione L. *etc., SS. XXII, p.* 442 *sq. impressa. In hoc codice nonnulla omissa, quaedam aliter disposita sunt. Eadem omnia dicenda sunt de sequenti codice huic arta propinquitate coniuncto,*

B 6a) *Cod. Pragensi VIII. B* 11, *chart. fol., saec. XV, ubi fol.* 154'—196'. *chronicon, praefatione omissa, ultra quam credi potest mendose exaratum est*[2], *ita ut multis locis ne indicium quidem verae sententiae remanserit. Codice quodam B* 6. 6a. *simillimo usus est Pistorius pro sua editione, praeterquam quod alia continuatio suo subiecta erat.*

Exemplar quoddam chronici, ex quo etiam codices B 4. 5. 5a *fluxerunt, et iam continuatione auctum, quae in B* 5. 5a *legitur, pervenit ad fratres Praedicatores, ut coniicio*[3] *Erphordienses, et ab eis descriptus codex ad coenobium quoddam Praedicatorum Suevicum*[4] *delatus est. Ibi ex eodem quidam frater Praedicator novum librum exaravit, qui haud raro sermonem archetypi, praesertim verborum collocationem mutavit, quaedam corrupta raro bene emendare conatus est, quaedam de S. Dominico atque ordine ab eo fundato aliaque nonnulla addidit, quaedam vero de S. Francisco et ordine Minorum dicta omisit, in fine pauca subiecit. Ex hoc libro tres fluxerunt codices:*

C 1) *Monacensis bibl. regiae Lat. Nr.* 626 *(olim Hartmanni Schedel), saec. XIII. ex. — XIV. in.,* 4⁰ *min., nunc* 81 *folia membranacea continens, quibus duo quaterniones chartacei vacui subnexi sunt*[5]. *Saeculo XIV.—XV. quidam menda tollere conatus est, priori lectione erasa, eodem exemplari, ut videtur, adhibito, ex quo hic codex descriptus est.*

C 2) *Cod. Monacensis bibl. regiae Lat. Nr.* 5541 *(olim Diessen.* 41*), mbr.* 8⁰, *saec. XIII. ex.—XIV. in., fol.* 1—46[6], *accurate et bene scriptus.*

C 3) *Cod. Berolinensis bibl. regiae Lat. qu. Nr.* 334, *nuper emptus, mbr. saec. XIV, una manu scriptus, Chronicae Minori praecedit Iacobi Ianuensis Aurea legenda (cf. supra p.* 168*), neutri libro titulus praescriptus est. Hic iterum aliquoties sermo liberius redditus, praesertim ordo verborum mutatus est.*

Sic igitur chronicon saepe lectum, late divulgatum, saepe descriptum varias induit formas; ut vero primam ac veram restitueremus, codices A 1. *B* 1. 2 *pro fundamento posuimus, reliquos reiicientes, nisi illi inter se differebant. Quae in rec. B ab auctore addita videbantur et unum locum in solo A* 1 *occurentem uncis inclusimus. Quae singuli vel rec. C codices addebant, textui subnotavimus. Ex innumeris variis lectionibus codicum eas elegimus quae diversas recensionum formas ostenderent.*

Librum inscripsimus 'Cronica Minor', quod nomen, quamvis in tribus codicibus B 1. 3. 3*a *legatur, tamen ab ipso auctore ortum esse vix crediderim,*

1) Cf. Archiv VIII, p. 828; SS. XVII, p. 711. 2) Praecedunt f. 1—8. Concordia euang.; f. 8'—20': *Incipit cronica Michardi episcopi Cremenensis* (sic!) *tractans de materiis biblie et aliarum historiarum, obiit mense Iunii anno Domini* 1315; f. 20'—24': *Catonis explicatio versuum moralium cum interpretatione Bohemica;* f. 25—120'. Comment. in symbolum apost.; f. 121'—133'. Arbor consanguinitatis cum explicatione; f. 133'—154': *Incipit tractatus de vita christiana editus a fratre Simone de Cassia;* sequitur f. 197—207. Initium chronici Francisci canon. Pragensis; cf. Archiv X, p. 666. 3) scilicet ex nota a. 1228. in B 4. 5. 5a. C addita. 4) Aut ad Constantiense, aut, quod maluerim, Rotwilense, ut suspicor ex nota in cod. C a. 1235. addita et in eorum continuatione occurrente. 5) In extremo folio: *Anno Domini* 1452. *wart ditz půch ein gepůndn.* Cf. quae Docen, Arch. II, p. 79, de hoc et III, p. 17, de sequente disseruit. 6) Quae sequuntur post cum hoc libro compacta sunt, de quibus v. Cat. Mon. I, 3, p. 22.

sed recte Wattenbach statuisse videtur, propter maiorem Martini Oppaviensis librum hoc nomen chronico postea esse datum[1]. *Verum nomen 'Cronica Romanorum' (scilicet pontificum et imperatorum) vel 'Cronica Romana' fuisse videtur, ut habent codices A* 1. *B* 2. 3*. 5a. 6. *Nam tale opus est, quod nomine illis temporibus usitato 'Gesta utrorumque' appellabatur, ideoque ab incarnatione Domini incipit, perpaucis tantum de historia Romana inde ab Urbe condita praemissis. Hic pontificum et imperatorum catalogum non diremit, sed utrosque inter se miscuit, seriem temporum parum curans.*

Auctor haud paucos libros ad tantillum chronicon componendum adhibuit, cuius fundamentum posuit quendam catalogum pontificum, in quo anni ab incarnatione Domini, quaedam gesta, praecipue autem constitutiones singulorum notata erant, haud dissimilem illorum inter se quadam affinitate coniunctorum Gilberti, Cencii, Gotifredi etc., quorum tamen nullum exscripsit. Quin catalogus imperatorum illi connexus fuerit, vix dubium est, sed saepe imperatorum annos regni ex Ekkehardi chronico sumsisse videtur. Nam ex hoc et Lamberti annalibus plurima ad profanam historiam pertinentia excepit. Et quidem Lamberti librum auctum additamentis monachorum S. Petri Erphordiensis prae oculis habuit, ut iam pro certo statuere possimus, ipsum codice illo nunc Gothano, olim S. Petri Erphesf. (SS. III, p. 21; *VI, p.* 14. *descripto), qui Ekkehardi*[2] *chronicon excerptis Lamberti*[3] *et additamentis S. Petri auctum continet, vel eius archetypo librove ex eo exscripto usum esse. Cum Annalibus Erphesfurdensibus (olim Lotharianis) in eodem codice Ekkehardi chronico subiunctis unus saltem locus ad verbum convenit. Sed auctor profanam quam dicimus historiam, ut Minorita, nimis negligens, ex reliquis quoque iam dictis libris perpauca exscripsit, iam plura ex Vita*[4] *Heinrici II. regis auctore Adalberto ac libro II. eidem postea addito necnon ex Vita Cunegundis*[5] *reginae, utpote mirabilia praebentibus, et ex nonnullis pontificum bullis mutuatus est. Ut de historia ecclesiastica copiosiora referret, Rufini versionem et continuationem historiae Eusebianae, decretum Gratiani et decretales a Gregorio IX. editas adhibuit, ex quibus multa de constitutionibus pontificum hausit. Praeterea Isidori Etymologias, Hieronymi epistolas, Gregorii I. registrum et dialogos, Bedae hist. eccl. et commentarios in evang. Marci, aliquoties laudat et exscripsit. In praefatione dicit, librum se compilasse ex chronicis Eusebii et Hieronymi, Orosii et libris qui dicuntur: 'Ordo Romanus' et 'Gemma animae'. Atque ex Orosio in prioribus paginis operis quaedam transsumta sunt, Hieronymi vero chronici apud eum nullum certum vestigium, nescio an Ekkehardi chronicon hoc nomine vocaverit. Liber dictus 'Gemma animae' est Honorii Augustodunensis, ex quo plura in priori parte libri, pauciora in parte a nobis edita de divinis officiis enotavit. Alia cum libro Iohannis Beleth dicto 'Rationale divinorum temporum'*[6] *conveniunt, quare crediderim hoc opus sub nomine Ordinis Romani ab eo esse citatum, cum aliorum librorum, qui hoc nomine feruntur, a Mabillone, Musaei Ital. t. II, editorum nullum viderit. Quaedam narrationes de sanctis, ut Hilario, Beda, Liborio, ex legendario quodam sumta videntur.*

1) Eodem modo in cod. quodam Vindob. Flores temporum 'cronica minor Martini' dicuntur. 2) Ex Ekkehardo transscripta indicant, eum codice rec. A vel B usum esse, et Gothanum Waitz rec. B. attribuit. 3) Quamvis paucissima ex huius amplissima narratione a. 1040 sqq. excerpserit, tamen plura habet quam hic codex; sed nihil est cur non statuamus, etiam alterum huius libri codicem chronistam habuisse, cum saltem apud monachos S. Petri complures fuerint, ut ille nunc comitis de Schoenborn saec. XII (SS. V, 150). 4) SS. IV, p. 792 sqq. 5) SS. IV, p. 821 sqq. 6) Ex vetustioribus edd. impressum apud Migne, Patrol. Lat t. CCII.

Turpinum uno loco laudat, sed hunc vix prae oculis habuit, potius ex alio chronico hunc locum exscriptum esse putarim, cui etiam alias fabulas praesertim de pontificibus attribuerim, quarum nonnullae in Annalibus Stadensibus etsi non in omnibus convenientes occurrunt. Sed haec omnia fortasse in eius catalogo pontificum et imperatorum legebantur. Etiam brevium annalium Thuringicorum pauca vestigia apud eum deprehenduntur, quod collegerim ex notis de fundatione monasteriorum Georgenthal, Walkenried, Reinhardsbrunn, aliis, quarum paucae in Annalibus S. Petri Erphesfurdensibus leguntur. Fabulas quasdam praesertim de archiepiscopis Moguntinis ex auditu narrasse videtur.

His fontibus saepe liberius usus est, breviando et pauca ex pluribus contrahendo, sententiis alterius alterius verba interserendo. De indole auctoris iam satis dictum est, cum demonstraverimus, eum fratrem Minorem fuisse.

Priorem partem libri omisimus, incipientes ab anno 700, *ubi prima de Erphordia nota legitur.*

Chronicon licet nobis non magni pretii, tamen maioris momenti est, quia saepissime et praesertim ab omnibus, qui postea in Thuringia res gestas praeteritorum saeculorum composuerunt, exscriptum est, scilicet in Hamburgensi codice Gilberti[1], *in Floribus temporum infra edendis, Chronico rythmico Brunswicensi*[2], *Chronico Sampetrino*[3], *Annalibus Reinhardsbrunnensibus*[4], *Annalibus Franco-Bawaricis saec. XIV*[5], *Historia de landgraviis Thuringiae*[6], *a Iohanne Vitodurano, Sifrido Misnensi, Iohanne Rothe*[7], *fortasse a Nicolao de Siegen; Annalibus S. Aegidii Brunswicensis paene integrum praemissum est.*

Iam pauca de continuationibus nobis addenda sunt, quarum prima quidem maioris pretii reliquo toto libro est. Huius prior pars annos 1266. *et* 1267. *continens in cod. B* 1 *Mellicensi, tota in B* 2 *Monacensi legitur, nullo spatio intermisso Chronicae Minori subiuncta. Haec ut totum opus a fratre Minore in Thuringia, fortasse Erphordiae, scripta est, quamvis de Erphordia nihil in ea legatur. Neque enim de ceteris quoque civitatibus Thuringiae, in quibus conventus Minorum fuerunt, ut Eisenach, Nordhausen etc., quidquam invenis, et omnino plura de extremis partibus terrarum, praesertim de Terra Sancta, quam de Thuringia, scilicet quae sive litteris sive narratu a fratribus in diversis partibus constitutis auctor comperit. Continuatio prior iam a.* 1267. *vel sequenti edita est, cum ibidem legatur, Ioppe civitatem et castrum Bellifortem a christianis possideri, quae iam a.* 1268. *Mart. et Apr. a soldano Bibars capta sunt. Etiam altera pars paulo post res gestas narratas scripta est, quod clare apparet ex iis quae sub a.* 1269. *de cardinalibus in electione papae discordantibus leguntur*[8]. *Hanc continuationem ab auctore reliqui operis compositam esse, pro certo non affirmem, sed complures ob causas valde mihi probabile est. In B* 2 *praeterea multae interpolationes inveniuntur, quas textui subnotavimus, ex variis fontibus, Ekkehardo, Lamberto, Iacobi Legenda Aurea et Ann. Erphordiensibus, quorum tamen cum nullo servato exemplari plane conveniunt, excerptae. Quo tempore et a quo insertae sint, vix certe diiudicari potest, tamen hoc a quodam Erphordiensi et fortasse Minorita factum esse, pro certo stare poterit. Coniecerim de eodem, qui continuationem eiusdem codicis subiunxit, nisi in Chron. Sampetr. nullum vestigium harum*

1) SS. XXII, p. 359 sqq. 2) SS., Deutsche Chroniken II, p. 234. 3) R. Stübel in eius ed., Geschichtsquellen der Provinz Sachsen I, p. 5. 4) Wegele in eius ed., Thüringische Geschichtsquellen I, p. XXIV. 5) Städtechroniken, Nürnberg IV, 58; cf. ibid. I, 323. Haec ex nota V. Cl. Weiland didici. 6) v. Liliencron, Thür. Geschq. III, p. XV sqq. 7) ibid. p. XII. 8) Quae a. 1271. 1272. de Clemente IV. et Gregorio X. leguntur fortasse postea addita sunt.

notarum inveniretur. Eandem enim continuationem cum reliquo chronico compilator chronici Sampetrini exscripsit vel rectius paene totam, omissis tantum locis[1] *de fratribus Minoribus agentibus, suo operi inseruit*[2]. *Ex eadem praeterea habemus excerpta Germanica. In codice videlicet V. Cl. Haiser* 18[3], *chart., saec. XIV. XV, inter Enenkeli chronici rythmici partes sparsi sunt ampliores loci Chronicae Minoris in Theutonicam linguam versi, in fine codicis f.* 233'—234'. *illa excerpta*[4] *inveniuntur, quae infra praebemus.*

Quae in prima continuatione sub a. 1271. 1272. *leguntur descripta sunt in tertia*[5] *cod. B* 5. 5[a], *quae in C transiit et notis Praedicatorum (cont. IV.) aucta est. Continuatio cod. B* 3. 3* *quinta, a.* 1266—68, *a priori plane recedit, tamen haec quoque in Thuringia scripta est. Ibidem, ut videtur, notae usque ad a.* 1278, *quae in B* 3* *(cont. VI.) sequuntur, adiectae sunt. Tunc vero sequitur in hoc codice quaedam chronici pars ex Annalium Austriacorum continuatione Florianensi*[6] *et catalogo quodam pontificum compilata, usque ad a.* 1330. *deducta, cuius in fine nota a.* 1421. *addita est. Haec inde ab a.* 1288. *V. Cl. Wattenbach in 'Archiv für Kunde Oesterreichischer Geschichtsquellen' XIV, p.* 11 *sqq. edidit, quae, utpote ab hoc chronico eiusque tempore plane aliena, nec pro vera continuatione eiusdem habenda, omisimus.*

O. Holder-Egger.

INCIPIT[a] CRONICA MINOR.

In[b] nomine domini nostri Iesu Christi[c]. In hac conpilacione, que de diversis excerpta[d] est, videlicet de iure canonico, de ecclesiastica hystoria, de[e] Orosio, de cronicis Eusebii et[f] Ieronimi et aliorum, de libro qui dicitur Gemma anime, de opusculo quod vocatur Ordo Romanus, ostenduntur[g] legere volentibus aliqua[h] de gestis sive statutis Romanorum pontificum et de statu bono vel malo inperatorum, insuper quibus qui successerunt[i] tam in sede apostolica quam eciam in Romana re publica, preterea quibus qui memorati principes contemporanei fuerunt[k] a beato Petro apostolo et a Cesare Augusto usque ad annum Domini 1261[l].

Ab orbe[m] condito usque ad diluvium fuerunt 2 milia annorum[n], a diluvio usque ad urbem Romam[o] conditam Oros. II, 4. fuerunt anni 2[p] milia 484[q]. Anno* post eversionem Troye 414. urbs Roma a Romulo et Remo fratribus geminis condita est. Ab urbe Roma condita usque ad nativitatem domini nostri Iesu Christi fluxerunt anni 715[r]. Colliguntur[s] autem ab origine mundi in[t] adventum domini nostri Iesu Christi anni[u] 5199. Versus[v]:

Ante Iesum duo C minus anno[w] *milia quinque.*

Oros. I, 17 sq. ib. II, 4. Postquam decenni obsidione illa famosa Troya a Grecis destructa est, tunc Eneas a Troya transivit in Ytaliam. Itaque Romulus . . . .

. . . .

*) *Pro* Anno — condita est *habet* B 2: Roma fundata est 10. Kal. May, post eversionem Troye 429. anno a Romulo et Remo fratribus in Adventino monte.

a) *ita rubro* B 1. 3, *ubi* Incipit *deest*; Cronica minor Romanorum B 3*[a]; De cronicis Romanorum A 1; Incipit cronica sive hystoria Romana tam imperatorum quam summorum pontificum B 2; B 5[a] *rubro:* Incipit cronica Romanorum et est domini Falconis; Cronica Romana B 3*; Incipit cronica Romana de diversis cronicis collecta *rubro* B 6; *nullum titulum habent* B 4. 5. 6[a]. C 1 *(recentior manus superscr.* Compilacio de diversis*).* 2. 3; *at* B 5. 5[a] *praescribunt chronico illud Isidorianum:* Cronica Grece Latine temporum series appellatur, cronos enim Grece, tempus Latine (L. t. 5[a]) interpretatur. b) *Prologus* — a. D. 1261. *des.* B 6[a]. c) Amen *add.* C 1. d) excepta B 1—5[a]. C. e) de O. *des.* A 1. f) et *deest* B 3. 4. 5. 5[a]. C. g) ostenditur C. h) *deest* C. i) successerint B 2. 4. C 1. 2. k) fuerint B 2. 3. 4. C. l) MCCLXXI. C; MCC *spatio paucarum literarum vacuo relicto* B 6. m) origine mundi u. B 2. — usque — diluvio *des.* A 1. n) CCXLII. *add.* B 2. o) *deest* A 1; Romanam B 6. 6[a]. C 3. p) quatuor A 1. q) CCCCLXIIII. A 1; CCCCLXXXVIII. B 5; CCCLXXXIIII. B 6; CCCCLLXIIII. B 6[a]; annorum *add.* C 1. 2. r) CC et XV. B 1; DCC et LII. B 2; DCC et XL B 6[a]; DCCXX. B 6. s) Colligimus B 6. 6[a]. — autem *deest* B 3. 4. 5. 5[a]. 6[a]. C. t) ad B 6[a]; usque in B 6; usque ad C. u) *deest* B 5. 5[a] *(post in marg. suppl.).* C 1. 3, *post* Collig. *habet* B 3. v) Unde v. C. w) uno B 4. C.

1) Pauci tantum remanserunt, quam ob rem antea non perspici potuit, unde haec pars orta fuerit. 2) In hac chronici parte propriae restant paucissimae tantum notae de rebus Erphordiensibus. 3) Codice huc benigne transmisso V. Cl. Strauch usus est, qui mihi ista retulit. 4) Continent locos in Chron. Sampetr. omissos, ideo non ex hoc sumta sunt. 5) Secunda est, quae in B 1 ab alio scriptore, ut videtur, addita sunt. 6) SS. IX, p. 747 sqq.

Anno Domini 700. Tyberius inperium adeptus, regnavit annis 7. Huius temporibus sanctus Lampertus Tungrensis vel Traiectensis episcopus a Tutone tyranno aput Leodium[a] passus est. Ekk.

Anno Domini 703[b]. Iohannes papa 88. ordinatur, sedit annis 3, mensibus 2. Sub hoc[c] papa Dagobertus rex Francorum fundavit monasterium sancti Petri apostoli[d] in Erfordia[e]; nam ipse mons antea Merwigisburg vocabatur, set ipse rex montem sancti Petri appellavit.*) Tunc[f] temporis sanctus Oswaldus rex aput Angliam vixit[g]. Lamb. Auct S. Petri. cf. Lamb.

Iohannes papa 89. ordinatur, sedit annis 2, mens. 7.**)

Sisinnius papa 90. ordinatur, sedit dies 20.

Constantinus papa 91. ordinatur, sedit annis 7.

Anno[h] Domini 707. Iustinianus[i] inperium adeptus, regnavit annis 7[k]. Iste[l] a regno eiectus iterum ad ipsum[m] regnum resumitur. Ekk.

Anno[n] Domini 713. Philippus inperium adeptus, regnavit anno uno. Iste fuit hereticus et adulter.

Anno Domini 714. Anastasius inperium adeptus, regnavit annis 3. Hic, deposita regni corona, clericus factus est. Huius temporibus Gregorius[o] papa 92. ordinatur, sedit annis 15. Tunc temporis sub hoc[p] papa Gregorio sanctus Egidius[q] claruit. Hic[r] constituit, ut in quadragesima in quinta[s] feria ieiunium et misse fierent, que ante non fiebant. Ekk. cf. Honor. IV, 17.

Anno Domini 728. Gregorius papa 93. ordinatur, sedit annis 10, mensibus 10[t]. Hic Gregorius[u] papa sanctum Bonifacium ordinavit in archiepiscopum Maguntinum et ei pallium dedit. Nam Maguntina ecclesia antea fuit sub archiepiscopatu Wormaciensi, et ante hunc sanctum[v] Bonifacium erant 16 suffraganei Wormaciensis archiepiscopi in[w] Maguncia. [Geroldo[x.1] 15. episcopo Maguntino, set suffraganeo Wormaciensis archiepiscopi, in bello occiso, successit filius eiusdem Geroldi in episcopatu Maguntino Gerwilio nomine. Hic vindictam exercens, interfecit propria manu illum[y], qui patrem suum[z] occiderat; quo propter[a] homicidium[b] destituto, Gregorius papa substituit[c] sanctum Bonifacium et archiepiscopatum de Wormacia transtulit cum[d] sancto Bonifacio in Magunciam. Tunc sanctus Bonifacius fuit legatus pape]. Tunc Wormacia appellabatur civitas Wangionum. Hic Gregorius papa festivitatem omnium sanctorum instituit, quam prius Bonifacius[e] papa, dedicato templo Pantheon in honore sancte Dei genetricis Marie et omnium martirum, servandam censuit[f]. Unde ille sermo sancti Maximi[g] episcopi, sicut[h] legimus in ecclesiasticis hystoriis, distinctus in lectionibus notabiliter, congruit festivitati omnium sanctorum.***) Gregorius papa, antecessor istius, fecit et ordinavit sanctum Bonifacium episcopum et direxit eum in Germaniam ad predicandum gentilibus[i] verbum Dei; set hic Gregorius papa huius nominis III. fecit eundem sanctum[k] Bonifacium archiepiscopum in Maguncia[l] et dedit ei pallium. A. S. Petri. Honor. III, 168. Ekk.

Theodosius violenter coactus[m] suscepit inperium, et regnavit anno uno. Hic Anastasium inperatorem magno prelio vicit, et eum clericum fieri coegit, et postea[n] eum fecit[o] presbiterum ordinari. Similiter ipse Theodosius[p], postquam regnaverat[q] uno anno, factus est clericus, et residuum vite sue tempus[r] in pace transegit. Ekk.

Anno[s] Domini 718. Leo inperium adeptus, regnavit annis 25. Hic in christianos et in ecclesiam Dei atque in religionem sanctam inpius et crudelis fuit[t]; ymagines domini Salvatoris et sancte Dei genetricis[u] et aliorum sanctorum in medio civitatis Constantinopoli incendio tradidit, et multos de populo christiano, qui non consenserunt huic inpietati, decollari iussit. Unde hic papa Gregorius III. anathematizavit eum et Romam cum tota Ytalia ab eius inperio recedere fecit. Et idem Gregorius papa constituit, ut, si quis sacrarum ymaginum destructor

*) B 2 *add.:* Tagobertus rex Francorum fundavit monasteria monachorum Sancti Dyonisii aput Parisius, Sancti Petri apostoli in Erphordia, Weizzeburg in Alsacia, Solsenburg in Alsacia[2], Morbach in Alsacia, Clingemmünster aput Spiream.

**) B 6. 6[a] *inserunt hic duos pontifices* Geon *et* Iohannem.

***) B 2 *add.:* Et diem sequentem constituit animarum iste Gregorius III[us].

a) Leodiam B 3. 5. 5[a]. 6. 6[a]. b) DCC. B 3. 5. 5[a]. C. c) isto C. d) *deest* B 3. 4. 6[a]. C. e) Herfordya A 1; Herphordia B 1. f) Tunc — vixit *des.* B 2. g) mens. x. *add.* B 6. 6[a]. h) A. D. 707. *des.* C. i) qui supra *add.* B 2. k) *ita* A 1. B 1; VI. *ceteri.* l) Ipse B 5. 5[a]. C. m) *deest* B 1. C; imperium regni A 1. — r. illo anno res. B 2. — assumitur C. n) Anno — adulter *des.* B 3—6[a]. C. o) beatus Gr. B 5. 5[a]. p) isto p. s. (Gr. *deest*) C. q) abbas *add.* B 3 - 6[a]. C. r) Hic — mensibus 10. *des.* A 1. — instituit C. s) IIII[a]. C. t) IX. B 1. 2. u) p. G. B 2—5[a]. 6[a]; sanctus G. p. beatum Bon. C. v) *deest* B 4. C. w) et A 1; in M. *des.* B 6. 6[a]. C. x) Geroldo — legatus pape *des.* A 1; 15 — archiepiscopi *des.* C; set – arch. *des.* B 6. 6[a]. y) eum B 3—6[a]. z) Geroldum *add.* B 1. a) quapropter B 6. 6[a]. C. b) hoc B 3 - 5[a]. 6[a]. C 1. 2; *deest* B 6. C 3. c) *deest* B 5. C 3. — beatum C. d) c. s. B. *des.* C. e) p. B. B 3. 5. 5[a]. C. f) instituit B 3—6[a]. C. g) Maximi A 1; Maximii B 6[a]; Martini B 6; sermo Rabani vel Martini ep. C. h) *ita* A 1; scilicet B 2. 3. 5. 5[a]. 6. 6[a]. C 1; ·l· C 2; *deest* B 1. 4. C 3; in eccl. leg. B 1. i) gentibus B 4. 6. 6[a] C. k) *deest* C 2. 3. l) s. Moguntinum C 1. 2. m) et c. C 1. 2; et coacte imp. adeptus C 3. n) et p. e. *des.* B 3; p. e. f. *des.* B 6[a]. o) pr. f. B 1. 5. 5[a]. p) imperator *add.* B 1. C 3. q) regnavit B 3—6[a]. C. r) *deest* C. s) A. D. 718. *des.* B 2. t) *deest* B. 3. 5. 5[a]. 6. 6[a]. C. u) Marie *add.* B 3. 5[a]. C.

1) Cf. Lamberti Auct. S. Petri, SS. III, p. 35 n. et Othloni Vit. S. Bonifacii, Jaffé Bibl. III, p. 495. 2) Cf. Lamb. et Auct. S. Petri SS. III, p. 29. 33 n.

extiterit, excommunicatus sit, vel si[a] ymaginibus Christi aut[b] sanctorum blasphemiam intulerit.

Anno Domini 720[c]. Venerabilis Beda claruit. Nota, quare ipse Beda[d] sit nominatus Venerabilis[e] presbiter.* Hic cum multo tempore studio sacre scripture deditus fuisset, in provecta etate caligaverunt oculi eius, et videre non poterat. Cui irrisores quidam illudentes, ei quadam vice dixerunt: 'Beda, ecce plebs congregata est expectans audire verbum Dei; surge et predica eis'. Qui siciens salutem animarum, ut solebat, ascendit et predicavit, putans, ibi esse populum, cum nullus esset nisi illi subsannatores. Cumque sermonem concluderet, dicens: 'Hoc nobis prestare dignetur Pater et Filius et Spiritus sanctus', sancti[f] angeli in aere responderunt, dicentes: 'Amen, vere[g] venerabilis Beda'. Iste sanctus[h] Beda
Beda in ev. Marci. dicit super[i] Marcum de monumento Domini, quod domus fuit rotunda de[k] subiacente rupe excisa et tante altitudinis[l], ut vix[m] homo manu extenta culmen attingere possit, introitum habens ab oriente, cui magnus lapis appositus erat pro hostio. In parte eius aquilonari locus dominici corporis de eadem petra factus est, septem pedes habens longitudinis, tribus palmis alcius cetero[n] pavimento eminens, quasi sarcofagus fundamento superpositus[o]. Vel in ipso pariete loculus factus erat, sicut in muris domorum fit ad utensilia reponenda. Loculus ille non desuper, sed a latere meridiano patulus fuit, ubi corpus Domini inferebatur, ut esset quasi sarcofagus super latus inclinatus, aperturam a latere habens, non desuper. Color monumenti eiusdem et loculi rubicundo et albo permixtus erat, ut in marmore solet. Item[p] sanctus Beda in hystoria Anglo-
Beda, Hist eccl. V, 13 rum memorabile factum scribit, dicens[q]: Fuit temporibus Conradi[r] regis aput Britanniam vir officio[s] militari positus, pro exteriori industria regi placens[t], set suimet[u] negligencia displicens. Ammonebat[v] illum rex sedulo, ut confiteretur et emendaret[w] et relinqueret scelera sua, verum ille miles, licet frequenter ammonitus, spernebat[x] viam salutis. Qui tactus infirmitate decidit[y] in lectum et cepit acri dolore torqueri. Ad quem ingressus rex — diligebat enim eum multum hortabatur, ut vel tunc penitenciam ageret. Hoc rex pluries fecit; cui miles infirmus miserabili voce respondit[z]: 'Paulo ante[a] intraverunt domum hanc duo iuvenes[b] pulcherrimi et circa me sederunt. Protulitque unus libellum perpulchrum[c], set valde modicum, quem ad legendum mihi dederunt, in quo repperi[d] omnia bona que unquam feci scripta, set pauca nimium; et receperunt codicem neque mihi aliquid dicebant. Tunc subito venit[e] exercitus malignorum spirituum et horridorum[f] vultu, qui hanc domum extra et intus inplevit. Tunc ille, qui obscurior et maior[g] esse videbatur, proferens codicem horrende visionis et magnitudinis enormis, et[h] illum iussit mihi ad legendum afferri; quem cum legissem, inveni omnia[i] scelera mea, non solum que opere vel verbo, set eciam[k] que tenuissima cogitacione peccavi, in tetris[l] descripta litteris Dixitque ad illos duos[m] preclaros iuvenes. "Quid hic sedetis, scientes, quia noster est iste?" Responderunt: "Verum dicitis, accipite eum[n] et in cumulum[o] dampnacionis vestre[p] ducite". Quo dicto, statim disparuerunt; et modo ego cum magno tormento a demonibus ad inferni claustra pertrahor'. Sic loquebatur miser et mortuus est.
ib. IV, 22. Item[q] ibidem Beda scribit: Inter regem Anglorum[r] et alium regem conflictus habitus est, et quidam miles nomine Imma de exercitu regis Anglorum ab[s] hostibus gravissime vulneratus est[t] et captus est[u], set nullis vinciri potuit ligaminibus aut cathenis, quin semper hora tercia penitus solveretur[v]. Quod cernentes hostes, ipsum militem vendiderunt, set nec ab illis unquam aliquibus vinculis potuit alligari, qui[w] eum emerant, quin semper hora tercia solveretur. Habebat enim germanum fratrem presbiterum et abbatem, qui eum in pugna peremptum audivit et pro absolucione anime illius[x] sepius hora[y] tercia celebrare missas[z] curavit[a]. Nam animabus et corporibus misse prosunt.** Sub
Lamb hoc[b] papa Gregorio anno Domini 736. inicium Hersveldensis monasterii Tunc[c] preclarus doctor Beda obiit in Anglia.

Anno[d] Domini 742. Karolus Magnus natus est.

Anno Domini 744. inicium Fuldensis[e] monasterii a sancto Bonifacio fundatore sicut et Hersveldensis. Sanctus Burchardus a papa Gregorio III. rogatu sancti Bonifacii ordinatur episcopus in Wirczburg. Sanctus Bonifacius cum Karlomanno[f] rege magnam synodum celebravit.

Anno Domini 747. sanctus[g] Wigbertus confessor migravit ad Christum, et[h] Karlomannus rex factus[i] est monachus Rome. Iste Gregorius papa plurimas misit epistolas sancto Bonifacio.

*) B 2 *add.*: Versus sculptus ab angelis super tumbam sancti Bede: *Hac sunt in fossa Bede venerabilis ossa. Ex Iac. Leg. Aur. ed. Grässe p.* 833.

**) B 2 *add.*: De consecr. di. 2: *Cottidie*, inf. *Panis et calix*. Gregorius in dyalogo: Homo de morte in mari liberatus est per missas.

a) qui C. b) vel A 1. B 1. C 3. c) DCCXXX. B 3; DCCXXV. Bonifacius et B. claruerunt et n. C 3. d) *deest* B 3—6a. C. e) Beda *add.* C. f) resp. s. a. in a. B 3—6a. C. g) *deest* B 2—6a. C; B. ven. B 1. h) *deest* B 1; beatus C 3. i) s. M. *des.* B 3—6a. C. k) *deest* C. l) fuit *add.* C. m) *deest* C 1. 2. n) ceteris pavimentis A 1; *deest* C 1. 2. o) subpositus C. — Velud B 2. p) Iste B 4. 5. 5a. q) *deest* C. r) Cunradi A 1. B 6; Chunradi B 4. C 3; Cůmodi C 1; Cumodi C 2. s) m o. B 3—6a. C. t) per omnia *add.* C 1. u) sibimet C. v) enim *add.* C. w) statum suum *add.* C. x) tamen *add.* C. y) cecidit B 1. — lectulum C. z) dicens *add.* B 3—6a. C 1. a) vos *add.* C. b) forma decori et *add.* C. c) pulc(h)rum A 1. B 1. 5. 5a. C 1. — set *deest* C. d) continebantur C 3. e) maximus *add.* C. f) horrendorum C. g) inter eos *add.* C. h) quem ius. B 3—6a. C. i) opera mea et *add.* C 1. 2. k) q. e. C. l) t'ris B 1. 3. 5. 5a; terris B 6; in deterrimas scr. lit. C. m) tam C 3; *deest* C 1. 2. n) ergo e. C 1; e. ergo C 2. o) tumulum A 1, *alii.* p) d. eterne d. eum C 1. 2; eum d. A 1. q) Item — misse prosunt *des.* C 1. 2. r) gravissime *add.* B 6a. s) gr. ab h. B 3—6. — ab h. *des.* B 6a. t) *deest* B 1. 3. u) *deest* B 3. C 3. v) solverentur A 1. B 2. w) qui — abbatem *des.* C 3. x) eius A 1. B 6. 6a. y) h. t. *des.* B 3—6a. C 3. z) missam B 4. C 3; *deest* B 6. 6a. a) procuravit mulier sua nam C 3. b) isto p. a. C. c) eciam *add.* C 1. 2; et tunc C 3. d) Anno — natus est *des.* B 5. 5a. 6a. C. e) Fundense monasterium (monasterii 1) habuit C; F. ecclesie i. B 6. 6a. f) Karolo (Karulo C 1. 2) magno A 1. B 6. 6a. C. g) *deest* C. h) item Karolus magnus C. i) mon. f. est B 3—6a. C. — Rome *deest* C.

Zacharias papa 94. ordinatur, sedit annis 18. Hic, nacione Grecus[a], transtulit 4 libros dyalogorum beati Gregorii in linguam Grecam. Ekk. Honor I, 120. Hic constituit, ut sacerdos ad celebranda missarum sollempnia cum baculo non intraret[b], nec velato capite altari astaret[c]. [Hic[d] Zacharias papa primo dedit elemosinas generales omnibus egenis in atrio, et usque adhuc curia[e] tenet illud].* Sub hoc[f] papa Zacharia anno Domini 750[g]. Lamb. Pippinus, pater Karoli, in regem unctus est a sancto Bonifacio iubente[h] papa. Et Hildericus rex Francorum factus est monachus. Sub hoc[i] papa a sancto Bonifacio archiepiscopo in Bawaria episcopatuum facta est distribucio, scilicet ex decreto Zacharie[k] pape et consensu Pippini regis, videlicet in Salzburg, in Ratispona, in Eistete et in Frisingen. Hic[l] Zacharias papa plurimas epistolas direxit sancto Bonifacio. Tunc eciam sedem kathedralem sive episcopalem posuerat sanctus[m] Bonifacius in Erfordiam, set ad litterarum papalium suasionem qualemcumque ipse archiepiscopus retractavit. Hic Zacharias papa capud beati Georgii martiris in Romanam urbem transtulit.** Ekk.

Anno Domini 742. Constantinus[n], filius Leonis inperatoris, inperium adeptus[o], regnavit annis 34. Hic perniciosissimus[p] erat, ferus persecutor legum, non legitime set tyrannice usus est inperio, abscedens a Deo et eius sancta genetrice et omnibus sanctis, insistens luxuriis, magicis[q], maleficus et cruentis sacrificiis ydolorum et invocacionibus demonum ac omnibus viciis, persecucionibus ecclesiarum, violacionibus monasteriorum, perempcionibus[r] monachorum variisque malis supercrescens non minus quam Dyoclecianus inperator.

Hic Zacharias papa constituit, ut nulli in matrimonium coniungantur, per quos patres eorum sunt compatres effecti, hoc est, quod nullus suam[s] sororem spiritualem ducat in uxorem, quam suus pater vel mater levavit de baptismo[t]. cf Decr. Grat. II, 30, 3.

Anno[u] Domini 755. sanctus Bonifacius archiepiscopus[v] cum sociis suis in Frisia, anno peregrinacionis sue 40, set anno pontificatus sui[w] 13, martirio coronatur.*** Lamb

Anno Domini 753[x]. Stephanus papa 95. ordinatur, sedit annis 15, mensibus 3.

Paulus[y] papa 96. ordinatur, sedit annis 5, mensibus 2.

Stephanus papa 97. ordinatur, sedit annis 3, mensibus 6.

Leo, filius Constantini, inperium adeptus, regnavit annis 5. Ekk.

Anno Domini 781. Constantinus, filius Leonis, inperium adeptus, regnavit cum matre sua Hyrene annis 17.†

Cum opprimeretur ecclesia Romana a rege Haistulpho et[z] prefatus Stephanus papa non inveniret auxilium ab isto[a] inperatore Constantino contra Haistulphum regem Lombardorum[b], transtulit ipse papa Stephanus II, nacione Romanus, Romanum inperium in[c] Theutonicos a Grecis, scilicet in[d] personam magnifici regis Karoli, qui fuit filius Pippini regis. Decretal I, 6, 34. Extra. de eleccione: *Venerabilem*. Vide ibi apparatum. Nam ipsi Germani habent regnum Romane ecclesie[1]. De consecr. di. 5: *In*[e] *die*.††

Adrianus papa 98. ordinatur, sedit annis 23, mensibus 10. Hic papa eciam[f] ius patronatus sive[g] dignitatem contulit Karolo. Decr. Grat. I, 63. Di. 63. *Adrianus*.†††

*) B 2 *add.:* Iste papa monasterium in Fulda cum solempnitate dedicavit.

**) B 2 *add.:* Prima[2] regina, relicta Pippini regis, de consilio sancti Amandi episcopi fundavit claustrum in Rivelliam. *Ex Ekkeh. p.* 154.

***) B 2 *add.:* Deprecacione sancti Bonifacii successit ei sanctus Lullus in archiepiscopatu Maguntino.

†) *Codd.* C *add.:* Nota, quod ab incarnacione Domini usque ad Constantinum Magnum fluxerunt anni 311, ab ipsius autem Constantini exordio usque ad Karolum primum regem et imperatorem, in quo translatum est imperium ad Theutunicos, anni 480. A principio Karoli[h] usque ad finem Friderici ultimi[i] fuerunt 480, qui fuit centesimus imperator[k] ab Augusto Cesare. Nota, quod huc usque regnaverunt Greci et Romani, scilicet posteri Constantini.

††) *Hic add.* B 1. 2:
Marchio cesareus[l] camerarius est, marescalcus
Saxo, palatinus dapifer, pincerna Bohemus.
Hiis et presulibus de Trire[m], Meggeze, Colne,
Rex novus eligitur, qui cesar[n] promoveatur.

†††) B 2 *add.:* Adrianus papa et Karolus imperator ex revelacione divina, facta Rome in tumba sancti Petri apostoli, stricte statuerunt sub pena, in ecclesia teneri officium Gregorianum et non Ambro–

a) gravis C 1. 2. b) intret B 1. C 3. c) a. non a. C 1 *(ubi* nec *erasum)*. 2. — assistat C 3. d) *uncis inclusa des.* A 1, *post* est monachus *scripta sunt* B 2. e) *deest* B 4. 5. 5[a]. C. f) isto C. g) DCC. B 4. 5. 5[a]. C. — Bipp. A 1. B 1; Lupinus B 4. 5. 5[a]. h) iubente — archiepiscopo *des.* C 3. i) isto C 1. 2. k) d. et archa domini pape C. l) Hic — Bonifacio *des.* B 3—6[a]. C. m) s. B. *des.* B 5. 5[a]. n) imperator *add.* C 1. 2. o) est *add.* A 1. C 3. p) perniciosus C. q) et m. C. r) p. m. *des.* B 2. s) sor. suam B 6. 6[a]. C. t) fonte B 1. u) Anno — coronatur *des.* A 1. v) *deest* B 3 — 6[a]. C. w) *deest* B 5. 5[a]; f. (scilicet) B 3. x) DCCLV. B 4. 5. 5[a]. C; DCCLVI. B 6; DCCVI. B 6[a]. y) Paulus — mens. 2 *post* mensibus 6 *habet* B 2; Paulus — mensibus 6 *des.* C 3. z) et cum C. a) illo A 1. — C. i. B 3—6[a]. C. b) Lamb. A 1; Longob. B 3—6[a]. C. c) ad C. d) in p. *des.* A 1. — regi A 1. e) In d. *des.* B 3—6[a]. C; ius patronatus *add.* B 2. f) *deest* B 1. 4. 5. 5[a]. g) sui B 3. 4; summi cont. et dign. C 3. h) imperatoris *add.* C 1. i) et nequissimi *add.* C 1. 2. k) *deest* C 3. l) cesaris est c. et S. m. B 2, *ubi versus soluti sunt.* m) Tirre B 1; Meginze Trevere B 2. n) q. Rome c. habetur B 2.

1) Decr. Grat. III, 5, *In die: maxime a tempore quo Theutonicis concessum est regimen nostrae ecclesiae.*
2) pro *Itta, Rivelliam* pro Nivellia.

Constantinus papa a laycis[a] ordinatus, sedit anno 1[b,*].

Anno Domini 796.[c] Leo papa 99.[d] a beato Petro ordinatur, sedit annis 20, mensibus 6. Hic (Ekk.) Leo[e] papa Karolum regem Francorum, filium Pippini regis, inunxit et consecravit et sollempniter coronavit in Romanorum inperatorem anno Domini 801[f].

Huc usque Romanum inperium a temporibus Constantini Magni, filio[g] Helene, aput Constantinopolim mansit. Ex hoc iam per auctoritatem apostolicam in persona Karoli transiit ad Germanos[h]. Iste Leo papa Romanorum inperatorem pronunciavit Karolum, et a cuncto populo Romano[i] acclamatum est in hunc modum: 'Karolo Magno Romanorum augusto et pacifico inperatori a Deo coronato vita et victoria'! Hic[k] Leo papa claves confessionis sancti Petri (Cat. of Gilb.) et vexillum Romane urbis cum aliis muneribus Karolo misit. Iste papa constituit letanias tribus diebus ante ascensio- (Ekk.) nem Domini sicut Mamertus[l], et ipse papa fecit porticum sancti Petri. Iste[m] Leo papa a Romanis excecatus est, et lingua eius amputata, nudus ac semivivus ipse[n] papa in platea Rome relictus est; sed mirabiliter Domino disponente, claros oculos et visum recepit. Unde in vindictam uno[o] die in campo Lateranensi de Romanis maioribus 300 decollati sunt et multi in exilium deportati, discuciente Karolo inperatore causam; et cum nullus inveniretur criminis probator, ipse Leo[p] papa, assumpto euangelii textu, coram Karolo et omni populo ascendit ambonem, invocato sancte Trinitatis nomine, ab obiecto[q] se expurgavit. Hic papa fuit in Patherburnen cum Karolo inperatore.

Anno Domini 801, ab Urbe condita 1552, Karolus Magnus rex, Pippini[r] regis filius, inperium adeptus, 77. inperator a Cesare Augusto, regnavit annis 46, set in inperio Romano annis[s] 14. Hic dilatavit fidem katholicam, plantavit ecclesiam, fundavit monasteria et ecclesias, expugnavit Sclavos et repulit paganos, vicit Saxones, subegit Ungaros, et Saxones[t] christiani effecti sunt et Frisones. (Lamb.) Multa quoque prodigia visa sunt: Signum[u] enim crucis in vestimentis hominum apparuit, et sanguis e celo terraque profluxit. (Ekk.) Hic Karolus inperator Aquisgrani feliciter defunctus est[v] et ibidem sepultus. Festum quoque eius in die obitus sui sollempniter celebratur. Cui successit filius suus Ludewicus.

(Ekk.) Anno Domini 815. Ludewicus, filius Karoli Magni, inperium adeptus, regnavit annis 26. Huius tempore obiit Leo papa.

Anno Domini 816[w]. Stephanus papa a beato[x] Petro 100. ordinatur, sedit mensibus 7[y]. (Ekk.) Hic papa Stephanus[z] Ludewicum, filium Karoli[a], diademate coronans, eum Romanorum inperatorem pronunciavit. Hic (Lamb.) Ludewicus Hildensheim fundavit et Corbeiam[1], sicut Karolus, pater suus, Fuldam et Hersvelt et Paderburnen et multa alia. Sanctus Egidius abbas[b], confessor Karoli, migravit ad Christum. Huic[2] sancto Egidio Deus revelavit occultum quoddam peccatum, quod Karolus erubuit confiteri. Quo sibi manifestato[c], mox Karolus confessus digne penituit de illo enormi excessu. (cf. Turp. c. 22.) Ipso quoque tempore cum Karolus laboraret in extremis, beatus[d] Turpinus Remensis archiepiscopus, Deo disponente, vidit magnam turbam malignorum spirituum tendentem ad exitum Karoli, vocavitque unum ex illis, precipiens[e] ei in virtute sancte Trinitatis, ut plene renunciaret sibi omnia. Qui cum aliis demonibus reversus esset[f], archiepiscopo dixit: 'Cum omnia opera Karoli in statera examinata fuissent, et nostri[g] principes tenebrarum ius in anima eius habere viderentur, sancti angeli mox[h] cum indignacione monasteria[i] et structuras ecclesiarum et diversa pondera in stateram proicientes, animam Karoli, nobis repulsis, quasi in sanctis operibus preponderantem cum gloria et laudibus deduxerunt[k]. Hec audiens sanctus[l] Turpinus Remensis[m] archiepiscopus, gracias egit Deo.

(Ekk.) Ludewicus inperator, convocato concilio magno in Aquisgrani, multa de statu ecclesiarum et religiosorum uti-

sianum[3]. Rex Karolus, qui et imperator, ut refert Turpinus Remensis archiepiscopus, erat corpore decorus — constituit heredem rerum suarum: *Ex Iac. p.* 836. Sicut in Vita sancti Eugenii — deberet dispergi ubique et observari: *Ex eod. p.* 201.

*) B 5. 5[a] *hoc loco,* C *supra post* In die *add.:* [Circa[n] annum Domini 782.] in muris Tracie homo quidam fodiens invenit archam lapideam. Quam cum apperuisset, repperit mortuum iacentem et literas sibi conglutinatas[o] continentes hec[p]: 'Christus nascetur ex[q] Maria virgine et in eum credo. Sub Constantino et Hyrene imperatoribus, o sol, iterum me videbis'. Ita legitur in hystoria Romanorum[4]. Ecce prophetia pagani ignoti.

a) papa XCIX. ord. C. b) Hic incipit regnum Theutonicorum *rubro ins.* C 3. c) DCCVI. B 5[a]; DCC. B 5. 6. 6[a]. d) centesimus C 1. 2. — a b. P. *des.* B 2. 4. C; beato *deest* B 3. 5. 5[a]. e) p. L. A 1. B 2. f) Hic incipit imperium Theutunicorum *rubro ins.* C 1. g) *ita* A 1, *omnes* B; filii C. h) Theutonicos B 4. 5. 5[a]. i) *deest* B 3—6[a]. C. k) Hic — vexillum *des.* B 2. l) Viennensis (episcopus 1. 2) *add.* C; episcopus *add.* B 2. m) Ipse B 6[a]; Item C 3; Item iste C 1; Item ipse C 2. n) i. p. *des.* B 3—6[a]. C. — pl. positus B 6[a]. o) d. u. B 3—6. C; d. quinta B 6[a]. p) p. L. A 1. B 3. q) obiectis se excusavit et exp. A 1. r) f. P. r. B 4; P. f. r. B 5. 6[a]. s) *deest* B 3—6[a]. C. — regnavit a. A 1. t) sub eo *add.* C. u) Sigillum C 1. 2; Sigillum in signum C 3; — S. sancte cr. B 1. v) 5. Kal. Febr. *add.* B 2. w) DCCCXV. B 3—5[a]. C; A. D. 816. *des.* B 6. 6[a]. x) a b. P. *des.* B 3—5[a]. C. y) VI. B 1. z) *deest* B 2; papa *deest* C 3; St. p. C 1. 2. a) Magni *add.* C. b) *deest* C. c) manifesto B 1. 4; confesso m. rex de i. e. e. cogitavit C 3. — m. rex c. C 1. 2. d) sanctus A 1. e) precipiensque A 1. C 1. 2. f) *deest* B 3—6[a]. C. g) mei C. h) *deest* C. i) moti C. — et *deest* B 3—6[a]. C. k) ad celum d. B 2; in celum duxerunt C. l) *deest* C. m) R. a. *des.* C 1. 2; episcopus B 3. n) C. — 782. *des.* B 5. 5[a]; C. annos 781 C 3. o) glut. C. p) *deest* C 3; verba *add.* C 2. q) de B 5. 5[a].

1) Lamb. ad a. 822: *Inchoatio monasterii novae Corbeiae.* 2) Cf. Vitam S. Aegidii in Iacobi Leg. Aur. c. 125. et Ann. Stad. XVI, p. 309. 3) Cf. Iac. Leg. Aur. p. 201. 4) i. e. Miscella.

liter tractavit. Ibi[1] quoque regula canonicorum[a] de diversis patrum sentenciis compilata est et[b] similiter regula canonicarum[c]. Alia etiam concilia sub hoc[d] inperatore, ut videtur[2], celebrata sunt, scilicet Maguntinum et Triburiense[e]. Ipso defuncto, in ecclesia Metensi sepultus est. Ekk.

Anno Domini 817. Paschalis papa 101. ordinatur, sedit annis 7. Hic constituit, ut nullus omnino emat vel vendat ecclesiam aut[f] prebendam vel[g] ecclesiastica sacramenta, et quod talis Symoniacus est[h].

Anno[i] Domini 825. Eugenius papa 102. ordinatur sedit annis 3. Hic constituit, ut nullum altare consecretur nisi lapideum Et constituit, quod[k] presbiter non celebret missam[l] nisi saltem[m] ad minus super tabulam consecratam, scilicet altare portatile et cum aliis debitis attinenciis; et quod nullus clericus in sacris ordinibus habeat uxorem vel concubinam.

Anno[n] Domini 829. Valentinus papa 103. ordinatur, sedit dies 40. Huic successit Gregorius papa 104. Hic sedit annis 15.

Anno Domini 836, temporibus huius Ludewici inperatoris Otgarius Maguntinus archiepiscopus transtulit ossa sancti Severi in Erfordiam. A. S. Petri

Ludewicus Ludewici[o] filius, inperium adeptus, regnavit annis 35. Huius temporibus sanctus Martinus translatus est, cuius corpus 460 annis in terra[p] quieverat. Ekk. Huius eciam inperatoris temporibus[3] Hunorum, id[q] est Ungarorum, rex nomine Stephanus. statura pusillus, corde magnus, nobilis progenie, nobilissimus fide, que per dileccionem operatur, christianus effectus, baptizatus[r] est cum magnatibus et populo regni sui. Huius[s] sancti Stephani regis festivitas in Ungaria sollempniter tamquam apostoli celebratur. Hiisdem[t] temporibus inperator contulit ecclesie Paderburnensi patronum, scilicet sanctum Liborium[u] episcopum et confessorem[4]. Qui dum[v] de Scenomannis apportaretur, ubi ipse fuerat episcopus, et[w] venisset aput Turonum, ibi Turonenses cum capsa sancti Martini episcopi pro reverencia eidem sancto Liborio processionaliter occurrerunt. Tunc quidam dives leprosus fiduciam habens, tetigit capsam beati Martini, rogans eum, ut mundaret ipsum a lepra. Cui sanctus Martinus audientibus circumstantibus de archa respondit, dicens: 'Per medium tocius corporis tui[x] sis mundus a lepra, accede ad fratrem nostrum sanctum[y] Liborium, qui apportatur, rogans, ut reliquam partem tue lepre mundare velit, quia sibi ipsam relinquo mundandam. Hospites namque honorandi sunt'. Quod cum homo[z] ille fecisset, statim a[a] reliqua parte mundatus est. Sicque[b] a sanctis totaliter a lepra sua, tactis capsis ipsorum, cunctis videntibus, mundatus est.

Anno Domini 841, defuncto Gregorio papa huius nominis IV, Sergius papa a beato[c] Petro 105. ordinatur, sedit annis 3. Iste vocabatur Os porci, unde ab isto usque adhuc[d] semper mutatur nomen pape. Cat cf. Gilb. Hic[e] constituit, ut mutari debeat nomen pape, et[f] Dominus Symonem appellavit Petrum, qui fuit primus papa.

Anno Domini 844. Leo papa 106. ordinatur, sedit annis 8, mensibus 5. Hic constituit, ut octava assumpcionis beate[g] virginis Marie sollempniter celebretur[h]; Ekk. et ut nullus presbiter plures missas in die celebret quam unam tantum, excepto die nativitatis Domini et in dominica[i] presente funere.

Anno Domini 856. Rabanus Maguntinus archiepiscopus migravit ad Christum[k]. Lamb.

Benedictus papa 107. ordinatur, sedit annis 2.

Paulus papa 108. ordinatur, sedit annis 10, mensibus 2.

Stephanus papa 109. ordinatur, sedit annis 4.

Anno Domini 860[l]. Nicolaus papa 110. ordinatur, sedit annis 10, mense 1. Hic[5] excommunicavit duos inperatores, orientalem nomine Michahelem et occidentalem nomine Lotharium, filium huius inperatoris[m] Ludewici. Constituit[n] eciam hic papa, ut nullus iudicet

a) monachorum B 6. 6a. b) et sim. r. can. *des.* C 1. 2. c) *ita Flores temp. et chron. Sampetr.*; canonicorum *omnes codd.* d) isto C. e) Triburgense C 1. 2; Friburgense C 3. f) vel B 1. 6a. C 3. g) aut B 6a. C 2. h) sit B 1. i) Anno — vel concubinam *des.* B 4. 5. 5a. C. k) ut B 6a. l) *deest* B 2. m) *deest* B 1. n) Anno — annis 15 *des.* C. o) f. L. B 3—6a. C. — imperatoris *add.* C 1. 2. p) terris B 4—6a. C. q) H. primus U. (*pro* ·i·) A 1. B 1. r) et b. C. s) Huius — Hiisdem *des.* B 1. t) Isdem C; Idem A 1. u) Liberium *const.* A 1. C 2. v) cum B 1. 2. C 3. w) et cum C. x) tu B 4—6a. C. y) *deest* B 1. C. z) h. i. *des.* C. a) in A 1; *deest* B 5. 5a. b) Sicque — lepra sua *et* mund. est *des.* C 3. c) a b. P. *des.* B 3—5a. C. d) huc C; nunc B 3. e) Hic — pape *des.* B 2. C 1. 2; ut — pape *des.* C 3. f) ut B 2; *ita celeri omnes.* g) sancte B 1. 3; M. v. B 1. 4. C; virg. *deest* B 3. h) octave (*e corr.* 1) ... celebrentur. Item statuit ut C. i) die *add.* B 1. 4. k) A. D. 856. *iterum add.* C 1. 2. l) DCCCLXVI. C. m) L. i. B 2. C. n) hic p. const. ut B 3—6a. C; p. e. *des.* B 2.

1) Cf. Ann. Quedl. et Altah. a. 816. ex Ann. Hersf. 2) De tempore auctor erravit. Moguntinum a. 847, Triburiense a. 895. intellexisse videtur. 3) Haec in saec. X. collocanda esse, satis constat. 4) Cf. Transl. S. Liborii, SS IV, p. 149 sqq., ubi hanc narratiunculam frustra quaeras. 5) Cf. supra p. 144. Chron. Basil.

causam pape, nisi ipse papa iudicet se ipsum. Di. 21: *Nunc*[a] *autem,* nisi[1] papa devius a Honor I, 88. fide esset. Di. 40[b]: *Si papa.* Iste Nicolaus papa concessit[2] sequencias pro[c] neumis in missa cantari, quas sequencias Nokerus abbas[d] Sancti Galli composuit. Et[e] constituit Nicolaus[f] papa, ut nullus clericus venacioni insistat. Constituit eciam, ut quicumque facto[g] vel dicto aut precepto vel[h] consilio homicidii reus est, irregularis sit et ab omni[i] sacro ordine deiectus.

Adrianus papa 111. ordinatur, sedit annis 4, mensibus 11. Hic[2] papa Adrianus[k] eciam Lotharium dampnavit, et constituit, ut nullus princeps ingerat se eleccionibus prelatorum[l] vel excommunicetur.

Iohannes papa 112. ordinatur, sedit annis 10, mense uno. Hic constituit, ut nullus comes[m] vel iudex teneat placita secularia, videlicet causas sanguinis in ecclesia aut in domibus ecclesiarum, quia negocia spiritualia ibi tractari debent. Et[e] constituit, quod ibi non hospitentur quasi[n] ex debito, set possunt[n] ex gracia.

Ekk. Lamb. Anno Domini 877. Karolus, filius Ludewici, inperium adeptus, regnavit annis 11 cum fratribus suis Karlomanno et Ludewico. Hic Karolus de regno est eiectus.

Martinus papa 113. ordinatur, sedit anno uno, mensibus 3.

Adrianus[o] papa 114. ordinatur, sedit anno uno, mensibus 3. Adrianus[p] papa constituit, ut nullus episcopus vel alius prelatus die dominico causas iudicare presumat[q].

Ekk. Stephanus papa 115. ordinatur, sedit annis 4[r]. Karolus obiit.

Anno Domini 887. Arnolfus, filius Karlomanni, inperium adeptus, regnavit annis 12, set tantum 5 annis inperator Lamb. fuit. Hic Arnolfus inperator devoratus est a pediculis. Huius temporibus prelium magnum est[s] factum inter Bawaros et Ungaros. Huni, id est Ungari, vastaverunt Saxoniam. Ungari vastando terram venerunt ad Fuldam. Ungari[t] vastaverunt Franciam Burchardus[u] dux Thuringorum occisus est ab Ungaris.

Anno Domini 900[v], temporibus Arnolfi inperatoris, Formosus papa a beato[w] Petro 116. Ekk. ordinatur, sedit annis 4, mensibus 7. Hunc Formosum papam successor ipsius Sergius papa, set[x] contra ipsum Formosum prius ab aliquibus electus, sepultum extumulari fecit et indutum pontificalibus poni fecit in sede apostolica, et iussit[x*] eum in sede apostolica decollari, et tribus digitis sibi[y] amputatis, iussit eum exutum pontificalibus ornamentis in Tyberim fluvium proici, cunctosque quos ipse Formosus ordinaverat, ipso gradu depositos, ipse Sergius papa reordinavit. Qui[z] Formosus papa a piscatoribus inventus et in ecclesiam beati Petri Rome portatus, religiosissimis[a] videntibus, sibi sanctorum ymagines inclinaverunt.

Sergius papa[b], hostis Formosi, 117. sedit brevi tempore.

Fuit[3] et alius pseudopapa, cuius nomen et anni ignorantur[c]. Nam mulier erat, ut fatentur Romani, et elegantis forme, magne sciencie et in ypocrisi magne[d] vite. Hec sub virili habitu latuit, quousque in papam eligitur. Et hec in papatu concepit, et cum esset gravida, demon in consistorio publice coram omnibus prodidit factum, clamans ad papam hunc versum:

Papa, pater patrum, papisse pandito partum.

Ekk. Arnolfo inperatore turpiter mortuo, Ludewicus, filius suus, successit ei in inperio, et regnavit annis 12. Hic Ludewicus pugnavit cum Ungaris et victus est[e].*

Huius Ludewici temporibus Bonifacius papa 118[f]. sedit annis 13.

[Anno[g] Domini 914[4]. Hatto Maguntinus archiepiscopus a demonibus in puteum ignis in monte Sicilie Ethna[h] vivus precipitatur, dicente voce in aere[i]:

Sic peccata lues, sicque ruendo rues.

Nam comitem Albertum de Babenberg dolose tradidit regi occidendum].

Ekk Anno Domini 917[5]. Ludewicus inperator obiit, et successit ei in inperio Conradus, et regnavit annis 7. In isto Karolorum reges[k] et inperatores defecerunt. Hic Conradus sepultus est in Fulda[l].

*) B 2 *add.:* Huni[m], id est Ungari Alemanniam et Lotharingiam igne et bello et gladio invadunt, Basileam destruunt. *Ex Ekk.* a. 917–919.

a) Non B 3; Tunc C 3. b) xx. B 5. 5a. C 3. c) cum C. d) monachus C. e) Item C, *ut saepe.* f) N. p *des.* C. g) d. v. f. B 1. C. — vel p. C. h) sive B 3—6a. C. i) a sacro B 3—6a. C. k) *deest* B 3—6a. C; ec. *deest* C. l) *deest* C. — vel exc. *des.* B 3—6a. C. m) *deest* C; vel *deest* C 1. 3. — iud. secularis C. n) *deest* C. o) Adri. — mens. 3 *des.* C 2. 3; 114 — papa *des.* A 1. B 2. p) Hic B 4; Iste C. q) audeat B 1; pres. c. i. d. d. B 3—6a. C. r) Sub isto (papa 3) *add.* C. s) f. e. B 1. C. t) Item U. C. u) Item Burch. C. v) DCCCXC. C. w) a b. P. *des.* B 3—5a. C. x) p. cum fuisset (ante i. F. papam 1. 2) pr. C. x*) et i. — apost. *des.* A 1; et e. d. precepit C. y) *deest* C. z) Tandem C. a) vid. rel B 3—6a. C. b) S. h. F. 117. p. B 3—5a. C. c) (Item 5. 5a) de papa muliere *ins.* B 4. 5. 5a. d) v. m. B 5. 5a. C. e) ab eis *add.* C. f) ordinatur *add.* B 3—5a. C 1. 2; ordine *add.* B 6. g) Anno — occidendum *des.* A 1. h) Ethnaus pr. C 1. 3; Ethnais pr. C 2. i) versum *add.* C. k) r. et *des.* B 2; et principes *add.* A 1. l) Hic ceperunt Saxones regnare (imperare 3) *add.* C 1. 3 *rubro.* m) H. et U. B 2.

1) Haec sunt verba Decreti I, dist. 40: *Si papa.* 2) Haec ex Decr. Grat. I, 63: *Adrianus papa II.* 3) Nota antiquam fabulae formam, cum nec nomen nec patriam papissae indicaverit; cf. Döllinger, Papstfabeln p. 7 sqq. et N. Arch. III, p. 70. 4) Ekkeh. ad a. 915: *Hatto archiepiscopus obiit.* 5) Ekkeh. a. 912.

[Huius[a] temporibus Hatto Maguntinus archiepiscopus devoratus est a muribus nec se in castris sive in insulis numquam potuit a muribus se defensare].

Anno Domini 924. Heinricus Saxo, huius nominis primus, filius Ottonis ducis, regnum[a*] adeptus, regnavit Ekk. annis 17. Iste[1] dictus fuit Auceps, quia, dum caperet aviculas, renitens electus est.

Stephanus papa 119. ordinatur, sedit annis 6, mense uno.

Romanus papa 120. ordinatur, sedit annis[b] 11.

Theodorus papa 121. ordinatur, sedit annis 8.

Anno Domini 940. Otto, filius Heinrici[c], inperator factus[d], regnavit annis 38. Iste[e] dictus fuit Otto Magnus. Ekk. Hic fundavit archiepiscopatum Magdeburgensem. Uxor huius fuit Adelheidis regina. Hec circa Argentinam in littore Reni, in monasterio Else[f] cum magna veneracione ab omni populo terre pro sancta servatur. Hic Otto[g] pugnavit cum Ungaris et magna cede prostravit eos in campo qui dicitur Lechvelt. Tem- Lamb. pore illo Hadmarus abbas Fuldensis decessit. Signum crucis in vestibus hominum apparuit. Hic Otto rogatus a Ruthenis[h], misit eis doctorem fidei katholice sanctum Adalbertum episcopum, qui postea martirio coronatus est. Huius sancti Adalberti martiris[i] corpus in Praga[k] quiescit.

Iohannes papa 122. ordinatur, sedit annis 2. Hic[2] papa Ottonem istum[l] Rome consecravit in[m] inperatorem.

Benedictus papa 123[n]. Hunc[3] deiecit de sede apostolica Otto. Hic Otto vocatus fuit Romam Lamb. in adiutorium pape Iohannis. Qui[o] consecrato Ottone ad inperatorem, magna synodus facta est Rome, cui Otto inperator[p] presidebat, cum multitudine episcoporum, clericorum et monachorum. Ibique deiectus est Benedictus papa a sede apostolica. Attamen[4] ipse idem[q] Otto Magnus inperator iuratus dedit privilegium Iohanni pape, sicut et Karolus Magnus et Ludewicus inperatores dederant ecclesie Romane, ut[r] de eleccione Romani pontificis et de aliis pertinentibus beato Petro se non intromitteret nisi de consilio pape. Di. 63: *Tibi Domino*[s]. *Sacrorum canonum.* Prius[5] quoque Adrianus 111. papa constituit, ut nullus princeps de eleccionibus[t] episcoporum vel prelatorum aliquatenus se intromittat[u,*]. Iste Otto Magnus venit tercia vice Romam. Postea in Thuringia mortuus est, sepultus autem in[v] Magdeburg. Lamb. Ekk.

[Anno[w] Domini 969[6]. Hatto Maguntinus archiepiscopus devoratus est a muribus[x] in Reno, quia multitudinem pauperum cremavit in horreo tempore famis sub Iohanne papa IX. et Ottone Magno].

Leo papa 124. ordinatur, sedit parum[y].

Christoforus papa 125. ordinatur, sedit menses[z] 6.

Sergius papa 126. ordinatur, sedit annis[a] 6, mensibus 4.

Anastasius[b] papa 127. ordinatur, sedit anno uno, mense uno.

Mando[7] papa 128. ordinatur, sedit menses 2.

Iohannes papa 129. ordinatur, sedit annis 4, mensibus 2.[**] Hic[8] Iohannes papa, rogante Ottone inperatore, fecit filium suum[c], scilicet Ottonem secundum, inperatorem Rome; set prius ipse Otto secundus in regem fuerat Aquisgrani unctus. Lamb.

Leo papa 130. ordinatur, sedit annis 7.

Stephanus papa 131. ordinatur, sedit annis 2, mense uno.

Iohannes papa 132. ordinatur, sedit annis 4, mensibus 10.

*) B 2 *add.:* Boso rex Arelatensis potens et gloriosus, set heredem non habuit. Iste rex in nocte nativitatis Domini ante altare percussit cum baculo archiepiscopum Arelatensem preparatum ad missam, unde ipse presul, posito prius interdicto, collegit exercitum et bello vicit Bosonem. Ipse rex sic confusus totum regnum suum et lanceam Domini dedit Ottoni imperatori Magno et fecit se rex monachum.

**) B 2 *add.:* Eo tempore cruces in vestibus hominum apparuerunt *ex Ekk. a.* 958.

a) *uncis incl. in solo* A 1; *similia v. paulo infra.* a*) d. regis ad. est inperium et r. C 1. 2; d. regis imperium ad. C 3. b) annis – sedit *des.* B 2. c) imperatoris *add.* C. d) et *add.* B 4. C 1. 2. e) I. d. f. O. M. *des.* C 1. 3. f) *ita* A 1; Elfe B 2 6; Helse B 1; m. quod appellatur Selze C. g) inperator *add.* B 4. 5. 5a. — preliabatur C. h) r. abritenis C 1. 2; a Britonis C 3. i) episcopi B 3 5a. C. k) Pinga B 4. 5. 5a; Pingua *e corr.* C 1; Pigua C 2; Pinguia C 3. l) *deest* B 4; Rome *deest* B 1. m) *deest* B 1. 3–6a. C. n) ord. *add.* B 1; ord. sedit anno uno *add.* C. o) *ita omnes codd.;* Q. consecravit Ottonem imperatorem C. p) *deest* C. q) *deest* B 3—6a. C. r) quod C. s) Domine B 4. 5a. C. t) eleccione C. u) intromitteret B 3–6a. C 1. 2. v) *deest* C. w) *uncis inclusa des.* A 1; *post* Aquisgrani unctus *scripta* B 2. x) vermibus B 6a. y) brevi tempore C. z) menses – sedit *des.* A 1. a) annis sedit *des.* A 1. C 1. 2. b) Anast. — menses 2 *des.* C 3. c) *deest* B 3. 5. 5a. 6. 6a.

1) Cf. de hoc loco Waitz, Iahrb. Heinrich I, p. 214. 2) Non hic Iohannes IX, sed XII. huius nominis. 3) Immo Benedictum V. 4) Haec ex laudatis duobus capitibus Decreti I, dist. 63. sumta videntur. 5) Cf. supra p. 184. 6) Lamb. ad a. 969: *Hatto archiepiscopus Mogontiacensis obiit.* 7) Ita pro *Lando.* 8) Non hic X, sed Iohannes XIII.

Leo papa 133. ordinatur, sedit annis 3, mens. 6.

Stephanus[a] papa 134. ordinatur, sedit annis 3, mens. 4.

Martinus papa 135. ordinatur, sedit annis 3, mens. 6.

Agapitus papa 136. ordinatur, sedit parum.

Iohannes papa 137. ordinatur, sedit parumper[b].

Benedictus papa 138. ordinatur, sedit anno uno, mens. 5. Tempore[1] huius pape primus Otto qui dicitur Magnus inperator obiit.

Ekk. 975. Anno Domini 978. Otto secundus, filius Ottonis Magni sive[c] primi, successit patri in inperio, et regnavit
Lamb annis 9. Huius uxor fuit Theophanu inperatrix, que venit de Grecia. Sanctus[d] Udalricus Augustensis episcopus
A S Petri. migravit ad Christum. Iste Udalricus[e] fecit prandium cum Conrado Constanciensi episcopo, et eodem die facto prandio celebravit missam sollempnem coram clero et populo, et de hoc incusatus, respondit: 'Ego non comedi, sed karitas'. Isti[f] episcopi ambo sancti sunt, et ipsorum[g] festivitates[h] in Suevia sollempniter celebrantur. Hic Otto secundus inperator magnum con-
Lamb flictum habuit cum Sarracenis in Calabria. Ibi de exercitu inperatoris plurimi nobiles[c] occisi sunt, set[i] ipse inperator vix evasit vita comite. Deinde veniens Romam, post male gestas res idem Otto inperator cecidit[k] in languorem et obiit in[l] Roma et ibidem sepultus est.

Leo papa 139. ordinatur, sedit anno uno, mens. 3.

Iohannes papa 140. ordinatur, sedit annis 5, mens. 11.

Benedictus papa 141. ordinatur, sedit anno uno, mens. 5.

Dominus[m] papa 142. ordinatur, sedit anno uno, mens. 6.

Bonifacius papa 143. ordinatur, sedit mense[n] uno.

Benedictus papa 144. ordinatur, sedit annis 9[o]. Tempore huius pape obiit Otto inperator secundus.*

Ekk. Anno Domini 988[p]. Otto, filius secundi Ottonis, inperium adeptus, regnavit annis 17. Prius tamen fuerat
Lamb. unctus Aquisgrani in regem[q]. Sanctus Wolfgangus Ratisponensis episcopus migravit ad Christum.

Iohannes[r] papa 145. ordinatur, sedit annis 8[s].

Iohannes[s] papa 146. ordinatur, sedit menses 4

Iohannes papa 147. ordinatur, sedit annis 10, mensibus 6.

Lamb. Gregorius papa 148. ordinatur, sedit anno uno, mens. 6. Iste Otto inperator[t] III. contra Crescencium Romam venit[u], ubi et Brunonem in sede apostolica constituit, qui et Gregorius papa[v] dictus est. Iste[w] idem Gregorius papa hunc Ottonem III. consecravit in[x] inperatorem. Nam Iohannes Placentinus episcopus[y] invaserat sedem apostolicam et se gessit pro papa consilio Crescencii. Unde Crescencius ab inperatore Ottone III. decollatus[z] cum 12 suis ante Urbem suspenditur, et Iohannes pseudopapa, prius Placentinus episcopus, excecatus precipitatur. Idcirco usque[a] adhuc nullus papa venire[b] vult in montem Tarpeium ad arcem urbis Rome, scilicet in Capitolium, ubi iste Iohannes tormenta sustinuit. Ibi itaque semper ferebantur sentencie mortis contra sceleratos et contra adversarios Romanorum.

Post hunc papam Iohannem 149, qui sedit menses 10, et ultimo excecatum et precipitatum, Silvester papa 150. ordinatur, sedit annis 4, mens. 5. Iste vocabatur Gerbertus. Iste[2] dicitur fuisse in papatu magus[c] et nigromanticus et dyabolum pro diviciis adorasse, et ei a dyabolo fuisse promissum, quod nunquam moreretur, nisi prius veniret in Ierusalem. Hoc intellexit papa de[d] Ierusalem ultra mare et quomodo voluit vixit[e]. Set cum hic[f] papa quadam die Rome in capella, quam construxit Constantinus et Helena[g], ubi et[h] plurimas

*) B 2 *add.:* Anno Domini 982. destruitur episcopatus Mersburg a paganis, et cecidit edificium magnum, scilicet antiquum monasterium in Magdeburg. *(Lamb. a. 982).* Tunc ignee acies vise sunt in celo per totam noctem. *(Ekk. a. 978).*

a) Steph. — mens. 6 *des.* A 1. B 3 - 6a. C, *leguntur igitur tantum in* B 1. 2, *at Agapitum* 136. *numerant* A 1. B 3. 6, *ceteri* B 4. 5. 5a. 6a. C *a Leone verum numerum ordinalem habent, hunc recte* 139, *precedentem vero Benedictum* 136. *numerantes.* b) parum A 1. B 1. 3. c) *deest* C. d) Sub isto s. C. e) episcopus *add.* B 2—6a. C. f) Isti — sunt et *des.* C. g) eorum B 2—6; Istorum C. h) festivitas B 1. 6. 6a. C. — celebratur *tantum* C. i) et C. k) decidit C. l) o. Rome B 1. 4. m) Benedictus C. n) mense — sedit *des.* B 4. C. o) XI. C. p) DCCCC89. B 2; DCCCCLXXXVII. B 3—6a. C. q) Tempore huius (H. t. 2) *ins.* C 1. 2; Hoc tempore *ins.* C 3. r) Ioh. — annis 8 *des.* B 6a. C. s) 8 — sedit *des.* B 1; Ioh. — 4 *des.* A 1. t) i. III. *des.* A 1. u) v. R. C. v) *deest* B 3—6a. C w) Hic C, *ubi* hunc *deest.* x) *deest* B 1. 3. 4. 6. y) *deest* B 1. z) est et *add.* C. a) *deest* A 1; I. hucusque B 1. b) ven. in m. T. vult A 1. B 2; vult. ven. C 1. 2. c) magnus n. B 5. C. d) d. I. *des.* B 4. 5. 5a. C, *ubi* p. quod esset u. e) et v. B 4. 5 *(erasum).* 5a. — vixit *deest* C. f) iste C. g) fuisset et *add.* C 1; c. fuisset C. et H. et u. C 2. h) eciam B 5. 5a; *deest* B 2. C.

1) Immo sequentis Benedicti VI. tempore. 2) De sequenti fabula v. Döllinger, Papstfabeln p. 159. Cum nullo scriptorum, qui antea eam tradiderunt, scilicet Guill. Malmesb., SS. X, p. 464 (ex quo Vincentius), hic plane convenit.

reliquias recondiderunt[a], que vocatur Ierusalem, missarum sollempnia celebrasset, dixit ei suus[b] dominus dyabolus: 'Ecce in Ierusalem fuisti, nunc morieris tu et non vives'. Quo audito, Silvester qui[c] et Gerbertus male sibi conscius, ostendens magna signa compunccionis, in quadam capella, que Rome sita est inter[d] Lateranum et Coliseum, iussit se ipsum, amputatis manibus et pedibus[e] suis ac aliis menbris, enormiter et crudeliter mutilari, et sic vitam Gerbertus in ipsa capella finivit. Unde in eandem capellam, que Gerberti appellatur[f], nullus papa in detestacionem illius facti postea intrare voluit nec curavit.

Post istum[g] Silvestrum papam Iohannes papa 151. ordinatur, sedit menses 10. [Ipsa[h] capella, que Rome dicitur Ierusalem, facta est monasterium regularium, in quam femine non intrant. Ibi servatur tytulus, quem scripsit Pylatus in tabula olive, scilicet[i] *Iesus Nazarenus rex Iudeorum*, sub[k] hoc versu: *Hic crucis est alme tytulus. Crux inclita salve!*].

Anno Domini 1000. inperator Otto III. ossa Karoli Magni Aquisgrani a pluribus eousque ignorata invenit. Lamb

Anno[l] Domini 1001. inperator nativitatem Domini Rome[m] celebravit.

Anno Domini 1002. Otto III. inperator, dictus Rufus, obiit; cui successit Heinricus. Hic Heinricus dux Ekk
Bavarie inperium adeptus, regnavit annis 24. Huius fuit sponsa sancta Kunegundis. Hic Heinricus fuit inperator 88.
a Cesare Augusto. Iste[n] construxit et fundavit episcopatum Babenberg et similiter Mersiburg, Hildensheim, V. Heinr.
Magdeburg, Argentinam et Misnam[o], que barbarica immanitate vastate fuerant, restauravit. In Hildensheim, ubi a
puero[p] enutritus et literas[q] edoctus fuit, posuit sanctum Gothardum in episcopum. Hic[1] Gothardus fuerat abbas in Lamb
Hersvelt. Summam etenim[r] diligenciam hic inperator in amplificando cultu[s] religionis adhibuit. Sedes episcopales et V. Heinr
ecclesias per universum regnum possessionibus multis et ornatibus[t] inmensis ditare cepit. Hic[2] amator fuit
castitatis. Nam cum sponsa sua sibi dilectissima, sancta Kunegunde[u] virgine, ipse virgo permansit;
set hoc de pari consensu et voto communi et[v] voluntario[w]. Et quod[x] hominibus occultum foret, in
lectulo uno in clauso thalamo pariter dormierunt. Convocatis principibus regni sui in Quitilingeburg[y] curiam
celebravit. Ibi universis consencientibus in id ipsum, Poloniam et Bohemiam ceterasque[z] Sclavorum, qui pagani
erant, adiacentes regiones debellare disposuit. Congregato itaque exercitu, cum omnes percepcione corporis et san-
guinis Domini confortati[a] fuissent, venerunt ad locum certaminis, et devocius[b] orante Heinrico inperatore, aperti sunt
oculi eius, et vidit gloriosos martires, Laurencium, Georgium[c] et Adrianum cum angelo percuciente exercitum suum pre-
cedentes et hostes fugientes[d]. Sic victor sine effusione sanguinis sibi subegit illos et gracias egit Deo cum[e] suis.*
Apuliam a Grecis diu possessam Romano inperio recuperavit. Pannoniam et Ungariam necnon et[f] Burgundiam sub- c. 29
egit[g] vir iste victoriosus. Cumque[h] rediret de Apulia, cepit infirmitate[i] calculi laborare; qui cum plurimum tor- c. 23 sq
queretur[k], mira paciencia sustinuit. Ascendit quoque montem Cassinum, petiturus meritis sancti[l] Benedicti et
sancte[m] Scolastice virginis sanitatis remedium. Facta vero oracione, et[n] in hospicio obdormiente, vidit sanctum[o] Bene-
dictum dicentem sibi 'Quia sperasti in Deo et in sanctis suis[p], ecce missus sum a Deo, ut liberem te ab infirmitate
tua'. Hec dicens, cum ferro medicinali partem illam corporis, ubi herebat[q] calculus, apperuit, et molliter evulso calculo,
hyatum[r] vulneris mox[s] sanavit et calculum in manu inperatoris posuit. Qui evigilans calculum in manu invenit,
quem suis ostendens[t], gracias egit Deo et locum illum multis donis ditavit. Tempore huius inperatoris archiepiscopus[u] fuit in Maguncia[v] Willigis.** Iste quia humilem progeniem habuit[3] et patrem, qui currus et bigas facere solebat, in thalamo ornato grossis literis scribi iussit, cuius ipse clavem reservans[w], introire solus consuevit et legere scripturam, que talis erat: *Willigis, Willigis, recole unde veneris.* Hec in lingua Theutonica scripta erant. Appenderat[x] eciam rotas et[y] huiusmodi instrumenta in pariete circumcirca, in quibus suam

*) B 2 *add.:* Stella cometes apparuit longo tempore. *Ex Ekk. a.* 1004.

**) B 2 *add.:* Ecclesia maior Maguncie, quam beatus Willigis construxerat, incendio vastata est ipsa die dedicacionis sue. *Ex Lamb. a.* 1009.

a) reconderunt B 4. 5. 5a. C 3 b) d. s. A 1. C 1. 2. c) *deest* B 1 - 5a. d) i. L. et C. *des.* C 3. e) m. suis et p. ac B 2. 4. C 1. 2; m. suis et p. suis A 1; suis *deest* B 3. C 3. f) dicitur C 1. 2; q G. a. *des.* C 3; que — capella *des.* B 6a. g) illum C 1. 2; hunc C 3; *deest* B 2, *ubi* Post — mens. 10 *post uncis inclusa scripta.* h) *uncis inclusa des.* A 1. B 1. i) *deest* B 6a. C 1. 2. k) s. h. v. *des.* B 2. l) Anno — celebr. *des.* B 3. — M. C. m) *deest* B 5. 5a. n) Ipse B 5. 5a; Hic C 1. 2. o) Basileam C 2. p) puericia A 1. C; primevo B 2. — nutritus C. q) *deest* B 3 -6a C. — eruditus A 1. — fuerat C. r) enim B 2. C 3. s) cultum A 1. B 2. C. t) ornamentis B 1. C 1. 2. u) Kunegundis (Chûng. 3) virgo sibi copulata fuit, ipse (ipsa 1) C. v) *deest* B 4. 5. 5a. C. w) utriusque *add.* C. x) ut C. y) in *deest* B 2—4. 5a. 6a; Quiteburgenberg A 1; s. Qin(*corr.* in)tilingeburg B 5; s. qui lingeburk B 6a; s. qui in lenburch c. C 1; s. in lenburg qui c. C 2; s. in lenburch c. C 3. z) c regiones Slav. que paganis e. a. d. C. a) f. c. B 3—5a. C; congregati C 3. 1, *post corr.* conmuniti, *et ita* C 2. b) et H. inp. dev. or. C. — Heinrico *deest* B 2. 3. c) Georium B 4. 5. C 1. 3 d) fugantes A 1. B 3. e) c. s. *des.* B 2. f) eciam B 5. 5a; *deest* C; U. atque Burg. B 4. g) sibi *add.* C. h) Cum C. i) in inf. B 5. 5a. C 2. k) laboraret B 1. C 3 (c. diu l.). l) sanctissimi B 3—6a. — B. abbatis B 3-6a. C. m) beate B 3—6a. C 1. 2. n) *deest* B 5. 5a. C. o) beatissimum B 3. 5. 5a. 6; beatum B 4. C. — B abbatem B 3-6a. p) eius C 2. 3. q) habebat calculum A 1. B 5. 5a. C 3; habebatur B 6. r) hiarum B 4. 5; locum B 5a. C. s) perfecte *add.* C 1. 2; v. profecte s. C 3. t) ostendit et g. C 2. 3. - Deo egit C. u) fuit in Mog. episcopus C. v) nomine *add.* B 3—5a. C. w) cl. sub tali (cl. diligenti 3) custodia servans C. x) Appendit C — et r. C 1. 2. y) et h. i. *et circ. des.* C.

1) Lamb. a. 1005, SS. III, p. 93. 2) Talia, licet non iisdem verbis, leguntur in Vitae Heinr. additamento, SS. IV, p. 818. 3) Hic, quantum scio, primo fabula narratur.

prosapiam et statum sue[a] paupertatis intente, ut fertur, agnoscebat. Usque adhuc habentur rote due quasi aratri in vexillo ecclesie Maguntine. Hic archiepiscopus maiorem in Maguncia ecclesiam et sancti Albani ecclesiam[b] construxit. (Lamb a 1009.)

Iohannes papa 152. ordinatur, sedit menses 3.

Sergius papa 153. ordinatur, sedit annis 3.

(V Heinr. c 25 sq.) Benedictus papa 154, huius[c] nominis VIII, ordinatur, sedit annis 11, mensibus 11. Ad hunc papam Heinricus inperator iste[d] venit Romam et fuit ab eo honorifice, ut decebat, tractatus[e]. Item papa Benedictus[f] venit ab eodem inperatore invitatus in Babenberg, et ibi eum inperator sollempnissime[g] suscepit hospicio[1]. Ibi in sancta nocte pasche in matutinali officio sollempni primam lectionem[h] legit patriarcha Aquileiensis, secundam archiepiscopus Ravennas, terciam papa. Ibi tunc prefatus papa, presentibus 72 episcopis et principibus aliis, sicut predecessores sui Iohannes et Sergius apostolici[2], ita et ipse dedit privilegium libertatis ecclesie Babenbergensi. Hic papa Benedictus eodem tempore omnibus civitatibus Alemannie cum suis cardinalibus peragratis, venit in Babenberg, ut predictum est.

(V Heinr c 10 sq. c 33 sq.) Iohannes papa 155. ordinatur, sedit annis 9[i], mens. 6. Hic Iohannes[k] papa eciam privilegium de libertate et rebus ecclesie Babenbergensi dedit[3]. Sub hoc[l] papa Heinricus inperator, servus Dei, feliciter obiit, splendens miraculis, et sepultus est cum[m] sua sponsa sancta Kunegunde in Babenberg, anno sue etatis[n] 52. Tempore eiusdem[o] Heinrici inperatoris, cum moreretur, merita anime sue in statera appensa sunt, et peccatis deprimentibus, iam[h] pene pars demonum preponderaverat; tunc subito adustus quidam superveniens, calice aureo partis dextre lancem oneravit, moxque ea preponderante, victores angeli animam in consorcium supernorum civium deduxerunt[p]. Hec dixit unus demon a quodam sancto compulsus. Nam ipse inperator calicem magnum aureum preciosis gemmis ornatum obtulit Deo et sancto Laurencio martiri in Mersiburg, qui adhuc ibi est[q].

Sub[4] eodem inperatore, anno Domini 1020, in villa campestri nomine Colbeke[r] Halberstatensis dyocesis quidam rusticus nomine Otpertus duxit coream in sancta nocte nativitatis Domini, in cimiterio infra matutinale officium cum 15 viris et tribus feminis[s], quarum una vocabatur Merswind. Et rogati a presbitero, ut cessarent, iterumque ammoniti, ut, suis dissolutis cantibus, divinum officium non inpedirent, nec vellent acquiescere, idem[t] presbiter nomine Rupertus[u] inprecatus est eis et maledicta congessit, dicens: 'Velit Deus propter merita sancti Magni martiris, patroni huius nostre ecclesie, ut sic incessanter usque ad annum integrum continue corizetis'. Quod a seculis[v] non est auditum, illi 18 per annum continue sine cibo et potu absque tecto et sompno, aliis hominibus[w] ammirantibus et compacientibus, coream duxerunt, saltantes in ipso eodem loco et cantantes incessanter, quousque archiepiscopus Coloniensis nomine Herbertus misericordia motus venit illuc et ipsos in nomine Domini a tali vinculo coree liberavit. Quibus liberatis, 4 ex ipsis statim mortui sunt[x], alii refocillati resumpserunt vires et egerunt penitenciam.

Benedictus papa 156. ordinatur, sedit annis 14. Iste[y] defunctus est et sepultus in Hamburg[z] Bremensis dyocesis.*

(Ekk.) Anno Domini 1025. Conradus[a] Salicus inperium adeptus, regnavit annis 15. (Lamb.) Huius filius Heinricus in regem ungitur Aquisgrani per[b] Peregrinum Coloniensem archiepiscopum.

Silvester papa 157. ordinatur[c], sedit menses 2.

Gregorius papa 158. ordinatur, sedit anno uno, mens. 6.

(Lamb. V. Cuneg) Sub hoc[d] inperatore sancta Kunegundis obiit. Hec sancta Kunegundis Confugiam fundavit et possessionibus atque ornamentis ipsam dotavit[e]. Ibidem ipsa virgo, dum legeretur in missa hoc[e*] de Zacheo scilicet: *Et precurrens ascendit in arborem sycomorum*, depositis inperialibus indumentis, induit, videntibus[f] nobilibus multis, vestes religionis[g]. Huius sancte filia[h] sororis fuit in illo loco abbatissa; cui epulanti tempore processionis in quadam dominica[i], venit virgo Christi Kunegundis et zelo iusticie et correccionis dedit ei alapam, nam minus religiosa erat, ultima in choro, prima in convivio. Igitur alape illius[k] semper mansit vestigium in maxilla

*) B 2 *add.:* Anno Domini 1021. ingens terremotus factus est in Bawaria. *Ex Lamb.*

a) *deest* A 1; s. p. *des.* C 3. b) *deest* C. c) h. n. VIII. *des.* B 2; ord. h. n. VIII. B 1. 3. C. d) *deest* B 5a. C. e) receptus C; susceptus ut d. et tr. B 3. f) *deest* C. g) benignissime B 1; sollempniter recepit in h. A 1. h) l. pr. B 1. 2. i) XI. mens. v. C. k) *deest* C 1. 2. l) isto C. m) est (1. 2) cum — Kuneg *des.* C. n) e. s. C. o) huius B 3. C; huius eiusd. B 1 — inp. *deest* C. p) dux. B 4; addux. C 3. q) De c(h)orea *rubro ins.* A 1. B 4. 5. 5a. r) Koweke A 1; Colebert B 3; Colbelie B 4. 5a; Colwelie *corr.* Cowelie B 5; Corbelie C 1. 2; Corbelei C 3. s) mulieribus C. t) item B 5a; ipse C. u) Robertus B 3; Bobertus C. v) seculo B 4. 6. 6a. C 2. w) omnibus B 1. 2. x) *deest* B 5. 5a. y) Iste — dyocesis *des.* A 1. — d. et s. est B 2. C 3; d. s. est B 1; et sep. *des.* C 1. 2. z) Hai(y)nburg(ch) B 5. C 1. 2; Heimburch C 3. a) dux Francorum *add.* C. b) A. per Egrinum C. c) ord. — ord. *des.* B 2. d) isto C, *ubi* sancta — sancta *des.* e) ditavit C. e*) *deest* C. f) n. v. B 1. C 3. — multis *deest* C. g) religiosas C. h) sor. f. B 1. C. i) die *add.* B 3—6a. C. k) *deest* C. — remansit B 1; ramansit A 1.

1) Haec verba Lambertum a. 1019. sapiunt, SS. III, p. 95. 2) Haec verba ex ipsa Benedicti bulla Vitae Heinrici inserta, SS. IV, p 808. 3) Bulla ab Adalberto c. 11. recepta non est huius Iohannis, sed XVIII. huius nominis, praedecessoris Benedicti VIII; attamen ex his sua noster fecisse videtur. 4) Haec fabula similibus verbis narrata est apud Guillelmum Malmesb., SS. IX, p. 464. (ex eo apud Vincent. Bellov., ex quo Martin. Opp.) et Ann. Stad. a. 1021, SS. XVI, p. 313. Cf. etiam Archiv VII, p. 431.

abbatisse, quasi digiti in cera essent pressi[a], propter alias in exemplum. Hec sancta Kunegundis, ut se expurgaret, facta devota oracione, audacter coram inperatore[b], sponso eius, dum adhuc viveret, et coram principibus et multis aliis 12 candentes vomeres nudo vestigio calcavit et Domino protegente penitus illesa permansit. Nam auctore dyabolo, qui invidebat eius virginitati, de crimine adulterii vehementer infamata fuit. Callidus namque dyabolus transfigurans se in formam militis speciosi, tribus diebus continuis mane videbatur a[c] pluribus de[d] thalamo exire sancte Kunegundis. V. Heinr. add.

Sanctus[e] Gothardus episcopus migravit [ad[f] Christum], qui successerat in episcopatu Hildensheim sancto Berwardo. Lamb 1022. 1038.

Anno Domini 1028, temporibus huius inperatoris Conradi, qui vocabatur Salicus, orientalis ecclesia in Asia fortitudine regnorum, diversitate linguarum, multitudine episcopatuum, grandi spacio terrarum magna valde recessit ab obediencia sedis apostolice. Aliter enim baptizant, generalia concilia non frequentant, statuta Romanorum pontificum non recipiunt, de fermentato conficiunt, de pane azimo conficere nolunt. Negant Spiritum sanctum procedere a Filio sicut a Patre. Ab ecclesiastica unitate scissi sunt et in statu dampnandorum[g] sunt. Extra.[h] de hereticis: *Firmissime.* Extra.[h] de sentencia excommunicacionis: *Super eo quod;* VII.[1] q. I. *Denique.* Verum occidentalis sancta ecclesia katholica sacrosancte Romane ecclesie subiecta[i] et obediens, habet circiter episcopatus 772. Salicus Conradus inperator[k] obiit, sepultus[l] in Spira. Ekk

Anno Domini 1040. Heinricus III, Conradi filius[m], regnavit annis 17.*)

Clemens papa 159. ordinatur, sedit menses 9[n]. Hic Theutonicus fuit. Heinricus III. iste Swiggerum[o] Babenbergensem episcopum, tribus invasoribus apostolice sedis et digne et iuste expulsis, quorum nomina ignorantur[2], papam constituens, Clementem II. appellavit; a quo ipse inperator Rome et coniunx eius Agnes[p] inperialem consecracionem suscepit[q]. V. Heinr. c. 16 17 Hic Clemens papa privilegium magnum ecclesie Babenbergensi dedit, et ipse Clemens papa sepultus est in Babenberg Lamb

Damasus papa 160. ordinatur, sedit mense 1. Et hic Theutonicus, Brixiensis episcopus nomine Boppo; quem[r], mortuo Clemente[s], prefatus Heinricus inperator papam constituit et Damasum appellavit. V. Heinr

Post hunc papam Heinricus idem inperator Brunonem quendam episcopum et Theutonicum papam constituit. Lamb Iste papa 161. ordinatur, Leo papa IX. appellatus est, sedit annis 5, mens. 5. Hic papa[t] Leo Babenbergensi episcopo[u] dedit pallium, quo uti potest tribus vicibus in anno: scilicet in die sancto pasche, in die apostolorum Petri et Pauli et in die sancti[v] Dionisii, quia tunc est anniversarius prefati Clementis pape. V. Heinr. c. 17. Tamen[w], ut dicit Leo papa in eodem privilegio, salva auctoritate domine[x] Maguntine ecclesie pallio uti potest. Et[y] constituit, quod iuxta ecclesias fiant claustra ad disciplinam servandam.

Anno Domini 1042. Bruno Herbipolensis episcopus obiit. Lamb

Anno Domini 1050. idem Leo papa IX. et cum eo[z] Heinricus inperator III. cum 42 episcopis concilium magnum in Maguncia celebravit, constituens, ne[3] ministri altaris vel monachi canes aut aves ad venandum sequantur et ne turpia lucra sequantur. Extra.[a]: *Ne clerici vel monachi se: Multa sunt negocia.* Hic constituit, ut[4] nullus fiat monachus nisi legittima etate et spontanea voluntate. Extra. de regularibus[b]: *Nullus. Si quis.* Et[c] constituit, ut[5] 4 tempora cum ieiunio observentur; et[d] constituit, ut nulli clerici nisi in sabbato 4 temporum ieiunii et a ieiunis[e] episcopis ordinentur. Post concilium Maguntinum Leo papa et Heinricus inperator in Aquisgrani pariter[f] fuerunt et festo dedicacionis interfuerunt.**)

Anno Domini 1054, defuncto Leone papa, Heinricus inperator Gebehardum[g] Theutonicum Eistatensem[h] episcopum papam constituit, qui Victor appellatus est. Lamb Hic Victor papa 162. ordinatur, sedit annis 2, mens. 4. Hic eciam fuit in Theutonia et in Bawaria cum Heinrico inperatore. Isti Victori pape Lamb. quidam subdyaconus toxicum in calicem misit; quem cum ipse papa post consecracionem levare vellet et non posset, a Domino causam[i] facti inquisiturus, cum populo ad[k] oracionem prosternitur, protinusque toxicator subdyaconus a

*) B 2 *add.:* Gregorius[6] papa 158, huius nominis VI. ordinatur, sedit brevi tempore.

**) B 2 *add.:* Leo papa et cum eo Henricus imperator nativitatem Domini in Wormacia sollempniter celebraverunt. *(Lamb. a.* 1051; *Ekk. a.* 1053*).*

a) inpressi(e) B 1. 3. — pressi aliis C. b) sp e. imp. B 4. C; sp. imp. e. B 5. c) de B 3—5[a]. d) ex. de th. B 3—6[a]. C. e) Sanctus — Berwardo *des.* C. f) ad Chr. *des.* A 1. B 2. g) dampnatorum B 3. 6. 6[a]; et in st. d. *des.* C 3. h) Ext. — Denique *des.* B 6. 6[a]; Extra. de sent. — Verum *des.* A 1. i) s. est et o. habens C. k) *deest* B 3—6[a]. C. l) est *add.* B 1. 4. C; et s. C. m) imperium adeptus *add.* C. n) x. B 3—6[a]. C. o) Switgerum B 5. 5[a]. C 3. p) imperatrix *add.* B 3—6[a]. C. q) susceperunt C. r) quo B 6; eciam B 4. 5. 5[a]; q. eciam C. s) papa *add.* B 3 (p. Cl.). 4—6[a]. C. t) L. p. B 1. 2. C 3. u) ecclesie B 4. v) beati D. episcopi B 3—6[a]. C (D. martiris et e. 3). w) Tunc C. x) *deest* C. y) Const. eciam C. — ut B 2. z) cum Hainrico imperatore C. a) Ext. — negocia *des.* B 6. 6[a]. b) et cap[itulo] *add.* A 1. c) Item B 3. C. d) et quod nulli B 3—6[a]; item quod n. C. e) *deest* B 4. C 2. 3; ab ep. iei. B 3. 5. 5[a]. 6. C 1. f) Aq. iverunt et ibi f. C. g) Gerhardum B 3—5[a]. C 1. 2; Gothardum A 1. h) Cistat. B 1. 4. 5. 5[a]. 6[a]. i) f. c. B 5. 5[a]. C 1. 2. k) in oracione C.

1) Scil. Decr. Gratiani II, c. VII, q 1. 2) Ipse auctor eos antea notavit. 3) Haec ex laudato canone concilii Maguntini, Decretal. III, tit. 50, cap. 1. 4) Decretal. III, tit. 31, cap. 1. 2. 5) Decr. Grat. I, 76: *Constituimus.* 6) In chron. iam supra notatus est.

[Lamb.] demone[a] arripitur. Deinde papa Victor iterum cum populo tamdiu[b] ad[c] oracionem prosternitur, quousque subdyaconus a demonio[d] liberatus fuit. Causa manifestata, ipse papa[e] Victor calicem[f] cum sanguine Domini in altari quodam perpetuo pro reliquiis recludi iussit. Inperatoris filius Heinricus unctus est in regem Aquisgrani ab Hermanno Coloniensi archiepiscopo[g].

Anno Domini 1056. Heinricus inperator III. defunctus est et sepultus in Spira. In illa sepultura inperatoris multe sollempnes persone convenerant. Nam Victor papa et patriarcha Aquileiensis ac plurimi episcopi et alii nobiles multi erant ibi. Cui Heinricus IV, filius eius, successit, et regnavit annis 48.* Iste cum regnare [cf. Ekk.] cepit, fuit[h] 10 annorum, set mater sua inperatrix Agnes in amministracione rei publice strennue et nobiliter gubernavit tam magnates quam alios.

[Lamb.] Anno Domini 1057. Stephanus papa 163. ordinatur, sedit menses 8. Iste papa de alto sanguine[i], scilicet germanus frater Gothfridi ducis Lotharingie, et Theutonicus fuit. Cardinalis quoque cum esset et[k] archidyaconus ecclesie Romane, relinquens omnia, reddidit se religioni et factus est monachus in monte Cassino. Inde communi consensu omnium[l] Romanorum in papam eligitur.

Anno Domini 1059. Benedictus papa 164. ordinatur, sedit annis 2. Iste fuit Lateranensis et [Lamb.] sedem apostolicam inconsulto rege et principibus invasit, adiutus faccione[m] popularium, quos pecunia corruperat.** Rex autem Heinricus IV, habita cum primoribus[n] deliberacione, Gerhardum Florentinum episcopum, in quem et[o] Romanorum et Theutonicorum studia concurrerunt, constituit in papam. Ita Benedicto, qui papatum sibi usurpaverat, deiecto, Gerhardus[p] papatum obtinuit. Iste dictus est Nicolaus, papa 165. ordinatur, sedit annis 3, mens. 6. Constituit[q], ut nullus clericus venacioni insistat. Constituit eciam, ut dicto[r] vel facto reus[s] homicidii sit de sacro ordine deiectus[t]. Et constituit, ut[1] nullus in sacris[u] ordinibus constitutus[v] uxorem vel concubinam habeat.

Alexander II. papa 166. ordinatur, sedit annis 9, mens. 6. Hic papa obtinuit papatum [Lamb.] a rege Heinrico IV, positus et[w] virtute militum et favore principum. Iste Alexander vocabatur Anshelmus episcopus in Lucca, set alius quidam Parmensis episcopus sibi usurpaverat papatum; Alexander vero prevaluit. Hic Alexander [cf. Honor. IV, 117.] papa II. constituit dimitti *Alleluia* in sabbato septuagesime usque in vigiliam pasche. Sub [Lamb.] hoc[x] papa anno Domini 1071. Anno[y] archiepiscopus Coloniensis posuit[z] monachos in Salvelt, expulsis inde canonicis. Iste dominus Anno[a], virtuosus vir, fundavit Siburg et Graschaf et ibi locavit monachos; et fundavit in Colonia duas ecclesias, sancte Marie ad Gradus videlicet et sancti Georgii martiris. In hiis duabus[b] ipse episcopus locavit canonicos. Hic papa[c] Alexander II. eciam[d] constituit, ut, si ordinatus ad sacros ordines[e] nondum est baptizatus, sive fuerit episcopus sive clericus, baptizetur et[f] iterum ordinetur per singulos gradus, quia baptizmus est ianua omnium sacramentorum. Constituit eciam, ut[1] nullus presbiter sive dyaconus vel[g] subdyaconus uxorem habeat vel concubinam in occidentali ecclesia, set ut sint casti.

Anno Domini 1066.[h] Gregorius papa huius nominis VII, a beato Petro 167. ordinatur, sedit annis 15, mense uno. Iste vocabatur Hildebrandus, et fuit in scripturis valde eruditus.*** Hic constituit ieiunium 4 temporum in Marcio, et[i] constituit, ut omnium sanctorum martirum et[k] sanctorum Romanorum pontificum sollempnitates ubique annuatim cum pleno officio celebrentur. Hic Gregorius papa captus[l] et incarceratus et ferreis vinculis constrictus fuit a Romanis. Quam ob rem ipse papa Heinricum regem IV. excommunicavit et similiter Coloniensem archiepiscopum ac plures episcopos Theutonie et nobiles, quorum consilio captus fuit. Iste papa eciam[m] stricte sub pena[n] inhibuit auguria, sortilegia, incantaciones et[o] magicas artes. Tempore[p] huius Gregorii pape fuit bellum in Welfisholcz inter hunc[q]

*) B 2 *add.:* Imperator Swevus IIII. Paschalem papam et episcopos cardinales captivavit et multos nobiles Romanos.

**) B 2 *add.:* Tempore Benedicti[2] pape[r] Bucco Halberstatensis episcopus in Gozlaria occiditur (*Cf. Ann. S. Albani, Chr. Sampetr.*).

***) B 2 *add.:* et fuit prior Cluniacensis[s, 3]. Sub hoc papa Gregorio a rege Heinrico IIII. Roma[4] capta est, et pestilencia magna facta est. Et ipse H. imperator Rome coronatus est ab eodem papa Gregorio.

a) demonio B 4. 6. 6a. b) p. ad or. t. pr. B 3–5a. 6a. C 3. c) in oracione C. d) demone A 1. C 1. 2. e) *deest* C. f) cum calice sanguinem B 4. 5. 5a. 6. C; cum s. dum cal. B 3 g) episcopo B 6a. C 1. 2. h) erat B 3–6. C. i) fuit *add.* B 3. C 3. k) *deest* B 1. 2. l) R. o. C. m) adi. a Romanis q. C. n) primatibus A 1. B 3; principibus B 2. C 3. o) *deest* C. p) *deest* B 4. 5. 5a; iste G. C. q) Hic c. B 3–6a. C. r) ut qui d. C. s) h. r. B 3–6a. C 3. t) ord. removeatur. — Item quod n. C. u) sacro ordine B 3–6a. C. v) *deest* C 1. 3. w) in B 2; et in C 3. x) isto C. y) *deest* A 1. B 3–5a. C 3. z) posuit – canonicis *des.* A 1. a) animo A 1. B 3–6. C 3. anno C 2. b) ecclesiis *add.* B 4. C 2. — loc. i. ep. B 1. C 2. c) A. p. C. d) *deest* B 1. C. e) si ad s. ord. aliquis est ord. et non e. B 1. f) et it. ord. *des.* C. g) sive C. h) MLXXVI. B 1. C 3; MLXXI. B 3. i) item C. k) *deest* B 4. 5. 5a. C. l) captus — consilio *des.* C 3. m) *deest* B 1. C. n) excommunicacionis *add.* C. o) *deest* B 4. 5a. p) Temp. — pape *des.* B 2. q) *deest* C. r) Bucco p. B 2. s) Cluniatrensis B 2.

1) Cf. Decr. Gratiani I, dist. 32: *Praeter hoc.* 2) Immo Urbani II. 3) Cf. Iac. Leg. Aur. p. 842. 4) *a rege — facta est* cf. Ann. S. Albani et Chron. Sampetr.

Heinricum inperatorem et Saxones, ubi multus sanguis effusus est, anno[a] Domini 1115, victus est inperator[1].

Victor papa 168. ordinatur, sedit mensibus 4. Iste in scismate scismaticus fuit.

Anno Domini 1082. Urbanus papa II. 169. ordinatur, sedit annis 11, mensibus 6. Iste papa in concilio Placentino composuit et in missa dici constituit[b] prefationem de beata virgine[c], videlicet *Et te* in veneracione vel[d] in assumpcione beate Marie semper virginis. (cf Honor I, 120) Tunc[2] temporis monasterium in Reinhersburnen inicium habuit. Hic papa[e] constituit, ut nullus ad penitenciam suscipiat commissum alteri presbitero nisi in casibus exceptis.* Sub[f] hoc papa anno Domini[g] 1098. incepit[h] ordo Cysterciensium.

Paschalis papa 170. ordinatur, sedit annis 19[i]. Hic papa[k] constituit, ut nullus emat vel vendat ecclesiastica beneficia vel ecclesiastica[l] sacramenta.

Gelasius papa 171. ordinatur, sedit anno uno. Sub hoc[m] papa Heinricus inperator IIII. obiit et sepultus est in Spira; cui successit filius[n] suus Heinricus V, et inperator[o] regnavit annis 20, et sepultus est in[p] Spira. Super 4 tumbas predictorum[q] inperatorum, videlicet Conradi et trium Heinricorum, in Spira unus versus divisim scriptus est, qui conplectitur omnes tumbas in hunc modum[3]:

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus iacet istic. **

Calixtus papa 172. ordinatur, sedit annis 5, mens. 10.

Honorius papa 173. ordinatur, sedit annis 5, mens. 6. ***

Anno Domini 1111. cuidam monacho Sancti Laurencii extra muros Rome miranti de cingulo suo, quo cinctus erat, insoluto proiecto[r] ante eum, vox in aere[s] facta est:

Sic potuit clauso[t] Christus prodire sepulchro. †

Anno[u] Domini 1126. Norbertus archiepiscopus in Magdeburg[v] claruit.

Anno Domini 1128. ordo Templariorum confirmatur ab Honorio papa. Et ipso anno fundatur Walkenride claustrum.

Anno Domini 1130. Honorio papa defuncto, protinus duo per dissensionem loco eius[w] constituuntur, scilicet Innocencius et Anacletus. Ambo una die Rome electi, ambo una die consecrati; set Anacletus maioris potencie Romam obtinuit, Innocencius vero in Galliam fugit. Tandem Innocencius papatum obtinuit. A. Erphesf.

*) *Codd.* B 5. 5[a] *addunt:* Qui scilicet casus continentur sub[x] hiis versibus:

Conscius, ignorans, temptator, proditor, hostis,
Casibus hiis alium quere tibi medicum — id est confessorem.

B 2 *hic add.:* Sub predicto papa Urbano anno[4] Domini 1096. aput Magunciam Iudei utriusque sexus numero mille et 14 occisi sunt. Stella[5] cometes apparuit, et inundacio[y] magna. Imperator Heinricus Albertum archiepiscopum Maguntinum cepit et captivum triennio detinuit.

**) B 2 *add.:* Anno Domini 1087. Terra Sancta capta est a soldano. Magnum bellum tunc fuit inter Cůnradum archiepiscopum Maguntinum et Heinricum lantgravium. H(einricus) imperator in Maguncia cruce signatur cum principum multitudine. Cůnradus archiepiscopus cum multis cruce signatur et in Terram Sanctam solempniter profectus est. Hunc Gelasium papam H(einricus) imperator deposuit, cui in conclavi mortuo Kalixtus papa successit. Hic H(einricus) V[tus] Rome coronatur, et in conflictu in Welffesholtz vincitur a Saxonibus.

***) B 2 *add.:* Anno Domini 1100. expedicio magna et, ut videtur, prima fuit in subsidium Terre Sancte, et Ierusalem christiani ceperunt, Gottefrido duce Lotharingie exercitum regente.

†) B 2 *add. hoc loco,* B 4 *post* Walkenride claustrum, B 5. 5[a] *supra post* ordo Cysterciensium, C *infra post* 775 annis[6]: Anno Domini 1112[z], a constitucione domus Cysterciensis 15, Bernhardus annorum 22 cum 30 sociis ordinem Cysterciensem[a] intravit. Postea vixit annis 40 et uno, et fundavit 160 ordinis sui monasteria, abbas ipse[b] Clarevallensis. *(Ex V. S. Bernhardi, Leg. Aur. p. 530. 538).*

a) anno — inperator *des.* A 1; anno D. 1115. *des.* B 2; anno — scism. fuit *post* Cysterciensium *scripta* C 3; MCV. C 1. 2 *(ubi* A. D. MCV. *post* imperator *scripta).* b) instituit B 1. 3. C 1. c) Maria *add.* B 3 -5[a]. C 3. d) vel — virg *des.* C; vel in ass. *des.* A 1; in *deest* B 2. 4. 5. 5[a]. 6. e) eciam *add.* B 1. 2. f) Sub — Cysterc *post* annis 19 *scripta* A 1. — S. isto C. g) *deest* B 3. 5. h) incipit A 1. i) XVIII C. k) *deest* B 1. 3. C. l) *deest* C. m) isto C 1. 2. n) H. f. eius V. B 4. 5. 5[a]; H. f. s. huius nominis V. C. o) *deest* B 3—6[a]. C. p) in Sp. *des.* B 1. C 3. q) 4[or] *add.* B 2. r) a. eum pr. B 3—6[a]. C. s) aera B 4. 5. 5[a]. t) Chr. cl. B 1. C 1. 2. u) Anno — claustrum *des.* A 1. v) arch. Magdeburgensis (Magd' 1) B 1. 2; a. in Mediolano ivit B 6[a]. w) ipsius C. x) *deest* B 5[a]. y) inundavit B 2. z) MCXXII. C 2; MCXLI. C 3. a) *deest* C 3. b) i. erat C.

1) Cf. Ann. S. Petri Erph., SS. XVI, p. 17. Male noster, quod vix monendum, sub Heinrico IV. hoc factum esse scribit. 2) Cf. Ann. S. Petri a. 1085. 3) Haec v. supra p. 152. in Chron. fr. ord. Theuton. (ex quo Iacobus, Leg. Aur. supra p. 170); Ann. Stad., SS. XVI, p. 322; Chron. Ursperg., SS. XXIII, p. 338. 4) *anno — occisi sunt:* Ann. S. Albani, S. Petri Erph. 5) Cf. Ekkeh. a. 1097. 6) In archetypo rec. B margini inscripta fuisse videtur haec nota.

Innocencius papa 174. ordinatur, sedit annis 13, mens. 6.* [Iste papa[a] Innocencius II. construxit ecclesiam sancte[b] Dei genetricis et virginis[c] Marie Rome ad fontem olei, qui erupit in nativitate Domini. Et tunc de ipsa terra madida ex oleo sanitatem multi languidi receperunt[d]]. Hic[1] papa prohibuit artem balistariorum et sagittariorum exerceri contra christianos, et hoc sub anathemate. Constituit eciam, ut sacerdos, qui corpus Domini in missa conficit et ymmolat, omnibus modis sumere[e] debeat corpus Domini. Constituit insuper[f], ut moniales cum clericis vel[g] monachis in uno choro non conveniant ad psallendum. Constituit eciam Innocencius[h] papa II, violentos iniectores manuum in clericos vel[i] in religiosos ipso facto esse excommunicatos.**

Defuncto Heinrico inperatore V, anno Domini 1125, tempore huius pape[k] Innocencii II, Lotharius dux Saxonum inperium adeptus, regnavit annis 13. Hic fundavit monasterium Luttere[l] aput Brunswic, et ibidem ipse[m] Lotharius inperator[n] sepultus est[2]. [Huius[o] Lotharii anno 2. facta est translacio sancti Nicolai episcopi[p] de Mirrea in Baris, cum in terra[q] quievisset 775 annis.

Anno Domini 1142.[r] fundatur claustrum Vallis sancti Georgii[3]].

Anno Domini 1138.[s] Conradus, frater Friderici ducis Suevorum, inperator factus[t], regnavit annis 15. Sepultus quiescit[u] in Spira.

Celestinus papa 175. ordinatur, sedit annis 5. Hic[v] constituit, ut pro alba longa[v*] et ampla, quam sanctus Gregorius papa instituit, alba stricta et non cincta utatur[w] continue papa.

Lucius papa 176. ordinatur, sedit menses 11[x].

Eugenius papa 177. ordinatur, sedit annis 8, mens. 5. Hic fuerat monachus et discipulus sancti[y] Bernhardi. Ad hunc Bernhardus scripsit librum consideracionis[z, 4]. [Hic[a] Eugenius papa canonizavit sanctum Heinricum inperatorem de Babenberg, rogatu Conradi inperatoris et prelatorum. Hanc sancti[m] canonicacionem quidam cardinalis nomine[b] Iohannes vehementer inpediens, oculorum lumine est privatus. Set cum desineret penitens[c] et plurimum laudaret[d] ipsum sanctum Heinricum, lumen oculorum confestim publice recepit]. Hic eciam constituit, ut studium in ecclesiis habeatur in gramatica et in[e] liberalibus artibus.

Anastasius papa 178. ordinatur, sedit anno uno.***

Anno Domini 1154.[f] beatus Bernhardus migravit ad Christum.†

Eodem tempore Fridericus dux Suevorum inperium adeptus, regnavit annis 39. Iste inperator anno Domini 1162 Mediolanum cepit et expugnavit muros eius et subvertit et omnia ibi vastavit[g]. Tunc Reinoldus Coloniensis archiepiscopus, qui cum[m] potenti manu fuit ibi, loco solarii[h] et stipendii impetravit ab[i] inperatore trium magorum corpora, que Mediolani extra muros ante portam Romanam in ecclesia Eustorgii[k, ††] servabantur[l] in uno sarcophago marmoreo. Quibus habitis, in Coloniam quasi triumphator gaudens secum tulit et ibi in maiori ecclesia honorabiliter collocavit. Iste Fridericus[m] inperator, vir katholicus,

*) B 2 *add.:* Huius tempore Hugo de Sancto Victore primo rexit in theologia Parisius.

**) B 2 *add.:* Hainricus rex quintus, filius imperatoris H(ainrici) quarti, patri suo manifeste rebellat et potenter ei succedit.

***) B 2 *add.:* Anno Domini 1150. hyemps dura magnam cladem intulit plerisque, et fames magna secuta est ac pestilencia hominum. *(Ann. S. Petri; Chr. Sampetr.)*.

†) *Hic add.* B 6. 6[a]: Fuit enim 24[n] annorum, cum intravit religionem, et cum 30 sociis intravit; 64 annos habuit cum obiit, et amplius quam 100 et 60 monasteria reliquit, que ipse tempore suo fere omnia instituit.

††) C 2. 3. *add.:* ubi nunc Predicatores resident.

a) Iste — receperunt *des.* A 1; Iste *deest* C; I. p. B 3—5[a]. C. b) Rome s. D. g. M. B 3. 5. 5[a]. C. c) et v. *des.* B 3—6[a]. C. d) recipiunt. Iste p. C. e) d. s. B 4. 5. 5[a]. C; d. illud s. Et c. B 3. f) eciam B 1. C 3. g) et B 3—6[a]; vel mon. *des.* C; mon. in ecclesia in B 1. h) Inn. p. II. *des.* B 2—6. C. i) vel in r. *des.* C; in *deest* B 3. k) I. p. B 3. C 1. 2. l) Liuttere B 4. 5. 5[a]; Li(y)merte C. m) *deest* C. n) L. defunctus e. B 3—6[a]. C. o) Huius — Georgii *des.* A 1. p) *deest* B 3. C 1. q) Licie *add.* C. r) MCLII. B 1; MCXXVI B 2. s) Hic incipiunt Swevi regnare *ins. rubro* C 1. t) f. est A 1. B 4; imperium (primus de Suevia C 3) adeptus r. B 6. 6[a]. C. u) quievit C. v) *deest* B 1. 2. 5. 5[a]. 6. v*) a. et l. B 3—6[a]. C 1. 2. w) c. u. C; Rome *add* A 1. papa *deest* C 1. 2. x) VI C. y) beati B 3—5[a]. C. z) de consideracione C. a) Hic — publice recepit *des.* A 1. — Eug. *deest* C. b) n. I. *des.* C. c) penitus C. d) approbaret et l. C. e) *deest* A 1. B 2. f) MCLIII. B 3—5[a]. C. — b. *deest* C. g) v. i. B 3—5[a]. C. h) *ita fere omnes codd.* i) ab i. *des.* C. k) sancti E. B 4. C. l) pariter *add.* B 1. 2. m) i. F. B 2—6[a]. C. n) XXIII B 6.

1) Decretalium V, tit. 15. de sagittariis, cap. 1. est Innocentii III. 2) Cf. Ann. Erphesf., SS. VI, p. 541. 3) Georgenthal apud Gotham. 4) Cf. supra p. 98.

peregre profectus ultra mare per desertum Romanie cum multa milicia cruce signatorum, postquam gloriose triumphaverat de inimicis crucis Christi, anno Domini 1190.[a] in modico fluvio, in quem balneandi gracia post meridiem descenderat, aput Armeniam in die sancti Iun. 11. Barnabe apostoli[1], multis presentibus a casu submersus est. [Huic[b] Friderico inperatori seniori misit soldanus nobile vas, scilicet tartareum smaragdinum, plenum balsamo. Et nunciis videntibus, ipse Fridericus inperator, postquam plurimum laudaverat, ipsum vas proiecit et in frusta confregit, dicens: 'Ego solus non habebo[c] hec preciosa, set alii mecum'. Et de nobilibus ibi presentibus unusquisque collegit quod voluit]. Tempore huius Friderici inperatoris magister Gracianus compilavit decretum, ut videtur, et magister Petrus Lombardus sentenciarum libros 4 et abbas Ioachim libros suos.*) Tempore huius prefati inperatoris successive septem pape fuerunt.

Adrianus papa 179. ordinatur, sedit annis 4, mens. 9.

Alexander papa 180. ordinatur, sedit annis 22. Cum isto papa, scilicet Alexandro III, per dissensionem cardinalium Victor scismaticus electus est, et simul ambo consecrantur. Tunc Alexander papa in Franciam fugit tempore scismatis, et ipse papatum obtinuit.**) Sub hoc papa sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus occisus[d] est***) anno Domini 1174. Hic[2] papa constituit, ut nullus sanctus novus in veneracione habeatur, nisi ex auctoritate apostolica et[e] nisi sit canonizatus a papa†). Tamen ante quelibet dyocesis suum sanctum sollempniter[f] canonizavit. Exemplum[g] de sanctis scilicet Martino, Ambrosio, Burchardo[h], Wigberto, Severo, Augustino[i] et aliis. Hic eciam constituit[k], in personas vel[l] loca fieri sentenciam interdicti. Et constituit, quod clerici ordinari possunt in sabbato Sicientes, et[m] quod clerici homicide ordinari non debent. Hic Alexander papa eciam constituit, quod papa a duabus partibus cardinalium eligatur ad minus, et quod excommunicatus sit ipso facto, qui aliter electus gesserit se pro papa. Extra. de eleccione: *Licet.* Constituit eciam, ut nullus[n] clericus habeat duas vicarias. Constituit eciam[o], ut coniugati intrantes religionem separentur auctoritate episcopi dyocesis et ambo caste vivant. Et[p] constituit de affinitate, scilicet ut[q] nullus contrahat cum cognata eius usque ad quartum gradum, quam carnaliter cognovit. Et[p] constituit de spirituali cognacione, scilicet quod nullus suam[r] spiritualem sororem, quam pater suus vel mater sua levavit de sacro fonte, ducat in uxorem. Et[s] constituit, ut nullus in sacris ordinibus habeat uxorem vel concubinam. Et[p] constituit, ut, sicut[t] filius heres solvere debet debita patris[u] sui, ita prelatus solvere debet debita predecessoris sui pro necessitate ecclesie sue contracta.

Anno Domini 1181, defuncto Alexandro papa, Lucius papa 181. ordinatur, sedit annis 3. Hic constituit, ut missa presbiteri[v] concubinarii, quamdiu toleratur ab ecclesia, id est quamdiu non condempnatur, potest[w] audiri, et possunt ab eo recipi ecclesiastica sacramenta. Sub[x] hoc papa Lucio III, anno[y] Domini 1182. Franciscus ille[z] a Deo utique preelectus in Assisio natus est. Hic[a] Lucius papa eciam constituit sentenciam interdicti.

Urbanus papa 182. ordinatur, sedit annis 2[b].

Gregorius papa 183. ordinatur, sedit menses 4.

Clemens papa 184. ordinatur, sedit annis 4. Hic papa[c] Clemens constituit tempus Decr. II, 9, 4. feriarum, scilicet ut non fiat tradicio[d] sponsarum vel sollempnitas nupciarum a dominica

*) B 2 *add.:* Iste abbas Ioachim predixit[3] futuros in mundum ordines fratrum Minorum et predicens[e] ostendit eos in pictura.

**) B 2 *add.:* Iste Fridericus imperator longo tempore fovit Victorem scismaticum.

***) B 2 *add.:* In loco qui dicitur Clarevallis audivit sanctus Bernardus abbas voces multorum angelorum cantancium antiphonam *Salve regina* et cetera usque *Ostende* et ipse apposuit *O clemens, o pia, o dulcis Maria.* Et hac occasione Clarevallense monasterium ibi factum est.

†) B 2 *add.:* Extra. de ve[neracione] sanctorum: *Audivimus. Cum ex eo.*

a) MCXX. A 1; MCXCI. B 1; MXI. B 4; MCXCIII. B 6; MCXLVIII. B 6a; a. D. 1190. *des.* B 2. 3. b) *uncis inclusa des.* A 1. B 1. c) habeo B 2. 6a. C 1. 3. d) a. D. 1174. occ. est B 1. 2. e) et n. *et* a p. *des.* C. f) *deest* B 5. 5a. g) E. de s. *des.* B 2. h) Bernhardo B 1. i) et Aug B 3 6a. C 1. 3. k) quod cl. — debent *hic habent et deinde* Et (Item B 3. C) const. in pers. — interdicti B 3—6a. C. l) vel in l. B 4. C 3. m) item C. n) *deest* C; cl. non h. C 3. o) Const. *deest* A 1; Et const. B 4—6a; Item const. B 3. C. p) Item B 3. C. q) quod B 5. 5a. r) *deest* B 2. 5. 5a. s) Item B 3. C 1. 2; Et — concubinam *des.* C 3. t) *deest* B 1. 3. u) patris — debita *des.* A 1. B 6a. v) conc. pr. B 3—5a. C. w) *ita omnes codd.* x) Sub — natus est *des.* C y) a. D. 1182. *des.* B 3—6a; MCLXXXVIII. B 1. z) ille — preel. *des.* A 1. — electus ut. B 4; utique *deest* B 6; D. pie el. B 6a. a) Item const. C; papa *deest* B 3—6a. b) 2 — menses *des.* B 2. c) Cl. p. B 3—6a. C. d) traduccio B 4, *alii.* e) *ita* B 2; *fort.:* et Predicatorum et.

1) Potius in vigilia S. Barnabae (Iun. 10). 2) Sequentia omnia ex Decretalibus, scilicet III, 45, 1; I, 11, 3; I, 6, 6; IV, 11, 3; IV, 14, 1; III, 23, 1, etc. 3) In Ieremiam cap. 13 (Coloniae 1577, 8°, p. 156 sqq.).

ante ascensionem Domini usque post[a] octavam[b] pentecosthes et a dominica adventus usque ad[c] octavam epyphanie et[d] a septuagesima usque ad octavam[e] pasche. Constituit eciam[f], ut clerici non pugnent in duello nec pro se pugiles introducant. Et[g] constituit, ut clericus qui procuravit[h] sibi[i] amputari virilia et[k] genitalia missam non celebret. Constituit[f] eciam, Decr. IV, 11, 4. ut nullus suam commatrem ducat in uxorem.

Celestinus papa 185. ordinatur, sedit annis 7. Pontificatus huius pape anno 3. prefatus[l] Fridericus inperator submersus est; cui successit filius suus[m] Heinricus.

Anno Domini 1190. Heinricus, filius[n] Friderici, inperium adeptus, regnavit annis 7. Cum[o] esset rex, eo presente in Erfordia anno Domini 1184.[p] quidam comites et nobiles in cloacam cadentes ruptis trabibus pariter numero 7 interierunt[1].*) Iste inperator Heinricus veneno interiit et sepultus est in Spira. Huius inperatoris frater Philippus[q] rex in regni scismate, cum tamen esset dux Swevorum, regnavit[r] annis 11, et in Babenberg a palatino de Witelingesbach anno Domini 1208. occisus est et sepultus in Spira. Ipse eciam[s] palatinus, cum profugus evasisset et[t] in quadam grangia monachorum nimis[u] securus ludendo provocaret cum clipeo vervecem trudendo, subito ab amicis Philippi irruentibus in vindictam fusi sanguinis occisus est.

Decr. I, 6, 14. Hic papa Celestinus III. constituit, ut[v] in ecclesiis conventualibus celebretur eleccio I, 21, 3. de prelato[2]; et[w] constituit, quod[x] bigami non ordinentur; constituit eciam[y], ut nullus[z] duos sacros ordines una die recipiat; et constituit[a], quod pueri, cum pervenerint ad annos III, 31, 14 discrecionis, id est ad 15[b], si noluerint remanere in claustris[c], licite possint ire ad seculum et ad hereditatem suam.**)

Anno Domini 1198, inperatoris Heinrici anno 4, Innocencius papa 186.[d] ordinatur, sedit annis 19. Iste vocabatur Lotharius, natus de nobilibus[e] Romanis.

Anno[f] Domini 1200, sub papa[g] Innocencio III. et tempore Heinrici inperatoris huius cepit in Accon ordo fratrum Theutonice domus. Hic papa fuit eruditus valde et plurimum eloquens. Hic[h, 3] composuit librum de[i] sacramento altaris et sermones et librum de miseria humana. Hic fecit plurimas decretales. Huius pape Innocencii III. pontificatus anno 10, anno vero ab[k] incarnacione Domini 1206, Franciscus,[l] ut sapiens architectus cepit penitenciam agere et, Deo misericorditer disponente, iniciavit ordinem fratrum Minorum, et[m] tunc ipse prefatus papa, statim[n] ut vidit et audivit sanctum Franciscum, divinitus inspiratus ordinem approbavit, dans sancto Francisco mandatum, ut predicaret verbum Dei, et[o] suis sociis ac[p] fratribus similiter dedit.***) Hic papa[q] constituit, ut ultra quartum gradum consanguinitatis[r] licite contrahatur matrimonium. Hic papa[s] Innocencius III. eciam constituit, ut, si aliquis in excommunicacione mortuus est, qui indicia[t] manifesta penitencie habuit, debeat extumulari et absolvì et recipi cum suffragiis ad ecclesiasticam sepulturam. Extra. de sentencia excommunicacionis: *A nobis est quesitum.* Hic papa confirmavit regulam et ordinem Sancte Trinitatis. Illi fratres totam substanciam[u] dividunt annuatim[v] in tria, unam in proprios usus

*) B 3 *add.:* Set ipse imperator residens in fenestra non cecidit.
**) B 2 *add.:* Anno Domini 1196, sub Celestino papa Richardus rex Anglie peregrinus Terre Sancte a duce Austrie Lupo captivus ductus est et in vinculis detentus, donec magna peccunia se redemit.
***) B 2 *add.:* Iste papa ad elevacionem hostie in missa ait: *Ave principium nostre creacionis, ave precium nostre redempcionis, ave viaticum nostre peregrinacionis, ave salus mundi, verbum Patris, hostia vera, viva caro, Deitas integra, verus homo.*

a) usque — adventus *des.* B 2. — ad B 3—6a. C. b) octavas (B 6) p. item a. C. c) post B 2. 3. 5. 5a. 6. d) item C. — a xl[a] A 1. e) octavas C. f) Item const. ut C. g) Item B 3. C. h) procuraverit B 3. C 3. i) v. et g. s. amp. B 3—5a. C 1. 2. k) vel B 1. C 2; et g. *des.* A 1. l) *deest* C. m) *deest* A 1. C 1. n) f. F. *des.* B 3—6a. C. o) Isto imperatore pres in E. A 1. p) mclxxxiii. B 6. 6a. C; mcxx. A 1. q) factus est *ins.* C. r) et r. a. xii C. s) tamen A 1; enim C. t) *deest* B 3—6a. C. u) m. cum vellet esse n. s. et l. C. v) ut in const. eciam *des.* B 5. 5a. w) item C. x) ut A 1. B 6a. y) et const. ut B 1. 6. 6a; item c. ut C. z) nullus — quod *des.* A 1. a) *deest* B 3—6a. b) si votum pervenerunt *add.* B 2; annos *add.* B 3. 5. C. c) claustro B 1. C 3. — possunt C. d) clxxxvii. C. e) nobilioribus Romanorum C. f) Sub isto p. et sub isto imperatore a. D. 1200. cepit C. g) hoc p. B 3—6. h) papa *add.* C. i) de — librum *des.* A 1; alt. et s. *des.* B 3; et serm. *des.* C. k) ab i. *des.* B 3—6a. C. l) beatus Fr. C. — ut s. a. *des.* A 1; ut — disponente *des.* C. m) et — similiter dedit *des.* C. n) statim — inspiratus *des.* (p. ipsum ord.) A 1. o) cum fratribus suis. Hic A 1. p) et B 4. 5. 5a; ac — dedit *des.* B 6. 6a. q) *deest* A 1. B 1 r) *deest* B 3. s) p. I. III. *des.* B 2 (Et const.). 3—6a. C. t) signa A 1. u) suam *add.* C. v) *deest* C. — in tres partes C.

1) Cf. Toeche, Jahrb. Heinrichs VI. p. 33 sq. 2) Male intellexit Decretalium caput. 3) Haec ex catal. pont. sumta sunt, quae fere iisdem verbis apud Gilbertum, alios leguntur.

servant, secundam partem in usus peregrinorum et pauperum, terciam[a] mittunt ultra mare in redempcionem captivorum.

[Anno[b] Domini 1201.] sub hoc papa civitas Constantinopolitana capta est[c] et spoliata a christianis plurimis diviciis et rebus ac multis sanctorum reliquiis[c], ut apparet in Venecia et in Halberstat. [Hoc[d] contigit anno Domini 1201]. Hic papa Innocencius[e] declaravit, quod principes Theutonie ius habent in eligendo regem promovendum[f], si non fuerit hereticus vel[g] stolidus aut[h] perpetuo infirmus, in inperatorem Romanorum. Extra. de eleccione: *Venerabilem.* Hic constituit, quod alter coniugum[i] altero invito ante carnalem copulam potest eligere[k] religionem; et hoc statuit similiter Alexander papa III[1]. Iste papa[l] Innocencius III. statuit, ut in omni christianorum provincia notabiliter distinguatur habitus Iudeorum in utroque sexu[2]. Constituit eciam[m], ut nullus clericus in[n] sacris ordinibus[o] habeat uxorem vel concubinam in occidentali ecclesia. Constituit eciam, ut[p] nullus clericus habeat plura beneficia ecclesiastica[q] vel duas dignitates absque dispensacione sedis apostolice.

[Anno[r] Domini 1212.*) regina Ungarie, mater sancte Elizabeth, occisa est, et pueri profecti sunt ultra mare cum multitudine; set peregrinacio illa annichilata periit].

Hic[r'] papa Innocencius eciam[s] constituit, ut quilibet adultus ad minus semel in anno plebano suo confiteatur et ad minus in pascha percipiat corpus Domini, nisi de consilio eius[t] abstineat; et[u] constituit, quod confessor nulla racione prodat peccatum confitentis[v]. Extra. de penitenciis: *Omnis utriusque.* Et[u] constituit, quod quilibet religiosus ad arciorem ordinem, postulata licencia, etsi[w] non detur licencia, licite possit transire[3]. Et[u] constituit, quod novicii non recipiantur ad professionem nisi finito[x] anno probacionis, quamvis novicii renunciare possint[y] iuri suo. Hic papa[z] eciam constituit, ut prelati subditos clericos suos seu presbiteros exaccionibus gravare non presumant et visitantes parrochias et ecclesias eveccionum numerum non excedant, ita quod episcopi 20 vel 30 habeant [ministros[a]], archidiaconi 5 vel 7[b], decani[c] sive archipresbiteri[d] 2, et quod sine canibus venaticis et avibus proficiscantur, ne graventur ecclesie nimietate expensarum Extra. de censibus: *Cum apostolus.* Et[e] constituit, ut apostolorum vigilie ieiunentur, exceptis Philippi et Iacobi et Iohannis ewangeliste et Barnabe; et[f] quod infirmi in ieiunio possunt[g] comedere carnes, ut maius periculum evitetur, et quando urgens necessitas requirit[4]. Et[e] constituit, ut in ecclesiis doctores et studium gramatice habeantur, et quod metropolitana[h] ecclesia magistrum habeat, qui legat in theoloyca facultate, et quod illi in expensis provideatur[5]. Et[e] constituit, quod[i] Iudei novas synagogas non faciant, ubi prius non habuerunt, nec ampliores eas faciant[6]; et quod christiani Iudeis[k] in domibus eorum non serviant, et nutrices christiane Iudeorum[l] infantes non nutriant. Iste[f] gloriosus papa Innocencius III, mortuo Heinrico inperatore, Ottonem ducem de Brunswic inunxit Rome et consecravit in inperatorem. Post parvum[m] tempus excommunicavit eundem, suscitans sibi adversarium Fridericum, filium Heinrici inperatoris, quem ipse papa sublimavit ad sceptrum regni.**)

*) *Codd.* B 3—6a. C *hic inserunt:* per beatum Franciscum et sanctam[n] Claram virginem cepit[o] ordo pauperum dominarum, videlicet[p] post sextum annum conversionis sancti Francisci. Eodem tempore[q] B 2 *hic inserit:* cepit ordo sancti Damiani per sanctum Fr(anciscum). Fratres in Morrachium[r] missi per sanctam Claram virginem, missi et per sanctum Franciscum, quinque ex eis iussu regis martirizati sunt, per quorum reliquias contigerunt plura miracula.

**) B 2 *add.:* Tempore huius Heinrici VI. tante pluvie cum tempestatibus et choruscacionibus ac tonitruis facte sunt, quantas non recordabatur tunc ulla hominum antiquitas. Lapides enim ad quantitatem ovorum quadranguli mixti cum pluvia de celo cadentes multos occiderunt et destruxerunt ea que erant in campis. Corvi portantes ignem et alie aves incenderunt domos. *Ex Iac. Leg. aur. supra p.* 171.

a) partem *add.* B 3—6a. C 1. 2. b) A D. 1201. *des.* A 1; Sub isto p. a. D. 1201. C. c) *deest* B 5. 5a. d) Hoc - 1201. *des.* B 2—6a. C. e) *deest* B 2. C. f) et promovendo C. g) aut B 3—6a C. h) vel B 3. 4 5a. 6. 6a. C. i) coniugium C. k) intrare C. l) Idem eciam I. B 2. m) Item c. C 1. 2; Hic c. C 3. — quod B 2—6a. C. n) in s. o. *des.* B 5. 5a. o) constitutus *add.* C. p) quod B 2. 5. 5a. C. q) *deest* C. r) Anno — periit *des.* A 1. r') Item iste C. s) *deest* B 1. 5. C. t) c. (sui C 3) sacerdotis B 1. C 3; sui confessoris C 1. 2. u) item B 3. C. v) penitentis C 1. 2. w) etsi — licencia *des.* C 1. 2. x) expleto B 1. y) possunt A 1 (posst'). B 1. 4; p. r. B 3. C 2. z) *deest* B 2. 3. 6. 6a. C; Item c. C. a) *deest omnibus codd. praeter* B 2. b) VI B 1. C. c) diaconi B 3—6a. C. d) presbiteri C. e) Item B 3. C. f) item C. g) possint B 2. 4. 5. 5a. 6. C 1. 2. h) in m... habeant C. i) ut A 1. B 6. 6a. k) *deest* A 1? B 3—6a. C. l) pueros eorum non B 1. m) vero *add.* C. n) et (per 1. 2) beatam C, *ubi* virg. *deest.* o) *deest* B 4. 5. 5a; iniciatur C 1. 2; iniciavit C 3. p) videl. — Francisci *des.* C. q) anno B 3. r) *corr.* Marrochium.

1) Decretal. IV, 1, 16. 2) ib. V, 6, 15. 3) ib. III, 31, 16 et 18. 4) ib. III, 46, 2. 5) ib. V, 5, 4. 6) ib. V, 6, 7 et 13.

Otto, filius Heinrici[a], ducis Bawarie et[b] Saxonie, inperium adeptus, regnavit annis 9. Iste Otto inperator a papa Innocencio excommunicatus fuit usque ad mortem; set in articulo mortis a prelatis absolutus obiit, sepultus[c] in Brunswic. Hic papa Innocencius sicut Alexander papa III. statuit[d], fieri sententiam interdicti in personas vel in loca; et[e] quod nullus novus[f] sanctus in veneracione habeatur nisi auctoritate sedis apostolice, ita quod canonizetur a papa. Hic papa Innocencius III. sanctos canonizavit, scilicet sanctum Thomam Cantuariensem archiepiscopum et sancti Heinrici inperatoris sponsam, sanctam[g] Kunegundim virginem. Hic papa Innocencius III. pontificatus sui anno 18[1], anno vero Domini 1214. in Lateranensi palacio plurimum sollempne et isti mundo generale concilium celebravit
Nov. 1. in festo omnium sanctorum. Ibi prelatorum et aliorum multitudo maxima congregata fuit. In quo ipse papa multas constituciones edidit, et inter alias de passagio et cruce signandis in subsidium Terre Sancte maxime mentem posuit, et per ecclesiam universalem oraciones ante *Agnus Dei* in missa pro Terra Sancta instituit[h], videlicet psalmum *Deus venerunt gentes* cum precibus et collecta *Deus qui admirabili providencia.**

[Anno[i, **] Domini 1215. obiit Hermannus langravius. Sequenti[k] anno confirmatus est ordo[l] fratrum Predicatorum a papa Innocencio III.]. Igitur post concilium tantum uno anno ipse papa supervixit; et cum egrotaret ad[m] mortem in civitate Perusii, quidam abbas, prout[n] fertur, Cysterciensis, veniens cum suis[o] ad curiam Romanam, qui cepit sompnum meridie[p] in prato ante Perusium, viditque visionem hunc habens[q] modum. Vidit, inquam[r], ille abbas in sompno[s] ad orientalem plagam Dominum sedentem in excelso throno, faciem habentem versus occasum, circumstante exercitu angelorum in prato; viditque ab occidentali parte eiusdem[t] prati hominem toto corpore nudum, set infula pontificali decoratum, currentem velocissime versus sedentem in throno et alta voce clamantem: 'Miserere mihi[u] misero, misericordissime Deus'! Et vidit, quod insequebatur illum currentem magnus draco subito persequens eum[v], ut devoraret ipsum[w]; et veniens ante sedentem in throno alta voce draco clamavit: 'Iuste iudica, iustissime[x] iudex'. Et cum hoc abbas vidisset et audisset, protinus evigilavit, et visio disparuit, nec illius disceptacionis exitum ullatenus[y] scire potuit. Cumque abbas ascendisset in civitatem Perusii, que in monte sita est, audivit sonitum quasi campanarum et luctum plangencium et voces[z] lamentancium et dicencium: 'Heu dominus papa Innocencius defunctus est'.

Anno Domini 1217. Innocencius papa[a] III. in Perusio feliciter obiit et ibidem sepultus est.

Fridericus, Heinrici[b] inperatoris filius, inperium adeptus, regnavit annis 30, 100. a Cesare Augusto.***

Defuncto Innocencio papa[c] III, Honorius papa 187. ordinatur, sedit annis 11. Hic† papa Honorius III. vitam et regulam sancti[d] Francisci confirmavit et in registro posuit.

*) B 2 *add.:* Anno Domini 1213. Heinrici imperatoris filius Fridericus contra Ottonem imperatorem in Alemaniam veniens, mirifice triumphavit[1].

**) *Uncis incl. codd. C ita ampliant:* Eodem tempore Hermannus lantgravius obiit. Anno Domini 1215. beatus Dominicus ut sapiens architectus[2], Deo misericorditer disponente, iniciavit ordinem fratrum[e] Predicatorum, et tunc[f] ipse papa, statim ut vidit et audivit beatum Dominicum, divinitus inspiratus[g] ordinem approbavit, dans beato Dominico et posteris suis mandatum, ut predicarent verbum Dei, et hortans eum, ut regulam aliquam approbatam sibi eligeret et sic ad ipsum rediens confirmacionem ad libitum reportaret. Qui, invocato Spiritu sancto, regulam beati Augustini doctoris et predicatoris egregii elegit.

***) B 2 *add.:* Hoc anno obiit imperator[3]. Anno Domini 1219. civitas Damiata a christianis capta fuit.

†) *Pro* Hic — benedictus Deus *codd. C haec habent:* Hic Honorius papa[h] III. ordinem Predicatorum confirmavit et in registro composuit[i]. Hoc contigit ad salutem multarum animarum. Sequenti anno confirmatus est ordo fratrum Minorum.

a) ducis H. d. B 3. 5. 5a. b) et S. *des.* C. c) et s. est B 1. 4. 5. d) constituit B 3—6a. C. e) item C. f) s. n B 3. 6. C 3. g) *deest* B 4. 5. 5a. h) *ita* A 1. B 1; statuit *alii.* i) *uncis incl. des.* A 1. B 1. k) Et conf. B 2. l) celebris ille *add.* B 2. m) ad — civitate *des.* C; in civ. *des.* A 1. n) ut A 1. B 1. 3; prout — ille abbas *des.* C 3. o) sociis *add.* C 1. 2. p) in m. B 1. C 1. q) *ita* A 1, *omnes* B; habentem C 1. 2; hab. hunc B 3. 4. 5. r) *deest* C 1. 2. s) sompnis B 1; in s. *des.* B 2 6a. C. t) *deest* C. u) mei B 4. 5. 5a. 6a. C 1 (*corr* mihi). 3. — miserere A 1. B 5. 5a (*qui et* mei *iterum add.*). v) *deest* B 1. 3. w) illum B 1. 6a; eum C 3. x) invictissime B 3 5a. C; iud. iudicium summe B 2; Deus *add* B 3. 6. y) nullat. A 1. B 6a; *deest* B 1. z) vocem B 4. 5. 5a. 6a. C 1. 2; voce B 6; et v. l. *des.* C 3. a) *deest* B 2. C. b) f. H. i. B 4. C. c) *deest* C. d) beati B 3—6. e) *deest* C 3. f) et ut t. C 3, *ubi* statim ut *postea des.* g) inspiratum C 2. 3. h) *deest* C 2. 3. i) composuit *corr.* posuit C 1; confirmavit et posuit C 3.

1) Eadem fere verba apud Gilbertum et Martinum Opp. 2) Interpolator, frater ordinis Praedicatorum, repetit supra p. 194. de s. Francisco dicta, in C omissa. 3) scil. Otto.

Hoc[a] contigit ad salutem multarum animarum anno Domini 1224. Super[b] omnia benedictus Deus! Hic papa Fridericum, filium Heinrici inperatoris, Rome consecravit[c] in inperatorem anno[d] Domini 1219[1].

Ipso[e] eodem anno beatus[f] Dominicus, iniciator ordinis fratrum[g] Predicatorum, feliciter migravit ad Christum, cum[h] non plene 4 annis eidem ordini prefuisset.*) [Quidam[i] nomine Bertramus, qui fuerat reclusus aput Tornacum, gessit se cum[k] pompa aliquamdiu pro comite Baldewino Flandrie. Propter[l] hoc a rege Francie et a comitissa Flandrie suspensus est in patibulo].

Anno Domini 1225. Engilbertus Coloniensis archiepiscopus occisus est a comite Friderico de Ysinburg, qui et ipse in ulcionem fusi sanguinis in Colonia per iudicialem sentenciam crurifragio misere interiit.

Sub[m] hoc papa anno Domini 1223.[2] fratres Minores mansionem Erfordie[n] receperunt.**)

Hic papa Honorius III. constituit sicut et canon, ut corpus Domini semper in ecclesiis propter[o] infirmos servetur et semper[p] sub sera. Et[q] constituit, ut sacrosanctum corpus Domini semper[r] ad infirmos in habitu decenti portetur[s] cum reverencia et lumine precedente, ut Deus honorificetur et populus edificetur et fides roboretur[3]. Constituit eciam Honorius[t] papa III, sicut et[u] Innocencius papa III, ut ecclesie metropoles doctores in theoloyca facultate habeant et ut aliquos ydoneos ad studium generale transmittant, ut postea copiam doctorum habeant, qui alios informent. Et[v] constituit, quod docentes in theoloyca facultate et similiter studentes in ea in scolis per 5 annos integre percipiant proventus prebendarum suarum et beneficiorum[w] de gracia sedis apostolice. Extra. de magistris: *Super specula.* Hic papa Honorius sortis usum in eleccionibus perpetuo prohibet et[x] condempnat, scilicet ne[y] prelati per sortes eligantur. Hic papa eciam iudicium candentis ferri stricte prohibet, quia in ipso[z] et Deus videtur temptari. Iste[a] papa Honorius III. sanctitate et virtutibus plenus feliciter[b] migravit [ad Christum] sepultusque[c] est Rome ad Sanctam Mariam Ad Presepe super 4 piramides in rufa porfiretica. Illam sepulturam huius pape suus[d] successor Gregorius papa fecit[e] fieri.***)

Anno Domini 1224.[f] beatus ille[g] servus Dei Franciscus contuens in aere Seraphim in[h] cruce positum, extunc in palmis, latere et pedibus effigiem plagarum Christi tulit usque ad felicem exitum suum, multis tunc utriusque sexus videntibus illa in eo Christi stigmata.

Anno Domini 1226, pontificatus[i] huius Honorii pape anno 10, Friderici inperatoris anno 7. inperii[k], ex quo perfectissime adhesit Christo anno 20, ipse beatus[l] Franciscus aput Assisium feliciter et[m] sicut stella choruscans migravit ad Christum etatis sue anno 45. Igitur[n] in statu perfeccionis et sancte religionis 10 annos sub papa Innocencio III. et alios 10 annos sub papa Honorio III. Dei clemencia favente perfecit.†)

*) B 2 *add.:* Anno[4] Domini 1220. Iudei in Erdphordia circiter 26 a Frisonibus peregrinis et ab aliis christianis, orta sedicione, subito occisi sunt. Anno Domini 1222. Heinricus prepositus Munnico pro heresi crematus est in Hildesheim. Anno Domini 1223. beatus Franciscus ab Honorio papa regulam accepit ordinis fratrum Minorum bullatam et registratam.

**) videlicet extra muros et in Magdeburg similiter *add.* B 2.

***) *Codd.* B 2 (*post* capta fuit). B 4. 5. 5a. C 1. 2 *hic add.:* Anno Domini 1219. in Northusen monialibus canonici successerunt.

†) B 2 *add.:* Hoc anno tempore messis ventus vehemens maturam annonam stantem in agris quasi generaliter excussit maxime in Thuringia[4].

a) Hoc — animarum *des.* A 1. b) Super — Deus *des.* B 2. c) c. R. C. — in *deest* B 3. 6a. C 2. d) a. D. 1219. *des.* B 2; MCCXXIX. A 1; MCCXXI. C 1. 3 *e corr.* e) *deest* C. f) sanctus B 3—6a; *deest* B 2. g) *deest* B 2—6a. h) cum — prefuisset *des.* C. i) Anno Domini MCCXXV. q. B 1; Quidam — patibulo *des.* A 1. k) se pro papa et al. C. l) Pr. — Flandrie *des.* C 2. m) Sub — receperunt *des.* C. n) E. m. A 1. B 6. 6a. o) reservetur pr. i. B 3—6. C. p) semper — Domini *des.* C 3. q) Item B 3. C 1. 2. r) *deest* B 2—6a. C. s) et *add.* B 3—6a. C. t) H. p. III. *des.* B 2. C 1. 2; Hon. — sicut et *des.* C 3. u) *deest* B 2—5a. C. v) Item B 3. C. w) suorum *add.* B 1. 2. C 2. x) et cond. *des.* B 2—6a. C. y) ut p. p. s. non elig. A 1. z) eo B 3—6a. C a) Hic C. b) m. f. B 1. 5. 5a. — ad Chr. *des.* A 1. B 1. c) que *deest* B 1. 6. 6a; et sep. C. d) p. succ. eius B 3—6a. C. e) fi. fec. B 1. C 3. f) MCCXXVIII. B 2; MCCXXXVIII. A 1. g) ille s. D. *des.* C. h) *deest* B 3—6a. i) pont. — anno 20. *des.* C. k) inp. — Christo *des.* A 1. l) beatissimus B 3—5a. m) et s. st. *des.* A 1; et — choruscans *des.* C. n) Igitur — perfecit *des.* B 6. 6a. C.

1) 1220, Nov. 22. 2) Ita quoque Ann. Erphord., SS. XVI, p. 27, sed secundum Iordanum de Yane ed. Voigt p. 534. hoc demum a. 1224. factum est. 3) Decretal. III, 41, 10. Sequentia ex iisdem V, 5, 5; V, 21, 3; V, 35, 3. 4) Cf. Chron. Sampetr.

Anno Domini 1227, defuncto Honorio papa III, Gregorius papa a[a] beato Petro 188. ordinatur, sedit annis 16. Eodem anno fuit multa crucesignatorum turba congregata aput Brandeiz[1], ut pariter cum Friderico inperatore in Terre Sancte subsidium transfretarent; set dolo Friderici inperatoris, ut fertur, interveniente, illud[b] passagium inpeditum fuit, et magna milicia[c] illa christianorum, que amplius quam ad 60 milia estimabatur, dissipata fuit. Et ille[d] illustris langravius Thuringie Ludewicus, paratus corde et corpore cum omnibus suis armatis transire[e] mare in subsidium Terre Sancte, ibi aput Ortrant[2], ut fertur, veneno intoxicatus, obiit feliciter, et reductus sepultus est in Reinhersburnen. Hic papa Gregorius IX. vocabatur Hugolinus[f].

Iste papa anno Domini 1228, pontificatus vero sui anno 2, canonizavit sollempnissime beatum Franciscum* in civitate Assisii.** Postea idem venerabilis papa tres sanctos successive canonizavit, videlicet beatum Dominicum ordinis fratrum Predicatorum et beatum Anthonium ordinis fratrum Minorum et beatam Elizabeth de Marcburg, relictam videlicet[g] illustrissimi principis[h] Ludewici langravii Thuringie. Hic[i] papa Gregorius IX. Rome celebravit sollempniter magnum generale capitulum fratrum Minorum, in quo frater[k] Albertus de Pisis electus fuit in aure ipsius Gregorii pape in generalem ministrum eiusdem ordinis fratrum Minorum et mox confirmatus ab ipso papa anno Domini 1239[l]. Ipso[m] eodem anno Gregorius[n] excommunicavit Fridericum inperatorem, obiciens ei multos, graves et enormes articulos. Hic papa[o] constituit fieri[p] sentenciam interdicti. Constituit eciam, quod filius
Decr. IV, 11, 8. sacerdotis non potest ducere in uxorem puellam, quam pater suus baptizavit. Et[q] constituit, quod layci, cuiuscumque sint[r] religionis, predicare non debeant. Hic[s] papa, cum esset cardinalis et episcopus Hostiensis, fovit[t] sanctum Franciscum a principio nascentis ordinis sui, quem ad modum gallina fovet pullos suos; ipse namque ab Honorio papa constitutus[u] fuerat protector ordinis novelli[v].***

Anno Domini 1231. sanctus[w] Anthonius in Padua ordinis fratrum[x] Minorum et sancta Elizabeth[y] in Marcburg migravit[z] ad Christum.†

Anno Domini 1233. magister Conradus de Marcburg, predicator verbi Dei, occisus est.††

Anno Domini 1236. sancta Elizabeth in Marcburg translata est [Kal.[a] Maii].

Iste Gregorius IX. duos ordines confirmavit, quos sanctus[b] Franciscus ordinavit[c], unum pauperum[d] dominarum sanctimonialium, alterum penitencium, qui sexum capit utrumque, scilicet clericos, coniuges, virgines et[d] continentes. Idem papa eciam confirmavit ordinem monialium penitencium, scilicet sancte[e] Marie Magdalene.

[Anno[f] Domini 1237. frater[g] Iordanus magister[h] Predicatorum mersus[i] est in mari Mediterraneo et sepultus est[k] in Terra Sancta]. Idem Gregorius papa IX.††† fecit de extravagantibus*† unam compilacionem[l] nobilem, quam divisit in 5 libros; unde versus:

*) beatum — Thuringie *codd.* C *ita mutant:* beatum Dominicum de ordine fratrum Predicatorum canonizavit. Postea idem papa[m] tres sanctos successive canonizavit, duos de ordine[n] Minorum, videlicet beatum Franciscum et beatum Anthonium, item beatam Elizabeth, relictam Ludewici lantgravii Thuringie.

**) B 2 *add.:* Anno Domini 1230. magnus Syfridus archiepiscopus Maguntinus obiit, sepultus Erphordie[3].

***) *Codd.* B 4. 5. 5[a]. C 1. 2 *add.:* Anno Domini 1228. fratres Predicatores locum receperunt in Ertfordia.

†) B 2 *add.:* Ludwicus[4] dux Bawarie hoc anno per ensisinos occisus fuit.

††) *Codd.* C *add.:* Anno[o] Domini 1235. fratres Predicatores locum receperunt[p] in Constancia.
B 2 *hic add.:* Anno Domini 1235. Fridericus imperator filium suum Heinricum cepit et eum regno privavit. Anno Domini 1234. Stetingi occisi sunt, scilicet 5 milia et 25, in dyocesi Bremensi.

†††) *Codd.* B 4. 5. 5[a]. C *add.:* testatur in principio Decretalium, que per fratrem Reimundum[q] ordinis Predicatorum colligi[r].

*†) per fratrem Reimundum ordinis Predicatorum *add.* B 2.

a) a b. P. *des.* C. b) ī B 4. 5[a] *(erasum)*; in *del.* B 5. c) milia B 3—6[a]. d) *deest* B 3—6[a]. C. e) *ita* A 1; transi(v)it B. C. f) Hugilinus B 2. 3. 5. 5[a]. g) vero B 3. 5. 5[a]. 6[a]; *deest* 6. h) *deest* B 2—6[a]. C. i) Hic — ab ipso papa *des.* B 6. 6[a]. C. k) *deest* B 3—5[a]. l) MCCXXIX. A 1? B 3. 4. 6. 6[a]; MCCXL. *e corr.* B 2. m) I. e. anno *des.* B 2. 6. 6[a]. C. n) papa *add.* B 1. 2. 6. 6[a]. C 3. o) *deest* C. p) *deest* A 1. 6. C. q) Item C. r) rel. s. B 6. 6[a]. C 1. 2. s) Hic — ordinis novelli *des.* C. t) fovit — Honorio papa *des.* B 6. 6[a]; a pr. — ord. novelli *des.* A 1. u) institutus B 1. 2. v) nov. ord. B 5. 5[a]; ord. fratrum Minorum B 6. 6[a]. w) *deest* B 4. 5. 5[a]. C 1. 2. x) *deest* A 1. B 2. y) lan(t)gravia *add.* B 5. 5[a]. z) migraverunt B 1—4. C. a) K. M. *des.* A 1. B 1. b) beatus C. c) ordinaverat B 3—6[a]. C. d) *deest* C. e) *deest* A 1. C. f) Anno — Terra Sancta *des.* A 1. g) fr. — Predic. *des.* C 3 h) ordinis *add.* B 1. C 1. 2. i) submersus B 1. C. k) *deest* B 2. 3. 5. 5[a]. l) *deest* C 1, *post. m. superscr.* summam, *et ita* C 2. — notabilem B 2; nobilissimam C 1. 2. m) anno Domini MCCXXVIII *add.* C 3. n) fratrum *add.* C 3. o) C 1. 2 *hoc loco*, C 3 *post* Kal. Maii. p) ceperunt C 3. q) magistrum *add.* C. r) collegi B 4. C 3.

1) i. e. Brundusium. 2) Otranto. 3) Cf. Chr. Sampetr. ex Ann. Erphord. 4) Cf. Chron. Sampetr.

Pars prior officia creat ecclesieque ministros,
Altera dat testes et reliqua iudiciorum,
Tercia de rebus et vita presbiterorum
Dat formam vite, nubere quarta docet,
*Ultima de viciis et penis tractat eorum.**

Anno Domini 1241. peregrina turba[a], barbarorum gens ferocissima[b], ydolorum cultibus dedita, scilicet Tartari, in Ungaria et Polonia christianorum multa[c] milia occiderunt. Contra illos Gregorius papa fecit crucem predicari; similiter contra Stetingos, de quibus 5 milia et 25[d] homines a cruce signatis in ore gladii occisi[e] sunt. Idem papa constituit[1], festa celebrari, scilicet domini Dei[f] nostri et beate[g] virginis et diem dominicum et[h] apostolorum et martirum et[i] sanctorum de illa dyocesi ubi quilibet manet, nisi urgens necessitas instet[k] tempore messis vel vindemie, vel nisi ecclesie aut[l] pauperibus in aliquibus subserviant[m]. Idem[n] Gregorius papa statuit[o], ut, si[p] concubinis suis excommunicatis a iudice conmunicant in crimine, ipso facto sint ipsi[q] clerici maiori excommunicacione ligati. Constituit eciam[r], quod[s] tempore interdicti presbiteri semel in ebdomada corpus Domini conficiant submissa voce clausis[t] ianuis, quod penitentibus in morte detur. Iste[u] papa continue usque ad mortem suam habuit secum in hospicio fratres Minores[v] pro secretariis et specialibus[w] capellanis. Hic papa Gregorius IX. feliciter defunctus[x] Rome, sepultus est in Vaticano iuxta corpus beati Gregorii pape ante secretarium sancti[y] Petri.**

Anno Domini 1243.[z] Celestinus papa 189. ordinatur, sedit diebus 16. Hic vocabatur Iunfridus. Qui cum cardinalis episcopus[a] esset, negocia pauperum clericorum frequenter et diligenter intuitu[b] misericordie promovit aput papam Gregorium. Huic[c] idem papa Gregorius prophetice, ut fertur, predixit, dicens: 'Confortare, nam tu post obitum meum sedebis in sede apostolica'. Sicut et beatus Franciscus prefato Gregorio pape, cum esset Hostiensis episcopus cardinalis, prophetice predixerat, quod futurus esset ipse papa. Hoc[d] Celestino papa IV[e] feliciter defuncto, cessavit episcopatus fere duobus annis. Et cum non essent tunc nisi 9 tantum[f] cardinales, in eleccione pape concordare non poterant, et hoc utique in periculum tocius ecclesie.

Anno Domini 1245.[g] Innocencius papa 190. ordinatur, sedit annis 12.*** Hic vocabatur Sinebaldus presbiter cardinalis. Hic papa duos sanctos canonizavit, videlicet sanctum[h] Petrum[i] ordinis fratrum[k] Predicatorum, occisum ab hereticis aput Mediolanum, et Lateslaum Cracoviensem episcopum. Iste papa constituit, ut, quicumque prelatus fert sentenciam excommunicacionis iuris[l] ordine non servato, ab ingressu ecclesie et a[m] divinis per unum mensem ipso facto sit suspensus; alioquin irregularitatem incurrit, de qua solus papa dispensare potest et non alius. Extra. de sentencia excommunicacionis: *Cum medicinalis.* Et[n] constituit, ut, quicumque iudex ordinarius vel eciam delegatus contra iusticiam et contra conscienciam in gravamen alterius partis iniuste iudicaverit, per annum unum ab execucione officii sit suspensus, et se si divinis ingesserit, irregularitatem incurrat[o], de

*) B 3 *add.:* Eodem anno post fuit eclipsis solis.
B 2 *hic add.:* Anno Domini 1238. Albertus[2] in episcopum Magdeburgensem electus occisus est 5. Ydus Marcii.

**) B 2 *hoc loco,* B 4 *infra post* tocius ecclesie, B 5^a *in inf. marg. coaeva manu add.:* Anno Domini 1242. eclipsis solis facta est infra octavam[p] sancti Michahelis.

***) B 2 *add.:* Sifridus Maguntinus archiepiscopus cum principibus opposuit se Friderico imperatori in favorem Innocencii pape IV[ti].

a) *ita* A 1. B 1. 2; menia B 4. 5. 5^a. 6 C; media B 3; veniens B 6^a. b) fortissima A 1. B 6. 6^a; forcissima B 1. c) plura B 4—6^a. C; pluria B 3. d) xx C. e) occisa B 1. 2. f) dom. n. Iesu Christi B 4. C. g) Marie *add.* B 3. 4. C. h) item C. i) *deest* B 2. 6. 6^a; item s. qui sunt de C. k) et evidens causa scilicet *ins.* C. l) vel A 1. B 5. C. m) deserviant C. n) Item B 3. C. — Gr. p. *des.* B 3—5^a. 6^a. C; papa *deest* B 2; Gr. *deest* B 6. o) constituit B 2—6^a. C. p) qui C. q) *deest* B 3—6^a. C. r) *deest* A 1; Item const. C. s) ut B 1. 6^a. t) clausisque B 1. C 1. u) Idem B 3. C 1; Item C 2; Iste — capellanis *des.* B 6. 6^a. v) *ita* A 1. B 1—3; Predicatores B 4. C; Predicatorum B 5 5^a. w) specialissimis B 1. x) obiit R. et s. C. y) beati B 2 6^a. C. — P. apostoli C. z) MCCXLIIII. B 6. 6^a. C 1. 2; MCCXLIX. A 1. a) es. ep. B 2. 4. 5. 5^a. C. b) divine *ins.* C. c) H. — Gregorius *des.* A 1. d) *deest* C. e) *deest* B 3—6^a. C. f) *deest* B 1. 6. 6^a. C 3. g) MCCXLIII. B 2—5^a. h) beatum C; fratrem B 2. 4—6^a. i) martirem *add.* B 3. k) *deest* B 2. 4—6^a. C 3. l) virum B 1; iuš *expunctum* B 5; *deest* C; inter ordinem B 4. m) ad minus B 1. 4—6. C. — et *erasum* B 5^a, *deest* C. n) Item B 3. C. o) incurrit C. p) ecclesiam B 2.

1) Sequentia ex Decretal. II, 9, 5; V, 39, 55 et 57, ubi ipsa eadem verba. 2) Cf. Chron. Sampetr.

qua solus papa dispensabit. Extra. de sentencia et re iudicata: *Cum Eterni[a] tribunal.* Hic[b] papa eciam constituit, ut, quicumque aliquem occidi fecerit vel mandaverit per ensisinos[c], ipso facto sit excommunicatus et ab omni dignitate, ordine, officio et beneficio sit depositus. Extra. de homicidio: *Pro humani.* Iste papa Innocencius IV. in civitate Galliarum Lugduno mansit per 8[d] annos.

[Anno[e] Domini 1245.] hic[f] in concilio Lugdunensi constituit, ut octava nativitatis beate virginis Marie ab omnibus clericis et religiosis annuatim sollempniter celebretur.* Tempore huius pape Ludewicus rex Francie cum christiano exercitu contra consilium pape transfretavit[g], et fugientibus barbaris a facie eius, cepit et in possessione pacifica habuit Damiatam. Postea in brevi bello ipse idem rex Francie a soldano Babilonie, id est a Pharaone rege Egipti, captus est, et suus christianus exercitus totus dissipatus et occisus est. Rex autem Ludewicus pro redempcione sua dedit soldano centum milia marcarum argenti et civitatem Damiatam. Verum[h] arma, tentoria, vasa preciosa, equos electos, alimenta christianorum Sarraceni in illo prelio obtinuerunt.

Anno Domini 1249, cum rex Ludewicus esset ultra mare, ubi[i], sicut dictum est, captus[k] et ad plurima dampna perductus[l] est, venerunt congregati in regnum[m] Francie plura milia pastorum, dicentes, se velle venire in adiutorium Ludewico regi Francie ultra mare. Hii unum capitaneum magistrum habuerunt nomine Iacobum, peritum in pluribus[n] linguis. Hic fuit apostata Cysterciensis[o] et sceleratissimus. Hic in Francia manus temerarias[p] violenter[q] in clericos iniecit per diversa loca. Istum Iacobum facinorosum sequebantur meretrices, latrones, magi et malefici. Qui Iacobus aput Bituris civitatem occisus est a christianis sentencialiter, et omnes, quotquot sequebantur[r] eum, occisi sunt et dissipati.

Iste[s] papa Innocencius IV. inter omnes apostolicos a sancto Petro primo papa dicior fuit, ut fertur, et opulencior in pecunia et thesauris. Hic papa in concilio Lugdunensi sentencialiter Fridericum inperatorem propter crimina sua ab omni honore destituit et eum inperiali ac regali dignitate et nomine penitus[t] privavit anno Domini 1245, et[u] principibus Theutonie ad quos spectat eleccio inperatoris dedit papa potestatem[v] eligendi libere successorem. Iste Fridericus inperator, sicut prefatus papa in decreto Lugdunensi scribit[1], peioravit multociens, pacem inter ecclesiam et inperium reformatam temere violavit. Perpetravit eciam[w] sacrilegium, capi faciens duos cardinales sancte Romane ecclesie[x], Ottonem Portuensem et Iacobum Prenestinum episcopos ac aliarum ecclesiarum prelatos et[y] clericos, religiosos et seculares venientes ad concilium, quod papa Gregorius IX. Rome[z] duxerat convocandum, quod[a] ipse inperator petiverat convocari. Hos prelatos cum clericis in Sicilia fecit diris carceribus mancipari, quibusdam in mari submersis. Ecclesias 11[b] archiepiscopales et multas episcopales, abbacias quoque ac alias ecclesias prelatorum regimine destituit in regno, in grave ipsarum preiudicium et periculum animarum; ecclesiarum non solum facultates et bona, prout voluit, occupari, set etiam cruces, calices, thuribula et alios sacros earum[c] thesauros et pannos sericos[d] velud cultus divini contemptor auferri iussit. Clericos[e] quippe collectos multipliciter affligi procuravit, nec solum trahebantur ad iudicium seculare, set cogebantur subire duella, incarcerabantur, occidebantur et patibulis cruciabantur in confusionem et obprobrium ordinis[f] clericalis. De heresi quoque suspectus habebatur. Nam postquam Gregorius papa IX. ipsum anathematis vinculo innodavit, et post capcionem cardinalium, prelatorum et clericorum ad sedem apostolicam veniencium, claves ecclesie contempsit, sibi faciens celebrari vel pocius, quantum in eo est, prophanari divina. Scripsit[g] et asseruit, se Gregorii pape sentencias non vereri, et coegit alios[h] sentencias papales non servare[i]. Preterea coniunctus amicicia detestabili Sarracenis, nuncios et munera eorum cum hylaritate et honorificencia recepit et munera eis pluries destinavit; ritus eorum amplectens, illos in cottidianis eius obsequiis secum[k] tenuit. Existens ipse in partibus transmarinis, facta composicione quadam, ymmo collusione verius, cum soldano, Machometi nomen in templo Domini diebus ac noctibus proclamari permisit[l]. Bacario regi scismatico, Dei[m] et ecclesie inimico et sollempniter excommunicato, filiam suam tradidit in uxorem. Ducem Bawarie fecit per asisinos[n] occidi. Nec ecclesias nec monasteria nec hospitalia seu[o] alia pia loca construxit, set destruccioni[p] ecclesiarum institit[q]. Religiosas et alias ecclesiasticas per-

*) B 2 *add.:* Hic Innocencius papa confirmavit ordinem Heremitarum.

a) iterum B 3—5[a]. C. b) Item const. B 3. C. c) *ita* B 1 (*post corr.* assisinos). 2—5[a]; per ensisas A 1; per parasismos C 1; per parasytos C 2; p. assisinos C 3; p. e. *des.* B 6. 6[a]. d) p. a. VII. B 3—6[a]. C. e) A. D. 1245. *des.* A 1. f) papa *add.* B 2. 3. C. g) mare *add.* C. h) tamen *add.* B 1. i) ut B 4. 5. 5[a]. k) fuit *add.* C. l) prod. A 1. B 2. 6; p. est d. B 3—5[a]. 6[a]. C. m) regno C. n) plurimis A 1. C 2. o) Cisterci B 4. 5. 5[a]. p) violentas B 3—6[a]. C. q) ini. v. in cl. B 3—6[a]; ini. in cl. viol. C 1. 2; viol. *deest* C 3. r) insequebantur B 4. 5. 5[a] (*ubi in erasum*). 6. 6[a]. C 1. 2. s) Ipse C. t) *deest* B 4. 5. 6. 6[a]. C 1. 2. u) *deest* B 2. 3. C. v) el. pot. B 3—6[a]. C. w) et B 4. 5[a]. x) scilicet *add.* A 1. y) *deest* B 3—6. C. z) *deest* B 1. 5. a) q. — convocari *des.* C 3. b) *deest* C. c) th. ear. C. d) sericinos B 3—5[a]; sericios B 6; sericeos B 6[a]. e) Clericis quoque collectis et tales mult. A 1. f) *deest* C 1, *post superscr.* honoris, *et ita* C 2. g) *deest* C 1. 2. h) alias B 5. 5[a]. i) observare B 3—6[a]. C. k) *deest* C. l) prom. B 5. C 1 (*post corr.* perm.). 2. m) in. D. et ec. B 3—6[a]. C. n) *ita hoc loco* A 1. B; assis. C 3; per pasissmos *e corr.* C 1; p. parasitos C 2. o) nec B 3. C 3. p) destruxit in ec. A 1; destruxit et earum destr. C. q) instituit A 1. B 4. 6[a]. C 3.

1) Quae sequuntur ex sententia Innocentii IV. contra Fridericum imperatorem prolata, Mansi, Conc. XIII, 613.

sonas iugiter attrivit; manum[a], sicut decet principem, ad elemosinas non extendit, neglector salutis[b] et fame sue[c], pietatis operibus non intendit. Possessiones Romane ecclesie, videlicet marchiam Anchonethanam, ducatum Spoletanum, nobilem civitatem in Apulia, scilicet Beneventum, cuius archiepiscopus habet sub se 22[d] suffraganeos episcopos, diruit et occupavit preter alias civitates Tuscie[e]. Hec scribit Innocencius papa in decreto concilii Lugdunensis. Iste Fridericus inperator obtinuit asisinos[f], homines mortiferos, perfidos et maleficos, a quodam rege barbarorum, ut fertur, qui appellatur Vetustus de Montanis, quos misit quo voluit ad occidendum. Hic iniquitatem in excelso locutus est, ponens os[g] suum in celum, dixit, audiente Heinrico langravio: 'Tres', inquit, 'seduxerunt totum[h] mundum, videlicet Moyses Hebreos, Christus christianos et Machometus barbaros. Quam ob rem si principes inperii institucioni mee assentirent, ego utique multo[i] meliorem modum credendi et vivendi cunctis nacionibus ordinare vellem'.

Heinricus langravius in regem electus anno Domini 1247. in odium Friderici, Conradum, filium eiusdem Friderici, regem in conflictu aput Frankinvurt cum[k] suo exercitu in die sancti Dominici vicit et confudit. Ipso eodem anno prefatus Heinricus rex[l] langravius in- Aug. 5. matura morte obiit[m] profluvio ventris et sepultus est in Ysenacho. Hic quia[n] sine herede defunctus est, quamvis feliciter, tamen plurima bella et dira gwerrarum turbacio in Thuringia exorta est et in finibus eius pro habendis possessionibus eiusdem.

Anno Domini 1252. Fridericus ille quondam inperator, set anathematizatus et idanriali honore privatus, veneno interiit, et misere mortuus[o], in die sancte Lucie virginis et 1250. Dec. 13. martiris sepultus est[p] aput Fogiam. Rex[q] Conradus, filius suus, post breve tempus eciam misere mortuus[r], sepultus est aput patrem[s].

Anno Domini 1248. Wilhelmus comes Hollandie in regem electus, regnavit annis 3, et occisus est a Frisonibus. Iste papa Innocencius IV.* obiit et sepultus est in Neapoli.**

Anno Domini 1255. Alexander papa 194.[t] ordinatur. Hic[u] cardinalis Hostiensis episcopus[v] vocabatur Reinaldus, pater[w] et protector ordinis fratrum Minorum fuit, frequenter eos secum tenuit.

Anno[x] Domini 1256. hic papa[y] Alexander canonizavit beatam Claram virginem, que prima plantula fuit ordinis sancti Damiani, quem instituit fidelis et prudens servus Dei beatus Franciscus.***

[Anno[z] Domini 1254. sancta[a] Clara virgo migravit ad Christum, postquam[b] fuerat in ordine pauperum dominarum 42 annis].

Iste papa Ezelinum de[c] Tervis, tortorem christianorum, interfectorem 60[d] fratrum Minorum et aliorum fidelium plurimorum, persecutorem sacre fidei katholice, pro heretico, et omnes fautores suos sentencialiter condempnavit et excommunicavit et a sancta Dei ecclesia tamquam membra putrida et morbida prescidit[e] in littera apostolica que sic incipit[1]: *Scandalum fidei, malum Ytalie et macula populi.* Iste Ezelinus hereticus publicus, hostis sevus christiani nominis, captivatus, cum[f] crux contra ipsum predicaretur cum plena indulgencia omnium peccatorum, que transeuntibus in Terre Sancte subsidium est concessa, se ipsum fame et inedia, traditus in reprobum sensum, nequaquam volens accipere cibum, interfecit.

*) *Codd.* C *add.:* quasdam iniquas constituciones edidit contra fratres Predicatores et Minores, quas postea successores retractaverunt. Iste papa postquam o. s.

**) B 2 *add.:* Anno Domini 1254. cives[2] in Erphordia communi consilio et assensu statuerunt, quod annuatim ex ipsis eligant 12 consules et duos supremos qui regant universitatem.

***) B 3 *add.:* Eodem[3] anno captus est episcopus Moguntinus in allodio Bolstete monasterii de Volkolderod et multi nobiles cum eo et comes Cunradus de Eberstein a duce Alberto de Brunswic, qui et ipsum comitem C[unradum], capite depresso, pedibus sursum erectis, suspendit in patibulo.

a) suam *add.* B 1. 2. b) sue *add.* B 3—6a. C. c) *deest* C. d) xxii B 2—6a; xiiii C. e) Tunc sic scr. hic I. C 3; Unde sic scr. I. C 2; Iussit hic scribi I. C 3. f) hom. per as. B 3. 4. 6a. C 1. 3; omnes per as. m. B 5. 5a; hom. parasitos C 2. g) in c. os s. B 3–6. C; p. — suum *des.* B 6a. h) omnem B 4. 6. 6a. C 1. 2. i) *deest* A 1. B 3. C 3. k) cum Dominici *des.* C 3. l) et *add.* B 3—6a. C. m) in *add.* B 3. 6. 6a. C. n) et B 4. 5. 5a. C 1. 2, eciam C 3. o) mortuus — misere *des.* A 1; est *add.* B 1. C. p) *deest* C 1. 2. q) vero *add.* C. r) m. est et sep. A 1. B 6a. C 1. 2; miserrime obiit sep. B 6. s) suum *add.* B 1. C. t) cxc. B 4. 5. 5a; a beato Petro *ins.* A 1. B 6. 6a. u) erat *add.* B 3–6a. C. v) et *add.* B 3–6a. C. w) pater — tenuit *des.* B 4. 5. 5a. C. — fuit — tenuit *des.* B 6. 6a. x) Anno – Franciscus *des.* C. — que prima — 42 annis *des.* B 6. 6a. y) A. p. B 1. 2. z) Anno — 42 annis *des.* A 1; B 2 *iam supra post* universitatem *ita habet:* Hoc anno beata v. C. m. ad Chr. expletis 42 a. in ordine. a) beata Cl. m. C. b) postquam — 42 annis *des.* C, *pro quibus hic add.:* Hanc iste (ipse 3) papa canonizavit. c) de T. *des.* C; deterius (*in marg. post. m.* deteriorem) B 5. d) de ordine *add.* C. e) precidit B 3. 4. C 1. f) et c. B 4. 5. 5a; tamen *add* A 1.

1) Potthast, Reg. Pont. nr. 17249, a. 1258, Apr. 26; quaedam verba epistolae impressae ap. Verci, Storia degli Ecelini III (Cod. dipl.), p. 396, hic repetita sunt. 2) Cf. Chron. Sampetr. a. 1255. 3) Cf. Chron. Sampetr.

Hec acta sunt anno Domini 1256[1]. Hostes sevissimi, oppressores crudelissimi omnium nacionum, Tartari potentissime expugnaverunt partes orientales, videlicet regnum Indie, regnum Armenie, regnum Ninive, regnum de Baldach potentissimum, interfecto eorum papa kalifa, regnum de Halap[a], regnum Ierosolimitanum, Anthiochiam et partes christianorum ultra mare[b], et fugatis tam christianis quam Sarracenis, Ierusalem et Arabiam possiderunt. Porro soldanus[c] Babilonie, qui est Pharao rex Egipti, resumptis utcumque[d] viribus, cum exercitu barbarorum clam irruit in castra Tartarorum et multa ex eis milia interfecit. Soldanus Babilonie ideo dicitur, quia in tercia mansione in exitu Israel ex Egipto, scilicet Ethan, rex Pharao construxit civitatem munitam[e], quam appellavit Babiloniam novam.

Quidam magistri theologi Parisienses duplici corde conposuerunt libellum[f] infamie contra[g] fratres Minores[h] et Predicatores, qui tale habuit inicium[2]: *Ecce videntes clamabunt foris.* Hunc librum, ipsis magistris[i] presentibus, Anagnie Alexander papa IIII. sentencialiter[k] condempnatum[3] conbussit in audiencia.*) Destituit quoque[l] eosdem magistros ab officiis et beneficiis perpetuo; fratres autem utriusque ordinis idem[m] dominus papa sollempniter restituit fame sue, scribens prelatis et clericis universis, fratres prefatos[n] esse in statu perfeccionis et de numero salvandorum. Hec acta sunt anno Domini 1257[o]. Eodem[p] anno celebratum est capitulum[q] generale fratrum Minorum Rome[r] in presencia Alexandri pape, in quo statuit idem papa duplex officium de sancta Clara, set sine octava. Ibi electus est frater Bonaventura in generalem[s] ministrum.

Anno Domini 1261.[t] plura milia[u] flagellatorum prodierunt in mundum. Iubente papa Alexandro celebrata sunt concilia in Maguncia a domino Wernhero archiepiscopo et alias[v] ab archiepiscopis contra Tartaros et alia pericula, ut per verbum crucis et manum armatam et per oraciones fidelium resistatur inimicis ecclesie in nomine domini nostri Iesu Christi. Amen[w].

Anno Domini 1262. rex Tartarorum misit sollempnes nuncios, circiter 24[x] nobiles Tartaros cum duobus fratribus ordinis[y] Predicatorum[z], qui essent interpretes linguarum, ad regem Francie Ludewicum, ut se et totum regnum Francie dicioni subiceret Tartarorum; alioquin Franciam inpugnaret[a] tempore procedente. Quod Ludewicus rex, habito consilio cum primoribus regni sui, constanter rennuit; ipsos tamen nuncios honorifice Parisius tenuit et usque ad papam Alexandrum pacifice remisit. Eodem anno papa Alexander in die sancti
1261. Mai. 25. Urbani pape[b] defunctus est in Bitervio et ibidem sepultus, et cessavit episcopatus[c] usque
Aug. 29. ad decollacionem sancti Iohannis baptiste, discordantibus cardinalibus in eleccione. Tunc[d] elegerunt[e] patriarcham Ierosolimitanum Iacobum[f] in papam, et vocatus est Urbanus papa IIII. Frater[g] Theodricus ordinis Predicatorum in Erfordia ictu[h] tonitrui ilico defunctus est.

Anno[i] Domini 1262. venit quidam[4] cum exercitu magno, dicens, se esse Fridericum inperatorem, qui ante 10 annos mortuus fuerat. Hic inpugnavit Menfridum principem Apulie et eum strennue persequebatur, asserens, se velle rehabere regnum Apulie et Sicilie.

Aug. 31. Anno[i] Domini 1262. in vigilia beati Egidii abbatis fuit eclipsis lune fere a media nocte usque ad diluculum, et in sanguineo colore diu[k] laboravit. Urbanus papa IIII, con-
Nov. 18. gregata multitudine tam cleri quam populi cum cardinalibus et pontificibus, 14.[l] Kal. Decembris incepit[m] predicare sollempniter crucem in succursum[n] Terre Sancte et fratribus

*) domini Alberti ordinis fratrum Predicatorum eosdem errores principaliter expugnantis *add. codd.* C.

a) Alap A 1; Baldach B 5a. C *(ubi* regn. *deest)*; r. de H. *des.* B 3. 5. 6. 6a. b) *hic desinit* B 4, *sed sequitur eius fol. cod. Vindob. Nr.* 373. *illigatum.* c) sold. — interfecit *des.* C 3. d) ut cum C 1. 2. e) myrmyam C 2; *deest* C 3. f) librum A 1. g) venerabiles *add.* B 4—5a. C. h) Min. et *des.* C 1. 2; Pr. et fr. Min. B 3; et Pr. — inicium *des.* C 3. i) videntibus et *add.* B 3; pr. mag. B 1. 5. 5a k) cond. sent. B 3-6a. C. l) Destituitque B 3. m) i. d. p. s. *des.* B 3—6a. C. n) predictos B 3, predicatores C 3. o) MCCLXXXVII. B 1; MCCLIX. C. p) Eod. — generalem ministrum *des.* B 6. 6a. C. q) g. c. B 3—5a. r) *deest* B 1. s) generale B 2. — ministerium B 1. 2. t) MCCLVI. A 1. B 5; A. D. 1261. *des.* C. u) hominum *add.* A 1. v) ab aliis archi. C. w) *deest* A 1. B 1. 2. 6. 6a; *hic desinit* A 1. x) XXIII. B 5. 5a. y) *deest* C 1. 2. z) fratrum Minorum B 4. 5. 5a. a) inpugnarent B 1. 2. b) *deest* B 3. C 3. c) papatus B 3. 3*. d) Anno Domini MCCLXIII. (MCCLXIIII. 1) C. e) cardinales *add.* C. f) nomine I. Trecensem C 1. 2; Cretensem *add.* C 3. g) Fr. — defunctus est *des.* B 4. 5. 5a. C. h) de i. B 3; i. t. i. *des.* B 3*. i) A. D. 1262. *des.* B 2. k) *deest* C. l) IIII. B 6. 6a. C 3. m) incipit B 3; cepit B 2. n) subsidium B 2. C 3.

1) Immo 1259. 2) *Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum* inscriptus, cuius auctor fuit Guillelmus de S. Amore, inter eius opera (Constantiae 1632) impressus. 3) Potthast nr. 16565, a. 1256, Sept. 5; et ibid. nr. 16809. 16977. 4) Iohannes de Cocleria.

Minoribus[a] ac Predicatoribus per litteras apostolicas datas[b] Viterbii[1] stricte dedit in mandatis, eandem crucem constanter[c] et diligenter predicare[d] per Dei ecclesiam cum larga indulgencia in[e] subsidium Terre Sancte. Illucescente[f, 2] vigilia beati[g] Iohannis baptiste, 1263. Iun. 23 orta tempestate cum[h] inundancia pluviarum in Apolde et vicinis villis ac in Gene[i, 3], nocturno tempore homines promiscui sexus 35 submersi sunt, domicilia deducta sunt et pecora plurima perierunt. Item Nonas Augusti post horam nonam fuit eclipsis solis generalis, ut vide- Aug. 5. tur*, in ista Theutonica regione.[k] In vigilia apostolorum Symonis et Iude ad tria miliaria[l] Oct. 27. circiter prope Hallis[m] Albertus[n] langravius Thuringie et germanus suus Theodricus marchio[o] de Landesberg, filii senioris marchionis Misnensis Heinrici[p], Saxones devastantes in multitudine gravi et manu valida terras eorum et dyocesim Nuwenburgensem et dyocesim Merseburgensem, facientes incendia et asportantes spolia multa, prelio invaserunt; in quo conflictu crudeli et hostili odio ferocissime[q] a mane, scilicet post ortum solis, usque post horam[r] nonam diei dimicatum est. In hoc bello Albertus dux de Brunswic, strennuus in armis et vir bellator, vulneratus captus est, et Heinricus comes princeps de Anehalt vulneratus[s] captus est; insuper[t] comites de Zuerin[u] et de Eberstein[v] capti sunt, preterea[w] et vasalli nobiles et[x] iudices advocati circiter duodecim capti sunt. Similiter electa milicia[y] in eodem bello usque ad quingentos quinquaginta[z] et 16 viros in armis[a] plenis, Deo permittente, cum maximo dampno suo, scilicet equorum electorum et armorum, captivi ducti, in[b] vinculis sunt detenti.

Anno Domini 1264, orta discordia inter regem Anglie et universitatem eiusdem regni, congressi sunt cum multitudine pugnatorum; in quo conflictu duo reges, scilicet rex Anglie et rex frater suus, et duo filii ipsorum a populo captivi ducti sunt cum aliis multis nobilibus. Et ibidem ceciderunt[c] plura milia occisorum. Nova enim et inaudita hactenus in pecunia et in aliis rex violenter contra morem exegit a[c*] populo, unde[d] cives et rurenses huic violente exaccioni[e] viriliter et pariter restiterunt. Item inter papam Urbanum IV. et Menfridum principem Apulie, filium Friderici quondam inperatoris, magna et quasi per[f] stipendiarios continua concertacio habita[g] est et habetur pro regno Apulie. Set[h] dominus papa Urbanus, sicut multitudini clare apparet, se defendere non sufficit[i], cum tamen singulis septimanis suis stipendiariis circiter[k] distribuere debeat mille marcas. Hoc anno in[l] pen- Iun. 8. thecosten Parisius fratres Predicatores celebrantes capitulum generale, elegerunt in magistrum ordinis fratrem Iohannem Lombardie[m] provincie, qui[n] 7. iam magister ordinis ipsorum factus est. Stella que dicitur cometes apparuit, videlicet[o] in oriente; ante ortum diei post stellam matutinam apparuit[p], set ante auroram et cum radiis multis. Ipsi eius radii longe lateque apparuerunt, antequam oriretur ipsa stella cometes. Igitur veloci cursu laboravit, ita quod precucurrit[q] et longe versus meridiem precessit stellam matutinam, id est luciferum. Visa est autem[r] hoc anno circa festum sancte[s] Marie Magdalene primo et usque Iul. 22. ad octavam sancti Augustini apparuit. De hac Ysidorus in libro Ethi. III[4]. scribens, dicit[t]: Sept. 4. 'Cometes stella est[u] dicta, eo quod comas luminis ex se fundat. Quod genus syderis, quando apparuerit, aut pestilenciam aut famem aut bella significat. Cometes autem Grece, Latine crinite appellantur, quia in modum crinium flammas spar-

*) in festo beati Dominici fere usque ad vesperas *add.* C.

a) Pred. ac fr. Min. B 2; fr. Pr. et Min. C. b) d. V. *des.* B 2. c) instanter B 1; c. et d. *des.* B 2. d) per D. e. pr. B 1. 2. e) in s. T. S. *des.* B 2, *pro quibus add.:* quam in litteris suis misit. Anno Domini 1263. ill. f) Illuscente B 1. 5. 5a. C 1. 2; Item in C 3. g) sancti C; *deest* B 2. 6. 6a. h) cum — villis *des.* B 3. 3*. i) genere B 6a; sereno B 3. 3*; ac ingruente n. C 3. k) Anno Domini MCCLXIIII. *ins.* B 3. l) milia B 3—6a. C. m) Halladal B 6a; Halla-Adalb. B 6; interfecta(i 3) sunt *add.* C. n) *deest* C. o) orientalis m. B 3. p) *deest* C 1. 2; Hainricus C 3; heretici B 3*. q) fortissime B 4. 5a. r) n. h. B 3*. 4. 5a. 6. — diei *deest* B 3—6a. C. s) et *add.* B 4 (ē). C. t) ins. — capti sunt *des.* B 2. u) Swirin B 3; Zwirin B 3*; Zeverin C; Suerin B 5a. v) Erbestei(y)n B 4. 5. 5a. 6; Gerbestayn B 6a; Ernbreht statim C 1. 2; Eurebreht C 3. w) pret. — capti sunt *des.* B 6. 6a. x) et i. a. *des.* B 4. y) milia B 3 (*post corr.* milicia). 5. z) quadraginta B 5a. C 1. 2. a) pl. a. B 1. 2, in a. pl. *des* C 1. 2. b) in v. *et* detenti *des.* B 1. 2; d. sunt et in C. c) *deest* B 6. 6a. c*) in B 1. d) cum C. e) ex(s)ecucioni B 4. 5. 5a; exercicioni B 6a. f) q. stipendiariosa B 1; q. stipendiosa B 2. g) h. est et *des.* B 1. 2. h) Set — marcas *des.* B 2; dominus *deest* B 1. i) suffecit C 1. 2. k) *deest* B 3. l) Par. fr. Pr. in festo pentecostes C. m) Longob. B 1. 3. 3*. 6. 6a. — provincialem B 5a. 6. 6a. n) qui — factus est *des.* B 2. — VI. B 4. 5. 5a. C 1. 2; III. C 3. o) usque C 1. 2; *deest* B 4. C 3. p) *deest* B 2. q) *ita* B 1. 2. 3*; precurrit *ceteri.* r) a. h. a. *des.* B 3—6a. C. s) *deest* B 1. 3. C. t) ait B 1; dicit scribens C 1. 2. u) d. e. B 2. 4. 6a. C 2. 3

1) V. Potthast nr. 18331, 1262, Mai. 21. ministro generali ord. Minorum aliasque hoc anno singulis ministris provincialibus datas. 2) Sequentia omnia ad a. 1263. pertinent, unde recte solus cod. B 2. hic inserit *A. D.* 1263. 3) Iena. 4) Etym. III, 71, 17.

gunt, quas Stoici[a] dicunt esse ultra 30, quarum[b] nomina et effectus quidam astrologi scripserunt[c]. Dux Albertus de Brunswic redemit se a captivitate cum 8 milibus marcarum et 8 castellis. Urbanus papa[c] IV. defunctus est[d]. Pluvie et repentine inundaciones aquarum circa festum beati
Dec. 6. Nicolai[e] multas villas in Saxonia miserabiliter submerserunt[f].*

Anno Domini 1265. Clemens papa IV. a beato Petro ordinatur, qui ante vocabatur Wido, archiepiscopus fuerat Narbonensis et factus[g] cardinalis. Ingravatum est bellum inter papam Clementem et[h] Menfridum principem Apulie pro patrimonio sancti Petri, quod prefatus Menfridus tenet[i] violenter. Isto anno multe naves magne et onuste tam trieres quam coccones[k] in mari Mediterraneo ac in Dacia perierunt. Soldanus Babilonie inpugnans christianos in Terra Sancta, cepit Azotum[l] castrum firmissimum[m] domus Hospitalis, quod alio nomine vocatur Assur[1], in quo habitabant[n] duo milia hominum, quos omnes occidit, set fratres milites domus Hospitalis et domus Templi 180 captivos ac stricte vinculatos deduxit[o] in Egiptum; cepit[o] eciam castrum et civitatem Cesaream[p]; necnon et civitatem que vocatur Cayphas[2] idem Sarracenus[q] soldanus violenter[r] cepit et tenet. Albertus langravius Thuringie et marchio Otto de Brandinburg cum filio suo, Albertus eciam[s] dux de Brunswic et multi alii in Prusciam peregrinando contra paganos cum signo crucis profecti sunt.**

*) *Codd.* B 5. 5[a]. *add.:* Item de numero paparum quotquot fuerunt a beato Petro: A beato Petro apostolo qui fuit primus papa usque ad Gregorium X. omnes fuerunt 196 pape, Lino et Cleto et femina que fuit papa non computatis.

**) *In* B 6. 6[a]. *sequitur continuatio tertiae editionis Martini Oppav. chronici (SS. XXII, 442 sq.):* A. D. 1272. Gregorius nacione Lombardus — in ecclesia sancti Laurencii extitit sepultus.

CONTINUATIONES.

CONTINUATIO I. MINORITAE ERPHORDIENSIS.

Ex codd. B 1. 2.

f. 151. Anno Domini 1266[t]. Clemens papa missis litteris dedit in mandatis per regnum[u] Alemanie[v] fratribus Predicatoribus et Minoribus predicare crucem fideliter et instanter contra soldanum[w] Babilonie, qui est Pharao Egipti, et contra Sarracenos ultra mare, ut succurratur affliccioni christianorum, et in subsidium Terre[x] Sancte. Clemens papa, congregato magno exercitu, instituit eis principem milicie ducem ac capitaneum, videlicet comitem Karolum[y], germanum regis Francie Ludwici venerabilis viri; qui profectus est in Tusciam[z] et deinde versus Apuliam contra Menfridum principem Apulie, filium Friderici quondam imperatoris, quem aggressus[a] vicit glorioso[b] triumpho. In hoc conflictu vulneratus cecidit Menfridus princeps et cum pluribus milibus occisus est. Occiso hoste[c] ecclesie Menfrido et[d] interfecto dissipatoque eius exercitu, dominus[e] papa Clemens prefatum Karolum[f] comitem honore et gloria sublimavit et fecit eum regem Sicilie.

Defuncto episcopo in Erbipoli[g] Yringo[h], duo alii per discordiam ibidem[i] sunt electi; proinde bella plurima sunt exorta. Nam comes Hermannus in favorem germani sui, qui a paucis de capitulo fuit in[k] episcopum postulatus, collecto exercitu undecumque, iter contra
f. 151'. Herbipolim arripuit, ut possessiones ecclesie ac fidelium ipsius[l] vastaret. In die vero sancti
Aug. 8. Cyriaci[m] martyris aput Kizzingen[n] exercitus Herbipolensis cum sacris reliquiis et cum vexillo beati Kiliani[o] confidenter occurrit[p] comiti[q] Hermanno de Henniberg[r] et suis, et mane congressi acriter pugnaverunt. In quo conflictu comes Hermannus est victus et confusus cum suis, de quibus multi nobiles captivi ducti[s] sunt, plurimi cadentes interfecti sunt, quorum numerus pre multitudine ignoratur.

a) striti B 4. 5. 5[a]. C. b) quorum B 3. 3*. 4. 6. C 1. 2. c) *deest* B 3. 3* 6. 6[a]. d) in Bitervio *add.* B 2. e) episcopi *add.* B 3*. 4—6[a]. C 1. 2. f) *hic desinit* B 4. g) est *add.* C. h) inter *ins.* B 1. 2. i) tenuit B 1. — viol. *deest* B 2. k) occones B 1. 2; occeas C 3. l) Azonum C. m) fratrum *ins.* B 3*. n) habitant B 3. C 1. o) deduxerunt — ceperunt C. p) Ces. — civ. *des.* B 2. q) *deest* C, *qui habent* quas (quos 1. 2) i. sold. v. r) viol. — tenet *des.* B 2. s) item A. dux C. t) MCCLXV. 2. u) regem 2. v) Alimanie 1. w) sold. — contra *des.* 2. x) S. T. 1. y) Karulum 1. z) Thusciam 1. a) bello *add.* 2. b) gl. tr. *des.* 2. c) h. e. *des.* 2. d) *ita* 2. *Chr. Sampetr.;* M. eiusque ex. diss. 1. e) *deest* 2. f) c. Karulum 1. g) e. Herbipoli 2. h) ilico 2. i) s. i. 2. k) f. electus in ep. coll. 1. l) eius 1. m) Cir. 1. n) Kitemgen 2; Gyzzingen ex civitate Herbipolensi c. 1. o) Kyl. 1. p) occurrunt 1. q) comite 2. r) Hernenberg 1. s) *deest* 1.

1) Arsuf. 2) Cf. Wilken, Gesch. d. Kreuzzüge VII, p. 479 n. 22.

Duo de ordine fratrum Minorum felici transitu ex hoc seculo migrantes, videlicet frater 1266 Petrus, minister fratrum Minorum[a] provincialis in Calabria, et frater Wilhelmus, confessor et presbyter in Tuderto[b], Domino declarante merita sanctitatis eorum, plurimis et stupendis miraculis claruerunt, in tantum ut eciam 4 mortuos suscitarent. Archiepiscopus Růpertus[c] in Magdeburg obiit, et per compromissionem alium[d] concorditer elegerunt[e].

Iterum et iterum soldanus Babylonie[f], prophanus hostis Christi et ecclesie, venit in terminos christianorum cum multitudine gravi, subiugavit sibi Terram Sanctam, quam Salvator noster proprio suo[g] sanguine consecravit, videlicet Ierusalem, Nazareth, Bethleem, Bethfage[h], Sepulchrum Domini, montem Syon, montem Oliveti, montem Thabor, Galileam[i] totam et mare Tyberiadis cum omnibus civitatibus suis, Iericho[k] cum omnibus suburbanis, Cesaream Philippi, aliam quoque Cesaream Palestine et alia multa, quibus dominatur et possidet, constituens in eis capitaneos et custodes Sarracenos, loca sanctissima suis spurciciis[l] prophanantes, ut heu! dici possit: *Facta est Ierusalem quasi polluta menstruis*[m] *inter* Thren. 1, 17. *eos.* Cepit quoque et perfodiens expugnavit castrum munitissimum Templariorum, quod dicitur Saphet, in quo fratres cruciferos et alios christianos inventos[n] duris vinculis[o] constrinxit ad duo milia et plures. Hos omnes soldanus singillatim[p] examinari iussit, promissionem faciens[q] publicam de vita eis[r] danda, quicumque ex eis Christum Iesum et fidem Christi negaret et Machometum[s] secundum ritum Sarracenorum coleret. In illa tam periculosa ac valida temptacione fidelium duo fratres Minores, videlicet frater Iacobus[1] custos fratrum et eius socius[t] frater Ieremias, sincerissimi servi Dei, zelo fidei accensi, constantissime per medium captivorum discurrentes, singulariter[u] universos et universaliter singulos in fide katholica confortabant, ex quibus 8 timore mortis inpulsi fidem negantes, publice apostataverunt, ceteri omnes in confessione nominis Dei perseverantes, pariter decollati sunt, soldano iubente. Ultimo post omnes ipsi duo Minores[v] fratres iam nominati capitalem sentenciam subeuntes, gloriosum martyrium[w] compleverunt. Quinque tantum[x] civitates christianus populus adhuc possidet in[y] Terra Sancta et tria forcia castra. Civitates sunt iste[z]: Accon[a], Tyrus[b], Sydon, Ioppe, Beritus[c]. Castra autem sunt[d] hec: Castrum Peregrinum[2], Mons Fortis et Mons Belli-fortis.

Clemens papa dedit generali ministro ordinis fratrum Minorum fratri Bonaventura vacantem archiepiscopatum Eboracensem in Anglia, annuatim habentem in redditibus plus quam triginta milia marcarum, quem ipse vir virtutis et homo boni exempli ac doctor Parisiensis[e] in theologia atque diviciarum contemptor accipere penitus recusavit.

Anno Domini 1267. cruce signati sunt in subsidium Terre Sancte[f] Ludwicus rex Francie, rex[g] Anglie, rex Arragonie[h], rex Navarrie, rex Sicilie, comes frater[i] regis Francie et filii[k] regis Francie, archiepiscopus Rotomagensis, alii comites et nobiles milites et cives ac viri bellatores multa milia. Conradus[l], filius Conradi regis Romanorum, desideratus[m] multum a pluribus communitatibus civitatum Ytalie, ut sublimaretur in regem Romanorum, et similiter a quibusdam magnatibus Theutonie, a domino[n] Clemente papa impeditus[o] et sentencialiter ineligibilis est factus[3]. Non enim vult permittere curia pape, ut aliquis de cetero ex prosapia Friderici olim imperatoris in regem aut imperatorem Romanorum a principibus imperii eligatur, ut videtur in literis pape. [Rex[p] Bohemie desponsavit filio Alberti langravii Thuringie filiam suam, ita dumtaxat, ut, si forte absque herede decedat, Albertus langravius totam terram et substantiam suam cum omni iure possideat, et ut sibi in invicem contra omnes adversarios cum omnibus viribus auxilientur. Hec vallata sunt et superiorum[q] suorum ac plurium nobilium iuramentis].

Pestilencia in Ytalia hoc anno magna hominum fuit, ita quod in Bononiensi conventu

a) *deest* 1. b) Tuberto 2. c) in M. Ropertus 1. d) c. omnes conditer 1. e) *hic nulla distinctio in* 1. f) in Babilonie 1. g) *deest* 1. h) Bethphage 1. i) Galyl. 1. k) Iher. 1. l) spuriis 1. m) monstruis 2; i. illos. 1. n) invetitos 2. o) vinctis *add.* 2. p) sigillatim 1. q) pub. f. 1. r) eorum dandam 1. s) Magumetum 1. t) solus *e corr.* 2. u) *iterum inserit* discurrentes 1. v) fr. M. 1. w) marciū 1. x) tamen (?) 2; t. a. chr. p p. 1, *ubi* civ. *deest.* y) et S. T. 1. z) scilicet *add.* 1. a) Acus (acɔ) 2. b) Tiriū 1. c) Bericus 2; Beriton 1. d) *deest* 2. e) Parisius 2. f) S. T. 1. g) r. A. *des.* 1. h) Arroganie 2. i) r. Fr. fr. 1. k) *ita* 1. *Chr. Sampetr.*; filius 2. l) Cunr. *const.* 2. m) desideranter 1. n) *deest* 2. o) imped'r. 1. p) *uncis inclusa des.* 2. q) supinorum 1.

1) de Podio (Puy). Horum mentionem facit Marinus Sanutus, Secr. III, 12, 8, ap. Bongars. II, p. 222. 2) Schloss der Pilger, Montfort, Beaufort. — Ioppe et Mons Bellifortis iam a. 1268, Mart. Apr. a soldano capta sunt; Wilken VII, p. 517 sqq. 3) Potthast nr. 19815, 1266, Sept. 18.

1267. Predicatorum quinquaginta fratres ex hoc seculo transierunt. Similiter in Thuringia et in confinio eius multe egrotaciones ac pestilencie hominum et pecudum irruerunt.

Hedewigis venerabilis vite olim ducissa Polonie post felicem eius transitum plurimis[a] resplenduit miraculorum prodigiis. Hanc Clemens papa canonizavit hoc anno[1] et kathalogo sanctorum ascripsit[b]. Cuius translacio per cardinalem Widonem[c] legatum sedis apostolice cum maxima multitudine fidelium utriusque sexus tam religiosorum quam eciam[d] secula-
Aug. 26. rium in episcopatu Brezlaviensi[e] facta est 7. Kal. Septembris. Hec sancta Hedewigis[f] fuit matertera sancte Elyzabet[g] de Marpurc ac Bele illustris regis Ungarie, fuitque mater Heinrici famosi ducis Polonie, quem strennue pugnantem pro[h] patria atque pro[i] populo christiano in conflictu Tartari occiderunt. Hec sancta Hedewigis fuerat filia ducis de Meran.
Oct. 18. Aput Coloniam Agrippinam in crastino sancti Luce[k] in prelio captivi ducti[l] sunt archiepiscopus Coloniensis, episcopus Paderburnensis[m], episcopus Osnaburgensis[n], maior prepositus Maguntine[o] ecclesie, comites plures et[p] alii nobiles atque alii[q] armati milites armigeri ultra mille, set 150 ibidem occisi sunt, comite de Guliaco et civibus Coloniensibus ac multis nobilibus episcopis victoriose triumphantibus [de[r] prefato[s] archiepiscopo et memoratis episcopis ac ipsorum exercitibus. Quos armatos plus quam mille captivos in illo conflictu duxerunt; in castro Nideche[2] plures ex ipsis constricti vinculis detinentur; quod utique de ipsis episcopis et clericis verecundum est dicere et in scriptum redigere]. Infra octavam
Aug. 22. assumpcionis gloriose virginis Marie 4 gnari maris a portu Rodestoc[t] navigantes, eduxerunt pro mercede nautica 40 meretrices versus Schone in Daciam, cupientes ibi in captura alle-
f. 152. cium suas spurcicias exercere. Qui cum venissent super' altum pelagus, flante ira Dei, operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus, omnibus simul aliis navibus, que[u] cum eis navigabant[v], a periculis maris gracia[w] Dei liberatis[x].

Wernherus archiepiscopus Maguntinus statuit in dyocesi sua, quod pax in missa non debeat portari cum libro missali, in quo sacerdos celebrat, ne calix cum sanguine Domini perfundatur, cum liber missalis de altari trahitur.

Anno Domini 1268. in Ytalia inter Conradum regem et Karolum regem[y] magnum fuit bellum, ita quod amplius quam sex milia utriusque partis occisa sunt. Terremotus in Padua et in Vienna fuit. Iohannes marchio de Brandeburg in torneamento cum lancea aput Mersburg est occisus. Eodem die redeuntes de ipso torneamento Theodericus de[z] Kirchberg prefectus in Sala aput Nuwenburg cum tribus armigeris miserabiliter est submersus. Marchionissa Agnes de Missna vidit in sompnis angelum Dei propinare sibi in cypho aureo, et cum bibisset, ipsa dixit: 'Heu, quam amarus potus'! Cui respondit angelus: 'Amara erit pocio tua, set Dominus te non derelinquet'. Et in brevi tempore ipsa postea defuncta est. Multe naves in mari perierunt cum allecibus, et in captura[a] orta sedicione multi Saxones occisi sunt. Clemens papa fecit predicari crucem in Ytalia contra Conradum regem et contra Romam et alias civitates Lombardie et Tuscie adherentes ...[b] civitatibus. Item ipse papa sentencialiter cassavit confirmacionem et consecracionem, quam fecerat Wernherus[c] Maguntinus in Berchtoldo de Hennberg ad episcopatum Herbipolensem. Item quidam nobiles congregati cum multitudine armatorum volentes nocturno tempore capere civitatem Coloniam, set a civibus ipsi capti et plurimi interfecti sunt, inter quos comes de Valckenberg, germanus archiepiscopi Coloniensis, ibidem subito occisus est. Item Conradus rex Terre Sancte, qui fuit eciam dux Swevie, captus in Apulia, quando regnum Sicilie tamquam patrimonium suum armata manu repeteret, cum Friderico duce Stirie et cum comite Pisano et cum pluribus aliis inmatura morte a rege Karolo Gallico capitibus sentencialiter quasi latrones truncati sunt. Ipsi tamen cuidam fratri de ordine Minorum

a) pluribus 1. b) asscr. 1. c) Widdonem 1. d) clericorum *expunctum* 1. e) Brezlamensi 2. f) Hedw. *hoc loco et mox* 1. g) Elyzabeth de Marburg 2. h) propriam a. 1. i) *deest* 2. k) sancte Lucie *male Chr. Sampetr., cf. Ann. Agripp., SS XVI*, 736. l) s. d. 1. m) Nadeburneñ 1. n) Ornaburgensis 1. o) Maguncie 2. p) ac 1. q) *deest* 1. r) *uncis inclusa des.* 2. s) *ita Chr. Sampetr.*; prefatis 1. t) Rodestock 2. u) que c. e. nav. *des.* 2. v) navigebant 1. w) D. gr. 1. x) libertatis 1; salvatis 2; liberate sunt *Chr. Sampetr. — Dehinc cod.* B 1 *alia praebet, quae vide in cont. II;* B 2 *pergit.* y) reges *Chr. Sampetr.* z) pr. de K. *Chr. Sampetr.* a) allecium *add. Chr. Sampetr.* b) *quaedam excidisse videntur — in cod. vero nulla lacuna — aut vocabulum* civitatibus *corruptum (ex* Conf.?*)*. c) Wernhero *c*

1) Iam a. 1266. factum est, sed hoc demum anno promulgatum. V. Potthast, Reg. II, p. 1603. et nr. 19971.
2) Niedeggen ad fluvium Ruhr.

pluries confessi sunt, et audita missa, sacrum sacramentum dominici corporis acceperunt. 1268.
Insuper agenda mortuorum pro ipsis completa, ipse Conradus dixit spatario: 'Ignosco', inquid, 'tibi, quod me occidis', ter figuram crucis dominice in longa venia faciens[a], sic cum predictis nobilibus decollatus est. Quod ille gentes magis gemere et dolere videntur quam Theutonici. Item protinus post hoc Clemens papa IV. in Bitervio defunctus est.

Anno Domini 1269. in provincia Syrie septem fratres Minores a Sarracenis, videlicet a soldano Babilonie et satellitibus eius, pro fide katholica occisi sunt. Qui[b] postquam martyrium compleverunt, unus ex eis nomine Cunradus de Hallis sacerdos dècollatus in mare a perfidis[c] est proiectus, et ecce duo clara luminaria, omnibus videntibus tam christianis quam Sarracenis, stabant in fluctibus maris super eum, videlicet unum luminare super caput eius et aliud luminare super corpus eius quasi per triduum[1]. Ascendentibus quoque procellis maris in altum, luminaria non videbantur, sed recedentibus procellis, iterum[d] ab omnibus in littore existentibus videbantur. Quo miraculo territi Sarraceni, omnes fugierunt ab illo loco, dicentes: 'Deus christianorum pugnat pro ipsis christianis'. Item soldanus Babilonie, scilicet Pharao rex Egypti, nacione Turcus, nomine Melchasar, sevissimus hostis sancte katholice ecclesie, civitatem Antiochiam magnam et opulentam ac christiano populo plenam bello expugnavit et cepit, spolians eam innumeris[e] opibus, ac incendio vastavit; occidit quoque in ea plus quam centum milia et 30 milia hominum, et hoc maxime in odium Tartarorum, quia ipsa Antiochia subiecta fuit et tributaria Tartaris. Soldanus publice apostatantibus et Christum negantibus multis milibus dedit vitam. Solempnes nunccii soldani predicte[f] Babilonie et solempnes nunccii regis Tartarorum missi ad principes christianos et maxime ad Ludwicum regem Francie, navigantes per mare Mediterraneum, convenerunt a casu in civitate Ianuensi[2], et videntes se, pugnare ceperunt, pars contra partem, in platea civitatis, ut insimul se occiderent, quia odium inveteratum et rancorem portant ad invicem Sarraceni et Tartari. Quod videntes cives Ianuenses, ut decebat eos, lites interceperunt, pugnas sedaverunt eorum. Denique prefati nunccii cum pervenissent ad regem Francie, Sarracenos nunccios soldani nec videre voluit nec audire, nunccios autem regis Tartarorum et Tartaros gloriose ac honorifice suscepit et procuravit et legaciones ipsorum notabiliter et utiliter terminavit ipse illustris Ludwicus rex Francie.

Ista est prophecia Ioachim abbatis missa in Theutoniam a cardinali episcopo Portuensi: *Regnabit*[g] *Menfridus bastardus a flatu mezani usque ad finem regni. Contra quem veniet rex ultramontanus, leo Francie propter audaciam et severitatem, qui debellabit eum et auferet dyadema de capite suo. Tunc surget filius aquile, et in volatu suo debilitabitur leo, et 21. die post conflictum filius aquile incidet* in os leonis, et post hec leo modico tempore regnabit. Orietur* *f. 152'.
enim ramus de radice regni Fridericus nomine orientalis, qui debellabit leonem et ad nichilum rediget, ita ut memoria sua non sit amplius super terram. Cuius potencie brachia extendentur usque ad finem mundi. Ipse enim imperans imperabit, et sub eo summus pontifex capietur. Post hec Theutonici et Hyspani confederabuntur et regnum Francie redigent in nichilum. Hucusque prophetia Ioachim. Iste idem Ioachim abbas ante inchoacionem ordinis fratrum Predicatorum super Ieremiam in exposicione[4] tradidit de istis eisdem ordinibus. Ipsos quoque ordines nominavit et habitum distinxit et in pictura parietis per manum pictoris ostendit.

Post pascha infra 6 ebdomadas in mari Adriatico inter Venecias et Anconam 50 naves cum hominibus et rebus submerse sunt, Domino permittente.

In exercitu Gallici Karoli regis Sicilie unus gardianus fratrum Minorum[h] cum ipso 10 fratres eiusdem ordinis in suo claustro capti et vestibus spoliati ac ducti sic nudi ad vendendum publice sunt per exercitum, ita quousque illos Deus propter suam innocenciam per quendam abbatem ordinis beati Benedicti a vinculis et obprobrio liberavit et dato precio redemit.

Isti sunt versus a prefato cardinali episcopo[3] compositi et transmissi de discordia cardinalium, qui sunt 9, nec in eleccione pape concordare volunt:

a) facientem *c.; ita Chr. Sampetr., ubi desunt* in longa venia, *sed ins.* extentis brachiis super terram. b) Cui(?) *c.* c) apsidis *c.* d) verum *c.* e) in numeris *c.* f) predicti s. B. *Chr. Sampetr.* g) Regnavit *c.* h) et *ins. Chr. Sampetr.*

1) Hoc narrat de supradictis fratribus Minoribus Iacobo et Ieremia Marinus Sanutus l. l. 2) Cf. Ann. Ianuens., SS. XVIII, p. 264, qui vero nihil de conflictu legatorum referunt. 3) scil. Iohanne episc. Portuensi. 4) c. 13. Cf. supra p. 193 n. Ioachim Manfredi tempora non vidisse, vix est quod moneamus.

Versus[a] de discordia eleccionis summi pontificis olim facta.

Non concordamus nec concordare putamus,
Et tamen hic stamus, cum nil pietatis agamus,
Ut consumamus nos insimul et pereamus.
Set non curamus de fama quam lapidamus,
Nec bene pensamus de mundo quem[b] *laniamus.*
Ergo cogamus nos ipsos et faciamus,
Quod non perdamus tempora[c] *nec repetamus,*
Quem formidamus hoc casu preveniamus,
Sponsum condamus quem sponse preficiamus.

Anno Domini 1270. germanus sancte Elyzabeth de Marcburg, videlicet illustris et potens rex Bela in Ungaria feliciter obiit. Hic enim fuit Dei ac divini officii solempnis amator. Paululum post mortem prefati regis regina uxor eius et consors regni, nacione Greca, feliciter obiit. Similiter christianissimus rex Francie Ludwicus in peregrinacione obiit. Filius quoque eiusdem nomine Iohannes aput patrem in peregrinacione prope Terram Sanctam in castris, non in bello, set febre sicut et pater suus obiit super mare aput Tunis. Ibidem multi milites in dissenteria mortui sunt, et plura milia peregrinorum submersi sunt in mari. Igitur ossa huius Ludwici regis et filii eius Iohannis solempniter Parisius et honorifice sunt reducta et in sepulchro patrum suorum honorifice sunt sepulta in loco celebri. Iste Ludwicus rex Francie per omnia laudabilis, scilicet in divino cultu, in iudiciis iustis, in operibus pietatis, in domibus religiosorum edificandis ac in plurimis karismatum donis precellens, cruce
Iun. 30. signatus cum Phylippo et Iohanne, filiis suis, in commemoracione sancti Pauli ad Aquas Mortuas[1] aput Marsiliam ascendit mare circiter cum 60 milibus armatorum, in subsidium Terre Sancte navigans[d]. Qui mare non transivit[2], set febre mortuus est. Multi alii nobiles et barones de eiusdem regis exercitu in bello mortui sunt. Item inclita Thuringie lantgravia Margareta, filia Friderici imperatoris, feliciter obiit in Franckenfurt. In captura allecium[e] plurimi sunt submersi, scilicet numero quasi mille viri et una navis portans allecium[e] 40 lastones submersa est. Item rex Arrogonie et rex Navarrie necnon et rex Anglie Odewardus cruce signati cum suis exercitibus in subsidium Terre Sancte per mare cum rege Francie profecti sunt, set minime pervenerunt et contra Sarracenos, hostes ecclesie, nichil vel parum utique profecerunt. Rothomagensis archiepiscopus nomine Rigaldus, set professione et habitu ordinis fratrum Minorum, olim magister et doctor theologie Parisius in kathedra, eciam cum rege Francie cruce signatus in Terre Sancte subsidium navigavit. Frisones cruce signati, sicut estimati sunt circiter 40 milia et amplius, tunc temporis cum suis propriis navibus profecti sunt in subsidium Terre Sancte. Magistri in theologia et confessores et predicatores fratres Minores multi profecti sunt cum prefatis regibus nobilibus ac exercitibus christianis; plurimi sacerdotes, capellani et alii clerici necnon religiosi, set precipue de fratribus Minoribus et Predicatoribus sunt profecti multi ultra mare ad salutem animarum. In illo passagio defuncti sunt 20 fratres Minores.

Westphalii missi cum armis a Symone episcopo Paderburnensi spoliis et incendiis ac captivis educendis vastare Hassiam in odium ducis Heinrici eiusdem terre, subito[f] quasi in una hora non longe a Fritslar ex ipsis Westphalis occisi sunt 150 viri et 5, captivi autem ducti sunt ex eisdem Westphalis 130 viri, quorum unus de oppido Barberg[3], nomine Cunradus, se redemit 1500 marcis. Egra civitas exusta est. Quatuor Minores fratres in ecclesia fratrum ibidem et cum ipsis centum[g] et ultra, Deo permittente, cremati et incinerati sunt.

Hoc eodem anno, postquam illustris rex Francie Ludwicus, Dei cultor ac iusticie
f. 153. amator, in peregrinacione de terra sua egressus cum glorioso comitatu tam regum quam religiosorum ac magnatorum in copiosa multitudine navium cum centum milibus cruce signatorum et ultra de diversis regnis ascendit mare, ut proficisceretur ad debellandum Sarracenos et barbaras naciones, quoddam mirabile et insolitum, a seculis non auditum in
Iul 13. mense Iulio circa festum sancte Margarete servis suis Altissimus ostendere dignabatur in

a) Versus — facta *rubro scr.* b) quam(?) *c.* c) nec tempore nec *c.* d) *ita Chr. Sampetr.;* navigatis *c.* e) alleč *c.* f) *ita Chr. Sampetr.;* subdito *c.* g) homines *add. Chr. Sampetr.*

1) Aiguesmortes. 2) Transivit et in castro Carthaginensi obiit. 3) Wartberg ad fluvium Diemel.

presagium futurorum, secundum quod iudicant sapientes. Nam 14.[a] Kal. Augusti per 1270, nunccios in scriptis diligenter et celeriter fuit transmissa Parisius magistris et fratribus Iul. 19. Minoribus ipsa visio terribilis, que talis est: 'Frater Iohannes de Prisco et frater Waltherus de Hoio ordinis Minorum de custodia Picardie, set de conventu Valenzin[1], in custodia Cameracensi existentes, in castro quod dicitur Hapers[b.2], hora quasi vespertina viderunt oculis corporalibus solem rutilantem absque nubibus claritatem suam in lunarem palledinem subito commutare, quam palledinem tam mirandam quam horrendam dum dicti fratres una cum 150 hominibus utriusque sexus, qui ad tam insolitum spectaculum convenerant, cum multa desolacione et terrore respicerent, ecce facta est subito intra solaris corporis extremitates scissio quedam, que in sole in modum spere[3] circulariter girabatur, et parumper post sol est ad integritatem pristinam reformatus, pallorem tamen retinens sicut prius. Cumque circa quartam partem hore de spacio temporis transisset, sol visus est scindi recte per medium ex transverso in partes per omnia coequales, et dum hec visio appareret, visus est armatus vir in equo armato ab oriente veniens, et per medium solis gradiens, paulato incessu divertit ad occidentem. Cumque post modicum iste disparuisset, visus est et alter veniens ab occidente et divertit ad orientem vir [alius[c]] armatus in equo armato, via priori omnino contraria per medium solis ire visus est. Et parum post, cum hic similiter evanuisset, duo equi armati absque sessoribus in sole sibi occurrentes transiêrunt. Qui cum evanuissent, apparuit magne stature ad modum latronis in solis medio suspensus, qui adeo discrete videri poterat, quod funis cingens collum eius et annexus superiori stipiti et manus post tergum ligate satis notabiliter omnibus apparebant. Cumque iste apparere cessaret, sol, integritate solita recuperata, pallorem in ruborem ad modum cruoris bene rubei commutavit et post paululum pro rubore sangwineo persicum colorem [sumpsit[d] et postremo illum colorem persicum] pro colore croceo commutavit, et hunc croceum colorem cum parum tenuisset, visus est sol paulatim ad claritatem propriam devenire'.

Anno Domini 1271. Fuldensis abbas Berchtoldus, strennuus utique et utilis rector populi sui, cultor et amator pacis, occisus est in Fulda in suo oratorio infra missam in quadragesima. In Bitervio in missa, presente Phylippo rege Francie et cardinalibus, in facie Karoli regis Sycilie invidiose occisus est Hainricus, filius Richardi regis Anglie. Inimici crucis Christi pagani cum 5 milibus[e] irruerunt in Prusciam, ecclesias et altaria devastantes, unam civitatem Cristisburg[f.4] ceperunt et occiderunt 13 fratres domus Theutonice et de populo promiscui sexus 150 necnon et duo milia, et innumerabilem multitudinem christianorum utriusque sexus captivantes, cum peccoribus et spoliis secum deduxerunt, villas succenderunt et plurimos homines cremaverunt. In Francia[g] tam in villis quam in campis lupi homines crudeliter invadentes, plures quam 30 homines devoraverunt, reliquerunt namque oves in campis et invaserunt pastores. Sevissimus hostis populi christiani, soldanus Babylonie expugnavit et cepit fortissimum castrum nomine Crack[5], munimentum ac refugium christianorum in Terra Sancta. Hec municio impreciabilis fuerat domus Hospitalis sancti Iohannis baptiste.

Defuncto papa Clemente IV, post quem cessavit episcopatus fere tribus annis, cardinales in Bitervio concorditer elegerunt in papam quendam canonicum archidyaconum ecclesie Leodiensis nomine Theobaldum, existentem ultra mare tunc ipsa hora in peregrinacione, set de Placencia civitate oriundum[h].

Anno Domini 1272. Gregorius papa X, set a beato Petro 195. ordinatur. Hic cum solempni comitatu intravit urbem Romam et Karolum Gallicum instituit regem Sycilie. Nam ante hunc papam nullus papa per 11 annos intraverat urbem Romam propter discordiam et rebellionem Romanorum. Hic Gregorius papa quando processionaliter transivit per urbem Romam, Constantinopolitanus imperator Baldewinus et Sycilie rex Karolus ambulantes quasi famuli super terram, per medium platearum duxerunt equum, cui insedit papa, hinc et inde per frenum tenendo coram omni multitudine usque ad locum debitum

a) *ita c. et Ann. Reinh.*, XIII. *Chr. Sampetr.* b) Hâpers (Harp. *vel* Hâp.) *c.* c) *superscr. ead. m. c., deest Chr. Sampetr.* d) *uncis incl. des. c., inserui ex Chr. Sampetr.* e) c. quatuor turmis *Chr. Sampetr., et sic* mit vier scharen *transl. germ. infra exhibita.* f) Eristisburg *c.* g) Frankonia *Chr. Sampetr.* h) *ita cont. III. et Chr. Sampetr.*; oriundus *c.*

1) Valencieones. 2) Hodieque Hapers prope Valenciennes ad meridiem situm. 3) i. e. sphaerae. 4) Christburg. 5) Hesu al Akrad, Curdorum castrum; cf. Wilken VII, 589.

stacionis. Mira res! Maguntinus archiepiscopus Wernherus suscepit Fuldensem ecclesiam commendatam aliquamdiu gubernandam. In Nussia civitate, que sita est aput Coloniam metropolim Theutonie iuxta Renum, quidam devotus frater Nycolaus de ordine fratrum Minorum feliciter migravit ex hoc seculo, cuius sanctam vitam pater misericordiarum[a] Deus per magna et multa miracula declaravit. Nam febres sedat, cecos illuminat, mortuum unum resuscitat et plura alia signa facit[b].

EXCERPTA GERMANICA EX CONT. I.

Ex cod. V. Cl. Haiseri 18.

f. 233'. Noch Cristes gebort tusint iar 267 iar do waz groz sterben czu Doringen unde in Ytalia der lute unde ouch des vibes.

Noch Cristes gebort tusint iar 268 iar do wart eyn groz strit in Ytalia under koning Conrade[c] unde koninge Karle, do worden irslagen sechs tusint mensche. In deme iare do wart margrefe Iohannes von Brandenburg zcu Merseburg in eyme torney irstochen. An deme selben tage reit von deme torney Theodericus von Kirchberg, eyn anicht man, der irtrang mit dren weppenern in der Sale.

Noch Cristes gebort tusint iar 269 iar da gewan der soldan Anthiochiam di stat unde irslug darinne hunderstunt tusint unde drißig tusint cristener lute, unde er bleben dannoch vele tusint lebenig, di do von deme gelouben traten.

Noch Cristes gebort tusint iar zcweihundert iar unde sibenzig iar [starb[d]] sente Elisabethen bruder der konig[e] zcu Ungern. Czu den gezciten starb di langrefin von Doringen Margareta, dez keiser Frederiches tochter[f], zcu Frankenfurt. Czu den gezciten worden di Westfalen gesant von Symone deme bischofe von Palborn, daz si verherten Hesselant unde brante do unde namen groβen roub. Do besammente[g] sich lancgrefe Henrich unde streit mit en vor Fritzschelar, unde der Westfelinge worden irslagen funf unde funfczig unde hundert, unde der gefangen waren 34 unde hundert, unde under den gefangen waz eyner der hiez Conradus von Warperg, der loste sich vor anderhalb tusint marg. Czu den gezciten wart Egere vorbrant, unde in der barfuβen kirchen do selbes vorbranten fier bruder unde hundert mensche. Czu den gezciten geschach eyn groz wunder, dez glichen vor nyme gehort wart, daz geschach umme sente Margereten tag. Do wolde Got synen knechte zceige eyn zceichen der zcukunft, noch deme also ez di wisen urteilen[h]. Wan an deme furzcenden Kalendas Augusti do wart dit beschreben gesant
f. 234. den meistern zcu Pariz. Da stunt also bruder Iohannes von Priscov unde bruder Walther von Hoyo, brudere des barfuβen ordens von der custodien Picardie unde von deme convent Valenzin, di waren in der custodien Cameracensi, in[i] eyme castel daz heiβet Hapers umme vesperczit. Do sahen si mit eren liplichen ougen di sunnen schinen ane wulken, unde si vorwandelte ere clarheit unde wart bleich also der mant, unde di bleichikeit di waz wunderlich[k] unde gruβlich gestalt. Do stunden di vorgenanten bruder mit hunderten unde mit funfzcigen beides kunnes, di daz mit en sahen mit groβen betrupeniβe unde mit forchten. Unde do wart gesehen, daz an den enden der sunnen waz eyn bruch, der waz zcirkelecht, unde darnach wart si weder gancz unde bleip immerme[l] dar bleich. Do si also geging[m] wol kegen eyme ferteile eyner stunde, do wart gesehen, daz di sunne gliche mitten uf spilt; do wart gesehen eyn gewoppent man uf eyme gewoppenten roβe, der quam von oriente unde reit gliche mitten dorch di sunnen meilichens ritens unde reit kegen occidente. Unde darnach eyn[n] wenige wile, also der vorswunden waz, do wart eyn ander gesehen, der quam von occidente unde reit kegen oriente den selben weg hen weder, den der erste gereten hatte, ouch mitten dorch di sunnen, unde der vorswant ouch. Darnach worden gesehen zcwei gewopente phert, do saz nymant uf, di begegneten er eyn deme andern in der sunnen. Do di vorswunden, do wart gesehen eyn groβ man also eyn morder gliche mitten in der sunnen, der waz gehangen. Den sach man bescheidelichen, daz eyn strang umme synen hals ging unde daz der obene an eyn holcz was gebunden, unde daz eme di hende uf den rucke waren gebunden. Daz irschein den luten merglich gnug. Do der vorging, do wart die sunne weder gancz, unde wandelte ere bleiche in eyne rōte also blut, unde wart darnach noch rōter unde wart darnach gel, unde wart darnach gesen, daz si eren schin langsam weder nam, den si vore hatte gehat.

Noch Cristes geburt tusint iar 271 iar do waz eyn apt zcu Fulde, der hiez Bertoldus, unde her waz eyn gestrenge vormunde sines stiftes unde eyn nucze[o] vorsteher unde ein lipheier dez fredes, der wart irslagen in der fasten zcu Fulde in eyner cappellen under meβe. Czu der selben zcit zcu Biterne[p] do wart Henricus, konig[q] Richardes son von Engelant, irslagen[r] under meβe, unde do waren keynwerdig der konig[q] Philippus von Frankerich unde konig[r] Karl von Sicilien* unde zcwene cardinale. Czu
*f. 234'. den gezciten do quamen di beiden in daz lant zcu Pruβin mit vier scharen[1] unde vorstoren unde zcubrachen do kirchen unde eltere, unde gewunnen eyne stat di heiβet Cristesburg unde totten do 13 Duczsche herren unde totten darzcu hundert unde funfczig mensche unde zcwei tusint menschen unde furten mit en eyne unzceilliche schar cristener lute unde vibe unde vorbranten ouch vele lute. Czu den gezciten

a) *minus perspicue scriptum.* b) Finis huius cronice *rubro scr.* c) Conr. *c.* d) *deest c.* e) kōnig *c.* f) tochte *c.* g) besamente *c.* h) irteilen *c.* i) uf *corr.* in *c.* k) winderlich *c.* l) vmerme *c.* m) *ita c.; fortasse* zeging. n) *e corr.* o) nuczce *c.* p) Biterme *c.* q) konig *c.* r) age *eras.*

1) Cf. supra p. 209 n. *e*.

do fraβen die wolfe di lute in deme lande zcu Franken uf deme velde unde in den dorfern. Si fraβen uf eynen sommer mer danne driβig mensche unde liβen die schafe gen unde liffen die herten an. Do der babest Clemens der ferde gestarb, do horte daz babistum uf wol dry iar, do koren[a] di kardinal eynen tumeherren der hiez Theobaldus.

Noch Cristes gebort tusint iar 272 iar do wart eyn babest der hiez Gregorius der zcende, der waz der hunderste unde der funf unde nuynzcigiste noch sente Petir. Deβer babest reit mit groβer erberkeit zcu Rome in di stat, wande vor deβeme babeste quam ny kein babest kegen Rome by nuyn[a*] iaren dorch di zcweitracht der bebeste unde der Romere. Deβer babest do her kegen Rome quam unde do man eme mit der processien enkegen ging, do ging eme der keiser Baldewin von Constantinopil zcu eyner hant unde der konig[b] Karl von Sicilien zcu der andern hant also knechte, unde hatten sin phert bi deme zcoyme, do der babest uffe saz, unde wiseten ez biz an di stat do der babest hene solde[b*].

CONTINUATIO II.

Ex cod. B 1 *Mellicensi.*

Contra decretum Clementis pape Conradus, filius Conradi regis, in Ytaliam vocatus, f. 63 1267–68.
magnifice in omnibus prosperatur. Nam civitates Ytalie, videlicet Roma, Bononia[1], Venecia, Verona, Ianua et alie plures rebus et affectibus, grandi milicia et grandi pecunia concorditer eidem Conrado adherent, clamantes et multipliciter acclamantes magno favore[c] personantes: 'Vivat rex Conradus'. Obprobriose eicientes de loco ad locum Karolum Gallicum, quem Clemens papa fecerat regem Sicilie atque presidem ac vicarium imperii Romani[d]. Nam et Romani eundem Conradum in senatorem Urbis[2] invito papa cum tripudio elegerunt. Rex Bohemie suffultus auctoritate apostolica proficiscitur in Prusciam.

CONTINUATIO III.

Ex codd. B 5. 5[a]. C.

De[e] Clemente papa. [Anno[f. 3] Domini 1266.], defuncto papa Clemente, postquam vacavit sedes fere[g] tribus annis, cardinales in Viterbio[h] concorditer elegerunt in papam quendam canonicum archidiaconum ecclesie Leodiensis[i] nomine Theobaldum[k], existentem ultra mare tunc ipsa hora in peregrinacione, set de civitate Placencia oriundum, et dominus Petrus de Confleto archiepiscopus Corinthi pro ipso mittitur[l] ultra mare. Ex Cont. I

De[m] Gregorio papa, qualiter intravit urbem Romanam. Anno Domini 1272.[n] Cont. I
Gregorius papa X, set[o] a beato Petro 195. ordinatus. Hic cum sollempni comitatu intravit urbem[p] Romam et Karolum Gallicum[p] instituit regem Sicilie. Nam ante hunc papam nullus papa per[q] 11 annos intraverat urbem Romam propter discordiam et[r] rebellionem Romanorum. Hic Gregorius papa quando processionaliter transivit per urbem Romam, Constantinopolitanus imperator Baldewinus[s] et Sicilie rex Karulus ambulantes quasi famuli super terram, per medium platearum duxerunt equum, cui insedit papa, hinc et[t] inde per frenum tenendo coram omni multitudine usque ad locum debitum stacionis. Mira[u] res! Hic[v] ordinavit[w], quod principes Alemannie anno Domini 1273. mense Octobris[x] Frankenvort[y] convenientes Rudolphum[z] comitem de Habichisburg[a] in regem Romanorum concorditer elegerunt. Idem eciam[b] anno Domini 1274. Lugduni[c] concilium celebrans, ut vir sanctus et bonus, multas edidit constituciones ibi[d]. Migravit autem ad[e] Christum infra octavam epyphanie Domini[f] anno Domini 1276.[g]

a) du *ins. c.* a*) XI *Cont I, Chr Sampetr.* b) kōnig *c.* b*) *desinit media in pagina;* Amen das werde *add. post. m.* c) fovore *c.* d) Romam *c.* e) De Cl. p. *rubro scr.* B 5. 5[a], *des.* C. f) A. D. 1266. *des.* C. g) pene B 5. 5[a]. h) Biternio C. i) Leodinensis B 5. 5[a]; arch. Leodicensem C 2. k) Theb. B 5. l) mittit B 5. 5[a]. m) De — Rom. *rubro scr.* B 5. 5[a], *des.* C. n) MCCLXXV. C 3. o) *erasum* C 1. p) *deest* C 3. q) papa XXXI. a. C 3. r) d. R. et r. C 3. s) Baldwinus C 3; Balwinus C 1. t) *deest* C. u) M. r. *des.* C 3. v) papa *add.* C. w) *deest* C 2. x) Octobri C 2; Octobre B 5. 5[a]. y) conv. Vrankenwort B 5[a]; Franchenfurt venientes C 3. z) Rŭdolfum C 1; Rodolfum C 2; Rudolfum C 3. a) Habspurch C 1; Habsburg C 2; Habsburch C 3. b) papa C. c) Lugduñ B 5. 5[a]; Lugdunum C 1 (*ubi add.* ut). 2. d) ubi B 5[a]; *deest* C. e) ad Chr. *des.* C. f) Dom. — 1276. *des.* C. g) *hic sequitur in* B 5. 5[a]: Item de quatuor magnis conciliis celebratis contra quatuor hereticos. Nota quod quatuor illa magna concilia contra quatuor hereticos sunt celebrata: Nicenum concilium — Anno D. 1214. compositum est symbolum *Firmiter credimus* in Lateranensi concilio ab Innocencio papa III. Extra. de fide katholica: *Firmiter credimus* (de summa Trinitate canon F. cr *post. m. scripsit in loco raso* B 5[a]). — *Codd.* C. *pergunt.*

1) Bononia Conradino fuit infesta, Ianua et Venetia ei non adhaeserunt. 2) Senator Urbis tunc fuit Heinricus de Castellia, qui a parte Conradini stetit, quem imperatorem salutaverunt Romani; cf. Gregorovius V, p. 421. 3) Haec male inseruisse videntur codd. B 5. 5[a]. Clemente enim 1268, Nov. defuncto, Gregorius a. 1271. demum electus est.

CONTINUATIO IV.

Ex codd. C 1—3.

Anno Domini 1276. Innocencius V. ordinatur, sedit mensibus 5, diebus 7[1]. Hic prius[a] dictus Petrus, de Tharantasia[b] extitit[c] oriundus, iuvenis ordinem fratrum[c] Predicatorum ingressus, adeo in moribus et sciencia profecit, ut et[c] prior provincialis in Francia et magister fieret in theologia. Postillas super quosdam libros biblie composuit, et super sententias opera conpilavit. Idem[d] per Gregorium papam X.[e] assumptus est in archiepiscopum Lugdunensem, a quo breviter per eundem papam absolutus, assumitur in cardinalem et in[c] Ian. 21. episcopum Hostiensem. Electus est in die beate Agnetis, obiit in vigilia vigilie beati[c] Iohan- Iun. 22. nis baptiste.

A[2] beato Petro apostolo[c], qui fuit primus papa, usque ad papam Innocencium V. fuerunt 197 pape, Lino et Cleto et femina que fuit papa non computatis. Post[3] dominum Innocencium fuit papa dominus[c] Octavianus[4], et vocatus est[f] Celestinus[5]. Post hunc Petrus Hyspanus, et dictus[g] Iohannes XXI[h]. Hic hereticus et nigromanticus[i] oppressus est in palacio suo Viterbii[k] a dyabolo, benedictus Deus, quia inpugnavit [dicta[l]] Thome et Alberti etc. In cuius collo morientis inventa est cedula cum karacteribus suspectis. Post hunc fuit dominus Iohannes[m], et dictus est eciam[c] Nycolaus, qui amator[n] amicorum suorum cardinalium construxit eis urbem firmissimam muris et turribus apud Lateranis[o]. Sub isto papa dominus Latinus frater ordinis Predicatorum factus est episcopus Hostiensis. Mortuo Nycolao, successit[p] dominus Wilhelmus Turonensis, et dictus[q] est Martinus[r], anno Domini 1281.

Item anno Domini 1266. recepta est domus fratrum Predicatorum in Rotwil[s] in domi- Oct. nica qua cantatur *Adapperiat*, quam in festo epiphanie sequenti rex[t] Cŏnradus presens 1267. Ian. 6. ibidem[6] commendavit civibus loci predicti.

Notandum, quod primus fundator et magister ordinis Predicatorum fuit beatus Dominicus Hyspanus, secundus Iordanus Theutunicus, sepultus in[u] Achon, tercius magister Reimundus[v] Hyspanus, qui conpilavit librum decretalium, sepultus in Barcinona[w], quartus Iohannes Theutunicus, sepultus in Argentina, quintus Humbertus Burgundus, qui ordinavit divinum officium nostrum sicut est hodie. [Sextus[x] Iohannes Lombardus].

Anno Domini 1276. floruit dominus Petrus de Tharantasia de ordine fratrum[c] Predicatorum, qui post[y] factus est papa Innocencius V. Item magister Thomas, clarum Dei organum in theologia et in[z] naturalibus et precipue in moralibus. Hic de novo glosavit ewangelia, fecit eciam[a] summam theologie incomparabilem. Item dominus Hainbaldus[b] cardinalis de ordine Predicatorum. Item dominus Latinus cardinalis Hostiensis. Item dominus Rupertus[c] cardinalis, ambo magistri in theologia et ambo nutriti in ordine Predicatorum.

CONTINUATIO V.

Ex codd. B 3. 3*.

f. 41. Anno Domini 1266. magnum[d] fuit prelium inter regem Boemie et ducem Bawarie, ubi[e] Egra[f] civitas regi tradita est. [Manfridus[g]], filius Friderici[h], magnus hostis ecclesie, occisus est ab exercitu pape. Multa prelia in diversis locis fuerunt. Herbipolenses fecerunt Aug. 8. victoriam iuxta Kizingen[i] cum[k] comite Hermanno de Hennenberc[l] dimicantes, multos in flumine qui Moyn dicitur submergentes, alios occidentes et plures captivantes.

a) P. d. p. C 3. b) Taranthasia C 2; Tharamusia C 3. c) *deest* C 3. d) Item C 3. e) x. *deest* C 3. f) eciam *add.* C 1. g) est *add* C 2. h) XIII. C 3. i) nigromantibus C 3. k) a d. V. C 2. l) *deest* C 1 *(ubi post superscriptum).* 2. m) papa *add.* C 3. — et *deest* C 2. n) amic. s. carnalium amat. C 3; amic. *deest* C 1. o) Lateranum C 3. p) ei *add.* C 3. q) et e. d. C 2; et dn̄s eciam d. C 1. r) papa *add.* C 3. s) *hic desinit* C 2 *media in pagina, eodem et sequenti folio vacuis relictis.* t) Cij' r. C 3. u) s. Machon C 1. v) Rem. C 3. w) Barciona C 1; Baremona C 3. x) S. I. L. *des.* C 3. y) prius C 3. z) et naturabilibus pr. C 3. a) et C 3. b) Heimb. C 3. c) Bombertus C 1. d) sine *post* magnum *scr. sed delevit* B 3. e) n̊ B 3. f) erga *rec. m. corr.* Egra B 3. g) P. B 3; p'us B 3*. h) vel B 3*. i) Ningin B 3*. k) *deest* B 3*. l) Henneberc B 3*.

1) Hic numerus cum diebus electionis et mortis infra recte allatis non convenit. 2) Haec in codd. B 5. 5[a] v. supra p. 204 n. 3) Abhinc quae sequuntur alius scriptor addidisse videtur. 4) Ottoboni. 5) Immo Hadrianus. 6) Die 9. Ian. 1267. Conradinus Rotwilae chartae subscripsit. Böhmer, Reg. p. 286.

[Anno[a] Domini 1267. fuit eclipsis solis in die Urbani]. Mai 25.

Anno Domini 1268. marchio iuvenis[1] de Brandeburc[b] in Merseburch in torneamento[c] periit lanceatus[d]. Comes[e, 2] de Kirberc[f] eodem die in Sala submersus est cum 28[g, 3] militibus et servis. Rex Conradus, regis Conradi filius, cum quibusdam nobilibus a rege Karolo decollatus est, 6 milibus[h] in pugna occisis, exceptis multis aliis qui[i] in diversis locis singillatim[k] occisi sunt ab exercitu Karoli. Papa Clemens in Bitervio mortuus est, in cuius morte terre motus factus est magnus[l].

CONTINUATIO VI.

Ex cod. B 3 Pesthinensi.*

Anno Domini 1269. in civitate Misene[m] prope Renum tres mulieres nobiliores civitatis pepererunt tria monstra. Prima peperit caput bovis cum magnis cornibus et mortua est. Secunda etiam peperit caput bovis cum cornibus et postea peperit puerum masculum et non est mortua. Tertia mortua est et incisa, et inventum est caput bovis in ventre eius, cuius cornua creverant per cor eius. Iohannes abbas de Riphenstayn vidit processionem et ieiunium et fletum in ipsa civitate pro hiis plagis.

Anno Domini 1270.[n] rex Ungarie Bela nomine mortuus est, et Tartari fratrem suum Stephanum in bello vulneraverunt et multa milia in bello occiderunt in Ungaria.

Anno Domini 1270. Margaretha, filia Friderici imperatoris, uxor langravii Alberti, nocte furtive recessit de Varberch[4] cum paucis, et eodem anno in Franchkenfurt mortua est et sepulta. In Austria 60 milia a Comanis et Ungaris interfecta.

Rex Francie et filius suus sine gladiis[o] in quadam [insula[p]] Corit[5] nomine mortui sunt, et exercitus suus a soldano eiusdem insule occisus est; insuper 40 naves Karoli cum exercitu reliquo perierunt.

Anno Domini 1271. transmarinis partibus Starkinberc[6] et Crak[7] castra fortissima soldanus Babilonie expugnavit. Rex Bohemie expedicionem in Ungaria fecit, ubi peditum 6 milia occisa sunt. Item 3 lune vise sunt a Bertrano monacho in Wolkol[8].

Anno Domini 1272. electus est papa Gregorius nomine de Terra Sancta adveniens, Rome consedit, concilium magnum celebravit anno 2, ubi Rudolfum regem Romanorum confirmavit et alia multa statuit. Idem papa sedit annis 4 et mortuus est.

Anno Domini 1276. electus papa Innocencius, qui vix 20 septimanis sedit, et eodem anno electus est papa Allexander[9].

Anno Domini 1278. Otakerus rex Bohemie ab exercitu domini Rudolfi regis Romanorum bello campestri occiditur.

Anno Domini 1288. sanctus Virgilius Iuvavensis episcopus transfertur a domino Rudolfo eiusdem ecclesie episcopo. Cont. Flor.[10]

Anno Domini 1289. Heinricus illustris dux Bavarie in Purchkhawsen moritur et apud Lanczhût decentissime sepelitur.

Anno Domini 1284. quidam fascinator se Fridericum imperatorem simulans, magnam partem Almanie in errorem duxit. Tandem conpertis prestigiis suis, per dominum Rudolfum regem Romanorum crematur.

Anno Domini 1287. Iudei supra Renum in quadam civitate quendam Deo devotum nomine Wernherum clam abducunt et in die parasceue ad instar Salvatoris morte afficiunt. Qui per Dei graciam multis claret miraculis.

Anno Domini 1291.[q] domnus Rudolfus rex Romanorum moritur et sepultus est in Spira[r]. cf. ibid.

a) *uncis incl. des.* B 3. b) Brandenburg B 3*. c) turnamento B 3*. d) lanceatos B 3. e) Comites B 3. f) Ricchiberc B 3*. g) XVIII *corr.* XXVIII B 3, *et ita* B 3*. h) militibus *post corr.* milibus B 3. i) *e corr.* B 3. k) sigillati *corr. post* sigillatī B 3, *et ita* B 3*. l) est. Magnus B 3, *qui finit in media pagina fol.* 41, *ubi rubro scriptum est:* Completus est iste liber per manus Iohannis; magnus *deest* B 3*, *qui pergit.* m) *an corruptum pro* Nussie? n) MCCLXI. *c.* o) gladii *c.* p) *ita supplevi, deest c.* q) MCCLXXXI. *c.* r) *reliqua omissa sunt, quae v. Archiv für Oesterr. Geschichtsquellen XIV, p.* 11.

1) Iohannes. 2) Dietricus. 3) *cum tribus armigeris* cont. l. supra p. 206. 4) Wartburg. 5) Carthaginem significare videtur. 6) i. e. Mons Fortis, Montfort. 7) Cf. supra p. 209 n. 5. 8) An Volkolderode? 9) Hadrianus V. 10) SS. IX, p. 749.

CHRONICA PONTIFICUM ET IMPERATORUM MANTUANA.

Codex bibliothecae Romanae Casanatensis A. III. 10, *membr. s. XIV, duabus columnis manu Itala exaratus, chronicon continet universale, quo historia antiqua fusius narratur et stemmatibus picturisque additis illustratur, cui etiam integri tractatus varii argumenti sunt inserti* (Opusculum beatissimi Ieronimi de 12 doctoribus; Epistola domini Iohannis presbiteri Indiani ad Emanuelem Romanorum imperatorem de mirabilibus Indie[1]; Opusculum de diversis provintiis Ytalie), *postea pontificum Romanorum et imperatorum vitae e latere positae exhibentur. Hanc telam iam in Friderici II. morte abrupit, illorum seriem vero ad a.* 1274. *usque deduxit ibique Rudolfi regis electi mentionem fecit auctor. Praeter libros, quos ipse operis initio recenset et quibus in historia antiqua enarranda usus est, praesertim Martinum sequitur Oppaviensem; postea vero Gilberti, chronici quod fratri ordinis Theutonicorum tribuimus, Vincentii et Iacobi de Voragine vestigia quam plura deprehendes; sed eorum lacinias fortasse iam alibi coniunctas et ita auctas invenit, ut in Chronica Regiensi*[2] *leguntur. Aliquoties cum Tolosani Faventini chronico convenit, sed ex alio libro, fortasse Cremonensi, haec eum sumsisse putarim. Quaedam etiam de rebus Italis inseruit, quae ipsum in Lombardiae, et nisi fallor, Mantuae vixisse probant. Codicem Romae a.* 1876. *exscripsi.*

Idem opus brevi continuatione auctum continet:

Cod. Romanus Ottobonianus Nr. 2091, *membr. s. XIV, cuius notitiam uberiorem b. m. Bethmann dedit, qua nuper inventa, recte eum de hoc opere iudicasse (Arch. XII, p.* 368) *intellexi*[3]. *Catalogus pontificum ad Iohannem XXII. usque deductus his finit verbis, quae auctoris patriam indicant:* Iohannes provincialis XXII .... Dominus igitur dirigat istum papam Iohannem ad sui honorem et sue eclesie sancte et ad pacem et tranquillitatem tocius Ytalie, Lombardie et specialiter marchie Tarvisine. Amen. *Historia imperatorum in Alberto I. subsistit. Brevem hanc continuationem descripsit in usus nostros V. Cl. Mau.* *G. W.*

Cronica ista compilata est ex cronica Damasci pape et Ieronimi et Eusebii et beati Ysidori et ex cronica Honorii inclusi[4] et ex ystoriis ecclesiasticis et scolasticis et ex diversis dictis civitatum antiquarum. Et hoc usque ad Fredericum Romanorum imperatorem. Et[5] dicitur cronica a cronos Grece, quod tempus dicitur Latine. Unde cronica est liber continens temporum descriptiones.

1) Cf. Zarncke, Commentatio de epistola Iohannis Lips. 1873, 4.
2) Apud Dove, 'Die Doppelchronik von Reggio', 1873; cf. quae N. Archiv III, p. 55 sq. exposui.
3) Ideo delenda sunt quae N. Archiv II, p. 340. scripsi.
4) Nescio an de Honorio Augustodunensi cogitandum sit.
5) Haec ex Isid. Etym. V, 28.

Presens seculum distinguitur in duos status. Primus status qui dicitur vetus est ab Adam usque ad Christum. . . . .

PONTIFICES.

. . . .

Adrianus, natione Anglicus, cepit anno Domini 1156, sedit annis 4, mensibus 10, et cessavit episcopatus Mart. diebus 20. Hic coronavit Fredericum primum.

Alexander, natione Tuscus, patria Senensi, ex patre Ranuntio, cepit anno Domini 1160, sedit annis 21, Mart mensibus 11. Hic fuit in utroque iure peritissimus. Duo concilia ordinavit, scilicet unum Turonis et aliud Rome celebravit. In quo multa iura condita sunt et alia renovata, que canones appellamus. In quo etiam Fridericum Roman. imperatorem et Hemanuel Constantinopolitanum et Guilielmum Siculum atque Lumbardos ad concordiam revocavit. Huius tempore magnum scisma fuit, et multi fuerunt teremoti cf. Iac. per loca. De quibus omnibus et de hoc Alexandro habes in titulo Frederici I.

Lutius, natione Lucanus, cepit anno Domini 1181, sedit annis 4, mensibus 2, et cessavit episcopatus Mart. diebus 13. Hic obiit Verone et ibi sepultus est.

Urbanus, natione Mediolanensis, cepit anno Domini 1189, sedit anno 1, mensibus 10. Hic fuit vir nobilis genere et moribus, pulcra reverendus canitie, urbane eloquentie preditus et in utroque iure peritus. Fuit Vercellensis episcopus et post Mediolanensis archiepiscopus, deinde Romanus cardinalis et post summus pontifex. Huius tempore capta est Jerusalem a Salatino et Saracenis, scilicet anno Domini 1187. Quod audiens papa, pre nimio dolore obiit et sepultus est in Feraria. Extra Urbem tempore sui pontificatus fuit, contradicentibus inimicis ecclesie.

Gregorius, natione Beneventanus, cepit anno Domini 1187, sedit mensibus 2, et cessavit episcopatus diebus 20. Hic diu fuit cancellarius ecclesie, post presbiter cardinalis, deinde papa Ferarie eligitur et consecratur. Moritur apud Pisas. Mart. Rec. A.

Clemens, natione Romanus, cepit anno Domini 1189, sedit annis 3, mensibus 3.

Celestinus, natione Romanus, cepit anno Domini 1192, sedit annis 6, mensibus 7. Hic secundo die sui Mart. pontificatus coronavit Henricum [VI.[a]] feria 2. post pasca. Sub isto rex Anglie et Frantie transfre- 1191. Apr. 15. tantes, partem Terre Sancte liberaverunt, et totam liberassent, si pax fuisset inter eos[1].

Innocentius, natione Campanus, ex patre Transmundo, consecratus civitate Anagnia in cathedra sancti Petri, Mart. cepit anno Domini 1198, sedit annis 18, mensibus 4. Huius splendida opera fulgent in Urbe pariter et in orbe. Gilb. Fecit etiam inter cetera hospitale sancti Spiritus. Composuit decretales, sermones, prephationes in missa, librum de Mart. Rec. A. miseria hominis et multa alia gloriosa. Fuit enim vir probus et fortis, dicens se habere utrumque gladium, scilicet spiritualem et temporalem. Hic defendit Fredericum puerum regem Apulie et Cecilie et coronavit Ottonem, et eum postea deposuit, quia non servavit fidelitatem, et Fredericum pupil- Mart lum fecit imperatorem, quem ecclesie filium nominavit. Huius tempore 1200. capta est Constantinopolis a Francis et a Venetis, unde Grecos subiugavit. Similiter Miramolinus[2] imperator Saracenorum veniens contra Yspanos cum 50 regibus, a regibus Yspanis, scilicet Castelle, Navarre, Aragonum, cum adiutorio Portugalensium devictus fuit et confuse ad propria reversus.

Huius anno pontificatus sui 18, mense Novembr. in ecclesia Lateranensi celebratum est concilium generale propter subsidium Terre Sancte et pro statu universalis ecclesie, ubi pene corpus universe ecclesie convenit, necnon et Gilb procuratores ac legati multorum imperatorum, regum, principum et aliarum civitatum. Tempore huius concilii regnum magnum iuxta Livoniam positum conversum est ad fidem. Mart.

Iste fuit vir potens in opere et sermone, iuris professor, quod sub compendio emendavit. Hic misit legatos ad Phylippum regem Francorum, ut terram Albigensium invaderet et hereticos deleret. Qui Iac. omnes capiens concremari fecit. Demum vero cupiens reformare pacem inter Ianuenses et Pisanos et Lumbardos pro Mart. subventione Terre Sancte, dum iter faceret, apud Perusium mortuus est.

Honorius, natione Romanus, apud Perusium electus, cepit anno Domini 1216, sedit annis 10, mensibus 8. Huius tempore rex Frantie Damiatam cepit, set paulo post ipse cum magna multitudine christianorum a Saracenis capitur, unde Damiatam eis restituit pro redemptione sua cum infinita peccunia. Hic sermones composuit et decretales compilavit. Hic in ecclesia beati Petri Fredericum regem Mart. Sicilie in imperatorem Roman. coronavit. Quem postea sibi et ecclesie Romane adversarium comperiens, anathematizavit atque barones ab eius fidelitate absolvit. Hic primo anno sui pontificatus ordinem Predicatorum confirmavit. Vinc. Claruerunt tunc sanctus Franciscus et Dominicus. Tunc et generalis teremotus fuit die dominico in nat. Domini 1223. Hic quiescit Rome in ecclesia sancte Marie maioris.

Gregorius, natione Campanus, Hostiensis episcopus, cepit anno Domini 1226, sedit annis 14. Hic Mart. canonizavit sanctam Helysabeth, filiam regis Ungarie, que inter alia miracula 16 mortuos suscitavit et cecum natum illumi- Iac. navit, et de eius corpore usque hodie oleum fluere peribetur. Canonizavit etiam sanctos Dominicum et Franciscum. Mart. Hic concilium celebrare Rome nititur[b], sed ab imperatore per terram et mare precipue vie artantur, ita quod duo car-

*) De aliis ordinibus habes in Ottone IIII. *in marg. c.*

a) *post add. c.* b) mittitur *c.*

1) Cf. Chron. Reg. p. 147. 2) Cf. Vinc. XXX, 2; Chron. Reg. p. 150, et Dove p. 63.

Mart dinales et multi prelati per Henricum, filium imperatoris, capiuntur ad concilium venientes, et in Apuliam ducti sunt. Imperator etiam ex magna parte patrimonium ecclesie occupans, papam in Urbe obsidebat. Qui videns pene omnes Romanos peccunia esse corruptos, accipiens apostolorum capita et processionem a Laterano usque ad Sanctum Petrum fatiens, animos Romanorum sic revocavit, ut pene omnes contra imperatorem cruce signarentur. Quod imperator, qui iam in ianuis stans credebat se intraturum, audiens et timens, longe ab Urbe recessit. Hic per fratrem Raymundum ordinis Predicatorum penitentiarium et capellanum suum ex pluribus voluminibus decretalium compilavit volumen unum, mandans ubique doctoribus illo uti. Hic multis tribulationibus concussus de mense Augusti obiit.

Celestinus, natione Mediolanensis, cepit anno Domini 1240, sedit diebus 17, et cessavit episcopatus mensibus 20 Hic episcopus Sabbinensis, vita et scientia laudabilis, senex et infirmus electus, cito moritur et in ecclesia sancti Petri sepelitur.

Innocentius, qui et Sinibaldus, natione Ianuensis de comitibus Lavanie, cepit anno Domini 1243,
De rege Manfredo. sedit annis 11, mensibus 6. Hic sedes cardinalium a multo tempore vacuas de personis electis ex diversis mundi partibus restauravit. Hic sentiens Fredericum contumacem esse et rebellem, clam in galeis Ianuensium venit Ianuam et in Lugdunum; ubi celebrans concilium, imperatorem velut hostem ecclesie condempnavit, imperio et omni honore privando. Hic canonizavit Perusii sanctum Petrum martyrem ordinis Predicatorum. Hic papa, audita morte Frederici, rediit in Tusciam, et inde, mortuo Conrado, filio Frederici, statim cum magno exercitu intravit Apuliam. Cui obvians Manfredus, filius Frederici, se sibi totum commisit et eum in Regnum humiliter introduxit, sed patris sequens vestigia, quasi subito resiliit et a fatie sua fugit. Hic papa fuit plurimum gratiosus, et preclarus omnibus habebatur. Et optento regno Sicilie et Apulie, post paucos dies Neapolim gloriose migravit ad Christum 7. Idus Decembris.

Alexander, natione Campanus, de Anagnia, episcopus Hostiensis, cepit anno Domini 1254, sedit annis 6, mensibus 3, et cessavit episcopatus mensibus 3. Hic in primordio sue creationis privavit Manfredum omni honore et dignitate, scilicet quia rebellaverat et se receptaverat in Luceriam cum Saracenis. Hic papa etiam eodem anno dimisit Regnum et venit Anagniam; et sic dictus Manfredus occupavit universum Regnum tamquam vicarius Conradini, filii Frederici imperatoris. Qui etiam Manfredus, naturalis filius condam Frederici, post paucos vicarie
Mart sue annos confingens et publicans dictum Conradinum mortuum, fecit se in regno Scicilie coronari. Et sic usurpato regno et regis nomine, excommunicatur a domino papa. Qui etiam misit exercitum contra eum, sed nichil profecit. Post pauca vero tempora Conradinus, cognita hac malitia, misit ambaxatores cum suis et magnatum litteris sigillis pendentibus ad dominum papam, que coram ipso et cardinalibus publice ostense[a] fuerunt, in quibus peribebatur testimonium a magnatibus Alamanie, quod dictus Conradus vivebat. Tamen nichil penitus profuerunt eidem. Huius tempore principes Alamanie electores in discordia elegerunt in imperatorem quidam regem Castelle et quidam Ricardum, fratrem regis Anglie, ditissimum comitem Cornubie. Qui suas electiones in Romana curia prosequentes, dictus Ricardus intravit Alamaniam, ubi fuit ab archiepiscopo Coloniensi diademate regio coronatus, et optinuit regnum Alamanie pro maiori parte. Huius etiam tempore 1249.
De Ezelino perfido. Sept. 28. Ezelinus de Romano, inimicus ecclesie, captus fuit in vigilia sancti Michaelis fere cum omnibus suis ac vulneratus in bello Blancelune et in castro Sorcini sepultus. Et tunc facta et iurata fuit pax inter Mantuanos et Veronenses in palatio novo Mant., existente potestate domino Cathelano de Bon. Tunc comes Lodoycus rediit cum parte sua in Veronam.

Mart. Hic papa canonizavit sanctam Claram ordinis sancti Francisci.

Huius etiam tempore 1256. fuit quidam homo Cremone qui Faciolus vocabatur, qui per 77 dies in domo Predicatorum stetit, quod non comedit neque bibit aliquid preter corpus Christi, quod bis suscepit intra predictum tempus.

Hic autem papa migravit Viterbii 8. Kal. Iunii precedente dominica qua cantatur:
1261. Mai 25. *Vado ad eum* etc., scilicet in festo sancti Urbani; quare sequens papa imposuit sibi nomen Urbanum. Sepultus est autem ibi in ecclesia cathedrali sancti Laurentii. Et cessavit episcopatus mensibus 3.

Mart Urbanus, natione Gallicus, patriarcha Ierosolimitanus, cepit anno Domini 1261, sedit annis 3, mense 1, et cessavit episcopatus mensibus 5. Hic fecit 14 cardinales in duabus ordinationibus. Contra istum manentem apud Urbem-veterem misit Manfredus, qui se dicebat regem Scicilie, infinitam multitudinem Saracenorum, quos ipse papa fugavit subito de patrimonio per cruce signatos. Hic contulit regnum Scicilie Karolo, fratri regis Francie, comiti Provintie, ut recuperaret illud a dicto Manfredo, detentore illius. Tunc temporis stella cum cauda apparuit. Hic creatus est Viterbii et moritur Perusii ibique sepultus in cathedrali ecclesia cum papa predicto.

Clemens, natione Provintialis, de opido Sancti Egidii super flumen Rodani, electus Perusii, cepit anno Domini 1264, sedit annis 3, mensibus 9, diebus 21, et cessavit episcopatus annis 4, mensibus 8, diebus 23. Hic fuit litteratissimus et iuris peritus, uxoratus et pater. Sed uxore mortua,

a) ostensse *c.*

1) Cf. locos a Potthast, Reg. II, p. 1472, collectos.

clericalem vitam assumpsit, sicque fuit regis Francie consciliarius, deinde episcopus Aniciensis, postea archiepiscopus Narbonensis. Inde assumptus est a papa Urbano in cardinalem, scilicet episcopum Sabinensem. Et missus legatus in Angliam, paulo post factus est papa. Huius anno [Mart.] primo ceperunt in Ytalia consummari tribulationes ecclesie. Nam ipse per dominum Symonem tit. Sancte Cecilie presbiterum cardinalem, sedis apostolice legatum in Frantia, et per magistrum Petrum de Mortebruno notarium, de fratrum conscilio et assensu expresso, contulit denuo regnum Scicilie Karolo, regis Frantie fratri et Provintie et Andagavie[a] comiti[1]. Qui factus Urbis senator, venit Romam protinus per mare, ubi fuit una cum uxore per cardinales missos a papa Perusii commorante diademate[b] regio coronatus. Et habito ultramontanorum exercitu, qui per Lumbardiam transierunt in Apuliam, 1269.[c] Regnum intravit contra [1268.] Manfredum, qui per nephas illud optinebat, suffocato patre suo Frederico, ut dicitur, cum cossino, cum infirmaretur, timens ne convalesceret, ambiendo regnum Scicilie. [Mart.] In ingressu igitur Regni Karolus exercitum Manfredi devicit apud Sanctum Germanum, et inde veniens Beneventum, in campo Florido ipsum Manfredum vita et regno privavit et partem sui exercitus interemit auxilio proditorum Manfredi, scilicet 1268. Conradinum etiam[d], filium Conradi, filii Frederici imperatoris, de Alamannia cum multis magnatibus usque ad introitum Apulie venientem et Regnum occupare volentem, cum Henrico, fratre regis Castelle, senatore Urbis, et suo innumerabili exercitu in campo Palatino[2] devicit. Ibi ex utraque parte plurimi gladio perierunt. Sed Henricus capitur extra campum et Karoli carceri deputatur. Conradinus vero et dux Austrie et comes Galvanus postmodum sub carcere Karoli decapitati fuerunt, scilicet 1268.

Hic papa, plenus dierum et vite sanctitate preditus, a primo episcopatu vita artissimus, anno 4. pontificatus sui, 4. feria 4. Kal. Decembris obdormivit in Domino, et sepultus est in ecclesia cathedrali Viterbii.

Gregorius, natione Lumbardus, de civitate Placentia, ex patre de Vicecomitibus, cepit anno Domini 1271, sedit annis 7. Hic anno Domini 1274. celebravit concilium Lugdun., in quo cassavit ordinem Saccensium[3] et statuit solvi decimam per 6 annos pro subsidio Terre Sancte. Tunc etiam electus fuit comes Rodulfus de Osburgo de Alamania in regem Romanorum. Multas etiam ordinationes et alia magna et sancta fecit.

IMPERATORES.

. . . .
. . . .

Fredericus, nepos Conradi imperatoris, cepit imperare anno Domini 1152, imperavit annis 25. Hic fuit filius Frederici ducis Suevorum, fratris Conradi regis de progenie Karolorum. Hic apud Franchen- [Chr. Th.] furt ab omnibus eligitur. Qui cum pro coronatione sua Romam venisset, ab Adriano papa IIII. cum magno [Mart.] gaudio in ecclesia beati Petri coronatus est. Hic post mortem Adriani pape IIII. pessime cum Allexandro papa III stetit. In cuius preiuditium 4 scismaticis successive adhesit, qui eiusdem Allexandri invasores fuerant, et ipsos fovebat. Nam [ib pont.] contra Allexandrum eligitur Octavianus, Guido Cremensis, Iohannes Strumensis et quidam dictus Lando. Unde Allexander [ib imp.] papa ad regem Francorum confugit. Tunc Fredericus, congregata magna multitudine, nitebatur in Burgundiam veniens exçubare[e]. Sed rege Anglorum regi[f] Francorum ferente auxilium, nil profecit. Hic post multas persecutiones per multa tempora pape Alexandro factas, timens ne a dominio suo caderet propter Lumbardorum contra se rebellionem et pape Alexandri prosperitatem, missis sollempnibus nuntiis, ut reconciliaretur pape, laboravit. Tandem in vigilia sancti [Iul. 24.] Iacobi ivit Fredericus ad pedes domini Alexandri pape apud Veneciam et eos osculatus est. Tunc papa ipsum absolvit ponendo pedem suum super cervicem eius dicendo: *Super aspidem et basi.* etc.[4] Sic igitur ad concordiam ecclesie reconciliato, pro emenda assumpto crucis caractere, cum [Mart.] magno exercitu transfretavit ad partes ultramarinas, sed per Ungariam et Gretiam et per partes illas terrestres ad liberationem Terre Sancte, in quibus multa strenue gessit, prout delectabili processu eius ystorie narrant, que Frederice vocantur[5]. Ibi etiam dicitur, quod timuit per equora illuc transmeare, quia profetatum[g] erat ei et predestinatum, ipsum in aqua mori. Hic autem in omnibus gloriosus cum venisset in Armeniam, in quodam flumine parvo qui Fereus [Gilb] nuncupatur[6], dum se balnearet, heu! tantus princeps suffocatur et moritur. Filius autem eius Fredericus etiam dictus, cum esset dux Suevorum, quem pater secum duxerat, strenue rexit exercitum et corpus patris detulit [Chr. Th.] usque Tyrum. Et cum Ptholomaidem obsideret, obiit, et in ecclesia sancte Marie hospitalis Theotonicorum, quam pater et [Mart Chr. Th]

a) Adagavie *c.* b) d. r. c. *in marg. suppl. c.* c) *ita c.* d) et *c.* e) extirpare *Mart.* f) rege *c.* g) fatatum *c.*

1) Cf. Potthast nr. 19038 sqq, l. l. p. 1543. 2) Palentinus, Palenta. 3) Cf. Salimben. p. 119; Conc. Lugd. a. 1274, c. 23, Mansi XXIV, p. 96. 4) Primum hoc, quod sciam, huius fabulae vestigium. Cf. quae Gilberti chronicae inserta sunt supra p. 134, aliam relationem supra p. 150. In Tolosani chron. Favent. c. 81, Documenti VI, p. 656, legitur: *ad pedes domini Alexandri procidens.* 5) V. supra p. 134 n. 6) V. supra p. 115. et Tolos. c. 103, p. 673.

[Mart.] ipse inchoaverat, sepultus est. Omnes etiam nobiles pene obierunt. Eodem tempore fuit abbas Ioachim in Calabria, qui spiritum prophetandi habuit, et plures libros super Ieremiam et Apocalips. et de honoribus prophetarum conscripsit. Composuit etiam librum de Trinitate, quem misit Romam emendandum. Et licet male sensisset, tamen dampnatus non fuit, sed tantum liber per Innocentium III. generali[a] [Mart.] concilio est dampnatus. Hic predictis regibus requirentibus ab ipso de peregrinatione ad Terram Sanctam, quam faciebant, predixit, quod parum proficerent, eo quod tempus numdum advenisset. Tempore huius Frederici Rodulfus Coloniensis archiepiscopus trium magorum corpora de Perside olim Constantinopolim ab imperatore translata et inde a sancto Storgio Mediolanum miraculose transvecta, transportavit Coloniam, scilicet Mediolano destructo ab ipso Frederico de mense Marcii 1162. Mediolanenses[1] enim fame coacti sine pactione se tradiderunt Frederico predicto. Unde muri eius altissimi funditus suffossi sunt. Verum 1168. Cremonenses cum aliis Lumbardis de[2] consensu domini Alexandri pape Mediolanum, revocatis undique habitatoribus, rehedificaverunt, et reducti sunt in civitatem. Eodem millesimo[b] Cremona cum Mediolano et Placentia contra civitatem Papiensem in eius confinio ex[3] hominibus Guillielmi Montisferati civitatem construxerunt, que ut fieret famosior, ab Alexandro papa III. Alexandriam vocaverunt. Qui papa ad petitionem Lumbardorum constituit eis episcopum. Papiensem vero episcopum crucis palii dignitate privavit, eo quod Frederico et persecutoribus ecclesie ab antiquo adhesisset.

[Iac.] Huius tempore expugnati sunt Romani apud Montem Portum a Theotonicis, qui apud Tusculanum pro imperatore morabantur, et tot a nona usque ad vesperas occiderunt, ut numquam ex Romanis tot millia sint[c] occisa, licet tempore Anibaldi tot occisi sint, ut tres cophinos anulorum extrahi fecerit et Cartaginem destinari. Huius etiam tempore civitas [Mart.] Edissa, que in Genesi dicitur Arath, capitur a rege Alapie, et occiso eius archiepiscopo cum multis Francis ibi captis, [Iac.] prophanatum a gentibus et possidetur. Hec facta sunt durante scismate electorum pontificum contra [Mart.] Alexandrum III, quod duravit annis 18. Huius etiam tempore 1177. captum est sepulcrum Domini et eius crux a [Iac.] Salandino. Eo tempore tres lune in celo vise sunt, in medio signum crucis. Nec multo post visi sunt tres soles Hoc [Mart.] etiam tempore sol obscuratus est parum ante horam nonam et diu post illam horam in eodem statu permansit. Huius [Iac.] tempore sanctus Thomas archiepiscopus Cantuariensis in ecclesia sua metropolitana occiditur et per Alexandrum papam III. canonizatur. Eo etiam tempore floruit magister Petrus Lumbardus, episcopus Parisiensis, qui librum Sententiarum, glosas psalterii et epistolarum Pauli utiliter compilavit.

Henricus, dicti Frederici filius, cepit imperare anno Domini 1183. Hic coronatus fuit [Mart] in ecclesia sancti Petri a Celestino papa. Vacavit hic imperium fere per 12 annos. Huius anno primo sol obscuratus est 9. Kal. Iulii quasi a tercia usque ad nonam. Hic illo anno intravit Apuliam et regnum Scicilie[d] et cepit terram usque Neapolim. Hic accepit Constanciam, filiam regis Scicilie, que peperit Fredericum, qui post Ottonem imperavit.

[Mart.] Mortuo Henrico 1197, orta est dissensio inter principes Alamannie. Una pars elegit Ottonem de Saxonia, [Vinc.] alia Philippum ducem Suevie, fratrem huius Henrici Innocentius vero papa III fuit adversarius Phylippo propter eius fratrem Henricum, qui contra christianam religionem in regno Scicilie archiepiscopos et episcopos trucidarat et contra Romanam ecclesiam semper tyrannidem exercuerat. Propter quod ipsum et omnes fautores ipsius excom- [Vinc. vel Iac.] municavit. Ottoni vero duci Saxonie viriliter adhesit et ipsum in regem Alamanie Aquisgrani coronari fecit. Huius tempore quasi inaudita tonitrua et visa fulmina fuerunt, et quadranguli lapides ad quantitatem ovorum ipsa tempestate cum pluvia ceciderunt, vastando omnia et homines occidendo.

[Mart] Otto, gente Saxonum, a papa Innocentio III. in ecclesia sancti Petri coronatus fuit 1207, regnavit annis 10. [Iac.] Hic, accepta corona, iuravit pape iura ecclesie salvare. Qui statim ipso die contra iuramentum venit, faciens Romani- [Mart] petas spoliari, ac etiam Romanos impugnavit et regnum Apulie intravit, aufferens illud Frederico regi Scicilie; unde papa [Iac.] eum excommunicavit et eius fautores et ipsum ab imperio deposuit.

[Mart.] Unde 4. anno huius imperii principes elegerunt Fredericum in imperatorem. Qui veniens navigio usque Romam, a papa et populo Romano honorifice est receptus. Qui in Alamaniam missus fuit contra Ottonem, ibique mirifice superando triumphavit.

Huius anno 5. Cremonenses superaverunt Mediolanenses, eorum carocium, arma et scuta accipientes, quibus hodie palatium Cremonensium decoratur[4].

[cf SS XVII, p 722.] Huius tempore multi ordines ceperunt. Nota, quod anno Domini 412. incepit ordo sancti Benedicti. Item 1083. incepit ordo sancti Augustini. Item 1098. incepit ordo Cisterciensium. Item 1120. incepit ordo Premonstratensium. Item 1197. incepit ordo Trinitatis. Item 1200. incepit ordo Predicatorum. Item 1210. incepit ordo Minorum. Nota, quod est quidam ordo in Lumbardia qui vocatur ordo sancti Marci euang. de Mant., qui ideo sic vocatur, quia Mantue incepit in domo dicti sancti Marci. Hic est specialis ordo domini pape, eo quod domini Alexandri pape ....[e] habent vivendi regulam specialem. Huius ordinis institutor fuit vir vite venerabilis dompnus Albertus de Mantua[f]. Cuius vite sanctitatem eius vita describit; qui obiit 1209.

Fredericus, nepos primi Frederici imperatoris et filius supradicti Henrici, cepit anno [Mart.] 1220. Hic Henrici filius a papa Honorio in ecclesia sancti Petri coronatur et prima die sue coronationis leges

a) generalio *c.* b) *ita c.; lege:* 1168. anno. c) sit *c.* d) Scitilie *c.* e) *spatium vacat in cod.* f) Mant. *c.*

1) Ita Tolosanus c. 56, p. 635. 2) *de consensu — rehedificaverunt* Tolos. c. 60, p. 638. 3) *ex h. G. M. constr.* et *ab Al. Al.* Tolos. c. 61, p. 638. 4) Ita Tolos. c. 140, p. 693.

optimas contra hereticos edidit. Hospitali Alamannorum multa privillegia concessit. Saracenos in Scicilia perdomuit. Chr Th Prima eius uxor domina Constantia, filia regis Aragonum, fuit; ex qua genuit regem Henricum. Qua defuncta, conscilio domini pape Honorii et cardinalium dominam Ysabellam, filiam Iohannis regis Ierosolimitani, una cum eodem regno accepit; de qua Conradum, qui rex Romanorum electus fuit et heres Ierusalem, genuit. Qua etiam defuncta, alteram dominam Ysabellam, filiam regis Anglie, accepit; de qua filium et filiam suscepit. Et sic non solum sapientia, sed divitiis, potentia et filiis magnus fuit. Habuit enim multos filios et filias naturales, quia varie turpitudini et luxurie usque ad mortem proprium eius fuit involvi. Hic ab infantia pro ecclesia Mart. educatus et ad imperii fastigium promotus, Ottone dampnato, ipsam non fovit tamquam matrem, sed ut novercam quantum potuit laniavit. Quare papa Honorius, qui ipsum coronaverat, ipsum anathematizavit et omnes barones a sua fidelitate absolvit. Hic capi fecit duos cardinales, quos papa Gregorius contra ipsum ultra montes misit, ut subsidium ecclesie optinerent contra ipsum; unde in reditu ad curiam cum pluribus prelatis capti fuerunt per naves Pisanorum. Isto deposito a papa Innocentio in concilio Lugdunensi, principes elegerunt contra ipsum Guillielmum comitem Holandie; sed in Iac, Mart brevi occisus a Frixonibus, benedictione caruit imperiali Hic Fredericus cruce dudum signatus, excommunicatus transfretavit et maiorem desolationem quam consolationem Terre Sancte reliquid. Hic Fredericus 1237. habuit conflictum cum Mediolanensibus et eorum amicis apud Curtem-novam 4. exeuntis Novebris[a]. In 1237. Nov. 27. quo conflicto[a] carotium Mediolanensium et ex eis quam plura millia inter mortuos et captos remanserunt, quod miraculose videtur factum. Carotium vero ab ipso Frederico missum est Romano pape in signum dilectionis cum hiis versibus:

Roma volubilis est, idcirco volubile lignum
Mittitur in signum: dominorum publica lis est.
Roma dona notant, dona rotata notant.

Hoc carotium postmodum Romani minutatim laceraverunt. Idem vero Fredericus misit similiter hos versus domino pape, scilicet 1245:

Fata[1] *monent stelleque docent aviumque volatus:*
Totius et subito malleus[b] *orbis ero.*
Roma diu titubans variis erroribus acta
Concidet[c] *et mundi desinet esse caput.*

Ad hec respondit dominus papa:

Fata silent[d] *stelleque tacent, nil predicat ales;*
Solius est proprium scire futura Dei.
Niteris incassum navem submergere Petri;
Fluctuat et numquam mergitur illa ratis.
Quod divina manus possit, sensit Iulianus,
Tu succedis ei, te tenet ira Dei.

Hic etiam Fredericus post suam ab imperio destitutionem cum Parmam inter ceteras sibi exosam obsideret, a legato Mart. domini pape et a Parmensibus turpiter est devictus atque fugatus cum paucis de civitate Victorie, quam construxerat iuxta Parmam, que postea funditus destructa fuit. Tunc amissum est carocium Cremonensium, et multitudo magna trucidata et captivata. Fugatus igitur Fredericus, et the- Mart sauris mirabilibus spoliatus, reversus est in Apuliam. Verum paulo post Cremonenses iverunt apud Parmam, ipsam per circuitum devastantes. Sed Parmenses obviantes Cremonensibus, ab ipsis prostrati sunt et Cremone ducti sunt, et incarcerati in longa et magna miseria steterunt, amisso etiam carocio qui Blanzardus dicebatur.

Huius tempore 1223. fuit generalis terremotus in festo nat.[2] die dominica, quod destruxit 1222. Dec. 25. in magna parte Brixiam. Quam plures etiam alii fuerunt illo anno, et apparuit cometa de mense Augusti et Setembris[a, 3]. Anno etiam Domini 1235, die lune 14. intrant. Madio, dominus Guidotus, venerabilis episcopus Mantuanus, interfectus fuit in monasterio sancti Andree De morte episcopi Mant. per advocatos de Mant. Eodem mense frater Iohannes de Vicentia ordinis Predicatorum cepit facere sollempnes predicationes et paces, et fuit magna devotio. Anno etiam 1239, die 1239. Iun 3. Veneris 3. intrant. Iun. sol obscuratus est circa horam nonam, et dies sic obtenebrabatur, quod stelle plurime in celo vise sunt, et sic tantum stetit, quod posset aliquis equitare per 4 mill. Huius etiam tempore 1248. Lodoycus rex Fran. transfretavit et cepit Damiatam, que civitas Phyto- Mart. nis, id est solis, dicebatur; sed captus a Saracenis, ipsam restituit. Huius etiam tempore 1230. gens Tartarorum, subactis crudeliter orientalibus partibus, in duo agmina se dividentes, Ungariam et Poloniam intrantes, omnes in ore gladii trucidarunt et terras illas in solitudinem redierunt.

Hic Fredericus super omnes divitiis et gloria habundavit, et quas in excogitatis et quibuscumque artibus Iac congregaverat, ipsis in superbia abusus fuit. Hic et multum timeri, sed quasi a nullo amari pro-

a) *ita c.* b) maleus *c.* c) concidit *c.* d) scilent *c.*

1) Eosdem fere praebet cod. Chisianus, Arch. V, p. 419. V. similes ap. Salimb. p. 177; cf. Raynaldum a. 1239, nr. 28. 2) *die natalis Domini* Tolos. c. 174, p. 714. 3) Cf. Salimb. p. 6.

prium habuit, ac etiam nulli in promissis servare fidem et suos et intimos quasi proditores Mart. habere. Nulli etiam parcebat, nisi forte ad tempus; unde et proprium filium Henricum, regem tunc Alamanie, sibi de rebelione[a] accusatum, captum in Apuliam duxit et squalore carceris suffocavit. Hic tandem quasi paganus et Dei persecutor, utpote qui loca sacra et sacramenta ac personas[b] tractaverat, moritur in Apulia apud Fogiam, scilicet 1250, Idibus Decembris. Quo defuncto, sedes imperii Iac Mart usque hodie[1] vacat. Hic Fredericus fuit ab Augusto primo 99.[2] imperator.

CONTINUATIO.

Ex cod. Romano.

Anno Domini 1285. Rodulffus, genere Alamannus, regnavit in Alamania annis fere 20. Hic prelio superavit regem Boemie sibi obsistentem; quo prelio cecidit rex Boemie Ottacharus nomine, cuius filium Rodulffus habere voluit[c] et habuit in generum.

Anno Domini 1285. Adulphus, genere Alamannus, imperator eligitur. Paduani diruunt arcem Estensem, Cerrum[d] et Calaonem.

Rex Alamanie Adulphus cum magno exercitu Thorigiam et partes orientales ac Misinam intravit, Federicoque marchione necnon Tycemano lancravio, eius fratre, filiis[e] Alberti lancravii Turringie, nepotibus Federici inperatoris inde expulsis, easdem provincias sibi retinuit.

Anno Domini 1298. Adulphus imperator[f] 15. die Iunii, videlicet in die sancti Viti[3], congressus cum Alberto duce Austrie, filio Rodulffi condam imperatoris; in quo congressu Adulphus occubuit, et Albertus mox factus est rex Alamanie, et successit illi in regno.

Mai 1. Anno Domini 1309.[4] Albertus rex Romanorum in die apostolorum Philippi et Iacobi interfectus fuit dolose a quinque parentibus suis.

CHRONICON IMPERATORUM ET PONTIFICUM BAVARICUM.

Codex bibliothecae universitatis ***Lipsiensis*** *Nr.* 1308, *membr. s. XIV*[5], *f.* 127 *sqq. chronicon exhibet universale, quod ab aliis huius saeculi breviariis historicis eo differt, quod auctor non tantum veteres exscripsit libros, sed multa de ingenio addidit de populorum antiquorum sedibus et migrationibus, praeterea linguarum et dialectorum rationem habuit, necnon ex populi ore vel carminibus Theotiscis quaedam inseruit. Quae quamvis a vero longe recedant, digna tamen sunt quae memoriae tradantur*[6]. *Auctor quisquis fuerit in Bavaria prope fines Bohemiae vixisse videtur, Slavus fortasse natu, quippe qui huius gentis origines summo prosequatur studio. Libros adhibuit Iosephi, Isidori, Methodii, Hugonis Floriacensis, Martini Oppaviensis, alios*[7]. *In fine pauca retulit, quae res saeculi XIII. exeuntis illustrant. His a V. Cl. Weilando exscriptis, ea addidi quae in prioribus libri partibus alicuius momenti esse videbantur.* *G. W.*

Adam primus homo, ut quidam volunt, fuit 7 horis tantum in paradiso, de quo emisit eum Deus propter peccatum transgressionis in terram, de qua assumptus erat, scilicet in agrum Damascenum, de quo sumptus fuit. . . . .

a) *ita c.* b) *supple:* male. c) *ita vel* noluit *c.* d) Cerv. et Calaoni *Beth. legit.* e) filius *c.* f) *in marg. manu rec.:* Nassaeius.

1) *multo tempore et magno* Cod. Ottob. 2) 95. 3) Errat auctor; pugna d. 2. Iulii commissa est. 4) 1308. 5) De quo cf. Weiland, Deutsche Chroniken II, p. 10 sq. 6) Cf. quae N. Archiv III, p. 58 sqq. disputavi. 7) Cum Gotifredo Viterb. quaedam habet communia; neque tamen ipsius operibus usus esse videtur.

Hee generaciones post confusionem lingwarum[a] per universum orbem disperse sunt. f. 127'. Generacio Sem Asiam obtinuit, id est omnem regionem ab Eufrate usque ad aquilonem. Generacio Cham a montibus Cilicie et Sirie, Tauro et Amano omnem regionem usque ad mare meridianum et omnes Affrice partes optinuit. Filii vero Iaphet mediam Asiam a monte Tauro et Amano et omnem septentrionalem regionem sortiti sunt et Europam. Unde notandum, quod horum generaciones ex consono ydiomatum vel loquele discernuntur. Filii[1] Sem loquuntur in gutture, ut Chaldei et Hebrei; filii Cham in palato, ut Rutheni et Slavi; filii Iaphet ad dentes verba promunt et premunt, ut Alemanni et Galli. Et hee generaciones per diversa bella confuse et permixte sunt, et sicut sepius loca ita nomina mutaverunt vel vocabula, et maxime in Europa, quod patet legenti Ysidorum de vocabulis gencium[2], ubi multa f. 128. ponuntur vocabula gencium, que modo non habentur, precipue in Teutonia, quos appellat Quados, Tungros, Sarmatas, Tubantes, Marcomannos[b], id est Hasbanos, Brabantinos, Flandrenses, Hollandos, Thuringos, Burgundiones, id est Renenses superiores et inferiores, Stirios[c], Gottos, Bauwaros, Australes, Carintios, Creios. Deinde ponit[3] Suevos et Saxones, qui licet non nomina, sed regiones mutaverunt, sicut patet in cronicis Francorum et Saxonum et etiam Ysidoro. Teutonici vero dicuntur a duobus ydolis ipsorum, Theuto videlicet ydolo Turingorum et Thon deo Saxonum. Quoniam autem solummodo imperialem genealogiam taxare[d] intendo, ob brevitatem loca simul et nomina gencium pretermitto. Hoc tamen tenendum est pro certo, quod Caldei et Hebrei et Origentales filii sunt Sem, Mauritani, id est omne genus Slavorum, et Mauri, id est Ethiopes, filii sunt Cham, Scoti vero, Angli et alii septentrionales insulares et omnes Germanie et Alemannie et Gallie gentes filii sunt Iaphet . . . .

De lingwis.

De Sem Medi et Parsi et postea Greci, de Iaphet autem Romani orti sunt. Nomine f. 128'. Romanorum intellige omnes Romanos imperatores, de quacumque gente fuerint, quia omnes de Iaphet orti sunt . . . .

Sub hiis regibus semen Cham multa loca filiorum Sem et Iaphet tamquam dominantes invaserunt et possederunt in Asya et in Europa. In Asia Babiloniam, in Europa omnem terram a flumine quod dicitur Neper, qui dicitur Wandalicus fluvius, quod fluit ante Kywe, usque ad Danubium et Wizlam. Filii autem Iaphet, qui habitabant in media Asia et ultra Kywe, que nunc dicitur superior Ruzia, tirannidem filiorum Cham sustinere nolentes, navigio ad inferiores occidentis insulas venerunt et eas possederunt, videlicet Hiberniam, Brittanniam, Hislandiam, Frisiam et Sueciam. . . . .

Cetere insule, scilicet Dacia, Norwegia, Gotlandia et alie a filiis Iaphet, Sclavis locum f. 129 dando a Ruzia usque ad Renum, possesse sunt, sed iterato confortati minorem et maiorem Cyciam possederunt et adhuc ad pristinos limites possessionis sue contra orientem se extendere et dilatare et Slavos subprimere non obmittunt. . . . .

Hic *(Iulius Caesar)* quia cum Teutonicorum adiutorio monarchiam optinuit, cum se- f. 133'. natus pro pace et reditu suo tractaturi venissent, sciscitante eo ab eis, si de monarchia ei faverent, et faterentur, responderunt in plurali ei: 'Et Theutonicis favemus et fatemur vobis'; et ex hoc plurali vocabulo semper appellatus est, et hoc idem causa dignitatis Teutonicis adiutoribus suis attribuit, unde preter omnium gencium consuetudinem plurali appellacione utuntur, et ab eis iam derivavit ad Latinos. . . . .

Eadem tempestate *(Marci Antonini)* omnes Germanie naciones superioris et inferioris f. 136. Sirie exercitum Romanum in terra Quadorum, que nunc Elsacia dicitur, vallaverunt, sed divinitus fulmine exterriti et fugati sunt. . . . .

f. 137. Hugo Flor.

Postquam ergo christianos affligi iussit *(Valerianus)*, ulcione divina per totum Romanum imperium laxatis habenis gentes discurrerunt. Grecia namque et Macedonia, Pontus et Asia Gothorum, id est Bawarorum et Hispanorum, exercitu pervaduntur. Germani superiores sive . . . .[e] totam Ytaliam usque Ravennam vastaverunt, Quadi et Sarmate, id est Francones et Brabantini, Pannoniam depopulantur, Alemanni, id est Turingi et Saxones, Galliam vastaverunt. . . . .

Hic *(sub Diocletiano)* attendat lector, quod, licet Alemanni cum imperatoribus multos f. 137'. habuerint conflictus et multotiens superati sint[f] et eciam superaverint, nulli umquam omnium supradictorum imperatorum preter Iulium primum plene subditi fuerunt, maxime

a) ligwarum *c.* b) Martom.? *c.* c) *ita vel* Scirios *c.* d) tax̄e *c.* e) *spatium vacat c.* f) s̄t. *c.*

1) Cf. Isidor. Etym. IX, 1, 8. 2) Etym. IX, 2; cuius verbis multa addidit auctor. 2) sc. Isidorus.

hii, qui quasi pro muro Danubium fluvium et Renum habebant, et hoc usque ad Karolum Magnum; licet in Iosepho antiquitatum[1] contineatur, concionante Agrippa ad Iudeos de Romanorum viribus ac potencia inter cetera[a], quod Romani sex[2] legionum presidio Germanos cohiberent, quod a Iulio factum fuit. Sed post Augustum ipsi Romani genti Germanorum adunati cognatione, feodales quidem imperii, quod per imperatores Theutonicos facti sunt, nunc liberi nuncupantur. . . . .

f. 139'. cf. Hugo Iste (*Valens*) Gulfilam Arrianum in episcopum Gothis misit, id est Bawaris tam in Hispaniis quam in Germania constitutis, ad prima fidei rudimenta iacienda. Cuius pessime doctrine fece infecti, litteris Gothicis utrumque testamentum Arriana heresi infectum Gothico ydyomate didicerunt[b]. Et quia illo in tempore Latini diptongis ae, oe, au, eu utebantur, eciam ipsos diptongos in Gothicum traduxit ydioma, et ideo contra omnium filiorum Iaphet consuetudinem eis usque hodie Bawari utuntur, unde a sono ydyomatis distorti et morum barbarie nomen Bawarum acceperunt; ex quorum stirpe fuit Theo(dericus) de Berne Arrianus et frater eius Ermelricus rex Hispanie vel Gothie. . . . .

f. 141. Saxones, obtenta inferiori plaga Thuringie, que tunc Marcomannia[c] dicebatur, Brittanniam occupaverunt, et sanctus Germanus Autosiodorensis episcopus regem Brittannorum removens, quendam subulcum sed devotum regem instituit. Unde reges Brittannie, id est Anglie, ex subulco originem trahere referuntur. . . . .

Hugo Nepos quidam, Marcelliani quondam patricii sororis filius, eum (*Glicerium*) de regno deiciens, episcopum ordinari fecit, et sibi regnum rapuit et Orestem magistrum milicie sue in Ravennem contra regem Gysegothorum Theodericum dictum Berne direxit. . . . .

Augustulo igitur in Ravenna degente, Odeacar rex Torcilingorum, id est illius gentis que inter ortum Danubii usque ultra Renum in Treverim habitabat, qui [post[d]] expulsionem Swevorum intraverunt Pannoniam et inde exierant in Ytaliam, et modo dicuntur Longobardi, Ytaliam occupans, Hugo Orestem occidit et Augustulum regno pulsum exilio dampnavit. Sicque Romane gentis regnum, quod 709. anno ab Urbe condita primus augustorum Octavianus Augustus obtinuit, in hoc Augustulo dignitatis privilegium perdidit et ad manus regum exterarum gencium devenit. Tunc Treveris, Torcilingorum metropolis, secunda Roma dicta fuit. . . . .

f. 141'. cf Gotifr. p. 202. Interim Clodoveus rex Francorum a beato Remigio archiepiscopo baptizatus est tali facto. Habebat denique uxorem nomine Crotehildem pulcherrimam et christianam, filiam Hilderici regis Burgundie. Et cum frequenter cum Suevis, qui tunc in Burgundia aput montem Suevos residebant, confligens superaretur, suadebat ei uxor sua, ut christianus fieret et sic vinceret. Cui respondere solitus erat: 'Sufficiat tibi, quod propter magnam dilectionem tuam te Christum colere permitto; cole itaque quemcumque vis et sine me colere deos meos'. Illa autem cottidie pro eo preces Hugo. fundebat. Unde contigit, cum iterum cum Suevis confligens eius exercitus superaretur, elevatis oculis in celum dixit: 'O domine Ihesu Christe, quem Crotehildis, uxor mea, colit et adorat, tuam opem expeto, et, si mihi victoriam contuleris, devoveo me deinceps in te crediturum et in tuo nomine baptizaturum'. Quod cum pro suo desiderio contigisset, in tantum quod Suevos de Burgundia ultra Renum in regnum Torcilingorum, inubi nunc sunt, propulisset, anno regni sui 15. cum omni populo suo baptizatus est. . . . .

Zeno . . . Theodericum de Berne regem Gysegothorum ad se vocatum cura palatii et honore patriciatus sublimavit et in Ytaliam destinavit. Quo cum pervenit, Odoacrem regem Torcilingorum et Herulorum occidit bello et regnum Ytalie sibi usurpavit. Quod ut sibi perhenniter stabiliret, filias suas vicinis regibus copulavit, dans unam[e] regi Gothorum Aquitanensium Alarico, alteram regi Burgundorum, id est Suevorum, Sigismundo, neptem vero suam Amalbertam copulavit regi Thuringorum Ermenfrido, utque sibi Francos federaret, filiam Clodovei regis eorum duxit uxorem, sororem eciam suam Trasemundo regi Wandolorum copulavit, et semper contra patruum suum regem Gothorum in Hispania, qui eum et Gysegothos propter Arrianam perfidiam expulerat, pugnabat. . . . .

f. 142 Clodoveus . . ., Gothis Arrianis ab Aquitania pulsis, in fines Ungarie, qui modo Australes, Stirii, Carnicii et Creii dicuntur, regno suo longe lateque dilatato, Parisius obiit anno regni sui 30, vite vero 75, relinquens 4 filios, qui regnum diviserunt; quorum posteri usque ad Pipinum, Karoli Tuditis filium, regnaverunt usque ad tempora Constantini imperatoris pessimi. Eodem eciam tempore queque gens Hesperie regem proprium habuit usque ad Karolum Calvum. . . . .

Huius (*Iustiniani*) tempore Theodericus rex Gysegothorum prefatus Arriane fidei sanctum Iohannem papam in carcere peremit . . . . Deinde terribili morte ipse miser pollutam peccatis animam exspiravit; quam quidam solitarius in insula Liparia manens corporalibus oculis in Volcani ollam[f] demergi vidit, ubi mare fervet sicut cacabus ab igne. Sed ex illusione dyabolica fabulati sunt homines, hunc natum ex matre belua marina fuisse; qua ipsum vocante, ipse dextrario insidens armatus ad manendum cum ea perpetuo intravit mare, et adhuc sabbatis exire ad litus et cum Witigone confligere; quem vivum introisse dicunt ad inferos et ad bellum sabbatis exire.

a) incetā *c.* b) dideceruut *c.* c) Martom. *c.* d) *deest c.* e) uni *c.* f) olcam *c.*

1) Ios. De bello Iud. II, 16. 2) *octo* Ios.

Igitur Iustinianus de multis gentibus triumphavit; cuius anno septimo Wandalica bella fuerunt, id est tocius Slavonie. Et Bellizarius princeps exercitus regem Wandalorum Gelimer in Marasios fugientem de Wandalia, que Ungaria dicitur, comprehendens, cathena argentea vinctum Constantinopolim ducens occidit. Deinde Romam directus, regem Ytalie sive Gysegothorum Turgea[a*], qui Romam anno[a] obsederat, combustis eius machinis, fugavit. Quem insequens Ravenne conclusit et captum cum uxore sua Mathesuasce, Theoderici nepte, Constantinopolim deduxit. Tunc Gothi Totilam sibi regem fecerunt. . . . . Hugo

Narses . . . Neapolim secedens, genti Torcilingorum, que, ut supra dictum est, de Germania ad interitum Suevorum in Panoniam secesserat, mandavit dicens: 'Paupertina rura relinquite et ad Ytaliam terram fertilem possidendam festinate'. Quod audiens Alboin rex eorum, Hunis[b] Pannonia derelicta, anno Domini 568. ad Ytaliam cum multitudine maxima commeavit et uno impetu usque ad Mediolanum processit et obsedit et parvo tempore totam Ytaliam preter Romam[c] et Ravennam sibi subiecit. Hi tunc Longobardi a longis barbis vel a longis comis dicti sunt, et ea quam nunc possident regio ab ipsis Lombardia dicta est, que olim Ytalia dicebatur, et multos ibi habuerunt successive reges. . . . .

Deinde Iustinianus (*II.*) contra Slavos pergens, multos ex eis peremit. Tunc a facie eius fugientes, quidam eorum venerunt ad campos Germanie, quos, occisis[d] et fugatis ab Hunonibus Germanis, vacantes usque in Salam repererunt a Wizla, qui Wandalicus amnis dicebatur propter terminos, et eos possidentes, ydyomate suo ab eis se Polonos, id est a campis[e] campestres, appellaverunt[1]. Tunc eciam temporis Bohem[f] Slavus similiter ut Poloni de Ungaria cum omni cognatione sua fugiens, vallem Germanie intravit et cede Hunorum depopulatam possedit et nomen suum posteritati sue et valli reliquit. . . . . . . f. 144.

Eo tempore regnavit aput Gallias Clodoveus, filius Dagoberti, et sanctus Arnulfus et eius filius Anchises aulam regiam gubernabant[g]. Sed Arnulfus, spreto seculo, heremiticam vitam prope Metis agens, Christi se servitio mancipavit. Inde in Metensem assumptus presulatum, gloriosa vita resplenduit, et ad eius progeniem postmodum devolutum est regnum Francorum. Nam defunctis tribus filiis Clodovei regis, Pipinus, filius Anchise, prefati filii Arnulfi, dominari sub regibus cepit in Austria Gallie; unde olim exierunt Gothi, quos nunc Australes Bawaros dicimus . . . . Hugo.

Huius *(Anastasii)* tempore Pipinus maior regie domus Francorum defunctus est Qui tres filios post se reliquit, Drogum videlicet et Grimoldum, quos ex uxore Plectrude genuit, et Karolum Tutidem, quem in venacione ex ferrarii filia genuit, qui ex maioribus fabrorum malleis Tutides dictus est. Hic post obitum patris sub Dagoberto minore ob probitatem maior aule regie factus, adversus Sarracenos, qui ex Affrica cum uxoribus et parvulis ad Hispaniam transfretantes eam subiugaverant et Aquitaniam vastabant, bellum movit et ex eis 365 milia interfecit; in quo bello Rolandus et multorum proborum hominum multa milia corruerunt. Tamen sub federe pacis quibusdam predictorum gentilium in Hispania remanentibus et baptizatis, superatoque rege Gothorum Hispanicorum, sub Karolo utriusque gentis commixtio facta est, et mutantes nomina cum ydyomatibus, Hispani deinceps communiter dicti sunt. . . . . f. 144.

Eo tempore *(Leonis Chazari)* rex Francorum Pipinus, superata trans Renum Bawaria, Suevia, Thuringia et Saxonia, quibusdam Francis pro tuitione presidiorum in Germania locatis, qui nunc Francones dicuntur, in Parisica urbe defunctus . . . .

Hic *(Karolus)*, suscepto imperio, regnum magnifice dilatavit et omnes homines suos ydioma Romanum addiscere et sequi precepit, sicque ydioma Theotonicum in Hispania, Burgundia, Francia, Gallia et Lombardia silentium accepit. Iste Hispanos, Bawaros, Suevos, Thuringos, Saxones, Slavos et utramque Pannoniam adeo devicit, quod eos tributarios fecit uno impetu; sed pluribus annis Hunos et Avares 8 annorum bello fregit et Ytaliam totam optinuit. Cetera vero opera eius et gesta innumerabilia sunt. . . . .

Quia ab hoc tempore Romanum[h] imperium ab orientali semper extitit separatum, Romanorum solummodo principum breviter studebo describere successionem. . . . . .

Quo *(Gregorio IV.)* annuente, Lotarius patrem suum Ludewicum comprehendit et aput beati Medardi monasterium custodie mancipavit. Uxoremque eius Iudith exilio dedit et filium eius Karolum in castrum Pruinne captivavit, id est Ratispona, sed nunc Pruena claustrum est nigrorum[2]. . . . . Hugo

Tandem pacto inito, Karolus regnavit in Francia, Ludewicus in Germania, Pipinus in Aquitania, Lotarius in Ytalia et in parte que ab eo Lotoringia dicitur, que nunc est unus ducatus Suevie. . . . .

Tercius Otto eciam Poloniam intrans, in Gnezna brachium sancti Adelberti abstulit. Mart.

Ludewicus II, Lotarii sive Lutheri filius, in Ytalia obiit anno Domini 876. . . . .

Otto . . ., Berengario ab Ytalia fugato, reginam liberat de carcere eamque ducens in uxorem, natale Domini festum et nuptias Papie celebrat. Sed post Berengario in gratiam recepto, Lombardiam[i] sibi restituit, excepta marchia Trivisina et Veronensi et Aquilegia . . . . Theotonicis monarchiam imperialem primus attulit . . . . cf. Gotifr.

a*) *i. e.* Witigen. a) ..cio *c.* b) Huius *c.* c) Rutinam *c.* d) occisos et fugatos *c.* e) *bis scriptum c.* f) Boheni *c.* g) gugernab. *c.* h) R. i. *bis scriptum c.* i) Larbardiam *c.*

1) V. quae N. Arch. III, p. 61. notavi. 2) Prüfening intelligere videtur; v. l. l.

Mart. in allodio suo Magdeburch dicto in honore sancti Mauricii archiepiscopatum fundavit et ecclesiam mire pulchritudinis construxit, facta desuper piscina cum fundo, ut dicitur, vitreo, ut pisces in monasterio stantes natare aspicerent.

Adalbertus . . . martirio coronatus est et a Polonis in Stremesnam[1] translatus . . . .

f 147' Iste tercius Otto a papa Gregorio V. privilegia monarchie perpetue Teothonicis obtinuit.
cf Mart. In quibus ordinatum est, ut non successive per generacionem, sed per 6 principum eleccionem imperator crearetur, videlicet per Treverensem episcopum, qui est cancellarius Gallie, per Coloniensem, qui est cancellarius Ytalie, et per Maguntinensem, cancellarium tocius Theutonie, per palatinum Reni, per ducem Saxonie et per marchionem Brandenburgensem . . . .

Iste Conradus metropolim olim Theutonie, que Nemeta nuncupabatur, unde et Theutonici adhuc apud diversas gentes Nemeti dicuntur, antiquitus a Romanis eversam, reedificavit et a respirando Spiram appellavit, et est in Swevia. . . . .

Iac. f 149. Innocencius IIII. aput Lugdunum consilium celebrans, Fredericum deposuit, et ad expulsionem eius fratres Minores direxit, et tunc cedens Fredericus, numquam postea comparuit, circa annum Domini 1254.

Mart Huius Frederici temporibus anno Domini 1241. Tartari intraverunt Ungariam et Poloniam, et depopulantes eas crudeliter, campestri prelio ducem Colmannum, fratrem regis Ungarie, in Pannonia et ducem Henricum, filium ducis Henrici cum barba, peremerunt in Slezia et alios innumerabiles. Ipso eciam tempore in Burgundia imperiali unus mons maximus se dividens ab aliis montibus, per plura miliaria transiens, aliis se montibus adiunxit, villas et valles terra et lapidibus operiens, circa 5 milia hominum suffocavit.

Frederico deposito, principes contra eum elegerunt lantgravium Thuringie Henricum Rasponem cognomento. Quo post parvum tempus mortuo, elegerunt iterum Wilhelmum comitem Hollandie, quem Frisones occiderunt, et sic uterque caruit benedictione papali et imperiali.

Post Fredericus in Lombardia obsidens civitatem Parmam, a legato domini pape et a Parmensibus prelio fugatus, amissis thesauris, fugit in Apuliam; ubi gravi infirmitate correptus, uno secretario tantum conscio, ab Ermifrib[a, 2], qui Půte postea vocabatur, cussino suffocatus est, ambitu regni Apulie, et sic arripiens tenuit, quousque per Karolum, fratrem regis Francie, quem Clemens papa IIII. de Provincia vocavit contra ipsum, occisus est cum Conrado, filio Conradi, filii Frederici . . . .

. . . . Hic Fredericus ab Augusto primo nonagesimus quintus fuit imperator, et sic va-
f. 149'. cavit regnum usque ad annum Domini 1274, quo Rudolfus comes de Havikesburch in regem
electus est a principibus. Ante hunc Rodolfum Frederico duo successive substituti fuerunt
in regnum Alemannie, videlicet Henricus cognomento Raspo lantgravius Thuringie et Williko
comes Hollandie; sed morte preventi, neuter eorum est imperii apicem assecutus. Horum
temporibus defunctis Austrie, Stirie, Carincie[b] ac Carniole principibus, Pribislaus Otaker
quintus rex Bohemorum eorum simul[c] provincias usurpavit, insuper Portum et Egeram ad
1276. imperium pertinentes. Rodolfus igitur secundo anno regni sui per Danubium descendens,
has provincias subegit, pluribus castris tyrannorum funditus dissipatis. Et cum rex Bohemorum per debite subiectionis sponsionem, datisque mutuo nuptui filiis ac filiabus, cum Rodolfo pacifice concordasset, instinctu sue uxoris, genere Chomana, contra pactum venit, et collecto ex diversis gentibus exercitu, cum Rodolfum paucos aput se Suevorum compe-
1278. risset habere, adversus eum aciem instruxit. Rodolfus ergo, suis adunatis ascitoque rege
Ungarie, inter Danubium et Maram fluvios et castrum Valkenburch[3] cum eo campestri prelio commisit; ubi multis prostratis, pluribus captis, rex Bohemie occubuit anno Domini 1278, 8.[d] Kalendas Septembris, videlicet sequenti die beati Bartholomei, que tunc erat 6. feria. Rodolfus autem, rege sublato, eum in Znoem de Vienna transmisit, ubi usque nunc inhumatus servatur. Subactis itaque prefatis provinciis, Rodolfus eciam Moraviam obtinuit, Bohemiam vero omnibus volentibus eam diripere dereliquit. Sicque anno Domini 1281. ad partes Reni rediit, et filio suo seniori obtentas assignavit[4]; regi quoque Ungarie castra sua, que rex Bohemie ceperat, redonavit. Postquam occubuit rex Bohemie, sequenti anno mortui sunt dux Bolezlaus Legnicensis, dux Bolezlaus Gneznensis et dux Bolezlaus Cracoviensis, et comes Iuliacensis Aquisgrani cum filio et quingentis militibus in templo est occisus a civibus, quia ad vastacionem civitatis per tradicionem eam fuerat introgressus.

Anno Domini 1281. fuerunt nives, pluvie et[e] inundaciones aquarum magne, et cepit esse fames valida in cunctis inferioribus partibus Europe, et Bohemi quocumque divertebant, fame et pestilencia interibant.

a) Ermifib c. b) Carinne c. c) scilicet? d) *lege* VII. e) *supra lin.* c.

1) Nescio an Gnezna intelligenda sit. 2) Ita Manfredi nomen corruptum. 3) Idem videtur quod alibi Velsperch dicitur; cf. Böhmer, Reg. Rud. nr. 459. 4) Albertum tunc vicarium instituit; Böhmer p. 106.

Sub Rodolfo in Colonia et Nussia quidam se Fredericum fingens imperatorem et duobus annis multos seducens, tandem per comitem Hassie crematus est. Et rex Rodolfus mortuus 1291. est, qui pro ecclesia numquam fuit.

Post quem electus est Adolfus comes pauper de Assow anno Domini 1292, in penthecoste. Tunc subsecuta est hyemps tam calida et estas tam frigida, qualem non meminerunt umquam homines temporis illius.

Anno Domini 1291. soldanus cum Sarracenis Tripolim civitatem et provinciam cepit ac vastavit, civitateque destructa, infinitis christianis occisis, reliquos in captivitatem redegit. Similiter sequenti anno civitati Accaron et provincie eius fecit et hominibus.

Ut scribit Gelasius papa, sancta Romana ecclesia nullis sindicis institutis ceteris ecclesiis prelata est, sed ewangelica sentencia et voce domini Salvatoris primatum obtinuit, dicentis: *Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Tibi dabo claves* Matth 16, 18. 19. *regni celi.*

Post passionem igitur Domini anno sequenti, ab incarnacione Domini 35. beatus Petrus apostolus, filius Iohannis

. . . .

Clemens IIII, genere Provincialis[a], de villa Sancti Egidii, sedit annis 3, mens. 9, di. 21; et per discordiam Mart. 1265 cardinalium vacavit sedes quarto dimidio anno. Huius adiutorio Manfridus[b], filius Frederici, qui Pûte dicebatur, et Conradus, nepos Frederici, filius Conradi, et Henricus senator Urbis, frater regis Castelle, cum infinita multitudine Theutonicorum, Lombardorum et Tuscorum interempti sunt. Demum ipse papa, nescitur quo Dei iudicio, tempestate, ut dicitur, extinctus fuit.

Gregorius X, nacione Lombardus, archidiaconus Leodiensis primum, sed exulans per 1271. episcopum suum, quem postea in consilio Lugduni deposuit, sedit annis fere tribus. Hic in consilio super omnem clerum decimam 6 annorum posuit ratione Terre Sancte. Sub ipso 1274. comes Rodolfus de Havekesburch[c] in Vrankenfort super Renum in regem Alemannie communiter ab electoribus assumptus est.

Gregorio defuncto in autumpno, archiepiscopus Lugdunensis Iacobus ordinis Predica- 1276. torum papa electus est, et Innocencius dictus est, et subito fleubotomo toxicato extinctus est.

Cui successit Ottobonus cardinalis, et dictus est Adrianus V, et in prima missa in prima ablucione inpocionatus interiit.

Huic succedens Petrus phisicus, vocatur Iohannes; qui corruens cum domo obiit. Hi quinque uno anno mortui sunt.

Nicolaus III, nacione Romanus, qui prius Iohannes dicebatur, hiis successit in pontifi- 1277. catu anno Domini 1277. Iste Minorum fratrum fautor multos eorum ordinavit in cardinales, archiepiscopatus et episcopatus, et maxime cognatos suos in ecclesia promovit. Hic cum miri operis pallacium de marmore Rome construxisset de pecunia decimali, quam Gregorius X. universo clero pro subsidio terre Ierosolimitane inposuerat per sexennium, ipso pallacio fulmine icto et diruto anno Domini 1281. in vigilia penthecostes, papa ipsa eadem 1280. Mai 8. septimana[d][1] obiit ictus tonitruo.

Cui successit Symon Turonensis cardinalis, qui dictus est Martinus. Huius anno 2, tempore Rodolfi regis in Theutonia, Bohemia et Polonia tanta fuit fames et pestilentia Bohemorum, qualem non meminerunt homines illius temporis. Iste Martinus eciam ecclesiam Grecorum excommunicavit et ab ecclesia Romana prescidit, propter hoc quod contra regem Arrogonum ipsum iuvare nollet.

Post hunc fuit cardinalis contractis pedibus et totus inutilis ita ut baiularetur, et dictus 1285 fuit Adrianus VI.[2] anno Domini 1285. Sub hoc quidam in Colonia et Nussia super Renum se Fredericum quondam imperatorem fingebat, utens multiplici decepcione, se ipsum decipiens. Et sub hoc Minores fratres in multis provinciis se ecclesie opposuerunt communicando excommunicatis et celebrando tempore interdicti et regem Arrogonum coronando. Quo defuncto anno Domini 1288, Ieronimus minister Minorum fratrum, quondam eciam cardinalis, 1288. ei substituitur et Nicolaus IIII. vocatur.

a) Provinalis *c.* b) Nanfridus *c.* c) Haveskesb. *corr.* d) septima *c.*

1) Minime; sed 22. August. 2) Nota singularem auctoris vel librarii errorem; Honorius IV. successit.

FLORES TEMPORUM AUCTORE FRATRE ORD. MINORUM.

ED. O. HOLDER-EGGER.

De tempore et nomine libri qui inscribitur 'Flores temporum' diu dubitatio ac contentio fuit, cum hoc opus genuinum purumque adhuc typis nondum vulgatum esset. Iam complures tamen, ut Bruns[1], *Dümge et Mone*[2], *Stälin*[3], *Lütolf*[4], *alii, vera intellexerunt, quae hic explico: Auctor operis est frater quidam ordinis Minorum, cuius nomen omnino ignoratur, et de quo nihil scimus praeter id quod ipse in prologo libri profitetur, id est, eum fuisse 'aedituum vel sacristam' conventus sui. Nomen Martini, quod Eccardus ei imposuit, neque ab ipso auctore, neque ab aliquo posteriorum traditum est. Atque etiamsi in aliquibus codicibus*[5], *ut in Eccardiano, libro praescriptum est, certe errore librariorum hoc factum est opus illius notissimi chronistae nomini attribuentium*[6], *quod alia quoque chronica pontificum et imperatorum posterioris temporis falso prae se ferre constat*[7]. *Auctor vixit in quodam conventu Suevico, sito, quod ex notis ad hanc regionem pertinentibus pro certo coniici potest*[8], *inter Danubium et Neccarum fluvios in illo trigono, cuius anguli sunt oppida Ulma, Rottwila, Esslinga. Pro certo conventum eius designare non ausim, quamvis de Tubinga vel Reutlinga, ubi illo iam tempore coenobia Minorum exsistebant, coniicere liceat. Ex primis verbis prologi colligi possit, ecclesiam monasterii, in quo degebat, S. Mariae consecratam fuisse, sed talem in dicta regione reperire non potui*[9]. *Scripsit circa finem saeculi XIII*[10], *ac quidem post mortem*

1) In 'Gablers Journal für theologische Literatur' (1811) vol. VI, p. 88 sqq., quem Döllinger, Papstfabeln p. 12, laudat. 2) Archiv I, p. 402 sqq. 3) Wirtembergische Gesch. III, p. 1. 4) Forschungen XV, p. 569 sqq. 5) Codex Parisiensis intitulatus est *Martini Minoritae chronica seu Flores temporum*, Stuttgardiensis Nr. 269, cui Flores ab Hermanno iam aucti insunt, 'Martini Minoritae nomine inscriptus' esse traditur Archiv I, p. 403. In cod. Vindobonensi (nostro A 4) quidem index alphabeticus, qui Floribus praecedit et ad eosdem pertinet, inscribitur: *Incipit tabula in cronicam Martini*, at in eodem codice post Flores temporum ipsius Martini Oppaviensis chronicon scriptum est. — Andreas Ratisponensis nomen auctoris ignoravit, cum scriberet (Pez, Thes. IV, col. 549), 'fratrem Minorem' Flores temporum usque ad a. 1290. composuisse. 6) Hoc certissime demonstratur ex cod. Vindobonensi 4265, ubi libro, teste V. Cl. Wattenbach in Archiv X, 573, haec praescripta sunt: *Primus tractatus huius libri qui dicitur minor cronica Martini posset dividi in duas partes principales, prout in prologo ipsius dicitur* etc. Et similiter inscribitur cod. Monacensis Nr. 3070 (Andechs 70) *Martini Minoritae chronica minor sive Flores temporum*; Cat. cod. lat. Monac. I, 2, p. 59. 7) Neque tamen quam Lorenz de significatione chronicae Martinianae proposuit sententia, Geschichtsquellen ed. 2. I, p. 53, codicibus comprobatur. Quotquot hoc nomine inscriptos vidi codices revera Martini Oppaviensis continent chronicon. G. W. 8) Illa nota editionis Eccardianae, qua scriptor dicit, se Waiblingae fuisse, non est auctoris, neque eius continuatoris Hermanni, cum in nullo codicum utriusque quos legi inveniatur. Itemque nota de terrae motu a. 1289, de quo scriptor: *sicut recenti memoria teneo qui haec scripsi.* 9) Nescio num Lütolf l. l. p. 575. auctorem genuini libri, an eius continuatorem Hermannum, an utrumque Esslingae scripsisse suspicetur. Ecclesia conventus Minorum Esslingensis S. Georgio dicata erat; v. Pfaff, Esslingen p. 63. 10) Quod O. Lorenz, Geschichtsquellen I, p. 56 n., suspicatur, chronicon post a. 1312. scriptum esse, cum Ptolomaeo Lucensi nondum innotuisset, nullius est momenti, quia Flores temporum vix unquam ultra fines Germaniae divulgati sunt et Ptolomaeus alia quoque chronica in Germania saec. XIII. a fratribus Minoribus composita non vidit.

*Nicolai IV. papae (*1292, *Apr.* 4*) et post electionem Adolfi regis (*1292, *Mai* 6*), et, ut pro certo statuerim, ante mortem Adolfi regis, fortasse iam ante electionem Coelestini V. papae (*1294, *Iul.* 5*).*

Duae exstant recensiones libri, utraque ad idem tempus pertingens, paene nulla alia re nisi dispositione et institutione inter se differentes. In altera — quae procul dubio prior habenda est — series imperatorum in sinistris quibusque, series pontificum in dextris paginis scriptae erant[1]*, ut altera una cum altera procurreret. Sed haec institutio in plerisque codicibus soluta est, ita ut seriei imperatorum et pontificum partes inter se mixtae sint. In posteriori recensione historia pontificum post historiam imperatorum scripta est; sed in hac, annis incarnationis et regni singulorum imperatorum omissis, iterum brevis catalogus imperatorum, quibus anni ascripti sunt, seriei pontificum intermixtus est. Et hoc tali modo, ut imperatores ab Octaviano usque ad Constantinum Magnum post Melchiadem papam, a Constantino Magno usque ad Iustinianum II. post Constantinum papam, reliqui in fine pontificum inserti sint. Ideoque locum illum praefationis, quo de dispositione libri agit, auctor in posteriori recensione mutavit. Hanc paulo post priorem ab ipso auctore editam esse, puto.*

Genuini libri codices haud permulti exstant. Recensionis A sunt hi:

1) *Herbipolitanus Mp. th. qu.* 60, *mbr., ex quo iam supra Annales Halesbrunnenses editi sunt. In eo complures libelli variorum temporum compacti sunt, quorum ultimus noster fol.* 130—181'. *una manu medii saec. XIV. nitide ac diligenter exaratus.*

2) *Parisiensis Nr.* 10770 *(Suppl. Lat.* 201. 11*), olim Rebdorfensis*[2]*, mbr. saec. XIII. ex., teste b. m. G. H. Pertz, qui hunc codicem exscripsit*[3]*. Codex manum emendatoris passus est, qui codicem verba auctoris liberius reddentem adhibuisse videtur. Folio vacuo relicto sequitur alia manu scripta Heinrici de Rebdorf continuatio Florum. Cf. Archiv VII, p.* 670.

3) *Monacensis Cod. lat. Nr.* 9503 *(olim monasterii Altahensis superioris Nr.* 3*), chart., fol. saec. XV, ubi inter multa alia fol.* 284—319'. *Flores litteris maximis diligenter scripti sunt. Cum A* 2 *maxime convenit eiusque emendationes posteriori manu insertas exhibet, tamen ex eo ipso vix exscriptus est.*

Hi tres codices soli recensionis A, qui librum integrum continent, in usum editionis nostrae exscripti sunt; et hi ita inter se conveniunt, ut ex eodem exemplari iam non paucis mendis maculato eos fluxisse statuendum sit. Reliqui huius recensionis quos vidimus aut abbreviatum aut additamentis auctum chronicon exhibent.

*3) *Monacensis Lat. Nr.* 7522. *continet fol.* 54—66. *initium Florum usque ad verba sub Traiano imp.* alioquin sustinuisset purgatorium biduanum, *ubi media in pagina desinit, manu saec. XIV—XV. scriptum. De quo codice vide plura infra sub B* 2.

4) *Vindobonensis Nr.* 3402 *(Rec.* 2194*), chart.* 4°, *saec. XIV. Floribus praecedit fol.* 2—14. *index alphabeticus, de quo vide p.* 226 *n.* 5. *Inde ab Heinrico V. liber amplis excerptis ex Ekkehardi, Ottonis Frisingensis, Hermanni Altahensis chronicis eiusque continuatione Altahensi aliisque fontibus auctus est, quaedam omissa sunt, ita ut iam novum chronicon abhinc confectum videatur. Atque omnino sermo liberius redditus, praesertim anni incarnationis fere omnes mutati sunt.*

1) Scilicet inde a sexta aetate. 2) Est idem codex, qui Archiv I, p. 408. in monasterio Rebdorfensi fuisse ex Hirsching, 'Beschr. sehenswürdiger Bibliotheken Deutschlands' III, 2, p. 496. dicitur. 3) Reliquos codices a viris cl. bibliothecarum praefectis huc benevolentissime transmissos ipse exscripsi.

Tamen lectio eius haud raro magni momenti est. Continuatio ex Hermanni Altah. cont. Altahensi et Ratisponensi, Annal. Halesbrunnensibus, Hermanni cont. Florum, Annal. S. Rudperti Salisb. cont. compilata et usque ad medium saec. XV. producta fol. 78—88'. *addita est*[1]. *Compilator usus est codice sequentis simillimo, cui Annales Halesbr. subiecti erant, sed nondum abbreviato.*

5) *Erlangensis Universitatis Nr.* 587, *mbr.* 4° *min., compluribus manibus saec. XIV. scriptus. Praebet librum multis locis et maxime in fine decurtatum. Subiuncti sunt Annales Halesbrunnenses supra editi.*

6) *Berolinensis Lat. fol. Nr.* 179, *chart., praebet fol.* 151—194. *Flores abbreviatos, manu saec. XV—XVI. nimis negligenter exaratos.*

Hi tres codices A 4—6. *fluxerunt ex uno eodemque exemplari ab archetypo codicum A* 1—3. *diverso, et saepe soli veram lectionem servarunt.*

Alii huius recensionis codices sunt:

7) *Francofurtanus S. Bartholomaei Nr.* 92, *chart., fol. min., negligenter exaratus, ex quo b. m. Pertz paucissima enotavit. Cf. Archiv II,* 205.

8) *Vindobonensis Nr.* 4265 *(Univ.* 815), *chart. fol., saec. XV. Ex Hermanno Altahensi interpolatus, usque ad mortem Heinrici VII. continuatione eadem certe, qua A* 4 *usque ad a.* 1314. *auctus. Cf. Archiv X,* 573.

9) *Pesthinensis Musaei chart. saec. XV. Cum praecedente in omnibus prorsus convenit. Cf. 'Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsquellen' XIV, p.* 11.

10) *Romanus Palatinus Nr.* 1356, *chart. saec. XIV. Fragmentum. Cf. Archiv XII,* 351.

11) *Pragensis Universitatis IV. H* 18, *chart. fol., saec. XV, usque ad Karolum IV. imp. et Clementem IV. papam continuatus. Prologus deest. Textum valde deformatum praebere videtur. Cf. Archiv X,* 663.

12) *Basileensis Universitatis D II.* 9a, *chart., saec. XV. Fragmentum; desinit in Ottone I. verbis* Anno regni Ottonis primo. *Cf. Archiv I,* 407; *VII,* 175.

Recensionis B codices maxime inter se conveniunt, eadem habent haud rara menda, eadem verba et loci in omnibus desunt. Exemplar, ex quo fluxerunt, propius ad archetypum codicum A 1—3 *accedit, quod iterum lectionibus deformatis utrique communibus probatur. Codices huius recensionis sunt:*

1) *Lipsiensis civitatis Rep. II,* 129, *mbr.* 8°, *saec. XIV, iam* 74 *tantum foliis constans, cum extrema excisa sint, quae finem catalogi pontificum continebant.*

2) *Monacensis Lat. Nr.* 7522 *(Indersdorf.* 122), *chart. fol., saec. XIV—XV, fol.* 67—102'. *Praecedit fol.* 54—66. *alia manu in alia charta scriptum initium Florum recensionis A, v. supra A* *3.

3) *Monacensis Ratisb. civ. Nr.* 174, *chart.* 4°, *saec. XV. Fol.* 2. *legitur: 'Iste liber pertinet ad librariam in domo parrochiali ecclesie Ratisponensis'. Ad hunc proxime accedit, quem ex eo exscriptum esse statuere possis:*

3a) *Eichstetensis Seminarii episcopalis Nr.* 269, *chart. fol., saec. XV, fol.* 545—607. *post multa alia valde notabilia alio loco describenda Flores temporum praebens, quorum catalogus pontificum tribus manibus usque ad a.* 1452. *continuatus est. Cf. Archiv IX,* 554.

Satis notum est, complures historiographos posterioris saeculi opera sua chronico nostro subiunxisse. Sed hoc facientes illud retractaverunt, additamentis auxerunt, sermonem mutaverunt. Ideo horum codices, qui in edendo libro minus consulendi erant, seclusimus. Talis est Heinricus de Rebdorf,

1) Ex archetypo huius codicis fluxit epitome Florum excerptis dictorum auctorum aucta et usque ad a. 1314. pertingens cod. Vindob. Nr. 2162 (Iur. canon. 53), a sexta aetate Florum incipiens, de qua vide plura infra.

qui, ut ex codice Vindobonensi Nr. 3284*. *didicimus, Flores temporum ex Hermanno Altahensi, Decreto Gratiani, aliis auxit, de cetero vero textum a recensione A rarius divergentem reddidit. Alter est ille frater Minor Suevicus, qui Flores retractavit, auxit, usque ad a.* 1349. *continuavit, in plerisque codicibus Hermannus dictus. De quo adhuc dubitatio est, quae nonnisi pluribus*[1] *eius codicibus perquisitis solvi poterit. Hic monuisse sufficiat, exstare codices librum in illam formam redactum continentes, in quibus nomen Hermanni neque in prologo*[2] *neque alio loco invenitur. Tales sunt Monacensis Lat. Nr.* 18439 *(Tegerns.* 439*), saec. XV, Vindobonensis Nr.* 4573 *(Univ.* 713*), ubi in fine catalogi pontificum de Nicolao IIII. papa post verba* cardinalibus acquievit *additum est:* Hic confirmavit regulam terciam beati Francisci. *Tunc sequitur:* Quod sequitur apposuit frater Iohannes Minor usque ad finem, *et haec continuatio ab ea quae Hermanni dicitur Eccardiana vel Meuscheniana nonnisi verborum collocatione variisque lectionibus differt. In fine utriusque catalogi legitur:* Hec frater Iohannes. *Porro codices nomen Hermanni in capite ferentes dissentiunt in iis, quae de conditione eius addunt, ut codex Monacensis Nr.* 5524 *(Diessen.* 24*) cum editione Meuscheniana scribit:* Marie virginis indignus famulus ego frater Hermannus ordinis fratrum Minorum scire[3] *etc., Berolinensis Lat. in quarto Nr.* 21. *vero:* M. v. indignus famulus ego frater Hermannus ordinis sancti Wilhelmi Ianuensis scire *etc., quod aperte falsum est. Sed haec in dubio relinquentes, ad genuinum librum revertamur.*

Frater ille Minor, qui Flores composuit, vir fuit simplex et minime inter eruditiores ordinis sui numerandus, quod ex sermone eius rudi nec mendis vacante satis certe intelligitur. Ad res gestas scribendas vix quisquam minus idoneus inveniri possit illo, qui profitetur, regum gesta non per se ipsa digna esse, quae memoriae traderentur, sed tantum eam ob causam, ut cognoscatur, quo tempore sanctus quisque floruerit. Ac profecto tali ingenio digna contexuit, ex notissimis temporis sui libris fabulosissima quaeque ac stupenda congerendo. Fuerunt hi: Martini Oppaviensis chronicon, Chronica Minor, a fratre quodam eiusdem ordinis composita, Iacobi a Voragine Legenda Aurea, praecipue Chronicon sub titulo De sancto Pelagio papa *ei insertum (supra p.* 167 *sqq.). Ut omnes fere chronistae posterioris temporis Martinum imitatus, catalogum imperatorum et pontificum pro fundamento libri posuit; et hunc fere totum ex Martini chronico sumsit, accuratos eius numeros temporum, quibus singuli papae sederint, breviores reddens, ita ut dierum numeros constanter omitteret, veluti pro* sedit annis 4, mensibus 10, *ipse* sedit annis 5, *vel pro* mensibus 3, diebus 22 *scriberet* mensibus 4. *Anni vero incarnationis, quibus singuli papae electi dicuntur, fere omnes a Martinianis differunt, sive quia exemplari deturbato Martini usus est, sive quia annos modo ex aliis suis fontibus, modo arbitrarie mutavit; ad hoc forsitan eo inductus, quod 'chronica in annorum numeris minime concordabant', ut ait in prologo. Deinde plurima ex Chronico Wirziburgensi, pauciora ex Annalibus Zwifaltensibus maioribus sumsit*[4]. *Hermanni Contracti chronico se usum esse dicit, sed pauci sunt loci qui ad eum recedunt, et horum*

1) Quorum supra 30 in variis bibliothecis asservatos mihi notavi. De compluribus codicibus nihil mihi innotuit praeter titulum 'Flores temporum'. Tales sunt Salzburgensis S. Petri Codd. chart. IX, 19, Archiv IX, 483; Pragensis Universitatis VII. E 27, Archiv IX, 471; Pragensis capituli cathedralis quart. O 20, Archiv IX, 476; Monacensis Nr. 3070, usque ad a. 1341. continuatus; codex Comitis de Leicester, Archiv IX, 504. 2) Prima verba prologi horum codicum sunt eadem quae in genuino libro *Marie virginis indignus ego sacrista* etc. 3) *dictus Gygas,* quod addit editio Meuscheniana, in nullo codice a me viso inveni. Codex Basileensis E III. 10. eadem verba habet, sed pro *Hermannus* legitur *Heinricus;* v. Archiv I, p. 406. 4) Quod Weiland, Deutsche Chroniken II, p. 61. dicit, eum Chronographum Saxonem (Sächsische Weltchronik) exscripsisse, certius probare non potui.

nonnulli fortasse ex Ann. Zwifaltensibus hausti[1]. *Duae vel tres notae ex Bertholdi annalibus ad eum pervenerunt. Alios etiam breves annales Suevicos iam deperditos habuisse videtur, fortasse cum Zwifaltensibus coniunctos, ex quibus nonnullas notas saec. XII. fluxisse, necnon in postrema parte catalogi imperatorum quaedam sumta esse putarim. Praeterea Isidori chronicon et libros Etymologiarum, Orosium, Decretales, Historiam Miscellam etsi raro exscripsit. Restant denique pauca, praecipue de sanctorum gestis, quae ad verum fontem reducere non potuimus. Nonnulla eorum ex quodam 'Passionali vetere', quod laudat, hausta videntur. Notandum est, quod compluribus narratiunculis fabulosis, quae ex Chron. Minore sumsit, quaedam ipsi propria addidit; et idem rarius in fabulis ex Martino vel Legenda Aurea haustis factum videmus. In his, ut in omnibus amplioribus locis verba auctorum minime retinuit, sed plerumque abbreviando longe alio sermone, quin etiam res novas ex ingenio addendo, fabulas exposuit.*

Nemo nescit, Flores temporum latissime in Germania divulgatos, a permultis exscriptos esse, inter quos priores sunt Heinricus Stero Annalista SS. Udalrici et Afrae Augustanus[2], *continuator primus Bawaricus Chronographi Saxonis*[3], *Iohannes Vitoduranus*[4]. *Posteriorum plerique*[5] *non genuino libro sed aucto a dicto Hermanno usi sunt.*

Flores editi[6] *sunt ab Eccardo in Corp. hist. medii aevi I, c.* 1551 *sqq. Qui textum praebet valde deformatum, detruncatum et interpolatum cum continuatione Hermanni. Vix hic nominanda est editio Hermanni curante Meuschenio, Lugduni Batavorum* 1743, 4°, *iterum impressa ibidem* 1750, 4°. *Epitome ex Hermanni Floribus in Theutonicam linguam versa curante Heinrico Steinhöwel Ulmae* 1473. *edita est, cuius rarissimi libri exemplar bibliotheca Berolinensis possidet.*

Nunc priori parte omissa, inde ab initio saec. VIII. incipientes, priorem recensionem reddidimus, sed quae in posteriori omissa sunt, uncis inclusimus, varias lectiones recensionis B in notis collocavimus, ubi A et B magis inter se differebant, binas columnas instituimus. Catalogi imperatorum pontificum historiae inserti posteriorem partem rec. B. in fine addidimus. Varias lectiones paucas elegimus.

O. Holder-Egger.

PROLOGUS[a] IN CRONICE LIBELLUM QUI FLORES TEMPORUM NUNCUPATUR[b].

Marie virginis[c] indignus ego[d] sacrista[e] vel edituus ordinis fratrum Minorum scire desiderans, quibus temporibus quilibet sanctus vixerit super terram, cronicas diversas et multas studiose perlegi. Ex quibus omnibus ab inicio seculi usque ad annum gracie[f] 1290. michi soli aliqua breviavi verbis puerilibus et[g] numero algorismi[h]. Cum ergo in predicacionibus populo dicerem: 'hodie tot anni sunt, quod iste sanctus migravit ad celos', admirantes fratres et clerici pertinaciter exegerunt a me copiam exemplaris et[i] numero usuali.

a) *ita rubro* B 1—3; Incipit cronica A 1; Flores temporum. Cronica delectabilis A 3; Incipiunt Flores temporum collecti per quendam fratrem de ordine Minorum A 4; Martini Minoritae chronica seu Flores temporum A 2; *nulla inscriptio in celeris* A *(post inscr.* Flores temporum A 6). b) nuncupantur B 2. 3. c) M. filius v. (*corr.* v. f.) sit nobis pius atque propicius. Eiusdem ind. e. A 3. d) egro B 3. 3a, *et in marg.* B 3 *manu saec.* XVII: Egro author huius libri; famulus *in marg. post suppl.* A 1. e) s. v. e. *des.* A 6, *ubi* ego.. o. fr. M. professor; v. ed. *des.* B 3. 3a. f) scilicet *add* B. — MCCLXXXVIII. A 6. g) interdum *add.* B. h) in margine signavi *post add.* A 2; et aliquando usuali in textu signavi *post add.* A 4. i) in A 2; cum A 6.

1) Quod certe cognosci non potest, cum Annalium Zwifalt. prior pars ex Hermanni et Bernoldi chronicis exscripta typis non mandata sit. 2) SS. XVII, p. 432. 3) Cf. Weiland, Deutsche Chroniken II, p. 320. 4) Cf. Lütolf l. l. p. 572. 5) Praeter Andream Ratisp. duobus exemplaribus usum, quorum alteri nostri A 5 simillimo Annales Halesbr. subiuncti fuisse videntur. 6) Editio Ulmensis a. 1486, quam Fabricius et Potthast afferunt ex Oudino, Comm. de script. eccl. III, p. 910, nunquam exstitisse videtur; cf. Bruns l. l. p. 89. Unde Potthast didicerit, Flores a Gewoldo Ingolstadii 1618. editos esse, nescio, nisi forte locum Archiv VII, p. 671, ubi de Heinrici Rebdorf. editione Gewoldiana sermo est, male intellexit.

Sed quia non solum Hebreorum opiniones et[a] 70 interpretes, verum[b] eciam christianos hystoriographos veteres et modernos in annorum numeris inter se vidi heu! plurimum discordantes, turbatus et anxius viam mediam sub dubio preelegi, secutus inter veteres Orosium et Ysidorum Ethymologiarum, inter modernos fratrem Martinum Romane curie penitenciarium de ordine fratrum Predicatorum. Sed heu! nec isti tres autentici viri in annorum numero concordabant. Pro hac maxime causa hunc libellum michi soli servavi, donec prelatorum meorum auctoritate et de diversis ordinibus honestorum virorum nimia victus instancia publicavi. Nec dedignor, ymmo opto et appeto caritative ab aliis corrigi, malens cum beato Gregorio salva fide alieno intellectui cedere quam contencionibus deservire. Obsecro autem scriptores, ut circa numeros annorum correcte scribendos adhibeant diligenciam propter Deum, alioquin ego in[c] quantum ad homines in vacuum laboravi[d], et ignavie mee imputabitur error librarii dormitantis. Usualis[e] autem numerus talis est:

Centum	=	C
Quadringenti	=	CD
Quingenti	=	D
Sexcenti	=	DC
Nongenti	=	CM
Mille	=	M
Duo milia	=	$\overline{\text{II}}$
Quinque milia	=	$\overline{\text{V}}$
Viginti milia	=	$\overline{\text{XX}}$.

Quinque igitur primas mundi[f] etates celerius transvolans, etati sexte et[g] maxime nostris temporibus duxi prolixius immorandum.

A.

Ubi[h] seorsum a dextris nomina omnium summorum pontificum usque ad Nycolaum IIII, qui primus de ordine sancti Francisci papa fuit, eorumque tempora et statuta pociora elucidans ac diversa mundi mirabilia interserens, omnium regum Romanorum tempora et annos breviter annotavi, non ad eorum laudem, sed ad sanctorum eisdem contemporaneornm gloriam et honorem, ut inter spinas principum terrenorum celice rose pullulent et lilia paradisiaca beatorum. Et ob hoc presens opusculum 'Flores temporum' nuncupavi.

EXPLICIT[k] PROLOGUS.

B.

Et notandum, quod propter intricacionem devitandam seculares primates, barones, principes, reges seu imperatores non posui nec miscui seu interserui cum principibus ecclesiasticis vel pontificibus Romanis, ipsis imperatoribus contemporaneis, sed hunc libellum in duas partes distinxi. In quarum prima posui solummodo seculares personas, scilicet reges et imperatores Romanos, interpositis aliis principibus secularibus et regibus de diversarum districtibus et dominis regionum, eorum tempora, gesta et statuta pociora[i] breviter elucidans ac diversa mundi mirabilia interserendo usque ad regem Adolfum comitem de Nassawe, qui electus fuit in Frankenfurt sub anno Domini 1292, ut infra patebit. Et hoc quidem non ad ipsorum regum laudem vel gloriam annotavi, sed ad sanctorum eisdem contemporaneorum famam interminabilem et honorem, ut inter spinas principum terrenorum celice rose generosius pullulent et nitidius excolantur paradisiaca iugiter virencia lilia beatorum. Et ob hoc presens opusculum 'Flores temporum' nuncupavi. In secunda parte posui omnium Romanorum pontificum tempora usque ad[l] Nycolaum IIII. papam, qui primus de ordine sancti Francisci papa fuit, ipsorum statuta pontifi-

a) vel B 3. 3a. b) veruntamen e. A 1. *3. c) *deest* A 3. *3. 6. d) laborarem B 3. 3a. e) Est a. u. n. t. ut hic signatur A 3; autem *deest* B 3. 3a; t. est *erasa* A 2, *ubi post corr.* sic scribitur. f) e. m. B. g) *deest* A *3; vel A 4. h) U. eciam s. et a A 3. i) *deest* B 2. k) E. p. *des.* A 4. 6. l) *deest* B 3. 3a.

cum declarando, interserens sanctos et reliquos, qui tunc temporis claruerunt multisque virtutibus et miraculis coruscantes multigenarumque penarum coronati martirio, ad quietis patriam feliciter ex hoc exilio pervenerunt. Notandum eciam, quod in secunda parte huius libelli ponendo nomina summorum pontificum cum annis Domini interserui eciam nomina regum, de quibus plenius dicetur in prima parte, obmissis annis Domini, quia in secunda parte declarabitur, quot annis quilibet imperator regnaverit aut sub quoto anno Domini unusquisque regum vel imperatorum ceperit imperare.

[Prima[a] pars huius libelli incipit, et prima etas habens annos 2242 usque ad diluvium].

Prima dies seculi estimatur fuisse dominica post medium mensis Marcii, in qua Deus secundum Ysidorum creavit Adam feria sexta, ubi nos in kalendario annunciacionem Domini celebramus. In Hebron sive in agro Damasceno hora prima formatus, in paradisum hora tercia positus, obdormivit in extasi, donec Dominus Evam de costa ipsius in paradiso formavit . . . .

. . . .

Mart. Philippus [anno[b] Domini 713, regnavit annum 1, menses 6], omnes ymagines sanctorum destruxit, et ideo
Constantinus papa eum excommunicavit, nec Romani nomisma sui nominis receperunt.
Chr. Wirz et M. Anastasius Philippum excecavit [anno[b] Domini 716], et pro eo tribus mensibus regnans[c], presbiter postea
Mart. est ordinatus. Eo tempore duo reges Anglorum[d] Choeret[e] et Opha Romam venerunt et monachi facti sunt.
Chr. M. Theodosius III. [anno[b] Domini 718[f. 1]] coactus imperium suscepit, quia decus sacerdocii semper desi-
Chr. Wirz. derabat adipisci Igitur Anastasium antecessorem suum prelio vicit et eum presbiterum fieri conpulit. Sic
et ipse dimisso imperio presbiter ordinatus in pace vixit, uno tantum anno regnavit. Tyberis fluvius multa edificia
Rome subvertit, ita ut via Latina cresceret altitudine[g] cubiti et semis.
Mart Leo III. cum filio Constantino [anno[h] Domini 717[i. 2], regnavit annos 25]. Hic omnes ymagines Christi, Marie
Car M. et aliorum sanctorum in medio Constantinopolim cremavit et multos de populo non consencientes decollavit, unde Gre-
gorius papa triplici excommunicacione ipsum ligans, Romam cum omni[k] Ytalia ab eius imperio recedere
Chr Wirz. fecit. Anno primo Karolus, avus Karoli Magni, Saxoniam bello vastavit. 5.[l] Sarraceni Constantinopolim
Mart triennio obsidentes pulsi sunt fame, ferro et naufragio, quorum multitudinem innumerabilem Karolus delevit, et Renum
transiens, usque Danubium totam Alemanniam occupavit[m]. Item Frisones, Burgundiam et Lotringiam Karolus debel-
Chr. Wirz. lavit. Nec tamen adhuc rex fuit, sed maior domus[n] Francie vocabatur. 6. Liuprandus rex Longobardorum
transtulit ossa sancti Augustini Ticinum. 8. Sanctus Pirminius in Augiam[o] venit eamque a serpentibus[p] liberavit.
Multi sic benedicere solent:

Sanctificet nostram sanctus Pirminius escam,
Pirminii dextra benedicat pocula nostra.

Chr Wirz. Et credunt, quod nichil inmundum se abscondat, ubi sic benedicunt. 10. Karolus predictus
Mart factus rex Francie 15 annos regnavit. Cui successit Hildericus rex inutilis et remissus. 15. Pirminius ex
Chr. Wirz. Augia pulsus venit Alsaciam. 16. Beda Venerabilis presbiter obiit indicione 14, anno Domini 731, in die ascensio-
cf Herm. Iac nis, ante altare cantans antiphonam *O rex glorie;* tantusque odor omnes perfudit, ut estimarent se esse in
Chr Wirz paradiso. 20[3]. Gregorius papa misit Karolo claves sepulchri sancti Petri cum magnis[q] muneribus, petens, ut rece-
deret a societate Constantini, filii Leonis, qui[4] fuit per omnia viciosus. Eo tempore sanctus Burchardus
Herbipolensis episcopus et Folradus abbas missi a Pippino ad papam Zachariam reportaverunt, ut deponeretur
Hildericus rex Francie supradictus, quem Franci tonsum in monasterio recluserunt. Eo tempore in Constanti-
Mart Iac nopolim 300000 hominum pestilencia perierunt. Terremotus multas urbes subvertit, aliquas eciam[k] integras salvis
muris cum suis habitatoribus[r] sanis de montibus ad campestria transtulit. Armeniam infestabant tunc Tyrii[s] omnes
in modum crucis in capitibus suis tonsi, quia hunc tondendi ritum a quodam christiano didicerunt, cum pestilencia
Mart gravis eorum patriam devastaret. Syrus quidam pseudochristus apparuit et multos Iudeos seduxit. Sarraceni per mare

a) *ita rubro* B 1—3; *des.* A *3. 4. B 3a; Prima etas habuit annos 2242 *ceteri* A. b) *uncis incl. des.* B. c) regnavit A 2. d) Angelorum B 2. 3. 3a. e) Choerz A 2 B 2; Choers B 3; Coboors B 3a, Coherent A 6. f) DCCXVII. A 4. g) altitudinem A 2. B 2. h) *des., pro quibus* et cetera B. i) DCCXVIII. A 4. k) *deest* B. l) Anno 5. B; 4. *Chr. Wirz.* m) *deest* A 1. 4. n) dn̄s A 2. B 1. 2. 3a. o) Augustam *et ita infra* A 2. p) serpente B. q) mun. mag. B. r) habitacionibus A 2. 6. s) Tyberii A 1. 2. B 1, *ubi ead. m. in marg. suppl.* Tyrii; Tyberii tyrii B 2. 3. 3a; Tyri A 6; Syri A 4.

1) Annus ex Martino. 2) Annus ex Chron. Wirzib. 3) 22. Chron. Wirzib. 4) Cf. Chron. Minor.

angustum transeuntes, totam Hyspaniam occupabant. Et cum post 10 annos eciam Equitaneam occupare voluissent, [Mart.] Karolus Marcello cum eis pugnavit, ubi de suis 1500 viros perdidit, sed[a] de Sarracenis plus quam 300000 interfecit. Corpus[b] sancte Petronelle translatum est, in cuius sepulchro inventa est tabula marmorea manu sancti Petri sic [Iac] scripta: *Auree Petronelle dulcissime filie*, ut ait Sigbertus.

Constantinus[c] VI, Leonis filius, [anno[d] Domini 742, regnavit annis 35], homo ferus et pessimus, legum perse- [Mart Chr. M] cutor et[e] recedens a Deo et omnibus sanctis eius, insistens luxurie, maleficiis, invocacionibus demonum, sacrificiis ydolorum, persecucionibus ecclesiarum, perempcionibus monachorum, viciosus per omnia sicut Dyoclecianus.*) Anno[f] Domini 739.[1] Pipinus cum fratre suo Karolomanno[g] regnum divisit. Igitur Karolomannus Austriam et Alemanniam [Chr. Wirz] atque Turingiam sortitus, anno 9. post multas victorias divino amore succensus, Romam venit, ubi a Zacharia papa clericus factus, monasterium sancti Silvestri in monte Seracte[h] construens introivit. Similiter eciam Raggaissus[i] rex [Mart] Longobardorum cum filiis et uxore seculum dereliquit. Cui successit Aystulfus, homo malus. Anno Domini [Chr. Wirz] 754.[2] Pipinus auctoritate Stephani pape rex Francorum appellatus et a sancto Bonifacio in Swesona more Francorum in solium regni levatus, regnavit annis 16. Anno Constantini 14. sanctus Bonifacius archiepiscopus cum suis sociis passus [Chr M.] est in Frisia, anno peregrinacionis 40, sed pontificatus 13, indicione 8. 17.[3] Haystulfus rex Longobardorum obiit; [Chr Wirz Mart] cui successit filius suus[4] Desiderius, ultimus rex Longobardorum. 21. Sanctus Othmarus abbas in insulam [Chr. Wirz.] Steyn relegatus obiit. Eclipsis solis in assumpcione beate virginis[5], hora 6. 25. Hyemps valida et iterum eclipsis solis pridie Non. Iunii, id[k] est vigilia sancti Bonifacii episcopi, hora 6. 28. Corpus sancti Nazarii ad Thaurissam[l] allatum est. 29. Pipinus rex obiit indicione 6, cui in regno Francie successit filius suus Karolus[m] anno etatis sue 25[6], qui postmodum anno[n] regni sui 34. Romanum imperium est adeptus.**)

Karolus Magnus rex[o] Francorum, Pipini filius, anno Domini 769, cum fratre suo Karolomanno regnavit annis 4[7], postea[p] solus 42[q]. Corpore decorus, sed visu ferus, statura eius pedum 8, facies longa ut palmus et dimi- [Iac] dius, frons pedis unius, militem armatum super equum sedentem a vertice simul cum equo usque ad terram cum spata scindebat. Quatuor ferraturas equorum simul iunctas faciliter cum manibus extendebat; militem armatum stantem super manum suam a terra usque ad caput suum sola manu velociter elevabat. Leporem integrum aut duas gallinas vel anserem edebat[r]; modicum vinum limphatum bibebat[s] et raro plus quam ter in prandio tantummodo vel in cena. Alkwinus philosophus Karolum docuit artes liberales, genere Anglicus, vita, sciencia et moribus clarus. Hic de Roma [Mart.] studium transtulit Parisius. Huic commisit Karolus monasterium sancti Martini, cuius monachi preterite vite[t] et religionis obliti, sericis vestibus utebantur et calciamentis auro textis, carnis illecebris vacabant[u] et devocionem divini officii non curabant. Cum autem semel in dormitorio quiescere deberent, venerunt duo angeli et plurimos extinxerunt. Huius monasterii abbas et gubernator Alkwinus sanctitatem pristinam reformavit. Anno 4. corpus [Chr. Wirz.] sancti Othmari abbatis integrum repertum translatum est ad monasterium sancti Galli. Fratribus autem ad refectionem consedentibus[v], vasculum sepius exhaustum liquoris detrimenta non sensit[8]. 5.[9] Karolomannus, frater Karoli, obiit. 7. Corpora sanctorum Gordiani et Epymachi de Roma in Alemaniam sunt translata. [Chr. Wirz] Eo tempore misit Adrianus papa nuncios ad Karolum, postulans auxilium contra Desiderium regem Longobardorum. [Iac.] Karolus igitur, congregato exercitu, per montem Divisum[w] Ytaliam intravit et Papiam potenter obsedit, ubi regem cum uxore et principibus capiens in exilium misit. Sicque regnum Longobardorum, quod per annos 200 cum magno Romanorum dispendio duraverat, Karolus terminavit. 12[x]. Fames et morta- [Chr. Wirz] litas Franciam vastavit. 13. Leonis IIII. Adrianus papa Pipinum, filium Karoli, baptizavit. 22. Eclipsis solis 15. Kalendas Octobris, hora 2. Eo anno cruces in vestibus hominum apparuerunt. 23. Karolus per annum sine bello sedit in Wormacia. 28. Saxones fidem Christi relinquentes[y] et sepius rebellantes Karolus bello vicit et terciam partem virorum obsides accepit. 30. Huni, id[z] est Ungari, munera offerentes, Karolo subiciuntur. 32. Leonem papam Romani cecaverunt anno Domini 800.

Leo IIII, Constantini filius, anno Domini 777, cum uxore sua Hyrene rexit annos 5. Hic in ecclesia qua- [Mart Hist Misc et Mart] dam vidit coronam carbunculis ornatam, quam concupiscens abstulit, et capiti suo imponens, in medio populi cecidit et[a] exspiravit [Chr M]

Constantinus VII, filius Leonis, anno Domini 782, cum matre sua Hyrene regnavit annos 17. Tunc quidam [Iac. et Mart] fodiens in longis muris Tracie invenit archam lapideam, in qua iacuit mortuus ante Christi nativitatem sepultus, habens in lamina aurea litteras hec verba continentes: *Christus nascetur ex Maria virgine, et ego credo in eum. O sol, sub Constantino et Hyrene imperatoribus iterum me videbis.* Karolo scripsit Constantinus et patriarcha Iero- [cf Mart] solimitanus, ut succurreret Terre Sancte. Quam magno exercitu recuperans, reversus est Constantinopolim, ubi aurum et gemmas sibi oblatas recusans, postulavit[b] ex omnibus sanctorum reliquiis sibi[c] dari archam unam. Territus Constantinus clausit reliquias preciosissimas in archa vili, sed alias in scriniis aureis et

*) A 1. 2 *add.:* Omnia predicta contigerunt circa annum Domini 740.
**) A 4 *add.:* Iste Pipinus promovit sanctum Virgilium ad episcopatum Salczburgensem.

a) ipse *add.* B. b) Corpus — Sigbertus *des.* A 4. c) Constancius B. d) *uncis incl. des.* B. e) *deest* A 6. B. f) A. D. DCCCXXXIX. (DCCCIXL. B 3a) *post* divisit B. g) Karolo magno B. h) *ita* A 1. 2. B; Soracte A 6; Sirapti A 4. i) *ita* A 1. 2; Ragissus B; Radgaysus A 6; Rachis A 4. k) in v. A 2. 4. l) *ita omnes fere codd.;* Chautissam A 2; de Thaurissa A 4; Laurissam *Chr. Wirz.* m) qui *ins.* A 1. 2. B 1, *ubi del.* n) a. r. s. 34. postm. B. o) regis A 6. B. p) sed p. B. q) ut infra *add.* B. r) ed. una vice A 3; sola vice ed. A 4. s) bibit A 1. 4—6; et — cena *des.* A 3. t) v. et *des.* A 1. 4. 6. u) serviebant A 4. 5; vacantes d. B. v) sedentibus A 4. 5. w) *ita omnes fere codices;* Senisium *Iac.* x) XIII. A 1. 4. 5; XI. A 6. y) derelinq. A 1. 4. z) vel U. A 2; et U. A 3. 4; in Ungaria A 6. a) *deest* B. b) postulans A 2. 3. c) s. d. *des.* A 1. 4—6.

1) 741. Chr. Wirz. 2) 753. Chr. Wirz. 3) Chronici Wirz. anni Pipini regis in annos Constantini imp. mutati sunt. 4) *f. s.* auctor male addidit. 5) Hic, ut saepius, dies 18. Kal. Sept. Chronici Wirzib. in nomen festi eiusdem diei mutatus est; cf. mox. 6) Hoc fortasse ex Chr. Wirz.: *obiit anno aetatis* 71. 7) 3. Chr. Wirz. 8) Cf. Walafridi Vit. S. Othmari cap. 9, SS. II, p. 44. 9) Ad 4. annum Chr. Wirz.

gemmatis. Karolus hoc ignorans, premisit ieiunium triduanum, et premonitus ab angelo, cum inter[a] Mart. omnia scrinia deberet unum eligere, relictis aureis, rapuit archam vilem, in qua erat pars corone spinee, que floruit ad preces eius, item[b] unus clavus Domini, item pars crucis[c], item sudarium Christi, item camisia virginis gloriose, item brachium sancti Symeonis; que omnia miraculis comitantibus ad Aquasgrani transtulit et[d] in basilica[e] beate virginis collocavit. Constantinus imperator Hyrenem[f], matrem suam, expulit, que ipsum et filios[g] suos excecari procurans, imperium sola tenuit tribus annis. Cui successit Nycephorus avarissimus annos 9[h], et post eum Michahel bonus annos duos, qui ditando placavit quos Nycephorus spoliarat[i] et omnes adversantes fidei extinguere[k] conabatur. Hii duo vocari non possunt imperatores Romani, quia tunc ad Karolum fuit imperium devolutum.

Chr. Wirz. Karolus Magnus imperiali benediccione a papa Leone sublimatus, augustus et cesar Romanus est appellatus anno Chr. M. regni sui 34, anno ab incarnacione Domini 801, anno ab Urbe condita 1552, a Cesare Augusto imperator 77. Igitur a Constantino Magno imperatore per annos 490 sedes imperialis fuit in Constantinopolim, sed tamen vocabantur imperatores Romani. Karolus autem sedem imperialem in Romam Mart. transtulit, et[l] ius eligendi imperatorem Theutonicis acquisivit. Sunt[1] autem principes 7, quibus eleccio data est et successoribus eorundem: tres archiepiscopi cancellarii, quorum primus est archicancellarius [Maguntinus[m] episcopus], et 4 seculares, scilicet marchio Brandenburgensis, palatinus Reni et[n] dux Saxonie et rex Bohemie. Quorum ministeria hiis versibus declarantur:

Maguntinensis, Treverensis, Coloniensis,
Quilibet imperii sit cancellarius horum,
Et palatinus dapifer, dux portitor ensis,
Marchio prepositus camere, pincerna Bohemus:
Hii statuunt dominum cunctis per secula summum.

De statura Karoli superius[o] satis dixi; de cuius vita victoriosa, religiosa, miraculosa, potentissima, iustissima et[p] utilissima vidi ego volumen egregium conpilatum, in quo multa cf. Chr Wirz. utilia et delectabilia continentur[2], que heu! pretermittere me oportet. 12 annis imperium tenuit, Chr. Wirz. imperatores Constantinopolitanos vocans fratres suos[3]. 2.[q] Greci cum Karolo pacem firmaverunt. Iac. 3. Terremotus et mortalitas subsecuta. 7. Eclipsis solis 3. Idus Februarii, hora 6. 10. Karolus Christum heredem Chr. Wirz. suum fecit, thesauros suos in ecclesias et dyoceses ac monasteria dividendo. 12. Febre et pleuresi[r] pulsatus, sancto fine quievit, sanctorum numero aggregatus[s], annorum 71, 5. Kal. Februarii anno Domini 814[4], Mart. indicione 7. Litteras alphabeti fecit omnes aureas, quamlibet valentem 100 libras[t] Thoronensium, et totidem monasteria sive cenobia fundavit, ponens in quolibet unam litterarum earundem[u].

Chr. M. Ludwicus[v], Karoli Magni filius, anno Domini 815, regnavit annos 26. Michahel[w] imperator Constantinopolitanus Iac. cf. Mart. misit Ludwico inter cetera munera libros sancti Dyonisii, de quibus 16 infirmi protinus sunt curati. Eweldus rex Mart. Sclavorum[x. 5] cum familia baptizatus est[y] in Maguncia. Floruit tunc Rabanus Maguntinus archiepiscopus[6] III. et discipulus eius Strabus, qui librum de officio ecclesie scripsit imperatori. Eo tempore in Gallia ante festum[7] Iohannis baptiste cum grandine cecidit fragmentum glaciei, cuius longitudo 15 pedum, latitudo 6, spissitudo duorum. Magnum Chr. M. concilium congregavit imperator Aquisgrani, ubi regula canonicorum et[z] canonicarum de diversis patrum sentenciis conpilata est, et multa de statu clericorum et religiosorum utiliter sunt tractata. Alia eciam concilia videntur Hugo Flor. ipsius tempore celebrata. Episcopi et clerici deposuerunt cingula aurea et auro texta et similia ornamenta. Iac. Dietolfum episcopum Aurelianum[a] falso accusatum imperator in Andegavi custodie mancipavit. Cum autem in die palmarum processio ante carcerem fieret, dictus episcopus, cantor egregius, aperta fenestra et facto silencio, presente imperatore cantavit ymnum: *Gloria, laus et honor tibi[b] sit, rex Christe redemptor* et cetera, quem Mart. ipse dictaverat in eadem captivitate. Mox imperator a vinculis eum absolvit. Puella 12 annorum fuit tunc in dyocesi Fullensi[c], que post communionem in pasca receptam per annum dimidium in[d] pane et aqua sine lesione ieiunavit. Deinde ab omni cibo et potu per tres annos abstinuit et corpus Christi frequenter accepit. Hunc Ludwicum filii sui capientes, aliquamdiu incluserunt, sed eodem anno penitentes, veniam[e] postulantes, ipsum restitue-Chr. Wirz. runt. Anno 10. nix magna[8] cecidit in festo sancti Mauricii et usque ad pasca duravit in tota regione per ebdomadas 29. 17.[f] Hirsaugia videtur fundata[9]; sed de hoc anno Domini 1025. invenies Chr. Wirz. multa[g] plura. 27. Eclipsis solis 3. Non. Maii hora 8, et Ludwicus obiit 12. Kal. Iulii, sepultus[h] est in ecclesia Chr. M. Metensi.

a) cetera *add.* B 3. 3a. b) item — sud. Christi *des.* B 3. 3a. c) Domini *add.* A 2. 5; Christi *add.* A 4. d) *deest* A 1 *(post superscr.)*. 2. 5. 6. e) basilicam B. f) m. s H. A 4. B. g) *deest* A 2—6. h) 9 — annos *des.* A 6; 9 post quem A 2; p. illum A 4; et *deest* A 5. i) spoliaverat A 6; spoliavit A 1—3. B 2. 3. 3a. k) contingere A 1 *(post corr.* extingere). 5. l) et — imp. *des.* B 2. m) M. e. *des.* A. n) *deest* A 4. B. o) supra A 3. B. p) *deest* A 4 5. q) anno *add.* A 4. B. r) ypleuresi (ypl. 3) B. — pulsatur A 5. 6. B. s) est *add.* B 3. 3a. t) libris B. u) eorundem A 1. 3. v) regnavit an. xxvi *ms. sed del.* B 2. w) Guthoher A 6. x) Danorum A 4 *solus.* y) *deest* B. z) et c. *des.* A 2. 3. a) *ita codd.* b) tibi — cetera *des.* A 3—6; rex — cetera *des.* A 1. 2. c) *ita omnes fere codd.*; Cullensi A 6; Fulensi B 2. 3a; Tullensi *Mart.* d) in — aqua *des.* B. — s. l. *des.* A 4. e) et v. A 4; veniamque A 3. f) xxvii. A 2; xxv. A 3. g) multo A 2. 4; *deest* A 3. h) et s. A 3. 4. 5. — est *deest* A 6. B.

1) Mart. Opp. haec habet sub Ottone I. 2) Turpinum indicare videtur voce *miraculosa.* 3) Cf. Gotifr. Vit. p. 220. 4) Annus dom. inc. ex Hermanno vel Ann. Zwifalt. 5) *Heneldus r. Danorum* Mart. 6) *Rab. monachus* Mart., *arch. Mag.* Chr. Minor. 7) *ante solstitium aestivale* Mart. 8) Chron. Wirz. haec tantum: *Nix magna a Kal. Oct. usque 2. Kal Apr. permansit*, ex quibus sua computasse videtur auctor. 9) Cf. Annal. Saxo, SS. VI, p. 574; Helmsdörfer, Wilhelm v. Hirschau p. 106.

Lotharius primus anno Domini [840[m], regnavit annos 10]. Cuius fratres Ludwicus, Karolus et Pipinus[1], omnes filii Ludwici supradicti, in pago Altisiodorensi tam grave prelium commiserunt, quod[b] nulla etas meminit tantam stragem hominum in regno Francorum. Deinde pace facta, Lotharius obtinuit imperium et partem Francie, quam suo nomine Lothoringiam vocavit Qui filio suo Ludwico relinquens imperium, suscepit habitum monachalem, pro cuius anima demones cum angelis taliter[c] pugnaverunt, quod omnes presentes timor et stupor invasit, sed monachis orantibus angeli prevaluerunt. Eo tempore corpus sancti Martini est[d] tumulo levatum post obitum suum 460 annis. Item imperator transtulit sanctum Liborium episcopum de Zononmerannis[e] in Padebrun. Cui cives Thuronenses cum reliquiis sancti Martini processionaliter occurrerunt. Tunc quidam dives leprosus cum servis et amicis suis veniens, procidit[f] sancto Martino, ut eum mundaret. Cui vox de archa sancti Martini respondit: 'Iam te ex una parte corporis volo mundare, reliquam[g] fratri nostro Liborio mundandam relinquo. Semper enim hospites[h] sunt honorandi'. Ille dimidius sanus cum omni populo procidit sancto Liborio et penitus est curatus.* Require[i] fere simile infra 85. sub Stephano V.[2]

Mart. Iac et Mart. Mart. Chr M et Wirz. Chr M

Ludwicus, filius Lotharii, cum fratre Lothario regnavit [anno[k] Domini 860]. Huius[l] Ludwici filius Karolus tribus diebus a demonio vexatus, publice confessus est, se contra patrem conspirasse. Eo tempore aput Brisiam Ytalie tribus diebus sanguis de nubibus fluxit et pluit. Item in Gallia locuste apparuerunt 6 alas habentes et 6 pedes[m] et duos dentes lapidibus duriores. Turmatim autem volantes, una die per 4 miliaria herbas et arbores devastabant usque ad mare Britanicum; ubi flatu ventorum submerse et rursum fervore[n] maris ad litus reiecte putruerunt. Inde aere corrupto, tam pestilens morbus secutus est, ut fere tercia pars illorum hominum interiret.** Eo tempore Adolfus rex Anglie Romam veniens, obtulit sancto Petro tributum, de qualibet domo nummum argenteum annuatim, quod permanet usque in[o] presentem diem. Item anno Domini 856. in parrochia Maguntina malignus spiritus hostia domorum quasi malleis pulsando, manifeste loquendo, lapidibus homines eructando[p], domos plurimas incendebat. Clericis autem letanias agentibus, dixit, se aspersionem aque evasisse sub cappa cuiusdam presbiteri[q], quem cum filia sui procuratoris asseruit fornicatum. Rex[r] Bulgarorum cum gente sua baptizatus tante perfeccionis fuit, ut, maiore filio in regem ordinato, ipse habitum assumeret monachalem. Sed cum idem filius redire vellet ad cultum gentilitatis, pater habitum deponens, miliciam resumpsit, filium[s] persecutus cepit et excecavit et in carcerem trusit, et filio minore in regem ordinato, resumpsit pater habitum monachalem. Mare Yponicum[t, 3] usque Venecias congelatum fuit.

Chr Wirz Mart. Mart. cf. Iac Iac Mart Iac. Herm

Karolus II. [anno[u] Domini 876, regnavit annis fere[4] 2], patruus Ludwici[v]. Hic multa monasteria construxit et destructa renovavit. Conpendium opidum suo nomine Kariopolim appellavit et ad modum Constantinopolis eam construere cogitavit. Cum autem a Galliis[w] in Ytaliam pergeret, pocionatus a quodam Iudeo, in Alpibus vitam finivit.

Mart

Karolus III.[x] a Iohanne baptizatus[y], coronatus [regnavit[u] annos 12], et[z] corpore ac spiritu deficiens, a principibus est eiectus, sicque vivus regnum dimisit. Eo tempore Normani et[a] Daci Coloniam, Treverim[b] et multas civitates alias destruentes, tandem baptizati, partem Francie Transsecaniam, que adhuc Normania dicitur, pacifice receperunt. Tunc eciam Ungari de Schitia a Pincernatis expulsi, Hunos seu Avares[c] de Pannonia eiecerunt, adeo tunc inculti, ut crudis carnibus in cibum et sanguine[d] uterentur in potum. Lotharius quidam rex propter fornicacionem excommunicatus, venit pro[e] excusacione cum principibus ad Adrianum papam. Qui corpus Christi tali condicione dedit[f] eis, ut qui indigne accederet[g] infra annum moreretur[g]. Quod et factum est; nam rex et nobiles in via mortui sunt. Florebat[h] Iohannes Scotus, qui ierarchiam sancti Dyonisii de Greco transtulit in Latinum. Quem postea discipuli sui stilis confodientes peremerunt. Corpus sancti Martini in Antisidorum[i] ad Sanctum Germanum translatum est, ubi monachis utriusque sancti pro sacrilegio[k] litigantibus, et miracula que fiebant utrique sancto ascribuntur[l]: leprosus quidam in medio pernoctans, ex parte sancti Martini curatus est dimidius, et nocte sequenti reversus, ab eodem curatus est ex parte altera, non propter sancti Germani inpotenciam, sed quia Martinum hospitem honoravit. Simile require supra[m] anno Domini 840.

Chr Wirz. Mart

Arnolfus imperator [anno[n] Domini 885] exercitum Normanorum[o], qui Gallias annis 40 vastaverant[p], superavit. Tunc Ungari Saxoniam et Thuringiam superantes, Burchardum[q] ducem Thuringie[r] occiderunt. Item Franciam et[s] Saxoniam devastantes, usque ad Fuldam pervenerunt[t]. Ratispona exusta est. Magna fames homines se invicem comedere suasit. Arnolfus, filius Karolomanni[5], obiit in Ratispona, a pediculis devoratus, anno regni 12. Tunc exemplum de manu Karolorum imperium ad Ytalicos devolutum est.

Chr Wirz Chr M Chr Wirz. Herm et Chr M Mart.

*) A 4 *add.:* Sicque ambo, ut ait apostolus, honore se invicem prevenerunt. Hic imperator duces Bohemorum 14 baptizari procuravit et in fide edoceri.

**) A 4 *add.:* Et nota, quod fere simile de locustis est factum sub imperatore Ludwico de Wavaria anno ab incarnacione Domini 1336. circa nativitatem beate virginis, que eciam turmatim volantes, herbas et segetes in multis partibus Alamannie devastabant.

a) *des.* B, *ubi* et cetera ut infra. b) quia A 1 (*post corr.* quod). 2. c) *deest* B 2. d) a *ins.* A 3. B 3 (*superscr.*). 3[a]; de *ins.* A 4; cum t. est A 6. e) *ita* A 1. 2; Zōnomeran(n)is B; Zenom(m)eranis A 3. 4; Zenomannis A 5; Zozomannis A 6. f) coram *ins.* A 4. 5; M. orans ut A 3. g) reliquum A 1–3. B 2. h) s. h. A 5. 6. B 1. 3[a]. i) Req. — Steph. v. *des.* A 4. 5. k) *des* B, *ubi* et cetera. l) Huius - Karolus *des.* A 2. 3. m) pedibus A 1. 2. n) furore A 2? 3. 5. o) ad A 4; *deest* B 3. 3[a]. p) agitando A 4. q) monachi familiaris sui A 4. r) Anglorum vel *ins* A 4. s) cepit et e. et in c. tr. f. pers. cepit A 1. 2. 5; fil. pers. *des.* A 3; pers. *deest* A 4; persequi A 6. t) *ita vel* Yppon. *omnes codd.* u) *uncis incl. des.* B. v) et cet. *add.* B. w) Gallis B. x) filius Ludwici *add.* A 4; et cet. *add.* B. y) *deest* A 4; et c. A 3. z) Hic A 4. B. a) et D. *des.* B; Dani A 1. b) et T. A 5. B. c) *deest loco vacuo relicto* B 1. 2; H. Avarere B 3. 3[a]; Wandalos *post. m.* A 2, *et ita* A 3. d) sanguinem A 1 (*post corr.*). 2. B 3. 3[a]. e) propter excusacionem A 4. 5. f) e. d. B. g) accederent... morerentur A 6. B. h) Florebit A 1 (*post corr.*). 2; Flor B 1; Nor̄ B 2. 3. 3[a]; tunc *add.* A 3. 4. i) Antisidiorum A 1. 2. k) sacrificio A 1 (*post. m.*). 4; et miraculis *post. m. add.* A 1. l) ascribebantur A 3; ascriberetur A 5; asscribentibus A 4. m) de Lothario imperatore primo *add.* A 4. n) *ita* A; et cet. Hic e. B. o) Romanorum B. p) vastarunt A 6; vastabant B 2. 3. 3[a]. q) Brunonem A 4. r) Saxonie A 4. 5. s) *deest* B. t) devenerunt A 4; pugnaverunt B.

1) *et Pipinus* ex Chr. Wirz., ut videtur. 2) Sub Stephano V. similis haec narratio apud Martinum legitur, apud nostrum sub Karolo III. imp. 3) *Ionium* Herm. a. 860. 4) *anno* 1, *mens.* 9 Mart. 5) *f. K.* et *a. regni* 12. Chr. Wirz.; *a p. dev.* Chr. M.; *ob. in Rat.* Herm.

Ludwicus, filius Arnolfi, adhuc puer, regnavit annis 12. Sed Berngarius Ytaliam tenuit, et Ludwicum[1] capiens excecavit. Ungari in Bawaria bis superantur. Albertus comes Babenbergensis a Ludwico decollatur; et quia hoc perfidus Hatto Maguntinus archiepiscopus suasit, ideo a demonibus in puteum Ethne montis precipitatur, anno Domini 914, voce in aere sic dicente:

'Sic peccata lues, sicque ruendo rues'.

Ungari Bawariam[a] superant et Saxoniam et Thuringiam vastant, totam Alemaniam debellantur[b], Basileam destruunt, Alsaciam et Lothoringiam pervagantes. Monasterium Cluniacense[c] Wilhelmus pius princeps Burgundie renovavit. Spitigenus dux Bohemie baptizatur; cui successit sanctus Wenezlaus, filius suus, de quo require infra.

Chunradus primus, filius Chunradi, fratris Ludwici, regnavit annis 7, anno Domini 912, de genere Karoli ultimus imperator. Cometa apparuit; et regnum a Franconibus ad Saxones est translatum. [Sepultus[d] est in Fulda].

Heinricus primus, filius Ottonis ducis Saxonie, [anno[e] Domini 925, regnavit annis 18 in Alemania]. Iste in Saxonia[2] Ungarorum exercitum delevit, et duos reges christianos fecit, scilicet Normanorum et Obotritarum[f]. In civitate Iannensi fons sanguinis largiter fluxit, et civitas eodem anno a Sarracenis capta, thesauris et hominibus miserabiliter est spoliata.

Otto Magnus, filius Heinrici, [anno[e] Domini 933, regnavit annis 35]. Hic die pasche facto[g] principibus convivio[h], antequam sederet, vehementer iratus, quendam iussit occidi. Qui[i] regem apprehendens, ad terram deiecit et strangulare[k] cepit. Rex vix liberatus culpabilem se reddidit, eo quod festum non honorasset, et malefactoris audaciam laudans, liberum eum abire permisit. Fuit tunc in Wasconia mulier ab umbilico sursum divisa, duo habens capita et duo pectora, que longo tempore supervixit. Anno Ottonis primo Ungari Alemaniam, Gallias Burgundiamque vastantes, per Ytaliam reversi sunt in[l] Pannoniam. 15. Lapis ignitus volavit ab occidente, et visus est draco. 19.[m] Ungari totam Bawariam vastantes, aput Augustam victi sunt ab Ottone 4. Idus Augusti, ubi dux Chunradus[n] et Diepoldus, frater sancti Udalrici, occisi sunt, reges autem Ungarie suspensi sunt Ratispone in patibulis, anno Domini 945[3]. 26.[4] Otto imperator efficitur, et ex tunc soli Theutonici usque nunc imperium tenuerunt. A tempore enim Ludwici[o] 4 Berngarii et unus Lotharius in Ytalia regnaverunt. Cum autem Berngarius IIII. Ytaliam premeret, Otto vocatus eum cepit et ad Bawariam in exilium relegavit. Adelindam[p], Lotharii relictam, quam Berngarius in vinculis tenuerat, Otto duxit, de qua filium genuit, regni et nominis successorem. Anno regni 38, imperii 12, Otto obiit, sepultus in Maidburch ad Sanctum Mauricium. Qualiter aliquociens Romam venit et quam potenter[q] papas deposuit et instituit, require[r] infra.

Otto II. [anno[s] Domini 971, regnavit annis 22]. Hic pro eo quod[t] Ytalici pacem sepius violarent, Romam quasi gaudens venit et ad[u] gradus ecclesie magnatibus[v] et cardinalibus cunctisque proceribus convivium magnum fecit.* Qui omnes timore coacti leticiam simulabant. Hic contra Agarenos et barbaros[w] cum Romanis et Theotonicis, Gallicis et Longobardis in Galabriam procedens, Romanis et Beneventanis terga vertentibus, totum exercitum pene amisit et solus[5] in navim[x] sub forma militis est receptus. Quibus Grece loquentibus, quod eum vellent Constantinopolim ducere, dissimulavit[y] se intelligere, et invocans sanctum Petrum, finxit se thesaurum effodere. Nautis ergo ad litus eum ducentibus, venit[z] quidam episcopus cum multis, et Ottonem liberans, nautas occidit. Letus igitur ad imperatricem[a] rediit, sed Rome languens obiit et[b] sepultus est ibidem.

Otto III. [anno[s] Domini 992, regnavit annis 19], adhuc[c] puer, Mirabilia mundi vocatus. Huius uxor cuidam comiti se prostituere voluit. Quem recusantem ipsa aput imperatorem tam graviter accusavit, quod eum statim decollari precepit. Comitissa[d] sciens innocenciam viri sui, caput occulte servavit, donec imperator iudicio presideret. Venit dies, in qua cesar viduis et orphanis iudicare promisit; adest vidua comitissa, querens sentenciam, qua morte puniendus sit, qui innocentem sine iudicio decapitasset. Imperator respondit, talem similiter decapitandum. Que caput mariti proferens, clamavit: 'Tu es ille vir, imperator, qui, meretrice uxore tua suggerente, meum maritum innocentem decollari iussisti. Quod ego candentis ferri comprobabo iudicio'. Causa igitur examinata, imperatrix flammis traditur, et imperator se vidue subdit arbitrio puniendum. Que pro 4 castris 4[e] inducias sibi dedit, pro primo[f] 10 diebus, pro secundo 8[g], pro tercio 7, pro quarto 6. Quos numeros eadem castra[h] pro nominibus adhuc retinent, scilicet Decimum, Octavum, Septimum et Sextum. Tandem supplicantibus cunctis proceribus vidua relaxavit. Tunc constitutum est, ut principes eligant regem quemcumque velint, qui[i] a papa imperator consecretur[k]; require supra[6]. Obiit autem 10.[7] Kalendas Februarii. Cuius intestina Auguste requiescunt, corpus Aquisgrani sepultum est, ubi sancti Karoli ossa ipse prius invenit.

*) Quos[8] epulantes cinxit armatis, et deviolata pace, querimoniam movens, reos decollavit, alios gaudenter epulari precepit *add.* A 5. 6 *hic,* A 4 *post* simulabant.

a) *deest* B 3. 3a, *post in loco raso scriptum* B 1. b) *ita omnes codd. praeter* A 4. c) Duniac. A 2; Duniasc. B 2. d) *des.* B. e) *ita* A; et cet. B. f) al. Ostrofrancorum *in marg. post add.* A 2, *et ita* A 3. g) *ita* A 4—6; sancto A 1 3. B (s. p). h) convivu . . A 1, convivus A 2, *in utroque post corr.* convivantibus, *et ita* A 3; in conviviis B. i) Quidam ex hoc iratus nimis *post add.* A 2, *et ita fere* Q. alter e. h. i. n. A 3. k) transgulare A 1. 2. l) et A 1. 5. B. m) XXI. A 3; XII. B. n) Thuringie B 1—3. o) tercii *ins.* A 4—6. p) Adelinam B. q) *deest* B 2. 3. r) habes B. s) *ita* A; et cet. B. t) *deest* B 1. 2, *del.* B 3. u) *ita* A 4—6; ad *deest* A 2. B 1—3; in gradibus B 3a; ad g. *des.* A 1, *ubi in loco raso post ins.* statim; et ibi m. A 3. v) magistratibus A 3 5. w) Bawaros A 1. 2. B; et b. *des.* A 3. x) navi B. y) de similavit A 1. 2; simulavit A 3. B. — non int. A 3. z) *haec ita mutata sunt* A 4: d. imperator evasit, et ad imperatricem veniens, cum gaudio ab ea susceptus est, sed post paucos dies R. l. o. a) *ita* A 4. *Mart.*; imperatorem A 2. B; imper... *post corr.* imperium A 1; ad i. *des.* A 3. b) *deest* A 1. 2. — et i. s. e. A 3. 4; est *deest* B 3. 3a. c) hic A 2; hic a. B; adh. — vocatus *des.* A 3; puer *deest* A 1. 2. B. d) vero *post ins.* A 1, *et ita* A 4; senciens A 2. e) s. d. 4 i. B. f) castro *add.* B. g) diebus *add.* B. h) *deest* A 5. B. i) quia A 1. 2. k) consecratur A 1. 2. B 1 3a; consecraretur B 2. 3.

1) Male hunc Ludovicum auctor habuit regem Germanorum. 2) *Suirbia* Chr. Wirz. 3) 955. Herm. 4) 24. Chr. Wirz. 5) Martini verba in brevius contracta sunt. 6) Sub Karolo Magno. 7) 5. Chr. Wirz. 8) Haec ab ipso auctore fortasse in margine exemplaris suppleta esse crediderim.

Heinricus II. [anno[a] Domini 1011, regnavit annis 23]. Hic dux Bawarie cum sancta Kunegunde coniuge [Chr. M] et ipse sanctus[b] virgines permanserunt. Giselam[c] quoque, sororem suam, Stephano regi Ungarie dans uxorem, ipsum [Iac. et Mart.] et gentem ad fidem convertit. Sanctus Albertus Pragensis episcopus regem Stephanum baptizavit, et post hoc a paganis sepcies confossus[d] et capite truncatus[1], ab aquila triduo custoditus est. Item Edwardus[e] Anglorum rex, noverca sua suadente, perimitur, miraculis coruscando. [Mart] Floret[f] Robertus rex Francie, qui sequenciam[g] *Sancti Spiritus* conposuit, vita, sciencia et voce preclarus. Qui, in obsidione castri fortissimi relicto exercitu, venit Aurelianum, ut in festo sancti Aniani chorum regeret, sicut semper in festis facere solebat. Ubi cappa serica indutus, dum *Agnus Dei* ter flexis genibus alte incepisset, muri castri funditus corruerunt. Fuit tunc in Maguncia archiepiscopus Willikinus, cuius pater currus et bigas facere consuevit. Igitur [Chr. M.] ad parietes oratorii sui rotas suspendit, ubi causa humilitatis sic[h] scripsit: *Willikis, Willikis,* [cf. ibid.] *gedenk wannen*[i] *du komen*[k] *sist.* Clavem huius camere solus episcopus servabat, unde thesaurum ibi repositum putabatur habere, donec imperator semel intromissus fuit. Ideoque[l] adhuc in vexillo Maguntino due[m] rote aratri sunt depicte. Claruit Fulbertus episcopus[n] Carnotensis, qui inter alia laudabilia dictavit[o] [Mart.] ymnum: *Chorus nove Ierusalem,* responsorium *Solem iusticie,* responsorium *Stirps Yesse* et cetera. Igitur[p] Heinricus [Chr. Wirz.] anno 6. regni sui episcopatum Bawenbergensem constituit, ubi Eberhardum episcopum prefecit. Anno 13. Rome imperator [Chr. M] effectus, Bohemiam, Poloniam et Sclavorum partes, qui pagani erant, expugnare disposuit. Cum ergo exercitum percepcione dominici corporis munivisset, veniens ad locum certaminis, vidit Heinricus sanctos Laurencium, Georium[q], Adrianum precedere suum exercitum cum angelo percuciente. Sicque absque sanguinis effusione adversarii territi sunt et pacati. Apuliam, Pannoniam, Ungariam Romanis subiecit. Cepit autem infirmitate calculi laborare; cui in Monte Cassino sanctus Benedictus apparens in sompnis, calculum ferro excidit eumque in manu imperatoris posuit et locum sanavit. Qualiter sancta Kunegundis de infamia se purgavit[r,2], dicere longum foret. Cum autem Hein- [cf. ib.] ricus imperator in morte[s] decumberet, quidam sanctus heremita audivit multitudinem demonum transeuntem. Qui adiurati dixerunt redeuntes: 'In morte cesaris fuimus, sed nichil profecimus, quia ille exustus ollam in stateram misit; cui aurem unam fregimus, cum aliud non possemus'. Laurencium vocaverunt exustum, ollam calicem.

Chunradus II. primo Francorum dux, dictus Salicus[t,*], [anno[a] Domini 1025, regnavit annis 24. Sepultus in Spira]. [Iac. et Chr. M] Qui[u] pacem in provincia[v] conservare desiderans, statuit, ut quicumque pacem infringeret capite puniretur. Cuius[w] [Mart. et Iac.] edicti transgressor comes Liupoldus fugit in Nigram Silvam cum familia ad quoddam molendinum, ubi [cf. Gotifr.] modo est monasterium quod Hirsaugia nominatur. Quo dum imperator causa venacionis ad pernoctandum divertisset, comes fugit et comitissam parturientem ibi reliquit. Qua filium parturiente, vox ad imperatorem facta est tercio ita[x] dicens: 'Scias, Chunrade, quod puer iam natus gener tuus erit.' Qui territus eo, quod homines rusticos esse[y] putaret, duobus armigeris precepit, ut puerum occiderent et cor sibi afferrent. Illi cor leporis imperatori ferentes, puerum super arborem posuerunt. Heinricus autem Swevie dux ibi transiens, puerum invenit et eum sterili uxori sue clam attulit, precipiens, ut diligenter educatum[z] filium suum esse[a] simularet[b]. Qui nomine Heinricus fortis ac[c] facundus factus est et omnibus graciosus. Imperator ergo suis aspectibus semper eum astare fecit; sed timens, ne forte ille esset quem ipse occidi mandaverat, scripsit per eum litteras imperatrici in hunc modum: *In quantum tibi cara est vita tua, mox ut litteras istas receperis, puerum hunc necabis.* Qui pergens[d], in domo cuiusdam litterati pernoctans, fortiter obdormivit. Hospes curiositate ductus[e], sigillo salvo litteras aperuit et scelus abhorrens, ubi scriptum erat *necabis hunc puerum* delevit, ita scribens: *filiam meam in uxorem sibi dabis.* Quod et factum est. Veritate igitur comperta a duce et armigeris, dixit imperator: 'Video, quod divine ordinacioni resistere nemo potest'. Qui, post socerum regni gubernaculo suscepto, claustrum Hirsau in loco nativitatis sue construxit.

Heinricus III.[f], rex pius, [regnavit[a] annis 17, anno Domini 1047]. Hic omne hystrionum genus de curia [Chr. Wirz. et M - Iac. Herm.] sua abiciens, omnia munera pauperibus erogavit. Ungaris et Bohemis forti[g] manu perdomitis, in Constanciam ad synodum venit, ut debita cunctis dimisit, destructisque omnibus inimicis, pacem firmavit hactenus inauditam. [Chr. Wirz.] Deinde Agnem, Pictavi principis filiam[h], Ingelnhaim regalibus sibi[i] nupciis copulavit, ubi infinitam ioculatorum multitudinem sine cibo et muneribus depulit vacuam et merentem. Tunc inventum est Rome corpus gygantis incorruptum [Mart] alcius muro civitatis cum tali epitaphio versuum:

Filius Evandri, Pallas quem lancea Turni
Militis occidit, morte[i*] *sua iacet hic.*

Lucerna ardens erat ad caput eius, que nec liquore nec flatu potuit[k] extingui, donec subter flammam foramine cum[l] acu facto aer fuisset inmissus. Vulnus autem gygantis quatuor pedum fuit et dimidii. Qui post eversionem Troie occisus iacuerat ibi[m] per annos duo milia 240. Fuit eciam in Apulia statua marmorea, in cuius [Mart] capite circulus aureus[n] sculpturam[o] huiusmodi continebat: *In Kal. Maii oriente sole habebo caput aureum.* Quod

*) A 4 *add.:* qui neptem sancti Heinrici duxit uxorem.

a) *ita* A; et cet. B. b) ambo *add.* B. c) Gei(y)slam B. d) confessus A 1. 6. B 1. 2. e) Oswaldus *post. m. in marg.* A 2, *et ita* A 3. f) Floruit B. g) c. s. S. S. B. h) scr. sic B. i) wannan A 1. 2; wanne A 5. B 2; von wan A 4. k) kumen A 3; chomen A 4. B 1. 3. 3a. — pist A 3. l) que *deest* B. m) duo A 1. 2. n) *deest* B. o) dictamina conposuit B. p) Igitur — prefecit *des.* B 3. 3a. q) et *add.* A 5. B. r) expurgavit B. s) mortem A 5. B. t) Galicus A 1. 2. B 1. 2; Gallicus A 3. B 3. 3a. u) Hic B. v) provinciis A 5. 6. w) C. e. t. *des.* A 2. x) *deest* A 6. B. y) *deest* B. z) educant A 1. 2. B 1—3; educerent B 3a; pr. eum d. educari A 3; educaretur *post. m. corr.* A 6; et *add.* A 3. B. a) *deest* A 4. 5; s. e. f. A 2. B. b) simularent A 1. 2. B; simulabat A 3. c) et A 3. 4. d) ex commissione imperatoris *add.* A 3. e) perductus B 2. 3. f) ır. A 1—3. g) f. m. *des.* B. — condomitis B. h) prope Maguncium *ms.* A 3. i) n. s. A 1—3. i*) more suo *Mart.* k) e. p. B. l) f. c. a. B. m) *deest* B. n) ereus A 5. *Mart.* o) sculptura A 3; modi *deest* A 1. 3; sculptura cuius c. B.

1) Cf. SS. IV, p. 595 n. . 2) Hoc in Chron. Min. narratum est.

quidam Sarracenus ibidem captivus intelligens, notavit umbram[a] statue illius oriente[b] sole prima die Maii, et ibi defossum thesaurum inveniens, a vinculis se liberavit. Floruit[c] tunc Hermannus Contractus, qui cantus pulcherrimos et tractatum astrolabii multaque utilia mirifice conpilavit et cronicam Novi Testamenti. Ex qua ego[d] hic quedam valde notabilia introduxi.* Floret[e] eciam Fulbertus Carnotensis episcopus, qui responsoria[f] *Solem iusticie, [Stirps Yesse* et ymnum illum *Chorus nove Ierusalem]* composuit. Tunc recessit[g] ecclesia orientalis ab obediencia ecclesie Romane, et Greci papam sibi elegerunt anno Domini 1028. Et fatentur, nos omnes excommunicatos esse, eo quod Spiritum sanctum credimus a Patre et Filio procedere, nec in baptismo et missa formam Grecorum servamus. Anno imperii 17. Heinricus, ab omnibus petita venia et restitutis que abstulit et omnibus iniuriis relaxatis, filium suum Heinricum 10 annorum eleccione principum regem constituit, presente Victore papa. Spire[h] obiit; est eciam sepultus ibidem 3. Non. Octobris.

Heinricus IIII.[i], puer 10 annorum, [anno[k] Domini 1064, regnavit annos 48]. Cuius[l] mater Agnes diu rem publicam strennue gubernabat, et cum exercitu vicit quendam Fridericum in Germania se contra imperium erigentem Tunc in Pforzheim[m] principes congregati Rudolfum ducem[n] Saxonie contra Heinricum regem elegerunt, quem papa Gregorius nec confessum nec convictum fovit[o]. Ideo Heinricus Rudolfum[p] bello cruento vicit, et superans, curiam in Brixinia convocavit. Eo tempore Gotfridus dux Lothoringie et 4[1] comites cruce signati cum 200 milibus Antiochiam ceperunt. Tunc rusticus quidam a sancto Andrea per visionem coactus invenit ibidem lanceam Iesu Christi, cum qua ignem magnum 13 pedum quidam Bartholomeus illesus transivit.** Exercitus igitur animatus lete processit Cesaream, ubi columba super exercitum volans deiecta est, apud quam tales littere sunt invente: *Rex Accaron duci Cesoree salutem. Gens contenciosa, generacio canina venit contra nos. Igitur per te et per tuos legem tuam defendas, aliis civitatibus hoc idem annuncia.* In Sicilia civitas Syracusana infra missam tanto terre motu concussa est, ut ecclesia cadente die dominica omnes opprimerentur[q] preter 4 ministrantes. 1063. In dyocesi Constanciensi mulier peperit infantem duo capita habentem et omnia membra duplicia[r] usque ad clunes. 1075.[s] Obiit Anno[t] archiepiscopus Coloniensis, multorum fundator monasteriorum. 1077. Rex Rudolfus de Habspurch electus fuit, ut post patebit. 1085, indicione 8. Gebhardus episcopus Constanciensis tempore famis dedicavit ecclesiam [sancti[u] Gregorii] in Hirsaw. 1087. Sanctus Nycolaus in Baram translatus est. 1089. Zwiveltum [nunc[v]] monasterium fundatum est, quod olim fuisse dicitur in monte Achalin[w] super Rutlingen, unde fulgura et tonitrua montem eundem frequenter concuciunt, eo quod olim consecratus fuisse putatur.

1093. Eclipsis solis undenis facta Kalendis
Octobris mensis mansit fere[x] tribus horis[y].
Mors populos stravit, subita quos peste necavit.

Quidam nobilis a muribus devoratus est, quos nec in terra nec in mari evadere potuit, quia promeruit.

Heinricus V.[z], Heinrici filius, [regnavit[k] annis 15, anno Domini 1112] imperium[a] adeptus, patrem suum captivavit et in vinculis usque ad mortem tenuit. Ideo Deus ipsum sine herede mori permisit. Tunc Wischardus Ropertus Francigena vicit duos imperatores Constantinopolitanos. Terre motus per totum orbem magnas et multas subruit urbes; terra[b] quoque dehiscens in pluribus locis civitates cum suis habitatoribus absorbuit 3. Non. Ian. In parrochia Legionensi porca porcellum edidit habentem faciem hominis. 1111, in die pasche[2] quidam monachus Rome ad Sanctum Laurencium extra muros cogitans, qualiter Dominus clauso sepulchro resurrexerit, vidit cingulum suum insolutum ante se iacere in terra et vocem audivit[c] dicentem sibi:

'Sic potuit Christus clauso prodire sepulchro'.***

1123. Sanctus Chunradus Constanciensis episcopus translatus fuit miraculis coruscantibus[d]. 1126. Ordo Premonstratensis incepit auctore domino Gotfrido comite, cooperante sancto Norperto archiepiscopo Maidburgensi[e]. Tunc in Treveri sanctus Mathyas inventus fuit tempore famis validissime, que cessavit. 1127.[g] Heinricus imperator obiit, cuius parentibus in Spira sepultis, tale scribitur epitafium:

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus iacet istic.

Hugo de Sancto Victore Parisius claruit, qui de contemplacione et moribus multa scripsit. Huic in extremis laboranti hostiam non consecratam monachi propter vomitus periculum attulerunt, sacram eucha-

*) A 4 *add.:* Qui eciam sequenciam *Ave preclara* de beata virgine compilavit.
**) A 3 *add.:* Quod Christus sibi apparens de lancea certificaverat.
***) A 4 *add.:* Eodem anno Premonstratensis ordo sumit inicium in dyocesi Laudinensi per virum bonum et religiosum de regali stirpe Francorum nomine Norpertum, postea Magdeburgensem episcopum *(ubi postea* 1126 — Maidburg. *des.). Sequitur Ottonis Fris. cap. VII,* 15. *paene totum.*

a) ubi umbra st. i. esset B. b) in o. B 3. 3a. c) Floret A 1—3. d) q. hic eciam q. n. sunt introducta B. e) Flor. — composuit *des.* A 3. 4. 6; Floruit B 2. 3. 3a. f) q. comp. responsorium S. i. et cetera ut supra B. g) e. o. r. B. h) o. S. B. — e. e. *des.* B; eciam *deest* A 2; et est i. s. A 3. 4; et ibi est s. A 6. i) III. A 1—3. k) *ita* A, et cet. B. l) Huius B. m) Phorcheim A 4; Porchem *Mart.* n) episcopi *ins.* A 1. 2. o) vovit A 1. 2; movit A 3. p) bello R. b. B. q) deprim. B 1—3. r) habentem *add.* A 1. 2; habebat *add.* A 3. s) 1075 — patebit *des.* A 4. t) *deest* B 3. 3a. u) s. G. *des.* B. v) *ita* A 1—3; hoc A 4; *deest* B. w) Achalim A 4. 5. B 3. x) *deest* B 3. 3a. y) diebus B 2. z) VI (sextus) A 2. 3; IIII. B 1—3, *corr.* IIIII. B 2, *corr.* quintus B 3. a) Imp. — permisit *infra leg.* A 4, *ubi abhinc multa inserta sunt ex Ekkehardi a.* 1106. *Ottonis Frising. et Hermanni Altahensis chronicis eiusque continuatione Altahensi.* b) terra — hominis *des.* A 4. c) *deest* A 2. 3. d) c(h)oruscans A 4—6. e) Megdeburch A 1; Maigburch A 2; Maidburch A 5. f) MCXXVI. B; MCXXV. *A. Zwif.*, 1127. — sepultis *des.* A 4, *pro quibus Ottonis cap. VII,* 16. *insertum.*

1) Tres comites nominat Mart. 2) Hoc ab auctore ex arbitrio additum puto.

ristiam simulantes. Quod Hugo per spiritum intelligens, exclamavit: 'Cur me fallere voluistis fratres? Iste non Iac est dominus meus Iesus Christus'. Qui territi corpus Christi attulerunt; sed Hugo propter vomitum communicare non audens, sic orabat: 'Ascendat Filius ad Patrem et cum eo spiritus meus ad eum[a], qui fecit illum'. Quo dicto, eucharistia disparuit, et Hugo feliciter exspiravit[b]. Pullus[c] galline quadrupes de ovo exiit. In Albania mulier monstrum peperit, ante hominis, retro canis[d].

Lotharius IIII. dux Saxonie [anno[e] Domini 1127, regnavit annis 11], vir katholicus et fidelis ecclesie advocatus Mart Tanta siccitas tunc fuit in Francia, ut flumina, lacus, fontes et putei siccarentur. Ignis quoque, qui per rimas terrarum subintraverat, nulla materia vel arte per biennium poterat extingui. Ideo et fames validissima per Ytaliam bestias et homines fere consumpsit. Anno Domini 1134.[f] Lotharius rex Sweviam vastavit et Ulmam. A Zwif

Chunradus III, frater Frederici ducis Swevorum, [anno[g] Domini 1138], regnavit [annis[h] 15], sed ad imperium Chr M non ascendit.* Hic a sancto Bernhardo aput Frankenfurt cum multis principibus cruce signatus[i], et Lothoringia, Mart Flandria, Anglia fortissimis pugnatoribus adunatis, Yconium venit, ubi Ludwicus rex Francie per Ungariam ad eum venit. Sed Greci calcem farine miscentes magnum fecerunt exercitui detrimentum. Tandem transfretantes, prospere sunt reversi. Floruit[k] in Calabria Ioachim abbas, qui super Ieremiam et super[l] onera[m] prophetarum et super Apokalipsim libros mirificos conpilavit, in quibus ante diem iudicii multa ventura predixit. Item[n] in pariete cubiculi sui depinxit ymaginem fratris Minoris, dicens, tales cito[o] esse venturos, funibus precinctos, sandaliis calciatos, sanctissimos et potentissimos, multa autem passuros ab universis, sed tamen usque in finem seculi duraturos. Item regibus transfretare volentibus Ioachim prophetavit, nondum venisse tempus eosque parum facturos. Petrus Comestor Hystoriam sco- Mart lasticam conpilavit.**

Fridericus primus, filius Friderici ducis Swevie, [anno[p] Domini 1152, regnavit annis 38]. Mart Chr. M. Fuit largus, strennuus, facundus et in[q] omnibus gloriosus. Huic soldanus Babilonie misit vas Tartareum, smaragdinum, balsamo plenum, cuius precium et decorem magnis laudibus imperator extollens, dixit: 'Absit, ut ego solus tam preciosam rem possideam', et videntibus nunciis[r] soldani proiecit[s] vas in terram, precipiens circumstantibus principibus christianis, ut frusta[t] colligerent et[u] dividerent inter se. Hunc Adrianus III. coronavit in ecclesia sancti Mart Petri. Sed cum reverti vellet ad castra[v], Romani sequentem[w] familiam apud portam Sancti Angeli hostiliter invadentes, usque ad imperatoris tentorium persecuntur. Sed Theutonici conclamantes[x] multos Romanos capiunt ac repellunt. Rex Alipie cepit Edissam civitatem, que in Genesi vocatur Arach, cui Christus[y] litteras miserat, et Francos ibi inventos aut morte aut exilio dampnavit, archiepiscopum cum clero decollavit. Eodem anno soldanus Ierusalem cepit et crucem Domini asportavit. Sol obscuratus fuit, et fames valida subsecuta. Terremotus civitatem Antyocenam cum Tripoli, Damasco et Cathanensium civitatem subvertit et 20 milia hominum interemit. Mari quoque in Siciliam exeunte, 5000 hominum sunt submersi. 1162. Fridericus Mediolanum subvertit. Trium magorum corpora Reinoldo[1] Coloniensi archi- Chr M. Mart. Iac. episcopo dedit, que olim de Perside in Constantinopolim translata, inde a sancto Storgio in[z] Mediolanum sunt vecta. Tres lune in celo vise[a] et postmodum tres soles significabant[2] discordiam cardinalium in eleccione pape et principum in eleccione imperatoris. Mortuo Adriano papa, tres simul electi fuerunt[3], quorum cf. Iac unus papatum[b] potenter obtinuit auxilio imperatoris. Ideo Alexander in Franciam fugit; quem per- Chr. M. Mart Iac. sequens inperator, cum Dacis et Bohemis regem Francorum bello aggressus, nil profecit. Scisma autem 18[c] annis duravit. Tunc Theutonici, qui pro imperatore in Tusculano morabantur, Romanos invaserunt et tot a nona usque ad[d] vesperas occiderunt, ut epitafium eorum contineret[e] hunc versum:

Mille decem decies et sex decies quoque seni.

Fridericus imperator Alexandro pape reconciliatus, pro emenda transfretavit, et post multas victorias in quo- Mart et Chr M dam parvo fluvio Armenie balniari volens, cunctis videntibus est submersus et in Thiro sepultus. Filius eciam suus in obsidione Ptolomaidis Achon et[f] multi secum nobiles de Francia et Anglia horribili pestilencia pericrunt. 1165. In Tuwingen Hugonem palatinum obsedit Welfo[g] iunior habens in exercitu tria milia pugnatorum et episcopos Spirensem, Wormacensem, Augustensem, ducem Bertholdum de Zeringen[h], marchiones, comites et barones. Sed Fridericus dux Swevorum cum 1100 militibus in[i] auxilium palatini veniens, predones[k] omnes fugavit, multos occidit et 900 captivavit[4]. Quod audiens imperator Fridericus primus, precepit Friderico duci Swevie, ut omnes

*) A 4 *add.:* Huius tempore magister Arnoldus — suspensus *ex Martino Opp. vel Gilberto.*

**) A 4 *add.:* Qui sibi pro epitaphio iussit conscribi hos versus: *Petrus eram — quod hic est. Ex Vinc.*

a) Deum A 5. b) emigravit B. c) Tunc p. B; Pullus — exiit *des.* A 4. d) similitudinem representans *add.* B; *hic seq. in* A 4. *supra omissa* Quia H. — permisit *et quaedam ex Ottone* VII, 17. e) *ita* A; et cet. B. f) *ita* A 5. 6; MCXXIV. A 1—3. B; Anno — Ulmam *des.* A 4. g) *des.* B. h) et cet. B. i) est *add.* A 2. 3. k) tunc *add.* A 4 (T. f.). B 2. l) *deest* A 4. 5. m) *ita* A 1. 2 (*post. m. in marg.* volumina). 4—6. B; folumina A 3. n) Item — facturos *des.* A 4. o) scito A 5. B. p) *ita* A; et cet. B. q) *deest* A 3. 5. r) ministris B 3a. s) proiciens B. t) frustra B 2 *(post corr.)*. 3. 3a. u) et d. *des.* A 1 *(post in marg. suppl.)*. 2 *(post suppl.)*. 4. B. v) castrum A 2? B 2. w) sequentes B 3. 3a; sequentem *corr.* sequentes B 1; frequenter A 3. x) resistentes A 3. y) Fridericus A 2 *post. m. in loco raso, in marg.* rex, *et ita* A 3; ipse A 4. B. z) *deest* B. a) sunt *add.* A 3 (s. v.). 5. b) pot. pap. B. c) XIIII. B 3. 3a. d) *deest* B 1—3. e) continet B. f) et m. — Anglia *des.* B 2. g) Belfo B. h) Beringen A 4; Perchtoldum ze Aungen B. i) *in loco raso post. m.* A 1; et A 2; 7 (etiam) B 1 (*in marg. corr.* in). 3. k) *ita* A 1. 2. 4. B; predictos A 3. 5.

1) Nomen ex Chron. Min.; *Radulphus* Mart. 2) Haec ex suo ingenio auctor addidisse videtur. 3) Haec ex Leg. Aur. male intellecta effecisse videtur. 4) Haec iam a. 1164. gesta sunt; cf. L. Schmid, 'Gesch. d. Pfalzgrafen von Tübingen' p. 79 sqq.

captivos relaxaret et Welfonis graciam quereret; quam non invenit. Welfo[a] obiit, et palatinus liberatus fuit.

Heinricus VI[b], Friderici filius, anno Domini [1187[c], regnavit annis 8]. Hic, vivente adhuc patre, cum semel in Erphordia[d] maneret, multi comites et barones ruptis trabibus in cloacam cadentes, 7 ex eis in luto submersi sunt. Anno regni primo eclipsis solis 9. Kal. Iulii a tercia usque ad nonam. Eo tempore tante pluvie et tanta fulmina facta sunt, ut nemo similia meminerat[e] se vixisse[f]. Corvi quoque et multe aves in aere volantes portabant in ore carbones ignitos et domos plurimas incendebant. Anno 3.[1] Heinricus contra Apuliam movens exercitum, perdidit fere totum. Item secundo aggrediens Apuliam, totam obtinuit, captivos in Alemaniam duxit regem Epirotarum et filium regis[g] Sycilie Tancretum cum matre sua Margareta. 1196.[h] Chunradus rex[i,2] Swevie obiit; cui Philippus successit. Fames valida fuit in Alemania tribus annis. 1198. Sanctus Dominicus predicare cepit. 1200. Ordo militum Theutonicorum in Accaron sumpsit inicium. 1206. Sanctus Franciscus annorum 25 incepit ordinem fratrum Minorum, et postea vixit annis 20, in quibus congregavit plus quam 5 milia fratrum[k]. 1212 Multa milia[l] puerorum cruce signatorum versus mare iter arripuerunt; sed illa peregrinacio annichilata fuit[m]. 1200. Sanctus Dominicus ordinem fratrum Predicatorum incepit. 1214[n], in festo omnium sanctorum Innocencius magnum concilium congregavit, in quo multas constituciones edidit et ad liberacionem Terre Sancte mentem[o] posuit, statuens, ut post *Agnus Dei* psalmus *Deus venerunt gentes* per totam ecclesiam legeretur. Sed papa uno anno post concilium supervixit. Quo apud Perusium egrotante, quidam abbas Cysterciensis ad curiam ire volens, 16. Kal. Augusti in prato ante Perusium obdormivit; viditque in sompnis ad orientem in excelso throno Dominum sedentem cum multitudine angelorum, item ab occidente hominem nudum, papali infula decoratum, currentem versus thronum et alta voce clamantem[p]: 'Miserere mei, Deus, misericordissime Deus!' Quem persequebatur draco crudelis, horribiliter[q] clamans: 'Iuste iudica, invictissime[3] iudex'! Dixit ergo Dominus ad papam: 'Ubi divicie, ubi delicie, ubi honores? Ego dominus, ego iudex, ego vindex'. Quo dicto, tercia vice draco animam rapere voluit, sed illa ad quandam crucem [secus[r] viam] fugiens eiulavit[s]. Abbas evigilans finem cause scire non potuit; et Perusium veniens, papam hora eadem migrasse cognovit, et seriem visionis prefate multis per ordinem enarravit. 1218.[t,4] Heinricus imperator veneno interiit sepultus in Spira. Eadem nocte quidam vir sanctus pro[u] statu ecclesie orans et nichil de morte imperatoris sciens, dum surgeret ab oracione, invenit in manu sua hos versus scriptos:

Rex ruit, et regnum rapiens rex alter habebit.
Ille potens medio cadet[v], hic et uterque[w] carebit.
Surget ab occiduo rex, ut leo regna tenebit.
Et post hunc nisi tres, et regius ordo silebit.

1199. Scisma pro regno oritur inter Philippum ducem Swevie et Ottonem ducem de Brunswich. 1200. Otto a legatis[x] pape in regem ungitur Aquisgrani. 1201. Apud Coloniam Philippus partem Ottonis multum debilitavit eumque bello durissimo superavit. Eodem anno Tartari sub montibus Indie in regione Tartarca constituti occiderunt dominum suum David regem Indie, filium Iohannis presbiteri, et ad depopulacionem aliarum gencium processerunt. Eodem anno Veneti et Franci Constantinopolim venerunt[y], eamque diviciis et reliquiis spoliantes, ad civitates alias transtulerunt. 1208. Palatinus de Witlispach occidit Philippum ducem in Bawenberch, et ad grangiam[z] quorundam monachorum secedens, dum causa deduccionis vervecem[a] cum clypeo provocaret, irruentes Philippi conplices palatinum occiderunt.

Otto dux de Brunswich anno Domini 1210. solus imperium adeptus, regnavit annos 9. Hunc papa Innocencius coronavit et ab eo iuramentum fidelitatis suscepit, quod eodem die Otto infringens, Romipetas spoliavit. Ideo papa Ottonem usque ad mortem excommunicavit eique[b] Fridericum, filium Heinrici imperatoris, adversarium suscitavit.

1212.[c] Annis millenis bis centenis[d] duodenis
Est cruce signata puerorum multa caterva.

Fridericus II, Heinrici[e] V. filius, rex Sicilie, [anno[f] Domini 1221] contra Ottonem electus, regnavit annis 33. Hic diviciis et gloria super omnes habundans, abusus est eis in superbiam. Nam ab infancia per[g] ecclesiam tamquam per matrem educatus, ipsam non ut matrem fovit, sed velut novercam, quantum potuit, laniavit. Ideo convocato apud Lugdunum concilio, Innocencius IIII. anno Domini 1248. ipsum imperiali dignitate ac nomine spoliavit. Porro cause deposicionis principales in predicto concilio exprimuntur, videlicet periurium[h], pacis reformate frequens violacio, duorum cardinalium captivacio, multorum prelatorum submersio. Qui[i] insuper prelatos ab ecclesiarum regimine destituit, cruces aureas, thuribula preciosa et calices, pannos aurifrigiatos[k] et sacros ecclesiarum thesauros diripuit,

a) W. — fuit *des.* A 1–4. b) v. B 1. c) *ita* A; et cet. B. d) Erphodia A 1. 2. e) meminerit A 3. f) vidisse A 6; vid. *corr.* vixisse A 1. 2. g) regem A 1—3. h) MCXVI. A 1; MXCVI. B 1. 3a, *et postea* MXCVIII. i) dux A 4. k) Minorum *add.* B; A 1. 2. *ms. haec obscura:* woi waz gerst erxst henxst henxt. l) milicia B. m) est A 2. 3. n) MCCIII. A 4; MCCXVII. A 5; MXIIII. B 3. 3a; MCC .. *(spatium vacuum)* B 1. 2. o) mentes B. p) clamabat B. q) horribil' A 1. B 1. 3a; horribilis B 2. 3. r) *ita* A 4. 5; secum f. A 1—3; s. v. *des.* B. s) evigilavit B; *deest* A 3. t) *ita* A 1. 2, *ubi post. m.* aliter XXVIII, *et ita* MCCXXVIII. A 3; MCXXVIII. A 6; MCCXVI. B. u) *post corr.* prostratus in ecclesia A 1, *et ita* A 3. 4. v) cadit A 6. B; *deest* A 3. w) utroque A 2. 3. x) legato B. y) *deest* A 1. 2. 6. B; obtinuerunt C. A 3. z) grandiam A 6. B 3. 3a. a) verventem A 1—3. 6. b) que *deest* A 1—3; eidemque A 6. B 2; et ei A 4. c) 1212 — caterva *des.* A 4. 6. d) centis A 1. 2. 5; centum A 3. e) imperatoris *add.* A 1. 2. — VI. A 4. f) *ita* A; et cet. B. g) in ecclesia B. h) primum B. i) Quod A 1. 4. 5; Quid B. k) aurificatos B.

1) *primo* Mart. 2) Potius dux Sweviae, filius Friderici imp. 3) Ita nonnulli codices Chron. Minoris. 4) In anno valde erravit.

[Chr M] clericos angariis et parangariis afflixit, qui non solum trahebantur ad iudicia[a] secularia, sed et cogebantur subire duella, incarcerabantur et decollabantur et in patibulis suspendebantur. Papales sentencias se non curare[b] asseruit; nomen Machometi in templo Ierosolimis in sua presencia venerari et proclamari[c] permisit, et familiaritate detestabili Sarracenis coniunctus, ipsos in cottidianis obsequiis tenuit. Possessiones ecclesie Romane, scilicet marchiam Anconitanam, ducatum Spoletanum, Beneventum in Apulia archiepiscopatum habentem 24[d] episcopos[e] suffraganeos diruit et alias Thuscie civitates. Preterea iniquitatem in excelso locutus est, ponens in celum os suum. Dixit enim, audiente lantgravio Heinrico: 'Tres seduxerunt totum mundum, Moyses Hebreos, Iesus christianos et Machomet Sarracenos. Quam ob rem si principes institucionibus meis[f] assentirent, ego multo meliorem[g] modum vivendi et credendi cunctis nacionibus ordinarem'. [Mart] Propter hec et hiis similia depositus Fridericus, cum Parmam obsidione cingeret, victus in Apuliam rediit, et veneno [Chr. M] extinctus, sepultus est in Fungia anno Domini 1252, in die sancte Lucie virginis, tam occulte, quod multi per annos 40 vadiabant, eum vivere venturum in proximo manu forti. [Chr M.] Rex autem Chunradus, filius imperatoris, brevi tempore supervixit[h], cum patre ibidem sepultus[i] est.

Heinricus lantgravius Turingie in odium Friderici de licencia pape electus 1247, Chunradum regem, filium Friderici, cum suo exercitu apud Franckenfurt in[k] die sancti Dominici confessoris ignominiose fugavit, et ipse Heinricus eodem anno profluvio ventris obiit sine herede, sepultus in Hysnaco.

Wilhelmus comes Hollandie similiter contra Fridericum electus 1248, regnavit annis tribus, et a Frisionibus est occisus. 1249.[l] Ludwicus rex Francie transfretavit. Quo ibidem capto, Iacobus apostata Cysterciensis ordinis finxit sibi stellam locutam, quod rex deberet a pastoribus liberari. Congregans ergo omnes pastores quasi tocius occidentis, [Chr. M.] venit in Franciam, ubi Iacobo sentencialiter condempnato, dispersi sunt pastores. Rex [Mart] autem pro sua liberacione dedit centum milia marcarum[m] et civitatem Damiatam. 1239.[n] Tartari in duo agmina se dividentes, Ungariam et Poloniam intraverunt, et utrobique dominis interfectis, tanta est penuria subsecuta, ut in Ungaria matres filios comederent[o] et pro farina [montis[p]] cuiusdam[q] pulvere[r] homines uterentur. Item[s] in Burgundia mons magnus ad alios montes longe transivit et per vallem plurimum populosam terram[t] lapidibus sic eam[u] obruit, ut civitates et ville penitus delerentur. Quidam Iudeus in Hyspania pro vinea sua amplianda rupem fregit undique integram[v], interius[w] cavam, in qua librum tamquam lignea folia habentem invenit. Qui liber Hebraice, Grece et Latine scriptus tantum[x] littere ut psalterium continebat, loquens de triplici mundo ab Adam usque ad antichristum, proprietates mundi cuiuslibet exprimendo. Tercii mundi principium tale fuit: *In tercio mundo filius Dei nascitur ex Maria virgine et pro salute hominum crucis patibulum pacietur.* Fuit eciam ibi scriptum, quod liber iste inveniendus esset in diebus Ferrandi rectoris Hyspanie. Quod[y] dum Iudeus legisset, cum parentela baptizatus est. 1247.[z] Rutelingen obsessa fuit in pentecosten. [Mai 19.] 1253. Comes Burchardus de Hohenberch fulmine interiit in[a] crastino Margarete. [Iul. 14.] 1255.[b] Balgingen[1] in pentecosten [Mai 16.] civitas facta est. 1256. Domnus Etzelinus bello campestri superatus est. 1260. Flagellatores venerunt in Theutoniam[c]. 1263, Non. Augusti eclipsis solis post meridiem. [Aug 5.] 1264. Cometa a festo sancti[d] Iacobi usque ad[e] Michahelis. [Iul 25. Sept. 29.] 1265. Comes Ulricus de Wirtenberch antiquus[e] obiit. 1266. Pugna iuxta Herbipolim Kitzingen[f]. 1267. Pugna apud Heigerloch omnium sanctorum[2]. [Nov. 1.] [Mart] 1269. Chunradinus iuxta prophetiam Clementis pape in Apulia decollatus est. Cuius loco Theutonici ibidem quendam de Oxenfurt, fabri filium, nomine Stoch[g] regem statuerunt, licet plurimum renitentem. Qui curialiter ab exercitu se subtrahens, post octo menses ad incudem patriam[h] est reversus.

Růdolfus I. anno Domini 1273. [regnavit[i] annis 18]. Hic genere Alemannus, comes de Habspurch, per omnia fortunatus, sed ad imperium non ascendit. 1275. Gregorius papa in Tholosam[k, 3] causa regis venit eumque cruce signavit et eucharistiam sibi dedit. 1278. Comes de Gulch occisus est Aquisgrani dominica Invocavit. [Mart. 6.] In ponte super Muslam[l] 200 homines corizantes 15. Kal. Iulii cessare nolebant, [Iun. 17.] donec plebanus transiret portans sacratissimum corpus Christi. Igitur pons cecidit, et corizantes omnes penitus sunt submersi. Item feria sexta post festum sancti Bartholomei Růdolfus rex bello durissimo regem Bohemie [Aug. 26.] occidit. 1279. In Dyezzenhoven mortuus, qui 10 annis sub terra iacuerat, loquebatur fossori sepulchrorum, cui diem sui obitus veraciter predixit. 1280.[m] In dyocesi Worma-

a) iudicium secularium B 3. 3a. b) curante B. c) picl'ari A 2, *ubi in marg. post. m.* pingi, *et ita* A 3. d) XXIII. B 2. 3. e) archiepiscopos A 1. 2. B (archy *del.* B 2) f) nostris A 1—4. g) meliores v. modos A 5. h) *deest* A 4 (*ubi* b. post t). 5 6. i) e. s. A 4. 5. k) in — fugavit *des.* B 3. 3a. l) MCCXLII. B. m) argenti *add.* A 3. n) MCCIL. A 4; MCCXXIX. A 6; MCCIXL. B 3a. o) comederunt A 2. 6. p) *deest in omnibus codd.; ex Martino supplevi.* q) *ita* A 1 (*post corr.* quidam). 2; quidam A 3. 4. 6; quodam B. r) ex herbis et viscis arborum *add.* A 6. s) *deest* B. t) terramque B. u) *deest* A 3. 4. v) integrum A 1. 2. w) intus A 1—3, *corr. post. m.* interius A 1. 2; in cuius A 6. x) tantas litteras A 3. 4. y) Que A 5. 6; Quem A 3. 4. B. z) 1247 — pent. *post* Margar. *scr.* B 3a, *des.* A 4. a) *deest* A 1. 2 (*m. post. add.*). b) *ita* A 3 *et Heinr. de Rebdorf cod. Vindob.*; MCCLXI. A 1. 2; MCCLX. B; *haec des.* A 4 - 6. c) Theutonicam B 2. 3. 3a. d) *deest* A 3. B. e) *deest* B. f) facta est *post m. add.* A 2, *et ita* A 3. g) Stock A 3; Stok A 5; Stochot(h) B 1—3; Schototh B 3a. h) paternam A 5. 6; paternum i. A 4. i) *ita* A; et cet. B. k) *ita* A 5. B; Tholosani A 2; Tholosanicā (Thesolanicā 3) reğ. A 1. 3; p. Nicolasum c. A 6. l) Mulsam A 4; Mullam A 5; Muslacc h. B. m) *ita* A 5; MCCLXXXV. A 1. 2. B 2; MCCLXXIX. A 6. B 1, *ubi* IX *erasum, et ita* MCCLXX. B 3. 3a; 1280. — peperisse *des.* A 3. 4.

1) Balingen. 2) Cf. Notae Sindelfing. et Ann. S. Georgii SS. XVII, p. 298. 301. 3) Male pro Losanna, Lausanne.

censi villa Gatrach[a, 1] anser duorum capitum[b] fuit et anser alius 4 pedum. Item in dyocesi Constanciensi in Semdach[c, 2] mulier nobilis leonem dicitur peperisse. [1281[d], in quadragesima Rotenburch super Necarum reedificatur, ubi retroactis temporibus egregia civitas fuit. 1286.[e] Niuwertingen[3] rex destruxit, et in Balgingen certamen fuit]. 1284.[f] Rex quinque castra firmissima in uno monte Waldekk sita[g] destruxit in autumpno. 1285, in quadragesima fuit in Phullingen gallina 4 pedes habens. 1286. Predicatores Argentinam
Jul. 12. triennio reliquerunt. Item in Altenstaig[4] 30[h] viri in pugna[i] occisi. 1288, in vigilia sancte Margarete in Sukental[5] fragore[k] nubium 300 homines perierunt. 1289, post pascha Sarraceni Tripolim destruxerunt. [Item[d] Rotwil est exusta]. 1290. Hyemps calidissima, et
Mai 28. Rosenvelt[6] exusta, dominica post Urbani nive cadente.*

Adolfus comes de Nassawe 1292[l], mense Maio in Franchenfurt ab omnibus principibus unanimiter est electus[m].

[Explicit[n] cronica Romanorum regum et imperatorum].

Incipit tempus gracie sive etas sexta, in qua iam[o] sumus et durat usque ad antichristum[p].

Chr M. Iesus Christus de virgine Maria Bethlehem natus est annis ab inicio transactis 5200 minus uno . . . .
. . . .

Mart. Gregorius II. papa 92. anno Domini 715, sedit annos 15, menses 8[q]. Constituit feria 5. ieiunari in quadragesima, quod Melchiades[r] prohibuerat annos 600. Et quia quinte ferie[s] officia propria non habebant, collegit de dominicis in estate et adhibuit epistolas et ewangelia[t], que adhuc concorditer non habentur.

Mart. Chr M. Gregorius III. papa 93. anno Domini 730[u], sedit annos 10, menses 8. Tunc in Wormacia fuit archiepiscopatus[v] habens 16 episcopos suffraganeos, et vocabatur civitas Wangionum. Geroldo ibidem archiepiscopo in bello occiso successit filius suus Gerwilo, qui propria manu occidit interfectorem patris sui, dicens:

'Accipe nunc ferrum, quo patrem vindico carum'[7].

Ideo papa misit legatum sanctum Bonifacium, qui sedem episcopalem transtulit in Magunciam, et sanctus archi-
Mart. episcopus construxit monasteria Hirsveld et Fuldam. Gregorius archiepiscopum[w] Vienne constituit, que sic vocatur, eo quod biennio sit[x] constructa. Eo tempore Albrandus rex Longobardorum Romam obsedit. Constituit eciam Gregorius in canone adiungi: *Quorum sollempnitas hodie in conspectu tue maiestatis celebratur, domine Deus noster, in toto orbe terrarum, quorum meritis* et cetera.

Chr M. Zacharias papa 94. anno Domini 740, sedit annos 10, menses 3[y]. Constituit, ne sacerdos velato capite celebret
Chr Wirz. nec cum baculo. Item caput sancti Georii invenit in scrinio aureis litteris Grecis depicto. Item libros dyalogorum
Chr M. transtulit in Grecum. Item sub eo facta distribucio episcopatuum de consensu Pipini regis: Saltzburch, Eisteten, Regenspurch et Frisingen. Voluit eciam sanctus Bonifacius transtulisse sedem episcopalem[z] in Erphordiam, sed papa non consensit.** [Omnia[a] predicta contigerunt circa annum Domini 740].

Mart. Stephanus II. papa 95. anno Domini 750, sedit annos 5. Hic ob infestacionem Aristulphi regis Longobardorum in Franciam[b] pergens, constituit regem Pipinum, patrem Karoli Magni. Igitur Pipinus de equo descendens, duxit equum[c] pape tria miliaria[d] usque ad palacium suum. Transtulit ergo papa imperium a Grecis in Germanos, in personam Karoli. Require in decretali *Venerabilem*.

Paulus papa 96. anno Domini 755, sedit annos 10, mensem unum. Hic transtulit corpus sancte Petronelle. Quere supra[8]. Fuit autem homo mitissimus. Nulli malum pro malo reddens, nocte cum paucis circuit[e] hospicia infirmorum, pauperibus et captivis, viduis et orphanis necessaria ministravit. Sanctus Gangolfus claruit, quem propter uxorem clericus interfecit.

*) A 1 *add.:* 1334. Dilingen apud Danubium est omnino exusta.
**) A 4 *add.:* Eo tempore translatum est corpus sancti Emmerammi episcopi et martiris in Ratispona per eundem Bonifacium.

a) Garrach A 1. 5; Garath B; Cartach A 7; Carthacans A 6. b) d. c. . . et a. a. *des.* A 1. 2; *deest* B 3. 3[a]; ovorum *erasum et in marg. m. s. XV.* capitum B 1. c) *ita* B; Semdech A 6; Seinbach A 1—3; Sempach A 7; *haec des.* A 4. 5. d) *uncis incl. des.* B. e) MCCLXXXIII. A 3. f) 1284. — autumpno *ante* 1280. *leguntur* B 2. g) sua A 2, *post del.; deest* A 3. h) XXX. A 3. B 1—3. — virorum B. i) sunt *post. m. add.* A 2, *et ita* A 3. k) frangore A 1. 2. l) MCCLXXXII. A 2, *ubi in marg. post. m.* al. 1291; alias et verius XCI. *add.* A 3; MCCXCI. B 2. 3. m) etc. *add.* A 1—3. B 3[a]. n) *ita* B. o) nos *add* B 2. p) tempus antichristi B 3. q) VII. B 1. 2. 3[a]. r) Melchisedech B. s) ferie — collegit *des.* B 3. 3[a]. t) ewangelium A 6. B. u) DCCXIX. A 1. 2 (*corr.* DCCXXX). v) archiepiscopus B; episcopus A 6. w) archiepc B 1. 2. 3[a]; archiepiscopatum A 4. 6. *Mart.* x) *deest* A 1. 2. y) VI. B 3. 3[a]. z) *deest* B. a) *ita hoc loco* B, *cf. supra p.* 233 n. b) Francia B. c) equitum prope (propter 2) tr. B 1. 2. 3[a]. d) milia B 1—3. e) circuivit A 6; circuvit A 5; circuiens A 4. — in *add.* B 2. 3.

1) Grossgartach, villa in praefectura Heilbronn. 2) Talis locus quondam apud Hechingen exstitit; cf. Stälin III, p. 1. 3) Nürtingen. Cf. Stälin III, p. 55 sqq. 4) Altensteig in praefectura Nagold. 5) Vallis Suggenthal prope Freiburg. 6) Rosenfeld in praefectura Sulz. 7) Cf. Othloni Vit. S. Bonifacii, Iaffé, Bibl. III, p. 496. 8) Sub Leone III imp. et Constantino papa.

Constantinus[a] II. papa ex layco presbiter subito factus est, ambicione tyrannica sedis invasor, cum magno scandalo sedit menses 13, nec ponitur in registro, quia zelo depositus[b] fidelium est et cecatus. Mart.

Stephanus III. papa 97.[c] in synodo degradavit omnes ordinatos a Constantino, revocans omnia preter baptismum et crisma.

Adrianus I. papa 98. anno Domini 770, sedit annos 23, menses 10. Hic muros ac turres Rome a fundamento renovavit et ecclesias[d] fabricavit. Hic duas synodos celebravit. Karolo[e] ius eligendi pontificem dedit et sedem apostolicam ordinandi, et ut in singulis provinciis archiepiscopi et episcopi ab eo reciperent investituras, omnes contradicentes excommunicavit. Distinct. 63. Similiter Stephanus supradictus. Extra. de eleccione: *Venerabilem*, vide[f] apparatum. Officium Ambrosianum Adrianus inhibuit et Gregorianum ubique servari precepit. Require de hoc in legenda sancti Gregorii[1]. Chr. M Iac

Leo III. papa 99. anno Domini 796, sedit annos 20, menses 5. Cuius sublimacioni invidentes propinqui supradicti Adriani pape, cum Leo maiores ageret letanias, populo contra eum excitato, falsum ei[g] crimen turpe opposuerunt, oculos eruerunt, lingwam preciderunt ac semivivum et nudum in platea Rome dimiserunt. Ideoque Karolus Romam veniens, iudicio presedit, et pape[h] suam innocenciam Deus reddidit[i] et loquelam. Statimque Karolus de Romanis pocioribus 300 viros in campo Lateranensi decollari fecit aut exiliari. Mart Hist. Misc. Mart. et Chr. M.

Stephanus IIII papa centesimus anno Domini 815, sedit menses[k] 7. Ludwicum, filium Karoli, coronavit imperatorem. Mart Chr. M.

Pascalis papa[l] anno Domini 816[m], sedit annis 7[n]. Cui sancta Cecilia revelavit ossa eius et sanctorum Urbani, Tyburcii et Valeriani, que latuerant per annos fere 600. Hec papa transtulit intra[o] Urbem. Item ecclesiam sancte Braxedis reparans, instituit ibi Grecorum monachorum collegium; et ex cimiteriis sanctorum corpora[p] duo milia congregans ibidem collocavit. Mart.

Eugenius II. [papa[q] 102], nacione Romanus, per laycos papa factus[2], sedit annis tribus. Hic primum Sancte Sabine martiris presbiter cardinalis, eiusdem ecclesiam pictura sollempni et cyborio argenteo decoravit.

Valentinus papa [103[q]] sedit dies 40.

Gregorius IIII. papa [104.[q]] anno Domini 838[r], sedit annos 15. Tunc quidam Romani scelerati miserunt ad soldanum Babilonie, ut veniret in Ytaliam. Tanta itaque multitudo Sarracenorum per portam[s] Centumcellensem intrans implevit superficiem terre ut locuste. Totam igitur Tusciam in solitudinem redegerunt, Romam obsederunt, civitatem Leoninam ceperunt; ecclesiam sancti Petri equorum stabulum effecerunt. Tandem ad peticionem Gregorii pape Gwido marchio cum Longobardis veniens, postea Ludwicus cum Gallicis, Sarracenos fugaverunt. Qui eciam Apuliam et Siciliam devastantes, multum christianum sanguinem effuderunt[t]. Usque huc festum omnium sanctorum per annos 220 celebrabatur[u] 3. Idus Maii, sed Gregorius ex consensu imperatoris[v] et omnium episcoporum transtulit hoc festum ad Kalendas Novembris, ut populus adveniens maiorem victualium copiam inveniret. Chr M. Mart. Iac. Mart Iac. c. 158.

Sergius[w] II. papa 105. anno Domini 843, sedit annos tres. Iste papa Os porci antea vocabatur; unde statuit ecclesia, ut de cetero nomina Romanorum pontificum semper mutentur, sicut et Christus Symonem vocavit Petrum. Hic[3] coronavit Lotharium imperatorem. Eo[4] tempore Sarraceni ecclesias Petri et Pauli funditus everterunt. Audita[x] enim cede mutua fratrum, multe gentes se contra imperium erexerunt. Mart. et Chr. M. Mart.

Leo IV. anno Domini 847, sedit annos 8, menses 3. Cuius festum agitur 17. Kalendas Augusti. Hic primo[y] monachus factus, deinde presbiter cardinalis per Sergium factus est. Quo mortuo necdum sepulto, clerus et populus Leonem concorditer elegerunt. Qui mox ecclesias apostolorum et alias, quas Sarraceni vastaverant[z], restauravit. Et cum muros Romane civitatis perfecisset, apponendo seras, fecit hanc collectam: *Deus*[a] *qui beato Petro collatis* etc. Item pro Neapolitis in mari contra Sarracenos pugnantibus fecit collectam: *Deus cuius dextera*. Et submersi sunt Sarraceni versus Affricam revertentes.

Mulier papa anno Domini 854, sedit annos 3, menses 5. Hec dixit se vocari Iohannem Anglicum, nacione Margantinum. In habitu virili Athenas ab amasio suo ducta, in diversis scienciis erudita[b] et valde profecit. Post hec Romam veniens, triviales artes legit et magnos magistros discipulos habuit. Et cum in Urbe vita et sciencia precelleret, in papam eligitur, sed a predicto amasio inpregnatur. Hec demoniacum adiurans interrogavit, quando demon recedere vellet. Dyabolus versifice sic[c] respondit: Mart

Papa, pater[d] *patrum, papisse pandito partum*[5].
Et tibi tunc edam, de corpore quando recedam.

Tandem inter Colliseum et ecclesiam sancti Petri parturiens obiit. Ideo papa viam illam semper[e] obliquat. Mart.

Benedictus IIII. anno Domini 857[f], sedit annos 2, menses 5. Constituit, ut clerici ordinate et honeste incedant.

Nycolaus primus[g] anno Domini 859, sedit annos 9, menses 3. Concessit cantari sequencias Noegeri[h] monachi[i] Iac. et Chr. M

a) Constancius B. — p. II. A 1—3. 6. — xcvii. *add.* A 4. 5. b) f. d. A 3—5. c) xcviii. A 4. B 2; *deest* A 1—3. d) ecclesiam B 2, 3; ecclesia B 1. e) cardinalibus A 3. f) fide A 2 (a fidelibus *m. post.*). 3. — approbatum A 3. g) *deest* B; et c. t. ei i. A 2; f. cr. et t. ei i. A 3; falso crimine ei imposito A 4. h) propter *m. post.* A 2, *et ita* A 3. 4. i) visum *add. post. m.* A 2, *et ita* A 3. 4. k) annos A 1. 2. 5. B 3; annis B 3a; annis *post* 7 *add.* B 1; annum unum A 3. l) ci. *add.* A 5; cii. *add.* A 4. m) dcccxvii. A 4. B 2. n) vi. B 3. 3a. o) infra A 2, 3; in A 4. p) *deest* B. q) *deest* A 1—3. 6. r) dcccxxviii. A 3. 4. s) portum A 4. *Mart.* t) fuderunt B. u) celebratur B 2. 3. 3a; colebatur A 6. B 1. — IIIIto A 4. *Iac.* v) Ludwici *post add.* A 2, *et ita* A 3. w) *hoc et sequens cap. des.* B. x) Aud. — erexerunt *des.* A 3. y) prius A 2. 3. z) vastaverunt A 4. 6. a) Deus — collectam *des.* A 4. b) e. et *des.* A 5. 6. c) *deest* B. d) paterque B. e) *deest* A 1—3. B. f) *pro* 857. — clerici *habent* B 3. 3a; 859. — cantari *seq. cap.* g) papa *add.* A 4. B. h) Nocheri A 4; Notkeri B; nigri A 6. i) abbatis A 4.

1) Scil. in Iacobi Legenda Aurea ed. Grässe p. 201, c. 18. 2) *per laicos ... cecatus est et martirio coronatus* Mart. 3) Hoc finxisse videtur auctor, quia Sergius II. et Lotharius I. contemporanei fuerunt. 4) Haec habet Mart. sub Lothario I. imp. 5) Hic versus etiam in Chr. Minore supra p. 184.

Chr. M. Sancti Galli. Constituit, ne clericus venetur. Item, ut causam pape nullus iudicet nisi papa. Tunc sanctus Cirillus de
Mart. mari levavit corpus sancti Clementis et Romam transferens sepelivit.

Chr. M. Adrianus II. anno Domini 868, sedit annos 5. Constituit, ut nulla causa die dominico[a] iudicetur.

Mart. Chr. M. Iohannes VIII. sedit annos 10. Constituit, ut nullus iudex secularis placita secularia tractet in edibus con-
Mart. secratis. Item quod ibi non hospitentur nisi ex gracia. Sub isto fuit quinta synodus Constantinopolitana.

Martinus[b] II. papa sedit annum unum.

Adrianus III. sedit annum unum. Constituit, ut imperator de eleccione pape se non intromittat.

Stephanus V. sedit[c] annis 6.

Formosus papa anno Domini 892, sedit annos 5, menses 6. Hic dum Portuensis esset episcopus, degradatus fuit a Iohanne papa usque ad habitum laycalem et iuravit, se Romam numquam ingressurum et se episcopum numquam futurum. Postea a Martino papa restitutus, episcopatum recepit et processu temporis in papam est electus. Qui[1] in Ratispona ad Sanctum Emmerammum dedicavit[d]. Denique[e] post obitum corpus eius in concilio
Mart. positum Stephanus papa VI. condempnavit, et abscisis duobus dextere digitis manus, in Tyberim proiecit, omnes ordina-
Mart et Chr M ciones ab ipso factas decernens irritas et inanes. Ultimo Sergius III. iterum eum[f] extumulari precepit[g] post annos 6 et corpus eius in sede pontificali locatum decollari precepit et in Tyberim iactari, eo quod sua eleccio olim propter Formosum fuerat inpedita. Corpus autem a piscatoribus est inventum, et in ecclesia sancti Petri positum[h] ymagines sanctorum se[i] inclinantes venerabiliter salutabant. Duo eciam successores sui Theodorus II. et Iohannes IX. ordinaciones Formosi pape synodis convocatis approbaverunt.

Mart. Bonifacius VI.[k] sedit dies 15.

Stephanus, primus[l] hostis Formosi, sedit[m] annum unum, menses 3.

Romanus sedit mensem unum.

Theodorus II. sedit dies 20.

Iohannes IX. sedit annos 2, dies 15.

Benedictus IIII. sedit annos 3, menses 2.

Leo VI. sedit dies 40.

Christoforus papa sedit menses 7.

cf Chr. M. Sergius III, hostis Formosi pape[2], sedit annos 7, menses 3. Require supra[3], qualiter se vindicavit.

Mart. Anastasius III. sedit[m] annos 2, menses 2.

Lando papa sedit menses 6.

Iohannes X, filius Sergii pape, anno Domini 908, sedit annos 13, menses 2. Hic missus est in carcerem, strangulatus[n] posito[o] super os[p] cervicali.

Leo VII. papa anno Domini 927, sedit menses 6[q].

Stephanus VII.[r] annos 2, mensem unum.

Iohannes[s] XI. annos 4, menses 10.

Leo VIII.[t] annos 3, menses 6.

Stephanus VIII. annos 3. Hic, nacione Germanus, mutilatus est a Romanis[u] 940.

cf Chr M Martinus III. anno Domini 940, sedit annos 3[v], menses 6. Tunc floruit[w] sanctus Chunradus Constancie, qui super lacum Potanicum siccis pedibus ambulavit, item sanctus Ulricus[x] Auguste, in cuius missa
A. Zwif. visa est Dei dextera benedicens. Item[4] sancta Wiberda virgo apud Sanctum Gallum ab Ungaris tunc passa est.

Mart. Agapitus II. sedit[m] annos 8, menses 6. Tunc primus abbas Cluniacensis Otto obiit; cui Hademarus successit; post quem[y] sanctus Maiolus, temperator monastice discipline.

Iohannes XII. anno Domini 952, nobilis Romanus, amicorum auxilio intrusus, sedit annos 7, menses 11. Fuit autem venacioni et libidini serviens, publicus fornicator. Uni cardinalium[z] nasum precidit[a] et alteri brachium amputavit. Otto vocatus Romam venit, Iohannem deposuit. Qui in adulterio perseverans, miser et inpenitens obiit.

A.

Anno[b] Domini 959. sanctus[c] Wenezlaus dux Bohemie a proprio fratre occisus est[d], martir effectus. Qui tante fuit humilitatis et devocionis, ut occulte cum uno famulo de silva noctibus ligna ferret et ante viduarum et orphanorum ianuas clam poneret[e]; spicas eciam de propriis agris ipse messuit et ipse excussit pro hostiis faciendis, similiter eciam[f] de vino optimo propter missas.

B.

Sanctus Wenezlaus dux Bohemie a proprio fratre occisus est et martir effectus anno Domini 959.

Mart. Leo IX. anno Domini 961, sedit annum unum, menses 4. Constituit contra maliciam Romanorum, qui suos intrudere[g] solebant, ut sine consensu imperatorum nullus ascenderet ad papatum. Require supra et infra.

a) dominica A 5. B 3. 3a. b) Maximus B 1. 2. 3a. c) *deest* A 1. 2. d) monasterium *post add.* A 2, *et ita* A 3. e) Deinde B 2. 3. 3a. f) *deest* B. g) fecit A 5. 6. h) quem *ins.* A 3; cui *ins.* A 4. i) *deest* A 3. 4. 6. k) papa *add.* B. l) *ita* A 1. B; VI. A 2–4; *deest* A 5. 6. m) *deest* A 1. 2. n) transculatus B 1. 2; trans(s)latus B 3. 3a. o) positus A 1 *(post corr.)*. 2. 3. B. p) eius *post in marg. suppl.* A 1, *et ita* A 4; et quodam *post ins.* A 2, *et ita* A 3. q) VII. B 1—3. r) sedit *addit* A 4. 6. B; papa *add.* B. s) Ioh. — mens. 6 *des.* A 6. t) Leo — St. VIII. a. 3 *des.* B. — sedit *add.* A 3. 4. u) anno *ins.* B. v) II. B 2. 3. w) floruerunt A 3. 5. B. x) Ůdalr. A 1; Udalr. A 4. y) *hic desinit* B 1, *reliquis foliis abscisis.* z) cardinali A 6. B. a) *deest* A 6. B. — et *deest* A 6. B 2. b) *haec hoc loco leguntur* A 1. 4. 5, *in fine cap. de Ottone I.* A 2. 3; *in fine cap. de Ottone II.* A 6. c) *deest* A 1—3. d) et *add.* A 3. 4. e) posuit A 1—3; iactaret A 4. f) et A 2. 3; *deest* A 5. 6. g) introducere A 1—3; violenter *add.* A 3.

1) Hoc falsum unde exortum sit, perspicere haud potui. 2) Chron. Minor hunc papam bis inserens, prima vice addit *h. F.* 3) Sub Formoso. 4) Cf. Hermanni Contr. Chron. a. 916. 925.

Benedictus V. sedit menses 2. Hic vivente Leone constitutus a Romanis est. Ideo vocatus Otto Romam obsedit, donec papa sibi fuit in[a] vinculis presentatus. Qui in Saxonia exul obiit et est sepultus in Haimburch. Mart et Chr. M

Iohannes XIII. sedit annos 8. Hunc Romani capientes et in Campaniam ad exilium miserunt. Quem Otto vindicavit. Nam potentes Urbis quosdam suspendit, quosdam decollavit, quosdam Saxoniam in exilium trusit. Tunc Hatto Maguntinus archiepiscopus a muribus traditur devoratus, obiit 969[b], eo quod tempore famis pauperes in horreo concremavit. Nomen suum mures de litteris abroserunt[c]. Mart. Chr. M.

Benedictus VI.[d] sedit menses 18, incarceratus ab Sinthio strangulatus est. Mart

Donus[e] papa sedit annum unum, menses 6.

Bonifacius VII. sedit[f] mensem unum, strangulatus est.

Benedictus papa VII. sedit annos 8[g], menses 6. Multos Romanos cepit, favente[h] imperatore.

Iohannes XIIII. anno Domini 987[i], sedit menses 8. Qui post 4 menses in castello Sancti Angeli captivatus, fame obiit, sepultus in Vaticano.

Iohannes XV. sedit[k] menses 4.

Iohannes XVI. sedit annos 10, menses 7. In armis eruditissimus, libros multos conposuit. Hunc patricius Romanus Crescencius expulit in Thussiam. Qui pro Ottone cesare nuncios misit. Ideo patricius papam revocans et ei cum senatu ad pedes procidens, veniam postulavit. Obiit sanctus Wolfgangus episcopus Ratisponensis anno Domini 988.[l, 1] Chr. M.

Gregorius V. Saxo, dictus Bruno*, sedit annos 2, menses 6. Ante quem Iohannes episcopus Placentinus cum magna pecunia Romam veniens, auxilio Crescencii sedem invasit. Otto veniens Crescencium decollavit, papam excecavit et eum de Capitolio precipitavit, eique Brunonem substituit. Ideo nullus papa Capitolium solet ascendere. Mart Chr. M

Iohannes XVII.[m] sedit menses 10. Mart.

Silvester II anno Domini 997, sedit annos 4, mensem[n] unum. De cuius vita pessima et morte bona breviter est dicendum. Gilbertus antea vocabatur, apostata nigromanticus se dyabolo sub iuramento tradens, ut daret sibi divicias, sciencias et honores magnos. Igitur discipulos congregavit, scilicet Ottonem imperatorem, Rupertum regem Francie, Leotonium archiepiscopum Senensem, adhuc[o] pueros. Quorum auxilio tres archiepiscopatus adeptus est, Remensem, Ravennensem et papatum. Cui dyabolus promisit vitam, donec in Ierusalem missam celebraret. Sic autem vocatur capella [in[p] Roma], quam fecit Helena. Ubi dum celebraret, ex demonum strepitu mortem timens, publice confessus est; et pedibus ac manibus amputatis, super bigam cum equo indomito positus, ad Lateranensem ecclesiam est devectus. Cuius sepulchrum insudat[q] vel strepit, quando papa mortuus est; et hoc [est[r]] in signum misericordie consecute. Chr. M. et Mart.

Benedictus VIII. anno Domini 1009, sedit annis 12. Hic venit in Bawenberch propter Heinricum imperatorem. Dicit Petrus Damianus[s], quod hic papa cuidam episcopo post mortem apparuit, dicens: 'Ego sum pauper et dolens. Vade ad successorem meum, cui dic, quod in tali theca pecuniam meam querat et pauperibus distribuat, quia elemosine hactenus michi inpense non profuerunt tamquam rapine'. Episcopus igitur omnia conplens, factus est monachus. Chr M Mart

Iohannes XX. sedit annis 10. Tunc Heinricus[2], filius Stephani regis Ungarie, cum sponsa virgine virgo mansit, ambo miraculis fulgentes gloriosi. Mart.

Benedictus IX. sedit annos 14. Quo aliquamdiu ciecto, successit Silvester III. Qui sedit menses 2. Iterum[t] Benedictus restitutus denuo est electus. Succedente Iohanne archipresbitero rudi et illitterato, qui causa officii exequendi alium secum consecrari fecit. Quod cum nulli placeret, quidam Gracianus data magna pecunia papatum obtinuit. Igitur Heinricus imperator Romam veniens, et omnes amovit et Swigerum Bawenbergensem episcopum papam fecit, qui infra vocatur Clemens II. Romani eciam iuraverunt, nunquam se papam electuros sine consensu Heinrici imperatoris. Igitur Benedictus IX. obiit et cuidam iuxta molendinum apparuit in specie monstri, cuius caput et cauda sicut asini, corpus autem reliquum sicut ursi. Videns homo territus fugit[u]; post quem papa clamavit: 'Ne me timeas, homo fui sicut et tu, sed talem faciem nunc represento, qualem ego papa miserrimus vitam duxi'. Mart. Iac Mart. et Chr. Wirz. Mart.

Silvester III. papa sedit menses 2.

Gregorius VI. papa anno Domini 1047, sedit annos 2, menses 7. Hic predones ecclesiarum post excommunicacionis contemptum armata manu invasit, pluribus interfectis. Sed morti propinquans audivit cardinales sibi pro[v] hoc obloquentes et tanquam sanguinarium iudicantes indignum ecclesiastica sepultura. Qui, resumpto aliquantulum spiritu, se erexit, et longum sermonem faciens, verba Ezechielis introduxit, ubi Dominus dure corripit sacerdotes, qui non opponebant se murum pro domo Israel, et in fine adiunxit: 'Cum mortuus fuero ponite me ante ecclesiam, quam firmiter claudite, et videbitis Domini voluntatem'. Quo facto, ventus turbinis ianuas apperuit, et sic papa sepultus est in ecclesia sancti Petri, Domino procurante.

Clemens II. papa anno Domini 1050, sedit menses 10, sepultus[w] in Bawenberch, ubi antea ipse fuerat episcopus. Hic Theutonicus fuit, similiter et 4 pape sequentes. Hic regem Heinricum et Agnem reginam imperiali benediccione sublimavit. Corpus sancti Widonis de Ytalia Spiram transtulit Heinricus imperator anno Domini 1047, indicione 15. Chr. M. (cf. Mart) Chr. Wirz

Damasus II. papa[x] anno Domini 1051, sedit dies[y] 23, qui vocabatur antea Boppo Brixensis episcopus Theutonicus. Mart. Chr. M

*) consanguineus Ottonis tercii *add.* A 3.

a) in — Saxonia *des.* B 3. b) LXIX. A 1—3; annorum LXIX. B; anno Domini CMIL. A 4. c) abraserunt A 3. 4. B; Nomen — abros. *des.* A 6. d) papa *add.* A 4. B 3. 3a. e) Bonus A 1. 4. 6; *cap deest* A 5. f) *deest* A 1. 2. 6. g) an. unum B 3. 3a. h) swadente A 4. 5. i) 982. B; 985. A 3. k) annos 10 *ins.* A 1—4. l) 984. A 5. 6. B; a. D. 984. *des.* A 4. m) Idem *add.* A 1. 2. n) mensibus 9 B. o) et alios plures A 3. p) *des.* B. q) in *erasum* A 2; sudat A 4—6. r) *deest* A 2—6. s) Damascenus A 1—3. B, *sed* vel Damianus *add.* B 3. 3a. t) Item A 2. 3. 6. B 2; Imterum B 3; Interim B 3a. u) fuit A 1—3. B. v) ob B. w) est *add.* B. x) *deest* A 1—3; *totum cap. deest* A 6. y) *deest* A 1. 2, *ubi post suppl.* menses, *et ita* A 3; mensibus B. — XXIIII. B 2.

1) Hanc notam habent Ann. Zwifalt. sub a. 994. 2) *Aymericus* Mart.

Mart. Chr. M. Mart. A. Zwif. Chr. M. Leo X. anno Domini 1052[a], sedit[b] annos 5, menses 2, genere Alemannus, dictus Bruno Tullensis episcopus. Hic Maguncie cum Heinrico imperatore et 40[c] episcopis concilium celebravit, statuens, ne clerici canes et[d] aves in venacione sequantur; item ut negocia secularia aut lucra turpia non exerceant; item nullus fiat monachus nisi legitima etate et spontanea voluntate; item ut 4 tempora cum ieiunio observentur, et tunc ab episcopo ieiuno[e] consecrentur clerici infra missam. Habuit autem gravem conscienciam, pro eo quod ad papatum per Heinricum imperatorem[f] fuerat sublimatus, unde dignitatem papalem penitus resignavit. Sed ab omnibus denuo rite electus, sanctisssimam vitam duxit, clarens post obitum in ecclesia sancti Petri miraculis manifestis. Item Ratispone invenit corpus sancti Dyonisii Ariopagyte ad Sanctum Emmerammum, ab Arnolfo imperatore illuc translatum. Tunc eciam sanctus Zenon confessor in Ulmam est translatus. Dedit eciam Leo[g] pallium episcopo Babenbergensi, quo ter in anno uti potest, scilicet die pasce, festo[h] sancti Petri et sancti Dyonisii. Bruno Herbipolensis episcopus obiit miraculis[1] coruscans.

Mart. Chr. M. Victor II. anno Domini 1056, sedit annos 2, menses 3, Alemannus, dictus Gebhardus episcopus Eistetensis. Qui calicem levare non valens in canone, rogavit populum orare prostratum. Tunc subdyaconus a demone vexatus publice fatebatur, se misisse venenum in calicem, et ideo papa calicem in altari perpetuo clausit.

Stephanus IX, genere Alemannus, frater ducis Lotharingie, monachus Cassinensis, anno Domini 1058, sedit menses 10. Hucusque 5 Theutonici pape fuerunt.

Chr. M. Benedictus X, genere Lateranensis, a Romanis adiutus, irrequisito rege sedem invasit. Sed Heinricus rex, cum principibus deliberacione prehabita, Florentinum[i] episcopum constituit.

Mart. Chr. M. Nycolaus II. anno Domini 1060, sedit annos 2, menses 7[k], dictus Gerhardus[l] episcopus Florentinus. Hic[2] Rome concilium contra Berngarium Turonensem archiepiscopum[m] celebravit. De consecr. dist. II. *Ego Bern.*

Mart. Chr. M. Mart. Chr. M. Alexander II, quondam Anshelmus episcopus in Lucca, adiutus[n] favore principum, deiecit Cadolum Parmensem, qui sedem papalem sibi usurpavit[o], anno Domini 1062, sedit annos 11, menses 7. Constituit suspendi allelnia a septuagesima usque ad pasca; item sacerdos non baptizatus baptizetur et per omnes gradus a principio consecretur; item subdyaconus perpetuo sit castus.

Iac. Mart. Chr. M. Mart. Chr. M. Mart. Mart. et Iac. Gregorius VII, quondam Hilprandus prior Cluniacensis, anno Domini 1073[p], sedit annis 12, mense 1. Constituit, ut festa Romanorum pontificum, qui martires fuerunt, sollempniter celebrentur. Sub pena excommunicacionis inhibuit auguria, sortilegia, omnes magicas incantaciones. Hic dum in nocte nativitatis Domini missam Rome celebraret, veniens prefecti filius papam captivavit et in turrim vinculatum coniecit. Sed cives Romani eadem nocte turrim destruxerunt, papam liberaverunt et prefectum cum sua progenie expulerunt. Hic papa excommunicavit Heinricum imperatorem et episcopum Coloniensem cum multis nobilibus Alemannie; ideo Heinricus imperator in Lombardiam ad papam veniens, nudis pedibus in nive ante ecclesiam diu stetit. Hic papa episcopum symoniacum iussit dicere: *Gloria Patri;* qui Spiritum sanctum, in quem peccaverat, nominare[q] non potuit, donec publice confessus fuit.

Mart. Chr. M. Victor III. anno Domini 1085, sedit annum unum, menses 4. Hic veneno in calicem misso extinctus fuit tamquam scismaticus.

Mart. Chr. M. Mart. Chr. M. Mart. Urbanus II. anno Domini 1086, sedit annos 11, menses 4. Constituit in concilio Placentino, prefacionem *Et te in veneracione*, quam ipse conposuit, decantari[r] et omni sabbato officium beate virginis sollempniter celebrari, quando proprium officium non inpediret; item horas[s] beate virginis cottidie in ecclesia dici: item[t] nullus ad penitenciam recipiat subditum alterius sacerdotis nisi[u] in casibus expressis in iure. Ordo[v, 3] Cartusiensium incepit.

Pascalis II. anno Domini 1098, sedit annos 18, menses 5. Huic Heinricus[w] IIII. promisit litteris, se de investitura episcoporum de cetero nullatenus intromissurum; sed Romam veniens, cum iurare debuit[x], papam cum cardinalibus captivavit. Tandem reconciliati, benediccionem imperialem a papa recepit.*

Gelasius IIII.[y] anno Domini 1116, sedit annum unum. Contra[4] quem Heinricus[z] imperator ordinari procuravit quendam nomine Burdinum, quem Kalistus papa, successor Gelasii, cepit et camelo inpositum retrorsum Romam duxit, tenentem caudam cameli pro freno. Sanctus[5] Anshelmus[a] Cantuariensis floret[b].

Kalixtus II. anno Domini 1117[c], sedit annos 5, menses 10. Huic Heinricus imperator investituras episcoporum et prelatorum libere resignavit, concedens in omnibus ecclesiis fieri canonicam eleccionem. 1120. Venit Iohannes patriarcha Indorum narrans populo, qualiter sanctus Thomas apostolus omni[d] anno communicat populum manu sua apud Mulnam civitatem.

Mart. Chr. M. Honorius II.[e] papa anno Domini 1123, sedit annos 5, menses 2. Tunc[f] 28[6] Templariorum ordinem confirmavit 1100

Mart. Chr. M. Innocencius II. anno Domini 1128[g], sedit annos 13, menses 7[h]. Cum quo Anacletus per dissensionem ordinatus, Innocencium fugavit in Galliam. Unde[i] tandem reversus papatum obtinuit. Hic fecit ecclesiam beate vir-

*) A 5. *add.:* Eodem anno cepit ordo Cysterciensis

a) MLI. A 4–6. b) sed. — 2 *des.* B 3. 3a. c) XLII. A 5. 6. d) aut B. e) ieiunio B. f) *deest* A 5. B. g) *post corr.* A 1; loco A 2; *deest* A 3. h) et f. A 3; in f. A 4. B 3. 3a. i) Florencium B. k) VIII. B 3. 3a. l) Gebhardus A 4 B 2. m) episc. B 3. 3a. n) *deest* B 2. 3. o) usurpabat B. p) MLXXIIII. A 2. 3; MLXXXIIII. A 1. B. q) *deest* B 2; *post* pot. *post.* m. *superscr.* B 3, *et ita* B 3a. r) et d. A 1—3; d. q. i. c. B. s) canonicas *add.* B 3. 3a. t) ut *add.* A 4. 5; quod *add.* A 6. u) *deest* A 1. 2. B. v) *deest* B 2. 3. w) *deest* B 3. 3a. x) deberet A 5. 6. B. y) *ita omnes codd. praeter* A 4 (II). z) i. H. B. a) episcopus *add.* A 4. 5. b) tunc f. A 3. 4. — floruit A 4. 6. B. c) MCXVIII. B 3. 3a. d) *deest* B 3. 3a. e) p. II. A 1—3. f) Hic anno Domini 1126. T. o. c. A 4. g) MCXXIII. A 1—3; MCXVIII. A 6. h) VIII. B 3. 3a. i) Inde B 3. 3a.

1) *miraculis clarescens* dicit Mart. de Leone papa (Brunone episc. Tullensi). 2) Idem Mart. p. 467. dicit de Leone papa, sed sub Nicolao papa habet: *celebrato Rome concilio defunctus est,* et in fine canonis laudati Decr. Gratiani III, dist. 2, 16 legitur: *Hanc confessionem .. Romae .. factam misit papa Nicolaus per urbes Italiae* etc., quod auctor consuluisse videtur. 3) Haec Mart. habet sub Victore III; Chron. Minor sub hoc papa: *incepit ordo Cysterciensium.* 4) Sub Heinrico IV. imp. et Kalixto II. papa Mart. 5) Sub Urbano II Mart. 6) *A. D.* 1128. *ordo Templ.* etc. Chron. Minor.

ginis ad fontem olei, qui erupit hora nativitatis Christi, et tunc de terra oleo madefacta infirmi plurimi sunt sanati. Constituit, ut ipso facto sit excommunicatus, qui in clericicum[a] manus inicit[b] violentas; item ut clerici cum monialibus in uno choro[c] nullatenus cantent simul. Item artem balistarum contra christianos sub anathemate prohibuit. Item sacerdotes non tociens communicabant, quociens celebrabant: ideo papa statuit, ut omnibus modis ille qui celebrat communionem recipiat in qualibet missa. Chr. M.

Celestinus II.[d] anno Domini 1142, sedit mensibus 5. Floret[e] Richardus de Sancto Victore, summe contemplativus, ut bene ostendit in exposicionibus Veteris Testamenti. Mart.

Lucius II. anno Domini 1142, sedit mensibus 11. Claret Petrus Longobardus, qui 4 libris sentenciarum Dei ecclesiam decoravit. Cuius germanus dicitur[f] esse frater Gracianus monachus, qui Decretum conposuit ex dictis sanctorum et summorum pontificum anno Domini 1152[1] Require[g] II. q. VI: *Forma*, apparatum Hu[h].[2]. Fuit tunc[i] in Alemannia Hiltegardis monialis prophetissa, cuius libros mirabiles ego vidi. Mart.

Eugenius papa III. anno Domini 1143, sedit annos 8, menses 5. Hic sancti Bernhardi discipulus, cum fuerit simplex, Dominus eum gracia et eloquencia mirabili perfudit. Hic canonizavit sanctum Heinricum imperatorem. Unus cardinalis se [huic[k]] negocio vehementer opponens[l], visum perdidit, sed penitens et factum promovens illuminatus est. Chr. M. Mart. Chr. M.

Anastasius IIII.[m] sedit annum unum, menses 4. Mart.

Adrianus III.[m] sedit annis 4[n].

Alexander III. anno Domini 1156, sedit annos 22. Constituit, ut novus sanctus non colatur sine licencia sedis apostolice; item in personas et loca ferri sentencias interdicti; item ut nullus clericus habeat duas vicarias; item ut[o] coniugati per religionem separentur auctoritate episcopi, si alter velit in seculo remanere[p]; item ut affinitas et conpaternitas inpediant et[o] dirimant matrimonium; item ut prelatus debita predecessoris sui pro ecclesie necessitate vel utilitate contracta solvere teneatur; item ut papa a duabus partibus cardinalium eligatur, et qui se aliter gerit pro papa excommunicatus sit ipso facto. Extra. de eleccione: *Licet*. Anno Domini 1174. sanctus Thomas Cantuariensis occisus est et ab Alexandro canonizatus. Qui duos cardinales misit in Angliam, coram quibus rex Anglie iuravit, quod nec consilio nec mandato suo sanctus Thomas fuerat[q] interemptus. Chr. M. Mart.

Lucius III. anno Domini 1178, sedit annos 4, menses 2. Constituit, ut missa concubinarii possit audiri et ab eodem recipi possint[r] eucharistica[s] sacramenta, quamdiu ab episcopo[t] tolleratur; gravissime autem peccat scilicet episcopus et sacerdos. Chr. M.

Urbanus III.[u] sedit annum unum, menses 11. Mart.

Gregorius VIII. sedit[v] menses 2.

Clemens III. anno Domini 1185, sedit annos 6, menses 8[3]. Constituit, ne sponse traducantur sollempniter a septuagesima usque ad octavam pasce et a rogacionibus usque ad octavam[w] pentecostes et ab adventu usque ad octavam epyphanie; item ne clerici pugnent in duello nec pugiles pro se mittant; item ne celebret qui sibimet genitalia exciderit aut procuraverit amputari; item ut conpaternitas inpediat matrimonium, et si duxeris uxorem conpatris tui defuncti, matrimonium non stabit, tanquam si ipsa[x] levasset puerum tuum de baptismo. Chr. M.

Celestinus III. anno[y] Domini 1187[z], sedit annos 6, menses 10. Hic die secundo coronavit Heinricum imperatorem. Hic[a] constituit, ne quis eodem die plures ordines sacros[b] recipiat; item ut pueri, qui nutriuntur in claustris in habitu monachali, cum pervenerint ad annos discrecionis, licite revertantur ad seculum, si velint, ad hereditatem paternam; item in ecclesiis conventualibus fiat[c] eleccio canonica de prelato. Mart. Chr. M.

Innocencius III. 1193[d], sedit annos 18, menses 5. Constituit, ut ultra quartum consanguinitatis gradum licite matrimonium contrahatur, quia olim prohibitum fuit usque ad septimum. Item si excommunicatus signa contricionis habuerit, recipiatur cum suffragiis ad ecclesiasticam sepulturam. Item ante carnalem copulam potest alter coniugum[e] religionem intrare altero invito. Item Iudei ferant vestes, quibus noscantur[f] omni tempore, et[4] non permittantur in diebus lamentacionum prodire in publicum, immo fenestras et ianuas claudere conpellantur; item Iudeis[g] christiani non serviant in domibus, sed in agris. Item *Omnis utriusque sexus* etc. Item nullus plura beneficia vel dignitates habeat sine pape licencia speciali. Item religiosus ad ordinem stricciorem potest transire[h], superioris licencia petita. Item in quadragesima possunt infirmi comedere carnes, si necessitas hoc requirit. Item declaravit Innocencius pertinere ad principes Alamannie ius eligendi regem Romanorum, futurum imperatorem, si non fuerit hereticus, stolidus aut perpetuo[i] infirmus. Extra. de eleccione: *Venerabilem*. Item ut novicii non recipiantur ad professionem nisi finito anno probacionis, possunt tamen renunciare iuri suo. Item episcopus volens parrochias visitare non gravet clericos exaccionibus vel expensis, nec ducat plures famulos quam 30, et archidyaconus famulos 7, et omnino sine canibus. Item apostolorum vigilie ieiunentur preter Iohannis, Philippi et Barnabe, pro quibus ieiunat[k] ecclesia dies rogacionum. Item Iudei novas synagogas erigere Mart. Chr. M.

a) clerum A 2. 6. b) mittit A 1—4. c) loco B. d) papa *add.* A 4. B. e) Tunc floruit A 4. B. f) d. e. *des.* B; esse *deest* A 4. g) Respice A 2. 3; Vide A 6. h) Hugonis A 4; F. in glosis A 6. i) *deest* B 2. k) *deest* A 4. 6. B. l) *deest* B 2. 3, *ubi* subtraxit *post superscr.*, *et ita* B 3a. m) papa *add.* A 4. B. n) menses IX. *post add.* A 2, *et ita* A 3. o) *deest* B 3. 3a. p) manere A 2 (re *post add.*). 6. B 3. 3a. q) fuerit A 2—4. r) possunt B. s) ecclesiastica A 3. 4. 6; eukaristia (eucharistiam 3. 3a) et alia s. B. t) ecclesia A 3. B. u) episcopus A 2. 3. v) *deest* A 1—3. w) *post corr.* octavas B 3, *et ita* A 3. 4. B 3a. x) ipse B. y) a. D. *des.* A 1—3. z) MCLXXXXIII. A 6. a) Ille A 3; *deest* B. b) *deest* A 2. 3. 5. 6. c) *deest* B 3, *ubi post superscr.* veniat, *et ita* B 3a. d) MCXXIII. A 1. 6. e) coniugium A 1. B 2. 3a. f) cognoscantur B. g) *post corr.* Iudei christianis A 2, *et ita* A 3. B 2. h) redire B. i) in p. A 2. 3; perpetue A 6. B. k) ieiunet A 1—3.

1) 1151. Mart. 2) i. e. Hugocionis, ut habet Mart. Opp. 3) Errore oculi Clementi annos et menses tribuisse videtur, quos Martinus Celestino III. ascripsit. 4) Ex Decretal. V, 6, 15: *In nonnullis*.

Chr M non permittantur, sed antiquas reficere possunt[1], non ampliare. Mart Concilium Lateranense celebravit Innocencius anno[a] 1209[b], in quo dampnavit libellum abbatis Ioachim, quem contra Petrum Lombardum conposuit, item Amelricum[c] episcopum Carnotensem cum sua doctrina, qui asseruit, ydeas, que sunt in mente divina, creari et creare; item dixit, Deum finem omnium dici, quia omnia[d] in eum reversura sunt, ut in illo inmutabiliter quietentur et[e] unum individuum omnia in Deo permaneant; et sicut alterius nature non est Abraham et alterius Ysaac, sed unius atque eiusdem, sic omnia dixit unum et omnia esse Deum. Item sicut lux non videtur in se, sed in aere, sic dixit Deum non videri in se ab angelo vel ab homine, sed tantum in creaturis. Item dixit, quod, si homo non peccasset, non fuisset in duplicem sexum partitus, nec per generacionem fuissent homines multiplicati, sed sicut angeli. Item dixit, quod post resurreccionem uterque sexus adunabitur, sicut in creacione fuit, et quod talis post resurreccionem Christus[f] extiterit; item quod in caritate constitutis[g] nullum peccatum inputatur[h]. Hec omnia dixit Almaricus hereticus: ideo[i] dampnavit eum papa et concilium Lateranense, congregatis 1215[2] prelatis. Item papa dedit cuilibet ecclesie in Roma calicem magnum et fecit hospitale sancti Spiritus et conposuit decretales. Constituit, ut octava nativitatis beate virginis[k] ab omnibus litteratis in perpetuum celebretur.

Mart. et Chr M Mart Honorius III. anno Domini 1213[l], sedit annos 10, menses 9. Hic confirmavit ordinem Predicatorum et Minorum. Item coronavit Fridericum secundum, et eundem senciens Romane ecclesie adversarium, anathematizavit, absolvens principes et barones omnesque alios a iuramentis, quibus se dicto astrinxerant Friderico. Item Chr. M. constituit, ut corpus Domini propter infirmos in ecclesiis sub clausura semper servetur. Item inhibuit districte iudicium ferri candentis et aque frigide et omnia similia et[m] in eleccionibus usum sortis. Anno Domini 1221. sanctus Dominicus migravit ad Christum. 1224. Beatus Franciscus contuens[n] in aere Seraph in cruce positum, insignitus est stigmatibus Iesu Christi. 1226. Sanctus Franciscus feliciter obiit.

Gregorius IX. anno Domini 1223, sedit annos 16. Constituit, ne filius presbiteri ducat in matrimonium illam, quam pater suus baptizavit. Item ne layci cuiuscumque religionis populo predicare presumant. Item ut homines et iumenta omnino quiescant dominicis et festivis[o] diebus, nisi urgens necessitas instet, vel nisi pauperibus aut ecclesie gratis fiat[p]. Item clericus ipso facto sit excommunicatus maiori excommunicacione, qui cognoscit eo cubinam a iudice propter hoc excommunicatam. Item tempore generalis interdicti semel in ebdomada submissa voce, clausis ianuis, sacerdos propter infirmos conficiat corpus Christi, quod decedentibus in penitencia non negatur. Mart Extra. de[q] sentencia excommunicacionis: *Permittimus*. Hic per fratrem Reymundum ordinis Predicatorum ex pluribus decretalium voluminibus conposuit volumen unum, mandans omnibus[r] doctoribus illo uti. Sanctum Chr. M Franciscum canonizavit veniens personaliter Assisium 1228. 1231.[s] Sanctus Antonius frater Minor in Padua et sancta Elizabeth in Marchburch migraverunt ad Christum, quos idem Gregorius canonizavit. Anno[t] Domini 1232. cano- Mart nizavit Gregorius papa sanctum Dominicum.

Celestinus IIII. 1239, sedit dies 18, et cessavit episcopatus annum unum, menses 10.

Mart Chr. M Innocencius IIII. 1241, sedit annos 11, menses 6. Constituit, ut iudex in excommunicando non servans iuris ordinem suspensus sit per mensem vel eciam irregularis. Extra. de sentencia excommunicacionis: *Cum modo*. Floret[u] Mart dominus Hugo cardinalis, frater ordinis Predicatorum, qui totam bibliam postillavit et concordancias biblie primus excogitavit.

Alexander IIII. anno Domini 1253[v], sedit annos 7. Hic dampnavit duos libellos pestiferos, quorum unus dicebat, quod religiosi, eciam verbum Dei predicantes, de elemosina vivendo salvari non possint[w]; alter asserebat, quod ewangelium Christi et doctrina Novi Testamenti neminem ad perfectum perduxit, et evacuandum esset ewangelium anno Domini 1260, et ex tunc deberet incipere doctrina abbatis Ioachim, quam nominavit ewangelium eternum, quia in illo relucet[x] omnis perfeccio hominum salvandorum. Floruit domnus Albertus de Laugingen episcopus Ratisponensis, frater ordinis Predicatorum, magister[y] in theologia et magnus philosophus*. Chr M 1254. Sancta Clara iuxta Assisium migravit ad Dominum, tam viva quam mortua miraculis coruscans, canonizata per Alexandrum. Hic papa dixit, se vidisse in corpore sancti Francisci sacra stigmata Salvatoris, [et[z] quandocumque dixit *Confiteor*, apposuit sanctum[a] Franciscum].

Mart. Urbanus IIII.[b] anno Domini 1260, sedit annos 3, mensem unum. Hic regnum Sicilie Karolo comiti Provincie tradidit, fugato exercitu Sarracenorum, quos Menfridus, filius Friderici imperatoris illegitimus, contra terram sancte Mehthildis adduxerat. Igitur Karolus in Apulia bello campestri Menfridum[c] superans interfecit.

Clemens IIII. 1264, sedit annos 3, menses 9. Hic vigiliis et oracionibus, ieiuniis aliisque bonis operibus adeo fuit intentus, ut multas ecclesie angustias credatur suis meritis extinxisse. Dum Chunradinus, nepos Friderici imperatoris, Karolum debellaturus intraret Apuliam forti exercitu, tunc Clemens in sermone publico predixit, Chunradum[d] quasi victimam in Apuliam profecturum et quasi fumum subito transiturum. Hic papa primo uxorem et liberos habens, fuit consiliarius regis Francie[e], deinde Podyanus episcopus, postea[f] archiepiscopus, postea[g] cardinalis.

Gregorius X. 1272, sedit annis 4. Hic tercio anno celebravit concilium Lugduni 560[3] episcoporum, in quo Greci ad unitatem ecclesie[h] katholice fidei sunt reversi[i]; Tartarorum sollempnes nuncii sunt[k] baptizati; ordines mendi-

*) in Colonia sepultus ad Predicatores *add.* A 4.

a) *deest* A 4. 6; Domini *add.* B. b) alii (alias 3) XIIII. *add.* A 2 (*post. m.*). 3; MCCXV. A 4. c) *post corr.* Almer. A 1, *et ita* A 3; Aimericum A 2; Almaricum A 4. d) in e. o. A 3. B 3. 3a. e) ut A 2; et ut A 3. f) Christi A 2. B 2. g) constituto A 4; constitutus B. h) committit A 3. i) hec omnia A 4, *add.* B 3a. k) Marie A 2. 3. l) MCCXIIII. A 3; MCCXVI A 4; MCCXII. B 3a. m) *deest* A 2—4. n) continens A 1 (*post corr.*). 2. 3. 5. 6. B 2. o) festis A 1. B 2. 3. p) laboretur A 3. q) (con)sensu vel de *add.* B 3. 3a. r) *deest* B 2. 3. s) MCCXXIX. A 2. 3; MCCXXXII. A 6. t) Anno — canon. *des.* B 3. 3a. u) Floruit A 4. B. v) MCCLIIII. A 4; MCCLII. A 6. w) possent A 4; possunt A 6. B. x) lucet B. y) mag. — philos. *des.* A 5. 6. B 3. 3a. z) *ita* B; *des.* A. a) beatum B 3. 3a. b) papa *add.* A 4. B 3. 3a. c) *deest* B 2; Manfridum *post superscr.* B 3. d) Conradinum A 4. 6. e) et miles *add.* A 3. f) post A 6. B. g) exhinc A 3. h) *deest* A 5; e. et f. k. A 4; f. e. k. B. i) reducti A 1. 2. k) *deest* A 5. 6.

1) Decr. V, 6, 7. 2) 1315. Mart. 3) 500 *episcopi*, 60 *abbates* Mart.

cantes fere omnes cassati; ecclesiarum decime per 6 annos ad Terre Sancte subsidium deputate; constituciones plurime[a] promulgate. Ubi obiit Bonaventura cardinalis, qui frater[b] ordinis Minorum fuit, theologus gloriosus[c] 1274[d].

Innocencius V, frater ordinis Predicatorum, magister in theologia, anno Domini 1277, sedit men- Mart.
ses 5, dies 7. Postillas super quosdam libros biblie fecit et scripsit[e] notabilia[f] super 4 libros 1276.
sententiarum. Obiit 10.[g] Kal. Iulii.

Adrianus V[h], Ottobonus nomine, sedit mensem unum.

Iohannes XXI[i], nomine Petrus Hyspanus, 1277[k], sedit menses 8. Aliis evadentibus, pariete est op- 1276.
pressus.

Nycolaus III, nomine Iohannes Gaietanus[l], 1277, sedit annos 4. Per totum mundum precepit regulam fratrum Minorum cum sua declaracione legi publice cum decretalibus in omnibus scolis iuris, excommunicans omnes dictam regulam de cetero inpugnantes.

Martinus IIII, nomine Symon Thoronensis[l], 1281, sedit annos 2. Hic Predicatores et Minores super confessionibus audiendis decoravit privilegio speciali[m], ut possint hominibus ministrari[n] ecclesiastica sacramenta, si plebani contra confitentes dictis fratribus voluerint[o] malignari.

Honorius V[o*], nomine Iacobus de Sabellis, 1283, sedit annos 5. Mente expeditus, sed 1285.
corpore totus[p] contractus. Hic misit in Theutoniam legatum episcopum cardinalem, qui rege presente in Herbipoli sollempne concilium convocavit[q], et quartam partem omnium proventuum[r] a prelatis omnibus per annos 4 postulavit. Multis ergo archiepiscopis et episcopis trementibus et contradicere formidantibus, surrexit domnus Probus[1] Tulliensis episcopus, frater Minor, quondam lector Constanciensis, de Tuwingen oriundus, et stans super baptisterium nobilissimum, audacter pro omnibus appellavit et[s] se ipsum permerdavit[t], quia confusilibiter de episcopatu eiectus est et[u] ad saccum[v] pristinum cum tristicia[w] reversus est anno Domini 1286[2]. Erat tunc in Mergentheim edus duorum capitum et[x] cordium.

Nycolaus IIII, de ordine fratrum Minorum, doctor theologie, 1288, sedit annis 5. Bis electus cum lacrimis resignavit. Tercio compulsus ab omnibus cardinalibus, tandem acquievit.

[EXPLICIT[y] CRONICA].

B.

Hic tercio et ultimo intitulantur nomina regum Romanorum usque ad regem Adolfum, qui fuit comes de Nassawe, quoto anno Domini et quot annis quilibet regnaverit[z] continuando.

Philippus anno Domini 713, regnavit anno uno, mensibus 6. Mart.

Anastasius, qui Philippum excecavit, regnavit pro eo 3 mensibus, anno[a] Domini 716.

Theodosius III. anno Domini 718. coactus inperium suscepit, uno anno tantum regnavit. Chr. M

Leo III. cum filio Constantino anno Domini 717, regnavit annis 25. Mart et

Constantinus VI, Leonis filius, anno Domini 742, regnavit annis 35[b]. Chr Wirz Mart.

Anno Domini 739. Pipinus cum fratre suo Karolomagno regnum divisit etc Chr. Wirz

Karolus Magnus, regis Francorum Pipini filius, anno Domini 769, cum fratre suo Karolomagno regnavit annis 4, postea solus 42[c] annis.

Leo IIII, Constantini filius, anno Domini 777, cum uxore sua Hyrene rexit annis 5. Mart.

Constantinus VII, filius Leonis, anno Domini 782, cum matre sua Hyrene regnavit annis 17. Chr. M.

Karolus Magnus imperiali benedictione a papa Leone sublimatus, cesar et augustus appellatus[d] est anno regni sui Chr Wirz.
34, anno ab incarnacione Domini 801, anno ab Urbe condita 1552, a Cesare Augusto inperator 77. etc. Chr M

Ludwicus, Karoli Magni filius, anno Domini 815, regnavit annis 26[e].

Lotharius I. anno Domini 840, regnavit annis 10. Mart.

Ludwicus, filius Lotharii, cum fratre Lothario regnavit anno Domini 860. etc.[d] Chr Wirz.

Karolus II. anno Domini 876, regnavit annis fere 2, patruus Ludwici. Mart.

a) *deest* B. b) fuit fr. A 3—5. B 2 (*ubi* fr. *deest*). 3. 3a. — ord. *deest* A 3. B. — Minor B. c) anno Domini *ins.* B. — sacre pagine professor *add.* A 6. d) MCCLXXXIIII. A 1; MCCLXVIII. A 4; MCCLXIIII. A 5; MCCLXXII. B 2. e) scripta A 4. 5. B. f) nobilia B; volumina A 6. g) V. B. h) papa *add.* A 4. B; prius vocatus *add. post. m.* A 2, *et ita* A 3. i) papa *add.* A 4. B. k) anno Domini *add.* A 6. B; *deest* A 4. 5. l) anno Domini *ins.* A 4. 6. B. m) singulari A 5. 6. B. n) *post corr.* ministrare A 1. B 3, *et ita* A 4—6. B 3a. o) voluerit B 2. 3; plebanus .. noluerit B 3a. o*) *ita codd.* p) toto A 3—5. q) congregavit A 2. 3. r) *deest* B. s) et se i. *des.* B. t) *ita* A 1—4; deturpavit B. u) et — est *des.* B 3. 3a. v) statum A 4. B 2. w) *in marg. post suppl.* A 1; st'tia A 2; c. t. *des.* A 3. x) duorum *add.* B. y) *ita* A 1. 2, *ubi* Amen *add.*; *codd.* A 1 3. 6. *desinunt; codd.* B *pergunt.* z) regnavit B 3. 3a. a) 716. a. D. B 3. 3a. b) XXV. etc. B 2. c) XII. B 3a. d) *deest* B 3. 3a. e) XXIII. B 3. 3a.

1) i. e. Conradus II. dictus Probus; cf. Bénoit, Hist. de Toul I, p. 460 sqq. 2) Synodus Wirziburgensis demum a. 1287, Mart. 16. celebrata est.

Mart.* Karolus III. a Iohanne papa baptizatus, coronatus, regnavit annis 12[a].

Arnolfus inperator anno Domini 885. exercitum Normannorum[b], qui Gallias annis 40 vastaverant, superavit.

Chr. Wirz. Ludwicus, filius Arnolfi, adhuc puer, regnavit annis 12 etc.

Chunradus I, filius Chunradi, fratris Ludwici, anno Domini 912, regnavit annis 7.

Chr M. et Mart. Heinricus I, filius Ottonis ducis Saxonie, anno Domini 925[c], regnavit annis 18 in Alemania.

Chr. Wirz Mart. Otto Magnus, filius Heinrici, anno Domini 933, regnavit annis 36. Anno 26. Otto imperator efficitur, et ex tunc soli Theutonici usque nunc inperium tenuerunt etc.

Otto II. anno Domini 971, regnavit annis 22[d].

Otto III. anno Domini 992, regnavit annis 19.

Chr M. Heinricus II. anno Domini 1011, regnavit annis 23[e]. Anno 13. regni sui Heinricus Rome inperator efficitur.

Chr Wirz Chr M Chunradus II, primo[f] Francorum dux dictus Galicus[g], anno Domini 1025, regnavit annis 24.

Chr Wirz et M. Heinricus III, rex pius, anno Domini 1047[h], regnavit annis 17.

Chr. M Heinricus IIII, puer 10 annorum, anno Domini 1064, regnavit annis 48[i].

Mart. Heinricus V, Heinrici filius, anno Domini 1112, regnavit annis 15.

Lotharius IIII, dux Saxonie, anno Domini 1127, regnavit annis 11.

Chr M. Chunradus III, frater Friderici ducis Swevorum, anno Domini 1138, regnavit annis 15.

Fridericus I, filius Friderici ducis Swevie, anno Domini 1152, regnavit annis 38.

Chr M Heinricus VI, Friderici filius, anno Domini 1187[k], regnavit annis 8 etc.[l]

Anno Domini 1196. Chunradus rex Swevie obiit; cui Philippus successit.

1199. Scisma[m] pro regno oritur inter Philippum ducem Swevie et Ottonem ducem de Brunswik.

1200. Otto a legatis pape in regem ungitur Aquisgrani[n].

1201. Apud Coloniam Philippus partem militum Ottonis multum debilitavit[o] eumque bello durissimo superavit etc.[1]

Chr M. 1208. Palatinus de Witelspach occidit Philippum ducem in Babenberch, et ad grangiam quorundam monachorum secedens, dum[p] causa deduccionis vervecem cum clipeo provocaret, conplices Philippi irruentes, palatinum occiderunt.

Otto dux de Brunsweich anno Domini 1210. solus inperium adeptus, regnavit annis 9. etc.[1]

1212. Unde versus:

Annis millenis bis centenis duodenis
Est cruce signata puerorum multa caterva.

Mart. Fridericus II, Heinrici V. filius, rex Sicilie, anno Domini 1221. contra Ottonem electus, regnavit annis 33 etc.

Chr. M Heinricus lantgravius Thuringie in odium Friderici de licencia pape est electus 1247.

Wilhelmus comes Hollandie similiter contra Fridericum electus 1248, regnavit annis tribus.

1249. Ludwicus rex Francie transfretavit.

Rüdolfus I. anno Domini 1273, regnavit annis 18, comes de Habspurch.

Adolfus comes de Nassawe 1292. mense Maii in Franchenfurt est electus concorditer etc.[1]*

EXPLICIT[q]. DEO GRACIAS.

Mart. et Chr. Wirz *) *Liceat hic addere partis prioris a nobis omissae locum notabilem qui sub Zenone imp. legitur:* Dietricus de Berna[1] annorum 18 a patre suo Dietmaro rege Ostrogothorum pro obside missus est Zenoni imperatori Orientis. Quem Zenon magistrum militem statuens, cum maximo Gothorum exercitu contra Oddakrum in Ytaliam misit. Qui per Bulgariam et Pannoniam cum labore veniens, iuxta Acquilegiam se locavit, ubi Oddakrum in Ytaliam cum tocius Ytalie viribus contra se venientem contrivit. Oddaker fugiens, dum Romam non permitteretur intrare, in Ravennam se recepit. Quem Dietricus post triennem obsidionem peremit, et Romam veniens, cum gaudio est receptus. Sicque per annos 20 regnum Occidentis tenens, filiam regis Francorum duxit uxorem. Chr Wirz. Baptizatus autem et ab Arrianis seductus, eorum perfidiam potenter defendit, persequens christianos et usque ad quintum Iustini imperatoris annum perdurans, multa miranda edificia Rome construxit, aquam ad Ravennam perduxit; victis Francis, Gallias acquisivit; Iac et Mart filiam suam Almaswindam Eucarico potentissimo dedit; Iohannem[r] papam sanctissimum carceris affliccione peremit; Symacum patricium et Boecium phylosophum, viros christianissimos, consules Romanos, occidit, et ipse post ebdomadas[2] 14 anno Domini 528. apud Ravennam subito mortuus, nusquam comparuit, quem papa Iohannes et Symacus in ollam Vulcani proiecerant; sic[s] fuit cuidam oranti a Domino revelatum. Multa de ipso cantantur, que a ioculatoribus sunt conficta.

a) xi. B 3a. b) Romanorum B 3. 3a. c) cmxv. B 2; cmxxiii. B 3; cmxxii. B 3a. d) xx. B 3a. e) xxxii. B 3; xxxiii. B 3a. f) *deest* B 2. g) Gallicus B 3. 3a. h) mlxvii. B 2. i) xviii. B 3. 3a. k) mclxxxviii. B 3. 3a. l) *deest* B 3a. m) Sanctissima lis B 3a. n) in Aq. B 2. o) debellavit B 2. p) cum B 2. q) *ita* B 3. r) p. interemit et cetera ut infra B, *ubi abhinc quae sequuntur in catalogo imp. pontificum historiae inserto leguntur.* s) sicut B.

1) *Veronensis* Chr. Minor. 2) 90. *die post* Mart.

CONTINUATIONES CHRONICI MARTINI OPPAVIENSIS.

ED. LUDEWICUS WEILAND.

Continuationes quattuor breves, quas hoc loco proponimus, maximam partem ad nostram notitiam nondum pervenerant, cum in tomo Scriptorum XXII. Chronico Martini Continuationem pontificum Romanam subiunximus, quam interim meliore iure Urbevetanam appellandam esse vir d. Scheffer-Boichorst docuit[1]. *Ergo supplementorum tomo eas inserendas duxit vir cl. Waitz, sepositis pro nunc nonnullis aliis, quae cum continuatore praecipuo Chronici Martiniani, Bernardo Guidonis, cohaerent et una cum hoc inter scriptores aevi Ludewici Bawari prodibunt.*

Gissae, mense Ianuario a. 1878. *L. Weiland.*

I. CONTINUATIO IMPERATORUM ANGLICA.

Exstat in codice Collegii sancti Iohannis evangelistae Cantabrigensis, *signato I,* 11, *saec. XIV. duabus columnis exarato, folio* 146'. *Folio* 147—148'. *sequitur pontificatus Martini IV. verbis Continuationis Romanae narratus usque ad verba p.* 481: et qui scripsit vidit ea, *et alia manu saeculi XIV. exaratus. Continuationem hanc exscripsit vir d. Dr. Liebermann. Scripta videtur antequam fama combusti falsi Friderici in Angliam venerat; quae autem ad a.* 1271. *narrantur, post mortem Richardi Romanorum regis.*

Rex . . Navarre iuxta Traponam in domo fratrum ordinis beate Marie de monte Carmeli *f. 146', c. 1.*
est defunctus[2]. Et in eodem portu multe naves et vasa navalia propter elaciones maris 1270.
terribiles incurrerunt naufragium, et christiani multi perierunt. Sicque Philippus, filius primogenitus[a] dicti regis Francie[3], cum dicto rege Karolo[4] ac domino Henrico, filio quondam comitis Cornubie, electi[b] in imperatorem[c] Romanorum, et multis aliis magnatibus venit Viterbium, et insistens penes cardinales efficacibus precibus, ut papam eligerent, non profecit.
Dicto vero domino Henrico in Viterbio interfecto per Guidonem de Monteforti, eius cognato, 1271.
in ecclesia sancti Silvestri infra missarum sollennia, recesserunt omnes ad propria quasi confusi. Preterea paulo ante ista tempora[5] clare memorie Henricus rex Anglie et dominus Eadwardus eius primogenitus, capti a quodam Symone de Monteforti, comite Leicestrie, sed per Dei gratiam liberati fuerunt. Dictus quoque Symon postmodum in conflictu campestri[d. 6] erat interfectus. Dominus Eadwardus post mortem clare memorie regis Francie de Tunicio ad Terram Sanctam proficiscens[e] cum in Acon permansisset, a quodam assasino quinque percussus vulneribus extitit, sed per clementiam divinam mortem evasit, et post

a) postgenitus *c.* b) electus *c.* c) imperaorem *c.* d) capestri *c.* e) proficissens *c.*

1) V. Hist. Zeitschr. XXIX, 447. 2) Cf. cod. 8. Martini Oppaviensis, SS. XXII, 474. 3) Philippus III. rex, filius Ludovici IX. 4) Siciliae. 5) Anno 1264. in pugna apud Lewes commissa. 6) Apud Evesham a. 1265.

ad propria rediens, cum gloria et honore iuxta Londoniam apud Westmonasterium in ecclesia sancti Eadwardi regis et confessoris mire pulcritudinis, quam pater suus construxerat, cum regina est coronatus anno Domini 1274.

1278. Rodulfus rex Alemannie regem Boemie et ducem Austrie cum christianorum maxima multitudine interfecit. Rex Karolus, per ecclesiam Romanam promotus, ex magna parte perdidit dominium quod habebat in regnis Apulie, Calabrie et Cicilie post interfeccionem
1282. Memfredi, naturalis filii Fretherici, quondam imperatoris Romani. Quia Petrus rex Aragonum regna predicta invasit, dicens, quod eadem regna filio suo, quem de filia Menfredi susceperat, iure hereditario competebant. Iste Petrus postmodum per papam Martinum IV. regis nomine privabatur pariter et honore.

Anno gracie 1284, cum per 32 annos et amplius sedes imperialis vacasset, apparuit in Alemannia Frethericus, de quo superius mencio facta fuit, imperialem vendicans dignitatem, non sine admiracione multorum, hunc dicencium antichristum, pro eo quod ante mortuus putabatur. Ille vero se fuisse imperatorem argumento visibili comprobavit, narrans, quomodo per supradicta tempora iacuisset in habitu peregrino agens penitenciam per consilium patris patrum.

II. CONTINUATIO IMPERATORUM SAXONICA.

Codex bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis H. 58 *inf., membranaceus, una saec. XIV. in. manu exaratus, in quarto, continet Chronicon Martini recensionis C. Pontifices finiuntur in Nicolao III, paucis additis hoc modo:* Nicholaus tercius, natione Romanus, anno Domini 1277. sedit. Martinus quartus, natione Gallicus, anno Domini 1280. sedit. Et nota, quod nomina pontificum hic non scripta invenies, set in alio quaterno; ibi Honorius etc. *Sed haec nomina in codice iam non reperiuntur. Imperatores deducti sunt usque ad verba p.* 472: Simile invenies in Constantino sexto, *dein narrationem interrumpunt Annales Bremenses supra tomo XVII. Scriptorum editi; quos sequitur extrema Imperatorum pars:* Romanum imperium sive post mortem — in Syciliam veniens est defunctus. *Quae verba excipit Continuatio brevis usque ad a.* 1309. *protelata, quam pretii fere nullius esse non denegaveris, et quam exscripsit olim b. m. Philippus Jaffé. Qui iam animadvertit*[1], *codicem quidem in Italia esse exaratum, archetypon tamen Germaniae inferiori vindicandum. Hoc iudicium comprobatur cum Annalibus Bremensibus insertis, tum scribendi nomina propria modo, e. g.* Avekesborg, Luscelenborg, Assoy[2].

Post ... em[a] dictorum duorum, videlicet regis Castelle et comitis Cornubie, fratris regis
1273. Anglie, ad imperium in scismate electorum, anno Domini 1270. Rodulphus comes castelli dicti Avekesborg eligitur, qui ducatum Austrie a rege Boemie repetiit, qui ipsum ducatum tunc suo usurpaverat regno. Dicto rege Boemie recusante ducatum resignare[b], ut de iure debuit, rex Rodulphus ipsum in bello adgreditur, et plurimis ex militibus regis Boemie captis et occisis, ipsemet tandem in bello occiditur. Post hec dicti regis Boemie filius compo-
1285. sitionem cum Rodulpho iniit et filiam eius sibi matrimonialiter coppulavit[3] et ducatum Austrie, quem violenter tenuit, resignavit. Quo ducato resignato idem Rodulphus filium suum Albertum nomine infeodavit.

1292. Mortuo vero dicto Rodulpho anno Domini 1288, Adolfus comes castelli quod dicitur Assoy ad inperium eligitur. Quidam vero de electoribus cum ipso Adulfo habentes, quidam vero contra ipsum, post breve tempus quidam de electoribus eum destituentes, Albertum, sepe dicti Rodulphi filium, contra ipsum ad inperium eligentes — qui electus ipsum in bello adgreditur et ipsum devicit et occidit. Tandem vero dictus Albertus a suis familiaribus occiditur.

Post hunc anno Domini 1308. Hinricus comes de Luscelenborg ad inperium eligitur et
1309. Ian. 6. in epyphania Domini eiusdem anni Aquisgrani ab electoribus coronatur.

a) *lacuna in c.; fortasse legendum est* mortem. b) resignavit *c.*

1) SS. XVII, 854. 2) *Assow* loco *Nassow* praecipue apud scriptores Germaniae inferioris occurrit, e. g. apud Arnoldum Lubicensem, Annales Lubicenses. 3) Wenceslaus II. duxit Iuttam a. 1285.

III. CONTINUATIONES ANGLICAE FRATRUM MINORUM.

Codex Musaei Britannici, Cotton. ms. Caligula A. XVI, saec. XIV. in., quem infra signabimus numero 1, *Pontifices Martini continet foliis versis, Imperatores foliis rectis usque ad p.* 474: in Syciliam veniens est defunctus iuxta Traponam in domo fratrum de monte Carmeli. *Fol.* 55′—59′. *sequitur Continuatio haec Pontificum a Nicolao III. usque ad Iohannem XXII, a.* 1317 (Nicholaus III. — in ecclesia fratrum Minorum sepultus); *foliis vero rectis a folio* 56. *inde continuatio Imperatorum vel si mavis annales annorum* 1292—1305. *Foliis deinde* 60—62. *manus eadem exaravit Continuationem Pontificum Romanam usque ad Honorium IV, p.* 482: negotia sollicite prosequenda. *Fol.* 63—64. *sequuntur breves notitiae manu saec. XV. scriptae ad pontifices inde a Nicolao IV. usque ad Sixtum IV. spectantes:* Iste subscripte deficiunt inferius. Nicholaus papa III.[1] anno Domini 1288, prius dictus Iheronimus de ordine fratrum Minorum, post Honorium sedit annis 6. Anno eius secundo fuit combusta magna pars ville sancti Bothulfi, id est Boston. Anno eius tercio fuit fames valida in Anglia. Hic declaravit regulam fratrum Minorum *etc. De subsequentibus pontificibus fere nihil nisi nomina adnotata sunt; sub Pio II. iterum civitatis Boston fit mentio, quamobrem has notitias illic scriptas esse autumaveris.*

2. *Codex Musaei Britannici Reg. b. B. XI. saec. XIV. in. continet post Chronicon Martini primo Continuationem Romanam, dein narrationem cessionis Coelestini V. pontificis, quae ex eodem fonte fluxisse videtur ac quae Bartholomaeus de Cotton in Historia Anglicana*[2] *et Annalista Dunstaplensis*[3] *de eadem re referunt. Narratio ista propius accedit ad Bartholomaeum quam ad Annalistam et deducitur usque ad verba:* plures littere albe bullate non scripte[4]. *Narrationem illam e vestigio sequuntur Vitae Nicolai IV, Coelestini V. et Bonifacii VIII, quales leguntur in codice Cottoniano, quae tamen lectionem paulo viliorem proferunt. Finis Vitae Bonifacii VIII. iam differt a Cottoniano; mox Vitam Benedicti XI. et Clementis V. initia de suo addidit auctor alius.*

Quae codex 1 *tradit acrius rimantes non fugiet, ea a compluribus auctoribus esse confecta. Quod iudicium etiam qualitate codicis* 2 *fulcitur. Certo qui scripsit Vitam Bonifacii VIII. vix auctor habendus erit Vitae Nicolai III, cum interiacentium pontificum gesta sterili admodum stilo descripta sint. Si auctor Vitae Nicolai III. idem esset qui de Nicolao IV. tractavit, vix facere potuisset, quin enunciaret, Ieronimum ministrum ordinis Minorum, quem cardinalem creatum esse sub Nicolao III. tradit, postea factum esse pontificem Nicolaum IV. Vitae Nicolai III. igitur auctor proprius adscribendus erit. Porro Vitas Nicolai IV, Coelestini V, Bonifacii VIII. inter se cohaerere, docet codex* 2, *easque uni eidemque auctori attribuere liceat. Breves notitias de Martino IV. et Honorio IV. alius quidam, ut Nicolaum III. cum Nicolao IV. coniungeret, addidit. Auctori Vitarum Nicolai IV, Coelestini V, Bonifacii VIII. etiam additamentum Imperatorum vindicabimus, cum annales isti idem fere temporis spatium, annos videlicet* 1292—1305, *complectantur. Auctoris huius historiam Pontificum, in codice* 1 *quidam aequalis continuavit usque ad annum secundum Iohannis XXII, a.* 1317, *in codice vero* 2 *alius quidam, idemque aequalis, usque ad primordia Clementis V, ad a.* 1305. *exeuntem.*

Omnia, quae exposuimus, stamina in Anglia scripta sunt, et quidem a fratribus ordinis Minorum. Fratrum, privilegiorum ordini sancti Francisci a summis pontificibus concessorum ubique fit mentio; superfluum ducimus, singula hoc loco proferre. In conventu autem Anglico auctores degisse, hoc certis indiciis adprobatur. Sub Nicolao III. agitur de archiepiscopatu Cantuariensi. Auctor Vitarum Nicolai IV, Coelestini V, Bonifacii VIII. et additamenti Imperatorum et ipse Anglicus fuit. Sub Bonifacio VIII. mentionem facit episcopatus Wigorniensis (Worcester), corripit Philippi IV. regis Franciae ampliandi regni studium, in additamento Imperatorum ad a. 1299. *narrat, nuntios regis Tartarorum* a. 1300. in crastino sancte Trinitatis *regi Angliae Cantabrigiae obviam venisse, cum quibus auctor, fortasse tunc in curia regis versans, ipse communicasse videtur. Anglicum etiam sapit sententia ad a.* 1301. *de comite Artesii prolata:* qui Anglicis semper erat infestus, *sapiunt et solidi* sterlingorum *ad a.* 1305. *Non miramur, quod auctor Anglicus proeliis inter Flandrenses et Francogallos gestis curam*

1) Immo IV. 2) ed. Luard tomo XVI. Rer. Britann. Scriptorum p. 256. Cf. quae dicit editor p. LXII.
3) ed. Luard, ibid. Ann. Monastic. tom. III. 4) Cf. Bartholomaeum p. 259, l. 2.

adhibuit, quippe quae rebus Anglicis quoque summi momenti fuerunt. Auctorem exeunte a. 1298. *curiam Romanam, quae tunc in civitate Reatina residebat, visitasse, testantur enuntiata, quibus terrae motum eo tempore ibi factum, sub Bonifacio VIII. depingit*[1]. *Ceterum eum ad dioecesim Wigorniensem pertinuisse ex eo coniici licet, quod ad a.* 1304. *tempus die festo sancti Kenelmi circumscripsit. Nam sanctus hic in monasterio Winchcomb, in dioecesi supradicta et comitatu Glocestrensi, haud procul ab oppido Cheltenham sito, colebatur*[2]. *Quae tradidit auctor sub Bonifacio VIII. certe non infimi sunt pretii et plerumque fide digna; libero iudicio, quo tunc temporis fratres Minores excellebant, damnat annum iubileum ab hoc pontifice institutum, ipsique amorem pecuniae et propinquorum promotionem obiicit. — Auctorem Vitarum Benedicti XI, Clementis V, Iohannis XXII. in codice* 1 *et ipsum Anglicum fuisse, comprobatur eo quod sub Clemente V. mentionem facit Thomae Iorc Anglici ad cardinalatum provecti. Eiusdem nationis etiam fuit continuator codicis* 2, *qui sub Benedicto XI. episcopos Wintoniensem, Londiniensem, Wigorniensem commemorat.*

Codices in nostros usus vertit vir d. Bishop, Imperatores codicis 1 *iam olim b. m. G. H. Pertz exscripserat.*

PONTIFICES.

1277. Nicholaus III, natione Romanus, anno Domini 1277, sedit annis 3, mensibus 9. Hic honestissimus fuit et in omnibus factis suis prudentissimus. Hic fecit novem cardinales, viros omni honestate conspicuos, inter quos fratrem Ieronimum generalem ministrum ordinis fratrum Minorum[3] et dominum episcopum Tudertinum, fratrem eiusdem ordinis assumpsit. Hic fratrem Iohannem de Pecham de ordine fratrum Minorum, magistrum in theologia, compulit suscipere archiepiscopatum Cantuariensem[4]. Hic eciam fecit declaracionem super regulam beati Francisci[5], in qua ostendit evidentissime, eandem regulam esse licitam et observabilem ac perfeccionem altissimam continentem. In qua eciam excommunicat omnes illos qui contrarium asserunt; a qua sentencia nonnisi per summum
1280. Aug 22. pontificem possunt absolvi. Hic moritur apud Surianum et Rome sepelitur in ecclesia beati Petri iuxta corpus beati Gregorii ante altare sancti Nicholai, quod ipse erexerat adhuc vivens.

1281. Martinus IV. Turonensis sedit anno Domini 1281. Hic Karolo rege Sicilie procurante excommunicavit Grecos et regem Aragonum cum suis omnibus et Sicilienses.

1285. Honorius IV, natione Romanus, sedit anno *Domini 1284.

*f. 56' 1288. Nicholaus[a] IV. sedit anno Domini 1288. usque annum Domini 1292[b], videlicet annis[c] 4,
Feb. 22. ebdomadibus 5, diebus 5[d]. Consecratus quidem fuerat in cathedra sancti Petri, quod festum
1292. Apr 3. tunc accidit dominica secunda[e] quadragesime. Et obiit in cena Domini, scilicet 3. Nonas Aprilis. Hic educatus in habitu et ordine fratrum Minorum ante cardinalatum[f] fuit. Qui licet multa proposuisset, morte tamen preventus est. Hic papa ducentesimus fuit.

1294. Celestinus V. sedit anno Domini 1294[g]; hic eremita, voluntarie cessit.

Bonifacius VIII. sedit anno Domini 1294[h]. Hic Anagnie oriundus cardinalis et civis Romanus fuit. Hic sextum librum Decretalium[i] composuit, in quo declaracionem Nicholai III. super regulam fratrum Minorum, titul. videlicet *de verborum significacione*[6], inseruit. Hic Iacobum et Petrum de Columpna[k] cardinales excommunicavit et[l] cardinalatu privavit[7].
1298. Nov. 30. Hic pontificatus sui anno quarto, dominica prima in adventu Domini, in die scilicet sancti Andree, indutus sacris intravit ecclesiam maiorem in civitate Reatina, missam celebraturus. Et cum accederet ad altare, accidit terremotus horrendus[8], et scissum est palacium pape, et per civitatem ruerunt turres multe et alia edificia et oppresserunt multos. Pre timore

a) *hic incipit cod.* 2. b) 12.. *cod.* 2. c) annis 4 *des.* 2. d) *numerus deest* 2. e) prima 2. f) cardinalatus 2. g) 1294 *omittit* 2. h) 1299 *leg.* 1; *deest* 2. i) decretarium 2. k) eciam *add.* 1. l) a *addit alia manus post* et 1.

1) *Et vidissetis gemitum... Ruinas autem civitatum et castrorum non sufficio enarrare... Set quantum ulterius duraverit nescio.* 2) V. Acta SS. Bolland. Iul. IV, 297. 3) Postea factum Nicolaum IV. papam. 4) Anno 1278; v. Ann. prioratus de Wigornia in Ann. Monastic. IV, 475. 5) Bulla *Exiit qui seminat* data 1279, Aug. 14, v. Potthast, Regesta pont. nr. 21628. 6) Lib. 5, tit. 12. de verborum significatione c. 3. Liber Sextus promulgatus est a. 1298, Mart. 3; v. Potthast nr. 24632. 7) A. 1297, Mai 10, v. Potthast nr. 24513. 8) Cf. aliam huius rei narrationem in Ann. de Wigornia, Ann. Monastici ed. Luard. IV, p. 539.

autem terremotus retrocessit papa et cardinales dispersi sunt, ita ut depositis vestibus sacris 1298.
celeriter refugerent ad propria, et commota est[a] universa civitas. Eodem die septem vicibus concussa fuit civitas a terremotu[b] in tantum, quod coacti sunt homines civitatis egredi et relinquere domos vacuas. In crastino crevit motus[a], et tunc universaliter omnes egrediebantur a maiori usque ad minimum. Et vidissetis gemitum et planctum et civitatem desolatam; et manserunt tota nocte sub divo expectantes quociens a terra devorarentur. Aperuit enim se terra subtus, acsi vivum aliquid haberet intra se, exceptis insultibus quos intulit incessanter. Et missi fuerunt cursores ad omnes partes, ut certificaretur papa et qui cum ipso erant, quo tucius imineret confugium. Et significatum fuit eis, quod per quadraginta miliaria in circuitu idem accidit infortunium. Ruinas autem civitatum et castrorum[c] non sufficio enarrare. Data vero, quando prescripta emanabant a curia, erat feria Dec. 1.
secunda[d] ebdomade prime adventus durante terremotu. Set quantum ulterius duraverit, nescio.

Dictus papa pontificatus sui anno quinto civitatem Penestrie penitus destruxit et aliam 1299.
loco suo subrogavit, quam civitatem Papalem nominavit, nomen Penestrie in perpetuum dampnando[e]. Hic de duodecim apostolis et euangelistis necnon et quatuor doctoribus per universalem statuit[a] ecclesiam duplex festum celebrari[1]. Quod quidem statutum inseritur sexto libro Decretalium. Hic sanctum Lodovicum regem Francie canonizavit, ipsius vitam laudabilem bulla sollempni edita multipliciter et magnifice commendavit, et festum eius in crastino sancti Bartholomei sollempniter celebrandum instituit[2].

Qui eciam pontificatus sui anno sexto statutum edidit super predicacionibus[f] fratrum 1300.
Predicatorum et Minorum, audiendis fidelium confessionibus et penitenciis *iniungendis *f. 57'.
eisdem[g] ac tumulandis eorum corporibus qui apud fratrum ipsorum ecclesias sive loca noscuntur eligere sepulturam[3]. Eodem anno, incarnacionis videlicet 1300, tanquam pro iubeleo ad mandatum illius convolavit undique terrarum populus quasi innumerus ad curiam Romanam pro remissionis plenitudine optinenda. Set ne Iudaicis cerimoniis legem gracie nimis cogamus inniti[h], estimo, salva reverencia papali, quod tantam nunc quantam et tunc habeat potestatem. Cuius[4] limites taxare, cum sit Christi vicarius, ad solum Christum rectorem suum pertinere dinoscitur, qui quinquagesima die a resurreccione sua Spiritum sanctum, qui est perplena peccatorum remissio, effudit habunde in adopcionis filios, non artatus[i] seu limitatus nec iubileo quinquagenario vel centenario nec ceteris templi[k] anniversariis seu curriculis.

Hic pontificatus sui anno octavo contulit episcopatum Wygorniensem fratri Willelmo 1302.
de Geynesburgh[l] magistro palacii, quondam ministro fratrum Minorum Anglie[5]. Huius pontificatus anno eodem, set bene[m] prius, ortum[n] est quasi implacabile discidium inter ipsum
et regem Francorum. Ipsum enim regem excommunicavit[6], omni circa regione ubicumque 1303.
regis curia degebat ad duodecim miliaria interdicto supposita. Albertum regem Alemannie, quem tanquam[o] inpostorem[p] vel regni[q] invasorem prius decreverat, ut eum sibi favorabilem aliceret ac regi Francie odiosum redderet, in regem Romanorum confirmavit[7] et sibi imperiale fastigium, si collapsa redintegraret ac subacta restauraret, in consistorio publice repro-
misit, dicens, in illo iam verificari illud Petri — quod tamen est Pauli —: *Eratis aliquando tene-* Ephes. 5, 8.
bre, nunc[r] *autem lux in Domino.* Quod pro omine procurator illius accipiens, accepta loquendi
licencia, inter alia dixit de papa et domino suo verificari illud psalmiste: *Dabit imperium* 1. Reg. 2, 10
regi suo et sublimabit cornu christi sui. Ecce qui dominum suum ubique regnare cupierat, necdum principium libri Regum saltem vocaliter agnoverat, qui forte dictam autoritatem[8] in psalterio ecclesiastico, quod inspexerat, reperiens inibi, quotandam[9] estimavit. Rex igitur Francie a sentencia pape usque ad concilium appellavit, cuius iudicio tanquam catholicus se ac causam suam libenter summitteret. Nominato enim pape non videbatur Gallicis

a) *deest* 2. b) terremotus 1. c) castrorum et civitatum 2. d) v^a 2. e) dapnando 1. f) predicatoribus 2. g) eiusdem 1. h) inviti 1; initi 2. i) arcatus 1. k) templum 1; temporum 2 *(quod mihi praeferendum videtur. G. W.).* l) Geynesburch 2. m) unde 2. n) quasi implacabile discidium oritur 2. o) regni *add.* 1. p) in pastorem 2. q) *deest* 1. r) non 1.

1) Anno primo pontificatus secundum Bernardum Guidonis apud Muratori, Scriptores III, 1, 670. 2) V. bullam a. 1297, Aug. 11. editam, Potthast nr. 24561. 3) Potthast nr. 24913. 4) i. e. legis gratiae. 5) V. Potthast nr. 25181. Wigornia est Worcester; cf. Ann. supra laud. p. 554. 6) 1303, Apr. 13, v. Potthast nr. 25230. 7) 1303, Apr. 30, v. Potthast nr. 25234. 8) i. q. sententiam. 9) i q. citandam, Anglice *to quote.*

1303. ad obediendum se obligari, cui enormia[a] multa, erroribus eciam contra fidem et animarum salutem ac abbominacionibus ignominiosis plena, publicis sermonibus eciam Parisius ad hoc statutis, ad probacionem articulorum se sub pena capitis obligantes, obiecerunt. Hoc discidium Deus prospector ex alto idcirco permisit vel forsan ordinavit, ut unum profectum animarum amore pecunie et propinquorum promocione persequentem[b], et reliquum dominacionem suam in preiudicium multorum tueri et ampliare satagentem, ne propositum optinerent, perturbaret.

Sept. 7. Dictus igitur papa pontificatus sui anno nono, ab incarnacione vero 1303[c], mense Octobri captus fuit[c] Anagnie per cives et dominum Serram, fratrem domini Petri de Columpna, fretos[d], ut dicitur, consilio et auxilio regis Francie. Qui post tres dies liberatus est. Verumptamen extunc super se semper habuit custodes per eosdem. Et postea miserunt ad eum idem cum civibus Romanis, ut omnino revocaret Columpnenses et quod extunc nunquam
*f. 58'. ordinaret aliqua ardua sine assensu *cardinalium. Qui respondit ad primum, quod mallet mori quam eos revocare. Secundum eciam similiter contempsit. Qui postea tactus dolore intrinsecus ex vehementi dissenteria, fulmine et tonitruo nimis horrendo concommitantibus,

1.

translatus est idem usque Romam et ibidem mortuus et in ecclesia sancti Petri sepultus.

Benedictus XI. sedit mensibus 8, diebus 7. Hic fuit de ordine Predicatorum, nacione Lombardus, dictus Nicholaus; inter quos primo fuit magister ipsorum generalis, et deinde per papam Bonifacium predecessorem suum factus est cardinalis Hostiensis et legacione functus est in Hungariam. Iste revocavit constitucionem, quam ediderat Bonifacius idem de predicacionibus et confessionibus et quarta porcione canonica, per quam contra libertatem pristinam artaverat Predicatores et Minores, et edidit constitucionem graciosam super hiis, que incipit: *Inter ceteras sollicitudines*[2]. Concessit eciam eisdem fratribus conservatores perpetuos et exempcionem novam. Mortuus est autem Perusii anno Domini 1304, in festo translacionis beati Thome martiris[4].

2.

mortuus est 12. die Octobris[1]. Cessavit episcopatus diebus decem. Qui iminente morte dicitur remisisse omnibus qui sibi iniuriam ac violenciam intulerant, exceptis rege Francie et eius consiliariis.

Benedictus XI, nacione Tervisinus[e], sedit anno Domini ....[f]. Cuius electio celebrabatur 22. die mensis Octobris. Hic de ordine Predicatorum existens, Hostiensis ante papatum fuit. Hic statutum edidit super predicacionibus fratrum Predicatorum et Minorum, confessionibus audiendis et sepulturis ac legatis eisdem, statutum Bonifacii VIII. predecessoris sui penitus[g] revocando. Qui eciam dictos ordines et fratres eorundem ordinum, domos suas et loca habita et habenda ab omni et singulorum quorumlibet prelatorum et personarum ecclesiasticarum omnimoda potestate et iurisdictione, non obstante constitucione Innocencii pape quarti in contrarium edita, prorsus exemit[3]. Quod[h] eciam fecit Bonifacius predictus. Hic eciam memoratis ordinibus super statuto predicto et privilegiis hactenus a pontificibus Romanis optentis et de illatis eis iniuriis, molestacionibus et[i] gravaminibus conservatores perpetuos concessit. Hoc autem officio, potestate et iurisdictione funguntur in provincia Anglicana quoad fratres Minores episcopi Wintoniensis[5] et Londoniensis et Wygorniensis. Dictus vero papa sedit mensibus octo, diebus sedecim. Post cuius decessum cessavit episcopatus mensibus 11.

a) cerinormia 1. b) prosequentem 2. c) *deest* 2. d) fretus 1. e) Tericismus 2. f) *lacuna in* 2. g) *fol.* 104. *in* 2. h) Qui 2. i) a 2.

1) Secundum Bernardum Guidonis (Muratori, Scriptores III, 1, 672) Bonifacius obiit Oct. 11. 2) Potthast nr. 25370, a. 1304, Febr. 17: *Inter cunctas sollicitudines*. 3) Potthast nr. 25414, a. 1304, Apr. 2. 4) Iul. 3; at Benedictum obiisse Iul. 7 narrant, Ptolemaeus Lucensis (Muratori XI, 1224), Bernardus Guidonis (ibid. III, 1, 673), alii. 5) Winchester.

1.

Clemens V. Post mortem Benedicti vacavit sedes usque ad vigiliam pentecostes sequentis anni, et illo die vigilie, qui fuit in Non. Iunii anno Domini 1305, electus est a decem cardinalibus et nominatus in papam dominus Bertrandus archiepiscopus Burdegalensis. Et quinque cardinales, qui erant cum illis decem inclusi apud Perusium in palacio pro eligendo[c] summo pontifice, post[d] publicatum scrutinium accesserunt et consenserunt eleccioni iuxta morem; quatuor eciam cardinales alii non fuerunt presentes cum aliis, quia gratis et ex causa recesserunt de conclavi. Iste coronatus est apud Lugdunum in monasterio sancti Iusti die dominica infra octavas beati Martini[2] eiusdem anni. Et dum rediret eodem die versus palacium in civitatem cum comitiva regis Francie et aliorum nobilium tam laicorum quam clericorum, corruit murus lapideus et oppressit multos qui eum vallabarit; et inter ceteros oppressus est dominus Iohannes[f] dux Britannie, qui mortuus est infra octo dies. Quem absolvit idem papa a pena et a culpa. Cecidit eciam diadema de capite ipsius pape. Ipse eciam fecit 12 cardinales eodem anno ante natale apud Lugdunum. Inter quos restituit duos Columpnenses ad cardinalatum, dominum Iacobum et dominum Petrum de Columpna, quos privaverat Bonifacius VIII, ut supra dictum est. Hic dictus est Clemens V. Hic inter predictos cardinales fecit fratrem Thomam Iorc cardinalem, nacione Anglicum, de ordine Predicatorum. Qui obiit apud Gracianopolim[3] in Burgundia et apud Oxen..[g] est sepultus.

Hic eciam papa anno Domini 1311. celebravit concilium apud Viennam, quod incepit (1311. Sept. 29.) in festo sancti Michaelis et duravit usque pridie Nonas Maii. (1312. Mai 6.) In quo papa subduxit et delevit ordinem Templariorum.

Hic obiit anno Domini 1314, 5. Idus Aprilis[4], (1314. Apr. 9.) et vacavit[h] sedes usque in annum Domini 1316.

2.

Clemens V, nacione Vasco, sedit anno Domini....[a] Hic ante[b] papatum archiepiscopus Burdegalensis extitit. Cuius eleccio celebrata fuit in vigilia pentecostes, Idibus[1] videlicet (1305. Iun. 5.) Iunii. Qui et coronatus fuit apud Sanctum Iustum prope Lugdunum mense Novembri circa festum sancti Martini. Die vero coronacionis sue cum transiret per quendam vicum cum maxima ut decebat comitiva et sollempni[e], cecidit quidam murus ipsis nimis collateralis et oppressit multos. Inter quos eciam dux Britannie interiit. Hic in principio pontificatus sui defectum cardinalium saltem quoad numerum supplens, circiter 10 de novo creavit et Columpnenses per Bonifacium VIII. predecessorem suum cardinalatu privatos restituit.

Iohannes XXII. Hic anno Domini 1316, in festo sancti Donati martiris apud Lugdunum (1316. Aug. 7.) in summum pontificem est electus. Vocatus prius dominus Iacobus episcopus Avinionensis, postea cardinalis episcopus Portuensis. Hic anno Domini 1317, 8. et 7. Idus Aprilis apud (1317. Apr. 6. 7.) Avinionem coram multitudine magna cardinalium, presulum, religiosorum, clericorum et laicorum cum magnis sollempniis sanctum Lodowicum episcopum Tolosanum de ordine fratrum Minorum cathalogo[i] sanctorum asscripsit. Iste sanctus Lodowicus fuit filius regis Cecilie Caroli scilicet Claudi et heres suus. Quem papa *Bonifacius VIII. recepit ad ordi- (*f. 59'.)

a) *lacuna in* 2. b) autem 2. c) *in margine alia ut videtur manu additum* 1. d) preter 1. e) cum maximis ut decebat comitiva et sollempnis 2. f) J. 1. g) *post* Oxen *parva lacuna in* 1; *fortasse legendum est* Oxoniam. h) vacuavit 1. i) cathalago 1.

1) Immo Nonis. 2) Nov. 14. 3) Grénoble. 4) Mai 20. obiisse Clementem, narrant Ptolemaeus p. 1242, Bernardus Guidonis p. 678.

nem fratrum Minorum et induit eum et cito post eundem ad professionem recepit. Cui eciam episcopatum contulit Tolosanum. Qui apud Briniol[1] in conventu fratrum moram traxit et ibidem feliciter migravit ad Dominum[2], apud Marsiliam in ecclesia fratrum Minorum sepultus.

IMPERATORES.

f. 56. Anno Domini 1292. Accon[3] et cetere civitates Terre Sancte a christianis inhabitate per soldanum Babilonie obsidentur et capiuntur, ac christianis quibusdam per mare fugientibus, aliis interfectis, penitus subvertuntur. Et eodem anno orta est discordia inter Eadwardum quartum[4] regem Anglie et regem Francie.

Iul. 25. Anno Domini 1298. circa festum sancti Iacobi[5] comissum est prelium inter Adulphum regem Alemannie et Albertum ducem Austrie, ubi rex cum toto pene exercitu suo interfectus est, et dux in regem electus est et coronatus. Quem[a] Bonifacius VIII. anno 1303, pontificatus sui 9, in regem Romanorum confirmavit, mense Aprili.

Anno Domini 1299. Terra Sancta est conquisita, quanta unquam de iure christianis debebatur, per reges Tartarorum[6], Armenie[7] et Cypri[8]. Rex autem Armenie fuit tunc frater Minor, habitum ordinis portans contra soldanum in preliis. Quem captum idem rex carcerali custodie mancipavit. Rex vero Cypri est constitutus rex Ierusalem per magnum Casanum principem Tartarorum, qui totam illam terram libere concessit populo christiano. Ipse vero sibi retinuit Babiloniam et Egyptum. Qui etiam cum aliis regibus[b] misit duos fratres Minores ad domnum papam ad petendum populum pro terra occupanda. Quos et papa misit ad reges Francie et Anglie. Dicti autem fratres erant de Siria. Qui anno Domini 1300.
Iun. 6. in crastino sancte Trinitatis venerunt Cantebrigiam[c] versus regem Anglie una cum aliis, dicta nunciantes. Quo etiam tempore, ut retulerunt, supradictus rex Armenie iam portaverat illorum habitum per 14 menses. Set proch dolor! peccatis christianorum exigentibus, quorum nonnullos[d] Lais[9] desidia, alios vero Augusti lascivia, quosdam etiam mutuis preliis ac cedibus intentos serpentis astucia domi retinuit, ne Terram Sanctam iam conquisitam ad inhabitandam peterent, ipsa rursus a Sarracenis recuperata est et occupata, anno videlicet Domini 1301.

1302. Iul. 11. Anno Domini 1301, 5. Idus Iulii fuit prelium inter Gallicos et Flandrenses; in quo, excepta multitudine quasi innumerabili peditum et equitum tam militum quam[e] et aliorum, interfecti sunt de Gallicis 68 nobiles ad vexillum. Inter quos de nobilioribus qui corruerunt erant subscripti: videlicet comes de Artoys[10], comes de[f] Arescot, domnus scilicet Godefridus de Louvein qui et domnus de Birsoun[11], comes de Aumarle[12], comes de Eu, domnus Raudulphus de Nele constabularius Francie, domnus Guido de Nele marescallus, domnus Petrus Flote, qui erat unus de 12 paribus[13], filius comitis de Arescot[14] et filius comitis de Henauth[15], domnus Iacobus de Sancto Paulo et domnus Willelmus de Fenes. Dicitur etiam, quod comes de Artois, qui Anglicis semper erat infestus et emulus, parum ante dictum bellum mandaverat Scotis, ut ad eos veniret contra regem Anglie succursum prebiturus, et hoc cum de paucis textoribus fuisset expeditus; quod se facturum ad spacium ientaculi[g], arroganter et pompose secundum morem patrie iactitabat. Set Dominus futurorum prescius, qui est fortitudo fidelium et protector in se sperancium, qui olim insidias Aman Agagite in caput suum verterat, pro ientaculo[h] textoribus disposito convivium superfluens[i], sic ut ulterius in presenti esurire non oporteat, inimicis illorum preparavit. Meminisse

a) Cave *in margine* 1. b) *bis scriptum* 1. c) Cantebrÿ 1. d) inullos 1. e) et quam 1. f) *deest* 1. g) iantaculi 1. h) iactaculo 1. i) fresfluens 1.

1) Brignolles a Toulon ad septentriones. 2) Anno 1298. 3) Accon capta est a soldano Aegypti Malek al Aschraf a. 1291. 4) Est, quem vocamus, Eduardus I. Auctor Eduardos Anglosaxonicos numerat. Discordia inter reges anno demum 1293. exorta est. 5) Pugna apud Gölheim facta est die Processi et Martiniani, Iul. 2. 6) Cazanum. 7) Haithonem II. 8) Henricum II. 9) V. libr. Iudicum c. 18. 10) Robertus II. 11) Godfridum de Brabantia, dominum de Arscot et de Virzon avunculum suum vocat Iohannes II. dux Brabantiae apud Lacomblet, U. B. II, 622; rectius eius patruus audit in Ann. Gand. SS. XVI, 571. 12) Adam; v. Chroniques de St. Dénis apud Bouquet XX, 671. 13) Minime. Petrus Flotte fuit cancellarius regis. 14) Iohannes; v. Contin. Guilelmi Nangiac. apud Bouquet XX, 597. 598. 15) Iohannes, filius Iohannis de Avesnes comitis Hannoniae et Hollandiae; v. Ann. Gand. p. 571.

quidam debuerunt dicti sapientis: *Equus*, inquit, *paratur ad diem belli, Dominus autem* Prov. 21, 31. *salutem tribuet.*

In[a] festo vero sancti Stephani proxime sequenti Gallici Flandriam intrantes, ut popu- 1302 Dec. 26. lum tanquam imparatum perimerent, commisso prelio perdiderunt de suis equites 400 et 4000 peditum[1]. Equidem puer ille, in cuius manu sunt corda regum, qui est consolator humilium, natalis sui tempore, quo per multitudinem celestis exercitus in terra pacem hominibus bone voluntatis promulgavit, alieni iuris invasores, quamquam multitudine[b] terrestris milicie stipatos, nequaquam in pace, ut impune ad propria possent redire, dimisit[c]. Sequenti vero anno, videlicet

1303, in cena Domini et nocte sequenti tercium fuit bellum[2]. In quo proposito a Galli- Apr. 4. cis quodam signo prodicioso viri urbis vocabulo Ipris decepti, perdiderunt de suis 5000. Sed ceteri Flandrenses, visa prodicione, consociis suis a Gallicis sic vallatis se adunarunt, et prostraverunt[d] de adversariis 17000. Quo eventu indignatus domnus Karolus, avunculus regis Francie[3], dicitur iurasse ac vovisse, se nunquam Parisius ingressurum, donec totam Flandriam a parvulo usque ad mulierem deleverit. Set Flandrenses in Domino spem habentes, minas superborum contempserunt, multa mala non sine suorum aliquali iactura adversariis postea inferendo.

Item[e] anno Domini 1304, in crastino sancti Kenelmi commisso prelio inter eosdem, inter- Iul. 18. fecti sunt de Flandrensibus 3000, de Gallicis vero 17000. Inter quos ceciderunt dux Burgundie et domnus de Nele et multi alii nobiles[4]. Item in die sancti Agapiti ceciderunt de Aug. 18. Gallicis 400 milites et de populo reliquo 20000[5].

Anno Domini 1305. facta est fames valida in regno Francie, eo quod erat inibi caristia magna, sic ut summa[6] frumenti venderetur pro 40 solidis sterlingorum.

IV. CONTINUATIO BRABANTINA.

Codex **Musaei Britannici** *Ms. Add.* 22635 *continet post Martini Chronicon Continuationem Romanam usque ad Honorium IV. (p.* 482: negotia sollicite prosequenda*). Folio* 40. *incipit alia manus et primum pauca de ipso Honorio subiunguntur, foliis deinde versis* 40′—42′. *leguntur Vitae pontificum a Nicolao IV. usque ad Iohannem XXII, cuius obitus a.* 1334. *iam adnotatur; tum foliis rectis* 41. *et* 42. *legitur continuatio Imperatorum, Wilhelmum, Rudolfum, Adolfum, Albertum complectens, in fine tamen mutila, quia folia quaedam excidere. Auctor continuationis nostrae Brabantinus fuit. Multoties res in partibus inferioribus gestas operi inserit, ducum Brabantiae compluries mentionem facit, magistri Sygeri Brabantini fata sub Rudolfo perstringit, sub Benedicto XI. copiosius agit de puella quadam miraculosa, quae in Brabantia, in villa Herke iuxta oppidum Sancti Trudonis degebat, sub Clemente V. narrat, mulierem in oppido Tienen provinciae Brabantinae a Iudaeis esse occisam. Cum puellam illam adhuc a.* 1319. *vixisse auctor dicat, eum circa hunc annum opus suum concinnasse censeremus, nisi obstaret mors Iohannis XXII. a.* 1334. *iam commemorata. Attamen hanc sententiam additamentum alius scriptoris esse, pro certo habemus. Sub Iohanne XXII. auctor rerum mentionem facit prioribus huius pontificis annis gestarum, ultimo loco narrat canonizationem Thomae de Aquino a.* 1323. *factam, nisi haec quoque post addita credas. Mirandum certe esset, quod, si post mortem Iohannis demum scripsisset, ne verbo quidem tetigisset controversiam inter pontificem et Ludewicum Bawarum agitatam. Cum auctor circa a.* 1319 *—*1323. *scriberet, ea quae tempore Honorii IV, Nicolai IV, Coelestini V, Bonifacii VIII. in Italia gesta sunt, et quae accurate satis enarrat, vix ex ore hominum hausit; fontem scrip-*

a) Cave, illud forte non est verum *in marg.* 1. b) multitudinem 1. c) dimitteret 1. d) prostreverunt 1. e) Cave *in marg.* 1.

1) Huius pugnae non fit mentio in fonte potiori, Ann. Gand., attamen ad eam pertinere videntur quae ibi narrantur p. 574, lin. 1—10. 2) Apud St. Omer; v. Contin. Guilelmi Nangiaci p. 588[b] (ed. Géraud I, p. 334); Ann. Gand. p. 574. 3) Intelligendus videtur frater regis Karolus comes Valesii. 4) Et de hoc praelio nihil narratur in Ann. Gand., qui Iohannem fratrem ducis Burgundiae occubuisse narrant p. 588. in pugna apud Mons-en-Puelle commissa. 5) Apud Mons-en-Puelle. 6) i. e. sauma, sagma, quae valuit tres modios.

tum eum adhibuisse, veri similius videtur. Fortasse dicendum erit, Vitas quatuor illorum pontificum ab alio quodam in Italia esse scriptas. Ad hoc quadrare videtur narratio de tempestate Neapoli tempore Coelestini V. facta. Quae sub Nicolao IV. de bello apud Woringen commisso traduntur, auctor Brabantinus operi auctoris Italici intrusisse videtur. Non omittendum denique, de Benedicto XI. pene nihil tradi; Brabantinus, cuius fontem scriptum obitum Bonifacii VIII. tantum attigisse statuendum erit, cum de Benedicto nil scribere posset, puellae illius miraculis narratis folia explevit. Continuatio Imperatorum econtra integra proprium opus Brabantini esse videtur. Quae sub Wilhelmo et Rudolfo narrantur spectant fere omnia ad res in inferioribus Rheni partibus gestas et ex traditione hominum hausta esse possunt; in aliis rebus describendis auctor errores non vitavit[1]. *Sub Wilhelmo Martini Oppaviensis verba usurpavit.*

Codex, quem exscripsit vir cl. Reinholdus Pauli, vitiis non caret, in fine Imperatorum ad annum 1304. *sententia etiam quaedam plane excidit, quae de pugna apud Mons-en-Puelle commissa egerit oportet.*

PONTIFICES.

f. 40 Hic Honorius[2] homo temperatus et magne discretionis, impeditus tamen corpore in
pedibus et manibus fuit, libenter querens pacem. Obiit Rome anno Domini 1287, die tercio
1287. Apr. 3. Aprilis sepultusque est apud Sanctum Petrum. Et cessavit episcopatus circa menses undecim[a]. Huius anno primo in Octobri cum rex Francie Phylippus[3] intrasset in multitudine
gravi Cathaloniam, et sibi ex pacto fuisset reddita Gerunda, rediens cum magno dampno
1285. Oct. 5. rerum et personarum et maxime in transitu montium Pireneorum, 5. die Octobris obiit in
1286. Ian. 6. Perpigiano, et filius eius Phylippus in Franciam rediens, coronatus est in epyphania sequenti.

*f. 40' Febr. 22. *Nicolaus quartus, natione Esculanus, sedit anno Domini 1288. Hic fuit electus circa
cathedram beati Petri concorditer a cardinalibus, existens de ordine fratrum Minorum; literatus homo et vocatus Ieronimus, presbiter cardinalis tituli Sancte Pudentiane factus a papa
Nicolao III, post a Martino IIII. episcopus Penestrinus[b] exstitit ordinatus. Huius tempore
1288. Iohannes dux Brabantie apud Worunc super Renum, adiunctis Coloniensibus et comite de
Monte, de inimicis suis mirabiliter triumphavit. Huius tempore rex Sicilie[4], filius bone
memorie Caroli regis, successit in regnum, adhuc regno Sicilie sibi rebellante. Hic Nicolaus fecit sibi palacium apud Sanctam Mariam maiorem in Urbe, et ibi morando mortuus est
1292. Apr. 4. quinto anno sui pontificatus in die parasceues et sepultus est ibidem. Et vacavit sedes duobus annis et tribus mensibus. Hic Nicolaus bone memorie fecit multas gracias pauperibus clericis; inter quas fecit eciam gracias pias, benignas et insolitas, quas alii pontifices ante eum non fecerant, scilicet quod quicumque haberet quatuor titulos, scilicet bene legit, bene cantat, bene construit et quod bene vel competenter responderet de aliqua facultate, vel grammatica, logica, rethorica vel in aliis artibus liberalibus, item in medicina, item in iure canonico vel civili, quod talis haberet graciam specialem et prebendam in certo loco. Hic multum benignus et communis quasi omnibus.

1294. Celestinus V, natione Siculus, sedit anno Domini 1293. Iste sanctus homo multe humilitatis et conscientie stricte fuit. Cardinales diu inter se discidentes tandem in Perusio adunati istum in papam concorditer elegerunt. Erat vero morans in quodam monasterio in Aprucia iuxta Salmonam et vocabatur frater Petrus de Murro, homo strictissime vite in cibis et potibus. Iste statim post electionem suam ad instantiam regis Sicilie apud Aquilam se transferens, convocavit cardinales de Perusio ad coronacionem suam, et ibidem coronatus,
Sept. statim post in mense Septembri fecit circa 12 cardinales, partim motu proprio, partim ad instinctum regis Sicilie, partim ad instantiam aliorum cardinalium. Hiis ita peractis, ad consilium regis Sicilie de Aquila se transtulit Neapolim contra voluntatem multorum cardinalium. Et eo ibidem existente, facta est tempestas magna in mari et inundatio pluvie, ita ut aqua descendens de monte supraposito civitati rumperet ecclesias et domos muratas et multa dolia vini deduceret in mari; etiam in portu maris ibidem multe naves conquassate sunt, et multa ibi perdita, que tamen postmodum pro magna parte artificiose reperta sunt.

a) circa menses undecim *alia manu add. c.* b) Penestrino *c.*

1) E. g. confudit duo bella, quae Rudolfus contra Otocarum gessit; Philippum III. Franciae regem Carcasonae obiisse, perperam tradit. 2) Honorius IV. papa. 3) III. 4) Karolus II, cuius pater obierat iam a. 1285. Attamen filius demum exeunte anno 1287. a captivitate Arragonensi liberatus est.

Istum papam quidam cardinalis multum astutus respiciens virum simplicem inviteque pontificantem, litteras ante lectum pape aureis litteris conscriptas clam de nocte iactari fecit; quas papa de mane surgens legit, in quibus scriptum erat quasi revelante Deo, ipsum in papatu salvari non posse. Unde contristatus, vocatis cardinalibus, coram omnibus papatum resignavit, et Benedictus per suos fautores cardinales, quos sibi caute procuraverat, confestim in papam eligitur. Qui cum electus et coronatus esset, Rome statim Celestinum captivavit et usque in diem mortis sue captivum curialiter tenuit. Qui Celestinus ad predictum papam dixisse dicitur: 'Intrasti ut vulpes, regnabis ut leo, morieris ut canis'[1]. Quod quasi propheticum postea experimento compertum est esse verum.

Bonifatius VIII, natione de Anagnia, civitate Campanie, sedit anno Domini 1294. Iste 1294. fuit ille Benedictus, qui papam Celestinum circonvenit. Hic concorditer electus Neapoli in vigilia nativitatis Domini, statim post epiphaniam transtulit curiam Romam[a]; quod factum Dec. 24. multum displicuit regi Sicilie et Neapolitanis; et in dominica qua cantatur *Omnis terra*[b, 2] coro- 1295. Ian. 6. natus est. Et in die coronationis sue post cenam, que tarde facta* fuit, 'cum multi Romani, *f. 41'* qui ibi aderant, vellent descendere quosdam gradus palatii iuxta Sancta sanctorum, primis cadentibus propter pressuram, alii superceciderunt, et alii alios oppresserunt usque ad quinquaginta viros, tam clericos quam laicos; et mortui sunt. Iste multum expertus fuit tam in temporalibus quam spiritualibus, audax homo et potenter pontificans. Hic inter alia bona que fecit pro ecclesia Dei, quam multum diligebat, compilavit[c] etiam sextum librum Decretalium ex diversis constitutionibus summorum pontificum predecessorum suorum; de 1298. suis etiam multas inseruit. Qui liber multa obscura declarat. Hic canonizavit sanctum 1297. Ludovicum piissimum regem Frantie, missis cardinalibus in Frantiam super inquisitione facienda de vita eiusdem sancti regis. Huius tempore quidam pseudopredicatores[d] per ecclesias discurrentes de recuperatione Terre Sancte multa mendatia fingebant; unde populum decipiebant, ab eo oblationes auferendo.

Huius tempore multa mala et lugubria in diversis mundi partibus diversis temporibus acciderunt. Nam Terra Sancta totaliter est amissa, et Accon illa civitas opulenta per tres dies et noctes continue impugnata sine requie, igne et ferro est destructa. Etiam in Flan- 1291. dria comitatibus[3] rebellantibus contra nobiles, regis Francie fautores per civitates et opida ubique interfecerunt. Unde per civitates et patrias in diversis mundi partibus simile diluvium pertransivit. Et multa civilia bella et excidia crudelia exorta exstiterunt, ita quod principes terrarum exinde sibi multum timebant, nullo contra aliquem de comitate dicere aut facere aliquid penitus audente.

Hic papa Bonifatius satis carnalis circa suos fuit; nam eos in tantum ampliavit divitiis et possessionibus, ut maioribus de Urbe et de Campania quasi equales faceret; unde multi nobiles invidiam habebant. Hic etiam reparavit palatium militiarum in Urbe magnis sumptibus, turrim excelsam ibi construendo; quam dimisit filio fratris sui, quem fecerat comitem Casertanum[e]. Alios etiam multos de parentela sua fecit milites et possessionibus et auro et argento multum ditavit, in tantum quod adhuc vestigia restant. Iste papa contra Columpnenses, qui eum creaverant pro magna parte, graviter suscitatus, occasione cuiusdam matrimonii, quod volebat contrahere cum illis, et illi, quia nobiles, illud vilipendebant[f], — tam clericos cardinales quam laicos persequitur et debellat, necnon castra eorum destruit et opida, demum extra patriam effugando, et sicut predecessor suus predixerat Celestinus, sicut leo rugiens, omnemque radicem generis eorum extirpare[g] cogitabat. Quod duravit multis annis. Demum pontificatus sui anno nono ab ipsorum Columpnentium fautoribus 1303. exstitit obsessus in palatio suo, et effractis foribus totus thesaurus suus raptus et dispersus. Qui videntes eum quasi dementem fieri, dimiserunt et abierunt. Quod videntes cives de Anagnia, volentes complacere sibi, deduxerunt Romam ad petitionem suam ad palatium

*) *Hoc loco folio 40'. finito alia manus addidit:* Hic papa... beatum Lodovicum, regis Sycilie filium, magnarum[h] virtutum et scientiarum clericum, licet adbuc iuvenem, utpote 20 annorum vel circiter, in episcopum Tholosanum[i]......

a) Romanam *c.* b) coria *c.* c) copilavit *c.* d) predones *c.* e) Cacertanum *c.* f) vilifendebant *c.* g) extirpe *c.* h) agnarum *c.* i) *post add. c.*

1) Idem dictum de Bonifacio profert Florum temporum continuator apud Eccard, Corpus Hist. I, 1720. 2) Dominica qua cantatur *Omnis terra* post epiphaniam est secunda; Bonifacius vero coronatus est dominica tertia, qua cantatur *Adorate dominum*, Ian. 23. 3) i. q. communitatibus.

sancti Petri. Ubi post mensem pre dolore nimio miserabiliter dicitur esse defunctus et in
ecclesia sancti Petri in tumba pretiosa ipso adhuc vivente preparata[a] est sepultus.
1303. Benedictus[b] XI, natione Lumbardus, sedit anno Domini 1303. Hic fuit de ordine Predi-
catorum. Hic bonus homo multa bona[c] facere potuisset; sed subito defunctus nichil dignum
memorie reliquit. Huius tempore in Hasbania in comitatu Losensi iuxta opidum Sancti
Trudonis[1] confessoris fuit quedam puella in Herke 12 annorum; cum de quadam infirmitate
convaluisset, postea per multos annos penitus non comedit, ab omni genere ciborum se
abstinendo, nisi modicum aque quod interdum bibebat; sed et mirum quod corpus Domini
bene sumebat, licet hostiam non consecratam omnino gustare non valeret; et hoc ipsa igno-
rante sepius probatum est. Que quidem puella satis exstitit secularis, nullam certam religio-
1319. nem habens, et hec sepius exstitit examinata a probis et fide dignis, et anno Domini 1319.
dicta puella adhuc vivebat.
1305 Clemens[d] V, natione Gasco, sedit anno Domini 1305. Hic existens archiepiscopus
Burdegalensis, in loco suo manens, a cardinalibus Rome existentibus concorditer est electus.
Qui nolens ire Romam, compulit cardinales ad se venire Lugdunum, et ibi coronatus est,
presente rege Frantie Philippo et aliis nobilibus. Et in die coronationis sue cum rediret de
ecclesia ad palatium suum, multi quendam murum antiquum ascenderant ad videndum eum,
quia iuxta illum erat transiturus. Qui murus, cum ipse papa transiret, funditus corruit cum
*f. 42'. hominibus qui erant super illum; sub quo magna pars populi oppressa remansit. *Inter
quos comes Britannie occubuit. Et ita prope dominum papam lapis quidam cecidit, ut lapi-
dem pretiosum a corona in capite suo posita avelleret. Hoc accidit in die beati Martini epi-
scopi[2]. Postmodum vero se transtulit Burdegalis et mansit ibi cum curia, ut creditur.
Postea transtulit se et curiam Pictavis, ubi diu mansit. Demum transtulit se et curiam
Avinionum, ubi similiter multum mansit. Iste papa multos cardinales fecit tam cognatos
suos quam extraneos, pueriles, iuvenes et illiteratos. Unde dicitur ecclesiam Dei multum
dehonestasse ponendo tales personas. Ipse etiam papa sumptuosus multum exstitit.
Decimam trium annorum inposuit; diversis modis ecclesiam oppressit et sub pretextu Terre
1311. Sancte multum aurum extraxit, quod totum diabolus devoravit. Hic papa etiam consilium
generale apud Viennam celebravit, in quo multa bona statuta sunt; unde de eis compilatus[e]
1314. est septimus liber Decretalium. Tandem pontificatus sui anno ...[f] Avinioni[3] defunctus est,
et vacavit sedes fere per duos annos.

Cuius vacationis tempore maxima fames, mortalitas et sterilitas terrarum fuit, quanta
ab alicuius memoria tunc viventis antea visa non est, quia modius[g] siliginis valebat duode-
cim solidos grossorum Turonentium regis Frantie et ultra. Huius Clementis tempore
compresse et domite comitates et furor earum per dominos ubique[h] terrarum, que nimis
1308—9. curiose elate fuerant et erecte tempore Bonifatii pape VIII. Huius pape anno quarto apud
Thenis in Monte[4] in Brabantia quedam mulier a Iudeis fuit miserabiliter martyrizata. Unde
competens[i] vindicta non fuit facta propter nimiam pecuniam Iudeorum, qua se redimebant.
Sed tandem mulier inventa et cognita, accidit quasi miraculum a Deo, ut tempore illo cruce-
signati maxime pauperes in toto illo confinio omnes Iudeos, quos invenire poterant, inter-
ficerent ubique in turribus et in villis; unde aliqui Iudeorum pre timore sunt conversi ad
fidem. Videntes hoc domini terrarum, crucesignatos effugarunt, ne deteriora facerent. Qui
procedentes versus mare cum vexillis et signis, sine aliqua utilitate, remissi per dominum
papam, sunt reversi, quia nondum advenerat tempus oportunum. Illo etiam tempore rex
Arragonie[5] multitudinem magnam Sarracenorum, qui mare transierant, prostravit.
1316. Iohannes[k] XXII, de civitate Cartusiensi[6], ex patre ignobili quondam sutori, primo epi-
scopus Avinionensis, postea ad preces regis Sicilie cardinalis factus, in Avinione a cardina-
Aug. 9. libus concorditer eligitur anno Domini 1316. in vigilia beati Laurentii[7]. Hic homo litte-
ratus existens librum septimum Decretalium, quem Clemens antecessor suus compilaverat

a) properata *fortasse corr.* preperata *c.* b) B *deest c.* c) *bis scriptum c.* d) C *deest c.* e) copilatus *c.* f) *lacuna nulla in c.* g) modus *c.* h) ubi *c.* i) compotens *c.* k) *littera* I *deest c.*

1) St. Trond. 2) Non Nov. 11, sed 14. 3) Clemens mortuus est Ptolemaeo (Muratori XI, 1242) et Bernardo Guidonis (ibid. III, 1, 678) auctoribus in castello Rocamaura supra Rodanum. 4) Tienen seu Tirlemont. 5) Iacobus II. 6) i. e. Caturcensi, Cahors. 7) Iohannes non Avinione Aug. 9, sed Lugduni Aug. 7. electus est secundum Ptolemaeum (Muratori XI, 1210), Bernardum Guidonis (ibid III, 1, 679), Continuationem Anglicam supra p. 257.

in consilio Viennensi, approbavit et confirmavit[1]. Hic[2] papa cassavit et reprobavit consuetudinem antiquam canonicorum, scilicet quod defunctus canonicus, qui totam prebendam integre per annum solebat recipere, propter debita sua solvenda et etiam exequias suas faciendas, non habet nisi grossum, et successor suus distributiones vel eiusmodi[a]. Hic[3] papa revocavit omnes dispensationes super pluribus dignitatibus, personatibus vel offitiis, decernens vacare tales dignitates, si infra mensem non eligeret quis quod mallet retinere. Hic papa etiam fecit degradari et comburi Hugonem episcopum Cartusiensem[4], culpis suis exigentibus, scilicet infidelitate contra ecclesiam, oppressione subditorum suorum, periurio et irregularitate, et hoc de consilio fratrum suorum. Hic canonizavit beatum Thomam de Aquino ordinis Predicatorum anno Domini 1323, pontificatus sui anno 7. Obiit autem 1323. anno Domini 1334. circa festum Andree apostoli gloriosi. 1334. Nov. 30.

IMPERATORES.

f. 41.

Willelmus[b] comes Hollandie imperavit in Alemannia anno Domini 1249. Hic fuit 1247. electus contra Fredericum post mortem lantgravii Turingie; et veniens Aquisgrani, cives noluerunt ipsum recipere ad coronam. Qui retrogressus congregavit exercitum magnum crucesignatorum et predictam civitatem obsedit. Demum capta civitate per conductum aque, ibidem coronatus est. Hic cum postmodum Frisones subiugare voluisset, ab ipsis 1248. super glaciem interemptus est, et sic ad benedictionem imperialem non pervenit. 1256.

Isto mortuo, principes Alamannie electores in duo se dividentes, quidam regem Castelle, quidam vero Mart. p. 472. Ricardum comitem Cornubie ad imperium elegerunt. Quod scisma multis duravit annis, et sic neuter regnavit. Postmodum autem quendam comitem de Havsborc[c], virum probum et bellicosum, nomine Rodulphum elegerunt.

Rodulphus[d] imperavit anno Domini 1273, et hoc per Alamanniam; et hic etiam caruit 1273. benedictione imperiali. Hic Rodulphus rex, congregata multitudine, secundo anno imperii sui processit contra regem Bohemie, et inito durissimo bello, ab ipso Rodulpho Bohemie rex, a suis traditus, interficitur, ceteris fugatis et occisis[5]. Hic tempore suo multa bella per Alamanniam feliciter gessit. Huius tempore quidam veniens apud Nuse supra Renum, dixit se esse Fredericum, et adhuc parvo tempore transacto iterato se dixit imperaturum. Quem postea Ziverdus[e] archiepiscopus Coloniensis comburi fecit. Huius tempore Iohan- 1286. nes primus dux Lothringie[f] et Brabantie contra Ziverdum archiepiscopum Coloniensem, 1288. Rainaldum comitem Guelrensem, Henricum comitem Luceburgensem cum eorum complicibus campestre bellum optinuit, quam pluribus captis et occisis, et sic ducatum Lemborgensem[g], pro quo tempore longo decertaverat, obtinuit. Cecidit ibi nobilis comes de Lucenborch Henricus cum duobus fratribus. Archiepiscopus vero Coloniensis, Reinaldus comes Gelrensis et Adulphus comes Nassie captivi remanserunt, anno Domini 1288, mense Iunio, in die beati Bonifatii, anno primo pontificis domni Nycholai IV. Huius tempore floruit Iun. 5. Albertus de ordine Predicatorum, doctrina et scientia mirabilis, qui magistrum Sygerum in scriptis suis multum redarguit. Qui Sygerus, natione Brabantinus[6], eo quod quasdam opiniones contra fidem tenuerat, Parisius subsistere non valens, Romanam curiam adiit ibique post parvum tempus a clerico suo quasi dementi perfossus periit. Hic Rodulphus postquam devicerat regem Bohemie, pace reformata, filiam suam filio regis Bohemie, tunc regi[h], dedit uxorem[7]. Huius tempore circa principium imperii sui comes Iuliacensis[8] cum duobus 1277. filiis suis et quam pluribus militibus nobilibus preelectis apud Aquisgranum, quia fraude civitatem capere et cives opprimere credebant, penitus sunt interfecti. Quam civitatem postea Iohannes primus dux Lothringie et Brabantie cum magno labore cum adversariis concordavit. Huius facti simile ante regem Rodulphum tempore vacationis imperii[9] accidit in Colonia. Nam Theodericus dominus de Valkenborch cum militibus et aliis civitatem

a) e9o *c.* b) *littera* W *deest c.* c) Haufbort *c.* d) *littera* R *deest c.* e) Riuerdus *c.* f) Lothrigie *c.* g) Lomborgensem *c.* h) rege *c.*

1) Promulgatus est Liber Septimus a. 1317. 2) Cf. Bernardum Guidonis p. 681. ad a. 1317. 3) Cf. ibidem. 4) A. 1317; cf. Bernardum Guidonis p. 680. 5) Duo, quae Rudolfus contra Otocarum gessit, bella auctor confudit. 6) Nescio an idem sit de quo Ann. Parchenses (SS. XVI, 608) ad a. 1304: *dominus et magister Sygerus abbas in Parcho obiit, natus de Vinkenbosch.* 7) Wenceslao II. nupsit Iutta a. 1285. 8) Wilhelmus; cf. Ann. Parchenses SS. XVI, 608. 9) Anno 1269; cf. Ann. Agrippinenses SS. XVI, 736.

intrans incaute, ibidem remansit interfectus. Quod exemplum postea filius suus Walleramus precavens[a], cum comite predicto veniens, extra civitatem remansit, habito consilio saniori[b].
1285. Huius etiam tempore Philippus rex Francie crucesignatus cum maxima multitudine exercitus pergens in Arragoniam contra Petrum, socerum[1] suum, depopulatis aliquibus terris,
1293. rediens apud Carcasonam[2] defunctus est. Huius tempore maxima guerra exorta est inter[c] regem Frantie Philippum, filium Philippi, et regem Eduardum Anglie propter terram Gasconie, in qua multi terra marique ex utraque parte diversis[d] locis[e] et temporibus perempti sunt. Huius tempore Florentius comes Hollandie, devictis Frisonibus[f] occidentalibus, et ultione recepta de morte patris sui Willelmi regis, ...[f'] quidam Friso ipsum regem retro ignem suum sub terra in trunco ligneo pendentem[g] demonstravit, mortem sic evadendo. Quem
1282. comes cum magna reverentia Hollandiam reportavit. Iste Rodulphus cum per 18 annos
1291. regnasset, raptoribus et castris eorum destructis ubique in regno suo, defunctus est et in ecclesia maiori Spirensi sepultus.

1292. Adulphus[h] imperavit anno Domini 1290. in Alamannia, nec pervenit ad imperialem benedictionem. Hic comes Nassie, propter miram probitatem et militie florem electus in regem et Aquisgrani a principibus coronatus est. Huic multi principes et prelati, qui predecessori suo favebant, rebellabant. Unde Albertus, filius Rodulphi regis, dux Austrie, existens monoculus, istum cum suis fautoribus in bello campestri optinuit, et victoria habita, ipsum
1297. *f. 42. decollavit imperio sibi usurpando. Istius tempore Philippus *rex Francorum cum fratre suo Carolo Flandriam devastat.

Hic Adulphus cum magnam pecunie summam ab Eduardo rege Anglie inita confederatione accepisset, et ipse rex in Flandriam cum Anglicis et Galensibus in adiutorium comitis Flandrie[3] contra regem Frantie pervenisset, pactum dictus Adulphus violavit, forte propter guerras in regno suo sibi imminentes, ut postea rei probavit eventus, quia in brevi, ut supra dictum est, exstitit occisus. Rege autem sine aliqua profectione et utilitate in terram suam revertente, comes Flandrie cum suis filiis, eo quod sui infideliter se adiuvabant, facta
1300. pace ad voluntatem regis Francie, transivit in captivitatem, totam Flandriam rege optinente.* Huius tempore Florentius comes Hollandie a domesticis et suis familiaribus per proditionem captus est*; et tandem exorta fama, Frisones alieque gentes ipsos persequebantur; et viso
1296. quod eum retinere non possent, ipsum interfecerunt. Unde omnes de genere proditorum existentes aut occisi sunt aut a patria effugati. Huius Adulphi tempore Iohannes dux Brabantie pergens ad ludum sollempnem apud opidum Barrense[4], cum ipse et quidam miles Petrus Burgundus strenuus ad singlantem[i] fixionem[i] se prepararent, admissis dextrariis, se graviter interfixerunt, et conquassatis equis et corporibus eorum, equi et ascensores ad ter-
1294. ram repente ceciderunt, et transverberato brachio ducis, ibidem est defunctus. Huius anno
1299. penultimo Philippus rex Frantie et Eduardus rex Anglie mediante matrimonio pacificati sunt.

1298. Albertus[k] imperavit anno Domini 1299. Hic fuit filius Rudolphi regis et dux Austrie,
1301. qui et Adulphum interfecit. Cum archiepiscopo Coloniensi[5] guerram habuit, in circuitu
1300. terram vastans et multa mala faciens. Contra Iohannem comitem Hollandie[6] navigio venit, et cum apud Numegen applicuisset, comes pre timore, mediante duce Brabantie Iohanne secundo, pacem iniit. Quam revertente rege protinus confregit et violavit. Nam aliquos contra pacem in Zelandia[l] occidit.

1301. Huius tempore comitas Brugensis[m] et nobiles civitatis de assisia[7] inter se disceptantes, aliqui sunt occisi. Quare Iacobus de Sancto Paulo in civitatem veniens ad vindictam, cum multis nobilibus Francigenis[n] est miserabiliter confusus, et multi interempti, ipso solo Iacobo fugiente. Nam Petrus quidam rector, quem comitas sibi prefecerat, ipsam ad hoc excitavit. Qui postea cum comitate perscrutans omnes opidanos predivites et regis Frantie
1302. fauctores in ipsa civitate, in Ardenborch et omni vicinio et finibus eius inveniabiliter occidit,

*) non per proditionem, sed quia comiserat adulterium etc. cum uxore etc. *add. manus posterior in marg. c.*

a) precamus *c.* b) seniori *c.* c) contra *c.* d) *correctum ex* adversis *c.* e) latis *c.* f) Frisionibus *corr.* Frison. *c.* f') *quaedam deesse patet.* g) pedentem *c.* h) *littera* A *deest c.* i) *ita c.* k) *littera* A *deest c.* l) Zolandia *c.* m) Burgensis *c.* n) Francegenis *c.*

1) Immo levirum. 2) Immo Perpignani. 3) Guidonis. 4) Bar-le-Duc. 5) Wigboldo. 6) De Avesnes, comitem Hannoniae, filium sororis Wilhelmi regis, qui comitatum Hollandiae sibi vindicavit. 7) Idem quod *accisa, cisa.*

omnes possessiones eorum diripiendo. In qua civitate plus quam 4 milia cecidisse dicuntur. Iste Petrus dictus Rex[1] cum comitate Brugensium[a] et convicinis omnes civitates Flandrie aggrediens, a iurisdictione regis Frantie revocavit, et eos qui cum comite eorum fuerant ante exanimes viriliter animavit. Et accedens cum Brugensibus[b] ad Corterike, ubi thesaurus regis erat reconditus, castrum obsederunt. Rex vero, comperta dampnosa cede suorum, misit omnes de regno suo comites et duces et stipendiarios cum innumerabili multitudine bellatorum ex diversis patriis preelectis in Flandriam; qui pene omnes ibi a Flamigenis interfecti ceciderunt, excepta una turma, que ad bellum non pervenit et aufugit[c]. Ubi dicuntur plus quam 40 milia hominum interiisse, inter quos cecidit nobilis comes de Arthois, comes Sancti Pauli cum fratribus, Godefridus de Brabantia, Iohannes, filius comitis de Hollant, et alii multi, quos enumerare longum est. Etiam multa bella alia suo tempore postea ipsi Flandrenses viriliter gesserunt. Sed in Zelandia in bello Guidonem captum, comitis 1304
filium, perdiderunt....[d.2] ubi nobilis princeps Willelmus de Iuliaco prepositus Brugensis occubuit, innumerabilibus populis ex utraque parte interfectis.

Huius tempore milites Templarii inventi sunt infideles, et multi ex diversis partibus capti, occisi et combusti, maxime in Frantia. Nam rex Frantie specialiter persequebatur eos.

Hic Albertus, quia Iohannem, filium fratris sui ducis Austrie, ducatu paterno privaverat, ipsum sibi potenter usurpando, et etiam regno Bohemie, unde proximior exstitit heres, ab ipso Iohanne et suis complicibus accepta oportunitate iusto Dei iuditio interfectus est, tem- 1308.
pore domini Clementis quinti, anno 1308. Huius Alberti[e] anno penultimo sedatus est ubi potenter furor[f]. . . . .

a) Burgensium *c.* b) Burgensibus *c.* c) affugit *c.* d) *lacuna nulla in c.* e) A' *supra lineam additum c.* f) *finis paginae, reliqua exciderunt.*

1) de Koning. 2) Hoc loco nonnulla verba exciderunt, quae narraverunt de pugna apud Mons-en-Puelle a. 1304. commissa, in qua Wilhelmus comes Iuliacensis occubuit; cf. Ann. Gandenses SS. XVI, 587. 588.

EX IOHANNIS DE COLUMPNA MARI HISTORIARUM.

Historia universalis, cuius frustula iam edituri sumus, neque inter chronica minora neque inter saeculi XIII. opera potest computari; aptiorem tamen iis locum assignare haud potuimus.

Grande est opus in permagnis tantum voluminibus nobis servatum quod auctor suscepit, historiam tam ecclesiasticam quam saecularem ab initio mundi ad sua usque tempora scribere volens; sed fine destitutum reliquisse videtur; certe qui exstant codices non ultra a. 1250. *progrediuntur. Ille vero circa nonaginta annis post in libro scribendo fuit occupatus.*

Quotquot de hoc opere ad nostra usque tempora inedito[1] *egerunt auctorem quidem Iohannem de Columpna, notissimum saeculi XIII. virum, qui a.* 1255. *archiepiscopatum Messanensem adeptus est*[2], *habuerunt. Neque qui nuper libri partem luci dederunt, Scriptorum rerum Gallicarum et Francicarum editores*[3], *ab hoc caverunt errore. Iam antea vero, nonnullis locis ex codicibus Parisiensibus a V. Cl. Schweizer mecum communicatis, ea posterioris esse temporis, intelligere mihi videbar; idque opere accuratius examinato confirmatum vidi.*

Iohannes enim non solum archiepiscopum illum verbis laudat, quae de se ipso vix scripsisse putandus est[4], *sed uno loco*[5] *ad ea provocat quae a.* 1339. *facta sunt, altero se a.* 1340. *scripsisse diserte monet.* Post hos *(Eusebium, Hieronymum, Sigibertum, Vincentium), inquit*[6], ego omnium minimus hoc opus agressus, cum ingenti labore omnia retro tempora (tempore *cod.*) complectens, usque ad hec tempora hystoriam texui. In qua non solum lecta, sed eciam audita et visa conscripsi, scilicet usque ad annum qui fuit incarnationis benedicti Filii Dei 1340, sedente in cathedra Petri domino Benedicto XI[7].

Quod vero sibi proposuerat haud assecutus esse videtur; certe operis ultra a. 1250. *deducti nullum exstat vestigium*[8]. *Neque de vita auctoris quidquam*

1) Ita iam Trithemius, SS. eccl. 550, p. 132: *Iohannes de Columna, patria Romanus, ordinis fratrum Praedicatorum, archiepiscopus Messanensis, vir in divinis scripturis exercitatum habens ingenium, nec secularium literarum ignarus, historiarum transacti temporis sagacissimus perscrutator. Scripsit ingenii nobilis non spernenda opuscula, quibus nomen suum posteris notificavit. E quibus extat volumen quod praenotavit Mare historiarum lib.* 10. *Epistolae ad diversos lib.* 1. *Alia quoque nonnulla edidit, quae ad notitiam meam minime venerunt;* Vossius de Hist. Lat. (1651), p. 480, qui Philippum Bergomatem et ipsum Trithemium castigat, Iohannem recte in saec. XIV. ponentes; Oldoinus, Hist. pont. et card. II, p. 361; Quetif, SS. Praedic. I, p. 419; Fabricius, Bibl. med. aevi ed. Mansi I, p. 404; Hist. liter. XIX, p. 391; Gregorovius, 'Gesch. Roms' V, p. 608. — Oldoinus Iohanni Romanorum pontificum historiam, Fabricius praeterea libros de infelicitate curialium, de viris illustribus ethnicis et christianis, de gloria paradisi, Vossius vero librum de hierarchia subcoelesti tribuit, ineditos ut videtur, et de quibus non constat utrum archiepiscopo illi an nostro debeantur. 2) Eum post Nicosiam translatum, ibique a. demum 1313. obiisse, Gams p. 950. refert, nescio qua auctoritate fultus. 3) XXIII, p. 106. 4) VII, 163. Hunc locum editores illi p. 108. 'ab anonymo quodam superadditum' censuerunt. 5) VII, 30. 6) VI, 13. 7) lege: XII; obiit anno 1342. 8) Nam Trithemio vix fidem habere licet, decem fuisse libros, quorum duo vel tres deperditos lugere deberemus. — Antoninus Florentinus Lib. XXIII, c. 11, § 2. ita de eo refert: *Post eum* (Vincentium) *scripsit historias Iohannes de Columna Romanus ab initio mundi usque ad*

compertum habemus. Nomine ad gentem illam Romanam celeberrimam Columnensium refertur; archiepiscopo illi et huius avunculo cardinali ecclesiae Romanae, quorum mentionem facit, familiaritate coniunctum eum fuisse, verisimile est; animum imperatoribus propensum, Guelfis hostilem, quo tota familia excelluit, prodit[1], *sed ecclesiae iura Heinrici IV. et V. tempore defendit*[2]. *Romanus et frater ordinis Praedicatorum libri tam titulo*[3] *quam indole indicatur. Nam pauca quae de suo addidit locis aliunde exscriptis ad Romam vel vicos spectant vicinos*[4]. *Cardinalem diaconum S. Angeli eiusdem nominis, qui tunc vixit († 1348), a nostro diversum putarim, quippe qui neque ordini Praedicatorum adscriptus fuisse neque Romae, sed Avinione vixisse videatur*[5].

Opus septem[6] *libris disposuit auctor, ita quidem ut primo libro historiam usque ad Troiam destructam et primum Iudaeorum regem continuaret, secundo res ante Alexandrum Magnum gestas traderet, tertio usque ad Corinthi eversionem, quarto ad Caesaris tempora*[7], *quinto et sexto usque ad Karoli Magni coronationem Romanam narrationis filum deduceret. Ultimi libri septimi conspectum hic exhibendum duximus.*

Huic conscribendo Vincentii[8] *et Martini*[9] *libros, et ipsos sane non magnae auctoritatis, fundamenta posuit. Praeterea Gotifredi Viterbiensis Pantheo, Romoaldi Salernitani Annalibus*[10], *Wilhelmi Tyrii et Iacobi de Vitriaco rerum a crucesignatis in Oriente gestarum historiis, Gestis pontificum Romanorum tam prioribus quam continuationibus usque ad Gregorii IX. tempora additis, Gerardi de Fracheto historia ordinis fratrum Praedicatorum et chronico brevi usus est. Quibus ducibus res tam in Oriente quam in Occidente gestas fusius exponere studet; sed fontibus uberioribus praesertim in Germanorum historia destitutus, non raro coniectura lacunas explere vel res ab auctoribus breviter traditas inter se coniungere et ad historiae continuae formam redigere conatus est; quod quam parum feliciter ei cesserit, nonnullis saltem exemplis docere voluimus. Nonnulla sunt, quae ad certos fontes referre nequivimus, praesertim in Friderici II. historia, eaque non contemnendae auctoritatis. De cetero autem ex hoc libro haud multum bonae frugis capi posse*[11], *profiteamur oportet.*

tempus suum, non multo tamen post eum abbreviavit autem (alter?) addens ad gesta principum et imperatorum et dicitur Mare historiarum. Nescio an dicere voluerit, a Iohanne Vincentium, vel ab altero quodam, cuius nomen omissum, Iohannis librum abbreviatum esse. Cf. p. 268 n. 1. Singulari errore Potthast p. 520. chronicon s. XV. ex. *Rudimentum noviciorum* inscriptum fortasse Iohanni de Columna tribuendum esse censuit. Nihil eiusmodi ap. Seelen, Sel. litt. ed. 2, p. 558, qui de libro illo egit, invenies. 1) VII, 85. 2) VII, 43. 44. 68. 3) *Incipit Mare historiarum compositum a fratre Iohanne de Columpna Romano ordinis fratrum Predicatorum.* Loco a Quetif l. l. allato 'Speculum quoddam historiale ad instar speculi Vincentii' Ioannis Romani laudatur, quo quin hoc opus intelligatur, dubitari nequit. 4) VII, 70. 122. 5) Cf. Oldoini Hist. pontif. et card. (Romae 1677) II, p. 428; Palatii Fasti card. p. 618. Vix ille 'omnium minimum' se dixisset neque titulo dignitatem suam siluisset. Iacobus de Columpna, quem alii historicum dixerunt (cf. Voss. l. l.), cardinalis ille esse videtur, qui c. a. 1318. obiit; de quo vide quae in libello de Iordano Osnabrugensi p. 5 sqq. monui. 6) Codex alter Parisiensis (4915) ita: *Sequitur tabula sive repertorium presentis voluminis et capitulorum eiusdem, quod volumen continet 7 libros et 732 capitula,* et post indicem iterum: *Mare historiarum continet septem libros conclusos in 732 capitula.* Alter (4914) iam 8 numerat libros, sed f. 248: *Explicit liber VI. Incipit liber VII:* numeri post mutati sunt *VII.* et *VIII;* in indice vero prima manu libri tantum 1—4. distinguuntur, et post scribitur: *Explicit liber sextus. Incipit liber septimus;* quod recentiori manu est correctum. 7) In cod. Par. 4914. in fine libri IV. fol. 195'. et 196. spatio vacuo relicto lacuna maior indicatur, in margine nota adiecta: *Hic deficit historia et r.* In indice libri 4—7. non distinguuntur. 8) Hunc etiam VII, 16. affert: *ut frater Vincentius scribit.* 9) VII, 16. 29. 42: *ut dicit frater Martinus in sua chronica.* 10) Forte quis de historia Normannorum, quam a Romualdo exscriptam esse V. Cl. Arndt statuit, cogitare posset; sed ubique Romualdi vestigia premit. Locos quosdam, ut id ostenderem, recepi. 11) Quod rerum Gallicarum Scriptorum editores l. l. dicunt: 'Hoc autem pro comperto habendum est, eum de beato Ludovico nonnulla retulisse quae ceteris in chronicis frustra requiras', non de omnibus quae imprimi fecerunt valet, quorum magna pars ex Vincentio est descripta.

Saeculo XIV. auctor chronici anonymi tempore Karoli IV. imperatoris scripti (cod. Par. Nr. 4916*), saec. XV. Antoninus Florentinus eo usi sunt. De aliis non constat.*

Neque per medium aevum magnam eum assecutum esse famam, pauci qui exstant codices ostendunt. Quorum unus partem tantum libri exhibet, operi simili Landulphi de Columpna imperfecto subiectam. Hic enim nonnullis annis post Iohannem compendium historiae universalis scribendum suscepit, quod Breviarium historiarum *nominavit, idque Iohanni papae XXII. dedicavit*[1]*; sed ne eam quidem metam attigit, in qua ille constitit, cum non ultra Benedicti III. papae et Iohannis Anglici* 'qui ut dicitur femina fuit', *vel Sergii II. tempus progressus sit. Quod nota codicis edocemur, in quo ex Iohannis libro supplementum additum est*[2]*:* Ista que secuntur sunt de cronica composita per fratrem Iohannem de Columpna, que dicitur Mare istoriarum, que hic sunt adiuncta, quia Landulphus de Columpna, qui precedentem cronicam componebat, preventus morte non potuit ultra precedentia complere. *Num et ipse Landulphus Mari historiarum usus sit, nescio. Fortasse ex eadem gente oriundus*[3]*, in Gallia vixit, ecclesiae Carnotensis canonicus, cui etiam liber De statu et mutatione Romani imperii (De translatione imperii*[4]*) aliaque tribuuntur*[5]*.*

1) Praefationem hucusque, quod sciam, ineditam ex cod. Paris. Nr. 4912. hic proponere iuvat: *Sanctissimo patri, ac domino suo, domino Iohanni Dei gratia sacresancte Romane ecclesie summo pontifici suus humilis et devotus servus Landulphus de Columpna canonicus Carnotensis cum omni devotione pedum oscula beatorum et sacresanctam ecclesiam regere, ut Regi regum valeat conplacere. Cum hystoriarum multitudinem iugi scrutinio meditor et contingentium post creationem primi hominis et mundi propter hominem pelagus intencta meditatione revolvo scriptorumque varietatem et librorum recenseo infinita volumina, mentem occupat quidem diffidentie torpor, et animus refugit a notitia et investigatione gestorum. Nam si per quatuor principalia regna secundum quatuor climata mundi disposita hystoriarum seriem investigare dispono, vix tempus vite communis sufficit ad legendos auctores eorumque varietates secandas qui dictorum regnorum principalium hystorias descripserunt. Quando enim Pompeii Trogi, qui Babbillonici et totius Orientis gesta descripsit, quadraginta 4 volumina mature discutere poterit humana fragilitas et Iustini dicti Pompeii compendiarii ornate seriem hystorie recensere? Quanta siquidem difficultas, immo fere impossibilitas, est, Titi Livii lacteo eloquentie flore manantis, qui Romanas et Occidentis, immo totius orbis, magnificas descripsit hystorias, infinitos libros ad intellectum legere sententiarum, eius pondus discutere et plene sententiarum et verborum ipsius intelligere veritatem! Quando Orosii, qui Africani et Macedonici imperii facta recensuit, catholicas sententias cum pleno intellectu examinare poterit debilitas intellectus humani? Quando Moysi sacras hystorias et Iosephy Egesippi aliorumque infinitorum istoricorum libros relegere quis et ad plenum intelligere poterit? Certe si quis mature tanti pelagi latitudinem plene recenseat et profundum, vel tanti maris nullo modo experietur periculosa discrimina, vel sine spe perveniendi ad portum huc atque illuc vagus et profugus enatabit. Ut igitur tam procellosi maris laboriosa pericula effugere seu evitare valeat sanctitas vestra, hystorias a creatione primi hominis usque ad moderna tempora abreviare curavi et pauca de multis brevissimaque de amplissimis a tot preclaris digesta scriptoribus in iocundum satis compendium recollegi rerumque notabilium seriem ita sub breviloquio ad notitiam vestre sanctitatis deducere procuravi, ut nec ex multiloquii tedio que narrantur reddantur insipida nec ex nimie brevitatis conpendio que docentur efficiantur obscura. Et quia sub brevibus in presenti opusculo series rerum gestarum describitur, Breviarium hystoriarum hunc librum nominare decrevi. Est quoque scribentis intentio per distinctiones sex etatum seculi breviter gesta describere, ut cuilibet etati sua gesta propria tribuantur et facilius comodiusque distincta*[a] *per partes que scribam memorie commendentur. Queso igitur, pater sanctissime, pronus in terram, ut benigne suscipere dignemini devotionem fidelis et humilis servi vestri, et si quid in tante profunditatis pelago inveneritis corrigendum, cum correctioni vestre omnia opera subiciantur humana, illud prout sanctitati vestre videbitur corrigatur.*

Explicit prologus. Incipit tractatus. Post fabricam ornatumque mundi etc. De hoc opere fortasse Antoninus cogitavit, cum Iohannis opus abbreviatum diceret. 2) Cod. Paris. 4912, f. 178. Codd. Vatic. 3756. et 7614. usque ad Lotharium imperatorem et Sergium II. deducti sunt, ut V. Cl. Mau mihi retulit; cf. Arch. XII, p. 236. 3) Hist. liter. XXI, p. 151. vero Raoul (Radulphus) de Caloumelle dicitur. 4) De quo cf. Riezler, 'Widersacher Ludwig d. B.' p. 171, qui hunc Landulphum, non Radulphum vel Ludolphum de Columna quendam auctorem habet. 5) Fragmentum chronicae de regibus Francorum, usque ad Karolum IV. (1322—28, *qui nunc regnat*, cuius *gesta scribenda suo tempori reserventur*, a Labbeo editum (Bibl. manusc. I, p. 459), ex priore Breviarii parte sumtum est; ubi regum Francorum historia usque ad Philippi V. mortem post papas Iulium et Liberium inserta est. Chronicon a. 1479. Pictavii impressum dicitur; Cave, SS. eccl. s. XIV, p. 24. — Sunt qui miro errore etiam Historiam miscellam huic tribuerint Landulpho.

a) distinctam ... commendetur *c.*

Neque tamen Landulphi liber omnium votis satisfecit; sed s. XV. ex hoc aliisque epitome facta est usque ad Sigismundi et Martini V. papae tempora deducta[1], *cuius hic mentio fit, ne codices, qui exstant*[2], *cum Landulphi, immo Iohannis de Columpna libro confundantur.*

Huius codices quos novimus duo tantum sunt integri, duo sive initio sive fine destituti.

1) *Codex* ***Parisiensis*** *Nr.* 4914, *foliis* 319 *maximae formae constans, a.* 1381. *exaratus, ut nota in fine voluminis addita edocemur*[3]: Explicit liber intitulatus Mare historiarum, quem scripsi ego frater Guillermus de Verduno monachus monasterii sancti Victoris Massiliensis reverendissimo in Christo patri et domino domino G. de Agrifolio tituli Sancti Stephani in Celiomonte sancte Romane ecclesie cardinali, tunc pro sancta Romana ecclesia in partibus Alamannie legato, sub anno Domini 1381, de mense Augusti, in vigilia sancti Bartholomei, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Clementis divina providencia pape VII. anno tercio. Amen. *Apographum, quamvis satis diligenter factum, mendis tamen nonnullis laborat. Orthographia Italis usitata (*c *pro* s *et vice versa,* ct *pro* t *et alia eiusmodi), num auctori an librario tribuenda sit, dubitari potest; eam vero, cum hunc librum magnae molis benevole Berolinum transmissum exscriberem, retinendam duxi.*

2) *Codex* ***Parisiensis*** *Nr.* 4915, *eiusdem fere formae, foliis constans* 414, *aetatis supparis, sed picturis nitidissimis exornatus, in usum Ursinorum, ut videtur, quorum insignia volumini indita sunt*[4]. *Hunc Parisiis evolvi et lectiones nonnullas enotavi.*

3) *Codex* ***Parisiensis*** *Nr.* 4912, *itidem fol. max., s. XV, quo Landulphi Breviario f.* 178'. *posterior Maris historiarum pars, ut supra diximus, est subiecta, nunc manca, cum post fol.* 190'. *quaedam sint excisa*[5]. *Hoc potissimum libro usi sunt, qui in Scriptorum rerum Gallicarum collectione editionem paraverunt.*

4) *Codex* ***Vaticanus*** *Nr.* 4963, *qui Bethmanno teste in a.* 1098. *desinit, ceteris perditis (Arch. XII, p.* 246*).* *G. W.*

INCIPIT LIBER VII.[a]

1. De domesticis moribus Karoli Magni imperatoris, et de hiis que circa se ipsum gessit, et de eius devotione circa christianam religionem, et de helemosinis eius, et de speciali affectu eius ad urbem Romanam et beati Petri ecclesiam, quam multis donis decoravit atque[b] multis privilegiis exaltavit.

2. De hiis que Karolus Magnus gessit, postquam factus est imperator, et qualiter Romani imperii dignitas in Occidente colapsa eciam in statum pristinum restituta, et de coniuratione contra eum in Germania[c] facta.

3. Qualiter Hirene imperatrix, que execato filio apud Constantinopolim imperabat, a Nicheforo Grecorum principe capta atque exilio relegata est, et de morte Karoli Magni imperatoris.

a) *corr.* VIII. 1. b) et privill. 1[a] *(ita indicem codici praemissum indicavi).* c) Romania 1.

1) De qua cf. Voss. p. 507. Praefatio, cuius partem hic imprimi fecit, incipit: *Decet viros virtuosos precedentium facta sepe ad memoriam revocare, ut bonis preteritis discant dignis operibus incubare et in malis exemplum caveant reproborum, que libentius revocantur memoriaque infiguntur, cum eorum gesta sub compendio reperiuntur. Hoc fine existimo motus fuit dominus Landulphus de Columpna canonicus Carnotensis* etc. 2) Quales sunt Parisienses Nr. 4913. 4943. 9670; Romani: Vatic. Nr. 3757. et Ottob. Nr. 1758 (Arch. XII, p. 236. 367) et Genevensis Nr. 51 (Arch. VII, p. 177). Auctor Vincentii et Martini libros exscripsit, de Friderico II. praeterea monet: *Reliqua vero malorum eius plurima scripta sunt in Floribus cronicorum.* 3) Edidit Quetif l. l. 4) Cf. Quetif l. l. 5) In f. 195. vacuo recentiori manu scriptum legitur: *Hic desunt quaedam folia continuatoris Ioannis de Columna quae mihi subripuit Carolus Labbaeus Parisiis anno* 1612, *ut aliud exemplare eiusdem authoris, quod habebat hac in parte mutilum, suppleret.*

4. De Ludovico imperatore, filio Karoli Magni, et de consilio quod ad reformationem ecclesiarum celebrare[a] mandavit, et de Stephano papa et Pascali, eius successore, et de inventione corporis sancte Cecilie virginis.

5. De controvercia et dissentione Ludovici imperatoris et filiorum, et qualiter per eos ab imperio est[b] depositus, sed postmodum restitutus, et de Romanis pontificibus, et de[c] quibusdam incidentibus illius temporis, et de[c] morte Ludovici.

6. Qualiter Lotharius, filius Ludovici, ex testamento patris factus est imperator, et de bello quod cum fratribus suis gessit, et de pace eorum, et de[d] regni divisione, et de gestis Romanorum pontificum.

7 De hiis que temporibus Lotharii inciderunt, et de incursione Sarracenorum in Italia et expoliatione ecclesie sancti Petri, ob quam causam Leo papa IIII. civitatem que Leonina dicitur circa ecclesiam sancti Petri hedificavit, et quomodo Lotharius, partito regno inter filios, monachus factus est.

8. De Ludovico secundo imperatore, et de eius victoria de Sarracenis, et de discordia Ludovici regis Germanorum cum fratre suo Karulo, et de convertione regis Bulgarorum ad fidem christianam, et de Elfredo Anglorum rege gloriosissimo.

9. De inaudita multitudine locustarum, que in Gallia inundaverunt, post quas orribilis mortalitas in ea provincia est sequta[e], et de Michaele imperatore Constantinopolitano, et de gestis Romanorum pontificum et quibusdam incidentibus in[f] illis temporibus.

10. De Karolo II. Romanorum[g] imperatore, et de eius discordia cum fratre et nepotibus, et de eius[h] morte, et qualiter per filium, ipso Karolo cuidam revelante, corpus eius de loco ubi sepultum fuerat in ecclesia beati Dionisii translatum est.

11. De exordio comitum Flandrie, et de Iohanne Scoto[i] monacho et sophista, et de Anastasio[k] Romane ecclesie bibliothecario et eius scriptis, et adhuc de Elfredo illustri rege[l] Anglorum.

12. De Karolo tercio imperatore[m] Romanorum et morte Ludovici Germanie[n] regis, et de[c] infestatione Galliarum per[o] Normannos, et de miraculo beati Martini, et qualiter Karolus[c] per iudicium principum ab imperio est deiectus.

13. De Arnulpho imperatore, predicti Karoli nepote, et de[p] victoria Normannorum de christianis in Lothoringia, et de conventione Rollonis ducis Normandie[q], qui fuit primus dux Normannorum in Francia et vocatus est Robertus.

14. De mira religione[r] et fervore dicti Rollonis, et de rigiditate iusticie quam servavit, et de gestis Romanorum pontificum, et qualiter Arnulphus imperator Romam obsedit et cepit atque ibi a papa coronatus est.

15. Qualiter Arnulphus imperator contra Guidonem, qui Italiam occupaverat, progressus, ab eo veneno accepto, moritur, et de Romanis pontificibus, et de quibusdam viris illustribus qui eodem tempore claruerunt.

16. De Ludovico tercio imperatore Romanorum, filio Arnulphi, quo tempore denuo occidentale cepit dividi imperium, quibusdam in Germania[s], quibusdam in Italia dominantibus, et de gestis Romanorum pontificum et de morte Ludovici imperatoris.

. . . .

Mart. Unde et ipse[t] fuit finis imperii quantum ad Karoli Magni posteritatem, et in Italia iterum regnare ceperunt. Nam reges Francorum, qui a tempore Karoli Magni et Pipini, patris eius, qui in multis et arduis casibus ecclesiam Romanam iuverant atque a tirannorum infestationibus illam eripuerant, iudicio et auctoritate ipsius ecclesie meruerunt Romanum imperium, quod apud Grecos erat, ad illorum transferri posteritatem. Sed postquam Ludovici inhertia Francorum reges Romanam ecclesiam non iuvabant, ex sententia Romanorum pontificum incepit imperium dividi; nam quidam, ut infra patebit, in Italia, quidam vero per Alamanniam imperabant usque ad Otthonem primum, qui in Italia et in Germania primus ex Theotonicis imperavit. Nam hoc Ludovico in Germania imperante, Berengarius quidam inter Italicos potens Italicum invasit regnum, regnavitque annis 4. Fuit enim, ut historici volunt, vir prudens et in armis valde strenuus. Ludovicus autem, ut Italiam a dominio Berengarii eriperet, cum multo Germanorum exercitu venit in Italiam[1], atque fugato Berengario, Veronam cepit; ubi cum esset, ut dicit Martinus in sua chronica, a suis proditus capitur, et Berengarius imperio restituitur. . . . .

. . . .

17. De Conrado primo huius nominis imperatore, et[u] de victoria eius de Saxonibus, et qualiter Romanus imperator Constantinopolim[v] a Thurcis[w] victus est, post cuius victoriam gens Thurcorum totam maiorem[u] Asiam occupavit, et de numero eorum[x].

18. De Henrico primo huius nominis imperatore, et qualiter Ungari[y], qui Alamanniam invaserant, ab eo victi sunt, et de gestis Romanorum pontificum, et de Eduardo rege Anglorum, et de Ethelstano[z], eius filio, et eius nativitate.

. . . .

Vinc. XXIV, 63. Anno autem imperii eius tercio [barbari[a]] cum innumerabili suorum exercitu locustarum more Alamanniam, Saxoniam et Gallie partem incredibile furore vastare ceperunt. Quod postquam imperator

a) celebrari 1a. b) extitit 1a. c) *deest* 1. d) *deest* 1a. e) s. e. 1a. f) inc. illius temporis 1a. g) i. R. 1a. h) m. e. 1a. i) Scotho 1. k) et Anasthasio 1a. l) regi 1. m) R. i. 1a. n) Germanorum 1a. o) ad Germanos 1. p) *deest* 1a. q) Normannorum 1. r) r. Roberti et 1. s) Italia q. in Germ. 1a. t) ipsi 1. u) *deest* 1. v) *ita* 1a; Costantinopoli 1. w) Turcis *hoc loco* 1. x) eius 1a. y) Bulgari 1a. z) Eldest. 1a. a) *in marg. suppl.* 1.

1) Ludovicum Burgundiae regem et Ludovicum puerum, Arnulfi filium, eosdem habuit auctor.

audivit, iusta ira commotus, copias congregavit, et ut suum augeret exercitum, quoscumque fures aut latrones aut siccarios manu fortes aut bello aptos[a] reperit, indulta eis venia, datis equis eis et armis, milicie ascripsit. Maximo itaque ac fortissimo contracto exercitu, contra barbaros properat. Legitur tamen, in ipso suo progressu vovisse imperator: si Deus de barbaris victoriam tribueret, se symoniacam heresim de suo imperio exterminaturum. Igitur Henricus, Christi fretus auxilio, contra barbaros in vicino[b] iam stantes acies stravit, commissoque prelio, barbaros incredibili cede prostravit. Sed cum multi ex imperii proceres in Henrici odio in hoc bello Ungaris adhesissent, pius princeps dicitur pluries exclamasse suis, ut ad exterminium barbarorum intenti civibus tamen parcerent. Ungari autem victi et fere usque ad internicionem cesi, pacem ab imperatore suppliciter petiverunt. Quibus ad 9 annos ab imperatore concessa est. . . . . Vinc

19. De Karolo rege Francorum, qui in regnum, de quo fuerat eiectus, restitutus, sed postmodum captus in carcere moritur, et de quibusdam que illo tempore per Italiam acciderunt, et de morte ipsius Corradi[c].

20. De Otthone primo imperatore Theutonicorum, qui primus[d] ex Theutonicis imperavit simul in Italia et Germania, et de Iohanne papa Romano et eius vita illecebris plena.

21. Qualiter Ottho contra Berengarium tirannum[e] venit in Italiam, cuius statu composito venit Romam; cuius audito adventu, ille Iohannes papa fugit, sed ad suam sedem redire nolens, alius est electus, qui hunc Otthonem coronavit imperatorem[1].

. . . .

Ante enim eius[2] electionem imperator, congregata synodo episcoporum, Iohannem papam deposuit. Hoc an licite an illicite factum sit, ut vivente papa alius in Petri sede ponatur, non est meum determinare. Nam in presenti opere nostri propositi fuit, res gestas quanto verius describere, non rerum gestarum reddere rationem.

22. De reditu[f] Iohannis pape Romam et eius turpi morte, et qualiter Ottho imperator Romam contra Romanos venit, qui, eiecto papa[g] Leone, alium[h] elegerant; qui, capta Urbe et Leone in sede propria restituto, hos qui dictum papam ceperant in medio Urbis patibulo suspendit.

23. Qualiter Ludovicus, filius Karoli, est per barones vocatus in regnum, et de morte Ethelstani Anglorum regis, et de eius successoribus, et de Dustanno archiepiscopo Cantuariensi, et de Edgaro[i] gloriosissimo Anglorum [rege[i*]], et de eius actibus gloriosis.

24. De quibusdam gestis in Anglia per Dustannum Cantuariensem[k] archiepiscopum, et de morte Ludovici regis Francorum, et de Benedicto papa, et de[l] conversione[m] Danorum ad fidem Christi, et de morte Otthonis imperatoris Romanorum.

25. De Otthone[n] secundo, et de discordia eius cum rege Francorum, et qualiter idem Ottho in Italia a Grecis[o] superatus est, et de gestis Romanorum pontificum, et qualiter Eduardus rex Anglorum a noverca sua veneno occisus est, et de penitencia, quam dicta eius[p] noverca egit post eius mortem.

26. De Otthone tercio imperatore, qui cum aliquamdiu[q] regnasset in Alamannia, Romam veniens, male a Romanis tractatus est, ultimo, ut creditur, ab[r] uxore Crescentis patricii veneno occisus, et qualiter comes Parisiensis regnum Francorum occupavit.

27. De gestis Romanorum pontificum et de Giriberto[s] mago, et qualiter idem Giribertus[s] per diversas dignitates ad Romanum pervenit pontificatum, et de thesauro quem Rome in Campo Marcio reperit.

28. De penitencia et morte Giriberti[t], et de[u] Roberto rege Francorum, filio Hugonis Capet[v], et de[u] eius devotione, et de morte Otthonis[n] imperatoris tercii, et de Fulberto[w] episcopo Carnotensi.

29. De Henrico secundo imperatore Romanorum, qui per electionem 6 principum factus est imperator, et qualiter gens Ungarorum ad fidem christianam conversa est, et de gestis Romanorum pontificum.

Otthone tercio imperatore defuncto, Henricus dux Saxonie Romanorum imperium assecutus est. Cepit autem imperare hic Henricus secundus anno incarnationis Verbi 1003, mundi vero 4966, et imperavit annis 22. Hic Henricus, conciliatis sibi animis quorundam principum, imperium optinuit atque a Maguntino archiepiscopo est inunctus. Vinc. XXV, 1.

Sed sciendum, quod non statim post mortem tercii Otthonis iste Henricus est electus. Nam eo mortuo per annum et eo amplius vaccavit imperium, cum de imperatore eligendo principes Alamannie non concordarent. Nam quamvis isti tres precedentes Otthones per successionem generis regnaverint, Mart post mortem eius, ut dicit frater Martinus, institutum fuit, ut imperator per principum provisionem eligeretur, scilicet per officiales imperii, qui sunt 7, scilicet tres cancellarii archiepiscopi, scilicet Maguntinus Germanie, Treverensis Gallie et Coloniensis Italie, marchio Bradeburgensis, qui est camerarius imperatoris, comes palatinus, qui est dapifer, dux Saxonie, qui ensem ante imperatorem portat, pincerna rex Boemie. Unde versus:

Maguntinus, Treverensis, Coloniensis
Quilibet imperii[x] fit cancellarius horum,
Et palatinus dapifer,
Marchio prepositus camere, pincerna Boemus[y]:
Hii statuunt dominum cunctis per secula summum.

Horum igitur animis sibi conciliatis, ab eis hic Henricus imperator eligitur, fuitque inter imperatores Theotonicorum primus huius nominis imperator. Nam ante eum fuit alius Henricus rex, de quo supra

a) fortes et a. 1. b) vicio 1. c) *ita* 1. 1[a]; *lege:* Henrici. d) p[9] (post) 1[a]. e) tirampnum 1. f) redditu 1[a]. g) *deest* 1. h) alium — Leone *des.* 1. i) Edgaco 1[a]. i*) *deest* 1. 1[a]. k) Canthuar. 1. l) *deest* 1[a]. m) convertione 1[a]. n) Oth. *hoc loco* 1. o) Gressis 1. p) *deest* 1[a]. q) aliqualiter diu 1[a]. r) ab u. *des.* 1[a]. s) Guibert. 1. 1[a]. — Magno 1. 1[a]? t) Guib. 1[a]. u) *deest* 1[a]. v) Chapet 1[a]. w) Falb. 1. 1[a]. x) in peñ sit 1. y) Beemus 1.

1) Auctor tamen cum Martino recte Ottonem a Iohanne XII. coronatum esse narrat. 2) Leonis.

diximus, qui fuit pater Otthonis primi, quamvis cronicatores, quos habemus pre manibus, inter Henricos imperatores secundum Henricum nominent; unde et nos alios secuti secundum Henricum vocamus. . . . .

30. De miraculo sacerdotis, qui indignus videbatur imperatori, quod homo tam turpis sacra misteria tractaret, et de quibusdam illius temporis.

. . . .

Vinc. XXV, 9. Anno eiusdem tercio cometes horribiliter apparuit, que videbatur huc atque illuc flammas dispergere. Sequenti anno fames et mortalitas horribilis est secuta, adeo per totum invaluit orbem, ut sepelientium thedio vivi adhuc spiritum trahentes cum mortuis sepelirentur. Consideravi[a] frequenter, quod, quosciens sidus illud quod cometes dicitur apparet, tosciens fames vel mortalitas sequitur, et hoc diligens lector in multis cronicis reperiet. Anno autem precedenti, quo horribilis illius famis lues Romanam urbem ac totam Thusciam usque ad hominum internitionem affecit, qui fuit ab incarnatione Domini millesimo 339, cometes de mense Iulii per mensem et ultra apparuit, que ad austrum suos radios dirigens, magnam celi partem occupare videbatur. Quo eciam anno fuit eclipsis solis hora diei nona. . . . .

. . . .

Anno 17. imperii sui, qui fuit ultimus, Henricus cum se morti appropinquaturum cerneret, Vinc. XXV, 14. super substitucione successoris consencientibus principibus, ad quorum auctoritatem electio spectabat[b], Conradum, virum egregium, de regali progenie ortum, regni pariter et imperii designavit adhuc vivens successorem, nec multo post moritur.

31. De Corrado secundo imperatore, et de expeditione eius contra Polonos[c], et qualiter tum[d] in Germania tum[d] in Italia contra rebelles gloriose[e] se gessit.

. . . .

Vinc. XXV, 17. Corradus autem imperator cum esset in Germania, pars magna Loginardorum rebellavit. Coniuraverant omnes fere superioris Lumbardie urbes, in hoc ut libertatis sue memores nullum super se regnare paterentur. Quo audito, imperator magno cum exercitu in Italiam subito venit. Quo subito et inspectato[f] adventu territe civitates omnes quasi se imperio tradiderunt. Quibus ad mandata susceptis, diligenti inquisitione premissa, omnes huius rebellionis inceptores in vinculis coniectos[g] Gotif. XXIII, 34. carceri mancipavit. Cepit preterea Mediolanensem archiepiscopum, qui, ut dicebatur, toscius contra imperatorem coniurationis inceptor et actor fuerat, carceri mancipavit. Mediolanumque veniens obsedit, suburbia incendit. Cum- Vinc. que secus civitatem in quadam parva ecclesia in die penthecosten sederet vel staret coronatus ad missam, tam grandia tonitrua et fulgura facta sunt, ut aliqui mente excederent, aliqui et spiritum exalarent. Asseruit autem Bruno archiepiscopus Coloniensis, qui eo die missam sollempniter celebrabat, vir sanctissimus, se inter missarum sollempnia aperte vidisse sanctum Ambrosium imperatorem vultui indignato cominantem, pro eo quod eius successorem carceri mancipasset. . . . .

32. De quibusdam incidenciis sub Corrado imperatore, et de Guidone Areatino musico, et qualiter Drogo dux Normannorum venit in Apuliam atque expulsis Grecis sibi eam subiugavit.

Eodem tempore rex Burgundie moriens Henrico, filio imperatoris Corradi, regnum suum in testamento reliquit. Sed comes Celticus Otho asserens regnum Burgundie ac Gallie Lucdunensis ad se pertinere, congregato exercitu illud invasit. Quare indignatus imperator cum magnis Germanorum copiis regnum illud intravit ac dictum Otthonem multis bellis afflictum ad deditionem coegit, sic regnum Lucdunensis Gallie totum optinuit. Est autem Gallia Lucdunensis ea pars Provincie que est ultra Rodanum ad orientem. . . . .

. . . .

Rom Sal Anno tercio huius Corradi Drogo[1] Normannorum comes, vir armis egregius, religione pius et in agendis strenuus atque famosus, cum 4 ex fratribus eius, magno cum suorum exercitu venit in Italiam. Emensis[h] itaque Lombardia atque Tuscia, Apuliam ingressus est, ter uno die cum Grecis dimicavit atque victor extitit, ac fugatis Grecis, maiorem partem Apulie optinuit. . . . .

33. De Henrico tercio imperatore Romanorum, filio Corradi, et de discordia principum aliquorum et eius coronatione, et de quibusdam gestis eiusdem Henrici.

. . . .

cf Gotifr[2] XXIII, 36. Fuit autem hic Henricus tercius in omni virtute patri Corrado non similis.

34. Qualiter Henricus reges[i] Vindelicorum bello victos tributarios fecit, et de Eduardo glorioso rege Anglorum, et de miraculo 7 dormiencium illi ostenso, et de gestis Romanorum pontificum.

35. De glorioso papa Gregorio, et de[k] eius sancta[k] severitate in eos qui bona Romane ecclesie occupabant, ob quam causam cardinales, cum is venisset ad mortem, virum sanguinum illum reputantes, illum[l] sepelire nolebant[m], et qualiter dominus papa eos severa[k] obiurgatione reprehendit.

36. Adhuc de eodem, auctoritatibus et exemplis probatis, illos errasse[n], et de miraculo apertissime[o] in eius sepultura ostenso, et de Damaso eius successore.

37. De Leone papa VIII, et qualiter volens Apuliam[p] de manibus Normannorum eripere, ab[q] illis prelio victus atque cum multis aliis captus est, et de genealogia dictorum Normannorum, et de corpore Pallantis, filii Errandi[r] Rome invento.

. . . .

a) Considerai 1. b) expectabat 1. c) Polenos 1. d) tam 1a. e) se bene habuit 1a. f) inspecto 1. g) coniectus 1. h) Emensus 1. i) rex Wind. 1a. k) *deest* 1a. l) item i. 1. m) minime intendebant 1a. n) orasse 1a. o) apertissimo 1a. p) v. (a *post suppl.*) N. m. Ap. e. 1a. q) a. i. *des.* 1a. r) *ita* 1a; Eunaudi 1; *lege* Evandri.

1) Haec ex Romoaldi Sal. narratione, SS. XIX, p. 403 sqq., facta esse, opinor. 2) Qui contrarium dixit.

Sub istius pontificatu Normanni magnam Apulie partem occupatam tenebant, nec Romane ecclesie in aliquo respondebant, quare Leo papa multis precibus ab imperatore Henrico optinuit, ut ad depellendum Normannos de Apulia ecclesiam iuvaret. (cf. G. pont. rom. Gotif. I, 1) Qui eius votis annuens, magnum suorum exercitum ad Romam ad papam misit. Cum quibus summus autistes in Apulia contra Normannos profectus, in finibus Sampnii apud urbem Civitatem nomine cum dictis Normannis bello conflixit, a quibus victus magnam partem Theotonicorum amisit. (cf. Vinc. XXV, 27) Ipseque papa cum multis aliis captus est. Sed cum princeps Normannorum ipsum relaxare vellet, papa renuit dicens, quod sine suis, quibus ipse calamitatis causa fuerat, numquam ad propria esset reversurus.

Quo anno, qui fuit ab incarnatione Domini 1057, Umfridus Normannorum comes diem clausit extremum. (Rom. p. 405) Cui Bayelardus filius in ducatu successit, vir animo fortis et in bello strenuus, set non diu dominio potitus est. Nam Robertus dictus Guischardi, Umfridi frater ex matre, filius autem Tancredi, illum ab honore deiciens, ducatum Normannorum in Apulia optinuit. Hic autem Tancredus, Guischardi pater, 12 genuit filios, omnes viros prudentissimos atque in armis strenuos; inter quos hic Robertus Guischardi septimus in ordine fuit. (p. 411) Fuit autem vir magnanimus, prudens, largus et in armis exercitatissimus. (p. 405.) Sed dominandi cupidus Apuliam, Calabriam, Campaniam et Siciliam suo dominio acquisivit. (p. 411) Militarem autem disciplinam semper rigidissime atque severissime rexit. (p. 409) Hic uxorem habuit Sildegattam, Salernitani principis filiam, que sexu quidem mulier, sed concilio ac prudencia homines excessit; ex qua tres filios genuit, scilicet Rogerium, Robertum atque Guidonem, et filias; ex alia vero uxore Alberada nomine quartum habuit filium nomine Boamundum, de quo multa postea nobis dicenda erunt.

Denique Leo papa post multa sancta opera moritur. (p. 405.) Hic primus Romanorum pontificum manu armata ad bellum processit. Qui quamvis sanctus fuerit et pio hoc animo fecerit, tamen quia id sui non erat officii neque hoc illi permissum fuerat, qui antea primo pastori Petro dixerat: *Mitte gladium in vaginam:* (Ioh. 18, 11.) ideo, ut diximus, exercitus eius in conspectu illius cesus est.

38. Qualiter hoc tempore ecclesia[a] dominici sepulcri in Iherusalem, que actenus precepto Hequen Egipti destructa fuerat, per Constantinum Monomachum imperatorem Constantinopolitanum rehedificata est sub Nicheforo[b] patriarcha.

39. De gente Thurcorum[c], unde dicta sit et qualiter magno tempore sub tributo Persarum mansit, et quo modo iugo excusso regnum illorum exierunt[d].

Quoniam autem in sequentibus de gente Thurcorum perfrequenter nobis in opere presenti dicenda erunt quam plura, non videtur alienum a nostro proposito de ortu et prima origine gentis huius et processu ad hunc exellencie gradum, in quo iam multis annis stetisse leguntur, aliquit presenti operi interserere.

Gens igitur Turcorum sive Thurcomannorum . . . .

. . . .

40. Qualiter dicti[e] Thurci, excusso iugo servitutis, regem sibi elegerunt. Quo duce primo victis Persis postmodum totum[f] fere Orientem occupaverunt.

41. Sequitur[g] de turbacione ecclesie Gallicane per Berengarium heresiarcham.

42. De Henrico IIII. Romanorum imperatore et Agne, eius matre, et de gestis Roberti Guischardi, et qualiter, occupata Apulia et Sicilia, Romane[h] ecclesie vassallus effectus[i] est, et de[k] Mathildi comitissa, et de[k] donatione facta beato Petro.

. . . .

Fuit autem hic Henricus ore facundus, ingenio acer, helemosinis largus, in re militari fortunatissimus et expertissimus. (Vinc. XXV, 117) Nam bis sexagies, ut legitur, collatis signis dimicavit. Et licet malorum ductus concilio fuerit sancte Romane ecclesie persecutor, fuit tanto tempore princeps valde gloriosus ac fortunatus, quamvis circa finem iusto Dei iudicio ob recompensationem atrocitatum et persecutionum, quas clero contulit, multas ipse non solum a principibus imperii, verum eciam a proprio filio pertulit[l] calamitates . . . .

Quo tempore inclitus dux Robertus Guischardi a civibus Troyanis vocatus, ipsam illorum urbem, volentibus ac consentientibus, in suam ditionem suscepit. (Rom.) Non autem multo post subito cum exercitu in Calabriam profectus, Regiam civitatem expugnavit, et eo ex tempore dux vocatus est. Cum autem iam maiorem partem regionis optinuisset, volens sibi et suis posteris perpetuare imperium, Romam ad Nicholaum accessit, atque ex terris quas ipse acquisiverat, quod ad ius Romane ecclesie pertinebat, eius vassallus effectus, eidem summo pontifici[m] fidem servaturum, eidemque pape ac eius successoribus canonice intrantibus. Quo facto, statim ipse summus pontifex Nicholaus de honore ducatus sui per vexillum investivit eundem. Factum est hoc anno ab incarnatione Domini 1060. . . . .

43. De nativitate Guillelmi ducis Normandie, et qualiter idem dux magnificus in Angliam transiens, Aroldum Anglie regem bello vicit ac vita et regno privavit ipseque rex Anglie[n] factus est.

44. De Gregorio VII. papa qui Aldebrandus dictus est[o], et de eius magnificis gestis, et de causa discordie inter ipsum et Henricum imperatorem, et de concilio[p] ab eo Rome celebrato.

. . . .

Gregorius VII. . . erat autem vir religiosus ac timens Deum, iusticie et equitatis amator, in adversis fortis, in prosperis temperatus. Fuit preterea vir valde cordatus et ecclesie iurium defensor accerrimus et qui propter Deum in hiis que ad iusticiam pertinebant nichil timuisset perferre . . . .

. . . .

Cumque iam pax inter sacerdocium et regnum videretur intervenisse, iterum suadente

a) *deest* 1. b) Nichefore 1a. c) monachorum 1a. d) exiverunt 1a. e) *deest* 1a. f) f. t. 1a. g) *haec des.* 1a. h) e. R. 1a. i) e. e. *des.* 1a. k) *deest* 1. l) multas p. 1. m) *supple:* promittens. n) in Anglia 1a. o) e. d. 1a. p) consilio 1.

diabolo inter eos, scilicet papam et imperatorem, scisma gravissimum oritur. Cuius scismatis causa hec fuisse videtur. Inoleverat enim consuetudo presertim in imperio, quod, defungentibus ecclesiarum prelatis, anulus et baculus pastoralis ad dominum imperatorem dirigebatur. Unde postmodum unum quemlibet de familiaribus et capellanis suis ad ecclesiam vaccantem dirigebat, ut ibi pastoris fungeretur officio, non expectata cleri electione. Quod dominus papa contra omnem fieri honestatem conciderans et iura ecclesiastica in eo facto conculcari perpendens, semel, secundo ac tercio eundem imperatorem commonuit[a], ut a tam detestabili presumptione desisteret. Quem preceptis salutaribus commonitum cum Mart. illum revocare non posset, ob hanc causam Rome centum et decem episcoporum concilium congregavit. In quo primo dictum Henricum tamquam periurum et ecclesie Dei persecutorem et subversorem cf. Petr. Pis. excommunicavit. Excommunicavit eciam omnes ecclesiasticas personas que de manibus cuiuscunque secularis persone investituram reciperent . . . .

45. Qualiter Henricus imperator contra Romanam ecclesiam insurgens, contra papam per episcopos Lumbardie Guibertum[b] Ravennatensem archiepiscopum in papam eligi fecit, et qualiter a papa excommunicatus, victis[c] bello Saxonibus[d], in Italiam venit[e] atque Romam obsedit obsessamque expugnavit.

Henricus autem imperator, postquam se excommunicatum comperit, non iam clam neque in occulto Romanam persequi cepit ecclesiam, et ut domino pape Gregorio rixam multiplicaret et scandala, egit cum episcopis Lumbardie, ut pro maiori parte in reprobum Mart. sensum dati ad peticionem dicti imperatoris Guibertum Ravennatem archiepiscopum in papam elegerunt, virum utique litteratum et locupletem. Cui et Clementis nomen imposuerunt. Ad quem veniens rex Henricus, illi ydolo[1] tanquam pontifici reverenciam exhibuit. Qui infelix homo de favore Henrici presumens, in multitudine diviciarum confisus, excluso violenter dicto venerabili viro, sedem invasit apostolicam, ita delirus et ab intellectus sinceritate deficiens, ut id se esse crederet quod falso dicebatur. Cumque prius infelix mundus in maligno positus vias sequeretur periculosas, huius scismatis occasione ad deteriora declinans, omnem Dei et hominum post terga dederat reverenciam, noxia sequens et declinans salutaria. Capiebantur pontifices, et quilibet ecclesiarum prelati tanquam omicidiorum[f] rei mancipabantur carceribus, bonis illorum confiscatis, quicumque imperatori in hac sua pervercitate non erant consencientes, nec solum ad tempus eis irrogabantur iniurie, verum exclusis imperpetuum successores intrudebantur.

cf. Vinc. XXV, 2. Papa eciam totis viribus contra imperatorem verbis et litteris ubique transmissis pugnat atque quosque potuit ab illo avertit. Principes insuper Theotonie a iuramento fidelitatis, quam illi prestiterant, absolvit atque ipsum ab imperio deposuit. Hac de causa Saxones imperatori rebellant atque aliquos ex Theotonicorum principibus post se trahentes, congregato concilio, post multam deliberationem regem Burgundie Rodulphum contra Henricum imperatorem eligunt. Huic papa coronam auream misit miro opere fabricatam. Cui corone erat scriptum:

Petra dedit Petro, Petrus dyadema Rodulpho.

Hunc Rodulphum Maguntinus archiepiscopus de mandato pape sollempniter coronavit. Qui magnis suorum ac Theotonicorum congregatis copiis Alamanniam intravit, et multis sibi adherentibus, multo tempore cum Henrico de imperio decertavit. Ad postremum, Deo itaque permittente, ab Henrico Gotifr. XXIII, 39. bello victus, occisus est cum multis Saxonum principibus. Henricus autem, hac optenta victoria, primo Saxones, qui capud rebellionis fuerant, multis calamitatibus afflixit. Deinde Sueviam ingrediens, atque civitates et castella demolliens, ad se redire compellit. Set et alios, qui per totum imperium ab illo ex desperatione defecerant, tum minis tum muneribus ad se reduxit. Interea Henricus, occiso Rodulpho, quem valde formidaverat, atque Saxonibus multis preliis profligatis, pacifice videbatur iam imperium possidere. Quare supra se elatus, rem est ausus atemptare Vinc. XXV, 65 nephariam. Nam in festo penthecostes magno principum ac prelatorum Maguncie congregato concilio, Hildebrandum, qui et Gregorium, omnes qui Henrico adherebant, deponendum sensent[g] . . . .

46. Qualiter Henricus imperator capta Urbe papam in castro Sancti Angeli obsedit. Sed audiens Robertum Guischardi[h] in auxilium pape venire, relicta Urbe, in Thusciam[i] fugit, et de quibusdam incidenciis[k] illius temporis.

47. De gestis Roberti Guischardi[h], et quam ob causam contra imperatorem Constantinopolitanum navigavit, et qualiter Alexius, cui imperator exercitus suos comiserat, prodito domino suo, Constantinopolitanum[l] occupavit imperium[2].

48. De bello incliti Roberti Guischardi[h] et Boamundi, eius filii, contra Alexium Grecorum imperatorem et morte ipsius Roberti et successione Rogerii[m], eius filii.

. . . .

a) comonuit 1. b) Gibertum 1[a]. c) victus 1. 1[a]. d) Saxonum 1[a]. e) *deest* 1[a]. f) *corr.* hom. 1. g) *ita* 1; *i. e.* censent. h) Guiscardi 1[a]. i) Tusc. 1[a]. k) incidentibus 1[a]. l) Constantinopolitano imperatore o. i. 1[a]. m) ipsius R. 1.

1) Ita alii de Burdino (Gregorio VIII), antipapa ab Henrico V. constituto; v. Ann. Hildesh. a. 1118. (Patherb. p. 135). 2) Haec quoque ex Romoaldi Annal. hausta sunt.

Accepit autem hic Rogerius filiam Roberti Frisonis comitis Flandrensis, ex qua genuit statim duos filios, Ludovicum et Guiscardum, qui in etate tenera decesserunt; post quorum decessum genuit tercium Guillelmum, qui patri successit in ducatu; sed postmodum sibi coronam imposuit. Rom

49. De Urbano papa Romano, et de morte Guillelmi regis Anglorum, et de Guillelmo, eius filio, viro solertissimo[a] in actibus scolasticis, et de comite[b] Fulcone Andegavensi, et de eius filio Gaufrido[c] Martello, viro valde inclito et in[d] bellis fortunatissimo.

50. De fuga Urbani pape ad partes Galliarum, et de Petro heremita, qui causa peregrinacionis Ierosolimam pergens indeque rediens totum fere Occidentem ad subveniendum christianis qui Terram Sanctam habitabant et ad liberandum Domini sepulcrum concitavit.

51. De generali consilio apud Claromontem ab Urbano papa celebrato[e], in quo principaliter inter alia actum est de subsidio Terre Sancte, unde facta est commocio valde magna[f] in omnibus regnis christianorum, maxime in Italia, Francia et Alemannia.

52. Qui fuerunt principes qui predictum concilium[g] in subsidium Terre Sancte crucem assumpserunt, et de Galtero, qui primus in peregrinos dictum iter agressus est cum sua societate.

53. Qualiter Petrus heremita cum populi copiosa multitudine dictum iter agressus, multa[h] dampna in via passus est, veniensque Costantinopolim[i] atque de mandato imperatoris ultra id quod brachium Sancti Georgii dicitur transiens, omnis illa multitudo a Turcis[k] cesa est.

54. Qualiter dux Lothoringie Gothofredus[l] cum multa comitiva nobilium ex[m] Alamannia egressus pervenit Constantinopolim[n], et qualiter imperator Grecorum contra nostros instruit[o] insidias, set a Latinis victus, ad postremum cum eis pacem finit.

55. Qualiter christiani principes congregati in unum urbem Nicheam expugnaverunt, deinde[p] cum Solimagno Thurcorum[q] principe congredientes[r], victum fugaverunt, et de expugnatione quarundam civitatum.

56. De progressu christiani exercitus et adventu eorum in Anthiocia[s], et de situ dicte[t] civitatis, et qualiter a christianis obcessa[u] atque impugnata est, et de hiis que in dicta obcessione[v] contingerunt[w].

57. Qualiter civitas Anthiocie ex[x] industria domini Boamundi principis Tarenti, tradente eam quodam cive, capta est et in potestate nostrorum redacta, et qualiter nostri ibidem a Corbanach[y] duce Thurcorum sunt obcessi.

58. De calamitate et miseria et famis accerbitate quam exercitus christianus passus est in Anthiocia, Turchis eam obsidentibus, et qualiter quidam ex christianis averterunt imperatorem Grecorum[z], qui[a] auxilium christianis ferebat, ut retrocederet.

60. Adhuc de eodem, et de lancea qua latus Domini perforatum fuit[b] inventa Anthiocie in ecclesia beati Petri, et qualiter christianus[c] exercitus ressumptis animis ex civitate erumpentes exercitum Thurcorum bello contriverunt.

61. Qualiter christianus[c] exercitus post cladem, quam in Anthiocia passus fuit, iterum se ad iter acingentes[d], multis in via expugnantibus[e] civitatibus hostium, Iherusalem pervenerunt cum gaudio et civitatem obsederunt.

62. Descriptio regionis in qua sita est Iherusalem, et de ipsa[f] civitate, et qualiter christianus exercitus fortune impugnantibus expugnaverunt[g], primus dux Lothoringie Gothifridus civitatem ingressus est.

63. Qualiter post captam urbem et ipsius urbis composito statu Gothifridus dux Lothoringie in regem per[h] ipsos est electus, et de inventione ligni crucis in ecclesia sepulcri domini nostri Ihesu Christi.

. . . .

Fuit autem hic Gothifridus de regno Francorum provincia Remensi, civitate Bolonia, cuius pater fuit dominus Eustachius senior illius regionis comes . . . . Vinc XXV, 103

Cuius opera semper fuerunt magnifica et admiratione digna, que usque in presentem diem pro celebri narrantur hystoria. . . . .

64. De victoria christianorum post captam Iherusalem de Egipciis, et de regressu aliquorum principum ad propria, et de electione patriarche in Iherusalem, et de morte domini Gothifredi primi regis Iherusalem, et de[z] successione Balduini, fratris sui, comitis Edessani.

65. Qualiter quidam occidentales principes venientes in Terram Sanctam fraude Grecorum a Thurcis[i] circumventi, ultra 50 milia occisi sunt, quo tempore rex Balduinus impetuose occurrens hostibus, a Sarracenis, multis[k] suorum amissis, victus est[l], et qualiter dominus Boamundus princeps Anthiocienus ab infidelibus victus atque captus est.

66. De discordia Henrici imperatoris cum filio et eius morte, et de Urbano papa et eius gestis contra Guibertum, et de ortu ordinis Cartusiencium, et de hedificatione[m] monasterii Cisterciensis in Burgundia diocc. Lingoniensis.

67. De Lanfranco, Ancelmo[n], Petro Alfonso condam Iudeo et Petro Damiano monacho et eorum libris, et qualiter ossa beati Nicholay per cives Barenses a Mirea civitate Licie Barum translata sunt.

68. De Henrico V. imperatore Romanorum, et[l] qualiter in Italiam, deinde Romam veniens, contra

a) scolartissimo 1. b) F. c. 1a. c) Gaufredo 1a. d) eciam 1. e) *deest* 1. f) mana 1. g) *ita* 1; consilium 1a. h) a in via d. 1. i) Const. 1a. k) Turchis 1a. l) Godof. 1a. m) de 1a. n) Cost. 1a, *et ita variant libri.* o) instituit 1a. p) demum 1a. q) Turc. 1a. r) bellum c. 1a. s) Anthiociam 1a. t) ipsius 1a. u) *ita* 1. v) obsidione 1. w) contra gerunt 1. 1a. x) et industriam 1. y) Carbonach 1. z) *deest* 1a. a) qui max̄ 1; quod 1a. b) est 1a; f. i. fuit 1. c) e. ch. 1a. d) accing. 1a. e) via exp. in via 1. — h. c. 1a. f) c. i. 1a. g) exp̄naverunt 1; *locus corruptus videtur.* h) r. elegerunt 1. i) Thurci 1; Turchis 1a. k) m. s. *des.* 1a. l) *deest* 1. m) *ita* 1a. n) P. A 1a.

fidem et promissionem datam papam Paschalem[a] cum cardinalibus captivavit, quia episcoporum investituras sibi concedere noluerat.

. . . .

Gotifr. c 42. Imperator autem ipsum papam ac cives Romanos, quorum ex isto facto multos exasperaverat, muneribus reconciliare curavit. Unde, ut quidam cronicatores scribunt[1], ab eo munus coronationis accepit. Facta sunt hec anno Domini 1111.

69. Qualiter Henricus imperator filiam regis Anglorum duxit uxorem, et Romam veniens contra papam, multa mala ecclesie et eius fidelibus intulit, atque convocatis ad contionem clero et populo, se de sua malicia excusare nisus est, et de respontione fidelium ad eum.

70. Qualiter Henricus imperator a Bracharensi episcopo in ecclesia beati Petri se coronari fecit, audiensque Rogerium ducem Apulie contra se venire, partem exercitus contra eum misit, et de morte Pascalis[b] pape et successione Gelasii, et de persequtione quam passus est Rome ab hiis qui Henrico imperatori favebant.

. . . .

Audientes autem fautores imperatoris qui Rome erant, maxime Ciencius[c] Fraiapane, hunc papam Pand. V Gelasii factum, congregatis hiis qui sibi in tam pravo proposito adherebant, sine mora armatus cum armatis cucurrit ad locum in quo cardinales elegerant, qui Palladium condam dicebatur, hodie vero Pallara dicitur, qui locus inter Colliseum et Sanctam Mariam Novam situs est. Veniens itaque ad locum tirannus ille, effractis ianuis introivit, atque Dei postposito metu, papam iam electum cepit atque velut alter Dioclecianus pugnis atque calcibus propriis manibus verberavit. Indeque eductum tanquam vile mancipium cum pedibus alligatum carceravit, cardinales atque episcopi ceterique ecclesiarum prelati, qui ad electionem convenerant, ab apparitoribus dicti Cincii[d], alii expoliati, alii verberati, alii vincti cum domino papa carceri mancipantur. Facta autem hac voce per Urbem, convenit multitudo Romani populi atque nobilium, inter quos precipue fuerunt Normanni qui nunc Arbbtesti nominantur et cum illis Bonesti[e] atque Theballesci. Hii omnes uno animo cum multitudine armatorum in Capitolio convenientes, missis nunciis ad Fraiapanem, pastorem suum atque electum pontificem repetunt. . . . .

71. De Calixto papa, qui, missis ad imperatorem tribus cardinalibus, pacem quam voluit ab eo optinuit, facta pace Burdinum, qui se papam faciebat, cepit atque Romam deductum monachum tonsoravit, et de morte eiusdem Calixti et successore eius[f] Honorio, et de morte Henrici imperatoris[g].

72. Qualiter Boamundus Anthiocenus princeps, ex ultramuntanis partibus collecta multitudine, imperium Grecorum invasit, et de captione civitatis Tripolitane per christianos, et de gestis Balduini regis Ierosolimitani[h] secundi contra paganos et morte domini Tancredi principis Anthioceni.

73. De victoria principis Anthioceni de Bursequino Thurcorum principe, et de morte domini Balduini secundi regis Ierosolimitani.

74. De tercio rege Iherusalem domino Balduino de Burgo, et de[g] notabili continencia domini Eustachii comitis Boloniensis, et qualiter idem dominus Balduinus comitatum tribuit domino Iocelino[i] consanguineo suo, et de ortu fratrum militie Templi.

75. Qualiter princeps Anthiocenus cum universo exercitu suo[g] a Sarracenis occisus est, et de victoria regis Ierosolimitani de eisdem[k] Sarracenis, et qualiter postea idem rex captus est, et de notabili facto Armenorum volencium regem liberare, nec potuerunt.

76. Qualiter a christianis Sarraceni de Egipto victi sunt, et de victoria classis Venetorum de Egipciis, et de captione Tirensis[l] civitatis per christianos, et de victoria regis Balduini, et de Bursequino duce Thurcorum[m].

77. De ortu ordinis[n] Premostratensis, et de ingressu[o] beati Bernardi, et de[f] convertione seu fundatione Clarevallis, et de[f] Yvone episcopo Carnotensi, et de[g] Hugone de Sancto Victore monacho.

78. De Lothario imperatore Romanorum, et de incomodo accepto proditione suorum principum in Boemia[p], et qualiter cardinales post Honorii pape mortem ad invicem discordantes, duo electi sunt in scismate, ex quo multa dampna ecclesie Romane[g] pervenerunt.

79. De hiis que gesta sunt in Francia durante scismate, et qualiter Innocentius verus papa ad petitionem Lotharii imperatoris ivit in Alamanniam[q], deinde cum eodem imperatore Romam veniens, fugato antipapa, ipsum imperatorem coronavit atque eius adiutorio Rogerum ducem Apulie fugavit.

80. De gestis orientalium Latinorum contra Sarracenos in Oriente, et qualiter Boamundus II.[f] Anthiocie princeps a Thurcis[m] bello victus atque[g] occisus est, et de morte domini Balduini tercii regis Ierosolimorum[r].

81. De Fulcone 4. rege Ierosolimorum, et de animoso facto Iocelini comitis Edisseni, et de discordia regis Iherusalem et comitis Tripolitani, et qualiter idem rex Sanguinum potentissimum Thurcorum[m] bello vicit atque fugavit.

82. De discordia domini regis Ierosolimitani et comitis Ioppen, et de adventu imperatoris Grecorum contra principem Anthiocenum, et de victoria Sanguini de christianis in comitatu Tripolitano.

83. De gestis inter imperatorem Grecorum et Latinos qui in Anthiocia habitabant, et qualiter rex Iherusalem adiutorio regis Damasceni civitatem Reneadensem[s] recuperavit.

a) Pascalem 1a. b) Paschalis 1a. c) Tuicius 1. d) Tuicii 1. e) Bovesci *Petr.* f) *deest* 1a. g) *deest* 1. h) s. I. 1a. i) Ianc. 1. k) eiusdem 1. l) arensis 1; cirensis 1a m) Turch. 1a. n) Pr. o. 1a. o) ingressione 1a. p) Bohemia 1a. q) Alem. 1a. r) Ierosolimitanorum 1a. s) Radead. 1; *sed in narratione* Pencad. *dicitur.*

1) c. 70, Petro Pisano duce, Henricum a Mauricio Bracharensi episcopo coronatum refert.

84. De morte regis Henrici[a] Anglie et malo[b] statu regni eiusdem, et qualiter ecclesia in occidente ex religiosorum statu florebat, et de viris illustribus illius temporis, et de fundatione monasterii sancti Anastasii apud Aquas Salvias.

85. De Corrado imperatore Romanorum et eius gestis, et qualiter Rogerius rex[c] Apulie, qui ab Innocentio papa fuerat expulsus, victis hostibus dominium recuperavit, et qualiter eciam[d] populus Romanus invito papa senatum recuperavit.

. . . .

Rogerius rex in inmensum exaltatus, cum nullum iam preter Corradum imperatorem haberet obstaculum, Guelphonem Bavarie ducem, Henrici Superbi fratrem, peccunia sua corruptum, contra Corradum imperatorem in Alemannia exitavit. Qui, magno ex peccunia Ciculorum Rogerii regis comparato[e] exercitu, bellum Corrado imperatori intulit, ad postremum ab eo prelio victus, multos ex suis amisit. Gotifr. c. 49

Multi existimant, ab hoc Guelphone duce Bavarie Guelphos appellatos, cuius pestiferum nomen maxime in Italia invaluit, ut numquam idem potuerit extirpari. Nam quia hic Guelfo se imperatori opposuit, hii Italicorum populi qui imperiale dominium in Italia detractant usque in hodiernum diem Guelphi appellantur. Unde illorum opinio satis videtur esse consona veritati. Sed imperii fideles, qui partem imperii in Italia fovent, quare dicantur Guebellini, nec scriptum reperi nec comperi adhuc ab aliquo autentico relatore. . . . .

86. De Eugenio papa, et qualiter imperator Iohannes Grecorum in Siriam rediens adeo[f] premabili[g] in[h] Silicia morte moritur, et de morte domini Fulconis quarti regis Ierosolimitani.

87. De domino Balduino puero, filio Fulconis, quinto rege Ierosolimitano, et qualiter Sanguinus Thurcorum potentissimus Edissam Mesopotamie urbem populosissimam obcessam expugnat, fere omnibus christianis occisis atque captis et in vinculis missis.

88. Qualiter dominus Corradus imperator Romanorum ad exortationem beati Bernardi in subsidium Terre Sancte cum infinitis copiis proficiscitur, post quem Ludovicus rex Francorum pari voto imperatorem sequtus est[i], et cum multa suorum[k] comitiva Constantinopolim pervenerunt.

89. Qualiter imperator cum suorum copiosa multitudine fraude Grecorum in locis desertis et arentibus deductus, a quodam satrapa soldani Ychonii[l], qui infinitam[m] terrarum multitudinem eius observabat transitum, circumventus[n], pene omnes copias amisit.

90. Qualiter dominus Ludovicus rex Francorum, imperatoris et suorum ignorans casum, eandem ingressus viam, occurrentes Thurcos debellavit[o], postmodum casu separato exercitu, magna dampna[p] suorum passus est.

91. Qualiter predicti duo magni principes cum hiis[q] copiis que[r] illis residue fuerant Iherusalem pervenientes, post multam deliberacionem civitatem Damascenorum obsidere atque impugnare[s] deliberant[t].

92. Qualiter occidentalis atque orientalis Latinorum populus predictam urbem Damascum obsidentes atque ad extremam deducentes impugnant, set, ut dicitur, a christianis orientalibus decepti occidentales principes turbati obsidionem solvunt[u].

93. Qualiter post Latinorum recessum dominus Raymundus princeps Anthiocenus a Thurcis[v] bello vincitur atque occiditur, atque comes Edissenus capitur, totaque[w] illius terra ab infidelibus occupatur, et de victoria Ierosolimorum de Thurcis, qui urbem volebant occupare.

94. De Hildegarde prophetissa Theutonie, et de Ricardo[x] de Sancto Victore et eius libris, et de gestis Ludovici regis Francorum post reditum[y] suum de Siria, et de morte Corradi imperatoris.

95. Qualiter Fredericus primus factus est imperator, qui Romam veniens ab Adriano papa coronatur, et qualiter dominus papa Adrianus regni principes contra Guillelmum Apulie ducem concitavit, set ipse ad sui voluntatem papam inclinavit, qui, relictis hiis[z] qui sibi adheserant, pacem cum Guillelmo fecit.

96. Qualiter Adrianus papa totam urbem Romam sub interdicto posuit, et qualiter post eius mortem scisma maximum in ecclesia fuit. Nam Fredericus uni, alteri reges[a] Francorum et Anglie[b] adherebant, et de quibusdam aliis incidentibus illius temporis.

97. Qualiter hoc tempore dominus Balduinus quintus rex Ierosolimorum cum robore sui exercitus civitatem Ascalonam, que longo tempore obcessa[c] extiterat, expugnavit, et de scelerato facto principis Anthioceni[d] in patriarcham dicte urbis.

98. De discordia domini patriarche Ierosolimitani et fratrum hospitalis sancti Iohannis in Iherusalem, et qualiter dictum hospitale primum a civibus Malfitanis fundatum est et postmodum in immensum crescens apostolica[e] auctoritate domino[f] patriarche sublatum est.

99. De vastatione insule Cipri per Raginaldum de Castillione principem Anthiocie, et de infortunio quod contigit[g] regi Ierosolimitano, et de victoria nostrorum de Noradino, et de quibusdam aliis gestis christianorum in Oriente, et de morte dicti domini Balduini regis Ierosolimitani[h].

100. De gestis in Occidente sub Frederico, et de nativitate Philippi[i] regis Francorum, et de pace inter imperatorem Fredericum et Alexandrum papam, et de hedificatione Alexandrie in Lumbardia[k] et morte beati Thome Cantuariensis.

a) r. Anglici s. Henrici 1a. b) molestatu 1. c) Ap. r. 1a. d) *deest* 1a. e) comper. 1. f) ideo 1a. g) p̄mabili 1. 1a. h) in S. *des.* 1. i) e. c *des.* 1. k) eorum 1. l) Yconii 1a. m) *ita* 1. 1a. n) faciens 1. o) debellat 1. p) s. dapna 1a. q) illis 1a. r) qui 1a. s) obsidione exp. 1a. t) deliberarunt 1a. u) solverunt 1a. v) Turchis 1a. w) totque 1. x) Richardo 1a. y) redditum 1a. z) illis 1a. a) rex 1a. b) Anglorum 1a. c) restiterat obsessam 1a. d) Antiocheni 1a. e) apostolice 1. f) domini 1a. g) attigit 1a. h) *deest* 1. i) Philipi 1. k) Lomb. 1a.

101. De domino Almerico sexto rege Ierosolimitano, et qualiter cum suo exercitu descendit in Egiptum; set postmodum cum illis pace facta, Thurcos qui Egiptum[a] infestabant expulit, et qualiter Noradinus victus est a peregrinis, et de victoria eius de principe Anthioceno et aliis christianis illius regionis.

102. Qualiter rex Almaricus post reditum de Egipto ivit Anthiociam, inde reversus, vocantibus cum Egiptiis, ibidem contra Thurcos reversus, cum illis bello congressus est, quibus victis, Alexandriam, quam Thurci ceperant, obsedit.

103. Qualiter dominus rex una cum Egiptiis dictam urbem Alexandrie ad dedicionem compulerunt, recedentibus autem Thurcis, dominus rex Almericus[b] reversus in regnum, non multo post, ut dicitur cupiditate motus, Egiptum invadit.

104. Qualiter soldanus Egipti timens christianorum adventum, regem Damascenorum cum Thurcis in suum vocat auxilium, qui veniens cum suorum multitudine, nostros ex Egipto exire[c] coegit, quibus egressis[d], Utraconus[e] princeps milicie, occiso soldano, regnum Egipti occupat, set post modicum defuncto, eius nepos Salahadinus[f] soldanus effectus est, qui, occiso califa, totam Egipti terram optinuit in suam[g].

105. Qualiter dominus Costantinopolitanus imperator, missa suorum classe[h] in Siriam, una cum rege Ierosolimorum Almarico sub spe recuperandi Egiptum Damiatam[i] urbem obsederunt; set ibidem nichil proficientes, vacui recesserunt, et de terre motu[k] qui fuit in Siria.

106. De gestis christianorum cum Salahadino, et qualiter rex Iberusalem causa pettendi auxilium[l] Constantinopolim[m] ad imperatorem profectus est, et de populo Archicedap, qui apud nos Asini appellatione vocantur.

107. Qualiter dictus populus, instigante quodam eorum magistro, qui Vetulus appellabatur[n], fidem christianam accipere[o] voluerunt, set propter nuncium, qui ad regem Almaricum missus erat[p], a quodam fratre milicie Templi interfectum a bono illo proposito resilierunt, et de morte regis Almarici.

108. De quibusdam gestis in regno Francorum et coronatione Ludovici pueri, filii Philipi regis, et de bonis eius iniciis, et qualiter Lucius papa expulsus est[q] de Roma, et ob[r] quam causam Iudeorum populus de regno Francorum est expulsus.

109. Qualiter per[q] idem tempus, mortuo domino Emanuele[s] magnifico imperatore Grecorum, populus infidelis Grecorum contra Latinos, qui Constantinopolim habitabant, insurgens, omnes pene occidit, hii vero qui evaserant, accensis galeis que erant in portu[t], illam maritimam exterminaverunt.

110. De domino Balduino septimo rege Ierosolimitano[u], et qualiter Salahadinus[f] regnum Damascenorum occupavit, insuper et alias terras, que fuerant Noradini, in suam redegit potestatem, et qualiter ex regione illa rediens, a Balduino rege bello victus est.

111. Item[m] de gestis dicti Salahadini cum eodem Balduino rege Ierosolimitano, et[v] qualiter populus Maronitarum[w], qui iuxta Libanum habitabant, de longo tempore fuerant heretici, ad fidem catholicam redierunt

112. Item adhuc de Salahadino[x], qualiter regnum Ierosolimitanum et ceteros christianos, qui in Oriente habitabant, infestabat[y], et de morte domini Balduini regis Ierosolimitani[q] et successione[z] Guidonis de Lisinagiaco.

113. De gestis domini Philipi regis Francorum contra comitem Flandrie, et de pace ipsorum, et de discordia eiusdem[a] regis cum rege Anglie propter comitatum Pictavensem, et qualiter Romana[b] ecclesia inter eos treugam composuit.

114. De bellis Salahadini cum rege Ierosolimitano, et qualiter proditione comitis Tripolitani, qui ut erat Salahadino confederatus, populus christianus Domino permittente usque ad internitionem ceditur, et[q] ipse rex cum ligno dominice crucis capitur.

115. Qualiter Salahadinus post victoriam Acchonensem urbem expugnat, Ascalonam[c] capit, Tirum obsidet, set cum non proficeret, obsidione soluta, urbem sanctam Iherusalem ad[d] deditionem compulit atque in suam redegit potestatem.

116. Qualiter Latini christiani, relicta civitate Deo amabili Iherusalem, Tripolim properabant, qui de mandato impii comitis a suis satellitibus expoliati sunt, et qualiter idem impius subito mortuus est, et de gestis Salahadini[f] contra eos qui erant in Tiro.

117. De Romanis pontificibus, et qualiter reges Francorum et Anglorum, audito exidio christianorum in Oriente, cum multis baronibus utriusque regni crucem accipiunt Parisius, set et Fredericus imperator cum suis principibus idem fecit.

118. De discordia inter reges[e] Francorum et Anglorum, et qualiter Guido rex Iherusalem cum hiis[f] copiis peregrinorum qui apud Tripolim erant Acchonensium civitatem obsedit, et de miseria quam ibidem passi sunt christiani ante adventum regum.

119. Qualiter imperator Fredericus senior iter transmarinum agressus, soldanum Ychonii[g] sibi incidias molientem contrivit, set[h] postmodum in Silicia[i] in quodam fluvio submersus interiit, post cuius mortem filius eius Anthiociam, deinde[k] Tirum pervenit.

. . . .

a) ipsos 1ª. b) Almerius 1. c) eicere conatus et c 1ª. d) eggressis 1. e) Utrachonus 1ª. f) Sahalad. 1. g) *supple:* potestatem; in s. *des.* 1ª. h) clade 1ª. i) Dammiatam 1. k) motus 1. l) a. qd 1. m) *deest* 1ª. n) appellatur 1ª. o) recip. 1ª. p) miserant 1; ministrant 1ª. q) *deest* 1. r) q. ob 1ª. s) Hem. 1ª. t) portionem 1. u) Ierosolimorum 1ª. v) et q. *des.* 1ª. w) Maronicus 1ª. x) Sahalad. et q. 1ª. y) infestat 1; infestabant 1ª. z) et s. regis et successione G. 1. a) ipsius 1ª. b) ratione ecclesie 1. c) Ascol. 1. d) in 1ª. e) regem 1. f) suis 1ª. g) Yconii 1ª. h) et 1. i) Sicilia 1; Siliciam q. 1ª. k) demum 1ª.

Post[1] eius lamentabilem mortem Corradus, eius filius, per sollempnes nuncios regi Guidoni significavit de morte patris, addens, ut confestim peccatorum[a] viri mitterentur ad eum, quorum consilio eius exercitus procederet. Volebat enim, priusquam ad obsidionem, si Dominus permisisset, eas recuperare civitates, quas Salahadinus post bellum christianis ademerat. Vitabat autem concilia Anthioceni principis propter patris comitis defuncti, scilicet Tripolitani, nequiciam. Audierat enim immanitatem quam in populum christianum a Ierosolimis profugum exercuerat. Diriguntur igitur a latere regis scilicet Balduinus, qui Petracensis castellanus fuerat, et quidam miles Galganus nomine, natione Pictavensis. Hii duo cum honesto comitatu ad eum pervenientes, ipsorum concilio ad refocillandum legiones Anthiociam divertit. Ubi Alamanni homines, in cibis revera valde inordinati, reperientes rerum ac omnium victualium habundanciam, dum corpora querunt reficere, in epulis se diffundunt. Quare modico tempore ex ciborum intemperancia tanta mortalitas secuta est, ut de tanto exercitu pauca milia remanerent. Unde dictus iuvenis a proposito impugnandarum civitatum destitit, set mutato consilio navigio Tirum pervenit, ubi patris corpus imperiali magnificencia sepelivit.

120. De adventu Corradi, filii Frederici, ad exercitum, et qualiter christiani ex condicto civitate undique vallata, assultum faciunt, set non proficiunt, et de discordia inter eos ibidem[b] exorta, et propter quam causam.

. . . .

Item hic Corradus, imperatoris filius, in castris venit, in cuius exercitu vix erant 700 milites accincti. Fuerat enim, ut prediximus, ex mortalitate diminutus eius exercitus. In huius adventu totus exercitus, ut erat ordinatum, ad invadendam civitatem se accingunt.

. . . .

121. Qualiter rex Francorum Philippus, ordinato regno suo, iter aggreditur transmarinum, et qualiter rex Anglorum Richardus[c] eandem ingressus Cipri insulam expugnavit, et de Celestino papa, et de ortu domus Ursinorum in[d] Roma.

. . . .

successit Celestinus natione Romanus. Hic, ut ferunt, consanguineos suos multum ditavit; qui ab eo ditati et exaltati inter patricios et Romanos principes connumerati sunt; qui ab eorum predecessore Urso nomine, qui multos filios dicitur habuisse, Ursini usque in hodiernum diem vocati sunt. G Inn c. 135.

122. De imperio Henrici VI, filii Frederici, et de destructione civitatis Tusculane per Romanos, et ingressu ipsius Henrici[e] in regnum Apulie, et de captione urbis Acchonensium et quibusdam aliis.

Post mortem igitur imperatoris Frederici II. Romanorum imperatoris Henricus VI, filius eius, consensu principum imperator creatur. Sumpsit autem imperium anno ab incarnatione Domini 1190, mundi vero 5154, et imperavit annis 7. Erat autem hic Henricus in agendis strenuus, in hostibus accer, in largiendo munificus. Hic Rome suscepto imperiali dyademate, ut sibi animos Romanorum consiliaret, civitatem Thusculanam in manibus illorum tradidit. Qui memores iniuriarum et cladis, quam Tusculani in eos exercuerant, funditus urbem dirruerunt. Populus, qui in civitate dispersus fuerat, alii Romam, alii Thibur, alii Velletrum cum uxoribus et filiis migraverunt. Quidam[f] vero, cum intollerabile illis foret proprium[g] relinquere solum, inter se coherentes novas in ea regione sedes constituerunt, que usque ad nostram etatem manent, scilicet castrum Molarie[2], Rocha Pape, Rocha Periura, Purgum et castrum Sancti Cezarii. In quo quidem castro sedes episcopalis, que nomine beati Chipriani titulata fuerat, translata est. . . . . Vinc XXIX, 51. cf. Mart

123. De discordia dominorum regum post captam civitatem et recessu Philippi regis Francorum, et qualiter rex Anglorum Ricardus post eum recedens a duce Haustrie[h] captus est, et qualiter Henricus comes Campanie in regem Iherusalem electus est.

124. De Caracux[i] Sarraceno prudentissimo, qui adiuratus a preposito[k] Acchonensi, ut doceret, qualiter Terra Sancta recuperari possit[l], racionabat[m], quod faciliter recuperari poterat, set non teneri, nisi prius per christianos occuparetur Egiptus[n], et postmodum docuit, qualiter Egiptum poterat occupari.

125. De morte Salahadini[o] soldani Egipti, et de iterata discordia regis Francie et Anglie, et de morte Tancredi regis Sicilie, et qualiter post eius mortem Henricus imperator regnum occupavit[3], et de victoria Sarracenorum de[p] christianis in Hispania.

126. De morte Henrici VI. imperatoris et Celestini pape et ordinatione Innocencii tercii, et de eius mirabilibus actibus circa ordinationem Romane curie[q], et de hedificatione per eum hospitalis sancti Spiritus in Saxia de Urbe.

a) *ita* 1. b) *deest* 1a. c) Ricard. 1a. d) U. Rome 1a. e) *deest* 1. f) Quidem 1. g) propium 1. h) Austr. 1a. i) Caracrix 1a. k) prop. 1. l) p. r. q. f. r. *des.* 1a. m) racionabiliter 1. n) Egiptum 1a. o) Sahal. 1. p) de ch. *des.* 1a. q) ecclesie 1a.

1) Haec unde sumta sint, mihi non constat. Quamvis nomen filii aperte falsum indicetur (etiam ap. Tholosanum, Chron. Fav. c. 103, p. 673, Conradus audit), hic locus plura continet notatu digna nec alibi, quod sciam, memoriae tradita. 2) La Molara, Rocca di Papa, Rocca Pergiura (Priora), Castel di S. Cesario; v. Gregorovius IV, p. 593. 3) Haec et sequentia ex Gestis Innocentii.

. . . .

Mart cui in papatu successit Innocencius tercius, qui prius vocabatur Lotharius, natione Campanus, de comitibus Signie, qui sedit annis 18, mens. 3, diebus 23. Hic quantum fuerit gloriosus, eius opera testimonium perhibent; que si quis omnia stillo vellet comprehendere, magnum certe volumen efficerent.

127. Qualiter idem summus[a] pontifex Innocentius patrimonium sancti Petri, ducatum Spoletanum et Marchiam per suam industriam recuperavit, que[b] per Henricum fuerant occupata et post eius mortem adhuc per quosdam nobiles Theutonie tenebantur.

G Inn c. 9. Preterea statim post suam electionem cepit intendere ad recuperandum patrimonium ecclesie Romane, quod imperator Henricus occupaverat et adhuc post imperatoris mortem per suos familiares occupabatur. Nam primo duos cardinales legatos misit in Marchiam . . . .[1]

128. Qualiter idem Innocencius archiepiscopum[c] Salernitanum et quosdam alios, qui per Henricum captivati fuerunt, relaxari[d] procuravit, et qualiter principes Alamannie ad inviscem discordantes Otthonem ducem Saxonie et Philippum[e] ducem Suavie elegerunt.

129. Qualiter rex Francorum Iudeos in regnum revocavit, et de predicatione crucis in regno Francorum[f] et morte Ricardi regis Anglorum, et de quibusdam gestis Innocencii in regno Sicilie.

130. Qualiter principes regni Francorum, qui in subsidium Terre Sancte crucem acceperant, inita cum civibus[g] Venetorum societate, quidam ad Alexandriam[h] impugnandam, quidam vero in Siriam navigare disponunt; set postmodum mutato proposito in adiutorium Constantinopolitani imperatoris quibusdam ex causis ire proponunt.

131. Qualiter cum filio imperatoris Grecorum[i] navigantes Constantinopolim pervenerunt, qua expugnata, filium cum patre in possessionem imperii restituerunt; set ipse[k] a patre seductus nichil de hiis que promiserat[l] Latinis servans, illorum navigia incendere nisus est.

132. Qualiter novus imperator Alexius, qui Latinos tam turpiter deceperat, iusto Dei iudicio a quodam consanguineo suo captus[m] occiditur; quo mortuo, ille imperio usurpato contra Latinos armatur; qui divino freti auxilio urbem undique agressi expugnant[n] et expugnatam diripiunt ac prede exponunt.

133. Qualiter Franchi una cum Venetis, occupata Costantinopoli, uno animo elegerunt imperatorem Constantinopolitanum[o] Balduinum comitem Flandrie, et de terremotu qui fuit eodem anno in Siria, que multas evertit urbes et opida[p].

134. Qualiter gens Tartarorum erumpens primo David potentissimum Indie regem[q] subito agressi vicerunt, deinde circumstantes[r] agressi provincias[s] sue subiecerunt dicioni, maxime regionem Persarum[t].

135. De moribus et legibus Tartarorum et de[i] eorum superbia contra omnes alias nationes, et de illorum viciis, maxime de crudelitate et dolositate et immundicia in victu.

136. De modo quem tenent Tartari in re militari, et qualiter, cum illis viriliter resistitur, sunt[u] vecordes, et[v] de certis aliis eorum moribus.

. . . .

Vinc XXIX, 84 Ritus tamen christianos et quaslibet alias sectas et quoslibet hominum cultus secure et libere observare permittunt. Itaque Machometi lex in eorum exercitu a Sarracenis publice et in die pluries proclamatur. Set et christiani, cuiuscumque secte sunt, publice et ad partem fidem eorum predicare permittunt, eciam volentes baptismum et fidem recipere non prohibent. Unde et hodie fratres nostri Predicatores et Minores, qui predicaturi gentibus infidelibus per mundum dispersi sunt, maxime apud Tartaros multum frequenter faciunt fructum suum. Et frequenter ab eis audivi, quod hii qui per Dei gratiam convertuntur ad fidem valde constantes sunt et in fide valde devoti.

137. Qualiter Balduinus imperator Constantinopolitanus[i] Adrianopolim Grecorum urbem sibi rebellem obsedit, in qua obsidione a Iohanicio Blancorum rege bello victus atque captus est et in carcere defunctus.

138. Qualiter Philippus, qui se regem Alamannie faciebat, Otthonem, cui favebat papa, de Colonia expulit. Item de beato Dominico primo fundatore ordinis Predicatorum, et de inicio conventionis beati Francisci.

. . . .

Et ita hii duo viri virtutum Dominicus et Franciscus ad illuminandum mundi huius tenebras velut duo magna luminaria uno eodemque tempore claruerunt. Quorum processu temporis sancta multiplicata soboles verbo pariter et exemplo mundum illuminavit universum.

139. De morte Philipi[w] ducis Suavie, qui se regem Alamannie nominabat, et de progressu catholicorum contra Albigenses hereticos et Simone comite Montis-fortis et fervore beati Dominici contra hereticos.

140. Qualiter Ottho dux Saxonie ab Innocencio papa tercio Rome coronatur[x], qui statim post suam coronationem[y] iura ecclesie abstulit[z], quare a papa excommunicatus est, et de[i] Almarico heresiarcha et eius erroribus.

a) I. s. p. 1a. b) qui — fuerat occupatum 1a. c) archiepiscopatum 1. d) r. p. *des.* 1. e) Philipum 1a. f) Francie 1a. g) hominibus 1a. h) i. Al. 1a. i) *deest* 1a. k) ille aperte s. 1a. l) promiserant 1a. m) c. est et occisus 1a. n) expugnarunt 1a. o) Cost. 1a, *ubi antea* Const. p) oppida 1a. q) rege 1a. r) circust. 1a. s) *deest* 1. t) Perssarum 1a. u) sīedore vecordes 1a; s. v. *des.* 1. v) et d. c. a. e. m. *des.* 1a. w) Philippi 1a. x) coronatus 1a. y) ordinationem 1a. z) abstulerit 1a.

1) In fine ex Gestis c. 22. narratur, Constantiam reginam privilegium adeptam esse ab Innocentio petitum, '*capitulis illis non sublatis*' (Gesta: *capitulis illis omnino remotis*).

141. De Helinando monacho Belvacensi et eius cronica, et de quodam monacho, quem papa legatum[a] miserat[b], a comite Tholosano interfecto, et de predicatione crucis contra Albigenses hereticos, et de predicatione beati Francisci.

142. Qualiter, Otthone ab imperio deposito, principes Alamannie[c] Fredericum regem Apulie in[d] imperatorem elegerunt, et quomodo rex Hispanie Sarracenos debellavit, et de commotione[e] puerorum regni Francie ad accipiendum[f] crucem.

143. De apparatu Philippi regis Francorum ad transfretandum in Angliam, et quomodo intravit contra comitem in Flandriam, ubi dum Gandanum[g] impugnaret, classis eius a comite Bolonie est combusta, et de victoria Cremonensi de Mediolanensibus, et quomodo rex Anglorum regnum suum sensuarium[h] Romane ecclesie[i] fecit.

144. Qualiter rex Anglorum transivit in Aquitaniam, et de miraculosa victoria comitis Montis-fortis de hereticis, et de Gaufrido Silvanectensi[k] et[l] Mildensi[h] episcopis[a], qui episcopatibus renunciaverunt, et de Maria de Seguies[m], et de[a] magno Iacobo de Vitriaco[1].

145. Quomodo Ludovicus, regis Francorum primogenitus, regem Anglorum ex Aquitania fugavit et Andegavensem urbem illi abstulit, et de preparatione belli quod in Flandria rex Philippus contra Otthonem imperatorem[n] gessit.

146. Comittitur bellum inter Philippum regem Francorum et Otthonem imperatorem, in quo victus imperator fugit, set comes Flandrensis cum multis aliis capitur, et de treuga inter reges[o] Francorum et Anglorum.

147. De concilio[p] Lateranensi sub Innocencio tercio celebrato pro subsidio Terre Sancte, in quo quedam dicta abbatis Iohachim[q] dampnata sunt, dampnatur insuper[r] dogma pestiferum Almarici.

148. Qualiter beatus Dominicus, institutor ordinis Predicatorum, ad concilium[s] venit, et de miraculo ostenso pape de eo, et qualiter Ludovicus, primogenitus regis Francorum, vocantibus eum quibusdam ex Anglie baronibus, contra mandatum legati Romane ecclesie transivit in Angliam.

149. De morte Henrici Constantinopolitani[t] imperatoris et Innocencii tercii pape, et qualiter Honorius, qui ei[u] in papatu successit, Petrum Altisiodorensem[v] comitem electum coronavit imperatorem, et quomodo idem captus est in Dalmacia.

150. Qualiter christiani principes, qui ad subcidium Terre Sancte transfretaverant, expirante treuga, que inter christianos et Sarracenos erat, contra inimicos crucis progrediuntur et quasdam munitiones firmant.

151. Qualiter mors incliti viri[w] comitis Montis-fortis beato Dominico revelata fuit, et qualiter rex Iherusalem et dux Haustrie cum ceteris peregrinis Damiatam urbem Egipti obcesserunt.

152. Qualiter Coharadinus[x], filius Salahadini[y], destruxit Iherusalem et muros eius ac castrum peregrinorum expugnavit, et de quodam libro reperto, et de Ludovico, filio regis Francorum, qui Tholosam contra hereticos obsedit.

153. Qualiter soldanus Babilonie variis promissionibus nisus est christianos ab obsidione Damiate retrahere, et qualiter dicta civitas capta est a christianis.

154. Qualiter christiani, capta civitate, ipsam emundatam christiano cultui restituerunt[z], et qualiter legatus Romane ecclesie dictam urbem Iohanni Ierosolimitano[a] regi contulit, et qualiter civitas Thaneos[b], fugientibus civibus, a christianis occupata[c] est.

155. Qualiter[d] Fredericus secundus rex Romanorum Rome[e] ab Honorio papa coronatus est, et qualiter Guido, filius comitis Montis-fortis, occiditur, et de commotione Georgianorum contra Sarracenos, et de morte soldani Yconii[f], et de[g] destructione castri Saphet[h].

Anno Domini 1220. Fredericus, qui, ut superius diximus, fuerat in regem Romanorum electus, cum multa militia principum Allamanie ac Italie Romam pro corona imperii pervenit[1]. Qui ab Honorio papa et clero ac populo Romano cum multa receptus est gloria, atque ab ipso domino papa in[k] basilica beati Petri apostoli sollempniter inunctus ac[l] coronatus est. Hic, ut superius diximus, Mart. a Romana ecclesia velut a matre ab infancia educatus atque ad[m] imperii Romani culmen[n] promotus[o] est. Set ipse processu temporis velud ingratus ipsam postmodum velut novercam persecutus, frequenter gravia[p] dampna intulit atque ipsam in membris suis quantum potuit laniavit. Quare postmodum ipse Honorius, qui illum coronaverat, ac eius successores coacti sunt eum velut ecclesie adversarium et rebellem modis variis impugnare . . . .

156. Qualiter capta Damiata inter regem Iherusalem et legatum domini pape de procedendo ultra orta est discordia, set adveniente peregrinorum multitudine et aucmentato[q] christianorum exercitu, legatus excommunicavit omnes impedientes progressum exercitus christiani contra paganos.

157. Qualiter christianus exercitus contra soldanum et Sarracenos egressus, Sarracenis occupantibus vias[r], fame laborare ceperunt, deinde[s] ab infidelibus conclusi coacti sunt[a] urbem Damiatam resignare.

158. Qualiter hii qui in civitate urbem paganis reddere renuebant, set ad postremum aducti[t], civitas soldano restituta est, sic christianus exercitus, firmata treuga, rediit in Siriam.

a) *deest* 1. b) m. comiti Th. ab ipso i. 1a. c) Alem. 1a. d) i. imp. *des.* 1. e) comot. 1. f) accipiendam 1a. g) Gadanum 1a. h) *ita* 1. 1a. i) f. e. 1a. k) Silvanat. 1; Silvanet. 1a. l) et eciam de M. 1a. m) Seinges 1a; *l.* Oegnies. n) *deest* 1a. o) regem 1. p) consilio 1a. q) Iohacim 1. r) eciam 1a. s) consil. 1a. t) Cost. 1a. u) eidem 1a. v) Anticiod. 1a. w) principis 1a. x) Corrad. 1a. y) Sahalad. 1a. z) restiterunt 1. a) r. I. 1a. b) Tanet' 1a. c) capta est seu occ. 1a. d) Quomodo 1. e) *deest* 3. f) Hiconii 1; Ychonii 2. g) *deest* 1a. 2. h) Zaphet 3. i) venit 2. k) in ecclesia *suppl. in marg.* 1. l) atque 2. m) *del.* 1. n) *deest* 2. o) adeptus 1. 2. p) gr. fr. 2. q) aucmentatione 1. r) viam 1. s) demum 1a. t) adiuti 1a.

1) Ex Vinc. XXX, 10.

159. Qualiter Iohannes rex Ierosolimitanus petiturus auxilium venit in Occidentem, et de morte Philipi regis Francorum, et de quibusdam incidentibus illius temporis.

. . . .

Quo eciam anno Fredericus imperator filium primogenitum Henricum nomine, qui nondum decennis erat, in regem Alamannie eligi fecit.

Quibus diebus cometa magna apparuit, versus regnum Francie suos radios dirigens, forte Philipi regis nunciavit interitum, qui eodem anno in fata decessit [apud[a]] Menduntam sui regni castrum, vir certe mirabilis et omni dignus memoria, cui similem post Karolum Magnum vix unquam habuit regnum Francorum[1]. . . . .

160. De gestis Ludovici regis[b] Francorum, et de conciliatione[c] Raymundi comitis Tholosani cum ecclesia, et de pseudo-Balduino, qui se imperatorem Constantinopolitanum mentiebatur, et de[a] eius morte.

161. De iterata discordia inter reges[d] Francorum et Anglorum, et qualiter idem rex Francorum Ludovicus contra Albigenses crucem accepit, qui ab illorum expugnatione rediens moritur, et de morte Honorii pape.

162. De Ludovico iuniore rege Francorum, et de coniuratione aliquorum baronum regni sui contra eum, et de Gregorio[e] papa et quibusdam aliis[a] incidentibus illius temporis.

163. De discordia scolarium et civium Parisiensium, et de beato Anthonio ordinis Minorum, et de fratre Iordano magistro ordinis fratrum Predicatorum, et de miraculo quod apparuit in eius morte.

. . . .

Ger. de Frach. Hist. Praed. Floruit et[f] venerabilis ille pater, frater Iordanus ordinis Predicatorum, natione Saxo. Hic dum esset scolaris Parisius et[g] pluribus annis theologiam audisset, cum multa devotione ordinem intravit in die cinerum. Hic in magisterio ordinis beato Dominico successit. Hic sua prudencia ac sanctitate ordinem in provinciis [et[h] fratribus] nimium dilatavit, multique viri excellentes et nobiles et in scientia[i] valde famosi sub eo ordinem intraverunt. Inter quos fuit frater Iohannes de Columpna, nepos domini Iohannis cardinalis qui[k] fuerat legatus in Grecia, qui postmodum fuit[a] archiepiscopus Messanensis in Sicilia. Legitur enim de hoc fratre Iordano, quod ultra mille fratres manu sua vestivit in ordine. . . . .

164. Qualiter quidam barones regni Francorum, qui in subcidium Terre Sancte transfretaverant, a Turchis[l] circumventi aut capti[m] aut occisi sunt, et de discensione[n] Grecorum et Latinorum in Costantinopolim[o], et qualiter corona Domini spinea de Costantinopolim Parisius est translata.

165. De persecucione imperatoris[p] Frederici II. contra Romanam ecclesiam, et qualiter venientes[q] ad concilium prelatos captivavit, Romanam civitatem cum papa obsedit; et de fratre Raymundo de Penaforti[r] magistro ordinis Predicatorum.

His quoque temporibus orta iterum inter papam et imperatorem Fredericum[a] discordia, imperator excommunicatus acrius[p] ad persequendam Romanam ecclesiam insurgit, atque itinera et vias obsidens, Romipetis insidiatur. Vinc XXX, 138 Insuper et patrimonium ecclesie in Italia occupavit. Ob quam causam Iacobus Penestrinus episcopus in Franciam a domino papa legatus pettendi auxilii gratia ad regem destinatur. Qui peracto[s] negocio rediens, ab imperatore capitur. Set et dominus Ottho cardinalis, iam pridem ab[t] eodem domino papa Gregorio missus, cum rediret, ab imperatore detinetur. Ipso quoque tempore papa episcoporum concilium Romam contra imperatorem incipit congregare, ad quod cum multi venirent, ab imperatoris fautoribus capiuntur. De[u] quibus fuit dominus Petrus de Collemedio archiepiscopus Rothomagensis, set et abbates de regno Francie, scilicet Cluniaci, Cistercii et Clarevallis; omnes enim navigio venientes in mari capti sunt; in qua captione Bisuntinus archiepiscopus fuit submersus cum multis aliis, qui in sua galea ad concilium navigabant.

Fredericus autem in sua malicia perseverans, ecclesias, hospitalia[v] in suo dominio Vinc. Mart. tirannice occupavit. Qui antea crucesignatus, ut diximus, durante excommunicationis sententia in subsidium Terre Sancte profectus est, transitoque mari, nichil ibidem ad exaltationem fidei gessit, sed amicitiam magnam cum soldano Babilonie contraxit. Set et[w] donaria et ensennia eidem maxima[x] misit et ab eo, ut dicitur, maiora recepit. Unde et rediens semper Sarracenos dilexit et[y] familiarissimos semper habuit[2].

Rediens ergo in Regnum, maximum congregavit exercitum, veniensque Romam obsedit. Cumque Mart. de die in diem Romam ingredi crederet, quia iam pro maiori parte Romanos nobiles peccunia et donariis[z] ad se inclinaverat; quod cum papa perpendisset et timeret de ingressu imperatoris in Urbe, convocato Romano populo, in platea Lateranensi sermonem[a] fecit ad populum, deinde capita apostolorum Petri et Pauli, que[b] in capella illa que Sancta[c] sanctorum dicitur reconduntur, excipiens, populo exhibuit, et[d] processionem cum omni clero usque ad basilicam beati Petri faciens, adeo Romanorum animos ad se revocavit, ut omnes[e] pene contra imperatorem cruce signarentur[3]. Quod[f] audiens imperator et timens Romani populi

a) *deest* 1. b) F. r. 1a. c) consil. 1a. d) regem 1. e) *deest ed.* (3?). f) etiam *ed.* g) ac *ed.* h) *des.* 1. i) scientiis *ed.* k) q. f. *des.* 1. l) Thurcis 1a. m) o. a. c. 1a; et c. et o. 3. n) deffentione 1a. o) Constantinopolitano regno 1. p) *deest* 3. q) pr. v. ad c. 1. r) Pannaf. 2. s) pacto 1; aperto 3. t) a d. 1. u) A 1; E *ed.* v) et h. *ed.* w) *deest* 1. 2. x) magna *ed.* y) ac 2. z) donis 3. a) s. ad p. misit 2; s. ad p. f. *ed.* b) qui 1. c) d. s. s. *ed.* d) demumque p. *ed.* e) p. o. *ed.* f) Quae *ed.*

1) Vinc. XXX, c. 125. aliter; cf. Memor. supra p. 161. 2) Cf. Innocentii sent. depos, Huillard-Bréholles VI, 1, p. 325. 3) Cf. Gesta Gregorii IX, Murat. III, 1, p. 587; Ann Placent. Gib., SS. XVIII, p. 483; bullam Bonifacii VIII, Gestis Boemundi Trever. c. 25. insertam. Iohannes Martinum sequitur, sed quaedam addit, fortasse ex ingenio potius quam ex certo fonte hausta.

furorem atque potenciam, soluta obsidione, Thiburtim[a], ubi suum erat receptaculum[1], fugit, nec ibidem contra Romanos se securum estimans, in Regnum se recepit.

166. Qualiter Thurci, qui 20 annis Tartaris[b] pugnando restiterant, ab eis victi atque subacti sunt, et de nobilitate regni[c] Turcorum, et de vastatione Ungarie atque[d] Pollonie per Tartaros[2].

167. De Honorio[e] papa IIII, et de quibusdam gestis regis Francorum Ludovici, et[f] de Innocencio papa[g] IIII, qui concilium apud Lucdunum[h] celebrans, imperatorem Fredericum imperio[i] privavit, et qualiter idem imperator apud Parmensem urbem quam obsederat[k] victus est.

. . . .

Hic *(Innocentius IV)* non multo post electionem suam plures cardinalium sedes ex multo tempore vacuas personis quibusdam nominatis ex diversis mundi partibus ad se vocatis replevit. Vinc XXX, 152. Inter quos fecit dominum Hugonem de [l]; provincialis prior fratrum Predicatorum provincie Francie, vir vite et sciencie toto orbe famosus. Hic totam bibliam postillavit, cuius postilla[m] hodie nostra etate melior super omnes alias reputatur. cf. Ger. de Fr. Sed et concordantiarum biblie primus actor fuit; qui licet esset cardinalis, tamen humilitatem sui ordinis in omnibus conservavit. Mart.

Factus ergo[n] papa dominus Innocencius, magnum tractatum cum imperatore Frederico de pace habuit. Set cum ipsius adversus ecclesiam obstinatam pertinaciam perpendisset, clam urbe Roma relicta, occulto[o] Ianuam venit. In quo itinere, inter[p] Narniam et Iteranem[q] urbem imperator insidiis positis[r], ipsum capere voluit. Set Deo volente et suum protegendo[s] vicarium, incolumis Ianuam pervenit, atque gloriose a clero et toto populo receptus[t], eorum adiutorio navigio transivit in Galliam, atque Lucduni generale consilium convocavit atque ipsum imperatorem[u] excommunicavit atque cf. Guill de Nang ab imperii fastigio deposuit, mandavitque Alamanie principibus, quos ab eius fidelitate absolverat, ut ad electionem imperatoris procederent. Qui mandato summi pontificis obedientes, langravium cf Mart Thuringie in regem Alamannie elegerunt. Quo infra tempus brevissimum defuncto, iterum ad electionem convenientes, ab eis comes Hollandie Guillelmus denuo est electus; qui non multo post tempore a Frisonibus[v], contra quos bellum moverat, est occisus, et sic uterque electus imperiali caruit benedictione.

Innocencius autem, celebrato concilio, contra Fredericum legatum misit in Italiam, qui utroque gladio cum Frederico pugnaret. Qui Parmam veniens, contra Fredericum acriter procedebat, Parmensibus sibi ad votum faventibus. Unde motus imperator, qui in Lumbardiam transierat, cum magno apparatu dictam urbem Parmensem, in qua legatus erat[w] cum hiis quos contra Fredericum congregaverat, obsidione vallavit. Cumque aliquamdiu ibidem stetisset, erumpentibus hiis qui infra urbem obsidebantur, imperatoris castra subito invadunt, atque divinitus animati, omnia prosternunt atque diripiunt. Quorum subito adventu perterriti hii qui in exercitu erant, fuga saluti consulunt; in eo loco[x] omnem apparatum bellicum imperator amisit[y]. Set[z] tentorium illud mirabile imperatoris quod Victoria dicebatur cum magna parte thesauri sui ibidem[a] perdidit, et[b] multi etiam de exercitu imperatoris ibidem capti atque interfecti sunt. Inter quos et Thadeus, imperatoris iudex atque consiliarius, est occisus[3]. Imperator igitur[c], hoc incomodo accepto, verecundia atque confusione indutus, in regnum Apulie se recepit.

168. Quam ob causam rex Francorum[d] Ludovicus crucem accepit, et qualiter dominus papa[e] Innocencius misit fratrem Ancelmum[f] de ordine fratrum Predicatorum ad Tartaros[g], et de hiis que dictus frater Ancelmus apud eos egit, et de eius reditu.

169. De morte imperatoris Frederici, et de causis quare ab imperio extitit depositus, et de beato Petro martire ordinis Predicatorum, et de beato Edmundo[h] archiepiscopo Cantuariensi[i].

Interea postquam Fredericus sic fugatus ac[k] devictus a Parmensibus in Regnum rediit, in gravem insidit[l] infirmitatem. cf. Mart. Sed Mayfredus[m], eius filius naturalis, qui tunc secum erat, ad regnum Sicilie aspirabat; unde timens, ut dicitur, ne pater de illa infirmitate convalescens aliter ordinaret de regno, uno solo imperatoris cubiculario sibi favente et conscio[n], pulvinar supra faciem eius posuit atque tamdiu tenuit, donec ille miser spiritum exalaret. Mortuus est autem vinculo anathematis innodatus et imperii dignitate privatus.

a) Thiburtm 1; Tibur 2; Tybur 3. b) Thart. 1a. c) regis 1a. d) ac *ed.* e) Celestino *ed; et ita narratio.* f) et quomodo Innocentius quartus papa c. 3. g) *deest* 1. h) Lugd. 1a. i) p. i. 1a. k) obsedit 1. l) *locus vacat.* — provincialem priorem — virum — toto in o. famosum *ed.* m) postillae — reputantur *ed.* n) igitur *ed.* o) occulte *ed.* p) *deest* 1. q) Iteranam 2. r) positus *ed.* (3?). s) protegente *ed.* t) r. est. Quorum 3. u) Fredericum tamquam scismaticum et ecclesie Dei hostem et persecutorem *add.* (2?) 3. v) Frizon. 1. w) *deest* 1. x) facto 1. y) admisit *corr.* amisit 1. z) Sed et *ed.* a) imperator 3. b) *deest ed.* c) autem 3. d) *deest* 2? 3. e) I p. *ed.* f) Anselinum *ed.* g) Thart. 1. h) Eumundo 1; Emundo 1a. 2; Edumundo 3. i) et de electione eius in archiepiscopatum Cantuariensem *add.* 3. k) et *ed.* l) *ita pro* incidit. m) Manfredus 3? n) concio 1.

1) Viterbii Fridericus tunc commoratus est; v. Böhmer Reg. p. 185. 2) Ex Vinc. XXX, 149. Inter provincias a Tartaris subactas recenset etiam: *Gothiam, in qua Astrogothe*[a], *id est orientales Gothi, habitant.* 3) Cf. Ann. Placent., SS. XVIII, p. 496; Bartholom. Ann. Ian., ibid. p. 225. In Gestis Innocentii IV. nihil de Thadei morte legitur.

a Estrogothe 3.

Cause autem sue depositionis assignantur[1] prima periurii, quia non servaverat iuramentum quod fecerat ecclesie tum de imperio tum de regno ratione[a] feudi; secunda fuit sacrilegii, quia manus iniecit in clericos capiendo ac[b] captivos detinendo cardinales et alios prelatos, qui veniebant de mandato pape ad consilium generale; tercia, quia notatus erat de heresi, pro qua causa vocatus comparere renuit[c] et se[d] purgare neglexit; quarta, quia annuum censum de regno Sicilie, quod tenebat ab[e] ecclesia, non solvebat et solvere denegabat. . . . .

170. Qualiter Ludovicus rex Francorum cum multitudine exercitus in subsidium Terre Sancte transfretavit, veniens[f] in insulam Cipri ibidem hiemavit[g], et de nunciis Tartarorum[h] ad eum missis.

171. De nunciis regis Armenie ad regem Francorum Ludovicum missis in Ciprum[i], et de quibusdam gestis ipsius in Cipro[k], antequam transiret in Siriam.

172. Qualiter Ludovicus rex Francorum recedens de insula Cipri cum suo exercitu applicuit in Egiptum atque in primo adventu, fugatis Sarracenis, absque bello Damiatam urbem cepit.

173. Qualiter Ludovicus, exacta estate, cum suo exercitu ex[l] Damiata recedens, contra Sarracenos processit, et qualiter comes Atrebatensis, frater eius, a Sarracenis circumventus, numquam comparuit.

174. Qualiter idem rex Ludovicus, Deo permittente, cum duobus fratribus suis captus est a Sarracenis, unde pro sua liberacione[m] coactus est, facta treuga, Damiatam Sarracenis restituere.

175. Qualiter dominus rex Ludovicus ex captivitate Sarracenorum liberatus, cum residuis suorum copiis in Siriam ex Egipto rediit ibidemque remansit, et de adventu Henrici, filii Frederici imperatoris, in[n] Apuliam, et de pastoribus regni Francorum[o].

. . . .

Guill. Nang. 1250. Eodem anno Henricus[2], Frederici filius, quem ex filia regis Ierosolimitani Iohannis de Brenna[p] susceperat, cum uxore in Italiam[q] ad hereditatem paternam[r] occupandam venit; qui in persequenda ibid. 1253. ecclesia in omnibus vestigiis patris adherens[s], multa mala tam[t] in Lumbardia, tam[u] in Tuscia fidelibus ecclesie irrogavit. Veniensque in[v] Regnum, Neapolitanam urbem obsedit[w] quinque mensibus continuis. Qua capta, omnes civitatis muros et palacia meliora civium funditus destruxit.

ibid. 1251. Anno sequenti, nescitur quo ludibrio decepti, omnes fere pastores de Francia ad inviscem congregantur, ac duce quodam, quem magistrum eorum vocabant, dicebant[x], per angelum illis fore[y] revelatum, quod promissionis terra de paganorum manibus per eos debebat in proximo liberari. Qui in magnam multitudinem coeuntes, sub specie fervoris et zeli iusticie maxime clericos persequebantur et religiosos, qui eorum facinoribus et perversis actibus contradicebant. Nam matrimonia coniungebant et dissolvebant ad libitum, peccata comissa et eciam comittenda dimittebant. Et quidam ipsorum ad modum episcoporum portantes anulos, benedictionem populo dabant. Pro confictis autem miraculis aperiebant ecclesias, campanas pulsabant, dicentes se[z] angelicas videre visiones et[a] angelorum colloquiis frui. Unde cum illis a clero contradiceretur, in eos tanquam in[b] malefactores deseviebant, illos usque ad sanguinem persequentes. Nam Aurelianis, Carnoti et per alia loca unde habebant transitum plures clericos et laicos illis contradicentes occiderunt. Magister autem illorum, cum Bituris venisset cum suorum pastorum multitudine, primo Iudeos persequi cepit, eos bonis[c] omnibus expoliando, libros eorum comburendo. Cumque ibidem plurima enormia perpetrasset, recessit; quo recedente, sequti sunt eum cives atque inter Villam-novam[3] et[d] Mortemer illum invenientes, cum multis ex suis occiderunt. Quo mortuo, ceteri huc et illuc dispersi, multi ex eis occisi sunt, aliqui propter maleficia que perpetraverant sunt suspensi. Et sic eorum conventicula evanuerunt[e].

a) Romani 3. b) et *ed.* c) noluit 2. d) *deest* 2. 3. e) t. ecclesie n. solverat 3. f) veniensque 1[a]. g) veniavit 1[a]. h) Thart. 1. i) aprum 1[a]. k) *ita* 1[a]; Ciprum 1. 2. 3. l) a *ed.* m) libertate 1. n) in Ap. *des.* 3. o) et fine eorumdem *add.* 3. p) Brenia 3. q) It. ad *des.* 1. r) patrimonii 2? 3. s) vestigia p. sequens 2? 3. t) tum *ed.* u) tum etiam *ed.* v) *deest* 3. w) q. m. c. o. *ed.* x) dicebat 1. y) fuere 1. z) *deest* 1. a) v. avium c. 1. b) *deest ed.* c) o. b. spol. *ed.* d) Mortem . . . 3; et M. *des.* 1. e) Et c. *add.* 3.

1) V. Innocentii sent. depositionis, l. l. p. 319. 2) Conradum IV. intelligit. 3) Villeneuve et Morthomiers.

EX CHRONICO PONTIFICUM ET IMPERATORUM RATISPONENSI.

Floribus temporum opus superstructum est amplius, ex Annalibus praesertim Altahensibus, Ratisbonensibus, Halesbrunnensibus concinnatum, quod nonnulla continet quae ibi frustra quaeras. Auctor non ultra mortem Heinrici VII, fontibus, ut videtur, destitutus, progressus est; sed non ante medium saeculum XIV. scripsit, quippe qui Iohannis Andreae, iuris canonici doctoris celeberrimi († 1348), opera laudet. Clero procul dubio saeculari addictus, fratrum Minorum et Praedicatorum adversarium se profitetur. Ratisponae eum vixisse, nota a. 1266. probari videtur. Duplex vero libri forma servata est:

1) Codex Vindobonensis Nr. 4265 (Univ. 815, olim 'Ioh. Fabri episcopi Viennensis'), chart. s. XV, fol., f. 110—163. longiorem praebet recensionem, qualem auctor Floribus subiecisse videtur[1]. Paparum historia rubro atramento scripta narrationi passim inseritur, temporum ratione parum habita.

1[a]) Codex Vindobonensis Nr. 3402 (Rec. 2194), chart. s. XV (de quo v. supra p. 227), idem continet opus, minus accurate descriptum. Alia manu addita est f. 83'. continuatio ad Wenceslai usque tempora deducta, quam ne eidem auctori tribuas cave. Eodem volumine fol. 174. et 174'. quaedam de civitate Ratisponensi annotantur; f. 175. brevis ducum Bavariorum historia legitur, non ante Ludovici imperatoris tempora scripta, cui nonnulla de imperatoribus adiecta sunt, quae infra exhibenda duxi[2].

2) Codex Vindobonensis Nr. 2162 (Ius canon. 53; olim 'Liber monasterii

1) De nota indici praemissa v. supra p. 226 n. 6.

2) *Huic Friderico successit in imperio Heinricus VI, filius suus. Huic consequenter successit Philippus, frater Heinrici, qui anno Domini* 1208.[a] *ab Ottone iuniore palatino de Witelspach interfectus est. Huic in imperio successit filius Heinrici Fridericus II. Verumtamen qualis iste Fridericus ultimus fuerit, quem dominus Innocencius papa quartus instituit, propheta Abacuck insinuat, ubi dicit: 'Percussisti caput de domo imperii, denudasti fundamentum usque ad collum'. Dicunt eciam, a longis temporibus vaticinatum esse in Germania, quod de huius Friderici germine radix peccatrix erumperet Fridericus nomine, qui clerum in Germania et ipsam Romanam ecclesiam valde humiliabit et tribulabit vehementer. Dicunt preterea, aliud ibidem esse vulgare propheticum, quod de Karlingis alias Karolinis et de stirpe regis Karoli et de domo regum Francie imperator suscitabitur Karolus nomine, qui erit princeps et monarcha tocius Europe et reformabit ecclesiam et imperium, sed post illum alius numquam imperabit. Qui huiusmodi vaticiniis et incertis propheciis vult fidem adhibere, adhibeat; ego certus sum, quod Creator sue presidet creature, et quod iusto Dei iudicio et irreprehensibili agitur, ut secundum merita cleri et populi aliquando ecclesia habeat advocatum, aliquando nullum, aliquando vero pro rege tyrannum ad vindictam reproborum et ad exercicium electorum. Denique postquam imperium per annos quasi 32 vacasset, visitavit Deus plebem suam et suscitavit ei principem serenissimum Rudolfum de Habspurck comitem, concorditer electum et coronatum, qui existens rex Romanorum 97. ab Augusto, ad peticionem Gregorii X. crucem suscepit, et cum cruce signatis ultra mare sanctum passagium acciperet, sed non potuit transfretare propter gwerram Ottakari regis Bohemie, quem bello aggressus occidit. . . . .*

a) 1308. c.

sancte Marie alias Scotorum Wyenne), *membr. s. XIV/XV, f.* 87. *breve historiae compendium continet, ita inscriptum:* Notandum quod sequens tractatus collectus est ex cronica Hermanni Contracti, quam ipse de novo testamento subtiliter compilavit, *et ita incipit:* Ihesus Christus de virga Maria in Bethlehem *etc. Hermanni vero vestigia vix ulla deprehendes, sed epitomen ex libro, qualem codices* 1 *et* 1[a] *praebent, sed ex uberiore, ut videtur, exemplari confectam, aliquoties mutatam*[1]. *Scriptor vero nonnumquam ad tractatus iuris ecclesiastici provocat in eodem volumine eodem calamo exaratos, ita ut qui eos collegit hunc historiae conspectum confecisse videatur. Praeterea occasione data quaedam de rebus annis* 1347—1350. *gestis inserta sunt, quae in codicibus* 1 *minime obvia, sed fortasse ex eorum fonte hausta sunt. Haec uncis includenda, alia verbis recensionis* 1 *subiicienda duxi.*

Codices benevole huc transmissos ope Holder-Eggeri adiutus exscripsi.

G. W.

. . . .

. . . .

Flor. Item in Gallia locuste — — interiret. Et[2] nota, quod fere simile de locustis est factum sub Ludewico de Bawaria anno ab incarnatione Domini 1336, circa nativitatem beate virginis gloriose. Qui etiam turmatim volantes, herbas et segetes in multis partibus Alamannie devastabant, [et[a] post festum Michaelis in autumpno a nive et frigore sunt delete].

1251. . . Chunradus rex nativitate Domini Ratispone fuit — — se occidisse ipsum regem: *ex Herm. Altah.* Sed noctu sextus superveniens fortuitu, et casu Swevus quidam dictus de Vilibach[3] clam regem abscondens, pro ipso morti se exposuit, quia in lecto loco regis se posuit, et[b] loco regis est interfectus.

. . . .

1260. Hiis etiam diebus surrexerunt quidam penitentes — — tepescere cepit. *Ex Herm. Altah.*

[Et[a] nota, quod anno Domini 1349. tempore Ludwici imperatoris de Bawaria post festum pasche surrexerunt omnino consimiles penitentes, qui a partibus Austrie usque in Sueviam pervenerunt et in partibus Reni inferioribus et superioribus viguerunt. Hoc itaque comperto, sedes apostolica ipsos quibusdam episcopis delere mandavit, quia in omnibus suis verbis et factis clericis detraxerunt. In hoc autem papa non profecisset, si frigoris et nivis potencia non fuisset. Novit enim Deus et omnes litterati senserunt, si diucius perdurassent, fides katholica decrevisset]. . . . .

. . . .

Flor. Martinus IIII, papa 195.[c], nomine[d] Symon Thuronensis, anno Domini 1276, sedit annos 2. Hic Predicatores et Minores — — malignari. [Clemens[e] autem V. hanc constitucionem vel statuta similia cuiuscumque suorum predecessorum in concilio Viennensi cap̄. *Dudum*, q. *Nos enim* destruit in hec verba: *Universa privilegia, gracias verbo vel scripto factas* et cetera *penitus revocamus, vacuamus, cassamus et irritamus, immo cassa et irrita nunciamus.* Hiis dictis concordant Iohannes Monachi et Iohannes Andree*.

Honorius V, papa 196.[f], anno Domini 1278, nomine[g] Iacobus de Sabellis, sedit annos 5. . . . .

. . . .

Flor. Nicolaus IIII, papa 197.[h], anno Domini 1283, de ordine fratrum Minorum, sedit annos 5. . . . .

Eodem[i] anno mota est questio et discordia** — — permisit in dubio permanere *ex Cont. Altah.*

*) 2 *add.:* magistri autentici et probati.

**) 2 *addit post. m. in inf. marg. signo post* Omnis utriusque *apposito:* Require supra in primo tractatu de instructione confessorum, c. de sacramentis, rubrica de penitencia tali signo ₫. *Hic tractatus fol.* 71′—84. *codicis legitur ita inscriptus:* Incipit tractatus de instructione confessorum collectus de summa Iohannis ordinis predicatorum; *fol.* 75[d]. *capitulo* De penitencia *idem signum adiectum est.*

a) *haec desunt* 1. 1[a]. b) se p. et l. r. *des.* 1[a]; ideo loco eius e. i. 2. c) 198. 1[a]; 196. 2. d) n. S. Th. *des.* 2. e) *haec des.* 1[a]? f) 198. 1[b]; 197. 2. g) n. I. de s. *des.* 2. h) 200. 1[b]; 198. 2. i) Anno Domini 1288. 1; *in* 2 *haec sub Honorio V. post verba ex Floribus temporum exscripta:* cum tristicia est reversus *leguntur; sub hoc papa vero scriptor annnotavit:* Clemens autem papa V, sicut predictum est, in proximo declaravit.

1) In inferiori margine legitur: *Et quia quasi omnes apostolici seu pontifices Romani in fide catholica stabiles permanserunt, ideo eorum nomina cum colore plaveo sunt signata. Imperatores autem seu reges Romanorum, quia multorum martyrum sanguinem effuderunt, ideo cum colore rubeo designantur.* 2) Cf. supra p. 235 n. **. 3) Cf. Aventinum lib. VII (ed. 1580), p. 551: *Wilpeckium Suevum sextum casu obvium interficiunt.* Alii alia nomina indicant; v. Raumer, Hohenst. IV, p. 271.

Clemens autem papa V. in suis constitucionibus per concilium Viennense eandem causam et multa alia utilia discussit in capitulo *Dudum*, vers. *Si vero iidem prelati.* Ubi magister Iohannes Monachi satis subtiliter sua[a] dicta validis racionibus approbavit, et maxime super hoc verbo *Concedimus* eiusdem[b] versus. Ibi enim inter alia ipse dicit: *Si non haberet subditus reverti ad curatum, posset prorsus eius potestas in audicione confessionum exhauriri. Et privilegium non tenet quod vergit in enormem alterius lesionem.** Hoc idem predictus[c] dominus Clemens confirmat suis propriis verbis, dicens: *Per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis seu fratribus ipsis ad audiendas confessiones deputatis potestatem in hoc inpendere ampliorem quam in eo curatis seu parrochialibus sacerdotibus*[d] *a iure est concessa.***

. . . .

Celestinus V, papa 198.[e], anno Domini 1294[f], hoc modo Nycolao antecessore suo mortuo, est electus.*** Quia sedes apostolica vacavit tribus annis et hoc propter discordiam — — miracula operetur; *ex Cont. Ratisp.* . . . .

Bonifacius VIII, papa 199.[g], anno Domini 1294, sedit annos 8, menses 11.[h] . . . .

. . . .

Anno Domini 1298. . . . Eodem eciam anno exorta est fama — — iniuriam Salvatoris, a quibus ipsi Iudei incendio et aliis variis mortibus sunt perempti. Rex autem Albertus accepta corona necem Iudeorum fortiter vindicavit in pauperes rusticos ac cives, humiliando eos et res eorum diripiendo et Iudeos alios collocando in civitatibus, de quibus priores fuerant exterminati. Cont. Ratisp Ann. Halesbr

[Et[i] notandum, quod anno Domini 1347. et 48. consimilis fama orta est de Iudeis, non solum in una provincia, sed in quam pluribus huius terre. Dicebatur enim, quod ipsi Iudei in maximis civitatibus nutrierint ranas, bufones et consimilia animalia venenata[1], usque dum crevissent in magnam quantitatem, et sic crescente veneno, ipsi Iudei eadem animalia in suis domiciliis in pulverem cremaverunt et eundem pulverem pro intoxicacione per malos christianos, dantes eis munera non parva, quasi per totam terram ad seminandum miserunt, quorum etiam quam plures in diversis civitatibus sunt exusti, qui coram christianis publice profitebantur, quod a Iudeis per quandam incantacionem et cuiusdam potus administracionem essent in tali malicia roborati, quod ab ea possent desistere nullo modo. Sicque omnes fontes et aque alie universe tam a christianis quam etiam a pauperibus Iudeis, quorum etiam multi per se professi erant, illam materiam sic confectam, cum sacculis de predicto pulvere impletis immundate sunt penitus et infecte. Olera quoque in hortis, poma, pira et alia que manducari[k] oportebat, predicto pulvere dicebantur esse aspersa et seminata, ita quod vermes in eis crescere videbantur. Unde tunc et 8 annis sequentibus humanum genus tali erat pestilencia agravatum, quod per epidimiam ubique fere tercia pars hominum moreretur. Idcirco Iudei in multis civitatibus Alamannie a christianis compulsi, se ipsos et sua domicilia incendebant, alii autem fugientes, qui comprehensi fuerant a christianis, in campis plurimi sunt cremati, et sic anno Domini 1350. Iudei a christianis diversis necibus sunt perempti. Quorum res derelictas Karolus rex Romanorum et Bohemie suis civitatibus, id est regni, libere tradidit et donavit, nullam vindictam pro Iudeis formans[l] vel faciens in hac parte.]

1299. . . . .
Eodem[m] tempore Bonifacius papa sextum — — superius in hoc libro circa Nicolaum IV. fit mencio, decidit, ut patet in privilegio suo, scilicet: *Bonifacius servus servorum Dei.* Illa autem decisio in Clementinis capitulo *Dudum* satis subtiliter declaratur, sicut postea iuxta ipsum[n] Clementem V. pro parte aliqua apparebit.

. . . .

1302. Eodem anno dux Bawarie Rudolfus[o] matrem propriam de suspecta familiaritate[p] cuiusdam militis dicti Oetlinger[q] nimis notabiliter diffamavit; precepit ergo ipsum militem decollari . . . . Ann. Halesbr.

*) 2 *add.:* Hec et multa alia patent in primo tractatu huius libri subtiliter intuenti. Que omnia dominus Clemens V. papa subscriptus ibidem confirmat d.: Per h.

**) 2 *add.:* Quomodo autem ipsi fratres deputandi sint ad audiendas confessiones, circa principium huius libri capitulo predicto lucide declaratur.

***) 1ª *add.:* Hic papa canonizatus est a successore suo tercio, videlicet Clemente V, nomen proprium Petrus obtinuit.

a) subt. dicta domini Clementis val. 2. b) e. v. *des.* 2. c) *deest* 1ª. d) a. i. s. 1ª. 2. e) 201. 1ª; 199. 2. f) 1291. 1ª. 2. g) 202. 1ª; 200. 2. h) ann. 12. 2. i) *haec des.* 1. 1ª. k) mādi c. l) *e corr.* m) *haec des.* 2. n) *deest* 1ª. o) R. d. Bavarie 2; Wavarie 1ª. p) nimia f. 2. q) Oetlinger 2; Ottinger 1ª.

1) Cf. similem narrationem apud Hermannum Gyg., ed. Meuschen p. 138.

Benedictus XI, papa 200.[a], anno Domini 1303, sedit annum[b] 1. . . . .

Clemens V, papa 201.[c], anno Domini 1305. . . . .

Hic eciam[d] statuta predecessoris sui[e] Bonifacii[f] innovavit et questiones, de quibus supra circa[g] Nicolaum papam facta est memoria[h], subtiliter explanavit in concilio Viennensi capitulo *Dudum* quasi per totum, scilicet de predicacionibus faciendis, de confessionibus audiendis et funeribus sepeliendis et aliis[i] positis in capitulo supradicto, ubi ipse[k] fratribus Predicatoribus et Minoribus aufert auctoritatem episcopalem seu penitenciariam per hec verba: *Per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis seu fratribus ipsis, eciam racionabiliter presentatis, potestatem in hoc inpendere ampliorem, quam in eo curatis seu parrochialibus sacerdotibus a iure est concessa.* Eo tempore floruerunt Parysius[l] duo magni doctores et magistri theologie[m], scilicet Iohannes Monachi et Iohannes Andree, qui dicta domini Clementis approbant racionibus et auctoritatibus autenticis et firmatis. Dicit enim Iohannes Monachi: *Licet fratribus sit concessum, quod faciant tria que ad curatos de iure pertinent, non tamen propter hoc sunt dicendi habere curam animarum, nec principalem, quia non sunt*[n] *prelati nec delegati, quia talia facere non sic eis committitur, quod ad eorum execucionem obligentur, sed in arbitrio et eorum voluntate remanet, quod talia exequantur.* In verbis quoque[o] domini pape predictis ponitur unum, scilicet *Concessa.* Super idem dicit Iohannes Andree[p]: *Hic vult dominus papa, quod in casibus reservatis episcopo non poterunt predicti fratres absolvere, sicut nec sacerdotes parrochiales.* De quibus Iohannes Monachi sic dicit: *Et nichil est curatis a iure concessum, nisi quod non est ab*[q] *episcopis reservatum.* Quod autem ipsi fratres fatentur, se multa bona privilegia possidere, de hoc idem Iohannes Monachi[r]: *Hoc quidem dicunt, sed eadem privilegia ad lucem minime producunt. Si autem habent privilegia*[s], *tamen ipse dominus Clemens omnia in predicto capitulo abolevit*[t], *addens**, *quod nec sermonibus nec aliis populum debent retrahere a parrochia, ut patet subtiliter intuenti.*

. . . .

1313. Vir vere katholicus Heinricus imperator— — intulerit toti mundo: *ex Ann. Halesbr.* Unde[u] quidam ait:

Annis millenis tria C, X[v] cum tribus Ique
Proh dolor! Heinricus cesar, probitatis amicus,
In festo duplici Thymothei Symphoriani
Toxatur calice, moritur, Domino miserante.
Iure dolet mundus, quod Iacobita*) secundus
Iudas nunc extat, mors cesaris hoc manifestat.

*) i. e. predicator[w].

*) 2 *omittit:* addens — intuenti, *eorumque loco addit:* sicut supra iuxta Martinum papam IIII. lucide est expressum. Hec omnia et multa bona alia patent ad litteram in tractatu seu primo capitulo huius libri[1]. Rogemus ergo omnes ad curam ecclesiarum parrochialium pertinentes, ut Deus et dominus noster Iesus Christus auferat velamen ignorancie crasse de cordibus omnium contradicencium constitucionibus et iuribus prenotatis, quatenus ipsi et nos cum concordia et unitate sancte matris ecclesie congregemur, ut vitam eternam cum omnipotente Deo possidere feliciter mereamur.

a) 203. 1a; 201. 2. b) fere a. 2. c) 204. 1a; 202. 2. d) Item dominus papa st. 2. e) *deest* 1a. f) B. p. sui 2. g) iuxta Honorium V. f. 2. h) mencio 2. i) quam pluribus *add.* 2. k) dominus papa *add.* 2. l) *post corr.* Bononie 2. m) *post corr.:* decretorum 2. n) *post superscr.* 1. o) autem 2. p) Licet fratribus sit concessum *add.* 1a. q) etiam ab 2. r) sic dicit *add.* 2. s) *deest* 1a. t) obolevit 1. u) Quomodo autem vel quali morte transierit ex hoc mundo patet in versibus subnotatis 2. v) *deest* 1a. w) *ita* 1a. 2.

1) Initio voluminis legitur: *Capitulum 'Dudum' in Clementinis cum ... glosa,* de qua monetur: *Nota quod hec glosa duorum est doctorum, scilicet Iohannis Andree et Iohannis Monachi.*

GESTA

EPISCOPORUM ABBATUM COMITUM

SAECULI XII. ET XIII.

HISTORIA MONASTERII VICONIENSIS.

EDIDIT IOH. HELLER.

Monasterium Viconiense, Praemonstratensium florentissima colonia, in Hanonia haud procul ab urbe Valentianensi ad occidentem versus situm, iam tempore Geraldi abbatis secundi, qui post Guarinum a. 1151. *regimen coenobii susceperat, monachum habuit, qui historiam fundationis necnon res sub Guarino et Geraldo gestas brevi narratione posteritati tradidit. Antiquiora fortasse ex ore seniorum*[1], *posteriora certe testis oculatus conscripsit*[2]. *Chartas quoque ex archivo monasterii desumtas non contemsit*[3]. *Omnia uno tenore composuisse videtur, cum Geraldus iam plurimos annos monasterio praesederat, quod ex his quidem verbis concludere licet:* Qui[4] *(scil. Geraldus)* in initio praelationis suae, quantum ad humanum spectat examen, morum honestate et verborum dulcedine atque affabilitate mirifice florens, maximum studium erga ornatum ecclesiae et decorem domus Dei impendere studuit, licet postmodum instinctu adversarii ab humili et recto religionis tramite deviaverit. *Cum his convenit, quod semel Geraldum, bis legatos ipsius reliquiarum acquirendarum*[5] *causa Coloniam profectos esse prodit*[6]. *Quare cum primum iter a.* 1157. *fieret, Geraldus autem a.* 1168. *abbatiam deponeret*[7], *id quod noster nondum memoravit, eum non ita diu ante a.* 1168. *scripsisse putarim.*

Anonymum postea alius excepit monachus, Nicolaus nomine, qui se officio prioratus tempore Radulphi abbatis functum esse et a. 1203. *periculum scribendi fecisse*[8], *ipse disertis indicavit verbis:* Hec autem ego Nicolaus, qui in officio prioratus iam dicto Ioscelino successi, anno 1203. scribi feci, qui omnes prenominatos abbates vidi singulorumque obediens fui preter primum, qui translatus fuerat apud Laudunum iamque per multos annos ecclesiam sancti Martini rexerat. *Is gesta abbatum novem priorum perpaucis absolvit, id praecipue agens, ut de redditibus monasterii nonnulla adnotaret. Sub finem*[9] *quaedam de discordia inter Fredericum imperatorem et Alexandrum III. orta, de expeditione Frederici in Terram Sanctam suscepta, de divisione imperii inter Philippum et Ottonem retulit. Etiam bella inter Philippum II. Augustum et reges Anglorum gesta leviter tetigit. Nicolaus, teste Nicolao de Montigni*[10], *nonagenarius obiit.*

1) Cf. I, c. 2: *sicut audivimus.* 2) I, c. 15 sqq. 3) I, c. 3, 8, 13. 4) I, c. 16. 5) I, c. 16. verba leguntur: *cum aliis . . reliquiis, quorum nomina iam alibi descripsimus*, ex quibus apparet, nostrum de reliquiis in monasterio asservatis pauca conscripsisse. Cum his convenit, quod Nicolaus d. M. infra ad c. 16. addit, se *nomina virginum et martyrum, quorum reliquie in hac ecclesia venerantur*, in libro actuum apostolorum monasterii reperisse. 6) I, c. 17, 18. 7) Continuatio Nicolai c. 2, 3. 8) II, c. 8. 9) II, c. 9. 10) III, c. 6. Plura adhuc, sed valde fabulosa Nicolaus d. M. de nostro tradidit, quae videas infra III, c. 2 sqq.

Tertius denique Nicolaus de Montigni[1], *cuius modo mentionem fecimus, post centum fere annos historiam abbatum Viconiensium rursus enarrandam sibi sumsit, quod munus ita explevit, ut opuscula anonymi et Nicolai verbotenus fere describeret, hic illic paucis tantum omissis, aliis neque tamen magni pretii adiectis. Inde a tempore Radulphi usque ad finem regiminis Iohannis de Pontibus, abbatis decimi sexti, qui a.* 1301. *abbatiae renuntiavit, continuationem proprio marte subiunxit. Multa fabulosa et miraculosa ex vulgari nimirum narratione, quae a monachis circumferebatur, hausit*[2]; *hic illic epitaphiis*[3], *martyrologio*[4], *libro memoriali*[5] *monasterii usus est. Alia quoque praesidia ex bibliotheca monasterii deprompsit, e. gr. opera Eustacii de Lens et Iohannis de Monte sancti Martini*[6]. *Ex patribus Gregorium legit, cuius unum verbum attulit*[7]. *Sermo lectores offendit; maxima est verborum moles, periodi prolixissimae et salebrosae. Teste Auberto Miraeo, Nicolaus*[8] *circa a.* 1308. *ex canonico Viconiensi creatus est abbas de Castello sancti Martini, ad Scarpum fluvium in dioecesi Tornacensi sito. Alia eiusdem auctoris opera vidit Miraeus in bibliotheca Viconiensi*[9], *quod his verbis testatur:* Scripsit ... historiam martyrii et translationis ss. undecim milium virginum librum unum; de miraculis s. Blasii librum unum; item memoriale reliquiarum ecclesiae Viconiensis et alia quae Viconiae manuscripta adservantur.

Editionem nostram praeparantes non nisi levibus subsidiis adiuti sumus. In uno tantum codice duorum priorum scriptorum libelli iam exstant, quibus brevissima fragmenta ex Nicolao de Montigni desumta addita sunt. Est

1) *Codex V a l e n t i a n e n s i s Nr.* 485, *chart. saec. XVI. in fol., qui continet opus Iohannis de Schoore, qui medio saeculo XVI. historiam monasterii Viconiensis conscripsit. Sub finem codicis in foliis quibusdam vacuis relictis (fol.* 239—245*) manu alia sed coaeva exaratum est opusculum primi auctoris sub titulo:* Exemplar de principio institutionis huius ecclesie Viconiensis, prout habetur in libello quodam, ubi Vita beati Norberti continetur. *Deinde eadem manu continuatio Nicolai sub titulo:* De prima institutione huius monasterii sancte Marie de Casa Dei in Viconia, et qualiter dampnis et incendiis multipliciter fuerit atrita et ob hoc ere alieno obligata, sed per Dei misericordiam eandem liberata, prout in vetustissimo exemplari in libro capitulari continetur. *Post ultima Nicolai verba:* regis Anglorum *additum est Nicolai de Montigni caput* 8*:* Post dictum Radulphum — epacta 23. *Tunc sub rubro:* Item de domino Radulpho ex quodam exemplari, quod continetur in quodam libello, ubi plurime chroniche continentur, *alia sequuntur ex primo capite Nicolai excerpta* (Anno ab inc. Domini — ut nudos vestiret; cum autem pastoris — fecit pro nobis; cum igitur in istis et aliis — saeculorum, amen[10]). *Haec omnia accurate scripta, licet non omnibus mendis libera, ipse Valentianis moratus in usum nostrum verti. Attamen cum in hoc codice ut acquiescerem minime a me im-*

1) Nomen Nicolai de Montigni a Miraeo, Martenio, Hugone traditum est. Etiam in codice Iohannis de Schoore laudatur. 2) III, c. 6: *quod frequenter enarraret coram omnibus factum unum* etc.; III, c. 17: *Hec magister Iohannes de Sancto Amando, canonicus Tornacensis, ... cui predicta a predicto fuerunt ante omnes enarrata.* 3) III, c. 19: *prout in epitaphio eius continetur;* cf. III, c. 8. sub finem. 4) Cf. quae addit I, c. 10. 5) III, c. 19. 6) III, c. 9, 10. Cf. etiam quae addit I, c. 16. 7) III, c. 15. 8) Miraeus, Ordinis Praemonstratensis chronicon (Coloniae 1613) p. 194. Miraeum exscripsit Le Paige, Bibl. Praemonstr. (Paris 1633) p. 305. 9) Ibid. p. 194. Catalogus librorum bibliothecae Viconiensis iam exstat in codice Valentianensi 486, fol. 39. Cf. Mangeart, Catalogue des Manuscrits de la bibl. de Valenciennes (Paris 1860) p. 492. De bibliotheca huiusce monasterii cf. quae retulerunt Martene et Durand, Voyage littér. (Paris 1717) II, 212; et secundum iter eorundem, Voyage littér. (Paris 1724) p. 100. Vid. infra quae adnotavi ad Nicol. d. M. III, c. 9. 10) Post haec sequuntur alia adhuc excerpta, quae utpote ex modernis libris desumta nullius momenti sunt. Cf. Mangeart, l. l. p. 491; Neues Archiv II, 313.

petrare possem, ad editiones a viris doctis ante multos annos vulgatas adque auctores, qui Historiam nostram descripserunt, recurrendum erat.

2) Libellos primi et secundi auctoris atque ex Nicolao de Montigni ea quae proprio periculo conscripsit ex codicibus bibliothecae Viconiensis ediderunt Martenius et Durandus in Ampl. coll. tom. VI, p. 282—308. *Nonnullas quoque Nicolai ad duos priores scriptores additiones uncis inclusas adiecerunt. Textus anonymi paene ubique cum codice Valentianensi concordat, continuatio Nicolai paullulum ab illo recedit; at Martenii recensionem hic interpolatam esse, facile apparet. Occurrit enim unus locus, qui in codice plane desideratur, ubi narratio ultra annum* 1203. *protenditur*[1], *cum tamen auctor se a.* 1203. *scripsisse ipse confiteatur. Qua de causa luce clarius est, quaedam aliunde desumta hic postea inserta esse; id quod ab ipso Martenio peccatum esse putarim, quippe qui maiores tantum Nicolai de Montigni additiones uncis distinxerit, minores nullo signo apposito in textum receperit. Cum tamen scriba codicis Valentianensis nonnulla etiam sua incuria omiserit*[2], *non ubique ad certam sententiam*[3] *pervenire potuimus.*

3) Primi tantum scriptoris opusculum ex manuscripto bibliothecae monasterii Hasnoniensis petitum luci dedit (3^a) *Dacherius, Spicil. vet. script. XII, p.* 533 *sqq. (ed. alt. II, p.* 871—874*). Idem suo more verbotenus exscripsit* (3^b) *Iacobus de Guisia in Annalium Hanoniae libro XVII, c.* 22—27. *(ed. de Fortia*[4] *XII,* 106—138), *quem ex eodem codice Hasnoniensi hausisse iam V. Cl. Wilmans coniecit*[5].

4) Opus denique Nicolai de Montigni praelo submisit Hugo, Sacrae antiquitatis monumenta (Sancti-Deodati 1731*), tom. II,* 191—221, *cuius editionem, quamvis incredibili vitiorum multitudine foedatam, cum integrum Nicolai textum exhibeat, in usum nostrum trahere fas erat. Nicolaus talem primi et secundi auctoris codicem descripsisse videtur, qualis proxime ad librum Hasnoniensem Dacherii et Iacobi de Guisia accedit. Nonnunquam Hugo lectionem rectiorem praebet quam apud Martenium reperitur.*

Ratio ergo editionis nostrae haec est. Pro fundamento primae et secundae partis usi sumus codice Valentianensi (1); lectiones 2. 3. 4 *adnotavimus, ex quibus hic illic aperta codicis menda corrigere licuit. Omisimus tamen lectiones ex manifesta librarii negligentia ortas necnon ea quae Nicolaus de Montigni suo arbitrio mutavit; quae vero de suis ad narrationem priorum auctorum addidit, in notis adiecimus. Ad textum Nicolai de Montigni constituendum praesertim Martenium secuti sumus, variam lectionem Hugonis adnotantes, ita tamen ut ex Hugone vitia Martenii emendaremus. Capita secundum Dacherii et Martenii exemplum instituimus. Verborum formas ad usum saeculi XII. et XIII. adaptavimus.*

E posterioribus praeter Iacobum de Guisia non nisi Viconienses libro nostro usi esse videntur. Saeculo XVI. Iohannes de Schoore magnam monasterii historiam compilavit, cuius autographum in bibliotheca Valentianensi, ut supra dixi, asservatur. Breviorem historiam in versibus hexametris compo-

1) Haec sunt verba II, c. 8: *et per septem annos egregie gubernavit* (scil. Radulphus abbas), qui circa a. 1202. regimen coenobii susceperat. Haec verba re vera interpolata esse, etiam ex sequentibus concludas: *Humilitatem, cuius ... laudare superfluum reor iuxta illud: 'Ne laudes hominem in vita sua'.* 2) E. gr. II, c. 7. verba: *ut quod — verteretur.* 3) Etiam verba II, c. 7: *atque Nicolaum subpriorem,* quibus ipse scriptor intelligitur, postea a Martenio ex Nicolao d. M. addita esse, persuasissimum habeo. Has additiones infra textum adnotavi. Alia quae non nisi apud Martenium leguntur uncis inclusimus. 4) M. de Fortia editionem Dacherii non cognovit. 5) Archiv IX, 364 sq.

sitam ibidem in codice 486 *legitur*[1]. *Eodem fere tempore, teste Hugone*[2], *Ludovicus quidam de Hennin opus Nicolai de Montigni ad saeculum usque decimum sextum extendit; saeculo XVIII, ut idem testatur, 'R. P. Miroux, Viconiae prior, meliori methodo digestas veterum et recentiorum historias chronologice ordinavit et stilo reddidit puriore'; quorum opera iam non exstare videntur*[3].

Berolini m. Novembri 1877. *I. Heller.*

Spiritus sanctus ore prophetico testatur, filiis Israel mandatum divinitus, ut beneficia [cf 2. Mach 9, 26.] sibi caelitus collata crebra recordatione suis suorumque cordibus imprimerent, quatenus his frequentius memoratis animos a cultu vanitatis arcentes, benefactori suo caritatis obsequium gratanter exsolverent. Haec ego frequenter audita sedulo versans in pectore, recolensque, quot et quantis blandimentis divina bonitas primordia nostrae conversionis delinierit, satis aegre tuli nihil ex his ad noticiam posterorum litteris inditum, presertim cum primaevos fere omnes cernerem vitae presentis transcurrisse terminum. Libuit ergo, iuvante Deo, notare breviter, quo tempore quove auctore locus iste sacrae religionis initium sumpserit, ut non priventur noticia gestorum futuri heredes et loci et morum.*

*) *Nicolaus de Montigni fusiorem prologum praemittit, quem hic subicere libet:* Precedentium ad hoc actuum digna est memoria, ut quos Deus extulit gloriose, iter eorum exequentes requie sancta cum eis potiantur, et quos improvidentia sui suorumque reddit inglorios, ignominia confusos, superbia horridos, perterreantur eorum successivi, hiis inspectis, ut scriptura impleatur, quoniam: *iota*[a] [Matth 5, 18.] *unum aut unus apex non preteribit a lege.* Siquidem prolixitas insipidum cor parit, animum querulosum, infirmantem exterruit. Idcirco rescindere linguam necesse est. Tamen in silentio [cf. Is. 5, 2 4] aliqua de pluribus colligere, non est preterire. Ex hiis ergo intentio sepivit uvam, fecit labruscam; vindemiavit eam et quod bonum est conservari iussit, id quod malum est subvertit in nichilum redegitque in cinerem. Pro eo scripture calamitatem, prosperum iter preteritorum, ut perpetue commendentur memorie, fando gestiunt pro contingentibus ad cautelam. Tribuit inde vires ad veterum morem in veteranis et recentibus parumper extendere, mala que sunt evitanda preostendens, pariter et bona que amplectenda comprehendens, eo quod necessarium extitit scribere et [Ps 18, 3] utrumque, ut 'dies diei eructet verbum et nox nocti indicet scientiam'.

Desiderium ergo meum in hoc perseverat, ut conscribere valeam Viconiensis ecclesie habitaculi locum necnon et vitam patrum abbatum nostrorum, predecessorum similiter et recentium, ne ex toto ista digna memorie depereant in futuris. In quibus qui precesserunt notam negligentie inexcusabiliter incurrerunt, eo quod quam plura inscriptione digna, multo transacto iam tempore, a cordibus nostris et mentibus transierunt. Nempe de auditu, non de visu, sed potius de relatu quam plurima compellimur inscribere. Dicet aliquis, me inscium et imbecillem pariterque iuvenem non debere in tam arduis figere pedem, sed potius saniori scientiorique esse relinquenda. Quod quantum in me est concedo. Verumptamen reperio, pauperculam mulierem [cf. Marc. 12, 41.] duo era in gazophilatio obtulisse; cuius quidem offertorium a Domino suscipitur, divitum vero reprobatur. Hanc igitur oblationem suscipe, pie pater domine Ihesu, tu et tui, quam offero pro [Ps. 144, 3] hominibus tuis admirabilibus imminutis. 'Magnus Dominus et laudabilis nimis'! mirabiliaque opera eius, cum ex incognitis manifesta prodit. Ex antris ferarum habitatio fit hominum; ex latebris predonum congregatio fit sanctorum; ex inopinatissimo et inhabitabili solo sibi constituat Spiritus [Rom 4, 17] sanctus habitaculi locum, nempe 'quia vocat ea que non sunt, velut ea que sunt'.

Sylva Viconiensis sic[b] sortitur a primevis temporibus huius vocabuli nomen, et merito, quoniam in etymologia nominis Viconiensis vi capit in ea ensis. Idcirco viatoribus olim quam plurimum metuenda tum pre sui latitudine et longitudine, tum pre sui densitate, tum pro scelerum que in ea frequentabantur enormitate. Unde audita fama a propinquis et longinquis, nisi adesset sol super terram lucens aut magno die facto, adhuc cum magna comitiva secure non incederent viatores. Tunc enim transitus per viam tam spatiosam non erat ad beatum Amandum vel Tornacum[4], immo per semitam modicam erat accessus et regressus; queque quadrigari necesse fuerant, per viam que Via vinosa dicitur vehebantur. Pactione igitur nostris data ab incolis necnon a comite, facta est via que nunc est; in restitutione cuius sylve pars nobis reddita est illa modica, que inter sylvam de Trit et dictam viam extitit interclusa. Transactis igitur multis annorum curriculis atque periculis, sapientia Dei ludens in orbe terrarum, que operatur ubi-

a) ista 4. b) sibi *corrigendum videtur.*

1) Cf. Mangeart, l. l. p. 492. 2) Sacrae antiquitatis monumenta II, in praefatione IV. 3) Auctores Galliae christianae in tomo III, p. 460 sqq. ex epitaphiis et necrologiis monasterii nonnulla haud spernenda attulerunt. 4) St. Amand, Tournay.

1. Locus iste nomine et veritate Casa Dei, licet ad id quod dicitur ante secula divino consilio preordinatus fuerit, non diu tamen ex quo tali vocabulo vocabulique virtute decorari cepit. Tempore namque Ludovici[1] regis Francorum haec silva[2] primum a fratribus nostris incoli cepit, annis ab incarnatione Domini 1125. plus minusve decursis; eatenus enim 1125.
locus iste spinis ac vepribus cannisque palustribus densus, luporum ac ferarum latebris magis quam habitaculis[a] hominum videbatur idoneus. Sed rex ille sapiens ac potens, qui vocat ea quae non sunt tanquam ea quae sunt, tempore sibi placito vetustam auferens loco despectio- cf. Rom 4,17
nem, inopinatam contulit sanctificationem, vetera dissipans lustra novaque sibi statuens castra[b]. Per idem tempus quippe Dei sapientia, cum filiis hominum ludens in orbe terrarum, diversis in locis casas sibi statuit, ad quas construendas operarios de servitute Babilonis evocatos inibique multiplici virtutum experientia probatos ad celestem aulam coronandos introduxit. Inter quos velut sapiens architectus plurima sagacitate cenobii huius primus instaurator enituit, Britonum quidem gente progenitus, Francorum tamen loquelis et moribus luculenter satis imbutus, sacerdos officio, nomine Wido[c]. Hic cum levis adolescentiae annos per trivia vanitatis vagabundus, ut plerisque moris est, transegisset, aevo iam maturante, mutavit et mores. Cepit namque supernae gratiae perfusus iubare, factus iam iuvenis, dies laboriosos mensesque vacuos vigilanter sibi dinumerare, annosque aeternos in amaritudine animae suae recogitans, taliter, ut reor, ad contemptum mundi se ipsum sollicitare. O anima misera, quare seduceris vanitatis sic aemula, ast veritatis nimis ignara? Perpende, quaeso, quam grave sit quod patimur, quamque vanum quod sequimur, aeternum quo ducimur. Obsecro, siste gradum, perspiciens ultra progredi quam sit periculosum.

Huc prodiisse tenus satis est, iam non decet ultra;
Sperne voluptatem, nocet empta dolore voluptas.

Hiis[d] atque his[e] similibus, spirante Deo, ad animum reductis, terga nugis vertens, male tutus arctum qui ducit ad vitam ingressus terere callem, mutans habitum, liquit seculum, migravit ad eremum.

2. Illo namque[f] in tempore quo venerandus pater Norbertus Premonstratum venit 1119.
habitaturus[3], sacrarumque institutionum, quibus iam totum ferme per orbem catholica decoratur ecclesia, rudimenta daturus, prefatus Wido paucis diebus illic demoratus, sicut audivimus[g], secessit loco maiori cedens. Audita vero fama huius silvae — famosissima enim erat tum pre sui latitudine[h], tum pre scelerum quae in ea frequentabantur enormitate — Deo comite adveniens, locato sibi tabernaculo sub annosa ut dicunt tilia, inopinatus resedit hospes, in proximo fiendus et heres. Haud longe autem ab arbore palus erat ingens rivusque preterfluens, quem indigenae sermone publico Paragium rivum appellant. Quidam vero ex nostris paradisi sive paracliti rivum eundem dici mallent, quod et mihi magis libet.

cumque pro libito, disponens omnia suaviter, quod Viconia, que vi capit omnia, antris fera latebra latronum et siccariorum sit[i], disponit: commutetur in casam Dei; unde locus iste Casa Dei ab initio sic vocatur, priori tamen cum hoc retento vocabulo, sed variato in sensu, quia si rapax fuit in principio, numquid ergo semper rapax? Absit. Mane consurrexit ad predam et ad ve- cf Gen. 49, 27.
speram divisit escas. Quapropter iam in ea cessat ensis, et introducitur mutatio dextere Excelsi, cum ex utraque litera sumit dictio sonans sic Viconiensis. Vitam[k] iustis concessit omnibus, nisi iniquitas eruat nexibus, salvato inibi salutarem. Est ergo Viconia via iustis concessa omnibus, nisi iniquitas auferat. Et iterum querit aliquis, quare case in principio est sic[l] sortitus[m] vocabulum locus iste? Dico, quoniam a cassulis eremitarum in dicta sylva in diversis locis degentium nichil aut modicum, ut patebit, proficientium, operante omnium Opifice, congregatis eorundem possessiunculis in unum, subsecuta est casa regularium canonicorum.

a) densus lat. lup. m. q. hab. 3. 4. b) *post haec inserit N. d. M. verba:* Nec mirum, emergebant undique latrones — dilaceranda relinquebant *ex praefatione Nicolai continuatoris sumta.* c) Guido *in marg. corr.* Wido 1. d) His 2. 3[a]; Iis 3[b]. e) *deest* 1. f) itaque 3. 4. g) illic s. a. dem. 3. h) sui magnitudine latit. 1. i) sic 4. k) *fortasse* viam *corrigendum.* l) sibi *corrigendum videtur.* m) sortitum 4.

1) sexti. 2) Silva Viconiensis intelligitur, quae erat pars silvae Carbonariae; cf. chartam Nicolai ep. Cameracensis a. 1141. *ecclesie de Casa Dei que est in Viconia silva* datam (Duvivier, Recherches sur le Hainaut ancien II, 555) et chartam Balduini IV. com. Hanoniensis a. 1143. eidem ecclesiae concessam (Gall. christ. III, instr. p. 95). *Guiticonia in pago Pabulensi* iam in tabula Karoli Calvi d. 23. Mart. a. 847. data occurrit (Duvivier I, 297). *Latrones Viconie* memorantur in Gisleberti Gestis com. Hanon. SS. XXI, p. 510. 3) Quod exeunte anno 1119. evenisse, testatur Vita Norberti c. 9, SS. XII, 679.

3. Hoc igitur in loco, sicut predictum est, facto domicilio, vir Dei vino illo quod novis in utribus recondi decet, dilectione Dei scilicet et proximi fervens interius, lucrumque animarum vehementer sitiens, duce Christo egressus ad publicum, eructare cepit populis quod ab internis[a] hauserat poculis. Igitur velociter sermone currente, turbae confluunt, vilemque hominis habitum, hilarem vultum placidumque sermonem attendentes, et in precordiis omnia ponentes, reficiebantur non minus opinione quam sermone. Fit itaque, largiente Deo, peregrinus homo notus in populo, ab omnibus amatur, veneratur, suscipitur et colitur. Frequentant eius domicilium, poscunt consilium, impendunt corporale beneficium, referunt optatum animae domi solatium. Perpendens igitur manum Dei bonam secum esse, populique corda divino spiramine ad audienda verba vitae reserata, cogitabat dilatare tentorium suum, quatenus, collectis fratribus ibidem, Christo debitum persolvere possent famulatum. Nec tamen arbitrabatur sibi tutum vel licitum in alieno cespite absque nutu heredum fundamenta iacere, presertim in hac silva quae pluribus subdivisa heredibus tot dominorum legibus subiacebat. Proinde accedens ad unum eorum, Almannum[b] scilicet de Ponz[c], illustrem virum, cuius iuris videbatur esse locus quem occupaverat[1], conventione facta cum eo, partim presentis lucri acceptione, partim mercedis aeternae sponsione, factus est coram multis testibus huius loci legitimus heres, qui paulo ante fuerat inquilinus et hospes. Constructisque casulis sibi suisque necessariis, exivit homo ad opus suum, peragratisque finitimis castellis et oppidis, semina vitae sparsit ubique; moxque mirum in modum sole iustitiae desuper radiante, maturos inveniens fructus, primitias ex eis Domino litaturus decerpsit.

4. Siquidem tantus ardor divinae dilectionis quosdam arripuit, ut, repente seculi vanitatibus abdicatis rebusque propriis ad nutum viri Dei delegatis, ipsi deinceps adhaererent, nexu indissolubili colligati. Cum quibus ad locum paupertatis suae regressus, singulis diebus secundum tempus et horam ad humilitatem obedientiae, ad virtutem patientiae, ad instantiam orationis, ad tolerantiam laboris, ad vigilantiam contra iuges antiqui hostis insidias monitis et exemplis quos Deo lucratus fuerat instituebat tyrones. Tantae vero caritatis erat, ut, licet inopem agens vitam, sibi suisque vel scribendo vel alio quocumque iusto modo cotidianam a foris conquireret stipem, hospitatori tamen preceperit, neminem ex caritate victualia petentem vacuum abire permitti. Saepius enim illam veritatis promissionem: *Date et dabitur vobis* (Luc. 6,38) mente retractans, plurimumque de ea sperans, pro viribus implebat sibique subditis servandam attentius commendabat.

5. Confluxere undique populi terrae, cernere cupientes quae hic fiebant tanquam mirabilia. E quibus aliqui videntes opera fratrum, vilitatem vestium, devotum ad invicem obsequium, laboris exercitium, caritatem et silentium, dicebant: 'Castra Dei sunt haec, et Spiritus sanctus habitat in his' (cf. Gen 32,2). Alii vero largifluam Dei misericordiam non considerantes, aiebant: 'In tantis miseriis non subsistent; sed recedente pastore dispergentur et oves'. Hoc autem illis non modicam, ut opinor[d], desperationem incusserat, quod qui anteriori tempore in vicinia nostra habitaverunt[e], nihil unquam ad perfectum adducentes, absque habitatore domos[f] vacuas[g] dimiserant.

6. Ante paucos etenim annos in proximo monte ad boream sito quidam eremita, erecto tabernaculo, cum matre degens, ea ibidem sepulta, cum solus remansisset, nescio a quo scelesto homine iugulatus in puteum deiectus est. Unde postmodum extractus et in atrio Sancti Amandi sepultus requiescit. Sed[h] cognomen monti non excidit. Porro ad occidentalem plagam quidam cum matre et fratre similiter habitabat, Hugo vocabulo, conversus habitu graduque sacerdos. Huic consuetudo fuit, circuitis circumquaque villis et castris, sermonem ad populum facere, nec tamen multum proficere. Quicquid enim ore loquaci serebat, moribus indisciplinatis conculcans, crescere non sinebat. Inter duo namque matura, sicut vulgo dicitur, unum[i] acerbum promens, risus et ioca persaepe audientibus commovebat. Hic patrem Widonem de die in diem prosperis successibus attolli, se vero minui cernens, nil prosperatus recessit, eius possessiuncula[k] nostros in usus redacta, nec tamen

a) aeternis 2; interius 3^a. b) Alam. 2; Alem. 3. c) Pouz 3^a. d) u. o. n. m. d. 2. 3^b. e) habitaverant 3. 4. f) sedes 3^a; deinde 3^b. g) *bis scripsit* 1. h) *deest* 2. 3^a. i) vinum 3^b. k) portiuncula 2.

1) Adeas chartam Balduini IV. a. 1143. ecclesiae de Casa Dei concessam (Gall. christ III, instr. p. 95), ubi idem Almannus eiusque iura memorantur.

nomine pristini possessoris privata. Adhuc namque locus ipse Sartum[1] domni Hugonis appellatur.*

7. Ast venerandus Wido bonis initiis finem optimum annectere satagens, Berengertruncensem[2] abbatem adiit, rogans, quatenus de fratribus suis ad hunc locum destinaret, qui nostros suis institutis imbuerent ac tempore oportuno ex eodem ordine abbatem sibi, Deo disponente, preficerent. Abbas itaque precibus annuens supplicantis, misit de suis canonicis, ut locum gentemque considerantes renuntiarent, utrum res dignum quid effectu premonstraret. Qui venientes diebusque[a] aliquot in loco peractis, videntes terram aquosam et arenosam cultuque difficilem, non satis fidentes in eo cuius est orbis terrarum et Ps. 49, 12 plenitudo eius, via qua venerant reversi sunt in regionem suam, Deo nobis melius aliquid providente.

8. Siquidem domnus Walterus abbas Sancti Martini Laudunensis, vir in perferendis malis experientissimus et ad subveniendum promptissimus[b], multis precibus pulsatus, venit locum invisere[c], ac misericordia motus, coepit eius curam agere; fidensque in eo a quo cuncta bona[d] procedunt, ingressus Duacum, verbum Dei cum fiducia loquebatur ad populum. Factumque est, eo loquente, cum inter cetera loci huius mentio incidisset, plurimorum tam ex clero quam populo tanto amore erga Deum et locum corda perculsa sunt, ut seculo mox renuntiantes, se cum suis abbate presente Christo voverent et loco.** Exinde vir Dei constantior factus, signato privilegio a venerabili viro Roberto Attrebatensi 1129. episcopo[3], curam loci suscepit, eo videlicet tenore, ut abbates ibidem consecrati cum sibi subditis Laudunensis coenobii statuta regularia moresque honestos pro facultate servarent, nec tamen ulli exactioni[e] temporali obnoxii forent. Missi sunt ergo fratres, qui, rebus prospere cedentibus, infra modicum tempus domnum Henricum, vice prioris sibi prelatum, illustrem virum — fertur enim capellanus et consanguineus fuisse regis Francorum — in abbatem elegerunt. Attamen, Christo resistente, desiderio suo fraudati sunt. Statuta enim consecrationis ipsius die, dum episcopus non adesset, elongata benedictione, Laudunum[f] reversus est.

9. Quo regresso, Laudunensis abbas domnum Warinum, priorem suum, ad consecrationem misit, qui, percepta benedictione, dignitatis gradum piis actionibus superexaltare sategit[g]. Erat enim vir simplex et rectis moribus ornatus, aemulator ordinis, amator paupertatis, custos castitatis, sectator hospitalitatis, postremo virtutum impiger cultor ac vitiorum fervidus ultor. Qui dum venisset[h] et de nimia egestate quosdam conqueri audisset, verbum memoria dignum fertur tulisse: 'Deus', inquiens, 'si nos in loco scierit, ipse ad manducandum prestabit'. Non ignorans utique, quod Deus omnia per plenitudinem sapientiae suae sciat, sed subditos monens, quatenus boni operis sedulitate a Deo sciri satagerent.

*) *Hic addit Nicolaus de Montigni:* Locus autem huius est pro posteris a magnis arboribus ante portam, ubi pro transeuntibus fons profluit, tam in terris nondum cultis quam excultis usque ad viam que Via-sartata dicitur, dividens huiusmodi sartum a silva ibidem existente. Verum dixerunt aliqui sedem habitaculi sui in piscaria nostra vivarii[i] strate publice contigui, scilicet de Ramis[4]; quod non michi placet, cum magnum spatium sit a vivario usque ad ipsum sartum, multos modios terrae continens, et non est verisimile, hominem solum cum matre et fratre pro sui habitatione tantum terre invasisse aut etiam inclusisse, nisi forte duo habitacula iam construxerit, que nusquam reperi aut audivi. Est etiam locus alius in silva de Trit qui Mala-domus dicitur, ubi similiter quam plures heremite inhabitaverunt, qui una cum aliis a malivolis iugulati finem optimum, ut rei probat veritas, sunt adepti. Nam in loco suspendii fons a terra ascendit, qui ibidem permanet usque in presens. Attamen dicta domus exhinc nostrum dominium non suscepit, sed in ea miles quidam leprosus mansionem atque cursum vite consummavit; necdum convertitur in nostros usus, vel tunc primum cum per excambium ville de Hucegnies dictam silvam atque domum cum omnibus appenditiis possidemus[k].

**) *Nicolaus de Montigni addit:* Inde est, ut census et redditus, que in Duaco possidemus, pervenerunt.

a) diebus 2. 4. b) et a. s. pr. *des.* 2. c) visere 3. 4. d) b. c. 3. 4. e) t. e. 3. 4. f) ipse L. 3. 4. g) satagit 3. h) advenisset 3. 4. i) vinarii 4 *semper* k) *post haec inserit N. d. M. verba:* Cum autem fortis armatus — fructificandum latius extendere *ex praefatione Nicolai continuatoris sumta.*

1) *sartum* i. q. nobis *Rottland.* 2) Truncus Berengarii vel Aroasia (Arouaise) inter Peronnes et Bapaumes sita est. Cf. Gall. christ III, 433. 3) Hanc chartam a. 1129. datam ex autographo luci dederunt viri docti in Gall. christ. III, instr. p. 98. 4) Raismes prope Valenciennes.

10. Quis autem valeat digne disserere, quantus qualisque fuerit eo tempore tam in discipulis quam in magistro amor veritatis, custodia humilitatis, contemptus mundanae vanitatis, cum certis[a] indiciis sincerae caritatis omnes se monstrarent mortuos esse mundo et mentibus habitare in caelestibus cum Christo? Cur autem eos mundo mortuos non recte dixerim, quibus tanta erat[b] parcitas in victu, tanta vilitas in vestitu, ut quaeque gustu dulcia, tactu mollia penitus abhorrerent et talia quaerentes ostentui haberent? Tanta quippe austeritas erat in victu, quod aestivis temporibus, cum legumina non haberent, tribulos et agrestes herbas per arva legentes et propriis humeris domum advectantes, una cum foliis arborum coctas in cibos sumerent. Nec tamen mors in olla sentiebatur, quia farinula perfectae caritatis condiebatur. Erat vero tanta vilitas in vestibus, ut tunicis tociens reclavatis plerique vestirentur, quod in dubium venerit, ex qua potius parte initium sumpserint.* Quid autem dicam de assiduitate[c] laboris vel instantia orationis, cum vix unquam aut manus quiesceret a labore vel lingua vacaret ab oratione? Unde contigit frequenter, ut per noctes quiescentes in lectulis se vel psallentium choris interesse vel sacris altaribus adstare aut etiam albatorum catervas procedentes[d] subsequi vel simile quid cernerent; evigilantes vero versum, quem opprimente somno dimiserant, adhuc in ore ruminarent.

11. Porro consuetudo talis erat, ut egredientes ad laborem sive ad sariendum vel ad sarta cremandum, finito labore, non vacui redirent, sed quisque pro viribus onera sibi baiulantes, seriatim et cum silentio repedarent. Tali quidem opere, ut reor, illam sancti
Ps 125, 6. Spiritus promissionem ore psalmistae prolatam: *Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos,* quam cordibus infixam ore frequenter ruminabant, se desiderare et expectare, iam quasi quedam preludia exercentes, declarabant. Et quidem haec[e] Spiritus sancti promissio in retributione iustorum perfecte[f] complebitur, cum, finito scilicet iudicio, sancti qui in labore et aerumna in hoc scilicet seculo semina vitae seminaverunt,
Matth 25, 34. audita illa desiderabili voce: *Venite scilicet benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi,* pulcherrima cum processione portantes premia laborum, a tribunali iudicis introibunt gaudentes ad contemplandam perhenniter faciem Patris, reprobis omnibus cum suo principe diabolo in tartara retrusis[g].

12. Haec et his similia ordini congruentia die noctuque incessanter agentibus, Deus, cui placere gestiebant, tantam contulit gratiam, ut vicini divites et pauperes magno cum affectu venerarentur et locum et gentem et precipue abbatem, qui eis vir bonus apparebat, in sermone verax, in operatione iustus, in universis moribus ornatus. Unde seniores terrae locum frequenter invisentes, cum audissent et vidissent numerum fratrum ampliatum ac diversorium valde angustum, hortati sunt abbatem oratorium lapideum construere, suum ei spondentes auxilium artificibus conducendis atque pascendis, ceterisque necessariis non defore. Quorum monitis, non de propriis viribus presumens aut opibus, sed divinis fidens muneribus, abbas annuit, effossisque lapidibus, quaeque forent ad opus necessaria preparavit.

1132. 13. Diebus itaque sanctis paschae facta processione ad locum quo construendum erat oratorium, ibidemque[h] missa celebrata, locata sunt fundamenta in honore Dei ac beatissimae semper virginis Mariae, Godefrido comite Austrebatensium cum infinito coetu divitum et pauperum astante. Siquidem oratoriolum, quo eo tempore, immo et ante celebrabantur divina in honore Dei et beati Sebastiani martyris, a venerabili patre Widone ex lignis compactum in pomerio situm fuerat. Ubi[i] etiam tunc temporis claustrum erat, atrio ibidem consecrato.** Porro ecclesia beatae[k] Mariae sex annis consummata, septimo dedicata est,

*) *Nicolaus de Montigni addit:* Quis vero fuerit et que de eo desunt ibi, require in martyrologio, ubi
cf. Nicol cont. c 8. in fine de eo agitur, ubi prior[1] non loquitur: *Nec tamen mirum* — aut qualiter divites huius provincie sibi certatim hominium[l] faciebant liberisque suis nomen eius imponebant.

**) *Post haec Nicolaus de Montigni addit:* et adbuc pro memoria sempiterna crux lapidea, ubi magnum altare fuit, permanet usque in presens. Cur autem oratorium prefatum in honorem beati Sebastiani martyris dedicatum fuerit, non immerito queritur, cum in nostris finibus non sit aliqua ecclesia,
Io 15, 5. que hoc nomine censeatur. Respondeo, a Spiritu sancto omne bonum peragitur, teste eo: *Sine me nichil potestis facere.* Alia ratio. Tempestas crudelissima ingruebat in temporibus istis, quoniam quam plures morte subita moriebantur. Inde provenit, quod provide plures prefati

a) certis *superscr.* cunctis 1. b) e. t. 3. 4. c) inst. l. v. ass. orat. 3. 4. d) precedentes 2. 3a. 4. e) *deest* 2. f) *deest* 1. g) reclusis 3. h) ibique 2. 3a. i) ibi 2. k) b. Dei genitricis 2. 3. l) hominem 4.

1) i. e. Nicolaus continuator, ad cuius capitulum 8. noster lectores reiicit.

8.[a] Kalendas Octobris, a viro excellentissimo domno Alviso Attrebatensium episcopo, ab 1139. Sept. 24.
incarnatione Domini anno 1139, domni Warini primi abbatis decimo[b].

14. Facta est ipso die consecrationis non modica perturbatio in populo; sed Deo vindicante non longe post in ipsum, a quo turbationis[c] causa processit, ultio manifesta factisque digna proruit. Factum est namque, cum, omnibus quae tantae solemnitati[d] congruebant rite peractis, qui ad diem festum venerant[e] festinarent ad propria, orta contentione inter Austribantenses[f] milites et Landastenses, ut vir illustris Amandus, scilicet de Dononio, graviter quassatus causa moeroris non modici nobis existeret. Fideli quippe virilitate domno abbati sponte factus obnoxius, in pluribus nobis utilis extiterat et ad ecclesiae constructionem de suis facultatibus frequenter adiuverat. Igitur proxima die ille qui caput iurgiorum fuerat, Daniel scilicet de Curte Traiani, ferocitate tyrannica opinatissimus, ad determinatum congressum, quem vulgo tornionem[1] vocant, properans, lancea perfossus, a presenti luce violenter extortus est, dignam sui sceleris suscipiens retributionem.*

15. His ita[g] gestis, pater Wido in territorio Metensis civitatis aedicula rursus constructa, collocato etiam abbate, a Iherosolymis iterata vice reversus aliquanto tempore degens apud nos, quandam curtem ad usum pauperum atque debilium apud Valencenas manentium exorsus est struere[h] iuxta montem Aizim[i, 2]. Qua nondum perfecta, opidanis non ad placitum adiuvantibus, ad Burgundiam ipse profectus est, nec plus quam duobus mensibus post eius abcessionem transactis, apud Iovinium[k, 3], prefatae regionis castrum, defunctus, in atrio Sancti Lazari, ubi debiles peregrini et pauperes sepeliri solent, id ipso petente, conditus iacet, beatam prestolans a iusto Iudice sui laboris remunerationem. Anno quidem ab incarnatione verbi[l] 1147, Kal.[m] Februarii, profectus a nobis, 2. Kal. Aprilis 1147.
migravit a seculo, in aeternum, ut credimus[n], victurus cum Christo, pro cuius amore ab ineunte iuventute voluntarius pauper factus, quoad vixit pauperum strenuus consolator, prout potuit, semper extitit[o].

16. Post eius vero transitum annis quatuor semis ferme defluxis, domnus Guarinus 1151.
abbas, vir piae recordationis, cum annis viginti ferme duobus nostram ecclesiam strenue rexisset, coenobii Sancti Martini Laudunensis regimen suscepit, domno Waltero eiusdem claustri abbate episcopante urbi prememoratae. Nobis autem ob discessionem saepe dicti viri moestissimis, successit alius nomine Geraldus, prefixi coenobii canonicus. Qui in initio prelationis suae, quantum ad humanum spectat examen, morum honestate et verborum dulcedine atque affabilitate mirifice florens, maximum studium erga ornatum ecclesiae et decorem domus Dei impendere studuit**, licet[p] postmodum instinctu adversarii ab humili et

sancti huius meritis exquisitis invenirent certum contra huiusmodi morbum specialiter conferri beneficium per eum qui vivit in seculum. Quo peracto negotio, oratorio dedicato, cemitorio constructo, mox cessavit huius loci pestis, de quo quidem oratorio seu cemitorio insigne quoddam refertur, sed non nominibus ponitur, eo quod non contigerit hiis diebus. Inscribitur autem sub abbate nuncupato de Tongria[4], Minore facto. Altera etiam potuit esse ratio, quia cum costam unam tanti gloriosi martyris possiderent, inprimis forsitan ob hanc causam dictam capellam consecrarunt in nomine, cuius superius. Discant ergo presentes et posteri cum omni veneratione conservare locum, tum quia consecratum, tum quia multa proborum atque sanctorum corpora ibidem consepulta quiescunt. Omnis procul immunditia abiciatur, ne querimoniam in extremo examine deferant consepulti.

*) *Nicolaus de Montigni addit:* Et in his omnibus letabatur pater Guido, eo quod[q] prosperum iter faciebat Deus salutarium suorum, proficiebat pater in filiis, filii in patre, quia unus amor, una fides erat in eis, ut competat eis: *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.* Ps. 132, 1.
Sic etiam in eis deerat omnis filargiria et avaritia, quia ea que a vicinis in muneribus sponte donabantur ab eisdem non sumebantur. Verbum recolentes: *Pecunia tua tecum sit in perditionem*, Act. 8, 20.
divitias sic contemnentes et summam paupertatem eligentes, salvatorem suum[r] Iesum insequentes. Quo percepto a popularibus, perturbati graviter ad ecclesiam orationis gratia confluebant; exurgentes vero ab orationis loco, saccos magnos pecunie plenos relinquebant. Unde nostri per ecclesie vestigia incedentes, saccos huiusmodi reperiebant, admirantes timebant valde.

**) *Nicolaus de Montigni addit:* Unde sparsis suis canonicis ad inquirendum ubique reliquias, qui fideliter opus iniunctum sunt executi. Inde est, quod[s] decoratur in tautis sancta mater hec ecclesia,

a) VII. 1. b) V. 3b. c) perturbationis 2. 4. d) festivitati 1. e) convenerant 1. f) Austreb. 3. g) ista 2; itaque 3. h) construere 2. i) Aizin 2; Aysin 3a; Aisim 3b. k) Iovinianum 2; Iovinum 3. l) *deest* 2. m) 1140, 7. K. 3a. n) creditur 1. o) *hic inserit N. d. M. verba:* Anno igitur d. i. — auxiliante suscepit *ex Nicolai continuatione (v. i. cap. 1) sumta; quibus alia ex anterioribus repetita addit, quae utpote nullius pretii omisimus.* p) *cetera usque ad finem cap.* 18. *des. N. d. M.* q) que 4. r) *deest* 4. s) quia 4.

1) i. e. *turnier*. 2) Anzin prope Valenciennes. 3) Ioigny ad fl. Seine. 4) Iohanne IV; transiit ad ordinem Minorum a. 1303.

recto religionis tramite deviaverit. Huius itaque temporibus[1], cum et in spiritualibus et in temporalibus ecclesia nostra floreret, quidam ex fratribus nostris ob amorem et honorem sanctorum vas quoddam, quod feretrum vulgo vocatur, ipso consentiente et cooperante, aedificaverunt, auro et argento ac pretiosis lapidibus decoratum. Cuius rei causa, scilicet ne[a], tantum[b] vas vacuum remanens, frustra laborasse dicerentur, ubicumque potuerunt ab ecclesiis tam vicinis quam longinquis sanctorum pignora perquirentes, magnam ex eis copiam aggregaverunt. Inter quae etiam caput sancti Flaviani, qui fuit archidiaconus Sancti Nicasii, prefatus abbas a civitate Remensi rediens secum attulit, quoniam in ecclesia prefati presulis et martyris parentes notos et familiares amicos habebat. Ipsum ergo caput cum aliis plurimorum[c] sanctorum reliquiis, quorum nomina iam alibi descripsimus[2], positum est honorifice in prefato receptaculo a domno Godescalco Attrebatensi episcopo.

1157. 17. Accidit preterea, ut Balduinus comes Haynoensis[3] Coloniam orationis gratia proficisci pararet. Cuius peregrinationis fama cum fratrum nostrorum ad aures usque pervenisset, suaserunt iam dicto abbati, ut aliquem de fratribus cum eo dirigeret, qui eius auctoritate et precibus ab abbate Sancti Herberti[d] corpus integrum unius virginis de societate 11 milium virginum mereretur suscipere nobisque deferre; quod et[e] factum est. Enimvero Domini cooperante gratia, precibus comitis nostri necnon et auctoritate atque imperio Henrici[4] ducis Lemburgensis abbas Sancti Herberti pulsatus, immo victus, unam e pluribus virginibus, quae in sacrario conservabantur, cuius nomen est Karissa, protulit nobisque transmisit. Huius ergo sacrae virginis sacras reliquias cum hymnis et laudibus die sancto
Mart 31. paschae suscepimus, et post pentecosten convenientibus quam pluribus viris religiosis atque
Mai. 19. abbatibus ac multa plebe seculari, a domino Frumaldo archidiacono Attrebatensi cum honore debito in iam dicto feretro repositae sunt.

18. Interea cum huius unius sacrae virginis adeptio acriorem sitim amplius acquirendi in corde abbatis Gerardi[f] succendisset, visa oportunitate temporis, ipsemet, nonnullis sibi fratribus associatis, Coloniam profectus est et quantum potuit a quibuscumque potuit oportune importune precibus, donis ac promissis, ab ipso etiam iam saepius memorato Sancti Herberti[g] abbate, ignorantibus licet monachis, sanctarum virginum et martyrum, qui cum eis passi sunt, sacra ossa recepit et huc ad nos die festo sanctae Trinitatis attulit. Verum cum necdum semel accensus ignis desiderii cordi suo suadere posset lentescendo, ut diceret: sufficit, tertio nihilominus, non quidem per se[h], sed per priorem legatum suum sanctum locum Coloniae adiit et sicut semel et iterum, sic etiam tertia vice sanctorum martyrum et virginum corpora collegit, de quibus ecclesiam nostram, ut rei veritas[i] probat, magnifice ditavit. Horum ergo martyrum ossa Deo sacrata, paratis loculis ligneis, in quadam structura lignea, auro et coloribus venuste composita, desuper altare apostolorum in ipso fronte capitis ecclesiae, ut intuentibus facile patet, cum reverentia et timore colloca-

Qualiter autem Coloniam ierit aut miserit, alibi plenius descripsimus, ut in translatione virginum continetur[5]. De capite vero gloriosi confessoris Maximi, qualiter deportabatur questus causa, gratia hospitalitatis ad nos discedens, a fratre Waltero de Valenchenis, tunc sacrista, rem diligenter investigante sublatum est a loculo ubi fuerat repositum, ut in libro[k] actuum apostolorum in claustro reperitur, necnon et nomina virginum et martyrum, quorum reliquie in hac ecclesia venerantur. Contigit subsequenter, questuarium beati Nichasii Remensis abire per patriam. Tandem infirmitate cogente et morti iam vicinum, deferri se precipit ad hanc ecclesiam. Qui humilitate susceptus dixit, se dentem unum eiusdem martyris veraciter deportare, et moriens, penes nos usque in presens conservatur.

a) n. sc. 1. b) tanto vase vacuo remanente 2. 3a. c) *deest* 1. d) Heriberti 2. e) *deest* 2. f) G. 1. 3b. g) abb. S. H. 2. h) ipse 2. i) verita 1. k) libri 4.

1) Cf. quae ex tabulis publicis de Geraldo collegerunt viri docti in Gall. christ. III, 462. 2) Cf. praefat. p. 291 n. 5. 3) quartus. 4) secundi. 5) Cf. quae in praefatione p. 292. de operibus Nicolai de Montigni adnotavi. Hugo, Sacr. antiq. mon. II, 202, de hoc libro haec tradidit: *Librum hunc de translatione virginum terimus manibus. Scribit illius autor, Geraldum abbatem de suis canonicis misisse quosdam, qui e Coloniensi civitate reliquias secum adportarent. Ii comitis Hannoniensis Balduini III.* (quarti potius) *Coloniam pietatis erga proficiscentis itineri se adiunxerunt et eius suffragante praepotenti intercessione corpus b. Karissae integrum dono acceperunt. Quod sacrum pignus in capsula auro, argento et gemmis coruscante repositum est sacro die pentecostes anni* 1157, *praesente Atrebatensi archidiacono Frimaldo, episcopi Godescalci tunc senio confecti postmodum successore, non immediato tamen.*

verunt. Ubi eorum usque hodie venerantur merita ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi.

CONTINUATIO AUCTORE NICOLAO.

Silva[a] Viconiensis olim metuenda fuit viatoribus et cunctis transeuntibus per eam. Emergebant enim[b] undique latrones, qui more siccariorum meantes[c] iugulabant et, ablatis eorum spoliis, canibus et lupis corpora eorum nuda dilaceranda relinquebant. Quod autem non modicum parit stuporem. Heremitas, qui locum inhabitabant qui dicitur Mons Heremitarum, diabolico instinctu strangulaverunt. Cum autem fortis armatus tam nepharie custodiret, immo vastaret atrium suum, supervenit fortior, virtus scilicet divina, que ad presentem locum, quem modo incolimus, destinare dignata est dominum Guidonem, virum religiosum et timentem Deum, virum litteratum, in cuius labiis diffusa erat gratia fructuose
predicationis. Hic mundum marcentem cum suo flore sterili respuens, sub tegmine fagi cf. Verg. Ecl. I, 1.
solus aliquantis diebus inhabitavit. Porro quoniam lux accensa non debuit sub modio latere, cf. Matth. 5, 15.
sed in palam adduci, predictus magister Guido circumquaque verbum Dei disseminans, quosdam fratres deinter fluctus labentis seculi ad portum sancte religionis Deo cooperante perduxit. Et ut tam novella plantatio magis posset propagari et ramos suos ad fructificandum latius extendere, locum et gentem, cui ipse preerat, domino Gualtero Sancti Martini Laudunensis abbati tradidit, eo nimirum tenore, quod secundum regulam beati Augustini et Premonstratensis ordinis institutiones fratres ibidem substituendi Domino deservirent.

1. Anno[d] igitur dominice incarnationis 1129[e], dominante comite[f] Balduino[1], domus 1129.
Viconiensis ordinem Premonstratensem, Deo[g] donante et domno Galtero Sancti Martini Laudunensis abbate[h] auxiliante, suscepit. In qua primum[i] domnus Guarinus abbas, vir religiosus ac timens Deum, primus abbatum regimen tenuit 22 annis.

2. Huic successit dominus[i] Geraldus, qui circiter 16 annos tenuit abbatiam, et quam- 1151.
vis in temporalibus aliquantulum profecerit, eam ultra modum indebitatam[k] reliquit. [Eo[l] 1167.
ergo pro meritis deposito,] postmodum electus est Galterus, qui absque benedictione episcopali, solo anno non sine magna perturbatione completo, excessit. 1168.

3. Amoto Galtero, substitutus est Stephanus [de Ursina-valle[m]]. Summa debiti et gravaminis, quod[n] nobis comes Haynoensis[o, 2] Balduinus intulit preter[p] incendium de Harchies, in quo valens mille libras perdidimus, fere ad undecies mille libras pervenisse dicitur[3]. Deus vero, qui vineam quam plantaverat eradicari noluit[q], servis suis largam benedictionem
infundens, sexto post depositionem domni Geraldi abbatis secundi anno[r], debitum preno- 1173.
minatum ad tria milia librarum misericorditer redegit, et quod admiratione dignum est, retentis possessionibus nostris[s] apud Curgies et Onaing, in terris et redditibus comparatis circiter 800 libras expendimus. Preterea domus et grangie apud Harchies et in aliis grangiis de novo exstructe[t] et resarcite secundum estimationem fratrum mille libras possunt valere. Hoc autem ad relaxationem debitorum multum valuit, quod pie memorie Philippus Flandrensium [et[u] Viromandensium] comes, miseratus domum quam prius hospitalem audierat, divini amoris intuitu neminem in tota ditione sua a nobis usuras exigere permisit. Aliqui etiam creditores nostri pro salute animarum suarum non solum usuras, sed et sortem condonaverunt. Nam duo burgenses Sancti Quintini[4] in suo obitu mille libras nobis dimiserunt, Petrus scilicet de Vilers 600 et[v] Robertus cambarius 400. Quidam itidem burgensis Valenchenensis Lambertus cognomento Cabilaus 500. Albertus etiam cognomento Comes, burgensis Valenchenensis, ante obitum suum[w] plus quam 50 marchas nobis condonavit. Similiter et quidam alii. Hec vero proinde scribi fecimus, ut caveant posteri, ne aliquando

a) *praefationem om.* 2. 4. b) *superscr.* 1. c) meantos 1. d) Anno — 22 annis *des.* 4. e) 1122. 2. f) domino 2. g) d. D. 2. h) a. S. M. L. 2. i) *deest* 2. k) in debitis obligatam 2. 4. l) Eo — deposito *des.* 1. m) d. U. v. *des.* 1. n) Summa quam 1. o) c. scilicet B. H. 2. p) propter 2 4. q) n. e. 2. r) *deest* 1. 4. s) *post* nostris *add.* ecclesie 2. t) constructe 2. 4; sunt exstr. 1. u) e. V. *des.* 1. v) *deest* 2. 4. w) *deest* 2.

1) tertio. 2) quartus. 3) Cum his concordat, quod Alexander III. papa mense Martio a. 1170. Henrico archiepiscopo Remensi mandavit, ut Viconiensibus propter debitorum onera auxilio veniret; cf. Martene, Coll. ampl. II, p. 829; Iaffé, Regesta pontificum nr. 7867. 7868. 4) S. Quentin.

desiderio terrarum sive reddituum comparandorum et permaxime[a] dilapidatione bonorum vel luxuriose vivendo recidant in usuras et incurrant illam maledictionem Iude, quam oculis nostris vidimus, quia[b] scrutati sunt feneratores omnem substantiam nostram et diripuerunt alieni labores nostros, in tantum ut libri nostri et ornamenta ecclesiastica nobis ablata sint[c]; que postea Deo miserante redemimus. Conventus etiam pre[d] penuria dispersus est.

4. Predicto itaque Stephano iam fatiscenti senio, nondum vita exempto[1], successit Daniel, vir simplex et bonus; qui cum prefuisset 4 ferme mensibus, necdum in abbatem benedictus, quibusdam de causis, quas evolvere prolixum est, ab abbate Premonstratensi depositus est.

5. Tunc subrogatus est ei[e] domnus Iohannes Guasco, ante prior Premonstratensis, tunc temporis abbas de Stella[2], qui nobiscum demoratus per medium[f] annum, videns multa gravamina intus et foris, maxime pertesus ad abbatiam suam, quam dimiserat, rediit.

6. Substitutus est igitur ei Godefridus [de Tongria[g]]; qui circiter sex annis[3] minus provide se habens, domum multis debitis oneravit, nec in spiritualibus sive[h] in temporalibus admodum proficuus, a cura pastorali amotus est.*

7. Et[i] consequenter prelatus est domui isti domnus Arnulphus, vir litteratus et in sermone profusus, natione Flamingus, qui licet exterioribus deditus esset[4], religiosum tamen in priorem, Ioscelinum[k] nomine, ordinis et officii ecclesiastici pium emulatorem excessuumque acerrimum corectorem, interius prefecit**, exterius vero virum industrium nomine Theodericum prepositum constituit; et ita in brevi domus bonis temporalibus habundavit, ut mirum in modum esset videre, nec eam aliquid detrimenti passam fuisse nec deinceps passuram fore[l]. Prefato igitur priore de medio facto et in capitulo tumulato, ubi prius sepulti fuerant domnus[m] Stephanus domnusque[n] Godefridus, prenominatoque Arnulpho cum officialibus suis sumptuosius et lautius vivente, quam ordo exigeret, denuo cepit domus debitis obligari, maxime vero eo quod per multos annos annona ita fuit cara, quod infinita milia pauperum fame perierunt et nos qui multum seminavimus parum intulimus. Inde provenit, ut[o] quod dandum erat pauperibus in usus communes verteretur[o*], ut etiam ante ianuas religiosorum inedia confecti morerentur egeni. Tunc impletum est illud propheti-
cf Es. 44, 9 cum[p]: *Clerici eorum non proderunt eis.* Erat ergo videre miseriam. Nam qui prius solebamus esse pauperibus[q] liberales, pre nimia continuatione famis, que 5 annis sine interpolatione alicuius fertilitatis duravit, nobismet ipsis timentes, ne nichil serentes nichil reciperemus, plus quam mille marchatas[r] avene ad opus iumentorum comparavimus. Siquidem in agricultura periti non solo foragio, sed et avena ea sustentari asserebant. Exinde accidit, ut quod dandum erat pauperibus pro iumentis expenderemus, venditoque nemore nostro, quod procerum[s] et annosum nobisque valde necessarium habebamus, ad extremam fere penuriam[t] devoluti sumus. Prefatus itaque Arnulphus et prenominatus Theodericus, qui prius rerum copia effluebant pariterque elationis tipo a multis[u] notabantur, miserabiliter vitam finierunt. Abbas nempe paralisi dissolutus, per aliquot annos officio[v] membrorum, sed lingue precipue destitutus est. Alter vero pessimo crimine accusatus, pre nimio dolore obiectorum tabescens, qui antea per multos annos fidelis et utilis ecclesie nostre esse censebatur, apud Furnes[5] peregre [in carcere[w]] defunctus est[x].

*) *Hic Nicolaus de Montigni addit:* Hic licet[y] indiscrete se habuit, cum in antea[z] multipliciter esset ecclesia nimis aggravata, et[a] cumulans mala malis, peiora prioribus, cum trabes et quidquid potuit ab ecclesia et a dormitorio auferri fecerit ac etiam vendiderit — quoniam maxima de eisdem erat in eisdem multitudo — ob hoc mercedem laborum habuit, quoniam a pastorali cura cum ignominia eiectus est Possessiones vendidit, in tantum ut molendinum Sancti Gaugerici in Valenchenis vendiderit. Unde qualiter dampnificati his diebus nostri fuerint, agnoscere possunt omnes.

**) atque Nicolaum subpriorem *addunt* 2. 4.

a) maxime 1. b) quod 2. c) sunt 2. d) pro 1. e) *deest* 2. f) dimidium 2. g) d. T. *des.* 1. h) nec 2. i) *deest* 2. 4. k) Iocel. 2. 4. l) *hic addit N. d. M. plura de officiis prioris in ecclesia, quae repetere noluimus.* m) *deest* 1. n) que *deest* 2. o) ut — verteretur *des.* 1. o*) verterentur 2. p) pr. i. 2. q) l. e. p. 2. 4. r) marchas 1. s) *deest* 1. t) miseriam *corr.* penuriam 1. u) multo 2. v) *deest* 1. w) i. c. *des.* 1. x) *hic addit Nicolaus de Montigni miraculum, quod omisimus.* y) sic 4. z) annona 4. a) ut 4.

1) Gall. christ. III, 462: *Reperitur a.* 1174. *in charta Hasnoniensi, qui tandem abdicato regimine a.* 1176. *defunctus est* 3. *Non. Febr.* 2) l'Etoile prope Château-Rénault (départ. Indre-Loire). Cf. Gall. christ. II, 1352. 3) Obiit 13. Kal. Dec. a. 1184. secundum Gall. christ. III, 462. 4) Gislebertus, qui cum Arnulpho a. 1188, mandante comite Balduino, ad curiam Heinrici VI. profectus est, eum *hominem bene litteratum, lingua Romana et Theutonica satis edoctum*, praedicat. Cf. Gisleb. Gesta com. Hanon. SS. XXI, p. 563. 5) Fournes.

8. Sepedicto autem Arnulfo adhuc erumnose vivente[1], qui prius in multa gloria et pompa vixerat, pro eo quod impotens esset, huic ecclesie domnus Radulphus abbas de Castello iuxta Mauritaniam[2] preficitur.*) Humilitatem cuius in abiecto habitu et frugalitatem in victu laudare superfluum reor, iuxta illud: *Ne laudes hominem in vita sua*[3]. Hoc tamen fideli memorie arbitror commendandum, quod licet domum istam debitis gravatam invenerit et multa et maxima dampna pertulerit, precipue a domno Gerardo de Bohaing**) et permaxime a Willelmo de Belsart, qui incendit vel incendi fecit grangiam nostram de Curgies, ubi tantum amisimus, quod estimatio pretii ignoratur: pro posse suo nitens contra impetum fluminis, id est[a] resistens malicie seculari, debita potius imminuit[b] quam auxit, et in emptione terrarum et terragiorum atque[c] decimarum et[d] aliorum redituum et in construendis et reparandis molendinis atque aliis edificiis plus quam sex mille libras expendit[e]. Hec autem ego Nicolaus, qui in officio prioratus iam dicto Ioscelino successi, anno 1203. scribi feci, qui[f] omnes prenominatos abbates vidi singulorumque obediens fui[g] preter primum, qui translatus fuerat apud Laudunum iamque per multos annos ecclesiam sancti Martini rexerat, quem ubicumque esset larga Domini[h] benedictio prosequebatur; nec tamen mirum, siquidem erat fervor religionis, columna ordinis et zelator castitatis, amator veritatis. Quo presidente vix alicubi tantus rigor discipline posset inveniri quantus circa eum[i]; et cum esset plebeius et mediocriter doctus et ex minori Britannia oriundus, pro apice tamen virtutum in tanta veneratione habitus est, quod milites huius provincie certatim ei hominium facerent et ecclesiam nostram propriis sumptibus [a fundamentis[k]] exstruerent[l] et ubicumque opus esset pro ipso allegarent liberisque suis[m] nomen eius imponerent.

c. 1202.

cf Eccl 11, 30.

9. Post ipsius vero recessum tot increbuerunt incommoda, specialia et generalia dampna, incendia, dissensiones, scandala, quod longum esset retexere[n] singula: generalia tamen summatim tangere utilius est. Scisma per 20 annos in ecclesia Romana fuit inter Alexandrum papam et Octavianum antipapam et alios successores Octaviani, in quo scismate tot depredationes[o], spoliationes, captiones episcoporum, abbatum, monachorum, clericorum facte sunt, quod ab aliquo sciri vel scribi esset impossibile. Novissime tamen Alexander obtinuit, quia[p] omnia regna Latinitatis ei favebant. Solus Fredericus imperator cum imperio suo ei resistebat, qui tamen demum apud Venetos in gratiam ipsius rediit. Hanc perturbationem totius sancte ecclesie secuta est captio terre Iherosolymitane, ubi multa milia christianorum interemta sunt; et[q] multo plura, ut captivis et obsessis subvenirent, fame, dissenteria et gladio perierunt. In hac siquidem expeditione Fredericus imperator et filius eius et decus omnium principum illustris comes Flandrie Philippus et innumeri alii occubuerunt[r]. Tunc flos tocius[s] Europe cecidit et emarcuit, nec adhuc Iherusalem libera est.

*) et per septem annos[4] egregie gubernavit *addunt* 2. 4.

**) *Nicolaus de Montigni addit:* Qui sic nos aggravavit, ut bannum fieri in Bohaing fecerit, ut nullus laicorum nobis deserviret; quod si secus presumtum esset, decapitatum permitteret et aliter vel minus non puniret. Quo viso a nostris, unus nostrorum guerram sic sumit, ut in territorio de Harchies cum 14 conversis armatus incedat. Itaque[t] a conversis aratur terra ac etiam seminatur, custode concanonico nostro iam predicto. Qua re cognita a domno de Bohaing, capitali sententia eos debere puniri dicit, si amplius incedant tali modo in despectu sui; sed nichilominus non cessant nostri, quam ut heri et nudius tertius hereditatem suam conservent atque elaborent. Fremit miles ad arma incedere, suos ad perdendum nostros iam invitat, progredi una cum aliis, ubi novit nostros trahere moras; viso a se ipso nostro concanonico, lanceam levat, equum stimulat, ut tandem eundem perfodiat. Percipit noster socius furentis animi motum, signum opponit, ut loqui valeat cum milite sic turbato. Cessat miles ad nutum sic[u] supplicantis et intelligit, que dicere intendit. Dicit enim, non esse honestum tanto ac tali militi armatum incedere contra religiosos sua bona conservantes; et[u] insuper[u] adhuc in tuto existant, si velle suum impleat, qui postea factum vindicabunt, quoniam uno occiso vel defuncto duo succedere dinoscentur. Audit miles verba viri, cogitat, sic posse fieri prout dicit, vocat suos ad reversum, qui prius venerant ad congressum.

a) idem et 2; idem 4. b) minuit 2. c) et 2. 4. d) aliorumque 2. 4. e) *sequentia usque ad* prosequebatur *om N. d. M.* f) quoniam 2. g) *deest* 1. h) b. D. 2. i) *reliqua usque ad finem om. N. d. M.* k) a. f. *des.* 1. l) constr. 2. 4. m) *deest* 2. n) texere per 2. o) damnationes 2. 4. p) quod 2. q) e. m. p. *des.* 2. r) et innumeri alii nobiles et ignobiles moriuntur. Et tunc 2. s) *deest* 2. t) Ita quod 4. u) *deest* 4.

1) *E vivis excessit a.* 1204, 13. *Kal. Maii*, Gall. christ. l. l. 2) Château l'Abbaye prope Mortagne (in dioecesi Tornacensi). 3) Iam a. 1202. Radulphum in chartario S. Quintini de Insula laudatum esse, testis est Gall. christ. l. l. 4) Novem potius annos monasterio praefuisse videtur; de quo cf. quae infra apud Nicolaum de Montigni ad calcem c. 18 adnotavi.

10. Desolationem Terre promissionis secuta est terre sterilitas, ut predictum est[a]; in qua quidem, quod mirum est dictu, multa victualia inveniebantur venalia, licet grandi pretio venderentur, ut etiam inopes, si pretium habuissent, evadere potuissent[b]. Tunc nos et omnes[c] fere ecclesie regularium et secularium tum ex inhumanitate, tum ex diffidentia, retentis vasis aureis et argenteis aliisque ornamentis et pecoribus multis, graviter offendimus, quod fons misericordie ignoscat, eo quod in substentationem pauperum expensa non sunt; tantum nempe invaluerat fames, quod nichil aut modicum talis expensa crederetur proficere. Hanc sterilitatem, que inundatione pluviarum continua accidit, secute sunt guerre multiplices inter regem Francorum[1] et reges Anglorum[2], factaque est divisio imperii inter Otthonem et Philippum ducem Suevie, in quibus tot cedes hominum, tot eversiones urbium et deso-
c. 1200. lationes ecclesiarum provenerunt, quod etiam scire, nedum scribere esset difficile. Balduinus etiam[d] comes Flandrie[3], nepos illustris domni Philippi, adiuvit aliquandiu[4] partes Iohannis regis Anglorum.

CONTINUATIO ALTERA AUCTORE NICOLAO DE MONTIGNI.

1217. 1. Anno[e] igitur verbi incarnati 1217. venerabilis in Christo pater noster hic debitum Ade solvit et more mortalium in hoc penam alieni delicti sustinuit, qui delicta propria frequenter punivit, utpote corpus suum in tantam dum viveret redigens servitutem tantisque macerationibus crucifigens, ut fragilitatem communem excedere videretur; et qui sibi adeo durus erat, totis circa egenos et miseros misericordie visceribus affluebat, non solum accipiens de rebus communibus, sed et necessaria detrahens corpori, quod eisdem misericorditer erogabat, et nonnumquam tanquam alter Martinus se exuens, ut nudos vestiret. Et gratia exempli sufficiat unius recitationis exemplum. Contigit, diebus suis hyemem esse perhorridam, et se per villam de Ramis incedere, ubi mulierem quandam cernit quasi nudam. Poposcit mulier elemosyne subsidium; pietate ductus pro sexu muliebri, se a suis divertit in partem, et pellicium quo solo vestiebatur exuens, mulieri contradidit, ut operirentur verenda eius. Ob hoc eum Dominus mirabiliter adhuc insignivit in vita, plus vero post mortem, ut patebit. Cum autem pastoris officio nobis, Deo disponente, preesset, in habitu ceteris[f] semper fuit humilior, in gestu deiectior, parcior et in victu. Nec defuit fideli ministro gratia benedictionis superne, quia, sicut per eum bonis spiritualibus informati eramus, sic quoque temporalibus incrementis per eundem fuimus dilatati, ut tam ipsi quam nobis ex perceptione presentium munerum[g] firmior esse posset expectatio futurorum. Verum senex emeritus regiminis sarcinam, in qua bene sudaverat, sibi propter impotentiam corporalem presentiens solito graviorem, eidem humiliter se subtraxit et ad sola se contulit studia pauperum fovendorum, ut illum in ipsis susciperet et amplecteretur cotidie, qui se pauperem fecit pro nobis. Huius itaque temporibus assignati sunt ob reverentiam dicti patris ad[h] 15 libras annui reditus ad portam, ut haberet unde melius expleret propositi[i] desiderium. Succedente vero tempore, multiplicatus est annuus redditus in estimatione 40 librarum[k]. Ob hoc adhuc computum prout magistri alii reddere nondum consueverunt. Cum igitur in his et aliis virtutum studiis se exercens ad diem extremum inter dies paschales pervenerit, in bona dormivit senectute, quasi cupiens cum Domino pascha suum celebrare, et sic de exilio ad patriam, de morte ad vitam, de labore ad requiem, de mundo transmigravit ad Patrem, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Obiit autem in senectute sancta et canitie veneranda, quoniam nonagenarius, sepultusque est cum patribus suis coabbatibus in capitulo. Sed quem dum viveret tenuit fides, ibidem promeruit, ut memoriter assit[l] nomen eius in secula. Nam lucerna lucens fuerat in seculo, coruscante merito, quamvis abscondita

a) st. t. predicta 2. b) possent 2. 4. c) *deest* 2. d) vero 2. e) *ex hoc capitulo inveniuntur ap. 1 nonnisi excerpta; v. praef. p.* 292. *Sequentia omnia desunt.* f) *ita* 1. 4; *deest* 2. g) numerus 2. h) *deest* 4. i) prepositi 2. k) i. e. 400. 2. Ob hoc — consueverunt *des.* 4. l) memorabile est 4.

1) Philippum II. 2) Richardum et Iohannem. 3) nonus; inde ab anno 1204. imperator Constantinopolitanus. 4) Mense Ianuario a. 1200. Balduinus IX. pacem cum Philippo II. Augusto composuit; cf. Scheffer-Boichorst, 'Deutschland und Philipp II. August v. Frankreich', Forschungen z. D. Gesch. VIII, p. 508.

sub lapide latere non potuit, et adducta in palam multis claruit miraculis. Confluebant undique populi terre pro variis languoribus gratiam sanitatis reportantes; quod videntes nostri, ne congressus per claustrum pateret omnibus, exhumantes corpus[a], ossa ad ecclesiam veterem, non ad istam novam tumularunt, ubi etiam, dante Deo, circumvicini remedia multa poposcebant et insuper reportabant. Novissime vero in ecclesia nova sub pedibus crucifixi ad chori[b] introitum extitit consepultusque ibi desiit miracula facere, qua de causa novit omnipotens Deus.

2. Fuit in tempore suo prior quidam, videlicet prior Nicolaus, qui virtutum generibus multipliciter florens, nescio quid dicam, nisi quia Dominus alterum Nicolaum in laudem populi adesse statuit. Fulsit enim a Domino tanta gratia, quod eius presentia complacebat universis, specialiter autem tunc temporis comiti ac etiam comitisse[c]. Nam cum causa spatii eis aderat, non in ioculatorum aut histrionum strepitu congaudebant, sed mandato priore, de eiusdem verbis dulcedinis delectati, hilares se reddebant. Hic studiose manus operi prebens, non otiosum debere esse frequenter ruminabat. Unde contigit quadam die, cum causa spatii mandatus esset a comite et a pluvia in itinere nimium madefactus, tandem pervenit ad comitem: igne vero in camino apposito, inter comitissam et comitem super tapetia consedens[d] ad desiccandum eum, in eorum presentia se ipsum discalcians, prebens comiti unum de socis suis, comitisse alterum, aiebat, quoniam omnia[e] mala docuit otiositas, idcirco ab aliquo opere nusquam esse vacandum[f]. Qui parentes imperio, socos suos ad ignem humiliter desiccabant. Hic frequenter cum ante conventum in choro pro matutinorum officio celebrando orationis gratia subintraret, in stallo suo illusionem diabolicam in forma visibili sentiebat; sed fidens veraciter in domino Iesu, in quo omne genu flectatur celestium, terrestrium sive infernorum, non timebat, immo: 'Vade retro satana' proferens, in modico disparebat.

3. Cum similiter post matutinarum officium in oratorio resideret, adveniebat iterum idem adversarius et lampades ecclesie extinguebat: sic orationi assidue insistebat, et oratione completa, cum reperisset lucernas extinctas, agnoscebat, ab adversario id extitisse perpetratum. Mirum in modum iniungebat eidem in[g] continenti, ut quas extinxerat sine mora reaccenderet; qui mox parebat nutibus imperantis. Iterum vero cum ad legendum se pararet, veniebat summe nequitie auctor diabolus, se opponens in globo igneo inter librum et virum Dei. Sed re cognita, manu percutiens huiusmodi ignem, dicens: 'Discede a me, pabulum mortis', ignis viro Dei non inferebat iacturam vel lesuram. Attamen eum pluries afficiebat verberibus et tormentis. Tante similiter fuit dulcedinis in correctionibus suis, ut emendare volentem numquam proclamaret, quantumcumque deliquisset. Inde est quod mos inolevit, ut, qui se in aliquo noverit deliquisse, ante horam capituli vocare liceat in gratia tum[h] ad parcendum aut ad demulcendum, et gratia huius.

4. Contigit enim temporibus suis, dum circarie[1] instaret operi, quendam de nostris graviter delinquere; qui a facie prioris fugiens, vix sperabat evadere, cum idem agnovisset et vidisset delinquentem. Quid agat, ignorat; illucescit crastina dies, et hora capituli appropinquat; sed hoc solum cogitat, quia pius est, si se ipsum coram eo humiliaverit, remittere poterit iam delictum. Sic complet, ut proponit. Vocat priorem, emendare repromittit, dum tamen sibi parcat in hac vice. Querit prior, si solus sit qui viderit factum; et responso accepto, subiungit prior, se a talibus de cetero servaturum, quoniam non proditoris[i], sed potius correctoris in mansuetudine servat locum. Audit frater; mox corrigitur, penitentiam aggreditur pro commisso. Discant ergo ecclesiarum prefecti in corrigendis excessibus huius sancti patris sequi vestigia, ut qui non de visu correxit, sed pepercit. Quid de relatu egisset? prorsus nichil; qui etiam de minimo magnum fecit, quid de illis qui de modicis magna aut quasi de[d] magnis condempnare non formidant?

5. Fuit etiam veritatis emulator fortissimus. Nam refertur, cum quadam vice equitaret versus Floreffiam[2] cum suo capellano, audivit, aliquos astare in insidiis ad perdendum ipsos. Tremens ac pavens capellanus sive consocius intimavit priori, quod, si occursus iste super ipsos irrueret, querens unde essent, dicerent non de Viconia, sed potius de[b] Floreffia se esse; et sic evadere posse iam credebat. Inter hec cucurrit ad ipsos armiger armatus; hor-

a) corporis 4. b) *deest* 4. c) a t. t. comite ac e. comitissa 2. d) *deest* 2. e) quasi 4. f) vacaturum 4. g) incontinenter 4. h) vocare liceat magistratum 4. i) perditoris 4.

1) i. e. visitatoriae; cf. Ducange s. v. circa. 2) Floreffe ad fl. Sambre.

ride[a] petit, quid[b] et unde existerent? Prior vero vitam istam parvipendens, pro veritate conservanda consilium nefarium respuit et sic dicit, quoniam de Viconia et in eadem gerere officium prioratus. Revertitur armiger ad dominum suum, narrans que reperit. Audito igitur a milite Viconie nomine, equum stimulat, tandem ad priorem appropinquat et benigniter eum iam salutat, regratians eum super curialitate impensa, cum ad domum Viconiensem hospitalitatis gratia semel divertisset; subiungens, quod, si de Floreffia se denominasset, procul dubio mortem nusquam evasisset. Querit prior turbationis causam, et insuper pacem inter eos velle reformare. 'Queso', dicit, 'una mecum ad locum pergite, et que[c] facturus sum attendite, ut sint[d] inter vos cor bonum atque concors'. Deponit illico animi furentis miles motum, ferocitatem in mansuetudinem, austeritatem in dulcedinem convertebat pro voluntate deprecantis; nempe, cui infernales subiecti sunt, non mirum, si mortalis obediat, ubi etiam gratia Spiritus sancti operatur. Quid plura? Pacem prout disposuit inter partes reparavit. Pace siquidem consummata, obiurgat consocium; dicens, numquam debere proferri menda-
Io. 8, 32. cium, et[a] quoniam *Veritas liberabit vos* a Domino esse scriptum.

6. Tante etiam austeritatis erat erga eum in ruminanda propria conscientia, quod frequenter enarraret coram omnibus factum unum a se ipso in detestationem[e] sui in iuventute perpetratum. Dicebat enim, semel nidum unum volatilium repperisse et pullos in eodem existere; ductus voluntate iuvenili, pullos huiusmodi in nido interemit immisericorditer, cum tamen progenitores eorum circumcirca caput[f] suum acclamantes sepius volitarent. — Obiit vero nonagenarius; qui obitum suum diu longe ante prescivit atque predixit quam per 18 dies. Contigit namque, laborare eum in infirmitate qua et mortuus est. Assistebant enim[g] circa eum fratres horam exitus prestolantes, tam die quam de nocte vigilantes. Aiebat ad illos: 'Filioli, quiescite, in vanum laboratis; scitote, si queritis, quia adhuc superest in pene-
Iuni 24. tralibus istis. Enimvero in die beati Iohannis baptiste infra horam tercie habebitis quod expectatis. Quo habito, statim corpus meum tradite sepulture'. Quod et factum est. Unde computatis diebus, 18 dies, ut dixerat, reperti sunt. O felix mors, que[h] iam certa de premio non querit amplius orationum suffragia! O quam bonum est bene vivere, quia sequitur bene mori! Sic vitam suam usque ad canos sancte dinumeravit, ut perveniens ad mortem temporalem, ad felicitatem eternam per eam conscendit. Hic omnes electos vidit huius ecclesie preter duos primos, videlicet domnum Henricum vicepriorem[i] et domnum Garinum, eo quod translatus sit apud Laudunum, singulisque obediens fuit[1]. Vitam ergo istam pertransiens, ob sui gratiam et reverentiam ante capitulum tumulatus iacet, prestolans ibidem resurrectionem singulorum.

7. Subsequenter substitutus est alter prior, qui sic predecessoris sequens vestigium, ut prior in bonis operibus et re et nomine censeretur. Hic in modulandis vocibus peroptime noverat artem. Qui infirmitate correptus[k], qua et mortuus est, raptus in extasi, ad se rediens querebatur a circumstantibus, qualiter aut quatinus per omnia esset? Qui respondens: 'Quia bene, benedictus Deus'. Unde inter hec in altis vocibus incipiens erat: 'Te Deum laudamus, te Dominum confitemur'; quo dicto, expirabat.

8. Post[l] dictum domnum Radulphum, qui ecclesiam nostram, sicut dictum est, stre-
c. 1211? nuissime rexerat, successit in regimen domnus Galterus de Querceto[m, 2], qui eidem Radulpho in officio prepositi fidelissimus extiterat coadiutor, qui pius, prudens, humilis, pudicus, sobrius, castus fuit et quietus; cuius bonitatem si scribere velim, deficiet pagina citius quam materia. Ego tamen volens offerre in gazophilacium cum paupere muliercula minutum, gratiarum dotes, quibus Dominus ipsum mirabiliter insignivit, tangam potius quam describam, pauca de multis excerpens. Valde humilis fuit in confessione, contritus in sui accusatione, devotus in peccatorum emendatione, crudelis in proprie carnis afflictione, largus et effusus in elemosinarum largitione, alienis peccatis miro modo compatiens, de suis ultra modum impatiens. Qui licet in officio Marthe iugiter et incessanter desudaret, tamen cum Maria ad pedes Domini sine intermissione sedebat, et hos lacrimis irrigando, capillorum officio detergebat. Qui quamvis inter dulces amplexus Rachel assidue moraretur, quoties-
cf. Gen. 29, 17. cumque ei vacabat tamen cum Lia lippa et laboriosa multiplicem prolem non desinebat

a) *deest* 4. b) qui 4. c) quod 4. d) sit 4. e) despectionem 4. f) apud 4. g) etiam 4. h) quia iam circa de proximo nostro non queruntur o. s. 4. i) priorem 2. k) corruptus 4. l) *hoc capitulum legitur in* 1. m) d. Q. *des.* 1.

1) Haec ex Nicolao c. 8. 2) Quesnoy, a Valenciennes inter orientem et meridiem.

generare. Qui cum nostram ecclesiam decem et septem annis cum incolis suis in omnimoda pace gubernasset, ita quod[a] a subditis suis ne[b] unum verbulum audisset et eandem ecclesiam in utroque statu prosperam et opulentam reliquisset[c] ac eius possessiones ultra quam credi posset aut dicere audeam ampliasset, 18. sui regiminis anno[1] Idus Martii, veris initio, 1229. Mart. 15. eo quod ab omnibus malis iduatus[d] cum vitiis et concupiscentiis martem assiduum habuisset, ab hac vita transiens, ad eterni veris transmeavit amenitatem, evidenter dans intelligi, quod septiformi Spiritus sancti gratia debriatus in hora exitus[e], decalogo legis fideliter observato, ad octave beatitudinis gloriam perveniret, etiam in signo visibili, quia lux tanta irradiavit super astantes, quod ducti in extasim stare non poterant. Reversi vero, quod ab angelis deferretur anima viri, certitudinaliter agnoverunt. Qui in ecclesia nostra sepultus, sicut ipse rogaverat[f], cum piis lacrimis subditorum, quos uberibus maternis lactaverat et paternis verberibus corripuerat, nos reliquit desolatos tota die merore confectos. Obiit autem anno gratie 1229, feria 5, indictione 2, epacta 23.

9. Huius itaque temporibus computatio reddituum magistris curie non fiebat, sed qui libet pro viribus officium suum adimplebat et que[g] in lanis et lacteis congregaverat et bladis ceteriscumque domi transmittebat, et omnia in diebus sabbathi in Valenchenis venacula vendebant[h]. Mira res! locus ad suscipiendum omnia sufficere non poterat, quoniam fidelissimos habebat coadiutores in suis officinis; nempe cui caput bonum, cetera membra convalescunt; si vero debilitatum, cetera membra mox sentiunt. Nam sepe solet similis filius esse patri. Hic aulam altam pariter et capellam edificari iussit, in pictura equalem infirmitorio. Sed Cistercienses tunc temporis ordinem iterum invisentes, picturam ab aula, quia[i] nimis sumptuosa sive curiosa, iusserunt auferri et aliam superinduci. Capellam etiam depicturare volentes, propter nostros non potuerunt. Hec et his similia in diversis locis peragentes, appellatione ab ordine contra eos facta, a visitatione postea cessaverunt. Campanas etiam duas maiores et alteram etiam[k] minorem ab illis, coronam auream, duo brachia argentea, turrim, vestiaria, potum cupreum magnum cerevisie, etiam multas possessiones acquisivit ad honorem domus Dei. Preparavit[l] fulsitque diebus suis Eustacius[m] de Lens, huius ecclesie canonicus[2], cuius camere nomen[n] excidit, doctor in theologia, qui cosmographias Moysi, seminarium verbi Dei[3], regulam beati Augustini[4], hymnos et canon fulvo sermone conscripsit. Hic domnum Wilhelmum de Wercinio, postea abbatem, tunc temporis iuvenculum, habuit capellanum. Ipse vero magister multo confectus iam senio, tractatum de Trinitate cogitans, super pulpitum suum, visurus Trinitatem oculo ad oculum, quam viderat per speciem et in enigmate, ibidem expiravit. Fuit etiam eodem tempore in Monte Sancti Martini[5] alter doctor in theologia Iacobus nomine. Qui pluries ad invicem conscripserunt. Ipse vero magister Iacobus intitulatus est Iacobus de Laude Virginis.

10. Viam ergo universe carnis ingresso domino Galtero, successit domnus Egidius, Walaciensis primo abbas, vel Miledebourg[6] altero nomine nuncupatur[o], in Hollandia adiacens Gerisse ville. Etiam ibidem extitit idem pater oriundus, qui, sicut stella differt ab altera in splendore, iste inter primevos emicuit. Hic viscera pietatis in se gerens, mitissimus propinquis et indigentibus, austerus tamen sibi fuit. Hic que communitatis erant non distraxit, sed auxit. Nam cum conventus noster preter[l] duo bracharum paria possideret, tertium par adhibuit. Etiam in cibis et potibus, invitis Premonstratensium et Laudunensium abbatibus, singulorum[p] nostrorum prebendavit. Expetit ab eisdem, ut ad mensam in vino suos habeat canonicos prebendatos; sed iidem egre ferentes dicunt, se inhabi-

a) q. tanto tempore 4. b) nec 1. c) statu locupletasset 4. d) *ita* 1. 4; impugnatus 2. e) i. h. e. *desunt* 1. f) attamen non in ista, sed in veteri *add.* 4. g) quod 4. h) vendebat 4. i) quod 4. k) *deest* 4. l) *ita libri.* m) magister E. 4. n) n. non 4. o) nuncupatus 2. p) singulum 4.

1) Cui numero si fidem habeas, circa a. 1211. Galterus regimen monasterii susceperit oportet. Quare cum antecessorem eius Radulphum iam a. 1202. abbatem fuisse constet, Radulphum non septem, ut supra in additione (c. 8) legitur, sed novem fere annos abbatis munere functum esse, apparet. 2) Opera Eustacii in bibliotheca Viconiensi pleraque asservata erant adhuc tempore Auberti Miraei, qui praeter libros supra nominatos invenit alios eiusdem auctoris 'de metris', 'de mysteriis s. scripturae', 'de tropis et scematibus', 'de significationibus nominum et qualitatibus rerum ex d. Gregorio'. Cf. Miraeum, Ord. Praem. chron. (Brux. 1613) p. 170, quem exscripsit Le Paige, Bibl. Praemonstr. (Paris 1633) p. 305; Hist. Littér. XVIII, 4—6. 3) Miraeus l. l.: *Seminarium verbi Dei, quod ingenti volumine comprehensum atque alphabetico ordine digestum recte lexicon biblicum (bellicon* Mir.*) appellaveris.* 4) *ad Gervasium Praemonstratensis ordinis primatem* Miraeus. 5) Mont-Saint-Martin, a Valenciennes ad meridiem. 6) Middelburg in insula Walcheren.

tare[a] in vineis et insuper multas vineas possidere, attamen suos non esse prebendatos. Quibus sic loquitur: 'Vineas vestras observate, que peto concedite, quoniam, si vobis sit vinearum possessio, michi autem est pecunie magna acquisitio: et idcirco efficere debeo quod intendo'. Finitis sermonibus, locum suum revertitur et explet que proposuit festinanter. Sic statuit adesse prebendam, quod[b] sacerdos semilotum ad mensuram in prandio obtineat. Nam antea in ciphis magnis vinum fundebatur. Tamen cum multa bona suis concanonicis egerit, vix unum diem cum eis in pace possedit. Nam inimici hominis domestici eius. In gravi enim culpa positus est, instigantibus suis, ipse abbas. Causa autem fuit talis. Venit quidam episcopus de finibus longinque regionis ad eundem visitandum. Mutuo se viderant, cum dominus Egidius in partibus abiisset transmarinis. Volens igitur abbas eum solempniter suscipere, processionem statuit adesse contra eum; quod et factum est. Suscipitur festinanter, prout decet. Advertunt emuli quod factum est; fremunt dentibus in eum, quasi ius[c] verum habeant contra eum procedendi. Recedit episcopus, valedicens omnibus et nomen abbatis multipliciter recommendans. Sed non attenditur ad id quod dicitur de viro tam excellenti, quin immo proponitur, quia[d] forensis episcopus non sic suscipitur, ut scriptura evidenti patet plenarie in statutis. Querimoniam deferunt ad presidentes, ut corrigatur qui deliquit. O nefanda rabies in cordibus invidorum! Nam scintilla corrodit brandonem unum. Iste[e] vero ad eos quasi nichil egissent in eum placide se gerebat. Unde cunctis dicebat: 'Quanto mala multiplicabitis, tanto pro viribus meis maiora bona inferam vobis'. O virtus patientie, que in prelato sustollitur[f] et in subdito denegatur aut nusquam reperitur! O mansuetudo nimia in prelato, quoniam a subditis patitur perperam humiliter et devote! Pro eo vitam eius, exempla virtutum pariter et gesta, prolixum esset nimium subnotare. Attamen inter virtutum eius insignia licet pauca de pluribus inserere[g].

11. Hic in primis actibus suis[h] quinque sicarios convertit, qui vias transeuntes depre dabant[i], iugulabant; quorum magister erat predictorum quidam Druardus[k] nomine, 80[l] habens tante nequitie subsequentes; sed ad exhortationem pii patris hic Druardus cum prefatis quatuor actus deserunt nefarios et ad ordinem ut conversi se convertunt: vivunt in ordine qui inordinati extiterant; palam incedunt qui in latibulis prius morabantur; bonis actibus inserviunt qui ad nefandos se extenderant actus[m]. Nempe docet eos, qui preest tam predicationis verbo quam conversationis exemplo. — Etiam sic Spiritus sancti gratia in vita extitit debriatus, ut meruerit pacem inter Ysengrinos et Flaventinos vel Flampedes in partibus Hollandie et Zelandie et Flandrie, quam nullus hominum attemptare quibat, sive rex[n] sive comes aut baro, reformare. Sic autem guerra erat inter eos, quod pater filium habens obvium aut filius patrem, mox immaniter sevientes collisi pariter alter alterum suffocabat. Erant autem nobiles valde una pars, residui vero, sicut supradictum est, de territorio Furnensi in Flandria, in loco aut circumcirca locum qui dicitur Cayens commorantes. Hoc cernens sanctus pater, fidens in Domino, cui possibilia sunt universa, illos aggreditur in verbis dulcibus, dicens: non esse honestum etiam apud homines sanguinem sic fundere propinquorum, quid ergo apud Deum; sed esse iustum bellum et acceptabile Deo sacrificium, si ad inimicos Christi se convertant pro consequenda venia delictorum. Exprimit coram eis pactum, quod cum eis erit dux itineris, et sic pax inter eos reformetur. Placet singulis quod dictum est, et osculo facto inter capitales, preparatis necessariis, viam transmarinam cum suis arripit tantus pater.

12. Unde veniens cum suo comitatu ad infidelium fines, armatus in lorica et galea, desuper arma caputium ordinatum habens, incedebat. Pontem quendam cernit a nefandis obsessum. Mox suo primo introitu pergit audacter ad pontem, sed sui viam patris non sequuntur, territi timore mortis, quia in numero nimio exsuperat eos hostium multitudo. Revertitur ad suos, territos animat ad palmam, coronam immarcessibilem repromittit, dicens: 'Quod non in multis vel in paucis est fortitudo belli, sed in virtute Dei desuper. Aggrediamur hostes, moriamur pariter, bellum etenim Domini est. Pastoris super[o] vos gero officium, animam meam pro animabus vestris pono'. Attamen eorum corda numquam pro verbis dulcedinis, ut deberent, compunguntur. Sed pater sciens omnia esse possibilia credenti, tandem convertitur ad conversos, quos secum deduxerat. Vocat Druardum cum suis consociis ad proficiscendum in prelium contra astantes inimicos, proferens: 'Filii, gressus vestros una mecum dirigite, quos usque nunc direxistis in peccato et dolore; vos, qui bonum igno-

a) cohab. 4. b) qui 4. c) *deest* 4. d) quod 2. e) Item 2. f) custoditur 4. g) inserpere 2. h) eius 4. i) depredabantur et 4. k) Ornardus 4 *semper*. l) 20. 4. m) *deest* 4. n) respublica 4. o) inter 4.

rastis agere, moriamini cum salute. Brevis mors, grandis vita; parvum demeritum, sed magnum premium. Si vere conversi estis, convertimini mecum, quia qui inceperit et non perseveraverit nichil est, sed perseverantibus tribuitur merces et corona'. Finitis sermonibus Deo se commendans, cucurrit ad hostes tantum cum conversis; fisus digna fide, fultus Dei gratia, sic deducit vibrantem hastam, quasi alter Ionatas cum armigero Philistinorum percutiat stationem. Intuetur diu belligerans a commilitonibus tantum percutere gregem; resumptis viribus, se non milites nec strenuos fatebantur; impetu subito facto, insecuntur audacter iter eius: sic[a] militare implent officium, ut subito perfidorum ruat innumera multitudo, et prostravit grex pusillus catervam infidelium quasi infinitam, et impletum est quod dictum est a psalmographo, quod unus mille et duo fugarent decem milia. Preliatus ergo (Deut. 32,30.) prelia Domini, sic nomen militis propter officium promeruit.

13. Hic armatus, velut[a*] habitum est, ante Damietam[1] cum populo christiano circuit, querens, ut capiat. Unde prius facta predicatione ad populum, eundem mirifice confortabat. Dicebat enim: 'Tradidit Dominus nobis Damiete civitatem, surgite celeriter, pugnate viriliter, pugnat pro nobis Dominus, non est qui de manu eius possit eruere'. Hec armiger eius, qui post obitum suum veniens ad locum istum gratia visitandi, enarravit. Dixit enim, quia[b] et in prelio illo deservierat; qui quidem a nostris visus est[a] et locutus nostris diebus viventibus, quibus fidem adhibemus. Referebat enim, predicatione[c] iam ab abbate completa, lanceam arripiens, equum stimulans lancea, mox portam civitatis contingebat, que nutu Dei ultro aperta est ei, et cum suis ibidem subintrans, neminem qui se posset defendere aut etiam protegere reppererunt.

14. Multis siquidem victoriis habitis revertentes, secessit in Romanie partes; pergit invisere Romanum pontificem. Ad quem usque perveniens, deosculari, prout ab omnibus moris est, eius pedem voluit. Audito vero a presule summo eius adventu, mox aperiri iussit. Nam que gesserat in bellis Domini, diu iam prescivit. Ingrediente eo coram pontifice summo, surgit pontifex summus illico[d], eum[e] amplectitur, dat in faciem osculum, nec patitur, quod ad osculum pedis incurvetur[f]. Et inter hec profert, aspectibus eius assistere sancte matris ecclesie decorem et honorem, idcirco morem communium sequi non debere. Erat autem stature eius proceritas pulcherrima valde. Obtenta igitur a summo pontifice licentia, potestatem habuit ubique[g] predicandi, specialiter in cruce. — Hic sic detestabatur usurarum voracitatem, quod, cum Gandavi secessisset, in hac nequitia corruptam fere totam repperit civitatem. Ad ecclesiam gressus dirigit, verbum predicationis populo preostendit, specialiter contra usurarios agit mentionem. Completo vero sermone, communem ecclesie modum non servans, ad excommunicandum tales, qui fit cum candela, ob detestationem fenoris, sed mandato crucibulo sive sagimentario, cernentibus cunctis, anathematizavit. Ex quo facto seminarium sibi fere[h] prebuit mortis; sed Deo dante sanus et incolumis pristinam exorsus est sedem. In sexto regiminis sui anno petivit celos[2], perenniter desolatum deserens (1235.) gregem atque merore confectum[i].

15. Huic successit dominus Gerardus de Cirvia[3], qui tempore domini Egidii exequebatur officium prioratus. Hic liberalitate, hospitalitatis largitate, summa prefulsit gratia, in tantum ut fama diebus suis crebresceret, quasi parem non haberet. Hic circa obloquentes atque detrahentes, ne suo interessent auditui, immanissime sevit. Ad cuius cognitionem sufficiat huius recitationis exemplum. Quidam de concanonicis nostris pistorie[k] sive furnarie preexistens operi, dum quadam die quedam eius neptis ad eum visitandum tarde advenisset, diu cum ea confabulans, forte necessitatis causa eam minus provide in camera sua pernoctavit, eo quod exire non poterat absque scandalo plurimorum. Qui habens aliquos de nostris pre ceteris familiares sibi, mandavit pro eis propter consilium expetendum. Sed festinanter illi societatis causa in potibus et cibariis eam[l] visitabant. Surrexit quidam de nostris — utinam in zelo Dei et ordinis! — rem gestam abbati palam fecit et latenter. Sed quid agit providus pastor? Caute agit; non cogitat de suis concanonicis nisi bonum, relatorem[m] huiusmodi in partem modicum abire iussit et ad nutum eius precepit[n] quantocius reversurum. Interea assumit ipse abbas suum capellanum, ut ad furnum sic diffamatum condescendat, ibique magistro precipit[o], ut, si quid in domo sua sit reprehensione dignum, amo-

a) *deest* 4. a*) *loc. vac. rel.* 4. b) quod 2. c) predictione 2; R. etiam quia predicatione 4. d) *deest* 2. e) eundem 4. f) irrueret 4. g) utique 2. h) fore 2. i) confectos 4. k) pistoritie 4. l) eandem 4. m) zel. 2 (*v. t. p.* 310, *l.* 7). n) precipit 4. o) precipiat 4.

1) De obsidione a. 1218. auctor cogitare videtur, quo tempore Egidius nondum abbas fuit Viconiensis. 2) 7. Idus Martii a. 1237. eum obiisse, legitur in Gall. christ. l. l. 3) Chièvres, a Mons ad occidentem.

veat, constituens id in platee medio et abscondens sub cuppa furfuris, quia illic erat accessurus. Quod et factum est. Tunc mandatum est pro diverso, non adverso; quo habito, incepit abbas horam[a] completorii, eo quod nox esset, et in altis vocibus — sic enim dicere consueverat semper, ut audiri posset a singulis tam propinquis quam longinquis; non enim necessarium est, ut singula queque prevideant[a*], eo quod intentiones non noverunt singulorum — proferebat. Venit siquidem cuppam repperiens, super eam consedebat. Magistrum vocat, claves expetit totius loci ambitus. Quibus habitis, eas dabat suo relatori. Qui locum sub obedientia diligenter circuiens, reversusque se nichil repperisse referebat. Et abbas, ut iret, iterum atque iterum hortabatur. At ille renitens[b] dicebat, quod, si plus iret, esset in vacuum. Sic abbas recedens, dissimulabat usque in crastinum. Illucescit ergo dies, venit hora capituli, fuit ibi abbas, fuit et ille; quem cernens abbas, proclamavit, qualiter suos socios scandalizaverit, quos prius ammonere debuit; etiam quid circarie egerit et[c] repperit enarravit: et idcirco vapulatus, quatuor dies in pane et aqua tribuit ad terrorem successorum. Consueverat obloqui idem, idcirco sic punivit. Sed quid detractor? quid oblocutor?
Eccl. 10, 11. quid susurro? Salomon: *Si mordeat serpens in silentio, nichilominus qui occulte detrahit.* Ergo serpenti detractor similis, verum serpente[d] peior. Si mordeat serpens, hoc habet ex instinctu naturali, solum ledit, solum interimit; sed detractor detrahendo non solum perdit bonum ad quod creatus est, sed eius naturam depravat et corrumpit. Non tantum solum ledit, sed tres uno ictu suffocat et extinguit; nam eum de quo loquitur, illum ad quem loquitur, pariter et se ipsum. Idcirco idem pater omnes in occulto loquentes decenter minabatur, si dicerent de absentibus que inpresentiarum dicere non auderent. Inde est quod verbum recolebat Gregorii memoria dignum: *Si desit auditor, deest detractor.* Unde summe inter se et subiectos pax viguit, quoad vixit.

16. Hic in edificiis erigendis construendisque curam sollicitus adhibuit. Nam infirmitorium, insuper et altum dormitorium, pariter et capellam beati Nicasii, ubi, id ipso rogante, sepultus iacet, consummavit sive fieri iussit. Etiam vasa argentea, utensilia non modica pulcherrima ad decorem domus eius et hospitibus honorandis atque thesaurum preparavit. Hic mitissimus hominum fuit, quamvis tamen rufus; in tantum etiam quod apud inimicos eius benevolus extiterit, quoniam, occiso a malevolis[e] fratre suo, eisdem[f] propter metum parentum veniam humiliter sibi ipsi postulantibus, misericorditer propter Deum condonavit et insuper a parentibus, ne eis aliquid mali inferrent, preservavit. Unde hac de causa quam plurimis diebus armatus incessit, legem implens Dei mandatorum de diligendis inimicis. Domum hanc transiens a seculo indebitatam reliquit, fertilem et uberrimam. Migravit autem
1258. a nobis vigesimo secundo sue prelationis anno[1], sanctum sanctorum conscendens, prout merces operis promerebat.

17. Hoc ergo migrato a carnis ergastulo, electus est postmodum domnus Willermus de Wercinio[g, 2], vir summe elemosynarius; cuius fama in tantum crebuit deducta in re-
1274. motis, quod, cum ad Lugdunense concilium cum Premonstratensi abbate[3] viam destinaret, cognoscebatur ab omnibus elemosynam expetentibus, frugem bonam pro se et suis voce unanimi exoptantibus, specialiter autem a leprosis. Quod Premonstratensis abbas egre ferens, quesivit ob vituperium, utrum pro suis proclamandis mercimoniis illuc suos podagras[h] adduxisset. Cui leniter[h*] respondit, quia non ipse, sed elemosyne domus sue que fiebant proclamabantur[i]. Per eius autem sapientiam fere universa Hainonensium atque Flandrensium regio regebatur. Unde comes ob huius gratiam vocabatur a nonnullis. Hic grandis corde, statura tamen pusillus erat. Multiplicavit bona, reparavit edificia vetera, insuper et nova comparavit. In novis possessionibus usque ad valorem mille et octingentarum librarum[k] annui redditus nos ditavit. Hic inter omnia sitiens decorem domus Dei, utputa habens zelum Dei, ecclesie nove iaciens fundamentum, eam nisibus suis complere satagebat, de qua tres partes complens, quartam reliquit imperfectam ob dissensionem quandam pro turribus duabus, quas addere volebat duabus prioribus in lateribus mediis templi; sed conventus timens ecclesie orbitatem, insuper quia locata[l] fundamenta pondus satis habent impositum, si amplius oneraretur[m], ne uno ictu totum subruat et subvertat, proinde quidquid

a) hora 4. a*) pervid. 4. b) veniens 4. c) aut 4. d) semper 2. e) a m. *desunt* 4. f) eosdem — postulantes 4. g) d. W. *des.* 4. h) podagros 4. h*) leviter 2. i) proclamabant 2. k) v. 18 lib. 4. l) q. que loc. sunt 4. m) onerentur 4.

1) Eum a. 1258. obiisse, testatur etiam epitaphium in Gall. christ. l. l. 2) Verchin, a Valenciennes ad meridiem. 3) Guerrico. Cf. Gall. christ. IX, 655.

a latomis et cementariis in die in opere secundarum turrium ponebatur, in noctis medio a conventu solvebatur. Ob hoc per septem annos opus ludificatus non implebat. Quibus transactis, refectorium pariter et claustrum incepit et usque ad perfectum non perduxit. Cur vero sic construxerit huiusmodi ecclesiam, videlicet absque deambulationis circuitu, in qualibet parte templi, merito queritur. Dico videlicet, quod idem in somnis virginem quandam sibi pulcherrimam vidit[a] assistere, quam diligentius intuens, esse Dei genitricem agnovit per spiritum. Hec vero de edificatione cuiusdam ecclesie in honore eiusdem dans preceptum, formam et modum preostendens, et idcirco mutari non potuit, quod sibi ipsi a tanta virgine fuerat imperatum. Hec magister Iohannes de Sancto Amando, canonicus Tornacensis, qui magister tumulatus iacet coram altare beati Egidii confessoris, cui predicta a predicto fuerunt ante omnes enarrata et omnia ostensa ab abbate per picturam. Hic abbas, cum ab eo quereretur, cur ecclesiam mire magnitudinis construeret et[a*] elemosynis insisteret magnis, unde hec bona provenirent, de quibus tam ardua parabantur, respondebat, illud verbum euangelicum: *Date et dabitur vobis* a Domino esse scriptum. Item dicebat plus Luc 6, 38 expavescere saxorum carentiam quam pecunie massam.

18. Fuit iis itaque temporibus quidam novitius peroptime cantans in hac ecclesia. Infirmitate pressus primitivis suis temporibus ante professionem a Domino corripitur; unde et moritur. Tamen ante spiritus exitum a corpore in extasi rapitur et paulo post gaudens revertitur. Interimque suo novitiorum magistro presente res gaudii queritur. Profert innocens rem quesitam. Dicit enim, se vidisse locum suum inter choros virginum iam sibi preparatum, supplicans humiliter magistro, quia *Ave mundi spes Maria* in choro una cum aliis peroptime frequenter dixerat, sibi ad dicendum in hac vice existeret coadiutor. 'Incipe pro modulo', fert magister. Qui incipiens una cum magistro, finito versu, expiravit et tandem sepelitur. Sed cum ecclesie nove locarentur fundamenta, perventum est ad oblitum consepultum. Nempe per tres annos integre[b] fuerat consepultus, attamen sic corpus eius omne intactum remanserat, quod, si vivens esset, pulchrior non posset estimari[b*]. Verumptamen vestimenta eius terra consumpserat. Itaque totum corpus nudum iacebat in spelunca. Cernunt nostri illesum virginem, recolunt que in eius transitu contigerunt; ob quam gratiam in ecclesia iterum sepelitur.

19. Hic tres grangias, videlicet Hiertebisc[c], Erin et Marcesselve, de novo construxit et ultra quam dicere audeam domum in divitiis et honoribus augmentavit. Hic quendam suum[d] famulum per ebrietatem celebrantem[e] uxoricidium, captum a iudicibus, precibus suis intervenientibus, a suspendio liberavit. Nomen vero famuli Petrus de Feriere vocabatur. Legem etiam Dei in corde suo medullitus imprimens, que precipit pro viribus liberare concaptivos, sollerter adimplebat. Nam iam febricitans febre qua et mortuus est, sanitatem transitoriam parvipendens, eternam considerans, secessit eger in Montensi oppido, ubi quosdam capite plectendos et adiudicatos in pace possedit. Obiit autem nobis utilis per omnia, 22. sue presidentie anno migrans ad celos, in omni opulentia derelinquens domum[1]. 1279. Suo etiam stante regimine, conventus tempore ieiunii et in antea in collatione sola cervisia utebatur. Verum fere circa finem suum pater eiusdem 80[f] libras Parisienses, dominus Iohannes Tate dictus de Sancto Amando 100 libras Parisienses, domicella Fressendis dicta le Casseliere 40 libras Parisienses, ut de huiusmodi pecunia vino dictis collationibus reficerentur, tradiderunt. Estimato siquidem iusto precio, sic adesse decreverunt presidentes: prius[g] estimantes precipua festa, quibus conventui vino tenebantur providere, quia[h] conventui[i] qualibet die in prefatis collationibus duos sextarios plenos in refectorio celerarii distribuerent nec horum quicquam diminuerent, hoc dato pro existentibus extra tam infirmis quam aliis, qui a magistro refectorii ex eisdem non providebantur. Sed missis[k] ad eos celerariis, libenter donabatur[l] quod rationabiliter expectabatur. Stetit autem hoc libere usque ad tempora Iohannis de Pontibus, prout in epitaphio[2] eius continetur.

20. Communi siquidem carnis debito domino Guillelmo soluto, successit dominus Iohannes de Malbodio, pulcher quidem corpore, sed pulchrior fide, vir simplex et rectus ac per omnia timens Deum. Hic sic immunis a luxurie illecebra fuit, quod credimus firmiter

a) Dico, viderat i. i. s. v. q s. p. a. 4. a*) *deest* 4. b) integros 4. b*) exist. 4. c) Hurtebise 4. d) *deest* 2. e) committentem 4. f) 24. 4. g) plus 4. h) quod 2. i) conventu 2. k) misso — cellerario 4. l) donabant que expectabant 2.

1) 19. Kal. Sept. a. 1279. secundum Gall. christ. l. l., ubi etiam epitaphium quaeras. 2) Iam non exstat.

ipsum semper virginem permansisse. Nam cum confabulatio mundialium in turpiloquiis aut in indecentibus fieret coram eo, non attendebat quid dicerent. Cum vero comminaretur eisdem, tunc petebat quid dixissent. Hic amator veri, cleri doctor, castitatis custos, sceleris ultor, norma sanctitatis, vite speculum existebat. Huius itaque temporibus incepimus molestari a comite[1] in angariis[a] et perangariis; sed sic viriliter restitit dictus pater, quod temporibus suis nequivit obtinere; immo sic eum coegit, quod comitissa, diebus purgationis tunc expletis, missam seu ecclesiam, prout statutum est ab ecclesia talibus, subintrare non potuit occasione[b] interdicti, cum tamen infantuli patrinus[2] extitisset. Et ut de bonis eius actibus pauca referam, frequenter cum in conventu in refectorio causa prandii accessisset, quidquid in piscibus pro eo parabatur, in cervisia et leguminibus seu quovis potagio, tamen esum suum producebat[c]. Item etiam, ne perpenderetur a ministris, in[h] cypho argenteo sive mazerino aquam infundebat pro haustu. Sic in solo pane et aqua continebat, omne aliud, quodcumque fuerit quod appositum erat coram eo, dono[d] distributo[e]. Hic primevos infantie sue flosculos in rudimentis prioribus imbuit. Post hec ad liberales artes pertingens et in eis proficiens, tandem ad sacros theologie fines conscendit, dotatus sic dono singulari a Domino, ut improvide librum sententiarum Parisius in scholis compleverit publice et patenter. Nam qui, prout moris est, eas inceperat, electus est in abbatem fere quasi in initio et idcirco complere non potuit quod incepit. Rogatus autem hic domnus Iohannes, et pulsatus, immo convictus, annuentibus spopondit se facturum. Hic aliqua imperfecta sui predecessoris compleri iussit in sartatectis et, ut perficeretur hec incepta ecclesia, incisionem silve conventui tradiderat in custodiam, renuntians omni sorti, cuius valor aut estimatio ad
1290. tria milia librarum existebat. Ab hac luce migrans anno officii sui[f] 11. cum dimidio[3], functus est requie sancta; immarcessibilem coronam in choris virginum, ut credimus, adeptus est repromissam.

21. Quo consummato carnis luctamine longo, electus est postmodum domnus Nicolaus dictus Pastor, qui, quamvis non esset multum corpore pulcher, in gratiis[g] gratuitis multipliciter apparebat gratiosus. Magnus scientia, quia iurista peroptimus; magnus moribus, quia sic complacebat inter omnes, ut ambirent eius famulatum universi; dulcissimus etiam cunctis fuit in affatu. Hic contra comitem Hannonie[4], ne nos redigeret in servitutem illam que angarie et perangarie dicuntur, Gallice courouvees[5], strenuus fuit et defensor fortis. Hic Romipeta ter extitit; qui ob sui reverentiam et gratiam meruit a domno Anchero cardinali, cuius erat capellanus, audito eius adventu in Romana civitate etiam fama, cardinalatus, si voluisset, optinere dignitatem; sed renitens, ad nos reversus est. Attamen decimam in finibus nostris a summo pontifice concessam reddidit indempnem per triennium et insolitam. Hic allegans corporis imbecillitatem, renuntiavit abbatie, tamen per spatium trium
1294. annorum cum dimidio presidebat. Hic tempore sue prelationis aliquos provexit in altum, quos pro libitu deprimere non potuit; qui implicati in mundialibus, mirabiliter ecclesia a bono nomine quod prius habuerat extitit diminuta, proinde malivolentiam plurimorum incurrebat. Ob hoc sarcine pastorali abbas renuncians, in grangia sub petitione 200 lib. annue pensionis, videlicet de Harchies, residebat et ibidem per aliquot dies morabatur. Hic ibidem abbati proprio domno Premonstratensi quedam frivola nec relatione digna, nisi quia lascivie causa, proposuit, ut mutato habitu secederet licentiatus ab eisdem in remotis. Qui Vernonem[6] tendens, tamquam clericus ibidem moras aliquandiu trahens, abiecto habitu monachali. Attamen Dominus, quos predestinavit, hos et vocavit. Compunctus ad grangiam de qua exierat revertebatur et illic parum post infirmitate correptus moriebatur; et ad nos in loculo adductus, ob gratiam, quam ante prelationem promeruerat, in introitu nostri chori sepelitur. Discant senes et iuvenes, cum sapientissimus hominum esset et[h] sic in fine deviaverit, non habentes tantam scientiam, rerum experientiam, quid voluptas carnis nisi despe-
Prov 18,3 ratio, iuxta illud: *Peccator, cum in profundum peccatorum venerit, tunc contempnit.*

22. Successit huic domnus Iohannes de Pontibus, qui pulchritudine corporali decenter ornatus, per aliquot annos domni Iohannis de Malbodio satis eleganter exercuerat officium

a) angarie et perangarie 4. b) *deest* 4. c) perd. 2. d) Deo 2. e) *fortasse* distributum *corrigendum*. f) *deest* 2. g) nigratus 4. h) *deest* 4.

1) Iohanne II. Avennensi (1257—1304). 2) Gallice: *parrain*. 3) 3. Id. Novembr. a. 1290. secundum Gall. christ. l. l. 4) Iohannem II. 5) *corrées*. 6) Vernon ad fl. Seine, a Rouen ad meridiem.

prioratus. Per exaltatos supernis non depressos domum gubernabat; etiam per se ipsum, cum se fingeret multa scire, cum tamen omnium esset inexpertus, de preceptis[a] multipliciter pauperes subiugavit. Quos voluit pro libito pauperes suppressit. Et sic ecclesia paulatim decrescebat, ut ad tantam inopiam devenerit, quod tempore suo in undecim milibus[b] extiterit obligata, cum tamen pensiones multas vendiderit, decimam etiam de Zienzele[c], vasa argentea, que superius[d] paraverat domnus Gerardus de Cirvia, necnon et multa relatu digna, que per prolixitatem[e] potius pariunt perturbationem animi quam adscriptionem laudis. Hic per 7[f] annos cum dimidio[g] presidebat, et renuntians abbatie, nec immerito, mirabiliter[h] 1301.
domum relinquens improvisam. Egit hoc inter cetera in omnium detrimentum, quia[i] duos vini sextarios datos pro collatione tempore ieiunii per manum domni Iohannis de Malbodio conventui, immo verius emptos per largitionem plurimorum, ut continetur ibidem, redegit ad potum duorum lotorum cum dimidio.

a) perceptis 4. b) annis 4. c) Zienzeleveld 4; vasa *deest.* d) saepius 4. e) q. prolixitate 4. f) 9. 4. g) c. d. *desunt* 4. h) *deest* 2. i) quod 2.

GESTA EPISCOPORUM FRISINGENSIUM.

EDIDIT G. WAITZ.

Ecclesia Frisingensis inde a saeculo IX. diplomatibus chartisque traditionum, commutationum et quae sunt eiusmodi colligendis diligentem curam adhibuit, cuius testes volumina sunt in archivo regni Bavarici et in bibliotheca Guelferbytana servata.

*Primus initio saec. IX. Hitto episcopus (*811—834*)* quicquid singulis cartulis exaratum certisque testimoniis confirmatum invenit uno volumine includere studuit; *quod Cozroch exsecutus est, ut ipse praefatione testatur*[1]. *Codex autographus* 1) *in archivo regni Bavarici Monacensi Nr.* 187. *etiamnum servatur*[2]. *Huic fol.* 4. *manus s. XI. notas intulit de privilegiis ab imperatoribus impetratis, quas primo loco proponimus, a b. m. Ph. Jaffé descriptas. Eaedem leguntur* 2) *in cod. Monacensi Nr.* 6427, *fol.* 157. *manu s. XIII. exaratae. Editae a Roth, 'Beiträge' II (fasc.* 11*), p.* 62. *ex* 1.

Has notas etiam Conradus sacrista recepit codice 2 *usus, cum a.* 1187[3]. *iussu Ottonis II. episcopi novam traditionum collectionem institueret eique quae de episcoporum gestis comperta habuit insereret. Nam aliis subsidiis prorsus fere destitutus erat, quippe qui praeter Corbiniani Vitam ab Aribone scriptam, et Rachewini*[4] *locum, quo de morte Ottonis I. episcopi et incendio funesto egit, et breves versus nihil aliud memoriae traditum invenisse videatur; quae ex Vita*

1) Edidit Roth, 'Kozrohs Renner' 1854. I, p. 39. (Appendix ad 'Kleine Beiträge' II). Haec de Hittone episcopo exscribere iuvat: *Dum divina providentia Domino favente Hitto episcopus Domini dispensatione in cathedram episcopalem Frigisiensi sedis honorifice provectus esse conprobatur, omnia instrumenta divinarum scribturarum novi et veteris testamenti in melius reparari non destitit, et quicquid defuisse sacrorum voluminum repperit, sudanti labore flosculos de pratis amplis decerpens, quasi avide fontem vitae aeternae sitiens, doctrinae fluenta omni conamine adgregari studuit, ut omnes christiani populi ad se pertinentes, quos exemplo sanctitatis vitae suae inspectionis lautissimis refocilaret dapibus, quasi de rivolo fontis sanctarum scribturarum dulcia mella fluens doctrinae lucidissimis ac saluberrimis satiaret potibus, pariterque cantelenis et omnium divinarum documentorum officiis suae vigore disciplinae ipsam domum sanctae Mariae, cui praeesse dinoscitur, quasi mirifici odoris suavitate adimplevit miraeque pulchritudinis opere pretiosarum metallorum et artificiorum aedificationum decoratibus in omnibus honorifice adornavit. Tandem enim divina inspiratione tam almivolo animo inhesit, ut in perpetuum permaneret eorum memoria, qui hanc domum suis rebus ditaverunt et hereditaverunt, seu quicquid pro remedio animarum suarum ad ipsam domum tradiderunt et condonaverunt.*

2) De quo cf. Zahn, 'Arch. f. Oesterr. Gesch.' XXVII, p. 220.

3) Ultima libri pars, in qua Manegoldus episcopus Pataviensis affertur, qui hanc cathedram a. 1206. suscepit, procul dubio ab alio est adiecta; v. infra.

4) V. Cl. R. Wilmans, Conradum nostrum Ottonis Frisingensis chronico interpolationem ex odio Wittelsbachicae gentis natam, qualem plures eius codices exhibent, intulisse, opinatus est (Arch. XI, p. 57; SS. XX, p. 110). Sed huic sententiae assentire nequeo. Conradus in libro suo nullam prorsus rerum publicarum habuit rationem, nusquam ducum Wittelsbachicorum mentionem fecit, quin collectioni quam instituit de suo ne minimum quidem addidit. Ideo alienum opus ipsum adulterasse, nullo modo verisimile est. Neque, quod Wilmans sibi persuasit, in codice eius autographo Ottonis chronicon praemittitur, et postea semel tantum utrumque librum coniunctum videmus. Nam versus, quos duo Ottonis codices praebent, non ex Conradi libro sumti sunt, sed post, ut videtur, additi. Alius codex, quem Manriquez laudat, fortasse brevem de prosapia Ottonis narrationem, in codicibus huius classis chronico adiectam, Conradi nomine inscripsit; sed ne illius quidem in codice autographo ullum exstat vestigium.

Bonifacii post inserta sunt num ipse an alius quidam adiecerit, incertum manet. Neque ecclesiae vel populi narrationes ei uberiorem materiam suppeditarunt. Nihilominus haec, qualiacumque sunt, saepius in usum vocata, sed nondum edita, nunc demum luci danda sunt.

1) *Asservatur codex in archivo regni Bavarici Monacensi Nr.* 238. *inscriptus*[1], *diversis manibus saec. XII. ex. exaratus, quarum prima, sive ipsius Conradi, sive librarii ab ipso in subsidium vocati, maiorem voluminis partem — fol.* 111′, *secunda folia* 111′—121, *tertia fol.* 121′. *et* 122. *libri finem scripsit, hunc procul dubio ab alio adiectum. Folio praemisso inscripti sunt versus de episcopis Frisingensibus, b. m. Ph. Jaffé teste, qui huius libri exemplum in usos nostros fecit, prima manu usque ad Ottonem I, secunda et tertia ad Ottonem II. usque continuati; iidem post Conradi libro passim inserti, sed procul dubio non ab ipso confecti. Liber praeterea episcoporum et regum imaginibus ornatus est. Postea vero f.* 123—125. *brevis Gestorum continuatio addita, a tribus auctoribus per temporis decursum (*—1359, 1381, 1495*) scripta, nulla traditionum vel chartarum ratione habita.*

2) *Codex Guelferbytanus, Helmst. Nr.* 210 *(etiam Misc.* 20 *signatus), chart. s. XV. fol., quem Vitus Arnpeckh, notissimus rerum Bavaricarum scriptor, possedit suoque nomine insignivit, is est in quo Conradi liber Ottonis chronico aliisque opusculis iunctus est f.* 208′ *sqq. (cf. Arch. XI, p.* 56; *SS. XX, p.* 111*)*[2]. *Ille ex Monacensi, ut videtur, satis accurate descriptus, postea non paucas recepit additiones, nonnullas eadem, plures diversis, ut videtur, manibus exaratas, quarum unam saltem Arnpeckhio iure tribuas, quippe quae numeros plerumque ita mutet, qualiter in libro quem de gestis episcoporum Frisingensium confecit*[3] *leguntur. Nec alia ipsius calamo deberi negaverim. Praesertim vero Monacensis continuatio multis aucta est notis, magnam partem iam prima manu scriptis. Et inde ab a.* 1381. *uberior hic exstat narratio, quae pauca tantum cum ea habet communia quam tertia manu in codice* 1 *additam videmus, quae vero in Viti Arnpeckhii Gestis est repetita. Hanc ipsi tribuendam esse, fortasse sunt qui statuant, ita quidem ut postea alteram libri recensionem, longius continuatam dedisse censendus sit. Nam hic in anno* 1473. *desinit, et certe Friderico imperatore vivo scriptus est, Gesta ad a. usque* 1495. *progrediuntur. Sed dubitatio movetur eo quod etiam priorem huius libri partem a Vito ad verbum fere exscriptam videmus, quod in codice nostro haec eadem manu qua totum fere volumen sunt exarata, et etiam hac parte episcoporum imagines pictae; non raro Vitus rerum ordinem et verba mutavit, quin opus suum aliter disposuit. Neque quae auctor se vidisse profitetur*[4], *quamvis a Vito iisdem verbis repetita, huic vindicaverim, quippe qui c. a.* 1440. *in oppido Landshut natus vix ante a.* 1450. *Frisingae saepius quidquam oculis inspexisse potuerit*[5]. *Ultima vero codicis verba, alia manu post addita, ipse scripsisse putandus est: ad alium provocat locum, quem in hoc volumine frustra quaeras*[6]. *Quae cum ita sint, hanc quo-*

1) Quem Meichelbeck, Hist. Fris. I, 1, p. xxxv, chartularium quartum appellavit; eundem post Hoheneicher, Arch. IV, p. 397, breviter indicavit, Zahn, 'Arch. f. Oesterr. G.' XXVII, p. 218, accurate descripsit. Quae Wilmans, Arch. XI, p. 58 n., monuit, minime recte se habent. 2) Hoc usus est Rettberg, 'Kirchengeschichte' II, p. 257 sqq. 3) Edidit Deutinger, 'Beyträge zur Geschichte . . . des Erzbisthums München und Freysing', III, p. 473. 4) Sub episcopo Berchtoldo. 5) Alter locus, a Deutinger p. 528 n. allatus, minime probat, Vitum a pueritiae annis Frisingae degisse. Sed dicere videtur, se, dum erat canonicus S. Andreae Frisingensis, id est c. a. 1490, Ioannem Fager agnovisse. Ubi de se ipso loquitur, nomen vel nominis initiales V. A. apponere solet. 6) *ut clarius in pagina imperatorum suis annis sub Friderico* 3. *secundum ingenioli mei parvitatem denotavi.* Neque talis Viti liber impressus est. In Gestis eorum loco scripsit: *ut clarius alibi . . . annotavi.*

que Conradi continuationem, in genuina forma nondum editam, quamvis metas his collectionis nostrae voluminibus positas longe excedat, praecipuis Viti additionibus subiectis, alteri codicis Monacensis adiungendam duximus. Librum a V. Cl. de Heinemann, bibliothecae Guelferbytanae praefecto, benevole transmissum ipse excussi.

Aliud Conradi apographum est codex archivi regii Monacensis Nr. 192[1].

Versus de episcopis Frisingensibus ad Fridericum de Montalban continuati, quales etiam in 2 *exstant, praeterea in codicibus* 3) *bibliothecae regiae Monacensis Nr.* 6377 *(Frising.* 177*), et Stuttgartiensi Hist. Nr.* 101, *Ottonis chronico subiecti sunt. Ex illo postremos in usus nostros exscripsit V. Cl. W. Meyer.* *G. W.*

PRIVILEGIA AB EPISCOPIS FRISINGENSIBUS IMPETRATA.

Sanctus Corbinianus suo tempore impetravit apud imperatorem cum cirographo licentiam huic familiae perpetualiter episcopum eligere inter se; quod cirographum tempore Waltonis episcopi combustum est.

Erimbertus[a] [episcopus[b]]. Ioseph [episcopus[b]].

Aribo[c] [episcopus[b], *]].

Atto [episcopus[b]] suo tempore commutavit Otingan[d], Burgreina sub Ludowico Pio imperatore[2, **]. Idem vero construxit ecclesiam sancti Candidi apud Intichingam[e, 3] et canonicos ibi collegit ac Sanctae Mariae Frisingensi[f] totum donavit. Postea idem locus de ecclesia sanctae Mariae alienatus est; quem denuo Hitto episcopus requisivit sub Ludowico imperatore[4].

Anno [episcopus[b]]. Erchanpreht [episcopus[b]]. Arnolfus [episcopus[b]].

Walto [episcopus[b]] conquisivit ab Arnolfo rege in Carinthia regalem capellam apud Lurna[5] cum adiacentibus bonis; postea acquisivit ab eodem rege aliam capellam apud Liburniam cum adiacentibus bonis[6] anno Domini 891. Dehinc etiam conquisivit ab eodem rege Mosaburch cum adiacentibus bonis anno Domini 895.[7] Post haec etiam acquisivit ab eodem sal quod regibus debebatur in salina de servis et locis huius ecclesiae anno Domini 898.[8] Deinde*** Veringam acquisivit a Ludowico rege anno Domini 903.[9] Postea impetravit ab eodem Ludowico rege, filio Arnolfi, renovari cirografum de eligendo episcopo, quod a sancto Corbiniano prius impetratum istius tempore est combustum, anno Domini 906.[10]

Outo[g] [episcopus[b]]. Dracholfus[h] [episcopus[b]].

Wolframmus [episcopus[b]] requisivit a primo Heinrico rege predia Sancti Corbiniani, hoc est Meies, Chorzes, Cheines, quae prius ecclesie ablata fuerunt, anno Domini 931.[11]

Lantbertus[i] [episcopus[b]] impetravit a primo Ottone rege renovari traditionem de Mosaburch et Veringam anno Domini 940.[12]

Abraham [episcopus[b]] impetravit a primo rege Ottone Gudigan ad suam vitam, post obitum suum ad servicium Sancti Candidi, anno Domini 972.[13] Ipse impetravit a secundo Ottone Chreina anno Domini 974.[14] Idem prius etiam impetravit ab eodem Ottone Chreina marcha anno[k] Domini 974.[15] Ipse quoque renovari fecit a tercio Ottone tradicionem de Gudigan anno Domini 992.[16]

Gotescalchus [episcopus[b]] commutavit bonis ecclesiae iuxta Chremisa a tercio Ottone Zudamarisfelt[l] anno Domini 995.[17] Ipse quoque impetravit ab eodem Ottone Niuvinhovan[m] 30 regales hobas anno Domini 996[n].[18] Idem vero impetravit ab eodem Ottone mercatum omni die in Frisinga legitimum et monetam Ratisponensem, theloneum quoque huius loci, quod prius debebatur regibus, anno Domini 996.[19] Impetravit[o] a rege Heinrico in Carniola bona inter fluvios 3, Libn[iza[p]], Sab[um[p]], Zoura[q], anno Domini 1002.[20]

*) 2 *add.:* post 30. annum obitus sancti Corbiniani reportari fecit corpus illius ad sedem istam.
**) 2 *add.:* Primus etiam monasterium istud edificavit.
***) Deinde — 903. *et post* eodem *des.* 2.

a) Erinbertus 2. b) *add.* 2. c) Arbo 2. d) Otingen 2. e) Indich. 2. f) Frisinge 2. g) Uto 2. h) Drakolfus 2. i) Lamb. 2. k) eodem anno 2. l) Zudmarsvelt 2. m) Niwenhovan 2. n) 995. 2. o) I. etiam 2. p) *ita R.* q) Zuora 2. *R.*

1) Cf. Zahn l. l. 2) Qua de re cf. notam ap. Roth l. l. p. 67; chartam Ludewici imp. Mon. B. XXXI, 1, p. 34. Locorum nomina nunc sunt Eiting, Burgrain. 3) Innichen. 4) Mon. B. XXXI, 1, p. 32. 5) Lirnfeld. 6) Zahn, Fontes XXXI, p. 23; ubi charta Lurnam spectans falsa probatur. 7) Mon. B. XXVIII, 1, p. 109. 8) Meichelbeck, Hist. Fris. I, 1, p. 147. 9) Mon. B. XXVIII, 1, p. 134. 10) Ib. p. 139. 11) Ib. p. 168. 12) Ib. p. 172. 13) Mon. B. XXXI, 1, p. 204, a. 969; Zahn p. 34 (valde dubium; Stumpf nr. 507). 14) Mon. B. XXVIII, 1, p. 210; Zahn p. 36. 15) Mon. B. XXXI, 1, p. 220; Zahn p. 38. 16) Ib. p. 250; Zahn p. 45. 17) Mon B. XXVIII, 1, p. 260. 18) Zahn p. 50; Bairisch-Waidhofen. R. 19) Mon. B. XXVIII, 1, p. 265. 20) Mon. B. XXXI, 1, p. 274; Zahn p. 54.

Commutavit etiam[a] ab eodem rege cum bonis ecclesiae Nawa, Duria, curtem Rotagan anno Domini 1003[1]. Impetravit ab eodem rege Drubinaha[b] cum adiacentibus bonis anno Domini 1003.[2] post[c] obitum suum ad usus fratrum Sancti Stephani et Sancti Viti.

Egilbertus episcopus impetravit Chatzis ab[d] eodem rege anno Domini 1007.[3] Ipse impetravit ab eodem rege Sahsongan[e] ad ecclesiam sancti Stephani anno Domini 1021[f].[4] Ipse renovari fecit a rege Chounrado traditionem curtiferi in Ratispona, quem prius rex Heinricus donavit, anno Domini 1024.[5] Impetravit[g] etiam ab eodem rege predia iuxta Danubium anno Domini 1025.[6] Impetravit quoque[h] ab eodem universalem confirmationem bonorum a prioribus regibus donatorum anno Domini 1029.[7] Commutavit sub eodem[i] Dietpirgiriut[k] cum Hasalpach[l] anno Domini 1031.[8] Impetravit[m] ab eodem in Oriente predia iuxta Murun anno Domini 1033.[9] Impetravit etiam ab eodem curtem Einlingun[n.10] cum adiacentibus bonis anno Domini 1033. Impetravit ab eodem curtem Alarun in Marchia anno Domini 1033[o].[11]

Nitkerus episcopus impetravit a tercio rege Heinrico universalem confirmationem cunctorum ecclesie bonorum anno Domini 1039.[12] Renovari quoque perfecit[p] ab eodem traditionem de Alarun[q] anno Domini 1040.[13] Impetravit ab eodem curtem Ostermundingan in pazo[r] Salzgowe anno Domini 1041[14]. Impetravit ab eodem Ardacharen[s] anno Domini 1049.[15] Confirmavit ab eodem ecclesias Bouminichirhen[t] et Biwingen et Hachingen et Einilingun[u] et quicquid Egilbertus episcopus ad ecclesiam sancti Viti delegavit anno Domini 1052.[16] Impetravit ab eodem fratribus huius ecclesiae Laian[v], Ufchirchen, Ebarashusen[w] anno Domini 1055.[17]

Ellenhardus [episcopus[x]] universalem confirmationem impetravit omnium ecclesiae bonorum a quarto rege Heinrico anno Domini 1057.[18] Impetravit ab eodem Pirian, Niuwinburch[y] anno Domini 1062.[19] Impetravit ab eodem abbatiam Buran anno Domini 1065.[20] Impetravit ab eodem in marchia Histria Cubida[z], Lonza[a], Ozba cum caeteris anno Domini 1067.[21] Impetravit ab eodem 100 hobas apud Litaha anno Domini 1074.[22]

SERIES EPISCOPORUM FRISINGENSIUM.

Per seriem talem notat ars, qui pontificalem
  Possedere tronum legibus ac populum.
Arce coronatus sacer exstat Corbinianus;
  Occupat ipse locum primus et officium.
Mundo defunctus pater, Erimberte, secundus
  Fratrem consequeris, proximus et meritis.
Moribus insignis Iosep successerat illi,
  Sponsus bis viduae tercius ecclesiae.
Pro virtute dato functus moderamine sacro
  Hac quartus serie cerneris, Arbo pie.
Atto pater quintus, pastoris nomine dignus,
  Exosor cathecum condecorat meritum.
Ut sit perfectus, qui pollet in ordine sextus,
  Hitto, potest credi misterio numeri.
Iunxit oves agno commissas septimus Anno,
  Auxit et hanc aulam primitus exiguam.
Presul ut octavus virtute foret solidatus,
  Approbat hoc spacio prima cubi ratio.
  Arnolfus octo annis rexit hanc sedem.
Tolle quater binos moderaminis arte peritos,
  Precluus[b] Arnolfus hoc celebrabat opus.
  Walto rexit hanc sedem 22 annis.
Mistica vis decadis que sunt perfecta notantis
  Illustrat meritum, Walto beate, tuum.
  Outo manens uno venerandus episcopus anno[c].
Post decimum primus verbi sub pollice ritus
  Pingit fretus Outo munere, Christe, tuo.
Ut potior nemo sedet arcu sub duodeno
  Pastor Dracolfus, dampna cavens opibus.
Numina[d] tot mundi percepit ius subeundi
  Wolframmus preco tercius a decimo.
Hac super orchestra residens, sibi non placet extra
  Felix Lambertus, quem probat ipse Deus.
Abraham episcopus rexit hanc sedem annis 37.
Exprimit hec species, cui multum patria debes,
  Abram preclarum iura sequendo patrum.
Post ter quinque sedes re vera nominis heres,
  Gotescalce pie, moribus eximie.
Presul Egilberte, semper gaudeto superne,
  Nec careas venia sin aliter merita.
Pastor sincerus sedet hac in sede Nikerus
  Octavus decimum iure sequendo patrum.

a) *deest* 2. b) Drubinacha 2. c) post — S. Viti *infra post* rex H. donavit *male posuit* 2. d) a rege Heinrico 2. e) Sahsonganh 2. f) 1022. 2. g) Ipse imp. ab 2. h) *deest* 2. i) e. rege 2. k) Dietpirgiriuth 2. l) Hasilpach 2. m) I. etiam 2. n) *ita vel* Enil. 1; Cindingun (? Enidingun) 2. o) eodem anno 2. p) fecit 2. q) Alerun 2. r) *ita* 1. 2. s) Ardaccheren 2. t) Boumininchirhen 2. u) Einl. 2. v) Leian *R.* w) Eber. 2. x) *add.* 2. y) Niuwenb. 2. z) Gudida *corr.* Cubida 1 *teste R.*; Gubida 2. a) Loza 2. b) precli9 1. c) *manus exeuntis saec. XIII. addidit:* Corruit in fata superis anima superata; *cf. p.* 320. *l.* 17. d) Lumina *fol.* 101. 1.

1) Mon. B. XXVIII, 1, p. 301. 2) Mon. B. XXXI, 1, p. 278. 3) Ib. p. 280; Zahn p. 56. 4) Mon. B. IX, p. 497; Zahn p. 62. 5) Mon. B. XXXI, 1, p. 299. 6) Ib. p. 302. 7) Mon. B. XXIX, 1, p. 24. 8) Meichelbeck I, 2, p. 502; cf. dipl. Conradi Mon. B. XXXI, 1, p. 311. 9) Mon. B. XXIX, 1, p. 45; Zahn p. 75. 10) Mon. B. XXXI, 1, p. 313. Locus Aindling. R. 11) Mon. B. XXIX, 1, p. 37; Zahn p. 73. 12) Ib. p. 53. 13) Ib. p. 66; Zahn p. 76. 14) Mon. B. XXXI, 1, p. 319. Locus Ostermieding. R. 15) Meichelbeck I, 1, p. 243; Zahn p. 78. Locus Ardacker. R. 16) Mon. B. XXXI, 1, p. 327. Loci Baumkirchen, Oberbiebing, Oberhaching, Aindling. R. 17) Mon. B. XXIX, 1, p. 123; Zahn p. 79 (a. 1055. Ellenhardo datum). 18) Mon. B. l. l. p. 135. 19) Mon B. XXXI, 1, p. 344. 20) Mon. B. XXIX, 1, p. 169. 21) Ib. p. 170; Zahn p. 84. 22) Ib. p. 189; Zahn p. 90.

Ellenhardus[a]. Post decimum nonus residens sacer ipse patronus[a]
Condidit associam fratribus ecclesiam.
*Heinricus[b]. Explevit mundam vitam decademque secundam[b]
Optimus ipse pater corpore, mente sacer.
Megenwardus[b]. *Iste pater verus — prece subveniat sibi clerus[b]! —
Nos habet heredes, premia dans et opes.
Prudens, facundus, nulli ratione secundus,
Voce premendo lupos, liberat Otto suos.

Cui[c] pater Albertus successit in omnia mitis,
Palmes fulcitus verae de munere vitis.*
Accessit[d.]** mundus et nobilis Otto secundus,
Qui dispersa gregat et ad incrementa reservat.

CONTINUATIO[e].

Illi successit Gerold, qui postea cessit.
Micior ille fuit omnibus, inde ruit.
Prudens, subtilis, constans Chunradus herilis,
Hostibus hostilis, sancta fuit scibilis.
Silvestris genere post hos Chunradus herilis
Labe carens proprie[f], claruit ex opere.
Post hunc regnavit de Montalban Fridericus[g],
Quem confirmavit pastor apostolicus[1].

*) *2 add.:* Auxit Adilbertus veritatis in ordine certus
Clero servicia, sed minuit vicia;
et alia manu: Felix Adalbertus divino munere certus
Prefuit ecclesie profuit atque pie.
**) *Horum loco 2. 3:* Successit patribus predictis Otto secundus,
Qui fuit ex genere clarus et ex opere.

EX CONRADI SACRISTAE LIBRO TRADITIONUM FRISINGENSIUM.

f. 1. Chunradus Dei gratia quam humilis huius ecclesiae sacrista et canonicus, contrectans et perspiciens volumina huius aecclesiae, tum tradiciones regum, tum collationes et conquisitiones episcoporum aliorumque principum nobilium seu aliarum humilium personarum continentia, aut vetustate consumpta — nam duro lapidi longa senecta nocet — aut per incuriam custodum vel per iacturam incendiorum penitus amissa, ut pius filius matris suae, cuius lacte nutritus est, indoluit eademque innovanda et reintegranda opere dignum duxit; eo modo, ut tali ordine exordium sumeret, quo quisque presul tempore sedem istam regendam susciperet, et quecumque diebus suis, dum episcoparentur, huic ecclesiae collata sint sive per alia commutata, distinctius ad personas eorum, ut in subsequenti invenitur, annotari iussit. Facta est autem haec descriptio 1187, urbis Romae papa Urbano quarto[h], regnante Friderico imperatore 37, huius autem sedis antistite Ottone secundo, de Diezze oriundo, gubernante sedem istam feliciter amen.*

Sicut in exordio mundi divina potentia lucem creavit, quae bona fuit, in qua dispositionem elementorum ordinavit, ita in diebus gratiae lucem, qua tenebras idolatriae fugaret, fidelibus suis accendit. Dum enim beatum Corbinianum, cuius lux, quae in ipso erat, nec aliquam partem tenebrarum habebat, ad partes istas destinaret pastorem et rectorem, eius exemplo et doctrina gregis sui voluit esse corda lucida et munda. Cuius quidem[i] sancte conversationis et miraculorum prerogativa in libro qui de vita sua inscribitur satis admodum explicatur, hoc in opere supersedendum dignum duximus, set tantum breviter annotare, quae sedi suae et aecclesiae, cuius primus pius pater exstitit, dona primitus con-

*) *rubrum add. 2:* Gesta episcoporum Frisingensium ab anno Domini 753.

a) *in marg. addidit manus saec. XIII. ex. 1.* b) *ita in marg. 1.* c) *hinc altera manus 1.* d) *hinc tertia manus 1.* e) *hi versus in 1 plane desunt, neque post suppleti. Quae Wilmans, Arch. XI, p. 58 n., monet ad continuationem pedestri sermone scriptam pertinere debent.* f) *ita 2. 3.* g) Montalbon Fridricus 2. h) IIII° 1. i) *ita 1. 2;* quia?

1) In 3 sequuntur nomina episcoporum — *Iohannes* 37, *Iohannes* 38. Neque 2 postea versus habet.

tulit. Ipse enim a beato Gregorio tertio[1] urbis Rome episcopo presul ordinatus, et accepto ab ipso pallio ad gentes destinatus, per vallem Tridentinam rediens ac Baioariam ingrediens, a Tassilone[2], sororio Pippini, qui maior domus dicebatur et patre[a] Karlmanni[b], et Theodone, filio ipsius, quorum aures beati viri sanctitas attingerat, benigne susceptus, montem istum, qui Frisinga dicitur, accepit. Ubi primo ecclesiam, quae usque hodie cernitur, in honore beati Benedicti construxit ac monachorum ibi sacrum conventum adunavit. Cui post morum informationes, sicut providus dispensator, etiam temporalia providit. Nam Maise, unde ipse oriundus exstitit[3], et Chorzes et Camina cum nongentis auri solidis, quos a Pippino, apud quem gratiam invenerat, accepit, cum aliis prediis comparavit et ad istam sedem, quam fundavit, iure proprietatis contulit. Cumque vir Dei diem suae resolutionis appropinquare intellexit, Erimbertum, fratrem suum, in Italiam ad Pippinum principem direxit, qui eodem tempore adversus Longobardos militem coadunaverat[4], quam humiliter postulans, ut tradicio suae proprietatis sive conquisitionis ad aecclesiam beatae Mariae per prefati principis cyrographum firmaretur et in perpetuum auctoritate sua rata haberetur. Adiecit quoque, ut ex regali ipsius principis concessione libertas huic familiae concederetur episcopos eligendi et legitime substituendi. *Cuius peticioni, quia de ratione *f. 1'.
pendebat, Pippinus benigne annuit et cyrographum, sicut postulavit, per prefatum nuntium transmisit; quod tempore Waltonis episcopi cum reliquis huius ecclesiae ornamentis ignis cf Priv. p 316.
consumpsit[5]. Cum vero vi febrium vehementius urgeretur, ante obitus sui diem octavum, alium ex discipulis suis ad Hucbertum principem direxit, diem mortis suae indicans et poscens, ut corpusculum exanimę ipsius ad tumulum beati Valentini, ubi primus oratorium construxerat, sepeliendum deferri iuberet. Quod quia non factum est, et quid exinde rei probaverit eventus, diligens lector in libro qui de vita eius inscribitur requirat. At nos inceptum sic peragamus iter, eum servantes modum, sicut in Latino invenimus antiquorum, nil de nostris adicientes, ut veritas evidens possit adverti dictis illorum.*

Erimbertus episcopus. Venerabilis presul Erimbertus, sancti Corbiniani frater, ipso migrante ad Dominum, in sede sua episcopali sublimatur. Qui quantum potuit novellae fratris sui plantationi contulit et multorum exhortatione sua animos ad benefaciendum sedi suae inclinavit[6.]**.

. . . .

Annotatis que venerabilis episcopi Arbonis tempore collata sunt ecclesiae Frisingensi, f. 17'.
ea que circa finem vitae sue de corpore beati Corbiniani gessit superest sub brevitate annotare. Ipse quidem summo thesauro hanc ecclesiam ditavit, cum coepiscoporum suorum consilio corpus beati Corbiniani, beato Valentino Tridentinam translato, et dehinc

*) 2 *post addit (V. A.):* Corbinianus obiit anno Domini 730.

**) *Secunda manu s. XII. in folio postea insuto legitur* 1: Excerptum de vita sancti Bonifacii. Desiderantibus nobis gesta sanctorum pontificum stili brevitate transcurere[c], placuit quoque huic opusculo interserere, qualiter tempore Hermberti prefati viri religiosi sanctus Bonifacius provinciam istam in quatuor distinxit episcopatus. Huius igitur viri aliquantisper meritorum documenta excerpsimus, ut quanto se — — *ex Vita a. Willibaldo c. 27.* — — salvus fiat in die Domini. — 2 *in inferiori marg. post add. (V A.?):* Hic episcopus una cum aliis pontificibus eidem cooperantibus monasterium Sancti Quirini in Tegernsee dedicavit; *in fine vero loci ex Vita S. Bonifacii sumti ita:* Anno vero sequenti (*corr.* 756) idem Bonifacius martirio in Frisia est coronatus. Erimbertus 2us episcopus Fris. obiit in circumcisione Domini, *et alia manu (V. A.):* anno Domini 758. *corr.* 750. *Ibidem postea de Iosepho sec. manu adnotatur:* Sedit annis quasi 3, *corr.* 14; *et correctoris (V. A.) manus pergit:* obiit anno Domini 763, die 17. Ian. *Ad marginem imaginis Iosephi prima manus rubro scripsit:* Ioseph episcopus 3us, fundator ecclesie sancti Zenonis in Isen. *Similiter ubi pictus est:* Aribo alias Heres, *post add.:* cepit anno Christi 760 (*corr. V. A.?* 763), sedit ann. 22, *corr.:* 20 quasi.

a) *ita* 1. 2; pater? b) magni *superscr.* 2, *ubi postea verba* a Tassilone — Theodone *deleta et eorum loco:* a Theodone et Grimoaldo *scripta sunt.* c) *ita c.*

1) De Gregorio II. cogitandum est, dummodo Gregorii nomen in Vita Corbiniani a. Aribone c. 4. recte se habet. 2) Theodo dux eiusque filius Grimoaldus in Aribonis libro c. 10. nominantur. 3) Haec cum Aribonis verbis pugnare, ostendit Meichelbeck I, 2, p. xvi. sqq. 4) Aribo c. 29. Erembertum ad Liutprandum Langobardorum regem missum refert; neque Corbinianus Pippini regis tempora vidit. 5) Haec auctor sibi finxisse putandus est. 6) Sequuntur 'ex libro traditionum' Frisingensium chartae sub Erimberto, Iosepho, Arbone datae.

duce Tassilone Pataviam, quam fundaverat, perducto, de Mâise, ubi ambo quieverunt, ad ecclesiam Frisingensem, ubi in presenti quiescit, cum summo honore reduxit[1,*].

. . . .

f. 96 Post venerabilem Erchanbertum episcopum successit Arnolfus, sub cuius tempore huic ecclesiae non aliqua repperimus tradita fuisse. Qui 8 annis episcopatum rexit et tamen cum principibus et melioribus commutationes, ut in libro commutationum inveniuntur, fecit[2,**].

. . . .

f. 100. Waldo episcopus conquisivit ab Arnolfo rege in Carinthia regalem capellam apud Lurna cum adiacentibus bonis. Supra p. 316. Postea acquisivit ab eodem rege aliam capellam apud Liburniam cum adiacentibus bonis anno Domini 891. Dehinc etiam conquisivit ab eodem rege Moseburc cum adiacentibus bonis anno Domini 895. Post haec etiam acquisivit ab eodem sal quod regibus debebatur in salina de servis et locis huius ecclesie anno Domini 898. Postea impetravit a Ludewico rege, filio Arnolfi, renovari cyrografum de eligendo episcopo, quod a sancto Corbiniano prius impetratum erat, istius tempore est combustum, anno Domini 906. Et sedem huius episcopatus rexit viginti duobus annis et deinde 906. excessit rebus humanis.[***]

Uto[+] manens uno venerandus episcopus anno
Corruit in fata, superis anima sociata.

Cui successit Dracolfus; qui instinctu humani generis inimici de sede episcopali et de cenobiis tribus, videlicet Moseburch, Isine, Scheftilaren, abstulit, exceptis purpuris et aliis ecclesiarum ornamentis, in auro et argento ad 400 talenta, sicut in scriptis habentur. Et ut 926? dicitur, in periculo quodam Danubii, quod vulgo vocatur Paige, vivendi finem fecit[3,++].

. . . .

957. Abraham[+++] episcopus impetravit a primo rege Ottone Gudigan ad suam vitam, post obitum suum ad servitium f. 105 Sancti Candidi, anno Domini incarnationis 972. Ipse impetravit a secundo Ottone Chreina anno Domini 974. Idem etiam Supra p. 316 primus[a] impetravit ab eodem Ottone Chreina marcha eodem anno. Ipse quoque renovari fecit a tercio Ottone traditionem de Gudigan anno Domini 992. His quoque ab imperatoribus ecclesiae suae impetratis, turre quadam monasterium adauxit et diversis ornamentis ecclesiarum in plenariis et tapetibus diligenter ac devotus adornavit. Rexitque hanc sedem episcopalem annis 37, et mortuus est, et 994. sepultus est in basilica, quam in honorem sancti Thomae apostoli erexerat, feliciter amen[4,+*].

. . . .

*) 2 *add. prima manu:* Et obiit 4. Nonas May, *alia (V. A.?) m.:* anno Domini 783; *ad imaginem Attonis:* anno Domini 783 (3 *e corr.*). Sedit ann. quasi 30, *corr.* 27; *post traditiones vero sub Attone factas:* Hic Atto obiit 5. Kal. Octobr., sepultus apud antecessores suos in cathedrali ecclesia; *alia (V. A.) manu:* anno Domini 810 (0 *e corr.*) Sedit annis quasi 23, *corr.* 21. — 2 *post Hittonis traditiones add:* Hitto episcopus obiit 4. Idus Decembris, anno Domini 836. Hic in Weichenstephen iniciavit Dei servicium cum uno preposito et sex prebendariis. Qui sanctos Alexandrum et Iustinum de Roma huc attulit. *Mox vero:* Anno episcopus anno Domini 863, *et de eodem alia (V. A.) manu:* anno Domini 854. Sedit annis 21 vel quasi; *post eiusdem traditiones vero:* Anno episcopus obiit 8. (*corr.* 7) Idus Octobris, anno Christi 863, *corr. (V. A.)* 875. *Similiter de Erchanberto sec. manus (V. A.):* Anno Domini 836 (*ita*[5]). Sedit annis 18 *(quaedam erasa); prior post eius traditiones:* Et obiit quarto Nonas Augusti anno Domini 875.

**) 2 *addit sec. manu (V. A.):* anno Christi 875; *priore:* Obiit 11. Kal. Octobris, anno Domini 883; *de Waltone vero episcopo sec. manu (V. A.):* anno Domini 883 (3 *e corr.*). Sedit annis 22.

***) 2 *post add.:* 15. Kal. May 805 *(ita)*.

+) 2 *add. de Outone ep. sec. manu (V. A.):* anno Domini 906 (*corr.* 905). Sedit anno uno.

++) 2 *post add.:* 2. Kal. (*corr.* Nonas) Iulii anno Domini 906; *pagina sequenti:* Hic obiit in die Urbani pape anno Domini 926, *alio atramento:* in Danubio submersus; *alio loco sec. manu (V. A.):* Hic cepit a. Christi 906 (6 *e corr.*). Sedit annis 20. *De Wolframmo vero haec:* cepit a. Christi 926. Sedit annis 12; *et post pr. m.:* Item 5. Idus Iulii Wolframmus episcopus obiit anno Domini 938; cui Lampertus successit. *De hoc sec. m. (V. A.):* a. Domini 938. Sedit annis 19; *post pr. m.:* Anno Domini 957. Lampertus episcopus obiit, et Abraham successit.

+++) 2 *sec. m. (V. A.) de ipso adnotat:* Sedit ann. 36, a. Domini 957.

+*) *In margine* 1. *leguntur addita manu saec. XII:* Commemoratio rerum ecclesiasticarum et amictuum, cum quibus Abraham hanc aecclaesiam decoravit et ditavit. Inprimis cappe cum aureis fibulis parate 6, alie cappe de probatissimis palliis 16, planete auro parate 6, stole cum auro parate 5, cum totidem fanonibus et cingulis, calix unus magnus aureus et argenteus et fistula argentea,

a) prius *Priv.*

1) Sequuntur traditiones sub Attone episcopo, Cozrohi praefatio et traditiones Hittonis, Annonis, Erchanberti tempore factae. 2) Subsequuntur traditiones sub Waltone episcopo factae. 3) Subsequuntur tabulae sub Dracolfo, Wolframmo, Lamberto, Abrahamo episcopis datae. 4) Sequuntur tabulae sub Gotschalco et Egilberto episcopis datae. 5) Vitus Arnpeckh, qui haec scripsisse videtur, Erchanbertum ante Annonem ponit; v. Deutinger III, p. 485.

Egilbertus* episcopus impetravit Chatzis a rege Heinrico anno Domini 1007. Ipse impetravit ab eodem rege Sahsonganh ad ecclesiam sancti Stephani anno Domini 1022. Ipse renovari fecit a rege Chuonrado traditionem curtiferi in Ratispona, quem prius rex Hainricus donavit post[1] obitum suum ad usum fratrum Sancti Stephani et Sancti Viti, anno Domini 1024. Ipse impetravit ab eodem rege predia iuxta Danubium anno Domini 1025. Impetravit quoque ab eodem universalem confirmationem bonorum a prioribus regibus donatorum anno Domini 1029. Commutavit sub eodem rege Dietpirgiriuth cum Hasilpach anno Domini 1031. Impetravit etiam ab eodem in Oriente predia iuxta Murun anno Domini 1033. Impetravit etiam ab eodem curtem Enidingun[a] cum adiacentibus bonis anno Domini 1033. Impetravit ab eodem curtem Alarun in Marchia eodem anno. f. 121. Supra p. 317.

Omnibus his peractis, ecclesiam istam diversis et optimis, ut pro parte inpresentiarum cernitur, decoravit ornamentis. Cyborium enim, quod erat ante ignis vastationem super maius altare expansum, auro et argento et lapidibus preciosis erat intextum. Tabulam quoque ex auro purissimo, quae in diebus festis ante ipsum altare deponitur, fabrili opere conpegit. Sacrofagum maius et duos lapides itinerarios et libros auro et argento et lapidibus intextos et cappas et casulas, quae hic habentur meliores, cum calicibus optimis ecclesie contulit. Plura candelabra circa chorum et pulpitum, in quo legebatur euvangelium, et duas coronas, unam in choro dependentem, alteram ad sanctam crucem, miro opere, ut merito de ipso dici possit: *Domine, dilexi decorem domus tue et locum habitationis gloriae tuae*, preparaverat. Ps 25, 8. Caetera quoque altaria, videlicet sanctae Crucis et sancti Stephani, tabulis et sarcofagis, auro et argento cooperta ornaverat. Crucem maiorem, ut hodie videtur, argento cooperuit, minorem quoque auro et margaritis cooperuit, parvam, quae assidue defertur, de puro argento fabricari instituit. Ampullas in cena Domini deferendas cum 7 candelabris et sedes ferreas 3 episcopales argento coopertas preparari iussit. In multis quoque reditibus quousque vixit ecclesiam istam ditavit[2] **.

. . . .

Nitgerus episcopus inpetravit a tercio rege Heinrico universalem confirmationem cunctorum ecclesie bonorum anno Domini 1039. Renovari quoque fecit ab eodem traditionem Alarun anno Domini 1040. Inpetravit ab eodem curtem Ostermundigan in pazo Salzgowe anno Domini 1041. Inpetravit ab eodem Ardacheren anno Domini 1049. Confirmavit ab eodem ecclesias Bouminincbirchen et Bīwigen et Hachingen et Einlingen et quicquid Egilbertus episcopus ad ecclesiam sancti Viti delegavit anno Domini 1052. Inpetravit ab eodem fratribus huius ecclesie Laian, Ufchirichen, Eberas c h i r c h e n. 1039. Supra p. 317

. . . .[3]

Ellenhardus*** episcopus inpetravit universalem confirmationem omnium aecclesiae bonorum a quarto rege Heinrico anno Domini 1057. Inpetravit ab eodem Pirian, Nuwenburch anno Domini 1062. Inpetravit ab eodem abbatiam Buran anno Domini 1065. Inpetravit ab eodem in marchia Histria Gubida, Lozo, Ozba cum ceteris anno Domini 1067. Inpetravit ab eodem 100 hubas apud L u t t a h a anno Domini 1074.† f. 115. 1052.

. . . .[4]

alter vero aureus cum patenis, humerale cum solido auro 1, altaria auro parata 4, item planete sine auro 5, dalmatice auro parate 3, alie 2 sine auro, pallium sanctum 1, cortinam de pallio 1, galeta argentea 1, pixis argentea 1, albam auro paratam 1. — 2 *interserit:* 7. Idus Iunii anno 994. *et rubro scripta:* Secuntur ornamenta quibus Abraham episcopus decoravit ecclesiam. Commemoratio *etc. Post de Gotescalco episcopo m. sec. (V. A.):* Anno Domini 994 (4 *e corr.*). Sedit annis 12; *et post chartas:* Anno Domini 1005. Gotescalchus episcopus obiit 6. die May.

*) *De hoc 2 m. sec. (V. A.) ita:* cepit anno Domini 1005. Sedit annis 34; *prima, ut videtur, manu:* Hic instituit monasticam vitam iuxta ecclesiam sancti Benedicti in monte Sancti Steffani in Weichenstephen anno Domini 1021.

**) 2 *add.:* Et obiit 2. Nonas Novembris, sepultus ante altare sancti Spiritus; *alia manu:* anno Domini *(quaedam erasa)* 1039, et successit Nitkerus a. Domini 1039 *(e corr.); de hoc m. sec. (V. A.):* Sedit annis 13; *alio vero loco haec scripta sunt:* Nitkerus ditavit nos dignis reliquiis sancti Nonnosi, de quo Gregorius in dyalogis tria famosa refert miracula; *denique post traditiones:* Nitkerus episcopus obiit anno Domini 1053, *corr. (V. A.)* 1052 (*alio atramento:* 8. (?) Idus Aprilis), et Ellenhardus successit.

***) *De hoc 2 ita:* Ellenhardus episcopus 19us, fundator ecclesie sancti Andree; *et m. sec. (V. A.):* cepit anno Domini 1053. Sedit annis 25.

†) 2 *de hoc et sequentibus episcopis ita:* Anno Domini 1078, in vigilia sancti Gregorii obiit Ellenhardus episcopus Frisingensis, fundator ecclesie sancti Andree cum 20 prebendis et officialibus, in ea sepultus, *post add.:* 5. Idus Marcii, et successit Meginwardus 11. Kal. Aprilis; *alio loco m. sec. (V. A.):* cepit a. Domini 1078, 11. Kal. Aprilis. Sedit annis 20, mense uno, di. 9.

Meginhardus episcopus obiit 4. Kal. May, a. Domini 1098. Hic pro episcopatu altercatus est cum quodam Herimanno et obtinuit. Cui Heinricus episcopus successit 4. Kal. Iul.; *m. sec. (V. A.):* cepit a. Domini 1098, 4. Kal. Iuly. Sedit annis 39, men. 5, di. 23.

Anno Domini 1137, 7. Idus (Decembris *corr.*) Octobris obiit episcopus Heinricus de Eberstain.

a) *cf. p.* 317 *n.* n.

1) Ita cum Priv. codice 2, sed errore manifesto.
2) Sequuntur tabulae sub Nitkero episcopo datae.
3) Subsequuntur tabulae sub Ellenhardo episcopo datae.
4) Sequuntur tabulae sub Meginwardo, Heinrico, Ottone episcopis datae.

f. 117'

De[a] casu huius sedis.

Rach IV, 11. Anno Domini ab incarnatione 1158[1], indictione 7, regnante serenissimo imperatore Friderico, anno imperii eius tertio, regni quinto, Otto venerabilis huius sedis episcopus ab hac luce Deo vocante migravit. Is primum velut *f. 118 celitus et a Deo missus, cum ecclesiam nostram reperisset omnibus fere bonis destitutam, distractas facultates *et lapsa palatia, familiam attritam, religionis monasteriorum nullam vel parvam memoriam, ope divina tandem ipsam in eum locum reduxerat, ut clero religionem, familiae libertatem, facultatibus copiam, edificiis decorem, ab hac luce subtractus, restituisset; eiusque cura, labor et meritum circa sedem et gentem suam tanta exstiterat, acsi non tam instaurator quam fundator illius exstitisset. Huic negotio prestabat adminiculum et opem tum genus viri, tum probitas, tum conversationis aestimatio. Nam de illustri parentela — — probe probus evasit. Siquidem supradicto principe Friderico patrueli suo, — — ut iam sepius in aliis aecclesiis factum esse dicebatur, eam nullo modo privaret, postulavit, atque super hoc fide accepta, ad propriam sedem rediit. At cum aliquibus de morte sua seu per visionem seu per somnia revelatum fuisse referentibus[b] et commonentibus quibusdam religiosis cognovisset, salutatis fraterna caritate quam intime fratribus, et valedicto magna cordis contrictione et lacrimarum efusione, nobis astantibus et contuentibus, hanc sedem deseruit occasione visitandi Cistercense capitulum. Viam carpit, ad Morimundinense monasterium pervenit, ibi per aliquod dies lecto cubans et iam de obitu suo nullo modo dubius, dum sacro liquore, sicut moris est, perunctus fuisset et de omnibus rebus propriis laudabiliter ordinasset, multa prius cordis contrictione ac humili confessione reatum suum recognoscens, in tantum etiam, ut de minimis petens veniam servorum suorum prosterneretur pedibus, sumptis sacrosanctis misteriis, in medio multitudinis sanctorum hominum, tam episcoporum quam abbatum, una cum ipso laudes canentium atque de interitu tanti viri miserabili fletu condolentium necnon etiam inmoderatam[c] cordis contrictionem seu humilitatis exhibitionem divinitus illi inspiratam[d] cum non modica admiratione animadvertentium, Domino spiritum reddidit. Cuius revera morte, summa prudentia mentis, regalis forma corporis, tibi, Frisinga, laus et gloria specialis, totius aecclesiae spes maxima et decus eximium, et quicquic humana fragilitas novit esse iocundius, totum, pro dolor! in momento evanuit.

Felix utique et pro meritis suis divino munere donatus, ut antea raptus sit, quam unicam suam, dilectam suam, hanc videlicet aecclesiam, cui ipse spiritali et intimo amore connexus fuerat, in favillam et cinerem conversam vidisset et subversam. Vere, si quando habundavit delictum, superhabundavit et gratia, et velut ait
1. Tim. 4, 8. apostolus: *Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas vero ad omnia,* et super eundem locum Ieronimus: *Omnis summa disciplinae nostrae in misericordia est, quam sequens etsi lubricum carnis patitur vapulabit; si quis autem solum exercitium corporis habuerit, perennes patietur[e] penas.**

Rach. c. 12. Ottone episcopo 5. Kal. Octobris defuncto, paucis post mensibus, scilicet[f] circa estivale solsticium, quo tunc fuit dominica palmarum, hora matutina civitas Frisinga pęnitus incendio[g] conflagravit, adeo quod, ut taceam de maioribus aecclesiis, que cum ornamentis suis perierunt, sedeque ipsa et palatio, nec una de minoribus capellis et oratoriis superfuit. Domus etiam et officine canonicorum et domus militum, exceptis valde paucis, crematae sunt. Nam ex orientali latere montis vis ignis erumpens, cum ad alta culmina maioris aecclesiae ascendisset ibique nutrimentum accępisset, vi caloris et vento scintillae evolutae occidentalem partem montis flam- *f. 118'. mis cinxerunt. Unde populus in medio subita formidinę *percussus, fugam cepit, corpus suum flammis eripere illi summa salus fuit. Tum ventus imminens omnia permiscebat, miserabilis ubique ruina patebat. Ruit sedes cathedralis ac imperialis dignitas edificiorum; ruit ciborium deauratum; ruit chorus insignis, in auro et argento mirabili artificio fabricatus; ruit candelabrum triginta libris comparatum; ruunt corone cum cancellis suis mirabili opere fabricate; ruunt laquearia picta et aeratae trabes; ruit domus organorum et turris regalis cum dulcissimo sono campanarum; ruit ipsum palatium cum suis capellis depictis auro et argento; ruit hec sedes beati Andreae apostoli cum suis omnibus ornamentis. Et ut ineffabilem illius cladem noctis paucis absolvam, omnia brevi et sub hora momentanea visa sunt in cinerem concidere[h].

ib. c. 13. Sequenti vero anno locus ipse ubi maior aecclesia et sedes cathedralis[i] fabricanda erat fulmine percussa celesti igne conflagravit. Nova-cella quoque eodem anno cremata fuit.

Rexit 39 annis, mens. 5, diebus 23, et Otto episcopus eligitur. Sed anno Domini 1138. in episcopatum ducitur.

Otto Magnus episcopus 22; *m. sec. (V. A.):* cepit a. Domini 1138. Sedit annis 19 (*corr.* 20).

*) 2 *in marg. add.:* Hic preclarus pontifex duo monasteria fundavit, unum dictum Sceftlaren anno Domini etc. 40, alterum anno sequenti Nova-cella prope Frisingam Sancti Petri ordinis Premonstratensis, 22. anno ab inceptione ordinis. Hic eciam cum rege Romanorum Conrado II, fratre suo uterino, in Greciam Siriamque profectus, bellis omnibus interfuit, que cum Turcis Sarracenisque seu secunda seu adversa gesta sunt, consilioque et armis rem iuvit. Vidit Hierosolimam et sacram domini Salvatoris tumbam, ipseque in Iordane lavari meruit. Neque in tot curis totque laboribus studia litterarum neglexit, in ocio negocium, in negocio ocium sectatus. Ecclesiarum causas, pupillos viduasque et omne oppressorum genus hominum apud regale tribunal indefesse tutatus est. Ad cuius tumulum miracula fiunt, que Deus per suum dilectum operatur.

a) De morte, vita et scientia Ottonis 2, *ubi post (l. 31) rubra additur:* De incendio et sancte huius sedis casu. b) rever. 1. c) inmoderata 1. 2. d) inspratam 1. e) *bis scriptum* 1. f) si 1. 2. g) incedio 1. h) considere 1. 2. i) catheralis 1.

1) Ita recte Rachewini notam emendavit.

Hec aecclesia eo tempore in tali statu fuit, quod rebus, edificiis et divitiis omnibus conlateralibus et vicinis episco- [Rag. c. 12.] patibus aut maior erat aut equalis, cleri probitate insignis, ut in eius honestate et disciplina rari pares, maiores et superiores in orbe Romano nulli haberentur. Apud homines religiosos et spiritales vehemens circa omnem litteralis scientiae disciplinam applicatio, apud seculares vero beneficiorum liberalis exhibitio totius probitatis et honestatis laudem conferebat, maxime tamen dignitas tanti presulis, de quo diximus, eorundem famam per ora principum diffundebat. Nec tibi, fortuna, satis scelerosum fuit his invidere, nisi et nos tua inpudentia tamquam exules a patria videmur superesse!

Hanc Frisingensis civitatis cladem et erumpnosi casus eventum nonnulla prodigiorum indicia precesserant Qua- [ib. c. 13] dam enim vice in die circumcisionis Domini, cum ad missam sollemnem presbyter altari maiori assisteret et iam sacri secreti ultimum resolvisset silentium, calix cum sanguine prorsus eversus et super altare in conspectu omnium efusus est, ut nec stilla superfuisset. Sed prudentissimus episcopus omine tali nichil prosperum auguriatum esse presciens, ieiuniis et letaniis divinam animadversionem prevenire atque placari persuasit. Per idem quoque tempus monstra quaedam quadrupedia aliaque fantasmata de nocte visa sunt tam a clericis veracibus quam a laicis hinc inde volare; ferae bestiae, utpote vulpes et lepores, pastofaria aecclesiae ac officinas canonicorum ingresse velut domesticae, laqueos sibi captionis inponi non abnuebant. Pueri ac puellule per mediam civitatem sepius processionem agentes et veras letanias imitantes, iocis suis gravia nobis seria portenderunt. Ululae, ucupae[a], bubones toto anno in tectis funebria personantes, lugubri voce aures hominum repleverunt. Necnon et mures egressi de cavernis coetum fratrum in choro perturbaverunt.

Huius ruinae ac desolationis calumnia hec aecclesia oppressa, immo funditus deleta, diligentia Alberti presulis, qui in presenti gubernabat aecclesiam, et Ottonis, quem prefatus antistes, de cuius morte diximus, optimis artibus instituit eumque adhuc vivens divina gratia annuente aecclesiae nostrae prefecit, paulum respirare cepit. Eodem namque anno prefatus Otto[1], post tantam desolationem quibusdam dubitantibus et nullam de reparatione spem habentibus, Dei omnipotentis clementia, que de se dicit: *Ego occido* etc. miserabiliter insti- [Deut. 32, 39.] gatus, forti animo, prudenti consilio aecclesiam nostram, quae non solum in se ipsa aut in claustri edificio, verum etiam in omni possessione canonicorum ac familiae assidentis prorsus corruerat, quibusdam[b] tamen dissuadentibus, reparare cepit. Turrim et murum extremum, qui nondum corruerat, lignorum edificio, munium scissuras novo cemento et lapidibus compegit, officinas quoque fratrum locavit. Sequenti vero anno claustrum excellentiori structura restituit, campanas tres reformavit, et inter hec omnia fratribus victum administrando, familiae consulendo, ipse in propria persona tum in rerum dispositione, tum etiam proprio manuum labore die nocteque desudavit, summa mentis et corporis diligentia spem patriae nobis et salutem vite contulit, multa quoque bona aecclesiae nostrae distracta consilio et auxilio principum restituit.[2] *

. . . .

CONTINUATIO I.

Anno ab incarnatione Domini 1183. successit[c] beato Alberto Frisingensi episcopo Otto c. 121.
episcopus, vir nobilis et largus, de Diezzen oriundus ex parte matris Gisla, et de Perge, quod
situm est in Swevia, patre Dietpoldo. Hic sex habuit filios, duos laicos et quatuor sacris
litteris fecit inbui. Quorum primus nomine Dietpoldus factus est Pataviensis episcopus, 1172.
alter presul Erbipolensis nomine Hainricus, item tercius nomine Manegoldus Pataviensem 1192.
suscepit kathedram, quartus vero Otto nomine Frisingensem ecclesiam suscepit regendam. 1206.
Set mirum dictu, quod uno die in Verona civitate a summo pontifice spiritalia et ab imperatore Friderico regalia susceperit, quod raro ulli presuli Alamannie accidisse audivimus. Adeptus ergo pontificatus dignitatem, quanta in eo fuerit humilitas, quanta circa pauperes largitas morumque probitas, non est nostre facultatis evolvere; set strennue suam regens ecclesiam, murum se firmum pro domo Dei firmiter opposuit et ut vir prudens et sapiens pastor pius suis ovibus benignus prefuit.

*) 2 *sec. m. (V. A.) de Alberto addit:* Sedit annis 26, cepit a. Domini 1158; *post chartas:* 2. Idus Novembris Albertus episcopus obiit anno Domini 1184, et Otto Magedburgensis canonicus eligitur, et anno Domini 1185. in Kalend. Ian. in episcopatum introducitur;
de Ottone m. sec. (V. A.): cepit a. Domini 1185[3]. Sedit annis 34.

a) *ita* 1. 2; upupae *Rag.* b) quibus 1. 2. c) succesit 1.

1) Otto II. 2) Sequuntur tabulae sub Alberto episcopo datae. 3) 1184. V. Arnp. chron. ed. p. 515.

CONTINUATIO II.

f. 121'. Intendens[a] igitur iugiter ad ipsorum liberationem, in primo castrum in Otenburch munire cepit, expendens in edificiis circiter mille marcas, et domino duci Bawarie totis viribus se opponens pro advocatia, qua indebite abusus est per graves exactiones, liti finem inposuit, sicut in subscripto privilegio habetur [in[b] sacrario].

Memorie dignum duximus commendandum, quam gravi labore predictus presul Otto castrum in Chunratsheim cum foro in Wadhoun et suis attinentiis, coram imperatore Hainrico faciendo querimoniam, obtinuerit a comite Chunrado de Pilenstain. Quo defuncto, filius eius Fridericus nomine sibi hereditario iure usurpavit. A cuius laqueo dum per graves expensas et labores obtinuisset, eo defuncto aliud iniquum membrum subcrevit, videlicet in fratre suo, qui hereditario iure[c] predictum predium habere voluit. Post cuius discessum filius eius, qui sacris literis fuit inbutus, cingulum militare volens assumere, viam universe carnis ingressus est. Post cuius obitum violenter occupare incepit comes Fridericus de Morn, eo quod genelogiam de predictorum comitum prosapia duceret, et ipsum Frisingensem episcopum adeo damnificare presumsit, quod castrum suum fraudolenter et violenter occuparet omniaque adtinentia violenter sibi usurparet, quoadusque per querimoniam predictus episcopus coram duce Austrie iusticiam obtinendo liti finem imponeret taliter, ut unum castrum in Chůnratisheim episcopo Frisingensi et aliud comiti cederet. Verum equitatis amator et iusticie, qui non derelinquit sperantes in se, non passus iniuriam, quam predictus comes exercere satagebat, liti finem inposuit, dum eum de hoc seculo migrare permisit, et sic episcopus cum quieta pace predicta bona possedit, nulli advocaciam volens conferre. Preterea defuncto domino Ottone, filio domini Hadmari, conservavit castrum in Ramsperch cum suis addinenciis inexorabilis, ut nec per preces flecti posset nec terrore concuti, ut vellet alicui[d] infeudare.

Nec supticendum est, quod Otto Frisingensis episcopus obtinuit a duce Austrie beneficium quod dicitur marchůtr[1] in omnibus bonis suis.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter Frisingensis episcopus data magna pecunia redemit castrum in Wartnberch situm in Carniola cum beneficiis sibi adtinentibus a comite Ottone de Ortnberch. Dum adhuc viveret, ipsum castrum resignavit episcopo cum
f. 122. heůbis et beneficiis adtinentibus, ne forte filii fratris sui comitis Hainrici *post obitum suum episcopum possent inpetere vel sibi iure hereditario possent usurpare.

Episcopus vero possessor illius castri factus, totum destruxit, veritus, quod fratrueles predicti comitis fraudolenter non[e] occuparent, tum[f] eciam quod in vicino in dominicalibus suis in loco qui dicitur Lonca castrum haberet firmissimum. Hec omnia determinata sunt coram Ulrico duce Karintie.[2,*]

. . . .

CONTINUATIONES SAEC. XIV. ET XV.

1231. Geroldus episcopus huius sedis obiit 4. Kalendas Aprilis; male rexit ecclesiam annis 11, et sepultus est extra monasterium in portico. Item alienavit multa bona ab ecclesia, que omnia reformata fuerunt per successorem suum episcopum Chuonradum Tolntznaerium, sicut in bulla imperiali aurea et aliis scriptis reperiuntur.[**]

1258. Chuonradus episcopus Tolntznaer huius sedis obiit 15. Kalendas Februarii[***]; rexit ecclesiam annis 27.[†]

*) 2 *add.:* Anno incarnationis Domini 1195. Otto II. episcopus Frisingensis anno eius 11. instituit ad structuram fontis domino decano predium in Stuthausen et duas partes decime cum predio in Guntzenhausen.

Et post: Otto episcopus obiit a. Domini 1219 (*corr.* 1220).
Illi successit Geroldt, qui postea cessit.
Micior ille fuit omnibus, inde ruit.

**) 2 *post add.:* A. Domini 1231. Geroldus episcopus est depositus, et Conradus canonicus substituitur.

***) 2 *post add.:* a. Domini 1258.

†) 2 *add.:* Et est sepultus in capella sancti Pauli apostoli; *post:* et Conradus comes eligitur.

a) *alia manu pergit* 1. b) *post alia manu addita, des. c.* 192. c) hered. *iterum scr. sed del.* 1. d) *post add.* 1. e) *deest* 2. f) dum 1.

1) De censu markfutter dicto v. D. VG. VIII, p. 392. 2) Sequuntur aliae notae de bonis acquisitis a Meichelbeck Nr. 1373. 74. 72. 80. 68 (Extr.). 69. 75. editae.

Chuonradus episcopus, comes Silvester, huius sedis obiit anno Dom. 1278, 3. Kalendas Marcii; rexit ecclesiam annis 22[a]. Tempore suo impetravit a rege Bohemie Otakaro, qui fuit dux Austrie, multas advocatias in Austria et alia plura bona, sicut in privilegiis habetur.[1, *]

Fridricus episcopus de Montalban huius sedis obiit anno Dom. 1282, 6. Idus Decembris; rexit ecclesiam annis 4.[**]

Emcho episcopus, comes Silvester, huius sedis obiit anno Dom. 1311, 5. Kalendas Augusti[***]; rexit ecclesiam annis 29.[†]

Gôtfridus episcopus huius sedis obiit anno Dom. 1315, 6. Kalendas Decembris; rexit ecclesiam annis tribus cum dimidio.[††]

Chuonradus episcopus[†††], doctor decretorum, huius sedis obiit anno Dom. 1322, 6.[b] Kalendas Aprilis; rexit ecclesiam annis 7 et mensibus 6; fundator nove capelle sancti Iohannis baptiste, instituendo ibidem canonicos, que prius fundata et dotata fuit per Albertum episcopum.[*†]

Iohannes episcopus, doctor decretorum, huius sedis obiit anno Dom. 1324, 6. Kalendas Maii, hoc est in die sancti Marci ewangeliste. Idem fuit translatus de ecclesia Brixensi in Apr. 25.
Babenbergam, et de ecclesia Babenbergensi in Frisingiam per papam Iohannem XXII; rexit ecclesiam ebdomadas 5 et 2 diebus, et sepultus est ante sanctam crucem, hiis versibus insculptis eius sepulchro:

Lux decretorum Iohannes, vas et honorum,
Hic est fossatus, qui bis bis erat kathedratus;
Huic finem sexte[c] Maii tribuere Kalende.

Chuonradus episcopus dictus de Chlingenberch huius sedis obiit anno Dom. 1337, 3. Nonas Marcii; rexit ecclesiam annis 13. Idem dedit nobis crucem bonam deauratam cum gemmis, et mille florenos, cum quibus emimus quinque predia prebende nostre; et sepultus est in claustro Liernvelt[2] prope Byennam[d].[†*]

*) 2 *post add.:* et Fridricus prepositus summus substituitur.

**) 2 *add.:* Sepultus in capella sancti Leonardi cum tali epitavio:

Anno Domini 1282. *obiit Frisingensis rector*
Fridricus fortis ut Hector.
Transmigrans iste
Tua poscit gaudia, Christe;

et post: Et Emcho comes anno Domini 1283. sibi est substitutus.

***) 2 *add.:* id est in die Panthaleonis.

†) 2 *add.:* Sepultusque in capella sanctorum Georii et Hainrici et habet hoc epytavium:

Cleri flos Emcho, sed nunc velut echo,
Hic subterratus presul iacet incineratus
Ut luti testa. Deus, o requiem sibi presta!
Parcat et examen iusti sibi iudicis! amen.

Ab isto Emchone episcopo Hainricus dux Bavarie in feudum accepit opidum Mospurg; *et post:* et Gotfridus decanus maioris ecclesie in episcopum eligitur.

††) 2 *add.:* Et sepultus est in capella sancte Katherine virginis, tale habens epitavium:

Ter C et unum mille bis quini quatuor atque
Fluxerunt anni Domini de virgine nati,
Lux Augusti dat Gotfridum bene[e] fini.
Clemens agne Dei, sol da requiem ei!

Hic Gôtfridus episcopus anno Domini 1315. instituit duos viccarios, qui quottidie alternatis vicibus ad Sanctam Katherinam missas legant, et ut in omnibus horis canonicis intersint eo pretextu et forma sicut canonici et clerici Sancti Pauli etc.

†††) 2 *post in marg. add.:* nacione Monacensis.

*†) 2 *addit:* Item anno Domini 1319. ex multis officialibus laicalibus ordinati sunt quatuor, scilicet hofgämelampt, grasserey, molendinatoris et pistoris, reliquis officialibus laicalibus deletis, ab universis steuris exempti, sed in vigiliis tempore insidiatorum nostre civitatis et fossatis ac palis contribuant secundum consensum collatoris.

†*) 2 *add.:* Item comparavit huic ecclesie mitram episcopalem, id est infulam magne preciositatis et precii.

a) 22 *corr.* 20. 2. b) 4to 2. c) sexto 1. 2. d) Wiennam 2. e) *ita* 2. *V. A.*

1) Complura Ottakari diplomata ed. Meichelbeck (I, 1, p. 64. de advocatiis nonnullis Stirensibus sermo est). quod disertis verbis advocatias in Austria concedit II, 1, p. 52 sqq.; II, 2, p. 53 sqq., sed nullum, 2) Lilienfeld.

Iohannes episcopus huius sedis obiit anno Dom. 1349; rexit ecclesiam annis 12. Idem fuit translatus de ecclesia Verdensi in Frisingam per papam Benedictum octavum[a]. Idem numquam venit ad sedem istam. Obiit in curia Romana, videlicet Avinione; ibidem sepultus est; et fuit optimus medicus.

Albertus episcopus huius sedis, comes de Hŏhenberch et de Haygerloch, doctor decre-
Apr. 25. torum, obiit anno Dom. 1359, in die beati Marci ewangeliste, in Swevia iuxta fluvium Reni in oppido Stain, in episcopatu Constantiensi, et sepultus est in civitate sua Rotenburch iuxta fluvium Necori, in collegio canonicorum Sancti Mauricii, quod constructum et dotatum[b] est per predictum dominum et patrem suum[c]. Hic fuit translatus de ecclesia Herbipolensi in ecclesiam Frisingensem per papam Clementem sextum, qui providit sibi de predicta ecclesia
Oct. 7. anno Dom. 1349[d], in die beati Marci pape; et obiit in die beati Marci ewangeliste anno et die ut supra. Et sic rexit hanc ecclesiam pacifice[e], virtuose et humiliter annis novem, mensibus septem, diebus duobus. Idem dominus ornavit nobis[c] caput sancti Alexandri pape auro et argento et gemmis preciosis. Quanti generis fuisset, invenitur in geneolya domine Anne comitisse de Hohenberg, que fuit soror patris predicti[c] domini Alberti et uxor legittima Rŭdolfi Romanorum regis, in[e] coronica, quam dedit Chunradus Hagelstain huic[f] capitulo, gestor negociorum predicti domini Alberti. Eodem tempore imperavit Ludwicus Romanorum imperator genere Pawarus.* Item eodem tempore regnavit Eduwardus, animosissimus rex Anglie, qui bellum habuit cum regibus Francie Phylippo et Iohanne, filio predicti[g] Iohannis, 23 annis et obtinuit suum obtentum viriliter[e] per omnia. Item eodem tempore regnavit Ludwicus, animosus, virilis et humilis, rex Ungarie. Idem multa et magna fecit propter fidem christianam; eciam magna[h] et mirabilia fecit in Apulia propter gugulacionem[h*] Andree, fratris sui, qui fuit rex regni Apulie. Item eodem tempore fuerunt canonici subscripti in maiori ecclesia[i] Frisingensi: primo dominus Iohannes de Chamerberg prepositus, dominus Wernherus decanus dictus Herinch, dominus Ulricus de Mâssenhausen scolasticus, dominus Chunradus dictus Schaŭch[k] iuris peritus**, item Ulricus[l] de Curia, item dominus Iacobus de Naŭnhoven[m] prepositus in Sliers, item Syfridus de Frawnberg prepositus in Mospurga, Iohannes de Mâssenhausen prepositus Inchingen[n], item dominus Erhardus prepositus in Ysen.***

Iuli 23. Paulus[o, †] episcopus huius sedis obiit de anno Domini 1377, in die sancti Appollinaris episcopi et martiris; qui translatus fuit de ecclesia Curcensi ad ecclesiam Frisingensem de
Iuli 2. anno Domini 1359, et in die Processi et Martiniani venit ad sedem prefate ecclesie Frisingensis, et rexit eandem annos 18, ebdomadas tres. Idem dominus[p] Paulus recuperavit castrum in Haberberkch, alias ab ipsa Frisingensi alienatum, et hoc per censuram ecclesiasticam, sumptibus tamen et expensis ipsius ecclesie.††

Anno Domini 1342, 6. Idus Febr., hoc est in die sancti Pauli episcopi, obiit dominus Ludvicus de Chamstain electus ecclesie Frisingensis. Sepultus est in abside aput altare visitationis beate Marie virginis; *et post:* Item circa annum Domini 1346. tempore Ludwici imperatoris Leutoldus electus Frinsingensis sedem occupavit.

*) 2 *ita:* dux Bavarie, frater Rudolfi palatini, qui multa bella prospere gessit cum Fridrico duce Austrie pro regno, quem ultimo captivavit et sic finem bellis dedit. Excommunicatus attamen fuit per papam. In excommunicatione demum obiit.

**) 2 *add.:* qui fundavit perpetuam missam in altari sancti Iohannis ewangeliste in capella sancti Benedicti.

***) 2 *add.:* Hic Albertus episcopus multas ecclesias incorporavit collegiatis ecclesiis pure propter Deum.

Hic nota extraordinarie, quod altare sancti Benedicti habet conferre dominus decanus ex privilegio fundatoris. Sed prepositus usurpavit sibi collationem propter antiquam domum prepositure, que nunc mutata est in aliam domum.

Item altare sancti Corbiniani in cripta habet conferre dominus episcopus et habet 2 lib. d. de ecclesia in Pockaen anno Domini 1322.

†) 2 *post add. in marg.:* Hic fuit de Polonia.

††) 2 *add.:* Huius temporibus Bertoldus de Frawnberg decanus maioris ecclesie Frisingensis, eo quod fructus, redditus et proventus decanatus[q] adeo exiles ac tenues[r] fuerant, quod onera sibi incum-

a) XII. 2. b) donatum 1? c) *deest* 2. d) MCCC. Hic rexit, *aliis omissis* 2. e) Et in cronica 2. f) h. Fris. c., qui fuit gestor 2. g) f. eius 2. h) eciam in aqua 2. h*) iug. 2. i) ecclesie 1. k) Schlauch 2. l) Udalricus 2. m) Nânnhoven 2. n) Inticensis 2. o) *hinc alia manus* 1. p) d. P. *des.* 2. q) decanus *corr.* decanatus 2. r) denues 2.

Leupoldus episcopus huius sedis obiit de anno Dom. 1381, in die sancti Oswaldi[a], cecidit de ponte in Lakch et sepultus est in claustro monialium[b] monasterii sancte Clare diocesis Aquilegensis. Hic rexit ecclesiam annis duobus cum dimidio vel citra. Et in eius provisione oriebatur zisma in curia Romana in electione summorum pontificum, ita quod duo eligebantur pontifices[c], primo Urbanus sextus*, deinde Clemens septimus; quod zisma duravit per plura tempora.** Idem Leupoldus in adventu suo adipiscendo possessionem ecclesie Frisingensis post multas tribulaciones et indebitas vexaciones secum apportavit bonum calicem argenteum et deauratum et libros duos matutinales; unus liber partem estivalem, alter vero partem hiemalem continent, valoris ducentorum florenorum. Que donavit ecclesie et plura alia beneficia impendere conabatur ecclesie ministris et familiaribus[d] eiusdem; sed de medio, sicut Domino placuit, sublatus fuit.*** Aug. 5.

Anno[e] Domini 1381. eligitur Berhtoldus Wahinger, natione Australis, moritur anno Dom. 1410, in vigilia nativitatis beate Marie virginis, in Neuburga claustrali[1] prope Wiennam ac ibidem sepultus est. Sept. 7.

Anno Domini 1410, in die sancti Ieronimi eligitur dominus Degenhardus de Weichs, canonicus et scolasticus ecclesie Frisingensis, contra quem prevaluit Cunradus episcopus Gurcensis, cui per papam Iohannem vicesimum tercium de ecclesia Frisingensi provisum fuerat. Idem Cunradus quintus numquam venit ad sedem; fuit iugulatus a suis camerariis in Lack, qui populo intelligere dederunt, qualiter se ipsum interfecisset; ideo in pomerio in Lack sepultus triginta uno annis quievit. Postea ad scripta vicecancellarii pape dum[f] dicti camerarii crimen ipsum fuerunt confessi in Urbe, per episcopum Nicodemum exhumatur et in ecclesia parrochiali in Lack anno Dom. 1433. solenniter sepelitur. Sept. 30.

Post huius mortem predictus papa Iohannes providit de ecclesia Frisingensi Hermanno, filio comitis Cilie[2], illegittime tamen nato. Qui erat vir iuvenis habens crepaturam seu rupturam intestinorum, in cuius scissura moritur anno 1421.

Anno Domini 1422. Iohannes Gruenwalder, decretorum doctor, filius ducis Stefani de Bavaria, illegittime tamen natus, per capitulum Frisingense, eo quod minor annis esset, postulatur. Contra quem prevaluit Nicodemus de la Scala ex provisione pape Martini quinti et subsidio Heinrici ducis Bavarie. Mortuus est Wienne anno 1443, et sepultus ibidem in monasterio Augustinensi.

Anno Domini 1443. supradictus Gruenwalder iterum per capitulum eligitur; habuit intrusum per imperatorem Fridericum quendam Heinricum Schlick, propter quem ecclesia Frisingensis plurimum gravata magnis involvitur debitis. Idem Grüenwalder tercio anno, postquam pacificus in ecclesie sue regimine efficitur, in Wienna moritur anno Dom. 1452; sepultus est in ecclesia Frisingensi ante altare sancte Crucis.

Post huius mortem eligitur concorditer per inspiracionem sancti Spiritus Iohannes Tülbeck, decretorum licentiatus, canonicus Frisingensis. Hic de unanimi consensu capituli Frisingensis, postquam ecclesiam predictam 21 annis rexisset, volens consulere tam etati sue quam ecclesie, cessit episcopatui pro Sixto Tannberger, utriusque iuris doctore, canonico Frisingensi et cancellario suo. Cui de episcopatu Gurcensi per Bernhardum episcopum Salczburgensem provisum fuerat. Et per Paulum papam secundum confirmatus, possessio-

bencia supportare nequiverat, obtinuit a Gregorio papa XI. ecclesiam in Aufkirchen etc. Ideo decanus debet personaliter residere et nullam aliam ecclesiam possidere etc. *Dat. Avion.* 8. *Ydus Aprilis, anno nostri pont.* 3. Similiter ab eodem papa impetravit N. prepositus ecclesiam sancti Iohannis in Stainkirchen in forma predicta, ut possit hospitalitatem sectari etc. Hic Paulus episcopus privilegiavit suos cives Frisingenses, ut nullus civium quicquid vendat extra steuram et alia onera civitati incumbencia sub penis in privilegio desuper ab eodem confecto contentis.

Hic Paulus ante promocionem in episcopum fuit plebanus in Ruspach.

*) 2 *add.:* qui instituit festum visitacionis Marie et confirmavit Wenczeslaum regem Bohemie in regem Romanorum; deinde electus fuit a cardinalibus Clemens VII, qui cum cardinalibus transivit Avionem, cui obediebat rex Francie.

**) multa tempora, ymmo ultra 30 annos usque in concilium Constantiense 2.

***) 2 *add.:* Hic Leupoldus rexit ecclesiam annum (*corr.* duobus annis) cum dimidio.

a) O. mar. 2. b) sanctimon. 2. c) *deest* 2. d) familiarȝ 1. e) *hinc iterum alia manus (saec. XV);* 2 *aliam praebet continuationem.* f) clam 1?

1) Klosterneuburg. 2) Cilly.

nem tamen dicte ecclesie Gurcensis propter impedimentum imperatoris supra nominati non habuit. De ecclesia Gurcensi idem Sixtus ad ecclesiam Frisingensem transfertur. Predictus Iohannes Tülbeck Monaci moritur, et ibidem sepultus in capella, quam predecessores sui fundaverunt et ipse redditus augmentavit.

Sixtus Tannberger episcopus Frisingensis. Tempore sue[a] regiminis plurima bona pro honore ac decore ecclesie Frisingensis fecit et de suis contribuit, videlicet primo montem Frisingensem muro circumaxit[a] et mille florenos Ren.[b] ad hec perficienda tradidit. Chorales decem et iuvenes duos in katedrali ecclesia instituit, ut horas canonicas ibidem decantent singulis diebus. Pro quorum sustentatione tribus milibus florenorum Ren.[b] redditus perpetuos comparavit. Ecclesiam kathedralem, que usque ad hec tempora asseribus ab intus tecta fuerat, sua industria et auxilio contribuendo ac aliorum canonicorum contribucione testudinibus ex lapidibus muratis reformata ac ut inpresenciarum cernitur edificata. Sedes quoque in choro canonicorum, aliorum vicariorum ac capellanorum, que ob vetustatem quasi anichilate fuerant, sua providencia et ordinacione fecit hiis sedibus que inpresenciarum sunt reformare. Insuper ornatum integrum de veluto[c] et auro copiose contexto, pro quo quadringentos florenos Ren. exposuit ecclesie Frisingensi, donavit. Demum prefatus Sixtus Tannberger vocatus per regem Maximilianum ad dietam Wormaciensem, que habita fuerat anno 1495, et cum prenominatus episcopus tanquam obediens Wormaciam venisset, infirmitatem incidit. Qui ex medicorum persuasione aerem mutavit, ad monasterium sancte Marie Magdalene in Francketal canonicorum regularium sancti Augustini duobus miliaribus a Wormacia secessit, et ibidem paucis diebus egrotavit vitamque finivit anno quo supra, die 14. Iulii; sepultus in medio ecclesie Frisingensis ante altare sancte Crucis.

CONTINUATIO

cod. Guelferbytani.

1381. Berchtoldus de Wäching successit Leupoldo. Qui rexit ecclesiam 32* annis vel citra. Hic primus magister in artibus studii Wienensis. Ideoque singulis 12 collegiatis eiusdem studii donavit in perpetuum 4 libr. d. Wiennensium annuatim. Hic reformavit opida et castra pertinencia ad ecclesiam, videlicet villam Entzestorff circumdedit muro, in Hollenburg fecit magnam partem castri, quod ex suo nomine nuncupatur Berchtolstain, in Waydhoven fecit in castro turrim cum 9 testudinibus. Et fecit ibidem fossatum per civitatem. Similiter in Welcz reformavit castrum Rotenvels in muro et aliis edificiis multis. Item in Lack ampliavit cum fossa et muro civitatem. Et castrum inferius reformavit. Eciam in Carniola marcha Clingenvels et Preyseck reformavit in muris optimis, ut apparet in armis suis ibidem insculptis. Item in castro Frisingen fecit fontem et reformavit fossatum ibidem. Hic Berchtoldus cum esset cancellarius N. ducis Austrie, quadam vice dum irreverenter[d] fuisset tractatus per opidanos Wiennenses, ipse potenter intravit civitatem Wiennensem et quatuor cives eiusdem am Sweinmarckt decollari fecit. Item N. Weinman iudicem Frisingensem** decollavit et servum eius in quatuor partes inscidi permisit propter tradicionem, quam Ludovico duci seniori in Ingelstat facere moliebantur. Nam idem dux Ludovicus voluit sanctam ecclesiam Frisingensem clenodiis suis, auro, argento gemmisque preciosis decoratis, spoliare, cupiditate ductus, in nocte Christi nativitatis. Sed divina virtute impeditus fuit. Cum nanque armata manu versus Frisingam properaret, videbatur suis quatuor campiductoribus, quod haste eorum arderent, et ipsi quasi cecati errantes orto die inventi sunt aput portam Ingelstatensem. Quam ob rem prefatus Ludovicus dux Bavarie et comes in Mortano ad cor rediens, votum vovit Deo et beate Marie, quod cunctis diebus eius numquam facere [vellet[e]] contra predictam Frisingensem ecclesiam. In cuius signum argenteam ymaginem secundum se formatam dedit ecclesie beate Marie et sancti Corbiniani in Frisinga. Quam siquidem ymaginem et ego sepissime vidi, dum totum sanctuarium festivis solemnitatibus [in[f] altari] stetit. Post successum autem temporis*** dominus Wigislaus de

*) *post corr.* 29, *id quod cum Arnpeckhii computatione convenit.*

**) in foro civitatis *add. V. A.*

***) videlicet anno Domini 1450. *add. V. A.*

a) *ita* 1, *teste Iäf.* b) R. 1. c) voluto 1? d) *ita V. A*, reverenter *c.* e) *ita V. A; deest c.* f) *ita V. A; des. c.*

Rorbach canonicus et custos ecclesie Frisingensis eandem ymaginem destruxit et ex ea et aliis caput sancti martiris et regis Sigismundi fecit etc. Postremo Berchtoldus episcopus, postquam Frisingensem ecclesiam multis annis pacifice rexerat, acceptavit archiepiscopatum Salczburgensem tempore pape Bonifacii IX. contra electum Eberhardum Newnhauser, qui demum contra predictum[*] Berchtoldum, eius morte interveniente, obtinuit. Hac de causa prefatus Berchtoldus multas fecit expensas, propter quas impignoravit castrum cum civitate in Welcz et Inching[a] etc. pro 14 milibus ducatorum. Et obiit anno Domini 1410, in vigilia nativitatis sancte Marie virginis in Newnburga claustrali in Austria, et est ibidem Sept. 7. sepultus. Et dedit ad ecclesiam Frisingensem centum flor. pro anniversario suo et bonum paramentum cum cruce de perlis vel margaritis in valore 300 flor.

Anno Domini 1410, in die sancti Ieronimi electus fuit Degenhardus Weichser, scolasti- Sept 30. cus et canonicus Frisingensis ac prepositus Mospurgensis. Contra quem prevaluit Conradus episcopus Curcensis, ut infra habetur. Fuit tamen prefatus Degenhardus contentatus per dies suos cum granario Frisingensi[**], de quo dedit episcopo tantum 6 cent. libr. d.

Chunradus episcopus huius sedis prius fuit episcopus Curcensis tempore Iohannis pape XXIII; obtinuit episcopatum contra Degenhardum Weichser electum. Hic numquam venit ad sedem Frisingensem, quia tantum uno anno[***] rexit ecclesiam hanc. Et ultimate concordatus fuit in Loack[b] cum civibus Frisingensibus, quorum duo fuerunt missi ad eum[****], unus vocabatur Gertl, Goltschmid alter. Ipse vero C. episcopus remisit eis steuram[†]. Anno autem 1412. occisus est a suis propriis camerariis, quia habuit secum 5 milia ducatorum, quibus eum spoliaverunt et posuerunt sibi cultrum interfeccionis ad manum[c], et mane facto divolgaverunt in populo, quod[d] se interfecisset; quibus immanissimis interfectoribus crediderunt clerus ac populus. Et eum in pomerio superiori aput castrum Lack[b] sepelierunt. Ibidem[††] tamquam sui ipsius homicida humatus fuit tam diu, quousque vicecancellarius domini pape[†††] anno Domini 1433. scripsit domino Nicodemo episcopo Frisingensi, quod non per se, sed per alios fuisset occisus. Ideo extumulatus honorifice per eundem pontificem Nicodemum, cum processione solemniter est in ecclesia parrochiali in Lagk sepultus.

Hermannus episcopus huius sedis fuit filius N. comitis de Cilia[e]. Hic erat iuvenis et habuit fracturam in intestinis, qui castratus fuit et moriebatur in scissura anno Domini 1421. in Cilia in crastino Lucie. Et[f] rexit annis 12, alias 9. Hic comparavit 2 lib. 6 β. 20 d. Dec. 14. de una curia in Alarn ad lumen sancti Corbiniani in cripta Fris., quam curiam comparavit a quodam dicto Würfel de Wienna. Huius tempore celebratum fuit magnum concilium Constantiense in provincia Maguntinensi. Et ibidem fuit combustus magister Iohannes Hufs et Ieronimus, Wicleviste[g] de Praga, tempore regis Romanorum Sigismundi.

Nicodemus de Lascala[1] de Verona episcopus huius sedis obtinuit contra Iohannem Gruenbalder, decretorum doctorem, per Martinum V. papam et Hainricum ducem Bavarie. Anno enim Domini 1422. postulatus fuit prefatus Iohannes Gruenbalder[*†], eo quod minor erat annis. Qui tamen fuit contentatus per Nicodemum cum ducentis flor. Ren. de vicariatu annuatim pensione. Hic Nicodemus intravit sedem suam in crastino sancti Nicolai episcopi Dec. 7. anno Domini 1423. Et redemit[h] infra 4 annos castrum Clingenvels et Preyseck pro 2 milibus ducatorum. Et maritavit sororem[*††] suam N. comiti Recie cum tribus milibus ducatorum, quia expulsi fuerunt de Italia, videlicet Verona, per Venetos[i], cum 4 fratribus suis[*†††].

*) predictos Bonifacium papam, Berchtoldum episcopum et N. ducem Austrie m. i. triumphavit *add. V. A.*

**) castri Frisingensis ad dies vite sue, de q. d. ep. Ch. et successori suo annuatim *V. A.*

***) vel paulo plus *add. V. A.*

****) ad faciendum sibi homagium *add. V. A.*

†) ep. st. episcopalem, scilicet 600 florenos Rhen., r., et eisdem aduc presentibus occiditur. *V. A.*

††) 21 annis *add. V. A.* †††) Eugenii quarti *add. V. A.*

*†) decretorum doctor, canonicus et vicarius Frisingensis, ex patre Iohanne duce Bavarie de Monaco *add. V. A. Sed cf. priorem continuationem p.* 327.

*††) Beatricem s. s. Wilhelmo c. *V. A.*

*†††) cum Grimorio, Paulo et Bartholomeo fr. s. *V. A.*

a) Intica *V. A.* b) Lagk *V. A.* c) in manum sinistram *V. A.* d) q. s. i. *in marg. suppl. c.* e) ex patre *add. m. sec. (V. A.) c.* f) Et — 9 *om. V. A.* g) Wicclef iuste *male in V. A. edit. impressum est.* h) redemi *post corr.* redemit *c.* i) Venatos *c.*

1) della Scala.

Hic Nicodemus* optime rexit ecclesiam annis 19 ad minus et eam multis clenodiis decoravit. Inter que dedit huic ecclesie rubeum paramentum, item ymaginem beate virginis, per sanctum Lucam depictum, item brachium barillinum[1], calicem unum magnum, tabulam summi altaris**, infulam preciosam et casulas preciosas quatuor[a]; item pectorale cum lapide amatisto precioso. Obiit Wienne anno Domini 1443. Et ibidem in claustro Augustinensium cum fratribus suis*** sepultus.†

Iohannes episcopus huius sancte sedis, prius dictus Grůenwalder, decretorum doctor, maximus theologus, olim erat in†† concilio Basiliensi presbiter cardinalis tit. Sancti Martini in montibus Romane curie†††, postea tamen certis ex causis renuncciavit cardinalatui; post obitum Nicodemi*† secundarie electus, per Fridericum Romanorum regem habuit intrusum quendam Hainricum Schlick, qui ausu temerario usurpavit sibi castra, que hec ecclesia Frisingensis in Austria*†† habet, que usque ad finem litis iniuste possedit contra censuram ecclesiasticam et sententias sacri concilii Basiliensis contra eundem promulgatas. Qui universaliter post longam decertationem*††† contentatus fuit sic, quod castrum Welcz†* per dies suos possideret. Hic†** Iohannes episcopus redemit castrum Purchrain cum suis attinentiis a Gaysschedl de Freyberg pro 5 milibus fl. Ren. Item redemit comitatum Wernfels a domino N. de Gundelfing. Item redemit dominium Inticense a N. comite de Gőrtz per Bertoldum episcopum impignoratum pro 5 milibus ducatorum[2]. Sed Waldhoven arduis ex causis impignoravit. Item propriis expensis emit villam†*** Kungtal prope Monacum cum* omnibus attinentiis. Hic multa bona incepit facere et proposuit clerum[b] et omnia in meliorem statum reducere, sed proch dolor! morte** preventus, postquam 10 annos maximo labore ecclesiam rexerat, Wienne diem obiit. Sed quia Frisingensem ecclesiam et civitatem semper dilexerat, ideoque aduc vivus ordinavit, ut corpus eius post obitum suum in Frisingam tumulandum

*) dulcissimus pontifex *V. A., ubi* a. 19 ad m. *des.*

**) Item mirifici operis tabulam summi altaris Wienne fieri fertur in valore mille quadringentorum Rhen. *V. A.*

***) ante altare sancte Crucis *add. V. A.*

†) *Folio post inserto haec scripta sunt:* Anno Domini 1440, die 23. mensis Septembris venerabilis pater et dominus dominus Nicodemus de Lascala episcopus huius sedis dedit ymaginem gloriose virginis, quam beatus Lucas propriis manibus laboravit. Que ymago prius donata fuit per illustrissimum principem Grecorum imperatorem Constantinopolitanum Iohanni Galiatz; tandem duci Mediolanensi; post cuius mortem prescripta ymago pervenit ad manus cuiusdam comitisse de Chent e partibus Anglie; postea de Anglia post multos annos pro maximo donario magnifico et generoso domino Bronorio de Lascala propinata est. Qui postea hanc ymaginem ob reverenciam eius fratris supranotati episcopi huius sedis ad hanc ecclesiam dedit. Demum venerabilis pater Nicodemus in ostensione ymaginis gloriose virginis in festivitatibus annuncciationis, assumptionis, nativitatis et purificacionis omnibus devote interessentibus 40 dies indulgentiarum de iniunctis penitentiis misericorditer relaxavit. Eciam felicis memorie venerabilis pater et dominus dominus Iohannes de Grunnwald episcopus huius sedis predictas indulgentias confirmavit. *Idem in eodem folio etiam Germanica lingua narratur.*

††) sacri concilii Basiliensis et Felicis VI. *V. A.*

†††) vulgariter de Bavaria nuncupatus *add. V. A, qui* postea — cardinalatui *hic om.*

*†) N. felicis recordationis per capitulum Frisingense sec. concorditer est el. et postulatus. Qui tamen c. ex c., maxime propter concilii dissolucionem et Felicis cessionem, cardinalatum renunciavit. *V. A.*

*††) A. Stiria et Carniola *V. A.*

*†††) quasi septem annorum cum detrimento utique grandi, expensis et damnis ecclesie Frisingensis multis *add. V. A.*

†*) oppidum Weltz cum castro Rotenvels per vite sue dies *V. A.*

†**) Hic episcopus Iohannes impignoravit castrum et dominium in Ottmarveldt pro 14 milibus librarum, que tunc plus valuerunt quam 14 milia ducatorum, de quibus pecuniis castra et dominia Waidhofen, Inticam a comite Goricie (Evricie *ed.*) per sancte memorie Berchtoldum episcopum pro 5 m. d. imp., Purkrain a Gaisschedel de Freyburg pro 5 m. ducatorum et c. Werdenvels a d. Sweigero de Gundelfing redemit. Hic propriis *V. A.*

†***) domum sew curiam *V. A.*

*) cum piscinis et orto circumiacentibus *V. A.*

**) post multas tribulaciones et iniustas vexaciones W. m. inoppinata p. est. De cuius preclari pontificis obitu non solum Frisinga, sed et tota Bavaria merito dolere debet eciam multis diebus. Nam et ipse inter Alemanie pontifices ut flos effulgebat, et quia Fr. e., populum et c. *V. A.*

a) *post corr.* plures *c.;* vel plures *V. A.* b) cleri religionem *V. A.*

1) 'Vielleicht ein Armleuchter von Beryll'. DEUT. 2) Meichelbeck II, p. 181.

deduceretur; quod etiam factum est. Nam corpus[*] eius in medio sue kathedralis Frisingensis ecclesie est sepultum. Sed lapis sepulture eius in capella sancti Thome est erectus, tali epytavio insculptus: *Anno Domini* 1452. *obiit reverendus pater et dominus dominus Iohannes huius sancte Frisingensis ecclesie episcopus secunda mensis Decembris.*

Iohannes episcopus huius sedis dictus Tuelbeck de Monaco, decretorum licenciatus[**], 22[a] annis pacifice episcopatum rexit cum favore omnium principum huius terre. Hic redemit opidum Waidhoven et castrum Humerfelden[***] et omnia debita episcopatus in integrum plenarie solvit. Huius tempore venerabilis vir dominus Udalricus Kemnater, canonicus et custos ecclesie Frisingensis, castrum[b] Tannern[1] cum omnibus suis attinentiis, quod iure hereditario et paterno ad eum devenerat, ob anime sue et omnium progenitorum suorum remedium libere tradidit ad episcopatum beate virginis Marie et sancti Corbiniani Frisingensem perpetuis temporibus. Ea tempestate opidum Hollenburg in Austria est amissum et per iniquos homines dictos fratres[†] est depopulatum et obtentum, qui ibidem suas municiones vulgariter teber[2] ad invadendum, depredandum et capiendum homines in aquis Danubii descendentes locaverunt. Quod[††] opidum postea per Wiennenses et provinciales cum inhabitatoribus est captum. Ideoque Fridricus Romanorum imperator, dux Austrie, modo possidet, aput quem Sixtus Frisingensis antistes sepe multumque instetit pro eius recuperacione, nec obtinuit. Hic episcopus habuit tyrannum inimicum nomine Wolfgangum Milczl de Årding, qui post multas iniustas vexaciones, depredaciones et alia incomoda ecclesie et clero Frisingensi illata a famulis pontificis captus[†††], in Monaco est decollatus, et per temporis successum ad minus 20 eius complices sunt morti adiudicati.[*†] Anno Domini 1473. immanissimi Christi nominis inimici Turci valida potentia tempore estivali[*††] et inter cetera obsiderunt opidum ecclesie Frisingensis dictum Guetenwerd, qui perditis duabus sturmis terciam obtinuerunt, et castrum[c] violenter capientes, intraverunt, et hew! christianos alios occiderunt et alios captivos[*†††] abduxerunt. Fuit etenim in eodem opido magna hominum multitudo, qui in eum de 52 villis circumiacentibus confugierunt. Fuit namque eadem estate tanta terre siccitas, quantam nostra etas non meminit. Hec igitur facilitatem eis prebuit per fossata exiccata intrandi.

Deinceps[d] ipsi perfidissimi Turci capta animositate sequentibus annis sepenumero et Carniolam, Karinthiam et Stiriam ingredientes, christianos depredantes, spoliantes, interficientes, et capta oportunitate recesserunt ad propria. Nec dumtaxat ibi, sed et aliis in locis rem fidei turbarunt, ut clarius in pagina imperatorum suis annis sub Friderico III.[†*] secundum ingenioli mei parvitatem denotavi. Hic episcopus vineas dictas in der Maur prope Wiennam a quodam nobili dicto Seissenecker pro 1800 talentis d. comparavit. Hic anno Christi 1452, die 18. Decembris per inspiracionem concorditer electus, prefuit ecclesie 21 annis pacifice cum magno principum[e] terre favore.

*) e. corpusculum egregium *V. A.*
**) canonicus ecclesie Frisingensis, prepositus Sancti Viti et plebanus Beate Marie virginis in et de Monaco, canonice a capitulo et concorditer electus *V. A, qui saepius a nostro recedit.*
***) quod antecessor eius inpignoraverat a N. Neidegker redemit *V. A.*
†) qui ex diversis regionibus se in unum corpus tirannicum congregaverunt *add. V. A.*
††) Tandem oppidani in Chrembs et Stain ac provinciales Austrie huiusmodi insultaciones depredacionesque ferre non valentes, armata manu predictum oppidum cum inhabitatoribus prefatis invaserunt. Et sic ad manus Friderici Romanorum imperatoris, ducis Austrie, devenit, qui eciam idem multis diebus possedit; utrum licite an secus, mei non est discutere, sed res gestas describere, ne ob memorie labilitatem oblivioni tradantur et posteris mitti non possint. Porro post multos dies per Sixtum preclarum pontificem, ut postea dicetur suo loco, idem oppidum difficulter recuperatum et liberatum est. *V. A.*
†††) in Unding captus, in castrum Swaben ductus ac post paucillum in M. dec. penam scelerum suorum luit. *V. A.*
*†) Unus autem ex ipsis voluntarie veniens, penitens pedibus pii pontificis provolutus, licet diu incarceratus, nichilominus tamen misericordiam, quam petebat, impetravit. *add. V. A.*
*††) Schlavoniam et Carinthiam ingredientes *V. A.*
*†††) capta preda *add. V. A.*
†*) clarius alibi sec. *V. A.*

a) *corr.* 21. b) *corr. (V. A.)* castri tres partes. c) *corr. (V. A.)* forum *c.* d) *haec alia (V. A.) manu add.* e) prinpum *c.*

1) Tandern in districtu Aichach. De Ulrico Kemnater egit Geiss, Oberbayr. Arch. II, p. 138 sqq. 2) De hoc vocabulo vel *taber*, ut scripsit V. Arnp., v. Schmeller, Wörterbuch ed. 2. I, 578 sq.

CATALOGI ARCHIEPISCOPORUM COLONIENSIUM.

EDIDIT HERM. CARDAUNS.

Historiae archiepiscoporum Coloniensium initia sumpserunt a brevissimis indicibus, qui aut nuda enumerant nomina aut nominibus ieiunas quasdam notulas chronologicas adscribunt[1]. *Exeunte demum saeculo XII, quod sciam, compositi sunt duo catalogi uberiores, arcte inter se cohaerentes.*

Ad edendum Catalogum primum hi tres ad manum nobis fuere codices:

1) *Antiquissimus est codex olim Sancti Georgii Coloniensis, nunc ecclesiae parochialis sanctae Mariae in Lyskirchen Coloniae, membranaceus in folio, continens quatuor euangelia manu saec. IX. summa arte et venustate mirabili exarata. Catalogus, saec. XII. exeunte scriptus, tria folia et folii quarti paucas lineas occupat. Finem facit in Philippo de Heinsberg*[2]. *Hunc in verborum formis scribendis secuti sumus.*

2) *Codex Guelferbytanus inter Helmstadianos Nr.* 484. *signatus. Manus saec. XIV. tegumini inscripsit:* Iste liber est Arnoldi de Spira doctoris s. Theol. *Continet: a) Chronicon Iohannis de Beka saec. XV, valde abbreviatum, b) Fragmentum Gestorum Treverensium saec. XII. et XIII, c) Catalogum in foliis perparvulis manu saec. XIV. binis columnis scriptum. Producta est historia archiepiscoporum usque ad obitum Philippi, post quem eadem manus breves notas de Engelberto I. et successoribus usque ad Wicboldum adiecit. Manus recentior saec. XIV. trium sequentium nomina adscripsit. Prodiit apud Hahn, Collectio monum. I, p.* 385—394, *qui tamen notas post mortem Philippi adiectas omisit*[3]. *Codicem benevolentia V. Cl. Ottonis de Heinemann Berolinum missum, nostrum in usum contulit Wilhelmus Arndt.*

3) *Codex archivi civitatis Coloniensis, chart. fol. saec. XVII, inter Farragines Iohannis Gelenii tom. XXX, p.* 955—960, *ubi habetur Catalogus, qui convenit cum codicibus* 1 *et* 2 *usque ad initia Philippi, cum continuatione Caesarii Heisterbacensis. Inscriptus est:* Nomina et actus pontificum Coloniensium quae chronica nominantur. *In margine habentur verba manu Gelenii scripta:* Ex msco. Aldenbergensi[4]. Dicitur esse chronicon Caesarei Heisterbacensis. *In fine alia manu:* Extracta ex libro ms. qui in bibliotheca monasterii Veteris-Montis asservatus Caesario Heisterbacensi inscribitur. *Prodiit apud Boehmer, Fontes II, p.* 270—282, *qui saepius varias lectiones ex editione Hahniana in textum recepit.*

1) Cf. 'Chroniken der Stadt Coeln I, Einl.' p. LXV. In Scriptorum Vol. XIII. edentur. 2) Cf. 'Quellen zur Gesch. der Stadt Coeln I, Vorb.' p. VII. Ennen, 'Geschichte d. St. Coeln II, Vorb.' p. VIII. 3) Idem animadvertit Ficker, 'Engelbert der Heilige' p. 201. 4) Altenberg, quondam coenobium ord. Cisterciensis.

3*) *Excerpta ex continuatione Caesarii continet codex bibl. civ.* Hamburg. *Hist.* 31^{b}[1].

3**) *Vitae Engelberti I. et Heinrici I. inveniuntur in Catalogi tertii cod.* 1, *de quo v. infra.*

Successio episcoporum Catalogi primi, quem, in morte Rainaldi (1167) *subsistentem, paulo post compositum puto, est eadem illa lacunis et erroribus plena, quam exhibet antiqua Series Werdensis*[2]. *Etiam nomina regum nominibus episcoporum a Ricolfo usque ad Folcmarum adscripta fere omnia ex eodem fonte fluxerunt. Anni pontificatus inde a Willeberto usque ad Warinum iam in Serie Tuitiensi*[3] *inveniuntur. Passim sequitur auctor Historiam sancti Evergisli, Chronicon Sancti Martini, Gesta Treverorum; praeterea Vitam sancti Annonis legisse videtur.*

Plures Catalogi locos consentire cum Annalibus qui vocantur Colonienses maximi, iam alii animadverterunt. Quorum nonnulli dubitarunt, utrum annalista Catalogum, an Catalogi auctor Annales sequatur. Nobis quidem de hac opinione persuasum est. Non enim satis probata est sententia quorundam[4], *qui nomen* Chronicae regiae, *quod et in Catalogo et in Annalibus occurrit, ad Annales maximos spectare negant*[5]; *praeterea haud scio an annalista, si Catalogum iam habuisset in manibus, perpauca illa, quae de antiquioribus archiepiscopis affert, e fontibus longe remotis deprompsisset. Denique si, quae Annales a.* 1164. *et* 1167. *de Rainaldo archiepiscopo uberrime narrant, contuleris cum Catalogi simili quidem, sed multo breviori narratione, rem diiudicatam esse concedes. Quaeritur tandem, utram Annalium recensionem Catalogus sequatur. Plurima, quae ex illis deprompsit, utrique recensioni communia sunt; quae vero de morte Brunonis II. et Hugonis habet, ex utraque sunt mixta, et electio Friderici II. archiepiscopi in sola recensione secunda invenitur. Unde difficultas quaedam oritur. Neque enim narratio Catalogi derivari potest ex Annalium recensione secunda, quae non ante saeculum XIII. composita videtur, neque a Catalogo Annales: sunt enim pauca quaedam communia, sed plura diversa. Quam difficultatem Platner*[6] *ita solvit, ut et Catalogum et recensionem secundam eodem fonte uti dicat.*

Catalogi secundi *unicus mihi notus est codex, scilicet exemplar saec. XVII. in* Gelenii Farraginum *tomo XXIX, p.* 45—51, *sic inscriptum manu Gelenii:* Exemplar chronici ex antiqua membrana in archivo hereditariorum monetariorum Coloniensium qui vulgariter Husgenoz appellantur. *Istum codicem antiquum in manibus habuit Hartzheim, qui in Bibliotheca Coloniensi p.* 60. *ita:* Primae chronicae titulus: 'Successio historica episcoporum et archiepiscoporum Col. a Materno ad Philippum anno 1196'. Incipit: 'Apud Agrippinam nobilem', desinit: 'Perpetuae memoriae transmisit'. Ex manuscr. vetustissimo charactere petrino, asservato in archaeo antiquissimae societatis monetariorum vulgo Husgenossen. Hinc constat, scriptam esse hanc chronicam sub finem saec. XII (Philippus enim 1191, Idibus Augusti obiit) vel saeculo sequente XIII, aut certe ex huiusmodi scripto desumptam.

Maior pars Catalogi secundi cum primo ad verbum consentit, ita tamen, ut hoc ille multo brevior sit. Neve e primo secundum excerptum esse suspi-

1) De quo v. Archiv XI, p. 386. 2) Quae prodiit ap. Boehmer, Fontes III, p. 340. 3) Edidit Kraus in 'Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande' XLI, p. 47. 4) Janssen in 'Annalen des hist. Vereins für den Niederrhein' I, p. 100. et K. Pertz in praefatione ad Annales Col. maximos, SS. XVII, p. 723. 5) Cf. Wattenbach, 'Geschichtsquellen' (ed. quarta) II, p. 338; et supra p. 1. 6) 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit, XIII. Jahrh.', III, p. XIII.

ceris, obstat, quod pluribus locis fontes etiam in primo exscriptos accuratius sequitur: nomina regum, quorum tempore episcopi inde a Cuniberto usque ad Reginfridum sederunt, solus Catalogus secundus e serie Werdensi transscripsit, praeterea de Rainaldo archiepiscopo quaedam ex Annalibus maximis mutuatus est, quae in primo Catalogo desiderantur. Itaque cum multa quidem communia, verum etiam sua uterque propria habeat, ex antiquiori Catalogo derivati videntur.

Ad historiam Coloniensem illustrandam isti Catalogi non ita multum valent. Complura eos aliunde sumpsisse ostendimus, reliquorum multa ab aliis auctoribus accuratius memoriae tradita sunt. Perpauca restant, quae nullo alio loco inveniantur. Etiam Continuatio, quam Caesarius monachus Heisterbacensis Catalogo primo adiunxit, hucusque in nimio pretio habita est, quippe quae magnam partem desumpta sit ex Annalibus maximis, Catalogo tertio, Vita sancti Engelberti.

Duobus catalogis antiquissimis nititur Catalogus tertius, cuius hos habuimus codices:

1) *Codicem Musaei Britannici Harleianum Nr.* 3773, *membr. saec. XIII. in. Occupat catalogus fol.* 2—6; *inscriptus est:* Summaria relatio gestorum pontificum Colon. *Una eademque manus continuat historiam archiepiscoporum usque ad electionem Engelberti I. (*1216*), sequuntur tres manus coaevae usque ad mortem Heinrici (*1238*). Addit manus quinta Vitas Engelberti I. et Heinrici I. e Caesario Heisterbacensi et manus saec. XV. (*1'*) fragmentum infra editum de turbationibus in civitate Coloniensi sub Heinrico I. exortis; eadem manus notas marginales adscripsit ex Levoldo aliisque desumptas. Codicem Londinii exscripsit b. m. G. H. Pertz*[1].

2) *Codicem olim SS. Petri et Pauli Erfordensem, iam bibliothecae regiae Berolinensis, membr.* 4°. *min., saec. XIII. ex. vel XIV. in. Scriptus est catalogus post Honorii Augustodunensis Imaginem mundi in foliis* 4. *Congruit cum codice* 1 *usque ad electionem Heinrici, sequente continuatione usque ad mortem Sifridi de Westerburg (*1297*)*[2].

3) *Codicem bibliothecae palatinae Vindobonensis Nr.* 1321 *(Theol.* 618*), membr.* 4°. *Catalogus scriptus est manu saec. XIII. fol.* 86ᵃ—90ᵃ, *inscriptus:* Incipiunt nomina episcoporum S. Col. ecclesiae. *Congruit cum cod.* 1 *usque ad eundem locum, sequitur continuatio brevissima usque ad electionem Engelberti II. (*1261*). In sequenti pagina eadem manus addit nomina imperatorum inde a Carolo Magno usque ad Fridericum II, unde catalogum tempore interregni scriptum esse colligas. V. Cl. Wilhelmus Wattenbach eum aeque ac praecedentem exscripsit*[3].

4) *Codicem bibliothecae comitis Potocki Willamovianae (prope Varsoviam), chart. fol. saec. XIV. ex. Usque ad verba* marcarum persolvit *congruit cum cod.* 1, *additis ex Gestis Treverorum et Vita sancti Annonis fragmentis quibusdam necnon multis passim et brevibus notis. Quae de Engelberto I. et Heinrico I. adiecta sunt, defluxerunt fere omnia ex Annalibus Coloniensibus maximis et e Caesarii Vita sancti Engelberti. Sequitur continuatio quam postremam appellavimus usque ad mortem Walrami. Codicis exemplar paravit Wilhelmus Arndt.*

4*) *Codicem Parisiensem Nr.* 17197 *(Blancmanteaux* 57*) saec. XVII, de*

1) Cf. Archiv VII, p. 628. 2) De isto codice egit G. H. Pertz in 'Abhandlungen der Berliner Akademie' 1855, 'hist.-phil. Kl.' p. 136. Apographon saeculi XV. in manibus habuit Günderode, v. eiusdem 'Sämmtliche Werke' I, p. 12. 3) Cf. Tabulae codd. manuscr. in Bibl. Palat. Vindob. asservatorum I, p. 218.

quo cf. Archiv VIII, p. 285. *Inscriptus est:* Brevis historia archiepiscoporum Col. *In fine:* Ex msc. cod. canonicorum Ewici[1] prope Attendor[2] in Seurlandia[3], cuius caracter annos circiter 400 attingit. *Cum cod.* 4 *arcte cohaeret: usque ad eundem ad quem ille locum congruit cum cod.* 1, *eadem fere ex Gestis Treverorum et Vita sancti Annonis addit. Sequentia defluxerunt ex Annalibus maximis a.* 1225. 1227. *Apographon b. m. Julius Brakelmann a.* 1870, *Parisiis commoratus, fieri curavit, quod paucis diebus ante belli initium misit. Qui iuvenis praeclarae indolis cum sociis suis fortissimis die sextadecima mensis Augusti eiusdem anni pro patria feliciter victor occubuit.*

4**) *Simillimus fuit codex deperditus, quem sub titulo* Anonymi Chronicon archiepiscoporum Coloniensium *edidit Wuerdtwein, Nova Subsidia dipl. XII, p.* 327—339. *In quo Chronico inconvenientia iuncta esse nemo non videt, et vel leviter librum percurrens duas discernes partes: altera de archiepiscopis inde a Friderico II. usque ad Heinrici I. mortem agens, proxime accedit ad codicem* 4; *alteram, annalium more scriptam, infra sub titulo* Notae Colonienses *edendam curabimus.*

De codicibus 5 *et* 5*, *quibus usi sumus in edenda continuatione postrema, v. infra.*

Catalogum tertium saeculo XIII. ineunte confectum esse, iam ex codicis 1 *tempore apparet. Quem archetypum crederes, nisi plures offenderent lectiones depravatae. Pars prior Catalogi (usque ad obitum Rainaldi) nullius momenti est, quia auctor Catalogum primum et secundum religiosissime exscripsit neque quidquam adiecit, nisi quod in pontificatu Brunonis I. pauca e Vitis eiusdem et ex Annalibus maximis in usum suum convertit. Vix causa fuisset edendi, ni Catalogum tertium plures recentiorum, velut Levoldus et Chronica praesulum Coloniensium, sequerentur. Pars altera, licet quaedam sumat ex Annalibus maximis, satis multa affert commemoratione digna, postrema certe auctor aut vidit ipse aut e coaevorum relatione audivit. Continuationes codicum* 2 *et* 3 *quaedam sed pauca habent non negligenda. Continuatio uberior codicis* 4 *eadem est, quae hucusque sub nomine Levoldi de Northof circumferebatur.*

Levoldi Catalogum paucissimis absolvere visum est, cum longe maximam partem e prioris aetatis auctoribus descriptus sit. Nam si Vitam Brunonis I. exceperis, cui pauca sive de proprio sive e perdito fonte inseruit, partem priorem (usque ad a. 1238) *fere de verbo ad verbum compilatam invenies ex Catalogo primo et tertio, Caesarii continuatione Catalogi primi, Annalibus maximis; reliqua congruunt cum Catalogi tertii continuatione postrema (codicis* 4). *Si quis vero dubitet, utrum Levoldus continuatorem, an continuator Levoldum sequatur, Levoldi praefationem legat, ubi confitetur:* que scripta inveni, duxi hic scribenda, eo tenore quo reperi, nichil addendo vel corrigendo vel aliquid immutando. *Consentiunt codices usque ad mortem Heinrici II* (1332), *sequuntur diversae notae breves de Walramo et Wilhelmo, Wilhelmi tempore scriptae. De vita auctoris, qui post medium saeculum XIV. grandaevus diem clausit extremum, priores editores satis fuse egerunt. In restituendo textu haec habuimus subsidia:*

5) *Editionem Meibomii, Script. rer. Germ. II,* 4—10; *quae iterum prodiit ap. Boehmer, Fontes II,* 282—294, *et Tross, 'Levolds von Northof Chronik der Grafen von der Mark und der Erzbischöfe von Coeln'. Hamm* 1859.

1) Ewig. 2) Attendorn. 3) Sauerland.

5*) *Codicem bibliothecae regiae Berolinensis Lat.* 4, *chartac.* 4°, *saec. XV. Istum codicem anno* 1860. *typis vulgari fecit Seibertz, 'Quellen der westphaelischen Geschichte' II, p.* 1—19. *Pauca quaedam editionem cum codice conferens corrigenda inveni.*

Bonnae, a. d. 3. *Kal. Nov.* 1875. *H. Cardauns.*

I.

CATALOGUS PRIMUS ET SECUNDUS.

Catalogus primus.

Sanctus Maternus, discipulus beati[a] Petri, primus Coloniensem rexit ecclesiam et[b] Treverensem[c] ac Octaviensem. Adeptus est episcopatum anno dominice incarnacionis 94, quo anno cesar Domicianus a senatu occisus est[1], sedensque annis 40 obiit Colonie sub Adriano imperatore anno dominice[f] incarnationis 128, decima octava[g] Kal. Octob. Quo comperto, Treverenses cum Tungrensibus conveniunt, ortaque lite, ubi condendus esset, angelico monitu in navim positus contra torrentem in locum qui Rodinkirke[h. 2] dicitur dirigitur, ibique a Treverensibus exceptus, cum sanctis[i] Euchario et Valerio honorifice tumulatur. Deinde[k] usque ad Eufraten[l] hereticum[m] nullus Coloniensi ecclesie[n] prefuisse invenitur, qui ideo in katalogo[o] non ponitur, quoniam pestifero hereticorum dogmate in ipso inicio ecclesiam fedavit[3].

Gesta Trev. c. 15. 16.

Secundo loco sanctus Severinus ponitur. A beato autem Materno usque ad sanctum Severinum computantur anni 314[p. 4]. Si quis vero[q] querat, cur tanto intersticio[r] episcopatus vacaverit, sciat, aut[q] post obitum beati Materni eos in paganismum relapsos, aut, si qui episcopi fuerunt[s], ob persecucionis seviciam latenter ecclesie prefuisse, vel certe sicut beatus Maternus sic successores eius cum Treverensi Coloniensem regebant ecclesiam[t]. Sed quid horum potissimum eligendum sit, prudens lector videat[5].

Catalogus secundus.

Apud Agrippinam nobilem civitatem Galliae primus adeptus est episcopatum sanctus Maternus, Treverorum ac Tungrorum pariter episcopus, anno Domini 94, regnante Domitiano[d] imperatore, seditque annis 40, et obiit Coloniae sub Adriano imperatore anno Domini 128[e], 18. Kal. Oct. Qui Treverim navigio delatus, cum sanctis Euchario et Valerio est honorifice tumulatus.

Deinde usque ad Eufratam hereticum nullus Coloniensi ecclesiae prefuisse dinoscitur. De quo variae traduntur coniecturae, vel quod in paganismum fuerit relapsa, vel, si qui episcopi successerunt, ob persecutionis saevitiam latenter ecclesiae prefuerunt, vel sicut beatus Maternus sic successores eius cum Treverensi Coloniensem ecclesiam usque ad prefatum hereticum regebant.

Quo deiecto, secundo loco successit sanctus Severinus. A beato autem Materno usque ad sanctum Severinum computantur anni 314. Quibus temporibus Coloniensis ecclesia variis hereticorum et paganorum persecutionibus vexata est.

a) sancti 2. 3. b) simulque 2. c) Trevirensem 3. d) Dominiano *c.* e) I. XXVIII. *c.* f) *deest* 1. 3. g) CXXXIII. octodecimo 2, *sed manu recenti; quid primo habuerit codex incertum.* h) Rodenchirchen 2; Rodenkirchen 3. i) sancto 2. k) Dein 2. l) *lacuna in* 1; Effratam 3. m) *deest* 2. n) eccl. Col. 2. o) cathalogo pontificum 2. p) CCLV. 2, *sed manu recenti.* q) autem 2. r) intervallo 2. s) fuerint 1. t) eccl. reg. 2.

1) Occisus est Domitianus anno 96. 2) Rodenkirchen prope Coloniam. 3) De primorum episcoporum successione in universum cf. Rettberg, 'Kirchengeschichte Deutschlands' I, p. 534 sq; Friedrich, 'Kirchengeschichte Deutschlands' I, p. 290 sq. 4) Similiter Series Tuitiensis (Iahrbücher XLI, p. 46): *Nota primum, quod a Materno, qui primus ecclesie Coloniensi praesedit, usque ad Severinum nullius episcopi fit mentio, nisi Effrate dampnati, cum tamen inter eos, si rite computes, plus quam* 300 *anni repperiantur evoluti.* 5) Cf. Gesta Trev., SS. VIII, p. 148, ubi similimae afferuntur causae, cur tempus episcoporum Treverensium inde ab Auspicio usque ad Valentinum accuratius definiri nequeat.

I.

Tercius sanctus Evergislus, discipulus beati[a] Severini, quique in transitu beati[a] Martyni[b] ymnum angelicum cum magistro audire meruit[c. 1]. Qui postea apud Tungrim, que et Octavia[d], martyrizatur.

Quartus Solacius.

Quintus Synoveus[f].

Sextus Remedius.

Septimus sanctus Kunibertus[h], qui sedit in episcopatu annis 40[3]. Hic[i] fuit temporibus Heraclii[l] imperatoris et Constantini, filii eius[4], rege autem Francorum[m] Dagoberto[5].

Octavus Botadus[n].

Nonus Stephanus.

Decimus Aldewinus.

Undecimus Gyso[o].

Duodecimus Anno. Hic sepultus est ad Sanctum Severinum.

*f.1'. Tertius decimus *Faramundus[q].

Quartus decimus sanctus Agilolfus[r]. Hunc Karolus[s] maiordomus[t], avus Karoli Magni, contra rebelles regni causa pacis misit, a quibus crudeli morte peremptus, martyrio decoratus[v], multis miraculis claruit[9].

Quintus decimus Regenfridus[w. 10].

Decimus sextus Hildigerus[y]. Hic cum Pippino[z], patre Karoli Magni, ad bellum contra Saxones profectus, occisus est in monte qui dicitur[a] Wiburg[b. 12]. (Ann Colon max. 754.)

Decimus septimus Berterinus[c] sub prefato Pippino sedit annis 10.

Ser Werd. Decimus octavus Ricolfus[e] sub Karolo Magno[f] annis 22.

785 Decimus nonus Hildeboldus[g] sub pre-

II.

Tertio loco successit sanctus Hevergyslus, beati Severini discipulus, qui et in transitu beati Martini hymnum angelicum cum suo magistro audivit. Hic postea apud Tungrim, unde originem duxit[2], quae et Octavia dicitur, marterizàtus est.

Quarto loco successit Solacius[e].

Quinto praesedit Sinoveus[g].

Sexto praefuit Remedius.

Septimus erat sanctus Kunibertus, qui sedit in episcopatu annis 40[k]. Hic fuit temporibus Eraclii imperatoris et filii eius (Ser. Werd.) Constantini, sub Francorum rege Dagoberto primo et filio eius Sigeberto.

Octavus Bodatus sub Sigeberto rege.

*p 46. *Nonus Stephanus sub Francorum rege Theodorico primo[6].

Decimus Aldewinus sub eodem.

Undecimus Gyso sub Francorum rege Clodoveo[p] tertio et sub Hildeberto secundo[7].

Duodecimus Anno sub Francorum rege Dagoberto[8]. Hic sepultus est apud Sanctum Severinum.

Tertius decimus Faramundus sub eodem.

Ser Werd. Quartus decimus Agilolfus sub Francorum rege Hilderico. Hunc Carolus, avus Magni Caroli, contra impugnatores regni causa pacis [misit[u]], et a quibusdam morte crudeli peremptus, martyrio decoratus, multis claruit miraculis.

Quintodecimus Reinfridus[x] sub Theodorico secundo[11].

Sextodecimus Hyldegerus. Hic cum Pippino rege, patre Caroli Magni, ad bellum contra Saxones profectus, occisus est in monte qui dicitur Wiburgh.

Decimus septimus Berthelmus[d] sub Pippino sedit annis 10.

Octavus decimus Ricolfus sedit sub Carolo Magno annis 22.

Decimus nonus Hildibaldus, qui sub Ludo-

a) sancti 2. 3. b) Martini 2. 3. c) mer. aud. 3. d) dicitur *add.* 2. e) Solanus *c.* f) Sinnoveus 2. 3. g) Simoneus *c.* h) Cunib. 3. i) *deest* 2. k) xı. *c., sed in marg. corr.* xʟ. l) Eraclii 2. m) Frankorum 2. n) Bochadus 2. o) Giso 3. p) Clodeueno *c.* q) Pharamundus 3. r) Agylolphus 2; Agilolphus 3. s) Carolus 3. t) maior 2; maior dominus 3. u) *deest c.* v) decoratur 3. w) Redenfridus 3. x) Remfridus *c.* y) Hildeg. 2; Vildig. 3. z) Pipino rege 3. a) qui dic. *des.* 2. b) Wiburch 2; Wiburgh 3. c) Bertheminus 2; Bercemmus 3. d) Bethelinus *c.* e) Richolphus 2. 3. f) sedit *add.* 2. g) Hildebaldus 2. 3.

1) Fluxerunt ista ex Hist. s. Evergisli ap. Surium, Vitae sanctorum, Oct. 24: *Cum sancto episcopo Severino caelestem meruit audire melodiam ... beatissimum Martinum didicit migrasse a vita et deducentibus angelis abire in coelum.* 2) Hist. s. Everg.: *ortus apud Tungros.* 3) Eundem numerum babet Vita S. Cunib. (Surius, Vitae Sanctorum, Nov. 12) et Series Tuitiensis. 4) Constantinus III. a. 641. paucis post obitum patris mensibus defunctus est. 5) Nomen Dagoberti I. regis (┼ 638) iam in Vita S. Cuniberti occurrit. 6) Male additum. Intelligendus est Theodericus III, Sigeberti III. nepos, qui regnavit 657—691. 7) Childebertus III, Clodovei III. frater, 698—711. 8) Dagobertus III, Childeberti III. filius, 711—715. 9) Cf. Passionem sancti Agilolfi in Actis Sanct. Boll. 9. Iul. II, p. 723. 10) Veri similius est, Reginfridum ante Agilolfum ponendum esse. Cf. Rettberg l. c. p 538. 11) Male additum, quoniam Theodericus II. (rex Burgundiae) iam anno 613. mortuus est. 12) Iburg. Cf. Oelsner, 'Koenig Pippin' p. 76.

I.

fato Karolo[1] annis 34. Hic Luodewicum[a], filium Karoli, unxit in regem.

819. Vicesimus Athabaldus[b] sub Luodewico, filio Karoli, annis 22.

850. Vicesimus primus Guontherus sub Luodewico[2], filio Luodewici. Hic a Nicolao[c] papa excommunicatus est ob hanc causam[e]. Luodewicus imperator, filius Karoli Magni, habuit filium nomine Lotharium, cui Ytalie regnum commisit. Qui Lotharius amore celestis regni relinquens terrenum, Pruomie[f] se monachum[g] fecit, relicto regno[g*] filio suo Luothario[h]. Qui Luotharius habuit concubinam nomine Waldradem[i], sororem Guntheri episcopi[3] Coloniensis[k], quam instinctu eiusdem Guntheri[l] superduxit legitime uxori Thieberge[m]. Ob quam causam[n] idem[o] Guntherus excommunicatus est. Sed post interdictum episcopale officium Romam penitencia ductus veniens[p], minime reconciliari valuit[4]. Ferunt iterum[q] eum divinum officium usurpare volentem[5] apud Xanctum ab angelo sacris vestibus exutum et ante altare occisum[6].

870. Vicesimus secundus Willibertus[r] sub Karolo iuniore[7]. Hic domum[s] beati Petri Colonie dedicavit. Sedit[t] annis 20[8].

890. Vicesimus tercius Herimannus[u], quem Pium vocant[9], sub Arnulfo[v], Lodewico et Conrado imperatoribus. Sedit in episcopatu[w] annis 35, sepultus[x] in domo[y] sancti Petri[10].

Ser. Werd. Ann. Col. max. 925.

924. Vicesimus quartus Wicfridus sub Henrico primo sedit in episcopatu[z] annis 29.

953. Vicesimus quintus Bruno sub Othone[a] primo, cuius et ipse frater exstitit. Hic pre ceteris antecessoribus suis Colonien-

II.

wico rege sedit annis 34, qui et eundem Ludowicum, Caroli filium, unxit in regem.

Vigesimus Hadebaldus, qui sub Ludewico, Caroli Magni filio, sedit annis 22.

Vigesimus primus Gunterus sub Ludowico, Ludowici superioris filio. Hic a Nicolao papa excommunicatus[d] est et postea apud Xanctum ab angelo Domini interfectus est.

Vicesimus secundus Willebertus sedit annis 20 sub Carolo iuniore. Hic ecclesiam beati Petri Coloniae dedicavit.

*p. 47. *Vicesimus tertius fuit Hermannus, quem Pium vocant. Sedit annis 35. Hic sepultus est in ecclesia sancti Petri.

Vicesimus quartus Wicfridus sedit annis in episcopatu 28[11] sub Henrico primo.

Vicesimus quintus Bruno sub Ottone primo, ipsius fratre, sedit annis duodecim. Hic ducatum[12] viriliter retentum Colo-

a) Lodowicum 2; Ludovicum 3. b) Attab. 2. c) Nycholao 2. d) excumunicatus c. e) quam dicturi sumus *add.* 2. f) Průmye 2; Pruniae 3. g) m. se 2. g*) suo *add.* 2. h) Loth. 2. 3. i) Waldiadam 3. k) archiepiscopi Col. predicti 2. l) G. eiusd. 2. m) Thyperge 2; Thieperge 3. n) a papa *add.* 2. o) *deest* 3. p) officium usurpans pen. d. Rom. ven. 2. q) interim 1. r) Williberthus 2. s) ecclesiam 2. t) et sedit 2. u) Herm. 2. 3. v) Arnolpho 2; Arnulpho 3. w) in ep. *des.* 1. 3. x) est *add.* 2. y) ecclesia 2. z) in episc. *des.* 1. a) Ottone 2. 3.

1) *sub Karolo et Hludowico.* Series Werd. 2) Ludowicus cognomine Germanus. Series Werdensis Guntherum sub Lothario I. imperatore et rege Lotharingiae (840—855, sedentem facit. 3) Narrat Reginonis chronicon (SS. I, p. 571), Lotharium Gunthero, quo facilius eum in suas traheret partes, promisisse, se neptem archiepiscopi in matrimonium accepturum esse. Unde errorem catalogi ortum esse coniicias. 4) Cf. Ann. Fuld. (SS. I, p. 378): *Guntharius poenitentia ductus, quod ministerium sacerdotale ab apostolico sibi interdictum contingere praesumpserat, Romam profectus est, sed restitutionis vel satisfactionis locum minime invenit.* 5) Cf. Ann. Xant. (SS. II, p. 231): *ipso sacratissimo die coenae Domini omne officium paschale contra fas peregit.* 6) Ann. Xant. p. 234: *Incerto vitam pertinacem et inproviso periculose amisit.* 7) Carolus III, quem recentiores Crassum appellant. Series Werdensis: *sub Hludowico altero eius* (Lotharii primi) *filio.* At Ludowicus imperator non fuit rex Lotharingiae. 8) Anni Williberti et sequentium episcoporum inveniuntur etiam in Serie Tuitiensi. 9) *cognomento Pius.* Annales Col. max. (SS. XVII, p. 739). 10) Hermannum iam anno 924 (non 925) mortuum esse, ostendit Waitz, 'Jahrbücher des deutschen Reichs unter Koenig Heinrich I', p. 78. 11) *annis* 29. Series Tuit 12) Cf. Vitam Brunonis auctore Ruotgero c. 20 (SS. IV, p. 261); Vitam aliam c. 12 (p. 278).

I.

sem episcopatum ampliavit. Nam preter alia quibus ecclesie profuit[a] etiam duca- *r 2. tum laudabiliter *retentum successoribus suis[b] reliquit. Corpus etiam sancti Evergisli Coloniam reduxit et[c] baculum sancti[d] Petri[e] apostoli a Metensibus ablatum, quem Treverenses cum multorum sanctorum reliquiis illuc tempore persecucionis miserant, detulit[f] Coloniam. Cenobium quoque sancti Pantaleonis[g] instituit, in quo et[e] sepultus est. Sedit annis 12.

965. Vicesimus sextus Folcmarus[h] sub prefato imperatore[i] sedit annis 4[3].

969. Vicesimus septimus Gero, vir bene religiosus. Hic abbaciam sancti Viti in[e] Gladebach[4] instituit. Fuit tempore Ottonis primi et filii eius Ottonis secundi. Sedit annis 7.

976 Vicesimus octavus Warinus. Hic Treverensibus petentibus partem baculi beati Petri reddidit[5]. Fuit sub[k] Ottone secundo. Sedit annis 9.

984 Vicesimus nonus Evergerus. De hoc Chron. S Martini. ferunt, quod predictum Warinum[l] vivum sepeliri fecerit[m]. Laborabat enim in infirmitate capitis, ita ut sine sensu iaceret. Tunc veniens Romam, penitencia ductus[n], pape quid[o] egerit confessus est. Qui pro correctione ei iniunxit, ut, si quam in dyocesi sua congregacionem labefactam sciret, hanc datis subsidiis repararet. Ille rediens, coenobium sancti Martyni[q] Colonie[r] datis subsidiis melioravit, fratres[s] illuc adunavit et Scothis[u] in perpetuum tradidit[6]. Fuit sub Ottone tercio; sedit annis 15, sepultusque est ad Sanctum Petrum[v].

999. Tricesimus sanctus Heribertus. Qui abbaciam Tuitii[x] in honore sancte[y] Dei genitricis[z] instituit[7], ibique sepultus, multis miraculis claruit. Fuit sub Henrico secundo. Sedit annis 21.

1021. Tricesimus primus Pylegrimus[a]. Hic[b] monasterium Colonie[e] quod dicitur Ad

II.

niensi diocesi adiecit et successoribus suis reliquit. Hic corpus sancti Evergysli Coloniam reduxit et baculum sancti Petri a Metensibus retentum et Treverensibus negatum persecutionis tempore cum aliis reliquiis prefatis Metensibus commissum Coloniam detulit[1]. Hic coenobium sancti Pantaleonis instituit[2], in quo sepultus est.

Vicesimus sextus Volcmarus sedit annis quatuor.

Vicesimus septimus Gero, vir valde religiosus, sedit sub Ottone et filio eius annis septem. Hic abbatiam sancti Viti in Gladbach instituit, in domo sancti Petri tumulatus est.

Vicesimus octavus Warinus sub Ottone secundo sedit annis 9. Hic Treverensibus petentibus partem baculi beati Petri reddidit.

Vicesimus nonus Evergerus sub Ottone tertio sedit annis 15, sepultus est in domo sancti Petri. De hoc dicitur, quod predictum Warinum vivum sepeliri fecerit. Laborabat enim idem Warinus infirmitate capitis, ita ut aliquot diebus sine sensu iaceret. Pro quo facto Romam paenitens pervenit, papae quid egerit confessus est. Qui pro *p. 48. correctione[p] ei iniunxit, *ut, si aliquam in diocesi sua congregationem labefactam sciret, datis subsidiis studiose relevaret[t]. Reversus itaque coenobium sancti Martini in Colonia datis subsidiis melioravit et Scotis in perpetuum tradidit[w].

Tricesimus fuit sanctus Heribertus sub Henrico secundo; sedit annis 21. Hic abbatiam Tuicii in honore sanctae Dei genitricis instituit, ibique sepultus, multis miraculis claruit.

Tricesimus primus successit Pelegrinus sub imperatore Conrado. Sedit annis 15.

a) prefuit 1. 3. b) *deest* 3. c) sed et 2. d) beati 2. e) *deest* 1. f) retulit 1. g) Panthal. 3. h) Volcmarus 2; Folcmarus 3. i) Ottone *add.* 2. 3. k) predicto *add.* 2. 3. l) Geronem 2. m) fecit 2. n) penitens Romam veniens 2. 3. o) quod 3. p) correptione *c.* q) Martini 2. 3. r) Cōl. 1; Coloniense 2. s) fr. ill. ad. *des.* 3. t) revelaret *c.* u) Schotis 2; Scotis 3. v) in ecclesia Coloniensi *add.* 2. w) condidit *c.* x) Tuicii 2. y) *deest* 2. 3. z) Marie *add.* 2. a) Pilegrinus 2; Pylegrinus 3. b) Iste 2.

1) Cf. Vit. Brun. c. 31 (p. 266). Additamenta ad Gesta Trev., SS. VIII, p. 170. 2) Cf. Vit. Brun. c. 28 (p. 265). 3) Defunctus est Folcmarus anno 969 (non 967). V. 'Chroniken der Stadt Coeln I, Einl.' p. LV, annot. 10. 4) Muenchengladbach. V. Chronicon Gladbac. SS. IV, p. 75. 5) Cf. Gesta Trev. l. c. 6) Chron. S. Martini SS. II, p. 215: *Warinus, qui Geronem vivum sepelivisse dicitur, postea factus archiepiscopus de crimine penitens Romam ivit, et inde reversus, monasterium nostrum melioravit et Scotis iterum immolavit.* Thietmari chron. III, c. 2 (SS. III, p. 759) Geronem ab Euergero, custode ecclesie, sepultum facit. Sequentes quosdam auctores de Warino, Euergeri archiepiscopi antecessore, cogitasse non miraberis. Fusius egi de ista fabula in 'Monatsschrift für rheinisch-westf. Geschichtsf.' I, p. 77. 7) V. Vita S. Heriberti c. 8 (SS. IV, p. 746).

I.

sanctos apostolos construxit[a] et sufficientiam canonicorum[b] illuc[c] adunavit. Floruit sub Conrado II. imperatore[e]. Sedit annis 15. [Sepultus[f] est ad Sanctos Apostolos].

1036. Tricesimus secundus Herimannus[g], quem nobilem vocant, sub Henrico III; sedit annis 20. Sepultus est ad Sanctum Petrum.

1056. Tricesimus tercius sanctus Anno, flos
et nova lux[1] totius Germanie, qui cunc-
tos antecessores suos in augmentacione
Coloniensis ecclesie precessit. Ante[h] epi-
scopatum prepositus erat in Goslare[i]. 'In
Sir. 48, 15. vita sua fecit monstra et in morte[k] opera-
Sir. 49, 2. tus est mirabilia'. Unde et 'in omni ore
quasi mel indulcabitur[l] eius memoria'.
Preter innumera beneficia que episcopio
contulit, preter plures ecclesias quas in
diversis locis construxit, preter hoc quod
*f. 2'. nullam in dyocesi sua *congregacionem
dimisit, quam suis non ampliaret donis,
etiam quinque opulentissimas congrega-
ciones instituit. Allodium illud celeberri-
mum quod Salevelt[m] dicitur episcopio adie-
cit. Supersedemus[n] de eo singula dicere,
Luc. 19, 40. quoniam, etsi nos[o] tacuerimus, lapides cla-
mabunt. Floruit temporibus Henrici quarti
augusti. Sedit in episcopatu annis viginti[p]
et semis[q, 6]. Sepultus est in cenobio suo
Sigeberg[r], ubi innumeris vivit[s] miraculis.

1076. Tricesimus quartus Hildolfus[t]. Qui cum cappellanus[u] predicti imperatoris Henrici esset, sanctus Anno ei predixit, quoniam[v] post se recturus esset Coloniam[w, 7]. Fuit sub prefato[x] [imperatore[y]] Henrico IIII. Sedit annis vix quinque[8].

1079. Tricesimus quintus Sigewinus, decanus Sancti Petri, de quo beatus Anno simili modo vaticinatus est[z, 9]. Et ipse sub eodem principe floruit seditque[a] annis 10.

1089. Tricesimus sextus Herimannus[b], quem

II.

Hic monasterium in Colonia quod dicitur Ad sanctos apostolos construxit[d], in quo et sepultus quiescit. Hic scholaribus ad sylvas spatiandi licentiam ob bonam memoriam sui inducit. Dicitur et capellam beati Michaelis constituisse, quae est in porta Martis.

Tricesimus secundus successit Hermannus, quem nobilem vocant, sub Henrico imperatore tertio; sedit annis 20 et in domo sancti Petri sepultus est.

Tricesimus tertius successit Anno, Goslariensis prepositus, temporibus Henrici quarti augusti. Sedit in episcopatu annis 20. Sepultus est in coenobio Sibergensi[2]. Hic allodium illud celeberrimum quod dicitur Salevelt[3] episcopio Coloniensi adiecit. Quinque opulentissimas congregationes instituit[4], et preterea nullam in sua diocesi congregationem dimisit, quam suis donis non ampliaverit. Hic construxit ecclesiam beatae Mariae in Gradibus, fundavit etiam ecclesiam sancti Georgii, nihilominus et illud celebre coenobium Siberg ipse consummavit[5].

*p. 49. *Tricesimus quartus Hildolfus, predicti imperatoris capellanus. Sedit annis 5, et in domo sancti Petri sepultus est.

Tricesimus quintus successit Sigewinus, ecclesiae sancti Petri decanus, sub eodem imperatore Henrico, seditque annis 10, et in domo sancti Petri tumulatus est.

Tricesimus sextus successit Herman-

a) instruxit 1. 2. b) congregationem XL canonicorum 2. c) illic 3. d) construit c. e) imp. II. 2. f) *uncis incl. add.* 2. g) Herm. 2. 3. h) susceptum *add.* 2. i) Goslaria 2. k) sua *add.* 3. l) dulcabitur 1. m) Salefeldt 3. n) supersedeo 2. o) de eo *add.* 2. p) viginti annis 2. q) et s. *des.* 1. r) Sybergh 2; Sigebergh 3. s) claret 2. t) Hildolphus 2. 3. u) capellanus 2. 3. v) quod 1. w) ecclesiam Coloniensem 2. x) predicto 3. y) *deest* 1. z) predixit et vaticinavit 2; beatus sim. m. vat. est Anno 3. a) sedit 2. b) Herm. 2. 3.

1) *Emicuit mundo nova lux Annone secundo.* Epitaph. Annonis in Vita eius, SS. XI, p. 509. 2) Siegburg. 3) Saalfeld. Cf. Vitam S. Annonis I, c. 30 (p. 479). 4) Praeter infra nominatas Grafschaft et Saalfeld. 5) Cf. Vit. S. Annon. I, c. 16. 17. 18 (p. 474). 6) Rectius annis 19 cum dimidio, 1056, Mart. 3—1175, Dec. 4. 7) Cf. Vit. S. Annon. II, c. 7 (p. 486). 8) Sedit ne per tres quidem annos. 'Chroniken der Stadt Coeln I, Einl.' p. XVI. 9) Cf. Vit. S. Annon. II, c. 8.

I.

Divitem vocant, cuius utique divicie profuerunt ecclesiis Christi. Fuit sub prefato imperatore Henrico[b]. Sedit annis 10 et mensibus 5. Sepultus est in capitolio[c] Sigebergensi[d].

1100. Tricesimus septimus Fridericus magis instancia predicti imperatoris quam priorum electione episcopatum adeptus. Nam usque ad illud tempus imperatores anulum et baculum dabant. Hic Fridericus vir pulcherrimus erat, vir magne constancie, adeo ut nec imperatori resistere timeret[e]. Ipse est qui famosum illum triumphum apud Anturnacum[f, 1] parva manu de Bawaris[h] et Suevis peregit. Fuit autem temporibus predicti imperatoris Henrici[i] et filii eius Henrici quinti et Lotharii, quem etiam[k] ipse Colonie unxit in regem una cum uxore eius Richza[m, 2]. Sedit annis 33[3]. [Obiit[n] in castello Wolkinburch, quod ipse construxerat] sepultusque[o] est in capitolio[p] Sigebergensi[q].

1131. Tricesimus octavus Bruno, nec ipse canonice[r] episcopatum adeptus[4]. Nam post obitum prefati Frederici[s] maiores et capitanei elegerunt unanimiter Godefridum prepositum Xantensem, virum honestum et prudentem; et pendente ordinacione predictus Bruno consilio propinquorum suorum revocatus[t] a[u] Francia, ubi tunc studio doctrine vacabat, quibusdam sibi faventibus scisma in clero et populo

*f 3. pro tali electione[v] fecit. Erat *enim mire facundie et sophistice locucionis nulli postponendus. Itaque invidorum et pacis inimicorum perseverante discordia, cassata est illa canonica electio, et presente imperatore Lothario idem Bruno est intronizatus, licet caduco morbo laboraret. Deinde cum imperator Lotharius expeditionem in Italiam et Calabriam indixisset, cum eo idem episcopus ivit, et in diebus penthecostes

Ann. Col max. 1137. apud Barum[w] civitatem presente imperatore obiit. Ibi statim Hugo, decanus Sancti Petri Colonie[x], ab apostolico consecratur, episcopatum numquam adepturus. Nam post paucos dies[y, 7]

II.

nus, quem Divitem vocant. Sedit [annis[a] 10] et mensibus quinque. Sepultus est in capitolio Sibergensi.

Tricesimus septimus successit Fridericus. Qui magis instantia predicti imperatoris quam priorum electione episcopatum adeptus est. Nam usque ad tempus illud imperatores anulum et baculum tradebant. Hic contra innumeram multitudinem Swevorum et Bawarorum parva manu Andernaci confligens triumphavit. Sedit annis 36[g] sub Henrico IIII. et Henrico V. imperatoribus, paucos annos Lotharii imperatoris attingens, quem et ipse Coloniae unxit in regem una cum uxore sua Richete. Sepultus est Siberg. [Dicunt[l] quidam, quod successerit Lotharius istis].

Tricesimus octavus successit Bruno, prepositus Sancti Gereonis. Hic Lotha-

Ann. Col max. 1137. rium imperatorem comitatus apud Parum civitatem Apuliae obiit[5].

Cui statim succedens Hugo, decanus Sancti Petri, consecratus est ab Honorio papa[6], et post dies paucos, id est mense primo, spi-

a) annis 10 *supplevi. Codex nihil habet nisi numerum* IIII. b) *deest* 2. c) capitulo 3. d) Sybergensi 2. e) tim. res. 1. f) Andernacum cum 2; Anternacum 3. g) *sic habet c.* h) Bawariis 2; Bauwariis 3. i) Henrici imp. 2. k) *deest* 1. l) *uncis inclusa a posterioris temporis scriptore addita puto.* m) Richinza 2; Ricza 3. n) *uncis inclusa add.* 2. o) sepultus 3. p) capitulo 3. q) Sybergensi 2. r) est *add.* 2. s) Friderici 3. t) revocatur 1; vocatus 2. u) e 3. v) eclectione 1. w) Bare 2. x) Colon. 1. y) *deest* 3.

1) De proelio Andernacensi v. Annal. Col. max. a. 1114 (SS. XVII, p. 750). 2) Lotharius Aquisgrani coronationem accepit. Sequitur noster Annales Col. p. 754. 3) Ne per 32 quidem integros annos: 1100, Ian. 6 – 1131, Oct. 25. 4) Cf. Annal. Col. a. 1132, p. 756. 5) Annalista Saxo contra (SS. VI, p. 773) Brunonem Trani obiisse dicit. Cf. Scheffer-Boichorst, Annales Patherbrunnenses p. 163. 6) Rectius ab Innocentio. 7) Verba *post dies paucos* in sola recensione I. Annalium, verba *ab apostolico* in sola recensione II. inveniuntur.

I.

apud eandem urbem obiit, ibique cum prefato Brunone sepultus est[1].

1137. Tricesimus nonus Arnoldus, prepositus[a] Sancti Andree. Hic in exordio admodum aptus et ydoneus visus est, ad extremum vero depravatus[b] cunctis vilescere cepit. Nam[c] de simonia apud apostolicum Eugenium infamatus, ab eo a divino officio suspensus est. Sedit annis 13. Fuit tempore Conradi III. Romanorum regis. Sepultus est ad Sanctum Andream[d].

1151. Quadragesimus Arnoldus, prepositus Sancti Petri, vir probitate conspicuus et Coloniensi ecclesie satis utilis et ydoneus. Cum imperatore Friderico Romam profectus, consilio et prudencia plus armis est operatus; violentis resistebat, ecclesiastica iura defendebat. Sedit annis 5 sub imperatore Friderico[g]. Sepultusque[h] est in ecclesia beati Clementis, quam ipse construxit et variis ornamentis illustravit, in loco qui Rindorp[i] dicitur.

1156. Quadragesimus primus Fridericus, prepositus Sancti Georgii, filius fratris Brunonis de quo supra dictum est. Hic non canonica electione, sed propinquorum factione et iuvenum[k] clericorum favore episcopatum adeptus est. Addunt quidam, quod per simoniam constitutus sit ab imperatore. Nam omnium priorum electio in Gerhardo[m] Bunnensi preposito sanccita fuit. (Ann. max. 1157.) Itaque utreque partes ad audienciam imperatoriam[n] Nuorinberg[o] conveniunt. Ibi infecto negocio, Ratispone[p] imperatorem adeunt; ubi[q], cassata canonica[r] electione priorum, favore principum idem Fridericus ab imperatore episcopatum suscepit. Moxque cum suis fautoribus Romam tendit[s], (*f. 3'.) *ab Adriano papa consecratur. Post biennium cum imperatore in expeditionem Mediolanensem[t] profectus, apud Ticinum, que[u] et Papia dicitur, obiit, vix duobus annis potitus pontificali dignitate. Ossa eius ab Italia allata[v] in monasterio beate Marie, quod patruus eius fundaverat[w] in loco qui Berge[x] dicitur, condita sunt.

1159. Quadragesimus secundus Reinaldus[y], nulli omnium episcoporum Coloniensis

II.

ritum exalavit, sepultusque est in eadem urbe cum prefato Brunone.

(*p. 50.) *Quadragesimus succedit Arnoldus, Sancti Andreae prepositus. Sedit annis 12 sub rege Conrado. Hic apud Eugenium papam de symonia infamatus, ab officio divino suspensus est. Apud Sanctum Andream sepultus est.

Quadragesimus primus successit item[e] Arnoldus, ecclesiae sancti Petri prepositus et imperii cancellarius. Sedit annis 6 sub Friderico imperatore. In Rindorp[f, 2] sepultus est.

Quadragesimus secundus successit Fridericus, Sancti Georgii prepositus. Hic post biennium cum imperatore Friderico in Lombardiam profectus, apud Papiam statim obiit. Ossa eius Coloniam delata condita sunt in ecclesia sanctae Mariae que[l] dicitur in Monte[3].

Quadragesimus tertius successit Rainoldus, Hildesemensis[z] prepositus et regni

a) *deest* 1. b) *deest* 2; depravatus est cunctisque 3. c) Nam — est *des.* 2. d) in Colonia *add.* 2. e) idem *c.* f) Ridorp *c.* g) Frid. imp. 2. h) sepultus 2. 3. i) Ryndorph 2. k) iuvenum iuvamen 3. l) qui *c.* m) Gerardo Bonnensi 3. n) imperialem 2. 3. o) Nůrinbergh 2; apud Nurenbergam 3. p) Ratisbonae 3; quod Regensborch dicitur *add.* 2. q) ibi 1. r) *deest* 2. s) tendens 2. 3. t) in exp. Mediblanensem (!) cum imp. 1. u) qui 1. v) illata 2. w) fundarat 2. x) Berghe 2. y) Renoldus 2; Reinoldus 3. z) Hildemensis *c.*

1) Secundum Annal. Sax. (l. c. p. 774) Hugo Melfiae et obiit et sepultus est. 2) Schwarzrheindorf prope Bonnam. 3) Altenberg prope Coloniam, ubi quondam fuit coenobium monachorum ord. Cisterc.

I.

ecclesie probitate postponendus. Ante episcopatum prepositus fuit in[a] Hildensem[b], ubi satis utilis fuisse dinoscitur. Nam ibi pontem laude[c] dignum et valde necessarium in palustri[e] transitu construxit[f], insuper hospitale pro sustentacione pauperum ibidem instituit[1]. Deinde[g] cancellarius factus est[h] imperatoris Friderici[k]. Et cum in obsidione Mediolani[l] cum imperatore esset, in pontificem a clero et populo Coloniensi electus est. Post [Ann. max. 1164.] devictum autem Mediolanum tres magos[m], qui infanciam Domini misticis[n] muneribus venerati sunt, magno labore et periculo Mediolanensibus abstulit et ad perpetuam Germanie gloriam Coloniam mira instancia transvexit. Nec hoc in laudem[q] eius immerito profertur, quod [ibid.] cum adhuc in Ytalia[r] cum imperatore esset, et Conradus palatinus comes[s], frater imperatoris Friderici[t], Coloniensem episcopatum ad libitum suum violenter transire ac predari vellet, ipse Reinaldus[u] hoc per nuncios Coloniensibus[w] intimans, tantam suo nomine multitudinem apud Anturnacum[y], tot fortes, tot preclaros et nobiles viros, postremo talem exercitum adunari fecit, qualem nostra memoria ex Teutonicis nunquam in acie constitisse novimus. Tertia iam expedicione cum imperatore in Ytaliam profectus, parva manu militum maximas [Ann. max. 1167.] Romanorum copias apud Tusculanum prostravit, cepit, fugavit, multa et cronice regie[z] dignissime inserenda[a] per omnem Ytaliam operatus est. Ipse erat laus et decus et pavor imperatoris. Mense vero Augusto pestilencia in exercitum venit, qua et ipse proh dolor! correptus, in assumptione beate [Aug. 15.] Marie[b, 4] obiit, omnibus dilectoribus Coloniensis ecclesie luctum morte sua relinquens. Fuit enim[c] lingua disertus et compositus, [*f. 4.] *litteris sufficienter instructus, animo et vultu imperterritus, imperio fidelis, Coloniensis ecclesie provector. Nam et palacium Colonie magnis sumptibus construxit, duas turres in templo[d] beati Petri erexit, decem marcas ad agen-

II.

cancellarius, vir omni probitate conspi- [Ann. max. 1164.] cuus. Hic tres magos, qui Christum infantem mysticis muneribus venerabantur, cum duobus martyribus Nabore et Felice[d], destructo Mediolano, Coloniam transmisit. Hic palatium Coloniae et duas turres in monasterio sancti Petri reparavit et ad agendum epyphaniae festum 10 marcas singulis annis instituit et totidem in coena Domini in[i] subsidium pauperum addidit. Etiam assumptionem beatae Mariae per octo dies celebrari ipse instituit. Hic Rinekke[2] castellum pro episcopatus munimine constitui fecit. In tertia vero expeditione cum imperatore Friderico in Italiam profectus, parva manu militum quadra- [Ann. max. 1167.] ginta duo[o] milia Romanorum apud Tusculanum [*p. 51.] prostravit, *cepit[p], fugavit. Ipse quoque absens contra honoris sui inimicos, Ludowicum, [ibid. 1164.] Fridericum[3], Conradum, Coloniensem episcopatum demoliri cupientes, tantam virorum fortium multitudinem convenire[v] precepit in campis Andernaci, quantam ex Teutonicis nostra memoria nunquam[x] in acie simul conspexit. Unde prefati tyranni territi retro unde venerant abierunt. Et cum iam octo annis presul laudabiliter [Aug. 14.] militasset, in vigilia assumptionis sanctae Mariae valida febre correptus, prope Romam obiit. Cuius carnes et viscera ibidem sepulta, ossa Coloniam delata in ecclesia beati Petri tumulata sunt.

Quadragesimus quartus successit Philippus, Sancti Petri decanus et imperii cancellarius, qui vestigia prefati Renaldi altera regni columna imitatus, sedit annis 24. Et hic secundum ducatum, sed et

a) *deest* 1. b) Hildilheim 1; Hildensheim 3. c) laudem 1. d) Foelice *c.* e) plaustri 1. 2. f) constuxit 1. g) dein 2. h) *deest* 3. i) in *supplevi.* k) Fred. 2. l) Mediolanensi 3. m) reges 2. n) variis 1. o) ibi *c.*; *cf. Ann. max.* p) caepit *c.* q) laude 1. r) cum imp. in Ytalia 1. s) pal. com. Conr. 2. 3. t) *deest* 2. u) Reynoldus 2; Reinoldus 3. v) conveniri *c.* w) hoc Col. 2. x) unquam *c.* y) Aturnacum 1; Andernacum 2. z) rege 2. a) iniserenda 1. b) b. virginis 2. c) vir lingua 2. d) ecclesia 3.

1) Cf. Leibniz, Script. rer. Brunswic. I, p. 770. ex libro donationum ecclesiae Hildesheimensis: *Reinaldus Coloniensis archiepiscopus ... cum praepositurae nostrae fungeretur officio ... ad hospitale nostrum, quod cum capella et ponte adiacente lapideo suis impensis a fundamento construxit, mansos* 32 etc. 2) Rheineck. 3) Ludowicus lantgravius Thuringiae et Fridericus dux de Rothenburg. V. Ficker, 'Rainald v. Dassel' p. 59. 4) Plerique et ii quidem fide dignissimi auctores Rainaldum in vigilia assumptionis mortuum tradunt; cf. Ficker, l. l. p. 114.

I.

dum epyphanie festum instituit totidemque[a] in cena Domini ad solacium pauperum addidit[c]. Octavam assumptionis beate Marie celebrari[d] indixit. Castellum Rinekke[e] exstrui fecit pro munimine episcopii. Pro[f] hiis et aliis ab eo laudabiliter actis optamus, ut eterna pace in Domino[g] quiescat[2]. Sedit annis 8[h]. Ossa eius ab Ytalia Coloniam allata sunt et in domo[i] beati Petri reverencia[l] condigna tanto viro et domino condita. [Amen[n]].

Quadragesimus tercius Philippus[o].

II.

urbes quam plures episcopatui adiecit. Profectus postea trans Alpes cum rege Henrico, multum in illius consecratione[b] et uxoris suae apud sedem Romanam laboravit, pene omnes Romanos sibi contrarios inveniens[1]. Deinde cum paululum cum imperatore ad terminos maritimos super hostes regni processisset, non modica interea infirmitate pulsatus, carnis velamina ibidem exuit[k] et ossa Coloniam tumulanda[m] perpetuae memoriae transmisit.

CONTINUATIO I.

Ex codice 2.

1167. Quadragesimus tercius Philippus, maior in Colonia decanus et imperatorie aule cancellarius, vir mire strenuitatis et fame. Hic tempore Frederici incliti imperatoris egregie[p] laudis et glorie pre omnibus Romani imperii principibus nomen acceperat. Erat namque vir omnino negociis secularibus ac bellis inplicatus et magis[q] glorie que ad seculum quam que[r] ad Deum est intentus, unde et ecclesiis Dei in suis causis nullum in eo erat patrocinium, proin nonnulle earum tam privilegiis quam bonis suis in perpetuum sunt destitute. Imperatori precipue carus erat, cum quo crebris expeditionibus proficiscens, pene plus omnibus principibus operatus est. Ducem etiam Saxonie Henricum debellavit, et ducatum intra omnem dyocesim suam per Westphaliam et Angriam ei ablatum episcopatui Coloniensi addidit[3]. Novissimis temporibus inter eum et imperatorem inimicicie exorte sunt, ubi mira eius constancia claruit. Eratque tanta inter duos victoriosissimos viros dissensio[s], quod, nisi divina misericordia animum pontificis ad humiliandum et obediendum imperatori inclinasset, maximum bellum et desolatio Teutonici soli orta fuisset. Defuncto imperatore Frederico[t] in expedicione Iherosolimitana, cum filio eius Henrico, quem et ipse quondam Aquis in regem unxerat, in Apuliam profectus est, Romeque eum in imperatorem consecrari optinuit[4], et progressus non modicam par-
1191. Aug. 12. tem Appulie cum eo debellavit. Ad ultimum in obsidione urbis Neapolis[u] mortuus est secundo Ydus
Ann. max. 1191. ibid. 1188 Augusti[5]. Ossa eius Coloniam delata in ecclesia beati Petri condita sunt. Circa idem tempus prefatus presul ad quadraginta milia marcarum et 700 marcas summam argenti produxit in coempcionem urbium et prediorum terre Coloniensi adiacentium circumcirca[6]. Allodium illud quod Salevelt dicitur eius tempore per concambium ad imperium translatum est[7]. Sedit annis 23.

1216. Quadragesimus quartus Engelbertus[8], qui fuit occisus apud Gyvelenbergh[9].

1225. Quadragesimus quintus Henricus, qui nullus fuit. Propterea vocabant eum Linehose.

a) totidem et 2. b) consecrationis *c.* c) adidit 2. d) celebrare 2. e) Rynecke 2; Reinecke 3. f) Pro — quiescat *des.* 1. g) in D. *des.* 2. h) Sedit annis 8 *in cod.* 1 *post* condita *leguntur.* i) ecclesia 2. k) exivit *c.* l) reverencia domino *des.* 1; et domino *des.* 3. m) tumulando *c.* n) *deest* 1. 3. o) *finis codicis* 1. p) egrege *c.* q) magis et *c.* r) et *c.* s) discencio *c.* t) Federico *c.* u) Naplis *c.*

1) Secundum quorundam opinionem Philippus ante ipsum regem Romam profectus est, coronationem imperialem praeparaturus. Cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p. 182, annot. 2. 2) Simillimis verbis utuntur Ann. max. a. 1137, ubi de morte Lotharii imperatoris mentionem faciunt: *Ergo pro pacificis erga Dei ecclesiam ab eo gestis optamus, ut alta pace in Domino quiescat.* 3) V. diploma Friderici imperatoris 1180, Apr. 13 (ap. Lacomblet, 'Urkundenb.' I, p. 332): *Ducatum qui dicitur Westfalie et Angarie in duo divisimus et ... unam partem videlicet eam que in episcopatum Coloniensem et per totum Pathebrunnensem episcopatum extendebatur ... ecclesie Coloniensi legitime donavimus.* Cf. de isto loco Weiland, 'Das saechsische Herzogthum' p. 171. et Grauert, 'Die Herzogsgewalt in Westphalen' p. 2. 4) V. supra p. 343 n. 5. 5) Hahnius male legit 5. *Idus.* — 2. *Idus* habet Necrol S. Severini Coloniae (Lacomblet, 'Archiv f. d. Niederrhein' III, p. 162), *Idus Augusti* contra Kalendar. ecclesiae maioris Coloniae (Lacomblet, l. l. II, p. 16), Necrol. S. Suiberti in Kaiserswerth (ibid. III, p. 124), Annales S. Gereonis (SS. XVI, p. 734), Continuatio Caesarii. Corrigenda sunt, quae de Philippi die supremo profert Toeche, 'Kaiser Heinrich VI' p. 200, annot. 2. 6) V. Registrum allodiorum, quae Philippus acquisivit, apud Lacomblet, 'Archiv' IV, p. 356. Cf. Henr. de Herford ed Potthast p. 168. 7) Revocatum est concambium per Ottonem regem anno 1198; Lacomblet, 'Urkundenb.' I, p. 392. 8) Inter Philippi mortem et Engelberti initia spatium 24 annorum interesse, continuator non animadvertit. 9) Gevelsberg.

Quadragesimus sextus Conradus. Sub ipso fuit bona pax[1]. 1238.

Quadragesimus septimus Engelbertus. Hic est Bunne sepultus. 1261.

Quadragesimus octavus Sifridus de Westerburg[a], vir per omnia strenuus et protector 1274. tocius cleri. Hic sub rege Rodolfo et sub rege Adolfo fuit, sepultus in civitate Bunnensi.

Quadragesimus nonus Wicboldus. Hic in exordio omnium episcoporum Coloniensium 1297. vilissimus[b], nummum per omnia diligens et terram suam parum defendens, persecutor tocius cleri, in ipsos ponens exactiones. Hic ab ultimo exercitum[c] magnum congregavit ad resistendum comiti de Marca et pro defensione episcopii. Sepultus est in civitate Sosatiensi[2].

Quinquagesimus[d] Hinricus de Verneborch. 1304.

Quinquagesimus primus Walramus de Ghuleke. 1332.

Quinquagesimus secundus Wilhelmus de Ghenepe. 1349

CONTINUATIO II.

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI.

Quadragesimus tertius Philippus, ecclesie beati Petri decanus et imperii cancellarius, de castro Heins- Catal. III. 1167. bergh oriundus. Erat autem vir prudens et discretus, corpore pulcherrimus, magnanimus et affabilis et supra modum liberalis. Hic adhuc existens decanus supradictum exercitum sub Reinoldo duxit in campum Andernaci contra Conradum palatinum, Ludovicum et Fridericum[e], qui episcopatum demoliri cupiebant. Qui quarto anno pontificatus sui cum exercitu maximo venit contra Henricum ducem fortissimum Saxonie, Bavarie atque Westphalie. Et tota terra illius depopulata, cum magna gloria et Catal. III. triumpho rediit[3]. Cuius consilio et auxilio idem dux, ab imperatore Friderico et principibus iam dictis tribus ducatibus necnon et aliis omnibus feudis sibi abiudicatis, cum uxore et liberis iussus est exulare. Ducatum vero Westphalie dominus Philippus sue ecclesie obtinuit. Et ab eo tempore usque in hodiernum presules Colonienses duos ducatus, Colonie scilicet et Westphalie, cum totidem vexillis ab imperatoribus suscipiunt. Post hec dominus imperator Fridericus, sicut plures opinati sunt, glorie archiepiscopi occulte[f] invidens et potentiam pertimescens, nacta occasione, graviter sine causa cepit inimicari[g]. Propter quod archiepiscopus, cum corde esset imperterritus, civitatem Coloniensem[h] novo vallo ampliari et portis fortissimis muniri fecit, ad resistendum se preparans. Tertio autem anno Moguntie[i] in curia solemni interventu principum imperatoris gratiam recuperavit. Comparavit preterea beato Petro castra plurima tam intra quam extra episcopatum Coloniensem, multis hono- ibid ribus ecclesiam suam sublimans. Qui post mortem imperatoris Friderici cum Henrico rege, filio eius, in Apuliam profectus, cum pene totam provinciam sua prudentia ac magnanimitate Romano subdidisset imperio, in obsidione Neapolitana obiit Idus Augusti[4]. Cuius ossa Coloniam Aug. 13. A. max 1191 et Catal. III sunt relata et cum magno honore in ecclesia sancti Petri iuxta sepulchrum episcopi Reinoldi, cui in probitate dissimilis non erat, tumulata. Sedit autem sub Friderico et Henrico, filio eius, imperatoribus annis 24.

Quadragesimus quartus successit Bruno, maior prepositus. Hic pene eodem modo quo et secundus Catal. III. 1191. Fridericus, cuius frater erat secundum carnem, episcopatum adeptus est. Nam cum Lotharius Bonnensis prepositus canonice fuisset electus, prodito consilio, sic propinquorum Brunonis, virorum potentum, minis est territus[k], ut electioni in se facte in capitulo[l] renunciaret[m]. Statimque Bruno eligitur. Sub quo Albertus Leodiensis episcopus apud Remis occisus est; propter Ann. max. 1192 quod iam dictus Lotharius, qui auctoritate Henrici imperatoris Leodiensem episcopatum occupaverat, omnibus beneficiis ecclesiasticis privatus, cum Romam peteret, in via obiit[5]. Bruno[n] vero cum propter senectutem et tam corporis quam sensus imbecillitatem ad tante

) 3 *add.:* Hic eciam monasterium ad Machabeos instituit et reliquias eorundem sanctorum de ultramarinis partibus adductas illuc honorifice collocavit.

a) Westerber *c.* b) *vocabulum erasum est, ita ut accurate legi nequeat.* c) excercitum *c.* d) *hinc alia man. saec. XIV.* e) Conradum 3. f) *deest* 3*. g) graviter ei inimicari cepit 3*. h) Coloniam 3. i) Maguncie 3*. k) territus est 3*. l) capitolio 3*. m) renunciavit 3*. n) Brunone 3*.

1) At bellis plenus fuit Conradi pontificatus. 2) Soest. 3) Spectant ista ad expeditionem anni 1179, quae fuit anno Philippi duodecimo. 4) Cf. supra p. 344 n.5. 5) Non in itinere, sed in ipsa urbe Lotharius obiit. Cf. Toeche, 'K. Heinrich VI'. p. 290, annot. 1.

ecclesie regimen[a] minus sufficeret[1], vix uno anno[2] potitus episcopio, convocatis omnibus
ecclesie sue prioribus atque nobilibus[b], virga pastorali super[c] altare beati Petri posita, epi-
Ann max. 1193. scopatum resignavit, sicque ad domum Bergensem[d.3] se transferens, in habitu monachili[e] defunctus
est et iuxta fratrem suum Fridericum episcopum[4] sepultus[f].

Catal. III 1193. Quadragesimus quintus adhuc Brunone vivente successit filius fratris[5] eius Adolphus, et ipse maio-
Ann. max 1197 ris ecclesie prepositus. Sub isto secunda expeditio facta est contra Saracenos, domino Henrico sexto
Cat III imperatore. Post cuius mortem ortum est scisma in imperio. Nam pluribus ex principibus
Philippum, Henrici cesaris germanum et ducem Suevie, in regem eligentibus, cum domini Adolphi
consensum de eodem Philippo neque de eius cognato Friderico, Henrici filio, cui principes
omnes iuraverant, habere non possent, ipse vero archiepiscopus, favente sibi domino Inno-
Cat III et Ann. max 1198. centio papa, Ottonem comitem Pictavum, filium Henrici quondam ducis Saxonie, paucis sibi assistentibus, Colonie
in regem elegit. Cum quo civitatem regiam Aquisgrani expugnans, ibidem eum unxit et coronavit. A quo
non multo post[6] quorundam consilio aversus, timens etiam, si in regno confirmaretur, quod
mala patri suo[7] illata in ecclesiam Coloniensem vindicaret, Philippo astitit, et quinque mili-
bus marcarum[8] ab eo acceptis, omnibus que in illum facta fuerant cassatis, Aquis secundo
V. S Eng I, 3 coronavit. Propter quod a iudicibus Innocentii pape in civitate Coloniensi depositus est irrecuperabiliter.

Cat III 1205. Quadragesimus sextus successit Bruno, Bonnensis prepositus. Hic post depositionem Adolphi pre-
sente Ottone rege est electus, eiusque gratia pallio citius donatur. Non multo post ad in-
Ann max 1205. et Cat. III. stantiam domini Adolphi necnon et omnium pene nobilium diocesis Coloniensis Philippus rex
congregato exercitu cum universis pene[g] principibus Alemannie Coloniam obsedit et post paucos dies
cum gravi dampno et dedecore recessit. Anno sequenti iterum cum exercitu rediens, Brunonem archiepiscopum
1206. cum Ottone rege sibi occurrentem in castro Wassenbergh[h] dolo cepit[9] vinculisque[i] iniectum secum abduxit et
Ottonem regem cum suo exercitu fugavit. Qui Bruno[k], rege[l] Philippo occiso, ad sedem suam cum
1208. Nov. 2. magno honore[m] reversus est, et post paucos dies defunctus, scilicet 4. Nonas Novembris. In pro-
Nov. 11. ximo festo sancti Martini rex Otto in solemni curia Franckinfortt, quam dominus Bruno principibus
designaverat, in regno confirmatus est; in qua multum honoris accessit Coloniensi ecclesie.
Nam cum Philippus dux ab omnibus pene principibus regni fuisset electus et in ecclesia
Moguntinensi in regem unctus atque coronatus, ut eum solus eligeret archiepiscopus Adol-
phus, oportebat ut omnia cassarentur. Et cum e converso comitem Ottonem solus pene
ex principibus Adolphus elegisset, non est eius electio in Franckenfortt a principibus qui
illuc convenerant cassata, sed approbata. Sedit autem Bruno sub Philippo et Ottone annis 3
Cat III. et mensibus 4[10]. Sepultus est in ecclesia sancti Petri.

ibid et V. S. Eng I, 3. Quadragesimus septimus successit Theodoricus, Sanctorum Apostolorum prepositus. Huius electioni rex Otto inter-
1208. fuit eumque promovit. Ottone vero ab Innocentio papa in imperatorem consecrato, cum graves inter eos orte
essent inimicitie propter retractionem terre domine Methildis, et Theodoricus Ottoni faveret atque assisteret,
a Sifrido Moguntino archiepiscopo, cui plena potestas legationis ad Ottonis deiectionem ab Innocentio data
fuerat, depositus est. Nec unquam postea episcopatum in Romana curia recuperare potuit, cum multum et
diu pro illo laborasset.

1216. V. S. Eng. I, 2. Quadragesimus octavus successit Engelbertus[n], ecclesie sancti Petri prepositus et
filius Engelberti comitis de Monte, qui frater fuerat secundum carnem supradictorum archiepisco-
porum Friderici et Brunonis secundi[11], viventibus adhuc quondam episcopis Adolpho et
ibid. 3. Theodorico[o]. Singulis autem assignate sunt trecente marce ex redditibus episcopalibus. Qui in domo
Bergensi ambo mortui sunt atque ibidem sepulti. Erat[p] dominus Engelbertus in principio
electionis sue iuvenis quidem corpore, sed prudens, discretus et magnanimus valde, magis
ibid. 4. 5. animi sui virtutem factis quam verbis manifestans. Nam insolentias comitum, nobilium, ministeria-
lium atque burgensium diocesis sue ita prudenter repressit et potenter[q], ut nullus ei auderet
resistere. Eius industria nobile castrum Tuorun[r] ecclesia Coloniensis obtinuit[12]. Ecclesie sue

a) reg. eccl. 3*. b) notabilibus 3*. c) supra 3*. d) ad conventum veteris montis 3*. e) *deest* 3; monichali 3*. f) est *add.* 3*. g) princ. pene 3. h) Wassenbrich 3*. i) vinculis 3*. k) eodem anno *male add.* 3. l) *deest* 3. m) cum gloria magna 3. n) Engilb. 3**. o) Theoder. 3** *semper.* p) enim *add.* 3**. q) prudenter et potenter *add.* 3** *man. saec. XV.* r) *lacuna unius verbi in* 3.

1) Cf. Toeche l. c. p. 217, annot. 10. 2) Tempus pontificatus accurate definiri nequit, sed procul dubio ultra annum extendebatur. Cf. 'Chroniken der Stadt Coeln' I, Einl. p. XXVIII. 3) Altenberg. 4) Fridericum II. archiepiscopum Coloniensem, anno 1158. mortuum. 5) Eberhardi comitis de Altena. 6) Anno 1204, sex post coronationem Ottonis annis. 7) Heinrico Leoni. 8) 9000 secundum alios. Cf. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben' I, p. 334, annot. 1. 9) Cf. Vit. S. Eng. I, 3: *in castro Wassinberg magis dolo quam vi captus.* 10) Sedit Bruno 1205, Iul. 25. — 1208, Nov. 2. 11) Rectius tertii. 12) Cf. Annales Col. max., SS. XVII, p. 839.

bona diu distracta et ab antecessoribus suis diu neglecta ipse recuperavit, et alia plura que prius non habebat illi conquisivit. Factus autem regis Henrici septimi, filii Frederici[a] imperatoris, tutor, tam strenue et tam fideliter regni negotia per totam Alemaniam administravit tantamque pacem fecit, ut gloria et fama nominis eius longe lateque diffunderetur. Cuius vitam et actus qui plenius nosse desiderat, relegat libellum quem de eius passione conscripsimus[b, 1]. Cuius profectibus et ecclesie [Coloniensis[c] per eum procurate saluti ac multarum gentium] utilitatibus diabolus invidens, egit, ut a cognato suo Friderico comite de Ysinburg insidiose occideretur. Et quia 1225. V. S. Eng. II, 16.
pro iustitia [quam[c] strenue exequebatur] et pro defensione ecclesie de Essenden[2] occubuit, hodie multis claret miraculis. Sedit autem sub Friderico secundo et filio eius Henrico septimo annis novem et mensibus octo, sepultusque est in ecclesia sancti Petri iuxta archiepiscopum Philippum contra portam meridionalem.

Quadragesimus nonus successit Henricus, prepositus Bunnensis[d]. Iste in ultionem sanguinis venerabilis[e] domini Engelberti omnia castra comitis Frederici funditus destruxit ac suos heredes in perpetuum exheredavit[f], et ipsum comitem de Ysinburg[g] a quodam milite, videlicet Baldewico dicto de Geneff[h], dolose captum duobus milibus marcarum et amplius redimens, foris V. S. Eng. II, 17
muros Colonie[i] ante portam beati Severini in quodam monticulo columnam lapideam erigi fecit, in cuius summitate dictus comes rotali pena plexus, ad miserabile spectaculum cunctis transeuntibus est positus[k]. Duo etiam fratres supradicti[l] comitis, scilicet Monasteriensis[3] et Osnabrugensis[m, 4] episcopi, qui dicebantur huius sceleris conscii, ad instantiam memorati archiepiscopi sunt depositi[n]. Auctoritate etiam ipsius infra muros Colonie[o] adeo strenua pro quodam homicidio ibidem perpetrato facta sunt iudicia, ut Theodorici de Molingassen[p] dicti Sapientis ac totius sue parentele et complicum suorum diruerentur possessiones, ac ipse Theodoricus, qui tunc temporis in civitate famosissimus fuerat et potentissimus, cum omnibus coadiutoribus suis proscriptus civitatem latenter est egressus[5]. Hec et alia multa sepedicto archiepiscopo presidente relatu digna fiebant, que tamen ob ipsius nimiam simplicitatem probitati eius minime attribuebantur[6, *].

Quinquagesimus Conradus de Hochstaden. 1238.

II.

CATALOGUS TERTIUS.[q]

Pontificum[r] gesta brevitate profatur[s] honesta
Urbis Agrippine[t] discreto[u] singula fine
Stringens[v] atque premens dumtaxat pagina presens.

*) *Cod. Ambian.* 355 *(v. 'Archiv der Ges.' VIII, 396) de Heinrico narrat ita:*

49. successit Henricus, Bonnensis prepositus. Hic in ultionem sanguinis Engelberti comitem F. a quodam milite Balduino nomine captum dolose multis pecuniis a prefato milite redimens, ante muros civitatis Colonie rotali pena plexum super columnam lapideam exaltavit, a. D. 1228[7]. His diebus archielectus rediens a Roma, domum ducis de Lemborc, quam ipse in absentia (si presentia *c.*) edificaverat, deiecit. Propter quod dux Brabantie, qui pacem fecerat, commotus Randerode[8] obsedit et destruxit Dolehen[9] castrum, et alia multa operatus est in episcopatu Coloniensi.

50. successit Conradus a. D. 1237[10].

a) Frid. 3**. b) qui de eius passione conscriptus est *man. saec. XV.* 3**. c) *uncis inclusa add. man. saec. XV.* 3**. d) Bonn. 3. e) sangu. ven. *des.* 3**. f) exhereditavit 3**. g) Isenburgh 3. h) Genef 3**. i) ecclesie 3**. k) pos. est 3**. l) supr. fr. 3**. m) Osnaburg. 3**. n) dep. sunt 3**. o) Colonienses 3**. p) Molingaszen 3**. q) *variant inscriptiones:* Incipit summaria relatio gestorum pontificum Col. 1*; Incipiunt nomina episcoporum s. Col. ecclesie 3; Brevis historia archiep. Col. 4*. r) *hi versus des.* 2. 4. s) pro satis honnesta 4*. t) Agripine 3. u) descriptio 4*. v) *deest versus tertius* 3. 4*.

1) His verbis Caesarius se auctorem Catalogi profitetur. 2) Essen. 3) Theodericus. 4) Engelbertus. 5) Cf. 'Chroniken der Stadt Coeln' I, p. 235 et Fragmenta de Heinrico archiepiscopo infra edita. 6) Nescio an ipse Caesarius de Heinrico coaevo tam severum iudicium protulerit. Sequentia verba certe ab alio quodam addita sunt. Non enim Caesarius, si post electionem Conradi catalogum scripsisset, mortem Heinrici omisisset. 7) Rectius 1226. Sequentia procul dubio referenda sunt ad bellum Conradi archiepiscopi cum duce Brabantino anno 1239. gestum, de quo fusius agunt Annales S. Pantaleonis (SS. XXII, p. 532) Isto vel certe simili codice nititur narratio erroribus plena ap. Butkens, 'Trophées de Brabant' I, p. 229. Cf. 'Archiv für die Gesch. d. Niederrheins' VII, p. 210. 8) Randerath. 9) Dalhem. 10) Rectius 1238.

Cat II. Apud Agrippinam nobilem civitatem[a] Gallie primus adeptus est episcopatum sanctus Maternus, Treverorum[b] ac[c] Tungrorum[d] pariter episcopus, anno Domini[e] 94[f], Domitiano imperatore regnante, seditque annis 40[g] et obiit Colonie sub Adriano imperatore anno Domini 128[h], *. Qui[i] Treverim delatus, cum sanctis Euchario et Valerio honorifice est tumulatus. Deinde usque ad Effratam** hereticum nullus[k] Coloniensi ecclesie prefuisse dinoscitur[l]. De quo varie traduntur[m] coniecture, vel quod in paganismum[n] fuerit[o] relapsa, vel si qui episcopi successerunt, ob persecutionem[o*] latenter prefuerunt[p], vel[q] sicut beatus Maternus sic[r] successores eius cum Treverensi Coloniensem ecclesiam usque ad prefatum hereticum regebant.

Quo[s] deiecto, secundo[t] loco successit sanctus Severinus. A beato autem Materno usque ad sanctum Severinum computantur[u] anni 314. Quibus temporibus sancta Coloniensis ecclesia variis hereticorum persecutionibus vexata est.

Tertio loco successit sanctus[v] Evergislus[w], beati Severini discipulus, qui et[x] in transitu[y] sanctissimi[z] Martini ymnum angelicum cum suo[a] audivit magistro. Hic postea apud Tungrim[b], que et Octavia dicitur[c], martirizatus est***.

Quarto loco successit Solatius.

Quinto Sinnoveus[d].

Sexto Remedius.

Septimo sanctus Kunibertus[e], qui sedit annis 40. Hic[f] fuit temporibus Heraclii[g] imperatoris et eius filii Constantini sub Francorum rege Dagoberto primo et eius filio Sigeberto†.

Octavus Botadus[h] sub Sigeberto[i].

Nonus Stephanus sub Theoderico[k] rege Francorum primo[l].

Decimus Alduwinus[m] sub eodem.

Undecimus Giso sub Clodoveo[n] rege tertio et[o] sub Hildeberto[p] secundo.

Duodecimus Anno[q] sub Francorum rege Dagoberto secundo[1]. Hic sepultus est apud Sanctum Severinum.

Tertius decimus Faramundus sub eodem.

Cat I. et II Quartus decimus sanctus Agilolfus sub Francorum rege Hilderico. Hunc[r] misit[s] Karolus princeps maior domus, avus Karoli[t] Magni, contra impugnatores[u] regni causa pacis, et a quibusdam[v] crudeliter peremptus, martirio coronatus, multis claruit miraculis.

Cat. II. Quintus decimus Regimfridus[w] sub Theoderico[x] II. et Hilderico II[2].

Cat. I. II Sextus decimus Hildegerus. Hic cum Pippino, patre Karoli Magni, ad bellum contra Saxones[y] profectus, occisus est in monte qui dicitur Wiburch[z].

Septimus decimus Berthelmus[a] sub eodem Pippino[b] sedit annis 10[c].

Decimus octavus Richolfus[d] sedit sub Karolo Magno 22 annis.

Decimus nonus Hildeboldus sub eodem Karolo Magno et rege Ludewico[e] sedit annis[f] 34[g], qui et eundem Ludewicum unxit in regem.

Vicesimus[h] Hadebaldus[i], qui sub prefato Ludewico sedit annis 22[k].

Cat II. Cat I Vicesimus primus Guntherus[l] fuit sub Ludewico, Ludewici superioris[m] filio. Hic[n] a Nicolao[o] papa excommunicatus est ob hanc causam. Ludewicus[p] imperator, filius Karoli tertii[q], habuit filium nomine Lotharium, cui Italie regnum commisit. Qui Lotharius divino amore succensus, regnum reliquit[r] filio suo Lothario et Pruomie[s] se monachum[t] fecit. Iste Lotharius habuit concubinam nomine Waldradem[u], Guntheri episcopi[v] sororem, quam instinctu prefati episcopi legitime uxori sue Tiberge[w] superduxit. Ob quam causam idem Guntherus a papa excommunicatus est. Unde post interdictum episcopale officium penitentia ductus Romam veniens, minime reconciliari valuit[x]. Qui dum contumax apud Xantum[y] divinum officium usurparet, fertur ab angelo Domini sacris vestibus exutus, ante altare occisus[z].

Cat II. Vicesimus secundus[a] Willibertus[b] sub Karolo iuniore sedit annis 20. Hic[c] ecclesiam sancti Petri Colonie dedicavit, in qua et sepultus est[d]

*) anno dominice inc. 134. 4, *ubi sequuntur quaedam ex Gestis Trev. desumpta;* anno dom. inc. 124. 4*, *qui eadem cum aliis quibusdam ex Gestis Trev. addit.*

**) 1* *add.:* heresi Arriane favebat, propter quam etiam in concilio a pluribus Gallie et Germanie episcopis habito Colonie est depositus, et sanctus Severinus archiepiscopus instituitur; *cf. Levoldum.*

***) 3 *add.:* Cuius corpus miro decore reconditum est in ecclesia sancte Cecilie. *Cf. Chron. praesul. Col. in 'Annalen des hist. Ver. f. d. Niederrhein'* 1857, *p.* 185.

†) 4 *add.:* Hic sanctus Kunibertus Susaciensem civitatem acquisivit et eam ecclesie sancti Petri dedit. Iste fuit filius Crallonis ducis Lotharingie. *Quibus verbis addit* 4*: Multis miraculis claruit. *Ex chron. praes. Col.*

a) civ. nob. 4. b) Trevirorum 1. 3. c) atque 2. d) Tungerorum 2; Cungrorum 4. e) Domini *in* 2 *suppl. man. sec.* f) 24. 3. g) et 40 dies *add.* 4. 4*. h) 118. 3. i) Qui — tumulatus *des.* 4. 4*. k) nullos 4*, *ubi saepissime* o *pro* u *habetur.* l) dicitur 2. m) tradentur 4*. n) panismum 2, *sed corr. man. sec.* o) fuit 4*. o*) ob pers. *des.* 4; ob — vel *des.* 4*. p) prefuerint 1. q) vel sicut — regebant *des.* 4. r) *deest* 3. s) Deiecto autem Effrata heretico succ. 4. t) sec. loco *des.* 4*. u) computanti 3. v) *deest* 4*. w) Evergisilus 1. 4 x) *deest* 4. 4*. y) transitum 4*. z) sancti 3. 4*. a) eodem 1*. b) Tungrun 1; Tungerum 2; Tungrem 4. c) dicebatur 1*. d) Sinonius 2; Q. loco successit Summoveus 4*; Q l. s. Simmoneus 4, *ubi verba* loco successit *etiam in sequentibus episcopis reperiuntur.* e) Cun. 4*. f) Hic sanctus 4. g) Eraclii 4. h) Boradus 2; Botaldus 4. i) Sigiberto 1; 4: sub Digiberto rege Francorum primo. Aldevinus sub eodem. Nonus episcopus Coloniensis Stephanus sub Theoderico rege Francorum primo. Decimus Aldevinus sub eodem. k) Teoderico 1. l) *deest* 4*. m) Baldewinus 2; Alduinus 3; Aldwinus 4*. n) Lodowico 4; Clodewico 4*. o) et sub — Agilolfus *des.* 4. p) Hilderico 4*. q) *deest* 2. r) episcopum *add.* 4. s) mitri 4*. t) Caroli 4* *semper.* u) inpugnatoris 2, *sed corr. man. sec.* v) pacis a quibus 1*. 4. w) Regunfridus 2; Reiginfr. 3; Reginfr. 4. 4*. x) Teoderico 1. y) *man sec. in marg. add.* 2. z) Wiburg 3; Viburg 4. a) Bertelinus 2; Bethelmus 3; Berthelinus 4. b) principe 4. c) 10 annis 4. d) Ricolfus 2; Ytholfus 4. e) Lodewico 2; Ludowico 4; Clodewico 4*. f) *man. sec. superscr.* 2. g) 24. 3. 4. h) episcopus Col. *add.* 4. i) Hatheboldus 1; Hatteboldus 2; Hateb. 3; Hildebaldus 4. k) annis 12. Anno Domini 863. 4. l) Gunterus 2. m) prioris 1; predicti 4. n) episcopus *add.* 4. o) Nich. 3. 4*. p) Ludevicus 1. 4. q) *ita* 1—4; Magni 4*. r) *deest* 4. s) Prume 2; Prumie 3; Prûme 4; Prumiae 4*. t) mon. se 4. 4*. u) Valdradan 4*. v) predicti G. episc. Col. 4. w) Teberge 2, Tyberge 3. x) valuit *corr.* voluit 3. y) Zanctum 2; Xanctum 3; Sanctum 4; tantum 4*. z) Domini est occ. a. D. 870. 4. a) episcopus *add.* 4. b) Willeb 2; Williberius 3. c) episcopus *add.* 4. d) in qua est sep. 2; in qua ecclesia sep. est a. D. 889. 4.

1) Rectius tertio. 2) Cogitat noster de Childerico III. (743—752).

Vicesimus tertius Herimannus[a], quem Pium vocant, sub Arnulfo[b], Ludewico et Conrado[c] imperatoribus sedit [Cat. I.] annis 35, et defunctus[d] in domo sancti[e] Petri tumulatus est[f].

Vicesimus quartus Wicfridus sub Heinrico sedit annis 25[g, 1]. [Cat. I. II]

Vicesimus quintus Bruno sub Ottone primo, ipsius[h] fratre, sedit annis 12*. Qui factus episcopus sponsam [Cat II Vit. al Brun. 13] suam inclitam Coloniam[i] a iugo ancillari excussit[k], frenum tributi eius solvit ac[l] libertati eam[m] pristine donans, primus in ea glorie benedictionem inseruit. Preterea imperatore, fratre ipsius, Italiam intrante, Galliarum [ibid. 10. Ann max 962. 965] procuratione sibi delegata, terram usquequaque a latrociniis[n] purgans, Francis rebellantibus bellum intulit, Parisius urbem obsidens erupit[o] et spoliavit. Ducem eciam Lotharingie[p] terram incendiis et latrociniis[q] infestantem[r] [Vit. al. 12] cepit et vinculis[s] iniectum fratris affuturi[t] iudicio reservavit. Reverso itaque imperatore, sollempni principum habito colloquio, id omnium pari[u] sancitum[v] est consilio, ut devicti ducis monarchia presuli Coloniensi suisque successoribus usu et iure cedat[w] perpetuo, et ut presules sic[x] et duces nominentur et sint iudicentque[y] in gladio qui prius unco[z] utebantur[a] baculo. Divitense[b] eciam castrum propter rebelles effregit, pontis[c] eciam porrectum[d] trans Reni [Ann. max 965] alveum equissimo racionis actus[e] libramine[f] deiecit, quoniam latronum manus eum[g] fedaverant[h]. Nempe qualibet[i] [Vit. al 13] dierum Transrenenses ruricole[k] negotiandi causa per eum[l] Coloniam ingressi, causarum diversitate vix in vespere expediti declinato die dum redirent, ipso in ponte rebus et vita privati in Renum proiecti sunt, mortisque[m] auctores latuerunt, sceleris sui sigillum noctem habentes. Preterea[n] sanctorum corpora atque reliquias undecumque[o] collegit, ecclesias, [Ruotg V Br. 31. 33.] monasteria et cetera edificia servitio Domini[p] et honori sanctorum eius apta quedam a fundamentis erexit, quedam prius[q] fundata[r] nobiliter auxit, alia olim[s] diruta reparavit. Corpus etiam beati Evergisli[t] Coloniam reduxit et baculum [Cat. I et II.] sancti[u] Petri a Metensibus retentum et[v] Trevirensibus[w] negatum, persecutionis tempore cum aliis reliquiis prefatis[x] Metensibus[y] commissum, cum catena eiusdem apostoli ab apostolico tradita[2, **] Colonie[z] intulit. Domum quoque[a] beati Petri honoratissimam mirabiliter ampliavit, quam de pulchra pulcherrimam fecit. Necnon inclitos[b] [Ruotg. c. 31.] martires Patroclum[c], Eliphium[d], Privatum et Gregorium ad sanctissimam sue ecclesie[e] sedem miro ambitu[f] variis e locis attraxit. Iste[g] cenobium sancti Pantaleonis[h] instituit[i], in quo decenter[k] tumulatus requiescit.*** [Cat. I. et II.]

Vicesimus sextus Folcmarus sub eodem Ottone sedit annis 4[l]. [Cat. I.]

Vicesimus septimus Gero, vir valde religiosus, sub eodem Ottone et eius filio Ottone sedit annis 7. Qui[m] [Cat. II] abbatiam sancti Viti in Gladebach[n] instituit. In[o] domo beati[p] Petri[q] requiescit.

Vicesimus octavus Warinus sub Ottone II. sedit annis 9. Hic Trevirensibus petentibus partem baculi[r] sancti[s] Petri reddidit[t]. De quo dicitur[u], quod predictum Geronem[v, 3] vivum sepeliri fecerit[w]. Laborabat[x] enim Gero[y] infirmitate[z] capitis, ita ut[a] aliquot[b] diebus sine sensu iaceret. Pro quo facto[c] Romam penitens[d] pervenit, pape[e] quod egerat confessus est[f]. Qui pro correctione[g] ei iniunxit, ut, si quam in diocesi sua congregationem labefactam[h] sciret, datis subsidiis relevaret. Reversus itaque cenobium sancti Martini in Colonia melioravit et Scottis[i] in perpetuum tradidit.

Vicesimus nonus Evergerus sub Ottone III. sedit annis 15 et in domo sancti Petri sepultus est.

Tricesimus[k] sanctus Heribertus[l] sub Heinrico[m] II.[n] sedit annis 21. Iste[o] basilicam Tuicii[p] in honore beatissime Dei genitricis[q] Marie[r] instituit, ibidemque[s] sepultus[t] multis enituit[u] miraculis.

Tricesimus primus successit[v] Pilegrimus[w] sub imperatore Conrado[x] II. Sedit annis 15. Qui monasterium in Colonia quod dicitur Ad[y] sanctos apostolos construxit; in quo et[z] quiescit†.

) 1 *add.:* Qui dilectus Deo et hominibus fortis in bello *etc. ex Levoldo.*

**) 1* *add.:* tradita necnon et beatum Gregorium Spolitanum Colonie intulit, *ex Levoldo, quem et in Brunone et in sequentibus episcopis saepius sequitur.*

***) 1* *add.:* ossibus suis a Remensi civitate, in qua obiit, honorificentissime reportatis. Nullam eciam congregacionem in dyocesi Coloniensi suis temporibus existentem laudande sue largicionis reliquit expertem, prout testamentum eius, quod in multis ecclesiis habetur, dilucide explanat. *Cf. infra p. 360 n*, et Cat. I. sub Annone II.* 4 *add.:* a. D 924. episcopus efficitur sub Henrico et Ottone primo.

†) 4 *add.:* quod quidem monasterium antea a sancto Heriberto fundatum ipse Piligrimus consumavit.

a) Herm. 4, *m. sec. in marg. add.* 2. b) Arnolfo Lodowico 4. c) Cunrado 1. 3. d) est *add.* 3; est et *add.* 4. e) beati 2. f) a. D. 914. *add.* 4. g) 24 *corr. m. sec.* 1; a D. 953. *add.* 4. h) ipsius fr *des.* 2. i) sponsam Mariam Coloniam 4; suam *deest* 4*; inclytam 4*. k) et *add.* 4. l) et 4. m) eius 4. n) a latr. usq. 4. o) *deest* 3; rupit 4. 4*. p) Liutaringie 2. q) et latrociniis *m. sec. in marg. add.* 2. r) infestante 1. s) vinclis 2; vinculi 4*. t) afuturi 3; affaturi 4. u) pariter 1. v) xanctitum 2; sanccitum 3. 4; statutum 4*. w) ceda 2, *sed corr. m. sec.;* cedit 4. x) si 4*. y) sint iudices 2, *sed corr. m. sec.;* Iudicetque 3; sint iudices eciam 4. z) unico 2. *Vitae ed.;* unice 4. a) nitebantur 1; nitabatur 2, *sec. m. corr.* nitebantur; utebatur 3. b) Diuciense 3. 4. c) pontem 4. d) perrectum 2. e) arcus 4; artus 4*. f) librassime 4. g) eam 1. 2. 3. 4; cum 4*. h) foedaverat 4*. i) qualibus 4. k) euricole 3; trans....... ruricule 4; ruricula 4*. l) eam 2. m) mortesque 4*. n) sig. hab precere (!) ipse Bruno episc. 4. o) undique 2. p) Dei 4*. q) post *codd. omnes.* r) fundamenta 3. 4. 4*. s) olim alia 4. t) Evergisili 1. 4; episcopi *add.* 4*. u) beati 3. v) *deest* 4. w) Trever. 2. 4. 4*. x) pref. rel. 4. y) Metensibus — tradita *des.* 3. z) Coloniam 2. 3. a) domumque 2. b) inclytos martyres 4*. c) Patronum 3; Patroclium 4; Patrolum 4*. d) Eliffium 4*. e) *deest* 4. f) habitu 4. 4*. g) eciam Bruno episc. *add.* 4. h) Penth. 4. i) instruxit 2. k) recenter 4. l) annis 3 *corr.* 1. m) Qui — req. *add. in marg. m. sec.* 2; Hic episc. abbac. in Gl. s. Viti inst. 4. n) Gladbag 2; in Gladbach s. Viti 4*. o) Hic in 4. p) sancti 4. q) *deest* 3. r) *deest* 4*. s) beati 4. 4*. t) *sequentia in 1* ita immutantur, ut non Warinus Geronem, sed Warinum Evergerus sepelivisse legatur.* u) videlicet quod ipse War. *add.* 4. v) episcopum *add.* 4. w) fecerat 4. x) Laborat 2, *corr. m. sec.* y) idem G. 4. z) in inf. 4. 4*. a) quod 4. b) aliquod 1. 3. c) ipse Warinus *add.* 4. d) petiens 3. e) propter 4. 4*. f) *deest* 4. g) correptione 4*. h) in sua congregacione lab. 2, *sed corr. m. sec.;* labefactatam 4*. i) Scotis 3. 4. k) Trec. ep. Col. 4. l) Hereb. 2. m) Henrico 2. 4* *semper.* n) sancto 4*. o) Hic sanctus 4. p) Tuicii 4; Tustii 4*. q) gen. Dei 4. r) *deest* 4. s) ibique 4. 4*. t) est *add.* 4*. u) emicuit 2. v) *deest* 2. w) Piligrinus 2; Piligrimus 4; Pelegrinus 4*. x) Cunrado 1. 3. y) aput 4. z) sepultus *add.* 4*.

1) Rectius Cat. I. *annis* 29, Cat. II. *annis* 28. 2) Cf. Ruotgeri Vita Brun c. 31, SS. IV, p. 266. 3) Catalogus II. et Catalogi I. codices duo Warinum ab Euergero sepultum faciunt. Catalogus III. eadem habet nomina quae Chronicon Sancti Martini. V supra p. 339 n. 6.

Cat. II. Tricesimus secundus[a] Herimannus[b], quem Nobilem vocant, sub Heinrico imperatore III. sedit annis 20; in domo sancti Petri sepultus est*.

Tricesimus tertius successit sanctus Anno**, Goslariensis[c] prepositus, temporibus Henrici[d] IV.*** Sedit annis 20.† Sepultus est in cenobio Sibergensi[e]. Hic allodium illud uberrimum[f] quod Salevelt[g] dicitur episcopio Coloniensi adiecit, quinque opulentissimas congregationes instituit et preterea nullam in diocesi sua congregationem dimisit[h], quam suis donis, quemadmodum domnus Bruno[i], quem supra memoravimus, non ampliaverit.††

Tricesimus quartus[k] Hildolfus[l], prefati imperatoris capellanus[m], sedit 5[n] annis. In domo sancti Petri tumulatus[o] est[p].

Tricesimus quintus maioris ecclesie decanus Sigewinus[q] sedit sub eodem imperatore annis[r] 10. In domo[s] sancti Petri quiescit[t].

Cat. I. et II. Tricesimus sextus Herimannus, quem Divitem vocant, sub prefato imperatore successit[u], seditque annis 10 et mensibus 5. Sepultus est in capitulo[v] Sibergensi[w].

Cat. II. Tricesimus septimus Fridericus, qui magis instantia predicti[x] imperatoris quam priorum electione episcopatum adeptus est[y]. Nam usque ad illud[z] tempus imperatores baculum et anulum tradebant. Hic[a] contra innumeram multitudinem Suevorum et Bauwariorum[b] parva manu Andernaci confligens[c], triumphavit. Sedit annis 36[d] sub Heinrico IV. et V.[e] imperatoribus, paucos annos Lotharii imperatoris attingens, quem[f] et ipse Colonie unxit in regem una cum Cat. I. uxore sua Riza[g]. Sepultus[h] est in capitulo[i] Sibergensi.

Cat. II. et I. Tricesimus octavus Bruno, prepositus Sancti Gereonis, qui[k], canonica electione priorum et capitaneorum in Godefrido[l] preposito Xantensi cassata, favore Lotharii[m] regis et malignantium studio ad sui ipsius pernitiem intronizatus est. Nam in[n] expeditione Italica[o] Lotharium regem comitatus, apud Barum civitatem Apulie Cat. II. presente imperatore obiit.††† Cui Hugo, decanus Sancti Petri, successit[p], [qui[q]] ibidem ab Honorio papa consecratus est[n]; post paucos[r] dies spiritum exalavit[s], et in eadem urbe[t] cum prefato Brunone tumulatus est[u].

Tricesimus nonus[1] Arnoldus[v], Sancti Andree prepositus, sedit[w] annis 10[2] sub Conrado[x] rege. Tandem apud Eugenium papam de symonia infamatus[y], ab officio divino suspensus est[z].

Cat. II. et I. Quadragesimus[a] Arnoldus, ecclesie[b] sancti Petri prepositus et imperii cancellarius. Hic sedit annis 5 sub Friderico imperatore. In[c] ecclesia in Rindorp, quam ipse[d] multis ornamentis decoravit, sepultus est[e].

Cat. I. Quadragesimus primus Fridericus[f], Sancti Georgii prepositus, qui[g] magis propinquorum factione et iuniorum clericorum favore episcopatum adeptus[h], cassata canonica electione facta coram imperatore Friderico in Bunnensem prepositum Gerhardum[i], ab Adriano papa[k] consecratus est. Post biennium Mediolanum cum imperatore[l] profectus, apud Ticinum, que et Papia dicitur, obiit, vix duobus annis pontificali dignitate potitus. Caro eius[m] et viscera re- Cat. II. manserunt in Longobardia, ossa vero Coloniam[n] delata in monte[o] Sancte Marie condita sunt.*†

Quadragesimus secundus[p] Reinoldus[q], Hildesemensis[r] prepositus et regni cancellarius, vir omni[s] probitate conspicuus. Hic tres magos, qui Christum misticis[t] muneribus venerabantur, cum duobus martiribus Nabore[u] et Felice.

*) 4 *add.:* Hic ecclesiam sancti Severini sub Henrico IV. ex vetustate delapsam renovavit et ampliavit.

**) *Cod. Ambian. 355 de s. Annone agit in hunc modum:*

Cat. I. Tricesimus tertius successit sanctus Anno, vir sanctus et iustus, Gosmariensis prepositus, temporibus Henrici quarti augusti. Sedit in episcopatu annis 20 et semis; sepultusque est in oratorio Sibergensi. Hic allodium illud celeberrimum quod Salevelt dicitur episcopio Coloniensi adiecit. Quin (*l.* Quinque) etiam opulentissimas congregationes instituit: Salevelt, alterum Gas .... (*l.* Grascap), cenobia in Coloniensi diocesi sita, et Sibergense, et duas in civitate, ecclesiam sancte Marie ad Gradus et sancti Georgii, et reliquas extra civitatem. Preterea nullam in diocesi sua congregationem dimisit, quam suis donis non ampliaverit. Super cuius sepulcrum, ubi inclita Christi confessoris membra requiescunt, abbas Reginardus operis pulcherrimi [mausoleum condidit], cuius summitatem aureis litteris hoc circuit epitaphium: (Vita S. Ann. III, c. 19.)

'2. Non. Dec. obiit sanctus Anno. Patribus egregiis ornata Colonia multis Ecclesiae speculum misit ad hunc tumulum. Emicuit mundo nova lux Annone secundo, Qui per cuncta suo par erat officio. Mensibus hoc denis annis octoque (*l.* actoque) vicenis Quarta Decembris eum lux tulit ante Deum'.

***) *Hoc loco in codd. 4 et 4* fusa narratio de s. Annone inserta est, e vita eiusdem descripta.*

†) 1* *add.:* semis. *Eadem manus nomina monasteriorum ab Annone constitutorum ex Vita eiusdem adiicit.*

††) 4 *add.:* Hic sanctus a. D. 1056. est creatus episcopus et sedit 20 annis. Hic fuit de nacione Dassele[3]. Ipse eciam transtulit sanctos Ewaldos, sanctos Mauros[4].

†††) 4 *add.:* Hic Bruno sedit sex annis.

*†) 4. 4** *add.:* a. D. 1158. Hic[5] (Iste 4**) fuit de Dassele.

a) successit *add.* 4. b) Herm. 2. 4. 4*. c) Gallariensis 4. d) H. imp. IIII. 3. e) Sygeb. 1. f) saluberrimum 1; celeberrimum 4. 4*. g) quod dic. S. 2. h) habuit 4. i) archiepiscopus *add.* 4. k) episc. Col. *add.* 4. l) Hidolphus 4*. m) *deest* 4. n) *ita corr.* 1; *reliqui omnes* 15. o) tumultatus 4*. p) a. D. 1079. *add.* 4. q) S. m. e. d. 2. 4; Serwinus m. e. d. 4*. r) annis 10 *desunt* 1; 10 annis 4*. s) domo *m. sec. add.* 2. t) requiescit 3. u) *deest* 4. v) capitolio 4. 4*. w) Sigeberg. 4. x) *deest* 4. 4*. y) est ad. ep. 4. z) idem 4. a) archiepiscopus *add.* 4. b) Bauwarorum 2; Bavariorum 3; Swevorum et Bawariorum 4; Swerorum et Bawarorum 4*. c) confugent 4*. d) 33 *corr.* 1. e) et Heinrico V. 4. f) quem siquidem Lotharium ipse Fred. archiep. 4. g) Ridoza 4; Richza 4*. h) Hic archiepiscopus sep. 4. i) capitolio 4. 4*. k) quia 4*. l) in Godefridum Xancteum preposito cassato 4. m) Lutharii 2; Lotarii 3; reg. Loth. 4. n) *deest* 2. o) Italie 4. p) *deest* 4. q) qui *solus* 4. r) paucosque 4. s) exaluit 2. t) civitate 4. u) a. D. 1138. *add.* 4. v) Arnuldos 4*. w) hic sedit 4. x) Cunr. 1. 3. y) defamatus est 2; est et *add.* 4. z) a. D. 1151. *add.* 4. a) Col. archiep. *add.* 4. b) *deest* 3. c) Hic in 4. d) *deest* 4. e) a. D. 1157. *add.* 4. f) Fred. 4. g) anno 1156. *add.* 4**. h) est *add.* 2. i) Gerardum 3. 4. 4*. k) *add. m. sec. in marg.* 2. l) cum imp. Med. 4. 4*. m) huius 4; et eius 2. n) in Col. 4. o) in veteri monte 4. 4**. p) dominus *add. m. sec. in marg.* 2. q) Reinnoldus 2; Reynoldus 4. r) Hildem. 1; Hildim. 3; Hildensemensis 4. 4*. s) omnium 4*. t) mystice venerabantur 4**. u) Narbore et Felicie 4*.

1) Sequitur noster computationem Catalogi I. *Quadragesimus* Catalogus II, qui etiam Hugonem inter episcopos numerat; et ita deinceps. 2) *annis* 12 Catal. II. 3) Minus recte hoc dictum constat. 4) Cf. Vit. S. Annonis I, 37. et II, 17 (p. 482. 491). 5) scilicet Reinaldus.

destructo Mediolano, Coloniam transmisit. Hic[a] palatium Coloniense[b] et duas turres in monasterio[c] sancti Petri reparavit, et Cat. II
ad agendum epiphanie[d] festum 10 marcas[e] singulis annis[f] instituit et totidem in cena Domini in subsidium pauperum
addidit[g]. Presertim assumptionem beatissime[h] Dei genitricis Marie per octo dies celebrari instituit[i]. Rinecke[k]
castellum pro episcopatus munimine fecit reedificari[l]. Cum[m] imperatore[n] Italiam profectus, parva manu militum[o]
40 milia Romanorum apud Tusculanum[p] prostravit, cepit[q], fugavit. Ipse quoque absens contra honoris sui inimicos,
Ludewicum[r] lantgravium, Fridericum ducem Suevie[s], Conradum[t] palatinum, Coloniensem episcopatum demoliri
cupientes, tantam multitudinem[u] virorum fortium et nobilium convenire precepit[v] in campis[w] Andernaci, quantam[x] ex
Teutonicis convenisse[y] nostra memoria[z] nunquam percepit. Unde prefati territi tyranni[a], retro[b] unde venerant
abierunt. Et cum iam octo annis[c] presul[d] laudabiliter militasset, in vigilia assumptionis sancte Marie valida febre correp- 1167.
tus prope Romam obiit. Cuius carnes[e] et viscera ibidem sepulta[f], ossa vero in domo sancti Petri[g] recondita sunt.* Aug. 14.

Quadragesimus tertius Philippus, ecclesie[h] sancti Petri decanus et imperii cancellarius, vir 1167.
pulcherrimus et fortis atque supra modum liberalis. Iste[i] adhuc** decanus existens[k] castrum
in Rineck[k], ut supra dictum est, ex precepto[l] episcopi Reinoldi manu valida reedificavit
et prefatos tyrannos[m] fugavit. Factus vero[n] archiepiscopus in[o] manu forti Saxoniam intra-
vit et Allesleve[p. 1] obsedit; tota[q] terra ducis[r] Heinrici depopulata, cum triumpho rediit.
Ducatum Westfalie[s] adiecit ducatui Coloniensi. Emit preterea[t] Sancto Petro plurima castra.
Qui cum[u] Heinrico, filio Friderici[v] imperatoris, quem Aquis[w] unxit in regem, profectus in
Apuliam,*** obiit apud[o] Neapolim. Cuius ossa[x] relata sunt et honorabilius ceteris episcopis[w] iuxta Ann. max. 1191.
episcopum Reinoldum[y] in domo[z] beati[a] Petri recondita[b]. Sedit† annis 20[c. 2] sub Friderico et
Heinrico imperatoribus[d].

Quadragesimus quartus[e] Bruno, maioris ecclesie prepositus. Hic, electione[f] canonica 1191.
facta in Lutharium[g] Bunnensem prepositum minis nobilium cassata, episcopus[h] est factus,
sicut superius dictum[i] est de Friderico, cuius frater extitit secundum carnem. Iste debilis
et senex renuntiavit episcopatum[k], cum sedisset sub Heinrico imperatore annis 3.[3,]††

Quadragesimus quintus Adolphus, maioris ecclesie prepositus, successit[l]. Iste[m], Hein- 1193.
rico imperatore mortuo, Ottonem comitem Pictavie, Heinrici quondam ducis Saxonie filium, de Pictavia[n] evo- Ann. max 1198
catum[o], paucis sibi[l] faventibus episcopis vel principibus, Colonie in regem elegit et Aquisgrani[p]
consecravit, ceteris principibus Philippum, fratrem imperatoris, in regem eligentibus. Hinc per totum regnum Ann. max. 1205
graves et multiplices werre[q] inter eos oriuntur, terra incendiis et rapinis, et[l] maxime Coloniensis
archiepiscopatus devastatur[r]. Tandem Adolphus Coloniensis archiepiscopus necessitate†††
conpulsus et[l], ut quidam ferunt[s], pecunia corruptus, Ottonem deseruit et ad Philippum se
transtulit, et inconsulto papa contra iusticiam Aquisgrani in regem consecravit. Unde ipse
ab[t] Innocentio papa excommunicatur[u] et per Sifridum[v] Maguntinensem[w] archiepiscopum[x] et[y] Cameracen- ibid.

*) 4 *add.:* Item iste Reynoldus archiepiscopus nacione fuit de Heinsberg; 4** *add.:* anno Domini 1165. Iste[4] genere fuit de Heinisberg.

**) 1* *add.:* Huius potentiam imperator Fridericus pertimescens et invidens, propter hoc archiepiscopus portas novas claussuras (?) et novum vallum ampliavit. Tertio anno apud Maguinciam imperatoris gratiam intervenientia primum (*l.* principum) obtinuit; *cf. Caesarium.*

***) 1* *add.:* cum totam Apuliam Romano imperio subiugasset; *cf. Caesarium.*

†) 4** *add.:* Hic sedit annis 20, sepultus anno 1191.

††) 4** *add.:* anno 1193; 4 *add.:* a. D. 1193. Iste[5] fuit de Altena; 1* *corr.:* anno vix uno.

†††) 1* *add.:* timore ne mala patri illata in Col. ecclesiam vindicaret. *Ex Caesario*

a) eciam *add.* 4. b) Colonie 4. 4*. c) ecclesia 3. d) ephiph. 2; ep. fest. *des.* 4. e) Marcus 4*. f) *superscr. m. sec.* 2. g) addit 2. h) beate M. virg. 4. 4*. i) ordinavit 4**. k) Rinnecke 2; Rinechin 3; Rinegge 4; Remegge 4*; funeste 4**. l) *sic* 3; aedificavit 4**; *reliqui* reedificavit. m) Hic eciam cum 4. n) imperatoria potestate 4**. o) *deest* 2. p) Tusculum 4. 4**; Tuscullum 4*. q) et *add.* 4. r) Lodow. 4; Lodewicom 4*. s) Swevie 3; Sueriae 4*. t) Cunradum 1; Corradum 4*. — palentinum 2; Pallatinum 4*. u) *deest* 1. v) *deest* 4. w) opidi *add.* 4. x) quanta 4. y) convenire 3. z) memoratio 4*. 4**. a) tir. territi 4. b) retro — abierunt *des.* 4; retro coacti abierunt 4**. c) *add. m. sec.* 2. d) idem presul 4. e) caro 4. f) sunt *add.* 4. g) Colonie *add.* 4. h) *deest* 2. i) Isse 4*. k) Rinecke 2; Rineghe 3; Rinegge 4; Rinege 4*. l) mandato 3. — archiep. 4. m) tirannos Lodowicum lantgravium, Fredericum ducem Swevie et Conradum et eorum exercitum 4. n) Hic Philippus fact. arch. 4. o) *deest* 4. p) allesione 2, Alles..ue *man. sec.* q) tota 3; et tota 4. r) *deest* 4; duces 4*. s) Westvalie 2; Wistf. 4; Westphaliae 4*. — adiciit 4*. t) item emit 4. u) Preterea ipse archiep. cum 4. v) *deest* 4*. w) *superscr. m. sec.* 2. x) Coloniam *add.* 4. 4*. y) archiepiscopum Reynoldum 4. z) ecclesia 3. a) sancti 2. 4. b) sunt. Hic archiep. *add.* 4. c) 24. 1*; *cf. Caesarium.* d) sub Frid. imp. a. D. M°CXVI° 4. e) archiep. Col. *add.* 4. f) can. elleccione f. 4; el. f. canonice 3. g) Lucharium 4; Loth. 4*. h) archiep. 4. i) est dictum 4*. k) episcopatui 4. l) *deest* 4. m) Adolfus archiep. *add.* 4. n) de Pict. *des.* 4. 4*. 4**. o) evocavit 2. p) expugnata *add.* 1*; *cf. Caesarium.* q) guerre 2; gwerre 3. 4; guerrae 4*. — inter eos *des.* 2. 4. 4*. r) devastantur 1. s) fecerunt 4; ferunt quidam 2. t) a 4. u) excommunicatus 4*; exc. est 4. v) Sigefridum 4. w) Magontiensem 1; Maguntinum 2; Moguntinensem 3; Moguntinentem 4*. x) episcopum 2. y) episcopum *add.* 2. 4.

1) Haldensleben oppidum; anno 1179. obsessum. V. Prutz, 'Kaiser Friedrich' III, p. 71. 2) 1167–1191. 3) 1191–1193. V. supra p. 346 n. 2. 4) scilicet Philippus. 5) scilicet Adolfus.

Ann. max. 1205. sem[a], a domno[b] papa delegatos iudices, in ecclesia sancti Petri Colonie coram Ottone rege et universo clero et populo de dignitate pontificali deponitur et ut alius eligatur[c], indicitur[d].*. In episcopatu sedit annis 12[e].

1205 ibid. Quadragesimus sextus Bruno, Bunnensis prepositus, successit[f]. Quo[g] ordinato, Philippus rex offensus Coloniensibus[h] cum exercitu Coloniam venit et eam obsedit. Sed cum nichil proficeret, Nusiam[i] profectus, eam in deditionem[k] accepit[l] et[m] Adolpho archiepiscopo[n] tradidit. Iterum[o] anno sequenti Philippus rex episcopatum Coloniensem devastare[p] cepit[q]; cui Bruno archiepiscopus cum Ottone rege occurrere statuens, iuxta Wassinberch[r] congressi sunt. Ibique victoria Philippo cedente[s] et Ottone fugato, Bruno archiepiscopus
ibid. 1207. capitur vinculisque mancipatus per annum in custodia detinetur. Quem tamen postea[t] idem Philippus ad gratiam pape[u] Romam transmisit cum duobus cardinalibus, quos idem papa in Alemanniam[v] ad eundem Philippum
ibid. 1208. ad pacem confirmandam inter ipsum[w] et Ottonem regem miserat. Postea[x] occiso[y] Philippo rege, idem Bruno cum litteris pape ad sedem propriam revertitur[z] et ab omnibus cum honore susceptus, in brevi defungitur et[a] in domo sancti Petri cum planctu omnium sepelitur.** Sedit annis tribus.

1208. Quadragesimus septimus Tidericus[b], Sanctorum Apostolorum prepositus, successit[c].*** Hic in[d] initio ordinationis sue[e] bonus et utilis[f] terre fuit[g], postremo[h] contra clerum agens, invisus[i] et odibilis[k] cunctis efficitur. Denique imperatore[l] Ottone excommunicato ab apo-
Ann. max. 1212. stolico, idem Tidericus, eo quod illi[m] faveret, infamatus, a Sifrido legato similiter excommunicatur. Sed cum parvipenderet et[n] in cena Domini divina[o] celebrasset[p] et crisma confecisset[q], ab eodem[r]
cf. ib 1215. secundum[s] preceptum apostolici[t] officio et[u] beneficio destituitur. Qui Romam ad satisfactionem progressus, cum iam per triennium ibidem exulasset nec aliquid in causa sua[v] profecisset, priores Colonienses ad electionem alterius convenire[w] precipiuntur.† — Sedit[x] annis[y] 5.††

1216. Quadragesimus octavus Engilbertus, maioris ecclesie prepositus, successit[a]. Qui dum episcopatum[b] undique confusum[c] et deterioratum conperit, audatia quasi leonis assumpta, que tali periculo erat pernecessaria, pacem et equitatem restituens[d], tyrannos quosque et malefactores[e] a rapinis[f] et malicia[g] cessare coegit, singula provide disposuit, pacata et meliorata cuncta strennue gubernavit[h]. Debita[i] antecessorum suorum[k] facta[l] per totum archiepiscopatum[m] collecta usque ad 27[n] milia marcarum persolvit[o].

CONTINUATIO.

Ex codd. 1. 2. 3.

Denique[p] Fridericus rex pro imperiali consecratione Romam proficiscens, procurationem totius regni Theutonie[q] illi commisit, filium[r] eciam suum Heinricum nomine adhuc puerum illi commendavit. Quem tamen absente patre, convocatis principibus, Aquisgrani in regem consecravit. Hic[s] eciam negocia regni sibi commissa prudenter disponens ac moderans, sapiencia sua et industria plus quam bello omnia sibi subiugavit, pacem firmissimam per regna stabilivit[1]. Cumque ei omnia in prosperum[t] successissent et ad voluntatem suam

*) 4 *add.:* Hic archiepiscopus sedit in episcopatu annis 12, a. D. 1205. Iste[2] fuit nacione de Seyna; 4** *add.:* Sedit in episcopatu annis 12, desinit anno 1205. Iste fuit de Seyna.

) 4 *add.:* Hic Bruno archiepiscopus sedit annis tribus, a. D. 1208. Iste[3] fuit nacione de Hengebach; 4 *add.:* Hic sedit annis 3. Iste fuit de Hengebach.

***) 4 *add.:* nacione de Monte[4]. Hic fuit archiepiscopus ex inicio ....

†) 4** *add.:* Iste fuit de Monte.

††) 4 *add.:* a. D. 1215.

a) Carmer. 4*. b) dominico 4*. c) elegatur 2. d) *deest* 3. e) x 1, *sed corr.* f) *deest* 4. g) Isto Brunone ordinato in episcopum 4. h) a Col. 4**. i) Nusiam *corr. man. sec.* Nussiam 2; *et ita* 4; Nuxiam 3; Misiam 4*. k) indictionem 4*. l) suscepit 2; sedit 3. m) et — trad. *des.* 4. n) deposito *man. sec. add.* 2; Adolphus post postposito tr. 4*; praeposito 4**. o) Item seq. Ph. 4. p) vastare 2. q) *deest* 3. r) Wassinberg 2. 3; Waissenburg 4; Wassemberch 4*. s) victore Philippo 4**. t) *deest* 2. u) papa 4*. v) Alim. 3; Almania 4; Almanniam 4*. w) episcopum 4*. x) vero *add.* 4. y) Ph. rege occ. 3; occ. r. Ph. 4. z) revertuntur 4. a) *deest* 4*. b) Thiodericus 2; Theoder. 3. 4*; Theodricus 4. c) *deest* 4. d) *deest* 2. 3. e) *deest* 3. f) uilis 2, *sed corr. man. sec.* g) *deest* 4*. h) postmodum 4**. i) invidus 2; inv. et *des.* 3. k) odiosus 2; cunctis odibilis 3; ordibilis 4*. l) Ottone imp. 3. 4. m) Ottoni 4. n) *deest* 4*. o) divini 4*. p) celebraret 2; celebrare 3. q) conficeret 2. r) Sifrido legato *add.* 4. s) per 2. t) apostolicum 2. 4. 4*. u) vel 3. v) *deest* 2. w) provenire 4. x) *hinc alia manu item saec. XIII. in. pergit* 1; Hic sedit 4. y) *manu sec. superscr.* 2. a) *deest* 4. b) *deest* 3. c) scissum 4**. d) restituens et malefactores restringens singula 4**. e) cunctosque malefactores 3. f) rap. et *des.* 4; a rap. *des.* 4*. g) maliciis 2. h) pacata — gubernavit *des.* 4**. i) et *add.* 4. k) *deest* 2. l) facta — collecta *des.* 4**. m) episcopatum 1. 4*. n) viginti sex 4. 4**. o) *hucusque consentiunt codd. omnes. Quae sequuntur in cod.* 4** *de Engelberto et Heinrico archiepiscopis, ex auctariis codd.* 4 *et* 4* *breviter excerpta sunt.* p) *hinc al. man.* 1. q) Theuthonie 2. r) et s. f. Henr. 3. s) Set etiam 3. t) in pr. omnia 2.

1) Ista ex Caesarii Vita S. Engelberti I, 5. videntur fluxisse, sed pauca ad verbum consentiunt. 2) scilicet Bruno. 3) scilicet Theodericus. 4) Hoc spectat ad Engelbertum.

omnia provide et discrete ordinaret et disponeret, a Friderico comite de Ysenberch[a], cognato
suo, per insidias crudelissime occiditur et in ecclesia maiori[b] honorificentissime sepelitur. 1225.
Sedit in episcopatu annis 10[1] sub Friderico imperatore secundo[c] et Heinrico, filio eius.

Quadragesimus nonus Heinricus, Bunnensis prepositus, successit.

AUCTARIUM

cod. 1.

Iste[d] fuit severus iudex et vindex super nece predecessoris sui. Nam Fredericum comitem a Balduino milite[2] spe premii captivatum pro duobus milibus marcarum emit et digno supplicio interemit. Animosus fuit et in rebus bellicis audax contra tyrannos, set tamen infortunatus.

Epitaphium domni Heinrici archiepiscopi.

Presulis Henrici, per quem rabies inimici
Occidit orrifici, qui morte caput Frederici
Obruit ultrici, late preconia dici
Nec latebris subici letentur pacis amici.

Sedit in episcopatu annis 13[3] sub Frederico II. et eius filio Heinrico VII. In domo sancti Petri sepultus est[e].

AUCTARIUM

cod. 2.

Hic predictum Engilbertum honestissime vindicavit; predictum enim latronem comitem Fridericum, licet uxor sua[4] fuisset filia ducis Limburgensis[5], tunc comitis eciam de Monte, ante portam sancti Severini civitatis Coloniensis rota fractum in rotam[e*] in monticulo quodam fecit superponi, et castrum suum Ysinberg funditus destruxit, et potenciores quosdam civium Coloniensium propter eorum temerariam[f] insolenciam, dictos nomine et non re Sapientes[g], eorum destructis[h] domibus, exilio relegavit[6].

Quinquagesimus Conradus de Hostaden, vir furiosus et bellicosus. Castrum Tuiciense 1238.
ecclesie Coloniensi inter omnes municiones utilissimum, mediante matrimonio sororis[i]
sue[7] cum comite de Monte[8], accepta pecunia a civibus Coloniensibus, destruxit et destrui
permisit[9]. Hic primus contra vassallum, comitem scilicet Iuliacensem[10], apud Leggenich[11] 1242.
pugnavit[k], ubi captus cum pluribus fuit. Hic etiam cum quibusdam archiepiscopis et episcopis Fridericum imperatorem Romanorum, pacem tocius orbis invadens, auxilio apostolici[l] destruxit et se ipsum et omnes suos successores in perpetuam servitutem redegit, pacem mundo ademit et bella perpetua in toto orbe terrarum seminavit. Hic plura theolonia iniusta et pedagia in aquis et in terris ubicunque posuit.

Quinquagesimus primus Syfridus[m] [12].

Iste Conradus obiit Colonie et sepultus in ecclesia sancti Petri. 1261.

Quinquagesimus primus Engelbertus de Walkenburg, vir nobilis et castus, qui inicio
episcopatus sui fuit probus et strennuus. Cui invidentes Colonienses, manus sacrilegas in
eum iniecerunt et eum in palacio suo Colonie[n] ceperunt et captivum duxerunt et tenuerunt[13]. 1263.
Contra quem insurrexit comes Iuliacensis[14] et pugnavit secum apud Tulpetum, et ibi epi- 1267.

a) Ysinberg 2; Isinberg 3. b) maiore 2. c) *deest* 2. d) *alia man. pergit* 1. e) *sequuntur alia manu adiectae Vitae Engelberti et Henrici archiepiscoporum ex Caes. Heist. descriptae, necnon fragm. de Henrico arch. quod infra invenies.* e*) *lege:* columnam. f) temeriam *c., sed corr.* g) de wisen *add. m. sec. in marg. c.* h) destruxtis *c.* i) soris *c., sed corr. man. rec.* k) *superscr. m. sec. c.* l) apli *c., sed corr. m. sec.* m) *sic codicis manus prima, quae hoc loco finem facit. Sequentia m. sec. adiecta sunt.* n) Colon. (Coloniensi?) *c.*

1) Non per integros decem annos: 1216, Febr. 25—1225, Nov. 7. 2) Balduino de Genep; v. supra p. 347. 3) Per annos 12 et menses 4: 1225, Nov. 15—1238, Mart. 26. 4) Sophia. 5) Walrami. 6) V. supra p. 347. 7) Margarethae. 8) Adolfo. 9) Destructum est Tuitium sub finem anni 1242, pluribus annis postquam matrimonium Adolfum inter et Margaretham iunctum est. Cf. 'Archiv für d. Gesch. d. Niederrheins' VII, p. 211. 217. 10) Wilhelmum. 11) De isto praelio v. 'Chroniken der Stadt Coeln' I, p. XXXIX. 12) Engelbertum II. chronista omisit, sed emendavit continuator. 13) V. 'Chroniken der Stadt Coeln' I, p. 228. 14) Wilhelmus.

scopum cepit predictum et eum captivum detinuit tribus annis et dimidio[1]. Hic sedit
1274. annis 13, et in Bunna moriebatur et ibi tumulatur.

Quinquagesimus secundus Sifridus de Westerburg, prepositus Maguntinus. Hic fuit vir bellicosus et strennuus, qui debellavit castrum in Wurrinc[2] comitis Iuliacensis et aliud ibidem reedificavit. Postea obsedit Iuliacum et cepit. Item Tulpeti[3] edificavit castrum magnum et forte. Item obsedit castrum in Carpena[4] et cepit et funditus evertit. Contra quem insurrexit dux Brabantie[5] cum adiutorio et auxilio Coloniensium et obsedit castrum in Wurinc et cepit[a], quod predictus episcopus edificaverat in propria area beati Petri; et ibi
1288. conflictus factus est magnus, et ibi captus est episcopus et fratres sui et multi adiutores sui. Ibi ceciderunt isti nobiles[b], de Luzzellenburg videlicet comes[6] et frater suus Walramus, et alii multi bene circa mille viros. Et deinceps nunquam usque ad finem vite sue ei prospere successit. Hic sedit annis 22, et mortuus est in Bunna anno Domini 1296, 7. Ydus Maii[7], et ibidem sepultus est honorifice, et bene honorifice, quia honorabiliores exequias habuit, quam aliquis antecessorum suorum unquam habuerit[c].

AUCTARIUM

cod. 3.

Qui fuit nationis de Mulinarkin. Sedit annis 9[8]. Qui saltem tam sua pecunia quam amicis suis et dominis terre iuvantibus predictum Fridericum, interfectorem sui predecessoris, extra portam sancti Severini iusta sententia iussit poni super rotam ad spectaculum omnibus transeuntibus[9].

1238. Quinquagesimus primus[d] successit Conradus, frater comitis de Hostadin[10], prepositus Sancte Marie de Gradibus[11], vir probus et honestus, qui comparavit Beato Petro multa predia et comeciam de Hostadin suo episcopatui reliquit[12]. Sedit annis 23 et dimidio.

1261. Quinquagesimus secundus[d] successit Engilbertus de Valkinburg, prepositus maioris ecclesie Coloniensis[e].

AUCTARIUM

codd. 4. 4.*

Cumque idem episcopus, cui regnum commissum fuerat et rex Heinricus, filius imperatoris Friderici, quem omnes principes Theutonice[f] terre[g] et Francie timuerunt, in multis
Ann. max. 1225. laudabiliter laborasset, a Friderico[h] comite de Ysenberg[i], suo consanguineo, occiditur in Westfalia. Siquidem iam dictus comes regalem ecclesiam in Essende, cuius idem[k] advocatus erat, violenta[l] oppressione lacerabat, homines dicte[m] sancte[n] ecclesie durissimis angariis affligendo. Quem cum ab hac iniuria prohiberet[o] archiepiscopus, qui tunc Theutonici[p] regni tutelam gerebat, comes[q] non[r] ferens frenum tyrannidis sue, captivare ipsum[s] archiepiscopum machinatur[t, 13], ad hoc eciam, ut dicitur, a multis nobilibus, quorum superbiam fortissimus presul[u] contriverat, animatus. Denique dominum archiepiscopum revertentem versus[v] Coloniam a Sosacia oppido Westfalie comitatur ille infelix grassator[w],

a) et cepit *superscr. ead. m. c.* b) noles *c.* c) *sequitur in cod. narratio de institutione solemnitatis omnium animarum:* Quod in die omnium sanctorum omnes sancti *etc. manu non multum diversa. In fine paginae manus alia saec. XIV. scripsit:* 53. Wicboldus de Westfalia. d) *sic c.* e) *post quorundam versuum spatium in pag. seq. eadem manu adiecta est series imperatorum inde a Karolo Magno usque ad Fridericum II.* f) Teutonicae 4*. g) et terre 4. h) Fred. 4 *semper.* i) Ysinberg 4*. k) ipse comes 4. l) lenta occasione l. 4. m) *deest* 4*. n) sancta 4*. o) prohibet episcopus 4*. p) Theuthonici 4. q) predictus com. 4. r) nunc 4*. s) captivare episcopum 4*. t) machinabatur 4. u) ipse archiep. 4. v) usque 4. w) comes Fred. *add.* 4.

1) V. Chroniken l. l. p. 232. 2) Worringen prope Coloniam. 3) Zuelpich. 4) Kerpen. 5) Iohannes. 6) Heinricus IV, Heinrici VII. imperatoris pater. 7) Rectius 1296, 7. Idus Aprilis = 1297, Apr. 7. Incipiebat enim annus in dioecesi Coloniensi exeunte saeculo XIII. in vigilia paschae. V. Ennen, 'Quellen zur Gesch. der Stadt Coeln III, Vorrede'. De anno et die cf. 'Chroniken der Stadt Coeln' I, p. xxx. 8) Per annos 12 et menses 4. 9) Similiter Catalogus Caesarii, supra p. 347. 10) Lotharii. 11) Circa annum 1234. gravis contentio fuit de praepositura maiori inter Conradum, praepositum S. Mariae ad Gradus, et alium quendam Conradum, qui est iudicio papali confirmatus. Quaestio est, uter fuerit Conradus de Hostade. Hegel (Chron. d. Stadt Coeln I, 443) Conradum de Hostade praepositum S. Mariae fuisse dicit, quia etiam post annum 1238, quo ille archiepiscopatum adeptus est, Conradus quidam maiori praepositura fungebatur. Non obstat autem, quin istum tertium quendam Conradum fuisse existimemus, illum fortasse Conradum de Bure, qui anno 1237 (Würdtwein, Nova Subs. dipl. IX, 14) praepositi maioris vices gerit. Itaque cum ex chartis anni 1236. et 1237 (Lacomblet, 'Urkundenb.' II, p. 108. IV, p. 799) appareat, illo tempore Conradum de Hostade praeposituram maiorem tenuisse, equidem victorem eum ex illa lite processisse persuasum habeo. 12) V. Annal. S. Pantal. SS. XXII, p. 541. 13) *Mortem archiepiscopi machinatur.* Annal. max.

habens secum 25 scutarios[a] ad tantum scelus expeditos, nil tale suspicantem, quia huiusmodi suspicionem et ingenita audacia et naturale foedus consanguinitatis ab ipso removebat, licet ante paucos dies per quasdam[b] literas sibi transmissas fuerit premunitus[c]. Iamque arrepto[d] loco et tempore opportuno, non longe a villa que[e] Swelme nominatur presulem cruentus invadit, affectum 38 vulneribus dimisit. Hoc facto, recepit se comes in castrum Ysenberg[f]. Iacet[g] nobile corpus desertum ab omnibus; nam tota familia conterrita[h] tam inopinato scelere aufugerat, excepto parvo[i] servulo, qui solus cadaver domini custodivit. Nocte[k] adveniente duo[l] indigene[m] in biga corpus deferunt reponendo in ecclesia Swelme, quam ipse[n] in sequenti dominica erat consecraturus, si supervixisset[o]; quam ob rem in ea die qua[p] occisus est confessionem suam de peccatis suis fecerat. Postea vero die ducitur ad Veterem Montem in claustrum[1], ubi a fratribus loci corpus cum ingenti luctu receptum, aromatibus conditum et luctuosis vigiliis addita psalmorum melodia est custoditum. Ubi quidam fratrum angelicas voces se audisse testatur[q]. Quidam etiam frater eadem hora[r] in sompnis sibi apparentem vidit et dicentem, se pro iusticia triumphalem martirii[s] lauream meruisse. Intestina eius ibidem subterrata sunt[t]. In[u] vigilia Martini[v] preciosum corpus Coloniam adducitur, ubi cum inenarrabili[w] fletu et ululatu a clero et populo est receptum et[x] in ecclesia beati Petri depositum[y], ubi multis claruit miraculis. Ann max. 1225

Hic[z] sedit annis 10 in episcopatu, passus anno Domini 1226, mense primo[2], die septimo. Hic episcopus nacione fuit de Monte. 1225. Nov. 7.

Quadragesimus nonus Henricus, prepositus Bunnensis[a], nacione de Mulinarchin[b], preficitur sedi viduate, sub Friderico imperatore et Henrico[c], filio eius. Ann max. 1225. Qui statim post electionem[d] in vindictam necis sui piissimi predecessoris coram prioribus prestitit iusiurandum. Nec longa mora intervenit, cum illud detestabile receptaculum sicariorum et latibulum latronum[3] castrum Ysenberg[e] obsessum et in deditionem acceptum est et solo aequatum. Hoc[f] idem accidit de alio castro perfidissimi comitis, quod dicitur Novus-Pons[g]. In[h] natali Domini sequenti[i] Cunradus[k] Portuensis episcopus et Sancte Ruffine[l] cardinalis et apostolice sedis legatus advenit Coloniam, qui terribili anathemate Fridericum predictum comitem et suos complices prophanavit. ibid. 1226 Ipso anno Henricus Coloniensis electus Colonie in archiepiscopum a Treverensi archiepiscopo[m] 12. Kal. Octobris in vigilia[n] Mathei apostoli consecratur, presentibus omnibus suffraganeis suis et[o] Iacobo Acconensi[p] et Hermanno[q] Heistlandensi[r, 4] episcopis et quibusdam[s] abbatibus vicinis, in tanta solempnitate, qualis ante raro[t] vel numquam visa fuit[u], quia nusquam legitur[v] illic aliquando tot episcopos[v*] ad ordinationem Coloniensis archiepiscopi alicuius convenisse.

Cod. 4.

Iste Henricus sedit in episcopatu annis 22[w].

Preterea predictus Henricus[5] archiepiscopus ad colloquium regis Almanie ascendens Wrankenworth, corpus gloriosi martiris domini Engilberti predecessoris sui ipsi Henrico regi et principibus ibidem congregatis presentavit una cum insigniis mortis eius, id est camisia, wambasio et pilleo ipsius martiris, et ipse rex proscripcionem tunc Friderici predicti comitis in curia regia[z] Nurinberg sentencia principum solempniter factam ibidem renovavit, abiudicatis ipsi Frederico tam allodiis quam feodis, et absolutis ministerialibus a iuramento ipsi Frederico facto; et insuper in persona predicti domini archiepiscopi electi denunceiatum est, ut, quicumque predictum Fridericum captum ei exhiberet, mille marcas Colonienses[c] ab eo reciperet. Preterea cum Theodericus Monasteriensis[d] et Engelbertus Osniburgensis electus, germani fratres predicti Frederici comitis, essent infamati de morte predicti sancti Engelberti Coloniensis archipresulis, et propter hoc, cum legitime excusare non possent se, in concilio Leodiensi essent suspensi, profecti sunt Romam, et ipse Fredericus comes cum eis sub spe gracie consequende. Cumque aliquanto tempore predictus Theodericus episcopus et Engelbertus, frater eius, in episcopum electus in curia stetissent nec proficerent, eo quod se sufficienter excusare non possent, ambo depositi sunt, et non multo post ipse Theodericus mortuus est et in locis peregrinis sepultus est. Cumque miser Fredericus comes Rome non inveniret misericordiam sibi placentem, digressus ab urbe Roma, personam suam dissimulando quantum potuit,

Cod. 4*.

Sedit annis 12. Item eodem anno Fridericus comes, impii auctor homicidii, per totum annum profugus et occultatus, a quodam milite nomine Balduino[x] de Ginnef in episcopatu Leodiensi capitur, et pro duobus milibus marcarum et centum marcis venumdatus Coloniensi archiepiscopo assignatur. Ann. max. 1226. Qui insequente die a festo sancti Martini anno sequenti[y], qua corpus lacerum gloriosi archiepiscopi Colonie receptum est, quam idem episcopus adhuc vivens pro forma compositionis[a] agenda ipsi prefixerat, Colonie presentatus est et die tertia, facta septies in ultima nocte confessione, et totidem ultra modum per baculum[b] pro peccatis suis percusso eo a quodam priore ordinis Predicatorum, quem hoc ipse comes dictus rogabat, dum faceret coram eo confessionem in carcere, et proditis complicibus huius facti, extra muros civitatis confractis cruribus et brachiis elevatus et subtractus super pyramidem cum funibus in rota positus. Cf. V. S. Eng II, 17.

a) scutacios 4. b) quosdam litt. 4*. c) premonitos 4*. d) apto 4. e) qua 4*. f) Ysemberch 4*. g) et nob. corp. archiepiscopi iacuit des. 4. h) contrita 4. i) parvulo 4. k) Nocteque 4. l) *deest* 4. m) indigne 4. 4*. n) archiep. *add.* 4. o) si sup. *des.* 4*. p) qua occisus — die *des.* 4*. q) se testatus est audisse 4. r) ora 4*. s) *deest* 4*. t) sub terra cassunt 4. u) Preterea in 4. v) beati Martini 4. w) venerabili 4*. x) *deest* 4*. y) est *add.* 4. z) Hic — Monte *des.* 4*. a) Bunn. prep. 4. b) Mulennarchen 4. c) et il (H.?) filio 4*. d) suam *add.* 4. e) Isinberch 4*. f) Hic 4. g) Hovos-Pons 4*. h) Igitur in 4. i) sequente Domini 4*. k) Conr. 4*. l) Rufinae 4*. m) episcopo 4. n) beati *add.* 4. o) eciam *add.* 4. p) Ocenensi *codd.* q) Hermano 4*. r) Heiscladensi 4. s) aliquibus 4. t) rara 4*. u) fuit visa 4. v) *deest* 4. v*) episcopis 4. w) *sic* 4. x) Bauzim 4*. y) *sic* 4*; Qui in festo M. seq. scilicet d. a. s. *Ann. max.* z) regis 4. a) compassionis 4*. b) baculo 4*. c) Coloniensium 4. d) Monaffiensis 4.

1) *ad cenobium Bergense* (Altenberg) Annal. max. 2) Rectius undecimo. 3) *Latibulum predonum* appellatur in Annalibus maximis a. 1225. castrum Thurun ad Mosellam situm. 4) Esthland. Annales maximi habent *Lealensi*, est autem Leal oppidum Esthoniae ad Balticum mare situm. 5) Sequentia ex Caesarii V. Engelb. II, 13 sqq.

V. S. Eng c. 17. cum duobus famulis Leodium venit, ubi a quibusdam cognitus et quod ipse esset comes Fredericus proditus, a quodam milite Leodicensi nomine Hasdewino[1] fraudulenter satis captus est et predicto domino Henrico Coloniensi archiepiscopo pro[a] plus quam duobus milibus marcarum Coloniensium venditus, ac Deo disponente[b] eodem pene die anno revoluto, quo beatus martir Engilbertus archiepiscopus Coloniensis cum merore multorum civitati Coloniensi est illatus, ipse Fredericus comes cum desiderio multorum per portam oppositam captivus est invectus, et quarta die postea proxima in rota tormentaliter brachiis et cruribus in terra securi confractis est laniatus. Cui quidem Frederico congruere videtur, quod a Domino per Ezechielem ad regem
Ezech. 32, 3–6. Egipti dictum est: *Expandum*, inquit, *super te rethe meum, et extraham te in sagena mea, et proiciam te in terra, et super faciem agri abiciam te, et habitare super te faciam omnia volatilia agri, et colles implebo sanie tua, et irrigabo terram fetore sanguinis tui.* Universa hec impleta sunt in predicto Frederico. Captus est et venditus, extractus et vinculatus, in terram proiectus et securi confractus, sicque super rotham positus esca factus est volatilibus agri, colles quibus superpositus est implens[c] sanie sua et terram subtus rigans fetore sanguinis sui. Ceterum vero, licet mala et turpi morte perierit predictus Fredericus comes in corpore, speramus tamen eandem penam anime eius fuisse medicinam, eo quod bene contritus et diligenter atque frequenter tam privatim quam publice confessus se reum clamaverit et penam sibi illatam pacienter sustinuerit, eciam ad confringendum membra singula offerens; et cum in dorso eius fabricaret carnifex ille immisericors ictus quindecim per securim ei infligendo, non emisit vocem, ita ut omnes ammirarentur. Postea quoque usque ad matutinas durans in corpore, fertur orasse et circumstantibus ut pro eo orarent supplicasse.

Ann. max. 1228. Postea[d] convenientibus episcopis[e] et nobilibus terre et ministerialibus Sancti Petri, nobiles quidam, qui[f] pro huiusmodi interfectione suspecti habebantur, licet difficulter, coram[g] archiepiscopo et prioribus[h] Coloniensibus expurgacionem cum iuramento obtulerunt[i]. Ibique Otto comes de Ticklinburg[k] reus approbatus excommunicatur[l,*].

CONTINUATIO POSTREMA.

Ex codd. 4. 5. 5*.

1238. Quinquagesimus[m] Conradus, prepositus Sancte Marie ad Gradus[2], nacione de Hoestaden[n], qui[o] sedit in episcopatu 23 annis et sex mensibus, vir magnificus, qui ab[p] ecclesia Romana privilegium obtinuit, quod, quicunque ab archiepiscopo Coloniensi in regem Romanorum eligitur et ab eodem inungitur et consecratur Aquisgrani, talis esse debet[q] in possessione regni[r] Romanorum, donec ipse per iustam sentenciam deponatur. Iste Conradus[s], Frederico de Stove[t] imperatore et Conrado rege[u], filio eius, per[v] dominum Innocentium IV.
1246. papam[v] ab imperio et regno depositis, elegit in regem lantgravium Thuringie cognomento[w]
1247. Raspe[x]; quo defuncto, elegit alium, Wilhelmum[y] comitem Hollandie[z], et eum solempniter
1257. consecravit. Quo rege a Frisonibus[a] miserabiliter interfecto, idem presul elegit regem[q] tertium, Richardum comitem Cornubie, fratrem regis Anglie, virum pre omnibus pecuniosum. Item idem[b] presul comitatum de Hoistade[c,3] cum omnibus castris et terris sibi attinentibus, que[d] eidem iure hereditario competebant[d], Beato Petro Coloniensi tradidit et[e] comitatum de Wede[f,4] eidem ecclesie Coloniensi comparavit. Scabinos[g] Colonienses omnes propter multos excessus[h] quosdam[i] relegavit exilio, quosdam diu iuxta[k] se in captivitate
1261. Sept. 28. tenuit[5]. Cum burgensibus[l] tandem[m] in pace ecclesia reformata, 25.[6] consecrationis sue

*) *In cod.* 4* *sequitur:* Ipso quoque anno Fernandus comes Flandrie per duodecim annos Parisius (Patrius *cod.*) captus a rege Philippo Francie apud Tornacum et a filio eius Ludwico, post mortem amborum . . . . iuvene rege absolvitur et datis obsidibus et sufficienti cautione; qui postea advocatus factus et cui rex commissus est. *Cf. Ann. max.* 1227.

a) plus quam pro 4. b) a *add.* 4. c) impletus 4. d) *hinc codd. consentiunt.* e) episcopis et *des.* 4. f) qui *deest in utroque c.* g) predicto domino Henrico *add.* 4. h) primoribus 4. i) obtulerint 4. k) Leckimenburg 4. l) *sequitur in* 4 *contin. usque ad electionem Walrami arch. Col. producta.* m) Col. episc. succedit *add.* 4; quinquag. primus 5*. n) C. de Hohstaden (Hoesteden 5*) S. Marie virginis (virg. *deest* 5*) ad Gradus prep. 5. 5*. o) qui — mensibus *des.* 5. 5*. p) in 4. q) *deest* 4. r) regni Rom. *desunt* 5. s) archiep. *add.* 4. t) de Stove *des.* 5; Scone 4; Stone 5*. u) f. eius r. 4. v) ab Inn IV. 5; per Inn. IV. 5*. w) cognominatum 5; cognominato 5*. x) Ruspe 5. y) Wilhelmen 4. z) Holl. com. 5. a) Phris. 5. b) iste 5. c) Hohstaden 5. Hoesteden 5*. d) quod . . . competebat 4. 5. e) item *add.* 4. f) Weyde 4. g) Item presul sc. 4. h) eorum *add.* 4. i) *deest* 4. k) iuxta se *des.* 4; se *deest* 5. 5*. — civitate 5; captivitatem 5*. l) Limburgensibus 5; Lymb. 5*. m) *deest* 5. 5*.

1) *A Balduino milite Leodiensi.* Caesarius. 2) Rectius maioris ecclesiae praepositus. V. supra p. 354 n. 11. 3) V. supra p. 354. 4) Wied. 5) V. 'Chroniken der Stadt Coeln' I, p. 65. 209. 6) Corruptela irrepsisse videtur, quia chronista ipse alio loco Conradum 23 annos cum 6 mensibus sedentem facit.

anno[a] obdormivit[b] in Domino, et[b] sepultus est in novo opere maioris ecclesie[c] in[d] loco, ubi
presul eiusdem operis primum posuerat fundamentum[1].

Quinquagesimus primus[e] eligitur Engelbertus[f] de Valkenborch[g], maior prepositus, vir 1261.
utique pontificalis per omnia. Qui[h] una[i] die cum exercitu copioso ingrediens civitatem[k],
non bono usus consilio, scabinos, quos suus predecessor constituerat[l], destituit et quosdam
ex ipsis[m] captivavit[n, 2], omnes portas civitatis[o] hominibus munivit. de superiori et inferiori[p]
porta[q] duo firmissima[r] castra[3] facere[s] disposuit. Sed communitas populi senciens[t] ex hoc
servilem fieri civitatem, una die omnes portas recuperavit[4] et antiquos scabinos, quos Con-
radus[u] expulerat et captivaverat, revocavit. Qui scabini eundem[v] presulem postea in[w] 1262.
palacio suo presidentem iudicio[x] captivarunt[5]. Postea vero[y] ipse presul liberatus a capti-
vitate civium, cum Wilhelmo comite Iuliacensi, qui civitati adhesit in premissis, bellum cam-
pestre habuit[6]; in quo captus, per tres annos cum dimidio[z] vinculis condetentus[a] est[b]. Qui- 1267.
bus[c] exemptus, cum maxima potencia et solempnitate regem elegit et consecravit, videlicet
dominum Rodolphum[d] de Habsburg[e], qui dignissimus inter omnes imperiali corona regnum,
quod diu vacillaverat, magnifice incepit[f] reformare. Mortuus est autem[g] Engelbertus[h] con-
secrationis[i] sue anno 14, et sepultus[k] in ecclesia Bunnensi[l], quia diebus illis civitas Colo-
niensis per tres annos cum[m] dimidio fuit interdicta[7].

Post huius obitum[n] abbates, prepositi[o], decani, priores[8] convenientes in eadem ecclesia Bunnensi Ann. Agripp.
die ad eligendum[p] prefixa, dicebant se debere[q] electioni pontificis interesse. Sed soli canonici maioris ecclesie,
ceteris prioribus non admissis, omnes elegerunt postulando[r] Conradum[s] de Monte, prepositum Sancte Marie ad Gradus,
defectum etatis patientem. Solus autem Petrus de Vienna[t, 9], maioris ecclesie prepositus, elegit Sifridum[u] de
Westerburg[v], prepositum Moguntinensem[w].

Hiis[x] sic electis, dominus Gregorius[y] X. in concilio Lugdunensi[z] Conradum cassavit[a] 1275.
et ecclesie Coloniensi auctoritate apostolica providit de[b] Sifrido[u, 10], qui 20. consecracionis
sue agens[c] annum, plurimorum fortunam[d] prosperam et adversam est perpessus. Qui[e]
prope Worinch[f, 11] in conflictu, quem habuit cum Iohanne[g] duce Brabancie et Adolfo[h] comite 1288.
de Monte civibusque Coloniensibus, captus est a[i] comite de Monte Adolpho[k], qui subvehi
consuevit[l] in curru[12]. Et apud eundem[m] interfectus[n] est nobilis[o] vir dominus Henricus
comes de Luzlinburg[p] et alii quam[q] plures nobiles et barones. Hic[r] Adulphum comitem
de Nassowe[s] elegit in regem et consecravit[t] Aquisgrani.

Quinquagesimus tercius dominus Wicboldus[u] de Holte[v, 13] in[w] Westphalia*, decanus Co- 1297.
loniensis et prepositus Aquensis, concorditer electus[x] a capitulo in Nussia[y, 14] et a domino

) 5. 5. *add.*: a D. 1297. in principio Maii[15].

a) a. xxv. c. s. 5. b) *deest* 5*. c) Col. *add.* 5*; in ecclesiae maioris nova domo 5. d) eodem in 5. e) secundus 5*. f) Engilb. 4. g) Wailkenburg 4; Valkenbergh 5*. h) Quia 4. i) uno 5*. k) civit. ingr. 4. l) instituerat 5. m) illis 5. n) et *add.* 4. o) civitas 4. p) infer. et sup. 4. q) portu 5. r) fortissima 5. s) facere disp. *des.* 4. t) sentientes 5. u) dominus Conradus presul 4. v) eund. scab. 4. w) *deest* 4. x) indicem *codd.* y) vero ipse presul *des.* 5. 5*. z) et dimidium 4. a) detentus 5*. b) *deest* 4. 5*. c) a quibus 4. d) Rudolfum 4; comitem *add.* 5*. e) Haisburg 4; Hafebergh 5*. f) cepit 5. g) ipse presul *add.* 4. h) Engilb. 4. i) congregacionis 4. k) est *add.* 5*. l) Bonn. 5*. m) cum dim. *des.* 5; et dimidium 4. n) Item post huius presulis cibum 4. o) et *add.* 4. 5*. p) eligenda 4. q) se eleccionis interesse 4. r) *deest* 5 s) Conradum — patientem *des.* 4. t) Wienna 4. u) Sigfr 5; Siffr. 5*. v) Westenburg 4; Westerbergh 5*. w) Mag. 5*. x) duobus *add.* 4; Hoc sic electo 5. y) papa *add.* 5*. z) Lugdinensi 5*. a) cessavit ecclesie solum auct. 4. b) dicto *add.* 5. c) ann. agens 5. d) Nortmanni prospera et adversa 4. *Corruptus esse videtur iste locus.* e) Hic 5. f) Wernic 5; Qui presul prope villam dictam Woring 4. g) duce Br. Ioh. 5. h) *deest* 5; cum duce Br. de Monte, Iuliacensi et de Marcka comitibus 5*. i) predicto *add.* 4. k) Adulpho 5; *deest* 4. l) conswetur 4. m) presulem *add.* 4; Et ibidem 5. n) est int. 4. o) vir nob. 5*. p) Lucenburgh 5*; H. de Lucenburg comes 5. q) *deest* 4. r) presul *add.* 4. s) Nashouwe 4; Nassauwe 5*. t) eundem cons 4; cons. in regem 5. u) Wibboldus 5. v) Hinvlke 4. w) e Westph. 5; Westf. 4. x) a cap. el. 4. y) in Nussia *des.* 4.

1) Sepultus est Conradus in ecclesia maiori antiqua, postea in novam translatus. 2) V. 'Chroniken der Stadt Coeln' I, p. 85. 3) Bayenthurm et Riehlerthurm; ibid. p. 87. 4) ibid. p. 211. 5) ibid. p. 228. Cf. supra p. 353. 6) V. supra p. 353 sq. 7) Interdicta est civitas 1270, Aug. 23, absoluta 1275, Iun. 2; Lacomblet, 'Urkundenb.' II, p. 352. 393. 8) De prioribus, qui una cum capitulo maiori archiepiscopos eligere solebant, cf. Ficker, 'Engelbert der Heilige' p. 206. De electione anno 1274. habita fere eisdem verbis agunt Annales Agrippinenses (SS. XVI, p. 736) et Notae Colon. infra editae. Congruentia typis minoribus insignivimus. 9) Vianden 10) V. bullam Gregorii d. d. Lugduni 1275, Apr 3. apud Ennen, 'Quellen zur Gesch. der Stadt Coeln' III, p. 72. 11) Worringen prope Coloniam. 12) Lacomblet, 'Archiv' IV, p. 128. istum locum corruptum et sic legendum putat: *qui eum vehi curavit in curru.* (?) 13) Holten prope Duisburg. 14) Cf. Annal. Agripp. l. c. p. 737. 15) Ita Levoldi Chron. comitum de Marca ed. Tross p. 126.

Bonifacio[a] papa confirmatus[b] rexit ecclesiam Coloniensem 7 annis[c], et infra[d] guerram, quam
1304. cum Everhardo[e] comite de Marcka[f] habuit, Susati[1] mortuus est et sepultus ibidem.*
Mart. 28. 1305. Quinquagesimus quartus Henricus de Virneborch[g], prepositus Coloniensis.** Qui[h] comparavit ecclesie Coloniensi Hulkerode[i, 2] castrum[k] cum suis appendiciis terrarum[l] et prediorum et castrum Volmesteyne[m, 3], quod postea tamen[k] perdidit. Hic[n] imperatorem[o] Henricum de Luzzillinburg[p] elegit in regem et consecravit[q] Aquisgrani[r]. Hic[s] postquam rexit ecclesiam Coloniensem 25 annis[4], in pace defunctus est[t], et sepultus est Bunne[u] in capella, quam ipse fundavit et dotavit iuxta[v] ecclesiam beatorum[t] martirum Cassii et[w] sociorum eius[5].

ADDITAMENTUM

cod. 4.

Quinquagesimus quintus dominus Walramus, filius spectabilis viri Gerardi comitis Iuliacensis; cui dominus Iohannes XXII. papa de episcopatu providit infra dies [21[x]] post mortem predicti presulis Henrici, cum adhuc ipse dominus Walramus esset minor annis et thesaurarius ecclesie Coloniensis et prepositus ecclesie Leodiensis.

III.

CATALOGUS LEVOLDI DE NORTHOF.

CATALOGUS[y] ARCHIEPISCOPORUM COLONIENSIUM.

Quia[z] pauci sunt, credo, in terra Marcka[a], qui habeant[b] aliqua scripta de gestis et temporibus archiepiscoporum Coloniensium, qui fuerunt pro tempore, idcirco pro iis[c], qui libenter multa et diversa degustant[d] legendo, ea que de predictorum archiepiscoporum Coloniensium gestis et temporibus scripta inveni, duxi hic scribenda, eo tenore[e] quo[f] reperi, nichil addendo vel corrigendo[g] vel aliquid immutando.

Cat. III
Pontificum[h] gesta brevitate profatur honesta
Urbis Agrippine discreto[i] singula fine
Stringens[k] atque premens dumtaxat pagina presens.

*) 4 *add.:* Temporibus Wicboldi archiepiscopi Albertus dux Austrie iniit conflictum cum rege Adolfo, quem dominus Sifridus archiepiscopus elegerat et in regem consecraverat, et ipsum regem prostravit. Quem ducem Albertum dominus Wicboldus in regem elegit; qui rex a suo consangwineo interemptus est. Dominus Henricus de Wirinnburg archiepiscopus Coloniensis, Alberto rege interempto, dominum Henricum comitem de Luzzillinburg in regem elegit et Aquisgrani consecravit. Qui postea venit cum exercitu magno [Romam] ibique a domino papa[l] Clemente in cesarem consecratus [est]. Qui cesar per sacramentum altaris a quodam Iacobita intoxicatus obiit. Eo defuncto, idem dominus Henricus de Wirimberg Fredericum ducem Austrie in regem elegit et in Verona[6] inunxit, archiepiscopo Maguntinensi[7] et archiepiscopo Treverensi[8] Lodowicum ducem[m] Bavarie in regem eligentibus. [Qui] ab archiepiscopo Treverensi Aquisgrani inunctus, Colonie cum magno exercitu venit; cui consules fidem prestiterunt. Qui Lodewicus postea in conflictu regem Fridericum cum multitudine militum captivavit sine strage. Qui Fridericus in captivitate cum Lodewico pace et concordia inita se regem scripsit, et a pediculis comestus obiit. Lodowico vero feliciter regnante sub papa Iohanne XXII, ab ipso papa excommunicatus alium papam[9] Rome elegit, qui postea penitens ad sinum[n] matris ecclesie
Luc. 15, 21. venit ibique graciam quesivit, proponens coram papa Iohanne thema: *Pater, peccavi in celum et coram te. Iam non sum dignus vocari filius tuus.*

**) 5. 5*. *add.:* a. d. 1304. electus est in Colonia.

a) VIII. *add.* 4. b) consecratus 4. c) annis 7. 5. d) intra 5. e) Everardo 4. f) Marca 4. g) dominus H. de Wirninburg 4; Virnenburch 5*. h) *deest* 5. i) Hilkenrode 4; Hilkerade 5*. k) *deest* 4. l) terrarum — castrum *des.* 5*. m) voluerunt Steyne 4; et c. Volm. *des.* 5. n) Hic presul 4. o) Henricum imp. 4. p) Lucenburg 5; Lucenburgh 5*. q) sacravit 5. 5*. r) *deest* 5. 5*. s) presul *add.* 4; Qui post rexit 5*. t) *deest* 5. u) Bonne 5*. v) in ecclesia 5. 5*. w) et s. e. *des.* 5*. x) 21 *deest in c., nulla exstante lacuna. Supplevi numerum dierum ex Chron. praes. Col.* y) Cronica pontificum Col. 5*. z) Post hec quia 5*. a) Clivensi et Markensi 5*. b) habent 5*. c) hiis 5*. d) leg. deg. 5*. e) stilo 5*. f) ea *add.* 5*. g) vel corrig. *des.* 5*. h) *versus des.* 5*. i) decreto 5. k) *excidit versus tertius* 5. l) a. d. in c. p. Cl. *c.* m) dictum *c.* n) synum *c.*

1) Soest. 2) Huelchrath. Cf. diploma Heinrici ap. Lacomblet, 'Urkundenb.' III, p. 99. 3) Volmerstein castrum ad Ruram situm, quod anno 1324. per Iohannem regem Bohemiae et socios eius expugnatum est. V. 'Chroniken der Stadt Coeln' II, p. 33. 4) 1305—1332, Ian. 5. 5) Cf. 'Ann. des hist. Ver. f. d. Niederrhein' XX, p. 427. 6) Bonn. 7) Petro. 8) Balduino. 9) Nicolaum V.

Apud Agrippinam — — a. d. 128[a]. *Cat. III.*

Convenientibus autem Trevirensibus et Tongrensibus[a*] una cum Coloniensibus, orta est lis[b], ubi condendus[c] esset, divinoque monitu in navim positus, in locum qui Rodenkirchen appellatur contra currentem Rheni fluvium miraculose dirigitur, ibique a Trevirensibus susceptus, cum sanctis Euchario[d] et Valerio suis[e] sociis Treveri honorifice sepelitur. Qui Treverim est delatus iussu angelico. Deinde usque ad Effratam hereticum nullus Coloniensi ecclesie prefuisse invenitur, qui quidem[f] in catalogo pontificum Coloniensium non ponitur, quia heresim Arrianam fovebat, propter quam etiam in[g] concilio Agrippinensi anno Domini 346[g*] sub Iulio papa a pluribus Gallie et Germanie episcopis est depositus[1]. Cat. I.

Secundo ergo loco[e] sanctus Severinus substitutus reperitur[h] episcopus; a[i] Materno autem usque[e] ad sanctum Severinum computantur anni 300[2]. Quare autem idem episcopatus tanto temporis interstitio vacaverit[k], varie habentur coniecture: videlicet quod in paganismum gens fuerit[l] relapsa, aut si qui fuerint episcopi, ob persecutionis sevitiam latenter prefuerunt[m], vel[n] certe sicut beatus Maternus et successores eius[e] Treverensem sic et[e] Coloniensem ecclesiam regebant. De quibus opinionibus, quia nichil certi[o] invenitur, prudens lector advertat, quid reputet admittendum. Cat. I. et III.

Tertio loco successit beatus Evergislus[p] — — martyrizatus est. *Cat. III.*

Quarto loco successit Solatius. *ibid.*

Quinto loco Symoneus[q]. *ibid.*

Sexto[r] Remedius. *ibid.*

Septimo sanctus Kunibertus[s] — — Sigeberto. *ibid.*

Octavus fuit Bocaldus[t] sub Sigeberto. *ibid.*

Nonus Stephanus sub Theoderico rege Francorum primo. *ibid.*

Decimus Aldewicus[u] sub eodem. *ibid.*

Undecimus Giso sub Clodoveo[v] rege tertio et[w] Hildeberto secundo. *ibid.*

Duodecimus Anno sub Francorum rege Dagoberto II. Hic sepultus est apud Sanctum Severinum Colonie. *ibid.*

Tertius decimus Faramundus sub eodem *ibid*

Quartus decimus sanctus Agilolphus[x] — — miraculis. *ibid.*

Quintus decimus Reinfridus sub Theoderico II.[y] et Hilderico II. *ibid.*

Sextus decimus Hildegerus. Hic cum[z] — — dicitur[a] Viborch. *ibid.*

Septimus decimus Bertholinus[b] sub eodem Pippino sedit annis 10. *ibid.*

Octavus decimus Riculphus[c] sub[d] Carolo Magno sedit 22 annis[e]. *ibid.*

Nonus decimus Hildeboldus[f] — — in regem. *ibid.*

Vicesimus Hatabaldus[g] sub Lodowico, filio Caroli, sedit annis 22. *ibid.*

Vicesimus primus Guntherus sedit sub Lodowico, superioris Lodowici filio Hic Lodowicus imperator, filius — — monachum se fecit *ibid.*

Iste Lotharius, Lotharii filius, habuit — — valuit[h]. *ibid.*

Fertur autem divinum officium sibi[i] iterum usurpasse contumaciter, et propter hoc apud[k] Xanctis ab angelo[l] sacris vestibus exutus[m] ante altare occisus est. Cat. I. III

Vicesimus secundus Willibertus[n] sub Carolo[o] minore — — sepultus est. *ibid.*

Vicesimus tertius Hermannus — — et defunctus est in domo sancti Petri [tumulatus[p]]. *ibid.*

Vicesimus quartus Wifridus[q] sub Henrico I. sedit annis 24. *ibid*

Vicesimus quintus Bruno sub Ottone primo, ipsius fratre, sedit annis 12. Qui dilectus Deo et hominibus, fortis in bello, magnus in pontificibus quasi sol effulsit[r] in ecclesia Coloniensi, in conspectu regum et principum magnificatus. Nam imperatore, fratre suo, in Italia pro disponenda republica moram faciente, Gallie et Germanie tutelam et procurationem suscipiens, eandem prudenter et[s] strennue administravit[t], insurgentes hostes reprimens, discordes[u] pacificans, paci potissimum[v] subditorum invigilans ac saluti. Huius[w] archiepiscopi prudentiam et gesta preclara, que[x] fecerit et quantum domus Dei decorem[y] et sanctorum venerationem in[z] monasteriorum quorundam amplificatione et reparatione dilexerit, licet scripta exinde confecta et existentia non panderent, nichilominus vasalli et ministeriales ecclesie Coloniensis, temporali iurisdictione per eum abiecta[z*], ea[a] passim memorantes a generatione in generationem, non tacebunt[b]. Cat. III. Cf Vit. Brun. c. 13. Hic corpora reliquiarum sanctorum studiose ubicumque collegit. Imperatore[c], fratre ipsius[d], Italiam intrante[e], Galliarumque[f], ut premittitur, procuratione sibi delegata[g], terram usquequaque[h] Cat. III.

a) 129. 5. a*) Tongerensibus 5*. b) inter eos *add* 5*. c) condiendus 5*. d Eucherio 5. e) *deest* 5. f) Effrata *add.* 5*. g) etiam a pl. G. et G. ep. est depos. in conc. Agr. 5*. g*) 747. 5; *in cod.* 5* *ras. ante numerum.* h) repertus 5. i) sancto *add.* 5. k) vacavit 5*. l) fuerat 5*. m) fuerint 5. n) aut 5. o) certo 5. p) Trigistus 5. q) Sinoneus 5. r) Sexto loco Remedinus 5. s) Cun 5. t) Botaldus 5*. u) Adew. 5*. v) Glodovaeo 5. w) et sub 5*. x) Agiolfus 5. y) vi. 5. z) sub 5. a) Vib. dic. 5. b) Bertholimus 5*. c) Richulfus 5. d) sedit sub 5*. e) annis 22. 5. f) Hildebaldus 5*. g) Harabaldus 5*; Hagelbridus 5. h) voluit 5. i) iterum sibi 5*. k) *deest* 5. — Zanccis 5. l) angelis 5. m) exutis 5*. n) Wullib. 5. o) Karolo 5* *semper.* p) *deest* 5. 5*. q) Wilfridus 5*. r) refulsit 5*. s) ac 5*. t) administrabat 5*. u) discordias 5*. v) potissime 5*. w) Cuius 5*. *Sequentia in cod.* 5* *cum alio ordine tum confusissime narrantur; hic illic eadem bis inveniuntur.* x) que fecerit et *des.* 5*. y) nitorem 5. z) dilexerit in.... 5. z*) *ita legendum puto (G. W.);* i abiecti *codd.;* iurisdictioni adiecti *Card.* a) *deest* 5*. b) tacebant 5*. c) Qui imperatore 5*. d) suo 5. e) in It. eunte 5. f) Galliarum proc. 5*. g) demandata 5. h) usquecunque 5.

1) Similiter interpolata praefatio Actorum Concilii Agrippinensis ap. Aegidium, SS XXV, p. 21: *Anno dominice incarnationis* 346 ... *consentiente et subscribente Iulio papa et omnibus Italie, Gallie, Germanie episcopis.* 2) Anni 314 secundum omnes catalogos antiquiores; *plus quam* 300 *anni* secundum Seriem Tuitiensem, v. supra p. 336 n. 4.

Cat. III. a latrociniis purgans[a], Francis rebellantibus[b] bellum intulit[c], Parisius[d] urbem obsidens rupit et spoliavit. Ducem Lotharingie[e], que a Rheno ad[f] Mosam extenditur[g, 1], rebellantem et terram incendiis infestantem, cepit et vinculis iniectum fratris affuturo iudicio reservavit. Quo reverso[h], solempni principum habito colloquio, id omnium pariter sancitum est consilio[i], ut devicti ducis monarchia presuli Coloniensi suisque successoribus usu et iure cedat perpetuo, anno ab incarnacione Domini nostri 954[k, 2], sic quod[l] duces et presules nominentur et sint[m] iudicentque in[b] gladio, qui prius unco[n] utebantur baculo. Tuiciense etiam castrum propter rebelles confregit, pontem et porticum trans Rheni alveum deiecit, quoniam latrones Transrhenenses ruricolas[o] de foro Coloniensi negotiandi causa de vespere redeuntes ibi in ipso ponte cum rebus et vita in Rhenum proicere consueverant[p], sceleris[q] sui sigillum noctem habentes. Baculum sancti Petri a Treverensibus persecutionis tempore cum aliis reliquiis olim Metensibus commissum et Treverensibus repetentibus[r] negatum cum catena eiusdem apostoli a domino papa sibi tradita necnon beatum[s] Gregorium Spoletanum[t] Colonie intulit, et principali sue sedis ecclesie, videlicet beati Petri, contradidit; quam etiam ecclesiam[u] una[v] abside in utroque latere decenter ampliavit[3]. Corpus etiam beati Evergisli[w] ad Sanctam Ceciliam[4] Colonie[x] reduxit, beatum Eliphium[y] monasterio Sancti Martini dedit et sanctum Patroclum gloriose intulit Susatum[5], monasterio etiam et claustro ibidem[z] fundato multa legans[6]. Iste etiam monasterium Sancti Pantaleonis in Colonia fundavit, prediis et possessionibus ditavit[a]; in[b] quo et sepultus quiescit, ossibus suis a Rhemensi[c] civitate, in qua obiit, honorifice Coloniam reportatis[7, *].

Vicesimus sextus Volcmarus[d] sub eodem Ottone sedit annis 3. *Cat. III.*

Vicesimus septimus Gero — — requiescit. *ibid.*

Vicesimus octavus Warinus — — reddidit. *ibid.*

Cat. I. et III. Vicesimus nonus Evergerus[e], de quo dicitur, quod predictum Warinum vivum sepeliri fecit[8]. Laborabat enim Warinus infirmitate capitis, ita ut aliquibus diebus sine sensu iaceret. Pro[f] quo facto Romam penitens pervenit, pape[g] quod egerat confessus est, qui[h] pro correctione ei iniunxit, si quam[i] in[k] sua diocesi congregationem labefactam[l] sciret, datis subsidiis relevaret. Reversus itaque[m] cenobium sancti Martini in Colonia melioravit, fratres illuc adunavit et Scotis[n] in perpetuum tradidit. Et iste sub Ottone III. sedit annis 15. In domo sancti Petri sepultus est.

Tricesimus sanctus Heribertus — — miraculis. *Cat. III.*

Tricesimus primus Pelegrinus[o] — — quiescit. *Cat. III.* Et sufficientiam canonicorum adunavit. *Ex Cat. I.*

Tricesimus secundus Hermannus — — sepultus est. *Cat. III.*

Tricesimus tertius Anno, flos — — dimisit. *Cat. I.* Quemadmodum dominus Bruno, qui supra nominatus Cat. III. est, ampliavit[p] quinque congregationes, videlicet[q] sancte Marie ad Gradus[r] et sancti Georgii[s] canonicorum[t] ecclesias in Colonia, in monte Syberg[u] et Graschaph[v] monachorum monasteria, item unum mona- Cat. I. sterium monachorum[f] in Salevelt[w] magnifice[x] instituit, allodium[y] quod Salevelt dicitur episcopio adiecit. Supersedemus de eo singula dicere, quoniam, et[z] si nos tacuerimus[a], ipsius opera clamabunt. Floruit temporibus Henrici IV. augusti. Sedit in episcopatu annis 20 cum dimidio[b], et sepultus est in cenobio suo Syberg[c], ubi innumeris[d] claret miraculis.

Cat. III. Tricesimus quartus Hildebaldus[e, 9], prefati imperatoris capellanus, sedit annis 15. In domo sancti Petri sepultus est.

Cat. I. et III. Tricesimus quintus maioris ecclesie decanus Segewinus, de[f] cuius prelatione sanctus [Anno[g]] predixerat, sedit annis 10 sub eodem imperatore, et[h] in eadem[h] domo sancti Petri sepultus[h] requiescit.

Tricesimus sextus Hermannus — — Sybergensi[i]. *Cat. III.*

Cat. I. Tricesimus septimus Fredericus primus[k], vir pulcherrimus et magne constantie, adeo ut nec timeret imperatori resistere. Qui — — triumphavit. *Cat. III.*

*) 5 *add.:* ubi tumulatus requiescit. Congregacionem in diocesi Coloniensi suis temporibus existentem sue largicionis [nullam[k]] reliquit[l] expertem[m], prout testamentum, quod in multis ecclesiis habetur, explanat[10].

a) purgavit 5. b) *deest* 5. c) et *add.* 5. d) Parisios 5. e) Lothor. 5*. f) usque 5*. g) extendit 5*. h) Reverso itaque 5*. i) concilio 5*. k) ccccIV. *cod. uterque.* l) sicque 5*. m) et sint *des.* 5. n) *sic cod. uterque.* o) ruriculas 5*, *qui addit:* equissima racione (*l.* racionis) actus libramine, *ex Cat. III.* p) consueverunt 5*, *seq. lacuna unius verbi.* q) sceleris — hab. *des.* 5. r) petentibus 5*. s) et Greg. 5*. t) spoliatum 5. u) eccl. decenter . . . 5*. v) uno 5. w) Evergisti 5. x) Coloniensem 5. y) Elichium 5. z) ibi 5. a) fundavit 5. b) in - quiescit *des.* 5* *hoc loco.* c) Remensi 5*. d) Forlemarlis (!) 5*. e) Euergherus 5; Euersgerus 5*. f) *deest* 5. g) *deest* 5; propter 5*. h) et papa 5. i) quemnam 5. k) in — congr. *des.* 5. l) labefactum 5. m) *deest* 5; inquam 5*. n) *lac. in* 5; Schotis 5. o) Peregrinus 5*. p) ampliaverit 5*. q) scilicet 5*. r) gradum 5. s) Gregorii 5. t) canonicos ecclesiarum 5, *ubi* in Colonia *des.*; ecclesiarum canonicos 5*. u) Syberch 5*. v) Graischaff 5*. w) Salavel 5. x inst. magn. 5. y) et all. 5. z) etiam 5. a) taceremus 5*. b) cum dim *des.* 5. c) Sybergh 5*. d) in multis 5. e) Hildebrildus 5*. f) de — predixerat *des.* 5. g) Anno *supplevi, lac. unius verbi* 5*. h) *deest* 5*. i) Syberg 5. k) *deest* 5. l) reliquiis *c.* m) expertam *c*

1) Non ducatus Lotharingiae, sed ducatus Coloniensis sive Ripuariae, quem Bruno ecclesiae suae acquisivisse dicitur. Cf Godefridi Hagen 'Reimchronik' v. 685, 'Chroniken der Stadt Coeln' I, p. 41. 2) Rectius 953. 3) Cf. Testamentum Brunonis in eiusdem Vita c. 59 (SS. IV, p. 274): *Instar oratorii, quod beato Privato construimus iuxta altare sancti Martini, in occidentali ecclesia, beato Gregorio magno martyri, qui recens adductus est, fiat, ubi sacratissimum eius corpus recondatur.* 4) Cf. Vitam Brunonis c. 31, p. 266. 5) V. Vitam Brun. l. c. 6) Testamentum Brunonis l. l.: *Monasterio et claustro Sosacio fundando librae centum.* 7) Cf. Vit. Brun. c 45, p. 273. 8) Ita Cat. II. et Catalogi I. codices duo. Catalogus III. contra narrat, Geronem a Warino sepultum esse. V. supra p. 339. 9) Rectius Hildolfus. 10) Eadem fere supra p. 349 n. *** leguntur.

Sedit annis 35[1] sub — — Sybergensi[a]. *ibid.*

Tricesimus octavus Bruno - — intronizatus[b] est. *ibid.*

Erat mire — — laborabat. *Cat. I.*

Nam in expeditione — — obiit. *Cat. III.*

Cui Hugo — — tumulatus est. *ibid.*

Tricesimus nonus Arnuldus, Sancti Andree prepositus, sedit annis 10 sub Conrado rege. Qui in principio idoneus visus[c], postea cepit vilescere. Tandem apud Eugenium papam de symonia infamatus est et ab officio divino[c] suspensus. Sepultus est apud Sanctum Andream. Cat. I et III.

Quadragesimus Arnuldus[d], Sancti Petri prepositus et imperii cancellarius, vir probitate compositus[e] et idoneus. Consilio[f] et prudentia violentis resistebat et ecclesiastica[g] iura defendebat. Cum Frederico[h] imperatore Romam profectus est[i]. Sedit[k] annis 5 sub imperatore Frederico[l], et in ecclesia Ryndorp[m], quam ipse multis ornamentis decoravit, sepultus est.

Quadragesimus primus Fredericus, Sancti Georgii[n] prepositus, filius fratris Brunonis, de quo supra dictum est. Cat. I

Qui magis - — consecratus est. *Cat. III.*

Dicitur etiam, quod per symoniam intravit. Ab imperatore causa[1] apud Nurenbergh[o] est ventilata[p], deinde Ratispone[q] secundo agitata. Ibi idem[r] Fredericus ab imperatore episcopatum suscepit. Cat. I

Post biennium — — dignitate potitus. *Cat. III.*

Ossa eius Coloniam[s] delata in monte Sancte Marie, quem patruus suus fundaverat, qui Berge dicitur, condita sunt. Caro eius et[t] viscera manserunt in Lombardia. Cat I et III.

Quadragesimus secundus Reinoldus[u], Hildeshemensis[v] prepositus et[c] regni cancellarius, vir omni probitate conspicuus, nulli episcoporum — — Mediolanensibus abstulit *[ex Cat. I]* et ad perpetuam Germanie gloriam Coloniam[w] mira instantia cum[x] duobus martyribus Nabore et Felice transvexit. Nec hoc sine eius laude[y] profertur, quod, cum adhuc in Italia esset cum imperatore, et palatinus[z] comes Conradus, frater imperatoris Frederici, cum[a] Ludowico landgravio et Frederico duce Swevie[b] Coloniensem[c] episcopatum ad libitum suum violenter transire[d] et predari[e] vellet[f], ipse Reinoldus[g] — — constitisse[h] cognovimus[i]. *Cat. I.* Cat. III

Unde[k] prefati — — abierunt. *Cat. III.*

Tertia iam expeditione cum imperatore profectus in Italiam, parva manu militum maximas Romanas copias, ad 40 milia[l], apud Tusculanum prostravit, cepit[m] et fugavit. Multa etiam chronice[n] regie[o] dignissime inserenda per omnem Italiam operatus est. Cat. I et III.

Ipse erat laus — — sedit annis 8. *Cat. I.*

Ossa[p] eius — — condita. *ibid.*

Et cum iam — — recondita sunt[q]. *Cat. III.*

Quadragesimus tertius Phylippus, de castro Heynsbergh[r] natione, ecclesie sancti Petri decanus et imperii cancellarius, vir pulcherrimus atque fortis, prudens et discretus, affabilis, magnanimus atque[s] supra modum liberalis. Caes cont et Cat III

Iste adhuc — — tyrannos fugavit. *Cat. III.*

Factus vero archiepiscopus in manu forti Saxoniam intravit et Allesleve[t] obsedit, tota[u] terra ducis Henrici depopulata, cum triumpho et gloria rediit. Ducatum Westphalie adiecit vel obtinuit Coloniensibus. Extunc duos ducatus habuit ecclesia Coloniensis. Caes. cont. et Cat III.

Emit — — in domo beati[v] Petri recondita. *Cat. III.*

Sedit annis 24 sub Frederico et Henrico imperatoribus. Caes.

Quadragesimus quartus Bruno*, maioris[w] ecclesie prepositus. Hic, electione facta in Lotharium Bunnensem[x] prepositum minis nobilium cassata, quia idem Lotharius electioni de se facte propter metum renunciavit, episcopus est factus, sicut superius dictum est de Frederico, cuius frater exstitit[y] secundum carnem. Iste debilis et senex renunciavit episcopatui et in habitu apud domum Berge[z] defunctus est, cum sedisset sub Henrico imperatore anno vix uno. Cat. III. et Caes.

Quadragesimus quintus Adolphus[a.]*, maioris ecclesie prepositus, quia filius fratris erat[b] dicti Brunonis, ipso Brunone adhuc vivente successit. Iste Henrico imperatore mortuo Ottonem comitem Pictavie, favente papa Innocencio, Henrici quondam ducis Saxonie filium, de Pictavia evocavit, et[b] paucis sibi faventibus[c] episcopis vel principibus[d] — — devastantur. *Cat. III* ibid.

Tandem Adolphus Coloniensis archiepiscopus necessitate compulsus et, ut asserunt, 5 milibus marcarum corruptus, Ottonem deseruit[e] — — indicitur[f]. Sedit annis 12. *Cat. III.* ibid.

Quadragesimus sextus Bruno*, Bunnensis prepositus. Quo ordinato, ad instantiam[g] Adulphi Philippus rex — — in custodia detinetur. *Cat. III.* ibid.

Quem tamen postea[h] Philippus ad gratiam recipiens[i], Romam [pape[k]] transmisit cum duobus[l] cardinalibus, quos idem papa ad Almanniam[m] ad videndum Philippum et ad pacem confirmandam[n] inter ipsum et Ottonem regem miserat. Postea occiso — — sedit annis tribus. *Cat. III.* Cat. III.

) 5 *add.:* de Altena.

a) Syberg 5. b) inconzatus 5. c) *deest* 5. d) secundus *add.* 5* *in marg.* e) *sic codd.; melius* conspicuus. f) Concilio 5. g) ecclesie 5*. h) imp. Fred. 5*. i) *deest* 5*. k) Hic sedit 5*. l) sub eodem imp. 5. m) Rohrdorp 5. n) Gregorii 5. o) Nirenberg 5. p) conventulata 5*. q) sec. Ratisbonae 5. r) Ibidem 5. s) Colonie 5*. t) eiusque 5*. u) Reyn. 5*. v) Hildescem. 5*. w) Colonie 5*. x) cum — Felice *des.* 5*. y) in laude eius 5. z) pallent. 5. a) cum — Saxonie *des.* 5*. b) Saxonie 5 *hoc loco, sed postea* ducem Swevie. c) ep. Col 5. d) transire et *des.* 5 e) predare 5*; depredari 5. f) vellent 5. g) Reyn. 5*. h) constituisse 5*. i) novimus *Cat. III.* k) Unde — abierunt *des.* 5*. l) ad 40 milia *des.* 5*. m) caedit 5. n) *lacuna unius verbi* 5*. o) M. et. egregie 5. p) ossa — condita *des.* 5. *Pergit* 5*: Hic tres magos .... *sequuntur plura iam superius narrata, adiectis quibusdam quae antea desiderabantur.* q) quiescunt 5. r) Homberg 5. s) et 5. t) Alesenne 5; Alloscene 5*. u) et tota 5. v) sancti 5. w) maior 5*. x) Bonn. 5*. y) erat 5. z) a. Daminberge 5; a. Damniborche 5*. a) Adulphus 5 *semper.* b) *deest* 5*. c) *deest* 5. d) assistentibus *add.* 5. e) destruit 5. f) indicatur 5. g) ad ius tantum 5. h) ille 5. i) suscipiens 5. k) pape *supplevi.* l) *deest* 5. m) ad Alm *des.* 5. n) confirmandum 5.

1) 36 Catal. III.

Cat III Quadragesimus septimus Theodericus — — Sedit annis 5. *Cat. III.*

Quadragesimus octavus Engelbertus*, maioris ecclesie prepositus, successit. Qui cum episcopatum prius confusum in bonum statum restituisset, debita antecessorum suorum facta per totum episcopatum usque ad 22 milia[a] [1] marcarum collecta persolvit. Fredericus rex — — in regem consecravit[b]. *ibid.*

ibid. Tandem pace ubique stabilita, a Frederico comite de[c] Isenberg[d] occiditur et in ecclesia maiori sepelitur. Sedit annis 10 sub Frederico[e] imperatore.

Quadragesimus nonus Henricus** — — attribuebantur. *Caesarius.*

[Historiam archiepiscoporum inde ab electione Conradi usque ad mortem Henrici II. v. s. Cat. III. contin. postr.].

ADDITAMENTUM

cod. 5.

1332. Quinquagesimus quintus dominus Walramus, prepositus Leodiensis, frater marchionis Iuliacensis[2], ipso marchione in curia apud papam hoc procurante, succedit. Qui dominus Walramus archiepiscopus de Iuliaco Parisius moritur anno Domini 1349. et in Colonia in maiori ecclesia sepelitur.

1349. Quinquagesimus sextus dominus Wilhelmus de Genepe, canonicus Coloniensis, in archiepiscopatu[f] succedit. Eodem tempore gravissima incepit mortalitas. Tunc etiam secta flagellatorum (die Geisselbroeder) discurrit.

ADDITAMENTUM

cod. 5.*

1332. Quinquagesimus quintus successit Walramus, frater comitis Iuliacensis, per papam Iohannem XXII. electus et per Adolphum episcopum Leodiensem in archiepiscopum consecratus. Hic cum esset nobilis[g] et mitis, non per se, sed per quosdam alios episcopatum regebat, qui ipsum extra diocesim modo in Francia modo in diocesi Leodiensi seu alibi latitare fecerunt. Qui postremo Parisius moritur et in ecclesia Coloniensi honorifice sepelitur.

1349. Quinquagesimus sextus Wilhelmus de Genepe, canonicus Coloniensis, succedit, cui papa Clemens sextus providit. Hic ad presens Coloniensi presidet ecclesie.

1363. Adolphus[h] secundus, frater comitis de Marcka[3]. Qui cum invenisset episcopatum gravibus debitis involutum, resignavit eundem patruo suo Engelberto episcopo Leodiensi, factus comes Clivensis.

1364. Engelbertus de Marcka de ecclesia Leodiensi, quam ipse fere per annos 20 strenue et laudabiliter administraverat, fuit ad ecclesiam Coloniensem translatus per Urbanum papam quintum.

) 5 *add.*: de Monte. **) 5* *add.*: de Molenarcke.

APPENDIX.

I.
NOTAE COLONIENSES.

Notas Colonienses, iunctas cum fragmento Catalogi tertii archiepiscoporum Coloniensium, iam anno 1789. ex codice deperdito edidit Wuerdtwein, Nova Subsidia diplomatica XII, p. 327, qui librum e diversis partibus compositum inscripsit 'Anonymi Chronicon archiepiscoporum Coloniensium[4]*'. Nobis contra visum est, disiunctis partibus, fragmento illo in edendo Catalogo uti, reliqua separatim edere. Sunt autem breves notae ad Coloniensem praecipue historiam spectantes, quarum pars magna occurrit etiam in Annalibus Agrippinensibus editis per b. m.*

a) marc. millia 5. b) unxit in regem 5. c) ab 5. d) Ysenburch 5*. e) eodem 5*. f) archiepiscopum c. g) *an* mollis? h) *pergit man. saec. XVI. ineuntis.*

1) 27 milia Catal. III. 2) Wilhelmus V. comes Iuliacensis anno 1336. marchio, anno 1356. dux factus est. 3) Engelberti III. 4) V. supra p. 335.

G. H. Pertz, SS. XVI, p. 736—738. Modo hic, modo illic meliorem uberioremque textum habes, hic quaedam, quaedam illic desiderantur, ita ut ex eodem fonte utrumque scriptorem hausisse cognoscas.

Notas nostras antiquioribus niti annalibus, etiam alio modo probari potest. Quae enim narrantur a. 1267, 1277, 1294, 1295, 1296, *pertinent ad annos sequentes. Cuius rei causa est, quod saeculo XIII. apud Colonienses annus computabatur non a nativitate Christi, sed a vigilia paschatis*[1]. *Abrogatus autem est iste usus per synodum Coloniensem a.* 1310. *habitam*[2]: *ideo omnia illa priori tempore scripta esse, constat. Animadvertas etiam locum (a.* 1277) Presule certante Sifrido nunc dominante, *quem coaevi cuiusdam esse patet.*

Anno 1192[3], die beati Urbani ecclesia sanctorum apostolorum Colonie incendio est Mai 25. consumpta.

Conradus eligitur in archiepiscopum anno 1237[4]. Sedit annis 23 et 6 mensibus[5]. Iste 1238. Apr. fuit de Hostaden.

A. D. 1248, ipsa die assumptionis beate virginis inchoatum est opus maioris ecclesie Aug. 15. Coloniensis a venerabili archiepiscopo Conrado.

Engelbertus de Valkinburg electus est die octava Remigii[6] anno 1261. Oct. 8.

A. D. 1262, ipso die Medardi cives Colonienses ceperunt portas et turres[a] civitatis Colo- Iun 8. niensis armata manu[7].

A. D. 1263. captus est predictus Engelbertus Colonie die tertia post festum beate Nov. 27. Catharine[8], et detentus est captivus per 20 dies.

A. D. 1265, Nonis[b] Septembris dominus Engelbertus archiepiscopus Coloniensis cum Sept. 5. ingenti exercitu obsedit civitatem Coloniensem, et duravit obsidio usque ad Idus eiusdem Sept. 13. mensis[9].

A. D. 1267[10], ipso die beati Pauli eremite prevaluerunt maiores civitatis Coloniensis in 1268. Ian. 10. conflictu uff der bach contra universitatem civium Coloniensium, et ceciderunt Ruggerus advocatus, Ludowicus magister civium, et alii quam plures fuerunt interfecti; et fecerunt exactiones inauditas in populum communitatis.

Eodem anno, in vigilia beati Luce[11] captus est in conflictu dominus Engelbertus archi- 1267. Oct. 17. episcopus et sui adiutores quam plures a comite Iuliacensi, et detentus est captivus annis 4[12].

A. D. 1269[13], in nocte Maurorum tradita est civitas Coloniensis domino archiepiscopo 1268. Oct. 15. Engelberto et suis amicis; propter quod fuit magnus conflictus, et prevaluerunt cives in illo conflictu.

A. D. 1271, die 13. Maii[14] Engelbertus archiepiscopus absolutus est a vinculis.

A. D. 1274[15]. mortuus est predictus Engelbertus, et sepultus in ecclesia Bunnensi, quia diebus illis civitas Coloniensis per 4 annos[16] fuit interdicta.

Syfridus de Westerburg. Anno quo supra 1274, in vigilia Othmari abbatis postulatus Nov. 15. est dominus Conradus de Monte, prepositus Beate Marie ad Gradus, a solis canonicis maioris ecclesie Coloniensis, non admissis ceteris prioribus[c], videlicet prepositis, abbatibus et decanis, qui dicebant se electioni pontificis Coloniensis debere interesse; et dominus Siffridus de Westerburg, prepositus Moguntinus, a solo domino Petro de Vigenna, preposito maioris ecclesie Coloniensis, electus est, et prevaluit per[d] papam Gregorium decimum.

a) urbes *Ann. Agr.* b) v. Non. *Würdtw.; cf. Ann. Agr.* c) primoribus *Würdtw.* d) propter *Ann. Agr.*

1) Cf. supra p. 354 n. 7. 2) Hartzheim, Conc. Germ. IV, p. 125. 3) 1092, Annal. Agr. 736. Sed annus 1192. propius ad verum videtur accedere, quia anno 1219. ecclesiam sanctorum apostolorum concameratam esse invenio. 'Quellen zur Gesch. der Stadt Coeln' II, p. 78. 4) Rectius 1238. 5) Sic etiam Catalogi III. Contin. postrema, supra p. 356. 6) *Crastino Remigii* (Oct. 2) Ann. Agr. 7) V. 'Chroniken der Stadt Coeln' I, p. 211. 8) *feria 4. post Katherine* (Nov. 28) Ann. Agr. Cf. Chroniken l. c. p. 228. 9) V. Chroniken l. c. p. 229. 10) Ann. Agr. male 1272. Cf. Chroniken l. c. p. 218. 11) *In die Luce* Ann. Agr. Cf. ibid. p. 232. 12) Rectius per annos 3 et 6 menses. Cf. ibid. p. 231. 13) De anno v. ibid. p. 230. 14) Procul dubio iam mense Aprili. V. ibid. p. 200. 223. 15) Ista ex parte cum Ann. Agr., ex parte cum Catalogi III Contin. postrema (supra p. 357) consentiunt. 16) *per tres annos cum dimidio* Contin. Item Ann. Agr.

Ipso die[a] Heriberti anno 1277:

1278 Mart. 17. Anno milleno septeno septuageno
Et bis centeno, domini festo sub ameno
Presulis Herberti, voluit fortuna reverti
Ad populum Christi; Iuliacensis quia tristi
Comes[1] morti datur[b] ab Aquensibus, et bene stitur[c]
Causa, quod in culpis periit fraus ultima vulpis,
Quadringentorum comitante cohorte virorum,
Qui[d] secum temere semel et simul interiere.
Mart. 21. Post iterum victi lucente die Benedicti
Sunt Iuliacenses per honestos Colonienses,
Presule certante Sifrido nunc dominante.
Ergo tibi, domine Iesu, sit laus sine fine!
Notantur facta, iacet alta superbia fracta.

Oct. 15. A. D. 1279, die Maurorum facta est pax et concordia inter dominum Siffridum archiepiscopum Coloniensem et comitissam Iuliacensem et eius filios, domino Gotfrido comite Seynensi ad hoc cooperante et mediante[2].

A. D. 1287.[3] Iohannes dux Brabantie, comes Iuliacensis et eorum adiutores posuerunt ante Rodenkirchen tentoria sua, et in vigilia Urbani vineas aliquas iuxta Bunnam destruxerunt. Dein in obsidionem castri in Vurung recesserunt per adiutoria comitum de Monte, de Marka et civium Coloniensium.

Mai 24.

Iun. 5. A. D. 1288, ipso die sancti Bonifacii dominus Syffridus archiepiscopus Coloniensis, Reinoldus comes Gelrensis, Henricus comes Lutzenburgensis et frater suus Walramus et dominus Waltherus de Walkenburg[4] cum suis adiutoribus, estimati ad 3000 et 600 absque pedestribus ex una parte; Iohannes vero dux Brabantie, Walramus prepositus Aquensis comes Iuliacensis, Adolfus comes de Monte, Eberhardus comes de Marka et cives Colonienses — hi pauciores erant aliis quoad numerum equitum, multitudine vero peditum habundabant — ex altera parte, in campo iuxta Wurung sito inter Coloniam et Nussiam ad pugnam congressi sunt, et predicti dux Brabantie, comites et eorum adiutores obtinuerunt campum, et ceciderunt ab utraque parte plus quam ducenti viri[5], inter quos comes Lutzenburgensis et sui fratres[e]. Dominus vero Syffridus archiepiscopus et comes Gelrensis et multi alii capti sunt.

Iul. 6 A. D. 1289, in octava apostolorum Petri et Pauli[6] liberatus fuit dominus Syffridus archiepiscopus Coloniensis a vinculis comitis de Monte.

1296. Febr. 15. A. D. 1295, in crastino Valentini[7] Eberhardus comes de Marka obsedit auxilio ducis Brabantie[8], comitis de Monte[9], Gerhardi de Iuliaco[10], domini de Valkenburg[11] et civium Coloniensium oppidum ecclesie Coloniensis Reclinchusen[12]; ista obsidio 8 ebdomadibus duravit, et in fine octave ebdomade quidam incole ipsius oppidi, invitis et ignorantibus officiato et aliis militibus, qui venerant ad defensionem oppidi, dictum oppidum comiti prodiciose tradiderunt.

1297. Apr. 7. A. D. 1296. obiit Siffridus archiepiscopus in die palmarum[13].

Wicboldus electus fuit anno quo supra 1296[14]. A. D. 1297[15], in die annuntiationis

a) *hic, ut saepius, interpunctionem mutavi.* b) datur *supplevi.* c) *pro* sistitur? d) Quia *Würdtw.* e) *an rectius* suus frater?

1) Wilhelmus IV. Quem anno 1278. (non 1277) occisum esse, ostendit Lacomblet, 'Urkundenb.' II, p. 415. annot. 2) Recte additum. Cf. chartam compositionis apud Lacomblet II, p. 429, dat. 1279, Oct. 14 (non 15). 3) Ann. Agr. accuratius: 1288, 14. *Kal. Iunii.* 4) Walramus de Valkenburg. 5) Ann. Agr.: *Et obcubuerunt plus quam* 800 *viri in utraque parte.* De numero mortuorum dissentiunt scriptores, cf. Ennen, 'Gesch. d. St. Coeln' II, p 244. Henricus Herford. ed. Potthast p. 212. ita: *In missali libro ville Woring legi scriptum sic: Ibi* 1100 *in bello mortui sunt, et post bellum de capticis et in bello lesis* 700. 6) Iam 1289, Mai 19. Sifridus cum Adolfo comite pactionem fecerat; Lacomblet, 'Urkundenb.' II, p 508. 7) De anno cf. Levoldi de Northof Chron. comitum de Marca ed. Tross p. 122. 8) Iohannis II. 9) Adolfi VII. 10) Gerhardi domini de Caster, Walrami comitis Iuliacensis fratris; Lacomblet, 'Urkundenb.' II, p. 568. 11) Walrami. 12) Recklinghausen. 13) V. supra p. 354 n. 7. Annales Agr. male 1298. 14) Ann. Agr.: *Anno predicto* (1298) *in die exaltationis sancte crucis* (Sept. 14). Sed ponendum erit, ni fallor, 1297. *in die inventionis sancte crucis* (Mai 3). Cf. 'Chroniken der Stadt Coeln' I, p. xxx. et 443. 15) Ann. Agr. male 1299. Relaxavit Wicboldus interdictum diplomate dat. 1298, Mart. 21, cf. Ennen, 'Quellen zur Gesch. d. St. Coeln' III, p. 444.

beate Marie virginis sententie interdicti et excommunicationis late auctoritate apostolica in civitatem et cives Colonienses, observate 7 annis, 7 mensibus et 9[1] diebus, relaxate sunt per dominum Wicboldum archiepiscopum Coloniensem auctoritate apostolica. 1298. Mart. 25.

A. 1304. obiit Wicboldus archiepiscopus in hebdomada sancta[2]. Mart. 28.

Henricus de Wirneburg successit anno quo supra.

A. 1313[3], in vigilia pasche erat magnum incendium in foro Grecorum. Apr. 14.

A. 1318. cives Colonienses obsederunt castrum in Brule auxilio comitis Hollandie et Hannonie[4], Gerardi comitis Iuliacensis, Adolfi comitis de Monte et aliorum plurimorum, et hec obsidio duravit quasi 12 septimanis[5].

A. 1326. combustus fuit frater Waltherus[6] presbyter, degradatus per dominum Henricum archiepiscopum Coloniensem.

A. 1331. crevit nobilissimum vinum, cuius simile antea non erat auditum in nostris regionibus.

A. 1332, in epiphania Domini circa auroram obiit venerabilis pater dominus Heinricus archiepiscopus. Ian. 6.

Walramus. A. D. 1332, sexta Kalendas Februarii Iohannes papa XXII. ecclesie prefecit Coloniensi dominum Walramum, filium Gerhardi comitis Iuliacensis, tunc Leodiensis ecclesie prepositum. Ian. 27.

A. 1346, die 19. mensis Iulii occisus fuit dominus de Valckenburg, Theodoricus nomine, per cives Leodienses in quodam conflictu habito ante civitatem eorum[7].

A. D. 1349, die 14. mensis Augusti obiit Walramus archiepiscopus.

Anno eodem, die vero 23. mensis Augusti mortificati fuerunt Iudei infra Coloniam, quidam eorum occisi, quidam per incendium consumpti.

Wilhelmus. Anno quo supra 15. Kalend. Ianuarii prefecit Clemens papa sextus[a] dominum Wilhelmum, prepositum Sancti Severini, in archiepiscopum Coloniensem. Dec. 18.

A. D. 1351, 12. mensis Iunii[b] dimissus fuit Wilhelmus marchio Iuliacensis a captivitate sua.

A. D. 1352, die 30. mensis Martii[8] post vesperas infra immunitatem maioris ecclesie in domo officialis Coloniensis occisi fuerunt dominus Reynoldus de Spanheym, prepositus Sancte Marie ad Gradus Moguntie et canonicus ecclesiarum Moguntine et Coloniensis, et dominus[9] de Mulenarcken, diaconus et canonicus ecclesie Coloniensis.

A. D. 1349[c, 10], die 20. Septembris Wilhelmus marchio Iuliacensis captus fuit per filios suos, et ipsi detinuerunt eum captivum in Werde[11] 21 mensibus minus 8 diebus.

A. D. 1369. reverendus pater dominus Cuno archiepiscopus Trevirensis, pro tunc administrator ecclesie Coloniensis sede vacante, litteris et processibus suis mandavit prelatis et clero universis sub pena excommunicationis late sententie, ut omnes et singuli in civitate Coloniensi residentes ipsam civitatem exirent et ad alia loca ad minus per unam leucam a predicta civitate distantia se transferrent ac ipsam civitatem nullatenus intrarent, propter iniurias et molestationes, quas ipsis in venditione vinorum suorum, in novis impositionibus per instrumentum dictum krann apud Rhenum ac aliis exactionibus super alecibus, buckingis, sale etc. impositis [cives[d] intulerunt], ac etiam quia cum duobus dormientibus in choro ecclesie maioris ipsi cives custodiam fieri fecerunt de sanctis corporibus trium regum[12].

a) sextum *Würdtw.* b) Iulii *Würdtw.* c) 1356. *Würdtw.* d) cives intulerunt *supplevi.*

1) *Et* 10 *dies* Ann. Agr. 2) V. Chroniken l. c. 3) Eundem annum habent Ann. Agr., sed editor male coniecit 1323. 4) Wilhelmi III. 5) V. Ennen, 'Gesch. d. St Coeln' II, p. 291. 6) Ann. Agr. idem, sed breviter, narrant ad a. 1336. At Heinricus archiepiscopus iam a. 1332. obiit. 7) Ann. Agr. male ad a. 1347. Cf. Hocsemii Chron. ap. Chapeaville, Gesta pontif. Tungr. II, p. 482. 8) *feria septima ante palmas* Ann. Agr. 9) *Ernestus* Ann. Agr. 10) Non anno 1356, sed pluribus annis ante Wilhelmum captum esse, apparet ex diplomate Wilhelmi Coloniensis et Balduini Trevirensis archiepiscoporum, qui 1351, Apr. 2. (Günther, Codex dipl. Rheno-Mosell. III, p. 556) de Wilhelmo marchione e captivitate filiorum liberando tractant. Fuit autem in vinculis 21 *mensibus minus* 8 *diebus*. Sequitur, eum 1351, die duodecima Iunii (non Iulii) e carcere dimissum. Idem probatur diplomate dat. 1351, Iun. 29 (Lacomblet, 'Urkundenb.' III, p. 405), quo Wilhelmus archiepiscopus Coloniensis et Gerhardus comes de Monte mediante Wilhelmo marchione de pace facienda se convenisse profitentur. 11) Kaiserswerth. 12) V. Ennen l. l. II, p. 371 sq.

II.

FRAGMENTA DE HENRICO I. ARCHIEPISCOPO.

Fragmentorum quae hoc loco edimus alterum ex codice Wirceburgensi (1) *edidit Huber in Boehmeri Fontibus IV, praef. p. LV. Invenitur etiam in codice archivi civitatis Coloniensis* (2), *de quo egi in praefatione Annalium monasterii s. Pantaleonis, SS. XXII, p.* 529 *sqq. Alterum manu saec. XV. adiectum est Vitae Henrici archiepiscopi a Caesario Heisterbacensi conscriptae, quae exstat in cod. Harlei.* 3773, *supra p.* 334. *descripto.*

I.

Huius etiam archiepiscopi super[a] lubrico carnis de legitima cuiusdam militis[b] opi-
1232. nione[c] gravata inquisitio a domino papa contra ipsum emanans fuit celebrata. Depositionibusque[d] testium interclusis et domino pape transmissis, ipse archiepiscopus, premissis advocatis, postquam coram domino papa personaliter comparens causamque suam circumspecte agens — sapiebat enim iure — inquisitione suppressa cum gratia pape et sui honoris plenitudine est reversus, ob eam[e] tamen causam a pluribus usque ad probra vulgaris fame despectus habebatur. Sed ipse per sapientiam sagaxque bonorum consilium[e] casus evicit adversos[1].

In curiis enim[f] imperatoris et regis, maximeque in coronatione regine, uxoris Henrici regis, filii Friderici[g] imperatoris, ac postmodum in nuptiis ab ipso imperatore cum sorore regis Anglie, quam ipse archiepiscopus cum duce Brabantie de Anglia[h] adductam imperatori assignavit, cum digno comitatu et apparatu splendidus et affluens apparebat. In armis etiam contra hostes invictus emicuit, in iudiciis strenuitatem sepius ostendit. De quibus unum notabile fuit, quod propter mortem, quam quidam militaris a quibusdam civibus Coloniensibus, quibus eam inferre attentabat, casualiter excepit, ipsos cives, inter quos Theodoricus dictus Sapiens fratresque sui et cognati de Mulngasse[i] cum honorabilioribus de civitate reputati annumerabantur, idem archiepiscopus extra muros Colonienses prope villam Belle[k, 2] iudicio presidens evocavit, non comparentes proscripsit, domos eorum in civitate sententialiter confregit Dictus vero Theodoricus fratresque sui ab imperatore, ad quem appellaverant, restitutione sui iuris obtenta, ad pristinum scabinatus[l] gradum, eodem archiepiscopo et suo successore clementer tolerantibus[m], licet difficulter, sunt[n] admissi[3].

Qualiter autem cives Colonienses, ne extra muros deinceps evocentur, revocationem[o] meruerint[4], in[p] chronicis[q, 5] insertum invenitur.

a) sub 2. b) mulieris 1. c) *deest* 2. d) Depositionibus 2. e) consiliorum 1. f) *ita codd.; fortasse* etiam. g) Frederici 2. h) de Anglia *des.* 2. i) Mulnarche 2. k) Gele 2. l) episcopatus 2. m) tolerante 1. n) sint 2 o) evocatione 2. p) *deest* 2. q) cronicis 2.

1) V. litteras Gregorii papae IX. dat. 16. Iul. 1232. ap. Lacomblet, 'Urkundenb.' II, p. 93. De debitis quae Henricus Romae ut videtur ad causam prosequendam conflavit v. epistolam eiusdem papae 26. Apr. 1236. ap. Würdtwein, Nov. Subs. IX, p. 8. Inquisitionis per papam facte vestigium invenies Gall. christ. III, p. 691: *quin et ipse sanctus papa Gregorius IX. in eum inquisivit, verum calumnias, atque etiam affictam adulterii maculam, dextere eluit.* Itineris Romani meminerunt etiam Annal. Col. max., SS. XVII, p. 843. 2) Buschbell (Voigtsbell) prope Coloniam. Erat enim dissensio archiepiscopum inter et civitatem, num liceat illi reos iudicandos evocare in locum extra urbem, sed infra districtum situm qui banmile vocabatur. Fridericus imperator diplomate dat. 1237, mense Iun. (Lacombl. II, p. 111) *dictante sententia principum promulgatum esse* testatur, *quod extra civitatem suam sicut et infra in iurisdictione ipsius, que banmile vulgariter dicitur, possit legitime iudicio presidere.* 3) De eadem re agunt Caesarius Heist., Godefridi Hagen Chronica rhythmica (edita in 'Chroniken der Stadt Coeln' I, p. 138. 140, cf. 235), porro Catalogi III. auctar. cod. 2, supra p. 353, denique fragmentum sequens. 4) Quae revocatio facta est diplomate Conradi archiepiscopi dat. 1239, Iul. 23, quod confirmavit Fridericus imperator 1242, m. Maio (Lacomblet l. c. p. 125. 138). 5) Ista chronica perierunt.

II.

Ipse Theodericus[1], qui tunc temporis in civitate honorabilior et potentior habebatur, cum paucis suis amicis propter urgentem necessitatem latenter recedens, ad imperatorem Fridericum pervenit. Caesarii contin. Causam suam coram ipso, ut vir scientie laudabilis et in utroque iure peritissimus et tribus idiomatibus, Latina, Gallica, Theutonica, eloquentissimus, disertissime et prudenter egit, in tantum, ut imperator, agnita super predicto homicidio eius innocentia, licet is complicibus eiusdem homicidii vim vi repellentibus casualiter illati nimis iuri innitens se immiscuisset, et ob hoc et maxime propter eius virtutis constantiam ab emulis delatus fuisset, eum rebus, iuri suo restituit et honori.

1) scilicet Theodericus de Mulengasse. Cf. p. 366.

GESTA TREVERORUM CONTINUATA.

EDIDIT G. WAITZ.

Gesta Treverorum, id est historia tam urbis celeberrimae quam archiepiscoporum qui in ea sedem habuerunt, initio saec. XII. condita et paulo post aucta et continuata[1], *decursu temporis iterum iterumque longius sunt perducta et complurium auctorum opera postea quasi in unum corpus coniuncta. Quorum cum partem maiorem hoc loco edere propositum habeamus, ea distinguamus, et quo tempore, a quibus singula quaeque scripta sint, quantum licet, exponamus oportet.*

Primum recensioni tertiae, quam C *nominavimus, continuatio addita est ad annum* 1152. *usque deducta, quae, paucis locis exceptis, ad verbum ex Gestis Alberonis archiepiscopi a Balderico scriptis sumta est. Quae addidit pleraque ad monasterium Sancti Eucharii et Mathiae spectant*[2], *ibique huius recensionis auctorem vixisse, alibi iam monui*[3].

Per quadraginta fere annos nemo rebus Treveris gestis memoriae tradendis curam adhibuit. Lite vero, quae inter Folmarum et Rudolfum de sede archiepiscopali acta erat et dissidio inter Fridericum I. et papam, 'inter imperium et sacerdotium', novum fomitem dederat, feliciter finita, hanc exponere Treverensis quidam aggressus est[4]. *Cui cum brevem duorum archiepiscoporum antecedentium historiam praemitteret et ita telam Gestorum abruptam susciperet, non opus ab his prorsus diversum condere, sed ea continuare voluisse censendus est. De Hillino et Arnoldo non multa comperta habuisse videtur, neque quae tradit ubique certa notitia nituntur*[5]. *Sed pleraque ex chartis et epistolis sumsit*[6]; *alia praeteriit, quia 'ea', ut ait, 'enarrare, non est instantis operis'. Litem vero illam accuratissime exposuit, nullo partium studio ductus*[7], *sed aequo animo et iusto iudicio quae tam Treveris quam in aula imperatoris et curia summi pontificis gesta sunt exponens; quare magna laude dignum et inter praecipuos rerum Germanicarum scriptores eum esse collocandum, recte qui de his rebus egerunt statuisse mihi videntur*[8]. *Ideo nomen eius latere, dolendum est*[9]. *Neque cui ecclesiae addictus fuerit, compertum habemus, quamvis vix inter monachos eum quaeras, potius clericis maioris ecclesiae adscribas. Nam consiliorum ab his habitorum bene gnarus est, pericula eorum ex schismate orta vivide describit, etiam Rudolfo a maiori parte electo, plus favisse videtur, cum Folmarum tumultuose electum et nimis festinanter a papa confirmatum*

1) SS. VIII, p. 116 sqq. 2) c. 2. 7. 3) l. l. p. 123. 4) Hanc Gestorum partem a coaevo scriptam esse, iam Martene recte monuit; v. Annot. ad. c. 101. editionis ab ipso institutae. 5) Cf. quae de Arnoldi expeditionibus in Italiam susceptis narrat. 6) Etiam epistolam Hillino archiepiscopo a Wibaldo datam legisse videtur; v. c. 1. 7) Quod in Hillino archiepiscopo laudat: *medio tutissimus ivit*, etiam de ipso dicere posses. 8) Cf. praesertim Scheffer-Boichorst, qui hac de re in libro suo bonae frugis pleno 'Friedrich I. letzter Streit mit der Kurie' luculenter egit, p. 34 sqq. 9) Minime de Lamberto de Legia cogitari posse, iam Bertheau, 'Die gesta Trevirorum v. J. 1152'. p. 12. monuit. In hac dissertatione pleraque recte exposita agnosco.

Gesta Trevirorum. Cod. Francofurtanus.

pag. 100.

lii. die x. kl. nouembris qua s. sol lempnem in honorem sci MARtini cuius ea die transitus colitur. et ue neratione dedicationis maioris ecclie protum epatum predecessores sui insti bilesitre ad bonu pacis concordie reuo cauit. n solu frequenti ammonitione et correptione. uerum etia largiflua mag nor muneru largitione. Cumq; sup hoc aquibusdam familiarib' redargue

pag. 119.

te imperatore constantinopolitan consecrauerunt. Erant ibi in hoc opere suessionen. et treueren. et halberstaden. et bethleemitanus epi. cum ceteris principib; assentes qd acceptabi— pdam. Et in cenobio monachoru. q claustru Dne non in oratorio sed in capitulo. no in pontificalibus. Et in pauperib; uestib; Cui anima requiescat in pace ~~amen~~.

Historia monasterii Marchtelanensis. Cod. Stuttgart.

pag. 11.

in primis Roten associat' cu primis frib' dom marchtelen polled. felicissime ta in Roten, qm inibi gulat e. In utroq; loco operatu sapient et strenue administ to. inuit, pueri ad sumu ecle ecclie; Erat enim ab infantia innocens ma nib' et mundo corde. fidel seruus et prudens. scba in lege doctissim. solu ha bens oculu. S; ut dic scipta. que dilig dns corrip. cu x. am septiman p fusus. paraliticus effect e. ac sic xii. annis languens. plen' senectute: iiii. id' Junii de ergastulo carnis sca illa aia soluta e. et insepulc' placitu anno. m. cc. i.

pag. 29.

Si nec hic tantus talisq; uir. heu plenam uiam dei noticia reliquit. Jnter enim cetera hospitalitate. qm p omib; platis in ntro continuo obseruabat. licet fratr; in refectorio pomma displicet. tedium quoq; adoptinendu fauore principu. qm ab amore religionis cogebat aliquantulu deuiare. Adhuc enim populus immolabat in excelsis. quia ipse plat. et aliq maio res de conuentu ingrediebantur i infirmitoriu. et ibi uiuebat i delicus. Et quido cibaria exquisita in infirmitorio et uinum bonu letificabat

Gesta episc. Lausann. Cod. Bernensis.

fol. 5.

Anno ab incarnatione dni. m. cc. xxx v. quia lib' quidam dni epi. lausann. fuit perd. in quo quedam carte eporum lausann. erant scripte antique. et etia regu et imperator. et quor dam aliorum fidelium. Cono prepositus lausann. dolens si omnia q in dicto libro scripta erant ca derent a memoria. quedam sic in eo scripta inuenit. et in quibusdam aliis libris. et kalendario bate marie lausann. et in quibusdam cronicis. redegit in scriptis ad memoriam futuror. et etia quedam q ab honestis uiris fide dignis audiuit inuenit et ita scriptu in quodam lib' e. que dni cuueleti. et uxor sua emendauit. [illegible] bate marie lausannensis.

fol. 128'.

Lohiac uos. — sapiens.

H scripsit cono de estauaiel prepositus laus. an. ab icar. dni. millesimo cc. xxx v tercio kl. februarii sicut ea scripta fuerant i antiquissimo cartulario Bte te marie

~~H. eps custodis tres. facit eps de sacramento Ite. de lau~~

H sunt fines lau. ubi obtinet Dcc lau. ... [illegible] ... ad me in pontificali siue tenalibus siue uineis siue terris aut i pratis seu sil uis siue pascuis siue piscatoribus. Dominibus ubi habet fratres lau. dci

dicat[1]. *Sunt qui ipsum cum Rudolfo ad curiam imperatoris in Italiam profectum esse putent, cum hunc cognovisse et quasi testis oculatus de eo retulisse videatur*[2]. *Sed concedendum est, fortasse ab aliis relata eum recepisse*[3]. *Bis epistolas paparum laudat et quae iis continebantur affert, sed uno saltim loco ita, ut ipsam minime prae oculis habuisse censendus sit*[4]. *Alia scripta ei ad manus fuisse, non verisimile est*[5]. *Novit quidem 'formam compositionis' inter Fridericum imperatorem et papam Clementem factae et foedus cum rege Franciae ictum*[6], *utrumque bullis aureis confirmatum; sed num ea legerit, dubitare licet; et ne in curia imperatoris eum degisse statuamus, multa sunt quae vetant. Sermone utitur lucido et satis eleganti, ad sacrae scripturae exemplum exculto; auctores veteres raro tantum imitatus est, idque in versibus in laudem Hillini compositis, quos fortasse aliunde recepit. Medii aevi libros praeter Hildegardis prophetias nullos affert*[7].

Quae sequuntur Gesta Iohannis et Theoderici archiepiscoporum in his a praecedentibus non valde differunt; libri praeter Hildegardis et Methodii prophetias nulli, sacrae vero scripturae loci saepius laudantur. Sermo utriusque partis non plane idem esse videtur[8]; *neque tamen duos fuisse scriptores contenderim*[9]. *Certe qui gesta Iohannis confecit, ipsius aetati minime suppar putandus est*[10], *quippe qui illius parum cognita habeat tempora, in annis indicandis et rebus enarrandis saepe a vero aberret. Etiam res notissimas, Heinrici VI. et Philippi regum mortem, Friderici II. electionem, falsis annis adscriptas videmus; id quod librariis imputandum esse non puto*[11].

Alia quidem quae tradidit fide digna[12], *nonnulla ex annalibus sumta esse videntur*[13]. *Ubi incertum rumorem sequitur, id sincere indicat*[14]. *Quod in Iohanne laudat, eum 'mirabili calliditate' inter turbines eius temporis ecclesiam rexisse et de partium studio cavisse, et ipsi fuit propositum; ideoque silentio praeteriit quae minus placebant*[15]; *papam vero ingenue iudicavit, Innocentium 'supra modum' Ottoni IV. favisse, postea eius nutu Theodericum Coloniensem archiepiscopum 'pessime depositum' esse, narrans.*

Theoderici tempora tranquilliora fuere, cum ultimis demum eius annis in Germania Friderici II. adversarii caput erigere ausi sint; id quod se haud probasse, auctor indicat[16]. *Scripsit, Coelestino papa mortuo, Innocentio IV, ut videtur, nondum electo*[17], *id est non multo post a.* 1242, *quo Theodericus obiit. Eum fortasse de opere longius continuando cogitasse, finis satis abrupte narrationi*

1) c. 6. 8. Neque hoc iis quae Bertheau p. 28. dicit refutatum puto. 2) c. 8. 3) Ita Bertheau p. 21. contra Schefferi sententiam statuit. 4) V. quae infra c. 11. 13. notavi. 5) Prutz, 'Gesch. Friedrich I', Vol. III, p. 381, affinitatem, quam inter relationem Gestorum et Arnoldi Lubicensis deprehendere sibi visus est, ita explicandam esse, censuit. Sed pauca quae affert verba communia, cum tota narrationis series plane sit diversa, id probare nequeunt. 6) c. 12. 11. 7) c. 9. 8) Notandi sunt similes dicendi modi, ut c. 1 (Ioh.): *Hic est Walerannus qui;* c. 3 (Theod.): *Iste est Engelbertus qui; Iste est Theodericus qui.* Sed alia differunt. Sunt etiam quae cum Gestis Arnoldi conveniant; cf. praesertim utriusque vitae finem. 9) Cf. Bertheau p. 40 sqq. Verba c. 3: *Successit autem Iohanni Theodericus*, et mox: *qui et ipse* etc., Gesta Theoderici arcte cum praecedentibus coniungunt. Etiam ubi in Gestis Theoderici Waleramus Limburgensis memoratur tamquam lectori notus inducitur. 10) Quae c. 1. de Waleramo (III) Limburgensi dicuntur certe post eius mortem († 1226) scripta sunt. 11) Aliter de anno Constantinopolis captae iudicandum est, cum semel recte a. 1204, post vero errore manifesto 1214. scriptum videamus. 12) c. 1: de Philippo Spirae obsesso, de conventu Confluentino. 13) c. 2: de eclipsi solis bis facta et fame magna. Fortasse etiam quae de Constantinopoli capta inseruntur hi suppeditarunt. 14) Cf. c. 1: *exclamasse dicitur; dixisse dicitur; ut dicebatur.* 15) V. Bertheau p. 50 sqq. Cf. etiam verba c. 2: *Nam de incendiis, cedibus et depredationibus, que facte sunt in regionibus per ista tempora, digna loqui non sufficimus, nec eciam sunt operis huius.* 16) c. 7. 17) Nam vix de eius electione tacuisset. Verba c. 3: *facta est habitatio Predicatorum usque in hodiernum diem*, ut eum in posteriori tempore ponamus, vix cogere possunt, cum id ante 20 annos factum esset.

datus innuere videtur[1]. *Res quas compertas habuit certo temporis ordine tradere studet, id quod postremis annis satis feliciter ei cessit. Adhibuit epistolas*[2], *conciliorum acta*[3] *et quae sunt eiusmodi monumenta*[4], *iisque adiutus rerum praesertim in Rheni partibus gestarum conspectum dedit satis accuratum, nec desunt quae horum temporum historiam bene illustrent.*

Arnoldi, qui a. 1242—59. *sedit, gesta novam continuationis partem dicamus oportet. Nam quamvis animus idem, libri forma et sermo plane sunt diversa. Nusquam certi anni indicantur, immo temporis ordo turbatur*[5]; *auctor comparationibus etiam longe quaesitis indulget*[6], *versus et locutiones vulgo usitatas infert*[7], *Horatii et Ovidii locis, verbis sibi oppositis non semper aptis orationem ornare studet*[8].

Prima vero operis pars in duplici servata est forma, altera breviore cum residua Gestorum parte in Gestorum codicibus, altera multis additionibus aucta et nonnullis locis plane diversa seorsim descripta. Quibus inter se comparatis, dubitari nequit, quin haec sit genuina, illa vero abbreviata simili modo quo Vitam Balderici Gestorum codicibus insertam videmus. Unus tantum locus ut aliter statuamus suadere videtur[9]; *sed eandem dicendi rationem*[10], *accuratam rerum notitiam hic deprehendes*[11]; *pauca quae sola Gesta praebent post inserta esse, facile est intellectu*[12]; *semel etiam a vero aberrant*[13]; *alibi abbreviatoris vestigia propatula apparent*[14]. *Quae cum ita sint, hoc Vitae amplioris fragmentum magni sane faciendum est, eiusque fine aegre caremus. Neque enim auctorem hic substitisse, reliqua quae Gestorum codices praebent ab alio addita esse, putarim; sed interpolatoris manum fortasse etiam hic agnoscas*[15]. *Certe qui Gestis finem dedit, aliquot post Arnoldi obitum annis decursis*[16] *scripsit, Richardo Anglico in regem electo vivo*[17]. *Vitae auctor fortasse in S. Mathiae monasterio vixit, quippe qui sancti illius meritis viros nobiles periculum imminens effugisse narret. Quamvis Fridericum II. a papa depositum agnoscat et cum archiepiscopo Treverensi ab Heinrici Rasponis et Wilhelmi partibus stet*[18], *minime tamen*

1) Nisi statuere velis, verba: *Mortuus est et Walerannus post pascha* postea esse addita 2) c. 4. 5. Gregorii IX. epistolas; c. 8. Friderici II. encyclicam; c. 7. litteras, quibus principum circa Rhenum manentium auxilium contra Tartaros implorabatur; quas non habemus. 3) c. 3. acta concilii Lateran. a. 1215. 4) c. 4. hereticorum articuli. 5) c. 4. Innocentius IV. post Wilhelmum regem mortuus dicitur. 6) c. 1: *tamquam molares essent equaliter fere duri*; c. 3: *quasi alter Nero; tamquam leo magnanimus; tamquam elephas qui ex ostensione cruoris incitamentum furoris recipit*; c. 4: *quasi statua immobilis.* 7) c. 3: *ut moris est in quibusdam novitatibus; cui nota est rei experientia*; c. 4: *quia nichil in humanis rebus est stabile vel perpetuum; quia ludit in humanis divina potentia rebus.* Ex Horatio verba mutuatus est c. 4: *adhuc lite sub iudice perdurante.* 8) c. 1: *per grave dispendium ad breve compendium saepe devenitur.* His conferas in gestis Iohannis: *Perplexus inter legem et regem, inter instantiam Innocentii et Philippi potentiam.* 9) V. notam c. 1. Fortasse etiam quae de expensis archiepiscopi in obsidione castri Turun factis narrantur huc referas, cum antea dictum sit: *quantis expugnaverit expensis castrum illud, tediosum esset per singula explicare.* Sed quae sequuntur cum his minime pugnant. 10) Cf. c. 2: *ut vipera veneno plena; quia longas simultates ira morata facit.* 11) V. quae c. 1. de rege Conrado Coloniam profecto, c. 4. de pugna apud Francfurt commissa, de oppidis a rege Wilhelmo captis, de ira regis in archiepiscopum traduntur. 12) Epistolae Innocentii, ad quas auctor provocat, c. 2, ita sunt insertae, ut narrationis filum prorsus sit abruptum. C. 4. castrum Wirici de Dune devastatum loco minus apto narratur. 13) Quod c. 4. narrat, archiepiscopum Treverensem Wilhelmi regis electioni affuisse. Semel c. 1. narrationem emendavit, cum a. 1242. sedem Romanam vacasse sciret. 14) Vita: *Oculos sue considerationis . . . in plebem suo commissam regimini circumflectens, muro . . . civitatem . . . circumsepsit*; Gesta: *Oculo considerationis sue . . . muro civitatem Treverensem . . . circumsepsit.* 15) Cf. quae c. 4. minus accurate de morte Wilhelmi regis et Innocentii papae referuntur. 16) Archiepiscopi Coloniensis Conradi mortem a. 1261, 28. Sept. memorat. 17) c. 4: *adhuc lite sub iudice perdurante . . . vitam finiverunt.* Quod post Richardi mortem vix scripsisset. Alia quae Lorenz, G. Q. II, p. 4, affert Bertheau p. 78. refutavit, cuius librum ille neglexit. 18) Cf. c. 4: *auxiliante Domino magis per divinam clementiam quam virium potentiam victis fugatisque ... adversariis*; quod Gesta brevius reddunt.

curiae favet Romanae, cuius avaritiam acerbis castigat verbis[1]. Ex aliorum libris nihil sumsisse videtur[2], sed quae narrat ipse comperta habuit; eaque modo aliis testimoniis confirmantur, modo ea supplent quae alibi leguntur.

Cuius opus cum non integrum Gestorum codicibus insertum videamus, quaeri potest, num forte idem de praecedente libri parte sit statuendum. Neque negarim, locos ita constitutos, quin aperte depravatos inveniri[3], qui id probare videantur; attamen rem certius indagare vix possumus. Certe ne sic quidem Gestorum pretio valde derogatum esset, quae inter praecipua rerum Germanicarum monumenta referre fas est.

Sequuntur Gesta Heinrici archiepiscopi et Theoderici abbatis S. Mathiae, ut in nonnullis codicibus liber inscribitur, quo praesertim lis inter illos per complures annos acta narratur. Auctor apertis se verbis indicavit Heinricum, S. Mathiae monachum, qui pro monasterio suo procuratoris partes egit[4]. Lite illa finita, ex chartis in monasterio servatis[5] et propria rerum cognitione accurate, sed verbosius et stilo magis iurisconsulti quam historiographi usus, eam enarrandam suscepit et librum confecit, qui quamquam nonnumquam taedium movet, magnae tamen est auctoritatis ad cognoscendos praesertim curiae Romanae eius temporis habitum et mores. Quamvis qui diu litigaverant re composita 'multo meliores essent amici, quam antea fuerint inimici'[6], auctor satis acerbe de archiepiscopo iudicavit, summo vero odio Wilhelmum, monasterii S. Maximini monachum, ab archiepiscopo contra Theodericum monasterio S. Mathiae praepositum, persequitur; in eius demum obitu calamum deposuit. Qui quo anno mortuus sit non constat, neque quando Heinricus libro finem dederit indicare possumus. Certe vero Heinrico archiepiscopo vivo scripsisse putandus est, quippe qui neque de posterioribus eius annis neque de morte quidquam retulerit.

Postea vero haec sunt suppleta. Alter, ut videtur, eiusdem monasterii monachus primum chartas nonnullas ab Heinrico praetermissas addidit; idem, nisi fallor[7], postremo eius libri capitulo quaedam inseruit et post de reliquis archiepiscopi actis et morte retulit. Ne hic quidem quae ipsi displicebant tacuit, quod 'propter mundi gloriam magis quam Dei laudem' multa ille gessit, quod 'vitam monasticam parvipendit' et monasteriorum bona in suos usus convertit, immo 'omni religionis disciplina caruit'; neque tamen quod 'laude dignum' videbatur praetermisit.

Sed his posteriori aetati non satisfecit. Ut Gestorum collectioni magis concinna adderetur continuatio, liber confectus est, qui Heinrici archiepiscopi merita exponeret et res ab eo gestas 'compendiose' 'sub lucida veritate' narraret. Auctor Heinrici librum novit et tam ex eo quam ex continuatione non pauca hausit, praeterea chronicam Metensem infra edendam, fortasse alibi longius continuatam, vel alios s. XIII. annales adhibuit, necnon notas de bonis acquisitis et expensis factis ad manus habuisse videtur. Quibus subsidiis minus bene usus est, ita ut easdem res bis narraret et verbis piis ex sacra scriptura et auctoribus ecclesiasticis petitis pauca quae comperta habuit exornaret. Ab Heinrici

1) c. 1: *Pallium, quod Rome raro accidit, gratis transmisit;* c. 4: *Que quantitas pecunie, ut tunc referebatur, fortassis totam Romanam curiam commovisset.* 2) Minime Ann. Wormatiensibus usus est. 3) Cf. Cont. IV. c. 3. fin; c. 6. 4) c. 14. In charta ibi inserta scribit: *ego Henricus clericus monasterii S. Eucharii* (i. e. S. Mathiae) *Treverensis.* 5) c. 59. fin. 6) c. 58. 7) Quod in uno codice (4c) cap. 2. et 3. omittuntur, non magni faciendum est, cum ille recentioris sit aetatis et ex alio repetendus qui ea continet. Eundem vero animum et sermonem in his tribus capitulis deprehendere mihi videor, ab eo plane diversum quem in Heinrico agnoscimus.

tempore longius eum remotum fuisse, facile est intellectu. Sed Balduini archiepiscopi iussu eum scripsisse, non est cur statuamus[1]*; sane si ita esset, non se 'ab amicis invitatum' opus, cui 'segnities ingenii et tarditas intellectus obscuri', ut modestius quam elegantius infit, repugnare viderentur, suscepisse dixisset. Ordulphum*[2] *Scholerium qui auctorem habent, certo testimonio haud nituntur*[3]. *Neque ille, qui magistri scabinorum officio a.* 1344. *fungebatur*[4], *is est cui hoc opus et aliud eiusdem indolis*[5] *adscribi possit.*

Nullus enim dubito, quin eidem qui Gesta haec Heinrici confecit etiam Boemundi eius successoris tribuam historiam[6]. *Plane eundem animum, eundem sermonem in quavis agnoscamus oportet pagina*[7]. *Oratione prolixa, locis ex sacra scriptura et auctoribus ecclesiasticis, Hieronymo, Augustino, Gregorio, Haimone, Bernhardo, Galtero de Castellione aliisque petitis — quos accuratius indicare longum fuit — obfuscata magis quam ornata, res a Boemundo et ipsius tempore gestas exponit, cui grates referre suum habuit, acriter eos insectans, quos aemulos consilii et laboris censuit. Paullo post archiepiscopi mortem opus suscepisse et ei finem dedisse videtur*[8], *quippe qui res aestate*

1) Ita Wyttenbach et Müller p. 140. Lorenz, G. Q. II, p. 5, auctorem sub Balduino scripsisse, dicit, ab iis commotum qui potestati principis favebant ('Anhänger der landesherrlichen Gewalt'). Sed quamvis c. 5. quae in hunc finem archiepiscopus bene gessit laude magna efferantur, auctor tamen multo magis in aliis versatur. 2) Minus recte Wyttenbach et Müller l. c. Ordericum eum dicunt, alio loco vero Ordulphum. 3) Ita Masenius ad Broweri Ann. I, p. 78, quem Wyttenbach et Müller sequuntur. Ille, postquam de Balduineo quod dicitur retulit: 'Et', inquit, 'colligendis quidem in unum volumen regum, caesarum ac pontificum diplomatibus totiusque historiae epitome ex veterum scriptis conficienda adhibitum esse ex urbis senatoribus virum doctrina ac pietate conspicuum Ordolphum Scholerium, qui adultiori iam aetate, sepositis curis publicis, literis ac pietati extremos vitae annos consecravit, ex vetusto metropolitanae ecclesiae codice in membranis exarato intelligimus, quando autographi Ordolphiani descriptor, qui a 1362. in vigilia S. Andreae absolvit, tale autori Ordolpho carmen pangit:

"Ordolphus totas scripturas condidit istas,
Quem baptista pie vivere fac requie"!

Unde apparet, Ordulphum, qui historiam diplomatumque veterum collectionem iubileo salutis nostrae 1300. cum bulla indulgentiarum Bonifacii pont. finierat, iam ante sub Balduino aut Boemundo archiep. in festo s. Ioannis baptistae defunctum esse, quam membranis hocce prototypon mandaretur. Ordolphum vero probatissimae vitae senem (qui parthenonis ad pontem Leonis reparator insigni munificentia ac pietate fuisse memoratur [ita Brower. II, p. 215]) nil nisi ex archivis dioecesaneis produxisse, ut Balduinus instituerat, nobis iure persuademus, ideoque defuisse hactenus Treveris auctores qui communicanda pluribus in libris transferrent, non vero authoritatem scriptorum, manifestum est'. Ita Masenius. Certe de Gestis loquitur; sed quae de eorum origine et indole dicit falsissima esse, omnibus constat. Et minime versus illi, ea vel eorum partem ab Ordolpho scripta esse, dicunt; sed id tandem memoriae tradunt, codicem a. 1362. descriptum eius iussu esse confectum. Quare alii eum fortasse Gestorum collectorem habendum esse opinati sunt (cf Hontheim, Hist. III, p. 985: 'Gestorum Trevirorum collector, sive Cuno archiepiscopus ille fuerit sive Ordulphus Scholer scabinus Trevirensis'). Sed iam multo ante Gestorum partes collectas esse, codices ostendunt. 4) Ordulphus fortasse idem memoratur a. 1304, Hontheim II, p. 29. 5) Gesta Boemundi etiam Dominicus libro quem de hoc archiepiscopo scripsit p. 8 n Ordolpho tribuenda esse censet 6) Boll., April. II, p. 702, etiam quae de bonis a Iohanne archiepiscopo acquisitis post quibusdam Gestorum codicibus inserta sunt, huic auctori tribuenda censuerunt; sed indoles et sermo plane sunt diversa. 7) Ut pauca afferam: G. Heinr. prol.: *Beatus enim Ieronimus in cunctis suis prefationibus consuevit suis emulis respondere: Aggrediar ergo illud sapientis, qui dicit: Opto placere bonis, pravis odiosus haberi*; G. Boemundi, Invectio: *Ideoque beatus Ieronimus in singulis suis prefationibus consuevit suis emulis respondere, qui venenosis stimulis opera gloriosa conabantur ausu temerario multipliciter offuscare*; G. H. c. 4: *cuius occulta iudicia nemo colligere potest, eo quod admiranda voce prophetica sint abyssus multa*; G. B. Inv.: *cuius iudicia sunt abyssus multa*; c. 30: *cuius occulta iudicia nemo colligere potest, eo quod admiranti (?) voce prophetica sint abyssus multa*; G. H. prol.: *quae materia dinoscitur alibi nimis diffuse fore conscripta*; c. 1: *Iam stilum ad materiam convertamus*; G. B. prol.: *quae nos . . . ab assumpta materia digressionem facere compellunt*; G. H. prol.: *quomodo fuerit electus, quotque annis amministraverit officium sui pontificatus et quantum ampliaverit ecclesie sue statum, qualis fuerit eius exitus . . . . cum adiutorio Altissimi . . . compendiose perstringam*; G. B. prol.: *Qualiter autem . . . electus fuerit . . . quot annis rexerit sui presulatus officium, quantum augmentaverit ecclesie sue statum, et quomodo migraverit ab hoc seculo, annuente Domino, compendiosius explanabo.* 8) Hontheim, Hist. dipl. III, p. 986, haec Gesta tribuit 'scriptori veracitatis caracterem undique prae se ferenti et si non coaevo certe suppari'.

a. 1300. gestas enarret, nullam vero novi archiepiscopi Dietheri mentionem faciat, qui Roma missus Iulio mense dioecesim, quamvis nondum urbem, intraverat. Quod si consilio factum censeas, certe cladem Francogallorum a Flandrensibus a. 1303. acceptam nondum novisse putandus est, cum narraret, quomodo rex Franciae comitem et terram illorum sibi subiecerit[1]. *Auctorem vix monachum habueris, rectius inter ecclesiae Treverensis clericos requisiveris; sed inferiori loco natum, quippe qui nobilium superbiam acriter castiget, civitatis liberae iura celebret*[2]. *Quae de expensis ab archiepiscopo factis et feudis constitutis vel auctis 'annotata erant et registrata' ad manus habuit*[3]. *Etiam diplomata ab imperatoribus data novit*[4]; *litteras papales, quamvis ab historia Treverensi prorsus alienas, libro inseruit*[5], *aliarum epistolarum notitiam habuit*[6]. *Ex Gestis praecedentibus non pauca mutuatus est*[7], *immo eorum epitomen novis fabulis*[8] *auctam in librum suum recepit*[9], *eoque indicavit, non tam eorum continuationem quam peculiarem historiam ut conderet sibi propositum fuisse. Quare nec a repetendis illis quae in Gestis Heinrici scripserat abstinuit*[10]. *Quae hunc praecessisse librum, ut statuamus, uno praesertim loco adducimur, quo aperte ad illa allusisse videtur*[11]. *Haec ex annalibus sumta esse*[12], *vix crediderim, cum quas auctor dicit incidentias temporum iam prologo promiserit eisque tradat quae ipse videre potuerit. Et certe alio loco oculatum testem agnoscas oportet*[13]. *Quare mirum est, quod alibi temporum ordinem graviter turbasse dicendus est*[14]. *Neque omnium quae Boemundus gessit notitiam habuit*[15]. *Nimis in rebus longinquis enarrandis moratur, nescio an libris scriptis adiutus. Quae de Bonifacio VIII. tradit prope ad ea accedunt quae in Vitis pontificum Romanorum hac aetate relata sunt*[16], *neque tamen ex eiusmodi libro exscripta putarim. Res a Tartarorum rege Ghazan gestas rumore populi ampliatas et turbatas tradidit*[17]. *Laudat Vitam Annonis archiepiscopi Coloniensis*[18], *historiae antiquae gnarus fuit*[19], *etiam poetas legisse videtur*[20]. *Neque tamen bonam ex his frugem tulit; nimius in archiepiscopo laudando et gloria Treverensis ecclesiae celebranda*[21], *rerum publicarum parum gnarus, prolixus in verbis, sermone tortuoso usus, ita ut nonnumquam orationis filum non teneat. Ne verbum quidem, quod magistro civium Ordulpho tribuas; neque hunc iuvenem talia scripsisse, postea ad alia negotia ductum esse, statuere licet. Quamvis igitur haec aliis Gestorum partibus aequiparare haud possimus, attamen auctorem pro sua parte fecisse, ne series eorum abrumpatur, grato animo agnoscere debemus. Non pauca memoriae tradidit quae alibi frustra quaeras; fortasse etiam alios commovit, ut Balduini et sequentium archiepiscoporum vitas scribendas sumerent.*

Quibus nunc sepositis, in fine saeculi XIII. haec Gestorum editio subsistat oportet.

Cui adornandae haec nobis fuerunt subsidia:

Codex T r e v e r e n s i s Nr. 1341 (XXXI), *olim S. Mathiae, Gestis usque ad a.* 1132. *deductis, eius recensionis quam* C *appellavimus continuationem adiecit f.* 76'—81. *initio huius editionis positam, quam ex Vita Alberonis ipse librarius*

1) c. 29. 2) c. 13. 3. Hunc locum valde memoratu dignum omnes editores praetermiserunt. 3) c. 18. 4) c. 17. 22. 5) c. 25. 34. 6) c. 30. 7) c. 15; cf. c. 19. 8) Quas ex Petri Comestoris libro vel simili sumsit. 9) c. 4—9. 10) c. 22. Quae c. 11. de pugna Woringensi narrantur plane cum iis conveniunt quae in Gestorum Heinrici appendice leguntur; sed etiam haec fortasse nostro tribuenda sunt. 11) c. 26: *His diebus i t e r u m orti sunt vapulatores.* 12) Ita Lorenz, G.Q. II, p. 6, statuere videtur, nisi notas has ad annos digestas ('annalistisches Material') ab ipso auctore factas censeat. 13) c. 32: *cuius rei coniectura non latuit efficaciter intuentem.* Etiam quae de adventu Boemundi c. 12. narrantur huc retulerim. 14) c. 14. 15) V. quae c. 29. notavi. 16) c. 24. 17) c. 30. 18) Prol. 19) c. 30. 20) ibid. 21) Cf. c. 3 sqq.

sumsit (cf. Arch. XI, p. 359). Hoc codice superstite, ceteri omnes, qui ex ipso manarunt, hac parte nullius sunt auctoritatis. Postea vero alii antecedunt.

1) Codex Francofurtanus F. 35, membr. fol. s. XIII (Arch. VII, p. 520; SS. VIII, p. 127), quem quatuor scribae ita confecerunt, ut primus continuationem ad a. usque 1190, secundus quintam — 1259, tertius Gesta Heinrici archiepiscopi et Heinrici abbatis exararet, quartus f. 199 sqq. ea suppleret quae his postea addita esse patet, ex hoc libro in alios transposita. In prima parte nonnumquam solus veram lectionem servavit; postea non eiusdem pretii, ubique tamen ceteris vel praeferendus vel aequiparandus.

1a) Codex Treverensis Nr. 1347 (XXXIV), olim Societatis Iesu Trev., chart. s. XVI, ex 1 usque ad a. 1259. descriptus (v. Arch. XI, p. 363).

1b) Codex Treverensis Nr. 1349 (XXXII), chart. s. XV. ex., olim 'Codex monasterii sancti Mauritii in Tholegia proprius', qui gesta ad a. usque 1198. continet, itidem ex 1 fluxit (Arch. l. l. p. 364).

2) Codex Venetus bibliothecae S. Marci, XXII, 327 (antea 403)[1], olim 'Codex Sancti Martini in Treveri', membr. 4, quem b. m. Bethmann ita descripsit: 'Continet Gesta una manu calamoque continuo exarata usque ad a. 1190; abhinc alia manus coaeva item pergit usque ad finem, eademque habitu alio charactere minore subiecit septem lineas: Anno d. i. 54. accepit Eucharius arch. Tr., deinde Valerius, postea — divulgandi perpetuare, et in imo folii margine: Memento Bartholomei atque: Anno D. 1258. intravit claustrum Karolus, unde huius alterius partis scribam Bartholomaeum anno 1258. scripsisse conieceris. Priori primi folii paginae a primo scriba vacuae relictae alia manus coaeva inscripsit: Beatus Ieronimus in cronicha quam propriis — b. Mathernus fundator huius eccl. Trev. archiepiscopus constituitur. Quibuscum conferas velim quae b. m. R. Köpke annotavit (Arch. VII, p. 362 sq.). Minus recte hic vero primam manum iam cum Gestis Alberonis desinere dixit et historiam Iohannis decursu temporis in his foliis primum scriptam esse opinatus est. Nam ne hic quidem liber mendis caret, neque ceteros ex hoc manasse concesserim. In Gestis Arnoldi etiam longius ab aliis recedit, verba omittendo vel transponendo, ubi 1 et qui cum eo faciunt genuinam retinuisse videntur lectionem.

3) Codex Treverensis Nr. 1343 (XXXIII), olim 'liber collegiatae ecclesiae sancti Paulini', membr. s. XIV, partim ex 1 descriptus, inde ab a. 1152. vero propius ad 2 accedens, quocum praesertim iis locis convenit qui longius a 1 recedunt. In fine addita sunt Gesta breviora Heinrici necnon de pugna Woringensi nota, quae paucis verbis mutatis etiam in Gestis Boemundi eiusdem auctoris legitur. Quem ne hunc librum propria manu exarasse statuamus, obstant calami errores compluries commissi (Arch. XI, p. 366).

3a) Codex Treverensis, olim 'codex prioris Carthusiae prope Treviros', membr. s. XV, 4, ex 3 descriptus (Arch. l. l. p. 367)[2].

4) Codicis Treverensis Nr. 1341 (XXXI) altera pars, f. 83—144, membr. s. XIV, continuationem tertiam et quartam, necnon Gesta Heinrici et Theoderici continet, non semper pari diligentia, in primis Gestorum Heinrici capitulis satis arbitrarie scripta (Archiv l. l. p. 359). Codex postea etiam correctoris manum haud evasit, cuius lectiones in reliquos huius classis libros transierunt.

4*) Codex Treverensis Nr. 1348 (XXXV), olim 'liber monachorum in Hymenrode', post 'collegii Trevirensis soc. Iesu', membr. a. 1478, merum praecedentis apographum.

1) Cf. Zanetti, Bibl. manuscr. VI, p. 291. 2) Ubi minus recte numero 1344. inscribitur.

4a) *Codex Treverensis Nr.* 1344 (LI), *olim 'liber monasterii sancte Agnetis Trever.', membr. s. XIV,* 4, *usque ad a.* 1259. *ex* 4 *descriptus. F.* 77. *et* 78. *alia manu post addita capitula de bonis a Iohanne archiepiscopo conquisitis, nunc fine destituta, f.* 79 *sqq. Gesta Heinrici breviora nonnullis locis interpolata*[1], *necnon Gesta Boemundi sequuntur.*

4b) *Codex Vaticanus reginae Christinae Nr.* 559, *membr. s. XIV, post Gesta Heinrici et Theoderici capitula illa de Iohanne archiepiscopo inserit, iisque, brevioribus Heinrici gestis omissis, Vitam Boemundi addit. Posteriores continuationes et diplomata nonnulla tribus s. XV. et XVI. manibus volumini adiecta sunt (cf. Arch. XII, p.* 291*).*

4b*) *Codex Parisiensis Nr.* 6036, *chart. s. XIV. XV, maximam partem ex* 4b *descriptus, cuius errores novis auxit. Continet vero etiam Gesta Balduini et quaedam ad historiam Wernheri archiepiscopi pertinentia (ed. Wyttenb. c.* 271. 272*) eadem manu scripta, praeterea Balduini epitaphium f.* 244'. *post additum, f.* 251. *chartam Iacobi archiepiscopi a.* 1440. *et f.* 267 *sqq. Gesta Heinrici breviora, alia manu exarata, quae codicem* 3 *exprimere videtur.*

4b**) *Codex Treverensis Nr.* 1206 (1434), *chart. s. XVI, in* 4. *min.; inde ab a.* 1152. *ex praecedenti descriptus (Arch. XI, p.* 371*).*

Etiam codex Treverensis Nr. 1352 (1277) *chart. s. XVII. et Parisiense inter collectanea Baluzii recentioris aetatis apographum prope ad* 4b* *accedunt, quamvis vix ex eo hausta (Arch. l. l. p.* 372. 373*).*

4c) *Codex Treverensis Nr.* 1351 (1278), *chart. s. XV. XVI, quo continentur Gesta —* 1259, *Gesta Heinrici et Theoderici, nota illa de bonis a Iohanne acquisitis, Gesta Boemundi et Balduini, necnon archiepiscoporum historia ad a. usque* 1455/56. *deducta.*

Libros Treverenses et Francofurtanum ante multos annos cum editis ipse contuli, Venetum b. m. Bethmann et I. Heller noster, idem Vaticanum, Parisiensem Faerber.

Gesta uberiora Arnoldi praebuit

Codex Bruxellensis Nr. 6731—6776, *inter Wilthemii collectanea, s. XVI. ex. scriptus, ubi hoc fragmentum in bibliotheca Romersdorfiensi inventum dicitur.*

Alios quorum notitiam habui in Annalibus nostris (Arch. VII, p. 521*; XI, p.* 374*) recensui. Adde recens apographum — a.* 1259. *in monasterio Brabantino Averboden (N. Arch II, p.* 308. 324*)*[2].

Qui primus Gestorum continuationes — 1259. *edidit I. G. Eccardus (Corp. hist. II, p.* 2197*) usus est codice nunc Francofurtano vel eius apographo. Martene et Durand cum Veterum scriptorum collectionis amplissimae Vol. IV. Gesta inde ab a.* 882—1455. *insererent, codicem monasterii Sancti Maximini secuti sunt, qui quam proxime ad Vaticanum accedit*[3]. *Hontheim, qui in Prodromo historiae Trevirensis II, p.* 746 *sqq. Gesta —* 1732. *imprimi fecit, alterum S. Maximini codicem adhibuit. Wyttenbach et Müller denique in his Gestorum partibus edendis (Vol.* 1. 2. *Trev.* 1836*) praeter codices vetustiores etiam libros recentioris aetatis interpolatos, praesertim codicem olim monasterii Eberhardo-Clusani anni* 1531. *adhibendos duxerunt, quo factum est, ut vera lectio saepissime sit obruta et prorsus reiecta. Quare nunc, quantum fieri potuit, ubique ad genuinos fontes regrediendum erat.*

1) Aliter Arch XI, p. 369. indicavi; sed hanc sententiam stare non posse, nunc intellexi, cum 4a aperta interpolationis signa ostendat.

2) Aliud ad Wernheri tempora deductum, cui chartae monasterii Horreensis additae erant, Bollandini habuerunt, Act. SS. Apr. II, p. 702.

3) Eundem haberem, nisi Martene disertis verbis S. Maximini librum ad a. usque 1455. continuatum diceret; Romanus vero, Bethmanno teste, in a. 1388. desinit. Cf. quae SS. VIII, p. 129. dicta sunt.

Ex notis quas illi adiecerunt satis copiosis, sed parum bonae frugis continentibus, quotquot ad res illustrandas facere videbantur retinui. Magis vero tam libris a V. Cl. Goerz editis ('Regesten der Erzbischöfe zu Trier' 1861*; 'Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien' Vol. II. et III,* 1874*), et dissertatione a V. Cl. Bertheau diligenter scripta ('Die Gesta Trevirorum vom Jahre* 1152. *bis zum Jahre* 1259'. 1874*) me adiutum esse grato animo profiteor.*

GESTORUM CONTINUATIO SECUNDA.

G. Bald. c. 14. 1.[a] Isdem archiepiscopus studium suum ad hoc omnino adhibuit, ut reditus episcopales absolutos faceret, et curiam Humbach pro trecentis marcis redemit, quam predecessor eius domnus Meinherus invadiaverat; et cetera fere omnia ad episcopatum pertinentia domnus Adelbero redemit a domno[b] Godefrido episcopo aut invadiata aut in beneficium data. c. 13 Sed nec hoc pretereundum est, quod, cum Adelbero predictus archiepiscopus venisset Aquisgrani ad curiam imperatoris, Lotharius rex noluit eum investire regalibus, eo quod ante recepisset consecrationem episcopalem, quam suam requisivisset investituram; et omnino, ut credebatur, rex se ei opposuisset, nisi quod ipsum talem virum esse sciebat, qui facile totum mundum sui imperii contra ipsum commoveret; unde et levem satisfactionem ab ipso recepit. Cum enim ex communi consilio principum iuramentum regi obtulisset, quod non ad diminutionem sui honoris hoc factum esset, set a domno papa coactus ad consecrationem accessisset, domnus rex iuramentum ei remisit et regalia sceptro regni ei concessit. In eadem quoque curia Lotharingiae ducem Symonem, fratrem regis, excommunicatum pronunciavit, et in die sancto paschae, dum legeretur euangelium, eum exire aecclesiam compulit. Palaciolum, Iulii Cesaris castrum, iuxta civitatem situm, eo tempore situ et vetustate dirutum et inhabitabile multis sumptibus restruxit[c] et victualia sua illic deferri iussit. Stephanum Mętensem episcopum, de quo superius mentionem fecimus[1], qui tribus antecessoribus suis, Brunoni videlicet, Godefrido et Meinhero, respuebat subiectionem exhibere, coegit obedientiam sibi et subscriptionem facere.

c. 15. 2.[d] His diebus domnus archiepiscopus multa colligendo factus est valde habundans in rebus, et

Undique corrasit sibi, quod mens utile suasit,
Et nec cenobiis propriis hac parte pepercit.

Unde et aecclesiam sancti Eucharii sanctique Mathiae apostoli nimis attrivit nimiumque gravavit; et cottidie succrescens, ad quedam magna, quae mente gerebat, preparationem faciebat. Abbatiam enim Sancti Maximini ex antiquis privilegiis aecclesiae suae in fundo beati Petri sitam et de iure antiquo ad suam pertinere dispositionem intelligens, omnino animum apposuit, quomodo eam de potestate regis eriperet et suae aecclesiae restitueret. Propter quod in expeditionem Italicam cum rege Lothario profectus est cum centum militibus secundum estimationem, sed secundum veritatem cum sexaginta septem; pulsoque Rogerico rege Siculo de finibus Apuliae, quam occupaverat, dataque ea Reinaldo duci, et recuperatis beati Petri regalibus, cum imperator reverteretur, in valle Tridentina communi mortalium sorte in fata lapsus est.

3.[e] Ipse autem domnus archiepiscopus a domno papa Innocentio legationis officio decoratus cum reverteretur ad Montem Romaricum perveniens, audivit fama referente, quod comes Otto de Renecka ex acie regis ab Italia mandaverat fratribus duobus Wernero et Iohanni de Nantirsburch, quod castrum suum Arraz per insidias caperent, et hoc effectui fore mancipatum. Cumque post multos labores quietem sperasset et nunc denuo videret tot tantasque sibi imminere curas, animum viriliter contra adversa obfirmans, per coronam suam iuravit, se numquam barbam suam rasurum, nisi et suum castrum Arraz prius recuperasset et illorum fratrum, Warneri scilicet et Iohannis, Nentirsburch[f, 2] destruxisset. Colligens vero omnes Tullensis[g] et Metensis[h] terrae principes, cum magna milicia Treverim pervenit, et utrumque castrum, Arraz scilicet et Nentirsburch, simul obsidione cinxit, et Nentirsburch destructo atque Arraz recuperato, cum triumpho magno Treverim[i] reversus est. Taciturnitati[k] quoque denegandum videtur, quod predictus domnus Albero ab eadem expeditione revertens, predecessoris sui archiepiscopi Meinheri reliquias Parmae per vim abstulit et Treverim secum attulit. Predictus enim domnus Meinherus Cunradum, postea regem, cum Lothario esset superpositus, ut vir magnanimus excommunicavit. Unde pro negotiis aecclesiae suae ipsum Romam properantem idem domnus Cunradus, postea rex, cepit et Parmae pro magna pecunia loco pignoris posuit. Ubi etiam in carcere defunctus est.* Idem autem tunc superpositus rex in predicta

*) *In appendice folii* 4b' *haec exhibet:* Et notandum memoria dignum, quod idem dominus Adelbero legatus apostolice sedis subdelegavit eximium virum merito dignum Yvonem, de cuius eloquentia ac prudentia plures ammirabantur; quem tandem tumulavit in ecclesia sancti Petri sub arca meridionali; in cuius epithamo reperitur scultum in modum ut sequitur:

Rome legatum legatus Adelbero Rome
Pręsbyterum presul hoc condidit hospitio me.
Yvo mihi nomen; genuit Brytania, natum
Francia nutrivit, promovit Roma vocatum;
Tandem non parcens rapuit mors de medio me.
Corda preces Domino, fratres, effundite pro me!
Sole duodenas Iulii vergente Kalendas
Roma secunda mihi dedit exequias venerandas.

a) 65. *Mart.* b) dn̄o *c.*; *et ita deinceps modo* domnus *modo* dns. c) restrucxit *corr.* restruxit *c.* d) 66. *M.* e) 67. *M.* f) Nantirsburch *superscr.* e *c.* g) Tullenses *c.* h) Metenses *corr.* Metensis *c.* i) m *e corr. c.* k) *c.* 68. *inc. M.*

1) Gesta c. 23, SS. VIII, p. 196. 2) *Nantirsburch castrum fuit in monte quodam silvae dictae der borchwaldt prope Liutzerait.* Nota marg. s. XVI. in cod. 1.

expeditione Lothario regi reconciliatus est, et domno Alberoni archiepiscopo, quia penes eum regni videbat robur et G Bald c. 15. mentem exsistere, sese familiaritate magna et servitio adiunxit, et tanta tunc coniuncti sunt amicicia, quod post obitum Lotharii imperatoris omni studio domnus Adelbero elaboraret, contradicentibus fere omnibus regni principibus, eum in regnum sublimari. Effecit enim magna sua industria, quod dux Fridericus, frater Cunradi regis, et Bochus[a] Wangionum episcopus cum ipso Cunrado ad colloquium suum Confluentiam convenerunt. Ad quod colloquium Coloniensis archiepiscopus Arnolfus occurrit; et tandem post multa consilia domnus Adelbero archiepiscopus Cunradum in regem elevatum et Aquisgrani[b] cum magna deducens multitudine, regali unctione confirmavit in regnum. Postea[c] cum Saxones cum duce Heinrico[d], Lotharii regis genero, diem et locum Cunrado regi Hersveldis[e] prescripserunt, ut belli discrimine decernerent, utrum iuste regnare inceperit necne, domnus archiepiscopus se venturum cum viginti militibus cum promisisset, quingentos adduxit milites, et triginta vini carratas et inmensam victualium copiam secum adduxit, carris fere opinione infinitis. Illic[f] Albertus iunior, tunc Mogontinus episcopus, omnimodis laborabat, ut ad maiorem discordiam malum hoc excresceret. Ipse autem domnus Albero Dei adiutorio elaboravit, quod in pace divisi[g] ab invicem sunt, cum tamen multa milia magno odio ad pugnandum convenissent. Ipse vero archiepiscopus Albero, omnibus in pace compositis, singulis principibus singulas misit vini carratas, et maxime Saxonibus. Et notanda in hac re subtilitas ingenii in domno Alberone. Perpendit enim plus conferre ad victoriam atque ad animos accendendos virorum vini copiam et aliorum victualium quam multa milia famelicorum.

4.[h] His omnibus ita exactis, abbaciam Sancti Maximini pro his atque aliis serviciis a rege Cunrado recepit. Patro- c. 16. natum enim predictae aecclesiae, quam[i] rex longo tempore tenuerat, ipse rex restituit. Hac re per famae volatilem auram comperta, monachi, qui tunc temporis in aecclesia predicta valde enormiter vixerant, omne argentum et aurum, quod in diebus illis in monasterio illo multum habundabat, in textis tabulis, imaginibus variisque ornamentis, lapidesque preciosos et gemmas ante archiepiscopi reditum colligentes, comiti de Namuco, qui eo tempore terram de Lucelenburch tenebat, dederunt, ut arma auxiliaria eis ferret et, quia advocatus esset aecclesiae, dominium archiepiscopi et potestatem ab eis suis viribus removeret. Sed nunc nichil aliud a me expectes, nisi quod summatim singula perstringam, ne penitus aeterna oblivione deleantur.

5.[k] Eo igitur tempore cum vacaret aecclesia sancti Maximini abbate, elegerunt monachi abbatem monachum c. 17. quendam de aecclesia Leodicensi, fratrem quorumdam qui consiliarii erant comitis Namucensis, ideo ut illorum consiliis acrius in furorem suum comes cottidie accenderetur. Quem Romam magnis sumptibus ducentes, contra voluntatem domni archiepiscopi a domno papa benedici fecerunt in abbatem. Et ammiratae sunt turbae de tam subita rerum mutatione, quod Romana aecclesia tantum talemque virum tam graviter molestavit, qui tot labores totque pericula pro ipsa sustinuerat, et qui tam nuper in tanta gratia apostolicae sedis exstiterat, qui etiam pro papa Innocentio Lothario regi in tantum se opposuerat in expeditione supradicta, quod ipse archiepiscopus et rex ab invicem non sereno animo discesserant. Preterea c. 18. tempore huius gwerrae, quae erat inter archiepiscopum et comitem, fratres de aecclesia Confluentina eum quoque infestare ceperunt. Prepositum enim contra eius voluntatem elegerunt virum nobilem domnum Ludowicum de Ysenburch; cum quo Romam magnis expensis pergentes, literas apostolicas retulerunt domno archiepiscopo suae voluntati valde contrarias. Quas cum domno archiepiscopo in synodo residenti obtulissent, ipse ex animi commotione ipsas in terram deiecit. Unde apud domnum papam Innocentium accusatus, ab ipso est vocatus ad diem prescriptum. Et cum ad diem non venisset, episcopali est officio suspensus. Haec omnia mala venerunt simul super illum, et de omnibus his liberavit eum Dominus. Romam enim veniens effecit, quod abbas Sancti Maximini oboedientiam ei promisit et iuramento ei fidelitatem fecit et electionem Confluentinorum cassavit. Hiis[l] absolutis, ad comitem redeamus.

6. Comes itaque in principio huius discordiae ex inproviso, antequam domino suo fidelitatem contradixisset, cum c. 19. mille quingentis militibus Treverensi appropinquabat civitati. Et Treveri non erant premuniti[m] nec vallo nec muro adhuc cincti et longa pace bello dissueti, et ipse archiepiscopus aberat, in curia regis existens. Potuissetque civitatem tunc multum gravasse, si Deus hoc malum non avertisset. Sed comes Fridericus de Vienna tunc forte fortuitu erat in civitate, et occurrens Namucensi, multis suasionibus eum redire fecit, demonstrans, magnam fore ipsi et perpetuam infamiam, si quid tale contra dominum suum committeret, antequam dominio suo renuntiasset; presertim contra maiestatem regiam hoc fore, si archiepiscopo ex mandato regis in curia commoranti malum aliquod inferret. Reversus autem a curia archiepiscopus, omnibus modis ad pacem cepit laborare et comitem a cepto revocare furore. Ille autem per episcopatum incendia, rapinas, cedes exercebat. Tandem archiepiscopus cepit sese defendere. Et[n] quia nunc ad finem propero, multa pertransiens, summam gestorum hanc colligo. Růdolfi-montem bis cinxit et secunda obsidione destruxit, castrum scilicet quod c 20 omnibus modis insuperabile videbatur. Novum castrum, quod Mercurii-mons dicitur, edificavit, timens ne Namucensis montem illum occuparet, quod quasi in corde terrae suae erat. Mandirsceit castrum, natura loci munitissimum, cepit et usque ad obitum suum retinuit. Garlandam, Zolveram cepit et triginta municiones comitis Namucensis aut cepit aut destruxit. Epternacum quoque cepit, in quo comes miliciam tenere solebat. Sed inter primam et secundam Růdolfi-montis obsidionem bello congressi sunt archiepiscopus et comes in aperto campo. Quod tale fuit. Cum primo archiepiscopus Rudolfi-montem obsedisset, comes Palaciolum invasit, et ignem in ecclesiam sanctae Mariae initiens, munitionem quoque archiepiscopi cremare sperabat. Quae fama cum ad archiepiscopum pervenisset, obsidione soluta, tota nocte properavit cum milicia sua, ut inproviso hosti superveniens, inopinato terrore concusso suas vires ostenderet. Comes vero per exploratores presenciens eius adventum, in fugam versus, nocte illa in villam episcopi Witelich se recepit, equos et homines reficere volens, et nichil reperiens, villam totam concremavit. Et inde transiens, cum iuxta abbaciam quod Claustrum dicitur pausare vellet et panem frangere — famelicus enim erat —, exercitus archiepiscopi iam sibi imminere prenunciatur. Et ipse velociter cum suis fugam arripiens, cuidam de fratribus ad se vocato per adiurationem contestatus iniunxit, ut archiepiscopo se insequenti haec verba referret ex sui parte: 'Deus non meliorem diem vel noctem ei' — archiepiscopo scilicet — concedat, quam ego duos dies et duas noctes continue habui. Qui cum duobus ieiunaverim diebus et tercio die pauxillo panis me vellem refocillare[o], ab eo non sum permissus'. Consequens ergo archiepiscopus comitem, cum eo pugnam acrem commisit. Comesque terga vertens, beneficio velocis equi vix aufugit, suorum plurimis captis, multis cesis. Tandem comes fatigatus atque coartatus multis praeliis — nam sibi commissa privavit eum comitiva —, supplex[p] veniens ad archiepiscopum, pacem et concordiam cum eo firmavit, et haec presul concessit ei corde benigno.

a) Bachus 1. b) Aquasgrani *corr.* Aquisgrani *c.* c) *c.* 69. *inc. M.* d) H. *c.* e) Hersuelct *c.* f) Illi *corr.* Illic *c.*; Ibi *G. Alb.* g) *superscr. c.*; ab i. separati *G. Alb.* h) 70. *M.* i) *ita c.*; quem *G. Alb.* k) 71. *M.* l) *c.* 72. *inc. M.* m) *c.* 73. *inc. M.* n) refocilare *corr.* refocillare *c.* o) suppex *post corr.* supplex *c.*

7.[a] De adventu Eugenii papae tercii Treberim, et de consecratione aecclesiarum sancti Eucharii sanctique Paulini.

G. Bald. c. 23. Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo quadragesimo octavo, dominica qua cantatur *Ad te levavi* domnus papa Treverim venit, sicut invitatus a domno Alberone archiepiscopo fuerat, et sabbato ante predictam dominicam in aecclesia sancti Eucharii honorifice hospitatus est. In ipsa autem dominica cum maxima veneratione a clero et populo cum inconsuetae processionis ornatu[b] atque recordabili sollempnitate in templum est introductus, conducentibus eum a dextris domno Alberone, a sinistris vero Arnoldo Coloniensi archiepiscopo, precedentibus vero multis episcopis Germaniae, Belgicae, Franciae, Angliae, Burgundiae, Lonbardiae, Tusciae, et ex omni natione quae sub caelo est. Sed nec cardinales enumerare pigebit, qui cum domno papa Eugenio Treverim venerunt; episcopi cardinales: Albericus Hostiensis, Himerus Tusculanus; Humboldus[1] presbiter de titulo Sanctorum Iohannis et Pauli, Wido de Summa[c] presbiter de titulo Sanctorum Laurentii et Damiani, Gisibertus presbiter de titulo Sancti Marci, Hugo presbiter de titulo Sancti Laurentii de Lucina, Iulius presbiter de titulo Sancti Marcelli, Wido Dent presbiter de titulo Sanctae Potentianae, Odo[d] Bonae-casae, Heribertus presbiter de titulo Sanctae Anastasiae, Wido diaconus et cancellarius de titulo Sanctorum Cosmae et Damiani, Octavianus diaconus de titulo Sancti Nicolai in Carcere, Guido[e] Pisanus, Wido Cremensis, Gregorius de titulo Sancti Angeli, Iohannes de titulo Sanctae Mariae Novae, Iacinctus de titulo Sanctae Mariae in Cosmedim[f], Otto de titulo Sancti Georgii ad Aureum Velum. His omnibus domnus archiepiscopus per 12 ebdomadas continue largitus est necessaria in tanta habundantia[g], quod ipsi quoque fatebantur, copiam pleno cornu venisse ad ipsos. Quid referam de supervenientibus archiepiscopis, abbatibus, archidiaconis, prepositis, ducibus, comitibus ad dominum papam Treverim venientibus, quorum ne unum quidem largitatis suae reliquit inmunem. Natalis[h] Domini sollempnitatem tunc Treveris celebratam quis ita dictis explicare queat, ut tu, qui non videris, intelligere vel imaginari possis? Quam putas pompam processionis in die sancto fuisse, cum domnus papa cum nacco equitans, precedentibus cardinalibus et episcoporum multitudine, in equis albo coopertis ad aecclesiam sancti Paulini processit, indeque[i] revertens, missarum sollempnia cum tanta populi frequentia peregit, quod in tota aecclesia[k] sancti Petri nec spatium pedis vacuum reperire posses? Quid si dicerem, qualiter in die sancto, sollempni peracto officio, ex una parte domnus papa cum suis cardinalibus et ex opposita parte domnus archiepiscopus cum illis qui illuc convenerant episcopis infulati in mensis ex adverso oppositis residebant? Qua arte aliquis tot et tantas computare queat expensas? Dicerem quidem, quod ante domni papae adventum domum quae papae dicitur, tria habentem intersticia secundum altitudinem, infra sex ebdomadas construxit, et domum quae Iherusalem dicitur fere destructam reparavit. Sed quamvis taceam, res ipsa loquetur et in memoriam revocabit.

Ipsis[l] diebus domnus apostolicus Eugenius, petente venerando abbate Bertulfo, con-
Ian. 13. secravit aecclesiam sancti Eucharii sanctique Mathiae apostoli in octavis epiphaniae, hoc est Idus Ianuar., in honore sancti Iohannis euangelistae. Huic autem consecrationi interfuerunt Albero archiepiscopus Treverensis, Heinricus archiepiscopus Eboracensis; episcopi isti: Albericus Hostiensis, Hiemerus Tusculanus, Hartwicus Gebenensis, Hemedeus Lositanus; cardinales quos supra diximus, abbates et principes quam plures huius terrae, sed et populus infinitus; atque cum ingenti gaudio non solum urbis sed, ut ita dicam, totius provintiae haec dedicatio peracta est. Deinde post duas ebdomadas consecravit aecclesiam sancti Paulini domnus apostolicus 2. Kalendas Februarii.

8.[m] Nunc ad hoc transeo, quod domnus papa Eugenius a Treveris recedens, Remis celebraturus concilium mediante quadragesima pervenit. Ad quod concilium domnus Albero archiepiscopus tam magnifice pervenit, quod omnium oculos in se et ora de se aperuit. In camerula autem de corio facta, lineo panno intrinsecus obducta, inter duos ferebatur equos, quod cunctis visu erat mirabile. Senectute enim iam[n] laborabat longisque fractus deficiebat laboribus. In hoc ergo concilio prior in ordine cunctis residens episcopus, relegi de primatu sedis suae plurima fecit privilegia super omnem Belgicam, Galliam atque Germaniam. Quibus auditis, Remensis non mediocriter turbatus est. Unde et homines illius cum hominibus suis turbationem facientes, aliquos ex eis vulneraverunt. Quod ipse domnus archiepiscopus Albero valde ferens indigne, minabatur, Ivodio se sessurum et Remensem vastaturum episcopatum. Tandemque ad hunc finem res est perducta, quod Remensis cum Suessionensi ad hospicium eius pervenit et homines qui hanc culpam commiserant in eius potestatem
c. 25. dedit. Eodem[o] anno mense Septembrio cum palatinus Hermanus castrum Tris occupasset et edificiis firmasset, comes Otto de Reinnecca castrum predictum cum terra attinenti huic archiepiscopo et ecclesiae suae dedit, ut ipse illud recuperaret. Quapropter festinus castrum predictum obsedit. Palatinus autem, collectis omnibus viribus suis, ad liberandum castrum venit, et[p] ad introitum silvae, quae castro adiacet, castrametatus est. Archiepiscopus vero ex opposita parte acie instructa equitum peditumque, per tres dies eius prestolabatur adventum. Tunc orationem exhortatoriam, tenens crucem archiepiscopalem in manibus, cepit ad armatas acies tali modo facere: 'O vos amici beati Petri, o sanctae defensores ecclesiae, qui hodie pro Deo atque pro iusticia mortalia corpora vestra hostili gladio opposuistis, nunc veniat vobis in mentem beatus Petrus, cuius milites hodie existitis. credatis, eum cum magna[q] sanctorum caterva invisibilibus clipeis hodie vos protegere. Certi estote de victoria! Respicite hoc signum crucis, hoc, inquam, signum terribile adversariis Ihesu Christi! Haec est crux, in qua Hermannus comes palatinus mihi iuravit fidelitatem die illa qua advocatum ecclesiae nostrae ipsum constitui, die qua illas vires illamque potentiam ei contuli, per quam me modo infestat. Tunc predixi ei, in hac cruce

a) 74. *M.* b) armatu *post superscr.* vel ornatu *c., et inde:* vel ornatu vel armatu 1. c) Summo *corr.* Summa *c.* d) O. B. *in marg. suppl. c.* e) Guido P. *in marg. suppl. c.* f) Cosdī *c.* g) habuntia *c.* h) *c.* 75. *inc. M.* i) inque *c.* k) *in marg. suppl. c.* l) *c.* 76. *inc. M.*; 1 *in margine add.:* De dedicatione ecclesie nostre. m) 77. *M.* n) *superscr. c.* o) *c.* 78. *inc. M.* p) *superscr. c.* q) magno *corr.* magna *c.*

1) Sequentia aliter expressit auctor quam Gesta Alberonis, charta aliqua, ut videtur, Eugenii usus.

esse de ligno Domini, in quo ille, cuius haec sacrosancta refulget imago, de hoste humani generis triumphavit, multo- G Bald c. 25. rumque sanctorum venerabiles reliquias in hac cruce indicavi contineri. Ipse vero palatinus tenens manum super hanc sanctam imaginem, iuratus est mihi in hec verba: *Hunc Dominum, hunc pro nobis crucifixum do vobis, domne archiepiscope, fideiussorem, et iuro vobis per eius virtutem, quod numquam aliquid contra vos faciam, et quod in omnibus vestris necessitatibus cunctis viribus meis omnique potentia mea vobis fideliter assistam.* Nunc ergo sciatis omnes, quod hunc fideiussorem, Christum scilicet dominum, in hac sua sacra imagine portabo ante illum, oculis illius eum ingeram, hunc sui iuramenti testem illi demonstrabo. Sed nunc, o fideles Ihesu Christi, qui vitam et sanguinem vestrum pro defensione aecclesiae suae offertis, preparate corda vestra Domino, mundate conscientias vestras, et quia non vacat ut singillatim faciatis confessionem, generalem[a] mihi pastori vestro facite peccatorum vestrorum confessionem; et ego potestate a Deo nobis tradita faciam vobis per officium nostrum indulgentiam et remissionem omnium delictorum vestrorum, ut, si quis hodie ex hac temporali et incerta vita evocatur, transeat ad meliorem vitam, scilicet aeternam'. Tunc cum accepisset omnium communem confessionem, indulgentia facta et absolutione, benedictionem super eos faciens, ita omnes animavit, quod nec in uno signum timiditatis apparuit. Ipse vero archiepiscopus vexillum comiti Namucensi commisit, crucem autem propriis gestabat manibus. Haec cum ita se haberent, palatinusque per exploratores rescisset, se non sufficere ad committendam pugnam contra acies ita inanimatas, misit legatos ad archiepiscopum et verba precantia mandat; et ut cito ad finem veniam, haec impetravit, ut sui qui erant in castro illesi abirent, et de castro archiepiscopus suam expleret voluntatem. Uni curiae c. 26. interfui, qua[b] Francovordum petiit sub rege Cunrado cum 40 navibus cameratis, exceptis liburnis et onerariis atque coquinariis ratibus. In qua curia octo comites et ducem Lotharingiae Matheum atque Heinricum[c] ducem de Lenburgo secum habuit, clericorum atque militum multitudinem tantam, quod omnibus[d] qui videbant ammirationem faciebat. Magistrum quoque Iarlandum Bisintinum et magistrum Theodericum Carnotensem, duos fama et gloria doctores nostri temporis excellentissimos, secum in sua ducens navali cammenata, in illorum disputatione et collatione valde delectatus est; et a curia domum reversus, decentibus donis largiter honoratos ad propria laetos remisit. Hoc[e] tamen nescio an memoria sit dignum, quod, cum a predicta reverteretur curia, ideo[f] quoniam Mogontinos exosos habebat atque forsitan suspectos, civitati illorum appropinquans, vexilla singulis ex navibus erigi, milites in clippeis auro fulgentibus, loricis, galeis argentum nitore superantibus ostentare sese precepit; tubis et cornibus armorumque strepitu et horrisono virorum concentu adventans, totam permovit civitatem. Illic ex tota urbe homines concurrere, mulieres conclamare, et quasi urbs iam capienda foret, undique tumultum atque pavorem conspiceres. Tandem finem narrationi facturus, de fine et transitu et testamento eius pauca c. 27 dicam.

9.[g] Confluentiae in epyphania Domini curiam magnam tenuerat et treugas inter comitem de Molbach et comitem de Zeina acceperat. Hii pro Bunnensi[h] comitatu diu guerram ad invicem habuerant, quibus hinc inde fere omnis inferioris regionis nobiles favebant, terramque omnem vastaturi erant, si ipse suo consilio non intervenisset. Hoc enim in consuetudine habebat, frequenter suffraganeos suos et principes ac nobiles de provincia sua congregare et stipendia largiter illis amministrare et pro statu ecclesiae et pace patriae cum ipsis tractare. Et quod nunc dicere ceperam, statim post epyphaniam febris acutae diris ardoribus accensus et pleuresis passione constrictus, de vita dubitare incipiens, viros religiosos abbatem Richardum de Sprenkirbach et abbatem Sancti Eucharii Bertulfum et plerosque alios convocavit; factaque omnium peccatorum pura confessione, oleo unctus est secundum beati Iacobi apostoli institutionem, et sacrosanctum corpus Christi sumpturus, magnae fidelitatis et verae ac catholicae fidei significativa verba protulit. Nunc[i] autem quale ordinaverit testa- c 28 mentum, quam brevius potero, explicabo. Thurę curiam, quam ipse sua pecunia emit a comite W. de Glizberch, fratribus dedit aecclesiae sancti Petri Treverensis, ut in anniversario eius refectionem inde habeant, et patrimonium suum Sule. Curiam[k] Bridal aecclesiae predictae contulit tali dispositione, ut crux inaurata, quam tempore predictae guerrae decrustaverat, de reditibus eius repararetur, et quedam ornamenta, quae obpignoraverat, restituerentur, et deinceps perpetuo iure in usus fratrum cederet. Aecclesiae quoque sanctae Mariae ad Horreum quedam ornamenta tulit in diebus guerrae suae, pro quibus vineas apud Kestene et Moncella dedit, ut ex eis reparentur. Obiit[l].* autem octavo decimo Kalendas Februarii. Et licet communi mortalium sorte in fata lapsus sit, non tamen communi hominum fortuna funeratus est. Confluentiae enim cum obisset, exta eius in claustro iuxta parietem quae respicit ad septentrionem humata sunt et lapide tecta marmoreo, corpus vero mirra et aloe et aromatibus conditum a medico suo peritissimo Philippo Lonbardo, qui et urinae suae inspectione mortem eius tribus diebus ante predixerat, pontificalibus adornatum vestibus, Treveris est allatum cum magno comitatu. Palatinus enim comes Hermanus atque plerique inferioris regionis barones cum magno comitatu funus ipsius prosecuti sunt. Deinde cum Treverim pervenisset, clerus et populus ad pontem processit illi in[m] obviam, et per singula monasteria singulis diebus deportatus est celebri cum processione, donec dierum numerus monasteriorum complevit numerum; et per singulos dies procerum augebatur numerus, de tota provincia ad exequias eius confluentium. Veneruntque, comperto eius obitu, suffraganei eius episcopi, Stephanus Metensis, Heinricus Tullensis, Albero Virdunensis, et Iordanus presbiter cardinalis Romanae aecclesiae, qui tunc Mettis omnium abbatum superioris Lotaringiae conventum adunaverat, qui etiam simul cum ipso ad eius venerunt exequias. Tantoque honore communique luctu totius provintiae undecimo ab obitu eius die tumulatus est, quod omnes qui aderant confessi sunt, se numquam tam honorabiles exequias vidisse. Sepulturam vero habet in aecclesia beati Petri a latere meridionali iuxta altare beati Stephani. Et quod notandum, quotiens predictam dum viveret intrabat[n] aecclesiam, in eodem loco, in quo nunc habet sepulturam, orare solebat. Sedit[o] autem in episcopatu annos 19, menses decem, et vacavit episcopatus eius dies 13.

*) *In appendice cod.* 4b* *legitur:* Epitbarum *(sic)* Alberonis, *ut G. Bald. c.* 30, *SS. VIII, p.* 259, *editum.*

a) generale *corr.* generalem *c.* b) quam *corr.* qua *c.* c) H. *c.* d) *e corr. c.* e) *c.* 79. *inc. M.* f) q. i. *corr.* i. q. *c.* g) 80. *M.* h) Burensi 4b*. i) *c.* 81. *inc. M.* k) *ita c. distinguit.* l) *c.* 82. *inc. M.*, 4b* *add. in marg.* a. d. i. 1152. m) *post del. c.* n) *superscr. c.* o) Sedit — 13. *alia manu add. c.*

CONTINUATIO TERTIA.

1.[a] Anno incarnationis Domini 1152, qui est primus Friderici regis et octavus Eugenii pape, Albero archiepiscopus Trevirorum[b] ex hoc mundo decessit[1], et Hillinus, decanus maioris aecclesiae, unanimi consensu tam cleri quam populi in pontificatum successit[1]. Cuius gestorum seriem ut altius aliquantulum repetamus: cum in iuvenili aetate Frantiam pro studio adisset, assiduitate legendi ita se ipsum exercuit[1], quod in virum doctissimum enituit[1]. Inde rediens, cum bonis ac probis polleret moribus[1], aptus ac dignus videbatur magnis honoribus[1]. Quibus e vestigio magnifice preditus, postea, sicut prediximus, in episcopatum est adscitus, in quo non magnus in oculis suis, sed parvus voluit videri et esse, utpote qui optime noverat, ad hoc se vocatum, ut populo Dei studeret non tam preesse quam prodesse[2]. Et revera plurimum profuit, sicut ex evidenti tam rerum quam causarum eventu suo tempore contingentium sepe videri potuit. Denique[c] fumantem adhuc, ut ita dixerim, ticionem de recenti incendio, quod inter predecessorem suum Alberonem archiepiscopum et Heinricum comitem Namucensem bellis, rapinis et cedibus hominum diutius incanduit, non solum non reaccendit, verum etiam, quomodo omnino sopitum extingueretur, non armis sed pace, non animositate sed lenitate, non temeritate sed ratione, toto animi annisu intendit. Unde factum est, ut tyrannis occasionem nocendi, ubi poterat, prudenter adimeret, et ubi aliter non poterat, pacem aecclesiarum et populi Dei sub spetie honesti convenienter
Eccl. 44, 17. redimeret. Sic in tempore iracundiae factus est reconciliatio, sic apud Deum et homines laborabat, ne ulterius serperet pristina tribulatio. His bonis artibus apud Fridericum imperatorem, cum esset Treberi, abbatiam Sancti Maximini, pro qua multa mala contigerant in terra, testamento et aureo sigillo confirmatam, sibi et successoribus suis obtinuit[3]. His etiam Heinricum comitem Namucensem et Luzelburgensem[c*], pro Manderscheit castro episcopatum sepius invadere molientem, infregit et ab exterminio patriae sapienter abegit. Qualem autem tempore scismatis, quod anno incarnationis Domini 1160, Adriano papa mortuo, in terra exortum, 19 annis duravit inter Rollandum, qui Alexander, et Octavianum, qui Victor vocatus est, hic vir precipuus se exhibuerit, quis facile, nisi his qui secreta prudentis consilii sui noverat, explicare poterit? Certe, sicut oculatum et circumspectum animal, in preterita, presentia et futura prospiciebat; et cum legatus apostolicae sedis tunc esset[4], quod utilius, salva conscientia sua et gratia maiorum, videbat, hoc suadebat et agebat. — Hic[d] castrum Schura[5], mortuo Guilhelmo[6], qui illud Sancto Petro cum allodio, ministerialibus et omni familia tradiderat, quod dux Matheus arte et malo ingenio occupaverat, ope et adiutorio Friderici imperatoris, cum integritate optinuit. Castrum quoque[e] Seine cum adiacente predio tempore Everardi comitis adquisivit[7]. Similiter castrum de Nassŏwe[f], quod erat de proprietate Wormatiensis ecclesiae[8], munitionem Brŭche Theoderici et Billiche Fridelonis et Reldingunt[g] optinuit. Turrim in Erenbrettestein[h] perfecit[9] et cisternam ibi magnis sumptibus effodit; domos episcopales omnino dirutas reparavit et vallum[i] ibidem in solida rupe magnis expensis excidi fecit. Turrim in castro Tris[10] a fundamento erexit et consummavit. Similiter in castro Manderscheit[k]. Preterea etiam[l] illud merito scribendum et perpetuae memoriae conmendandum est, quod investituram et electionem pastoris aecclesiae de Logenstein[m] [11], quae erat de benefitio palatini comitis, resignatam sibi ab[n] ipso palatino coram Friderico imperatore recepit, cum ei benefitium prestaret, quod ei defuncto Hermanno palatino comite vacabat; cuius aecclesiae tertiam partem decimae,

a) 83. *M.*; 90. *W.* b) Trebirorum 3. c) *c.* 84. *inc. M.* c*) Lueceb. 4; Lucelenb. 4b. d) *c.* 86. *inc. M.* e) quod Sei(y)ne dicitur 2. 3. 4. f) Nassowe 2. 3. 4. g) Beldegunt 4b. b*. h) Erinbretstein 2. 3. 4; Ebersteym 4b*. i) vallem 4b. k) Manderseit 2. l) *deest* 3. 4. m) Logensten 2. 3. 4. 4b*; Logensteyn 4b. n) a pal. 2. 3. 4.

1) Nota hic et in sequentibus verborum lusum quem nos dicimus 'reimprosa'. 2) Cf. epistolam Wibaldi, in qua ei gratulatur, ut *antiquissimae ac nobilissimae civitati, quae totius Galliae Belgicae caput ac metropolis esse dinoscitur, possitis tam prodesse quam preesse* (Martene, Coll. II, p. 547; Jaffé, Mon. I, p. 530). WYT. 3) MR. UB. I, p. 655 (Stumpf Nr. 3761). 4) Cf. chartam Adriani papae, MR. UB. I, p. 651. 5) Eo tempore situm ad radicem montis non procul a Witliaco. In cacumine montis erat castrum Neoburgum. WYT. 6) Wilhelmus de Schura a. 1106—14. memoratur; MR. UB. I, p. 470 sqq. 7) V. chartam MR. UB. I, p. 629. 8) Ibid. p. 665. 9) Cod. ms. Trev. Nr. 1216. sign. habet: *An.* 1166. *Erinbreitsteinia arx ab Hillino restauratur.* WYT. 10) Treis ad Mosellam. 11) Lahnstein; v. Friderici I. dipl., MR. UB. I, p. 687.

quae utilitatis est non modicae, mensae episcopali in perpetuum delegatam, sub privilegio confirmavit. Similiter investituram et electionem pastoris aecclesiae de Chemtham[a, 1], quae aeque erat de benefitio palatini, ab ipso receptam, aecclesiae Sprenkirbacensi[b, 2] delegavit et in perpetuum possidendam in omni utilitate per manum et privilegium domni Adriani papae confirmavit.

2.[c] Inter haec omnia, quod super omnia mirabile et laudabile est, tempore prefati scismatis ita se gessit, quod aecclesiae Dei et imperio fidem servans, utriusque favorem cum bona conscientia optinuit. Et cum in omnibus fere causis prudenter omnia providisset, de tribus tantum a quibusdam nescientibus vel nolentibus considerare statum temporis, causam rei et violentiam personarum, insimulatur, quod minus caute egisset: quod scilicet fratribus Wormatiensis aecclesiae partem censuum de Pardenen[3] pro castro Nassôwen commutasset, et comiti Namucensi Macheram pro ratione Manderscheit temporanee, hoc est ad vitam suam, indulsisset, et quod Reinhero[d] de Berge benefitium 6 carradarum[e] vini dedisset. Qui merito deberent adtendere oppressiones, quas episcopatus vel tunc sustinuit vel postea sustinere[d*] de castro Nassôwe potuit, quas vir sagacissimus alto et provido consilio per hanc commutationem omnino deposuit. De Machera vero, quam comiti Namucensi ad vitam suam tantum prestitit, haec ratio extitit, quod comes idem et comes Viennae Sifridus in hoc conspiraverant, quod uterque castellum unum in episcopatu edificaret, unde ille pro Manderscheit, iste pro Arraz[4] episcopatum fatigaret. Hanc iterum conspirationem vir providus tali modo deposuit, quod comes Namucensis Macheram se vivente teneret, et post se ad episcopatum rediret; Reinhero[f] autem benefitium sex carradarum[g] ideo prestitit, quia secum in Italiam cum suis magnis expensis ivit. Ne[h] tamen in his videamur eum omnino contra obloquentium dicta excusare, consentire nos oportet illis qui affirmant, eum quosdam consiliarios elegisse, qui frequenter mentis eius propositum mansuetum et pium a statu rectitudinis averterunt et pro comodo utilitatis suae sinceritatem intentionis eius in multis exorbitare coegerunt, non metuentes illam sententiam beati Iob, que[i] cominatur eis et eorum similibus, dicens: *Ipse novit et decipientem et eum qui decipitur, propterea adducet* Iob 12, 16. *consiliarios in stultum finem et iudices in stuporem.* Haec circa finem vitae suae contigerunt, eo in maxima debilitate corporis existente. Ceterum in diebus suis omnes prelationes et personatus prepositorum atque abbatum vacabant, absque duabus, quas ita benigne et honeste disposuit, quod nulla postmodum de eis questio fuit.

3.[k] In diebus suis terra a bellis[l], rapinis et incendiis quievit. Unde nactus tempus oportunum, quod diu ante in animo conceperat, inchoavit. Quadam enim sancta intentione novum opus aggressus est construere in orientali parte aecclesiae sancti Petri, et iactis fundamentis, cum magnis sumptibus structuram illam erexit; sed morte preventus, ad finem non perduxit quod inchoaverat. Reditus tamen custodiae consilio fratrum ad hoc delegaverat, imprecatus mali[m] illi[n] qui auferret. Ipse vero post annos fere 18 pontificatus sui die 10. Kalend. Novembris, quam et sollempnem in honorem sancti Materni, cuius ea die trans- Oct. 23. latio colitur, et venerationem dedicationis maioris aecclesiae per totum episcopatum predecessores sui instituerant, quievit[5].

Hillino memorem semper fer, Trevir, honorem,
Patri precipuo pontificique tuo;
Qui denis annis prelatus et octo, tyrannis
Salva iusticia restitit arte pia,
Qua pax succrevit bellique procella quievit!
Dum legatus erat, scisma sed[o] intererat;
Quod sic transivit, medio tutissimus ivit[6].
Hinc favor asscribi coepit utrimque sibi
Denas deflendas peragente Novembre Kalendas,
Transiit e medio fine vir iste pio.

a) Chemtam 2. 3. 4. b) Sprencherbacensi 2. 3, *corr.* Sprenckersbach 4, *et ita* 4b*; Sprenkersbach 4b. c) 87. *M.*; 91. *W.* d) Rehinero 2. 4; Rehinere *corr.* Rehinero 3; Reynhero 4b. d*) sustine 1. e) carratarum 2? 3; carradarum *corr.* carratarum 4. f) Rehinero 2, *corr.* Reinhero 4; Reynhero 4b. g) carradarum *corr.* carratarum 4. h) c. 88. *inc M.* i) qui 3. 4. k) 89. *M.*; *nulla distinctio in* 2. 3. 4. *W.* l) ab illis inc. et rap. q. 4b. *M.* m) *ita* 1. 2. 3 4; mala *corr. M.*; multum mali *H. et W.* n) *deest* 2. 3. 4. o) *superscr.* 2; scismatis i. 3.

1) Kaimt ad Mosellam; v. ibid. Sed Adrianus papa tunc (a. 1161) mortuus erat. 2) Springirsbach. 3) Partenheim; l. l. p. 666. 4) Prope Alf ad Mosellam. 5) *Anno Domini* 1169. *in ecclesia Trever. sepultus* addit cod. Trev. Nr. 1462. WYT. 6) Ovid. Metam. II, 137.

De[a] Arnoldo archiepiscopo.

4. Anno incarnationis Domini 1169. post decessum Hillini[b] archiepiscopi primores tam cleri quam populi Treverensis aecclesiae convenerunt et ad suggestionem vel consilium imperatoris Friderici Arnoldum, prepositum Sancti Andreae in Colonia, virum strennuum, providum, sapientem et nobilem multisque diviciis prepollentem, in pontificatum unanimiter elegerunt. Qui cum invenisset terram totam ex preteritis rapinis, incendiis atque cedibus hominum a diebus Alberonis archiepiscopi adhuc tabescere et barones terrae circa aecclesiarum dispendia ex prava consuetudine quasi per licentiam insolescere, omnes fere nobiles terrae ad bonum pacis et concordiae revocavit[c], non solum frequenti ammonitione et correptione, verum etiam largiflua magnorum munerum largitione. Cumque super hoc a quibusdam familiaribus redargueretur, quare[d] ipse, vir tantarum diviciarum et tantae potentiae, qui vi posset iniuriis tyrannorum resistere, quasi pro timore hominum sua eis[e] largiretur, respondebat humiliter, Deum se testem habere, quod ipse Deus esset sibi in causa, pro cuius amore mallet sua potius erogare, quam se bellis implicare, quibus daret occasionem inportunis hominibus, ut latrocinia vel homicidia seu[f] caetera mala exercerent vel laborarent aecclesias[g] seu pauperes Christi devastare vel[h] omnino dissipare. 'Ad hoc', inquid, 'volo largitione facultatum mearum insolentiam violentorum reprimere, ut et eos qui inferunt et eos qui patiuntur calumpniam redimam, quos Christus dignatus est suo sanguine redimere'. Non[i] tamen haec agens vel dicens vir providus et strennuus omnimodis a bellis abstinere potuit, propter crebras incursiones, quas episcopium a Friderico, filio Mathei ducis ex sorore Friderici imperatoris[1], sustinuit. Illum denique res episcopii diripientem nec ammonitione nec beneficiorum largitione quiescere volentem, coadunato valido exercitu, apud Sigersberc[k. 2] obsedit; ubi ad tales conditiones eum coegit, quod proprietatem eiusdem castri cum omnibus attinentiis[l] suis Sancto Petro dedit. Similiter hereditarium ius allodii sui, quod habebat in castro Norberch[3], Sancto Petro contulit. Idem archiepiscopus viriliter repressit comitem de Nassowen, iura aecclesiae Treverensis sibi usurpantem in argentaria fossa de Homecen[4] et in eadem villa. Ipse etiam, cum temporibus suis imperator Fridericus cum exercitu intraret Italiam ad reprimendam Lumbardorum[m] fraudulentiam, ter virili animo cum magnis copiis et glorioso apparatu secum ivit[5], nec umquam super his aliquam exactionem aecclesiis vel civibus imponere imperatorem permisit, nec sibimet ipsi quesivit; sed de propria substantia se et universos secum comitantes large sustentabat; similiter etiam consilio et prudentia omnibus spectabilis factus, tanti itineris difficultatem feliciter pertransivit.

5.[n] Illud etiam de tanto viro commendabile est, quod, cum antiquitus ex religiosa consuetudine ab apostolica sede cardinales ad consolandas et corrigendas aecclesias emitterentur, modo autem nostro hoc tempore[o] nimiis angariis per eos qui circa cardinales erant aecclesiae gravarentur, ut primum adventum eorum presentire potuit, extra suam dyocesim eis occurrere[p] curavit, et de propriis rebus et donariis eis ministrans et honorifice remunerans, alias divertere fecit sicque aecclesias ab eorum gravamine liberavit. Pro his tamen expensis numquam ab aecclesiis aliquid exegit, sed, ut ferventiores essent in divino servitio[q], de facultatibus suis potius eis subministrare elegit. Inde est etiam illud de eo valde predicabile, quod, cum in primis suae prelationis temporibus aecclesias circuiret et eas fere omnes propter mala predicta, quae tempore Alberonis archiepiscopi contigerant in terra, desolatas et aere alieno oppressas inveniret, ita iuxta uniuscuiusque qualitatem eis de sua substantia erogavit, quod in brevi eas a debitis expediens, ad pristinum statum reparavit. Denique in obitu suo ad[r] duo milia marcarum sunt computata, quae ab eo in elemosinam quibusque aecclesiis sunt erogata. Tempore[s] vero suo gravis controversia in aecclesia Treverensi de archidiaconatu ultra Rhenum[6] emerserat, quae ingratitudinem et rancorem

a) *ita* 1. 2; *desunt* 3. 4. b) Hyllini 2. c) conv. 3. d) quē 1. 2. 3. 4. 4a, *corr. man. al. sed coaeva* quod 4b; *deest* 4b*. e) *deest* 3. f) vel 3. g) eccl. Chr. s. p. d. 3. h) seu 4b. b*. i) *c.* 91. *inc. M.* k) Sigerbech 2. 4, *corr.* Sigerberch 3. 4a, *et ita* 4b; Sygemberch 4b*. l) amnentiis 1; attinenciis *e corr.* 4. m) Lombardorum 3. n) 92. *M.* o) ipse 1; he ipse 2. 3. 4. p) occurere 1. q) officio 2? 4. r) a 1. 2. 4, *corr.* ad 4b. s) *c.* 93. *inc. M.*

1) Bertha. 2) Sirsberg in Lotharingia. 3) Browerus habet 'in Neuerburgio castro' (apud Witliacum). WYT. 4) WYT. legit *Eumetzen*, et posuit ad thermas Emptzianas regionis Loganae. 5) A. 1175. et 1177. cum imperatore in Italia fuit, a. 1179. concilio Romano interfuit; cf. Bertheau p. 18. 6) S. Lubentii. WYT.

plurimum quorumdam contra eum suscitaverat. Siquidem predecessor eius Hillinus archiepiscopus predicandae memoriae eundem archydiaconatum Godino Monasteriensi preposito, filio fratris sui, cum adhuc esset puerulus, circa finem vitae suae dederat; sed succedens sibi ipse domnus Arnoldus archyepiscopus, et videns eum infra annos, archydiaconatum multo tempore in manibus suis detinuerat. At ubi Godinus aliquantulum invaluit, requirere dignitatem ab avunculo sibi delegatam voluit[1]. Quam dum[a] petendo, querendo, pulsando optinere non valeret, et ad apostolicum vadens et rediens, multis questionibus suum negotium oportune importune exerceret, animum tamen pontificis ad impetrandum quod petebat, nescimus qua de causa, numquam lenire potuit; quod postmodum magnum suscitavit scandalum et occasionem gravis discordiae. Prepositus enim Sancti Paulini Albertus Romam ad apostolicum profectus, litteras ab eo clanculo reportavit, in quibus auctoritate apostolica archyepiscopo mandavit, ut archidiaconatum predictum ipsi Alberto conferret; quod et factum est, licet[b] minus considerate, quia ita subito factum est, quod Godino non dabatur locus et audientia defendendi partem suam. Inde postmodum motae sunt variae questiones et de questionibus multiplices seditiones, quae ad presens enarrare non est instantis operis. Ipse[c] autem domnus archyepiscopus non multo post tempore egrotare coepit usque ad mortem, et introierunt ad eum viri venerabiles Ludowicus abbas Sancti Eucharii et Giselbertus abbas de Claustro[2], ut visitarent eum; quorum ammonitione et consilio dispositis et ordinatis omnibus rebus suis, et maxime in largitionibus elemosinarum, quas aecclesiis delegavit, in contriti cordis humillima confessione et omnium aecclesiasticorum sacramentorum devotissima perceptione, in die sancti Urbani papae, qui est 8. Kalendas Mai 25.
Iunii, ad Dominum in pace migravit. Post cuius decessum parum vel nichil de omnibus divitiis suis, quas in urbe vel castellis reliquerat, ad effectum suae ordinationis processit, preter hoc solum, quod industria prefatorum abbatum illa rata manserunt, quae aecclesiis ad elemosinam concessit. Siquidem Wernerus de Bonlanden[d] cum aliis nuntiis imperatoris omnia ubique invaserunt et copiosas eius divitias in potestatem imperatoris redegerunt[3].

De[e] Volmaro et Rudolfo.

6.[f] Anno igitur [dominicae[g]] incarnationis 1183, defuncto Arnoldo archyepiscopo, facta est dissensio de altero eligendo in aecclesia Treverensi[4]. Nam precedente vespera diei, qua sepeliendus erat, convenerunt canonici maioris aecclesiae cum prelatis, ut deliberarent, quem eligerent. Maxima autem pars cleri in personam Rudolfi[h] prepositi maioris domus, mediante decano, consensit; sed nocte sequenti, negotio perambulante in tenebris, omnino inmutatum est quicquid ante inchoatum fuerat. Nam post sepulturam patris sui cum ad electionem convenissent, Folmarus archydiaconus dixit, illam esternam denominationem ita promulgatam fuisse, ut, cui maior pars cleri vel populi faveret, ipse in episcopatum succederet. Ad quod verbum factae sunt partes et inter partes altercationes graves. Tunc Warnerus[i] de Bonlande, annuente palatino comite, instabat, ut electio ad imperatorem differretur[k]; sed Folmarus insistebat, ut statim episcopus eligeretur, ex decretis probare intendens, quod nullo temporis spatio sedes episcopalis vacare deberet. Ad haec multa fuerunt obiecta. Tandem statuerunt, ut ad nonam verbum differretur et tunc, signo campanae omnibus convocatis, causa terminaretur. Ita ab invicem digrediuntur. Sed Folmarus cum suis ad laicos, quorum tunc multitudo maxima in Claustrum[5] convenerat, egreditur, et ne aliqua mora electionis fiat, modis omnibus laborat, monet et hortatur. Eius in favorem Heinricus dux de Leuburch multa prelocutus cum aliis nobilibus et ministerialibus atque civibus, monuit, ne ab invicem separarentur et qui digressi fuerant revocarentur. Ad quod missi sunt primo clerici, secundo nobiles et liberi, tertio ministeriales et cives idonei. Qui reversi, nuntiant, quosdam[l] longius processisse, quosdam in vicino iam ad prandium consedisse,

a) diu 3. b) licet — factum est *des.* 2. 3. 4. 4a. 4b. 4b* (*in* 3 *post suppleta*). c) *c.* 94. *inc. M.* d) Bolandan 2. 3. 4. e) *haec des.* 3. 4. f) 95. *M.*; 93. *W.* g) *deest* 1. 2. 4; inc. d. 4b. h) Rûdolfi 4b, *et ita saepius etiam in hac Gestorum parte* û *pro littera* u *scribitur.* i) Wernerus 3. 4. — Bolande 4. k) deferr. 2? l) q. long. pr. *des.* 2. 3. 4. 4a. b. b* (*in* 3 *post suppl.*).

1) Godinum a. 1173. et 1182. archidiaconum appellari, monuit Bertheau p. 19. 2) Himmerode. 3) In cod. Trev. ms. Nr. 1462. additur: *Ante altare Trinitatis tumulatus Treviris.* WYT. 4) Cf Arnold. Lub. III, 11, SS. XXI, p. 155; et quae Scheffer-Boichorst, 'K. Friedrich I. letzter Streit mit der Kurie' p. 34 sqq. exposuit. 5) Etiam hoc loco de Himmerode, quamvis paullo longius remoto, cogitandum esse, puto.

1183. qui orarent, ut iuxta condictum ad nonam expectarent et tunc congregatis omnibus pro episcopo constituendo in pace tractarent. At illi non adquieverunt, sed absentibus aliis in electionem Folmari convenerunt, et raptum eum potius quam electum magno concursu in oratorium et in sedem episcopalem traxerunt, et sic ad propria recesserunt. Circa nonam vero horam iuxta condictum alii cum palatino comite et Warnero de Bonlande ad signum campanae convenientes, qualiter talis electio cassaretur, omnibus modis elaborare intende-
Iun. runt, et missa legatione imperatori, dissensionem partium intimaverunt. A quo Constantiam civitatem evocati sunt, ubi iuditio principum sancitum fuit, quod imperator per consilium principum, si in electione discordarent, quam vellet ydoneam personam subrogaret. At ipse optionem electionis iterum in presentia sua eis concessit, ita, si preteritae electionis discordiam deponere vellent. Ubi Folmarus interesse nolens, discessit. Alii vero, quamvis pauci, Rodulfum[a] prepositum iterum electum presentaverunt et ab imperatore investitum ad propria reduxerunt. Qui cum Treverim venisset, fautores Folmari domum Sancti Petri preoccupaverunt[b], et clausis introrsum ianuis, aditum omnem cum satellitibus et armis ei[c] prohibuerunt. Sed apud Sanctum Symeonem sollempniter susceptus, auctoritate imperatoris episcopatum saisivit[d]. At[e] Folmarus terra marique laboriosum iter arripiens, Lucium papam adiit, causam dixit, iusticiam a sede apostolica expeciit. Papa dudum litteras omnium personarum aecclesiae Treverensis susceperat contra eum, et, quia per subreptionem magis quam per canonicam electionem optinere vellet[f], audierat. Unde et ad curiam suam, die eis prefixa, adversarios suos cum personis aecclesiae evocavit, et audito electionis ordine circa utramque personam, nichil eo tempore super hoc determinare iudicavit usque ad presentiam imperatoris, qui ei de eodem negotio scripserat quique iam in procinctu viae erat
Oct. occurrere ei apud Veronam. Ubi dum convenissent, et de negotiis, quae inter sedem apostolicam et imperium versabantur, questiones hinc[g] inde discurrerent, inter caeteras questiones ista habita est non una de minimis. Imperator enim causam Rudolfi prepositi suam faciebat; unde et constanter petiit, ut eum, quem per sententiam principum investisset, papa consecrare non differret. Quod dum apostolicus more curiae de die in diem protrahendo, imperatori firmam spem suae voluntatis exequendae promitteret, tandem suggestum est imperatori a cardinalibus, quod ad sententiam dandam papa procedere non posset, nisi auditis allegationibus utriusque partis. Ex consensu igitur imperatoris Rudolfus[h] cum suis processit ad curiam; cui ex adversa parte Folmarus cum suis, quos evocaverat ad se, cum decano maioris aecclesiae[1] resistere paratus, litem suae causae ingressus est. Lite igitur contestata, dum utrimque diu disputatum esset et allegationes eorum in scriptum redactae curiae representatae fuissent, quia ita perplexum erat negotium, ut hinc imperatorem, inde papam graviter tangere videretur, diffinitivam sententiam promulgare distulit; et sic non modicum temporis elapsum est.

7.[i] His ita se habentibus, rex Heinricus[k], filius imperatoris, Treverim et in finitima eius cum multitudine gravi venit, et inductus quorumdam pravorum consilio, inmunitatem cleri et libertatem civium, quam predecessores sui gloriosissimi principes eis contulerant et inviolatam usque ad dies illos servaverant, infregit. Nam milites sui et apparitores irruentes in domos clericorum, maxime eorum qui partem Folmari tueri videbantur, omnia bona eorum diripuerunt, quin etiam domum Folmari ad solum usque redegerunt. Si quis autem civium a delatoribus accusatus fuerat, vel ad redemptionem corporis et rerum suarum cogebatur vel captivus abducebatur[l]; quod factum initium et causa fuit magni mali et discordiae inter regnum et sacerdotium. Siquidem fama huius mali cum ad curiam pervenisset, cardinales et universus clerus, qui de diversis provintiis ad curiam venerat, tantam iniuriam in presentia summi pontificis graviter deplangebant, adeo ut ipsum etiam ad lacrimas converterent. Missis itaque legatis suis ad imperatorem, rogavit, ut clericis Treverensibus ablata restituerentur. Quibus imperator respondisse fertur: 'Immunitates ideo concessae sunt clericis[m], ut sequestrati a forensibus causis et tumultu populi, cum humilitate et devotione Deo in pace deserviant. Si autem quae Dei sunt relinquentes, ea quae sibi concessa non sunt usurpaverunt, privilegio libertatis suae gaudere non debent, nisi resipiscant.

a) Rûdolf. 2; Rudolf. 3. 4 *semper*. b) preoccap. 1. c) eis 4. d) sansivit *e corr.* 4, *et ita* 4b. b*. e) *c.* 96. *inc.* *M.* f) velle 2? g) hic 4b. h) Radolfus *hoc loco* 1. i) 97. *M.*; 94. *W.* k) Heur. 2. l) adduc. 2. 3. 4. m) *deest* 4b.

1) Qui ita partes mutasse dicendus est.

Quia igitur Treverenses clerici iura imperii, quae ab antecessoribus nostris divis imperatoribus usque ad tempora nostra illibata permanserant[a], attingere presumpserunt, iuste a filio nostro glorioso rege Heinrico ut hostes rei publicae habiti sunt; si autem dicitis: sine sententia curiae nostrae et principum contra illos[b] eius emanavit edictum: non commendamus et[c] ut in statum pristinum restituantur volumus'. Hoc responso accepto, nuntii reversi sunt in curiam. Dum haec ita geruntur[d], Lucius papa plenus dierum migravit ad Dominum; 1185. cui statim substitutus est Urbanus, qui fuit archyepiscopus Mediolanensis. Hic cum de negotio Treverensi nichil determinatum invenisset, gravius quam expediret causam huius negotii aggressus est. Nam fere totus mundus, diversis emergentibus causis, ex hoc facto commotus est. Quod quomodo ad effectum processerit, in sequentibus declarabitur.

8.[e] Contigit olim, cum imperator Fridericus Mediolanum civitatem magnam obsessam ad deditionem coegisset, cognatos et parentes domni Urbani papae inter caeteros captivos[f] teneri, quorum quosdam proscriptione dampnavit, quosdam mutilatione membrorum deformari precepit[g]. Ob huius itaque facti vindictam dicebant quidam, predictum apostolicum, antequam ad sedem apostolatus conscendisset, gravissimum rancorem servasse in corde suo contra imperatorem; quod postea in propatulo claruit secundum eorum assertionem quibus causa nota[h] erat. Nam postquam ad summi[i] pontificatus gloriam sublimatus fuerat, omnibus viribus laborabat, quomodo imperatoris dignitatem et excellentiam humiliaret. Dum enim de compositione pacis inter eos a cardinalibus et episcopis diu laboratum esset, et questiones, quae inter sedem apostolicam et imperium de terra marchionissae Mathildis a tempore Alexandri et Lucii papae ventilatae erant, iam per compositionem terminandae essent, imperatore nichil mali suspicante, ipse domnus papa Urbanus contra iuramentum, quia in verbo Domini iuraverat et per venerabilem virum Monasteriensem episcopum Hermannum imperatori mandaverat, videlicet quod Folmaro numquam manus consecrationis imponeret, sicut idem episcopus postea coram principibus confessus est[1], electionem Folmari approbare festinavit. Convocatis siquidem partibus, Folmari videlicet et Rudolfi prepositi, quae a tempore Lucii papae adhuc[k] in curia diffinitivam sententiam prestolabantur, utriusque partis allegationes relegi fecit et sic ad sententiam promulgandam consilio fratrum 1186. Mai 17. sabbato ante ascensionem[l] hora nona processit. Tanta erat festinatio, ut non daretur preposito tempus deliberandi usque mane; cum tamen inter cardinales essent quidam sanioris consilii, quibus videretur sanum esse et iustum, ut utriusque electio cassaretur et aecclesiae Treverensi libera electio redderetur vel sententia in tempus magis oportunum differretur. Quorum consilium[m] papa minus caute, si dici fas est, transgrediens, quod animo diu conceperat, ad effectum publice perduxit. Nam destituto Rudolfo preposito, quia de manu imperatoris investituram receperat, electionem Folmari confirmavit; quem confirmatum subsequenter in archyepiscopum Treverensem[n] consecravit[2]. Imperator[o], audita Iun. 1. novitate huius facti, sicut constantissimus semper fuerat in omnibus viis suis, motum animi sui repressit, et more solito indignationem mentis risu colorans, alto cordis secreto iniuriam istam reposuit, et mandavit filio, qui tunc temporis in Tusciam victrices aquilas converterat, ut iniuriam imperio illatam vindicare non omitteret. Igitur rex Heinricus nil moratus exercitum convertit in Campaniam et in omnem circa regionem totamque terram illam vel in deditionem accepit vel omnino devastavit, nullique[p] securus transitus dabatur eundi aut redeundi ad apostolicam sedem[3]. Interea[q] Folmarus, accepta consecratione pontificali, ex precepto papae festinavit redire ad sedem suam. Mutato itaque pontificali habitu, in scemate servili de Verona noctu aufugit, et per montium pericula, per angustias semitarum, et quod gravius erat, per custodes, qui observabant introitus[r] et exitus viarum, de Italia magno labore in Galliam pervenit. Ubi cum ad civitatem Tullensem pervenisset, ab episcopo eiusdem civitatis Petro non est receptus pro timore et reverentia imperatoris. Inde vero digrediens, ad Metenses, qui adventum eius desiderabant, iter arripuit; a quibus cum magno

a) permanserunt 3. b) *rec. manu suppl.* 3. c) *deest* 2. 3 *(post suppl.)*. 4. d) gererentur 2. 3. 4. e) 98. *M.*; 95. *W.* f) *post suppl.* 3. g) *deest* 2. 3; deformari *corr.* deformavit 4, *et ita* 4[a. b. b*]. h) cognita 3. i) summam 4[b. b*]. k) *deest* 4[b. b*]. l) a. Domini 4. 4[b. b*]. m) p. c. 3. n) Treverensen 1. o) *c.* 99. *inc. M.* p) nullamque *corr.* nullique 1; nulla que 2. 4. q) *c.* 100. *inc. M.* r) ex. v. et i. 3.

1) Idem in epistola Wichmanni archiepiscopi Magdeburgensis tradi, Scheffer-Boichorst p. 88. 187 n. monuit. 2) Die pentecostes teste Cont. Aquicinct. Sigeberti, SS. VI, p. 423. Cf. Arnold. Lub. III, 17, p. 158. 3) Cf. Scheffer-Boichorst p. 96.

1186. gaudio et sollempni processione receptus, episcopo eum ducente et obsequium sicut archiepiscopo suo ei prestante, in palatium ipsius episcopi[a] est introductus. Ubi dum per aliquod dies requievisset, inpaciens morae, ad Montem sancti Petri in terra comitis Thebaldi de Briei[1] situm, ipso conductum prestante, divertit sedemque suam ibi constituit, et statim quosdam de prelatis Treverensis aecclesiae non legittime citatos ab offitio et benefitio suspendit. Similiter et clericos quosdam cum laicis excommunicavit; discurrebantque sententiae suae sine ordine et sine discretione et misericordia.

9.[b] Orta est igitur in aecclesia Treverensi gravis seditio, et scandalum, quale ante auditum non fuerat, in clero et populo conflatum est. Nam fautores Folmari Rudolfum prepositum et omnes sequaces suos quasi excommunicatos vitabant et litteras excommunicationis eorum quibus volebant ostenderunt. Illi autem e contrario, muniti presidio militum imperatoris, qui tunc frequentius in civitate et in finibus eius morabantur, observabant vias adversariorum suorum, ut[c], si quos invenirent huius viae aut professionis viros ac[d] mulieres, vinctos perducerent ad imperatorem. Unde factum est, ut quendam monachum Cisterciensis[e] ordinis, qui se nuntium archyepiscopi Folmari esse dicebat, comprehenderent et in custodia Palatii usque ad responsum imperatoris detinerent; cuius absolutionem rex Frantiae apud imperatorem postea obtinuit, sub hac determinatione, ne de regno suo aliquis[f] litteras Folmari vel mandatum afferret. Quid plura? Crescebat in dies malum discordiae et augmentabatur, et non erat qui attenderet, cum etiam ipsi qui videbantur aliquid esse in aecclesia Treverensi cauteriatam haberent conscientiam, considerantes ex una parte maledictionem excommunicationis, ex altera parte timentes destructionem aecclesiarum, et utrobique, permittente Deo, regnare spiritum erroris. In hac perplexitate involuti tenebantur; nec erat facile invenire consilium, de duobus malis potius eligere, dum hinc spiritalis gladius indiscrete seviret, inde materialis non unum hominem, sed uni commissum gregem fidelium pro facto unius absumendo dispergeret. In tantum autem crevit malum, ut, si quis a prelatis suis pro excessibus arguebatur, quasi ipse solus catholicus inventus esset, eos excommunicatos denuntiabat; si qui etiam in clero vel in populo modestius se gerebant, quasi rei maiestatis, Folmariani[g] esse dicebantur, et opprimebantur a superveniente iniquitate insidiatorum. Et completa[h] est prophetia illa in prelatis Treverensis aecclesiae, quae dicit:
Es. 24, 2. *Et erit sicut populus sic et sacerdos.* Qui enim ante spiritalis gladii terrore inimicos suos et invasores aecclesiarum ferire solebant, nunc in derisum et obprobrium facti sunt inimicis, subsannantibus eos et dicentibus: 'Excommunicationes vestras non timemus, anathemata vestra non pertimescimus, quia vos in eadem dampnatione positi estis'. Haec dicentes, impune res aecclesiarum diripiebant, et non erat qui resisteret. Et factum est, ut Treveris, quae olim erat alumpna veritatis, cogeretur iterum esse ancilla erroris. Completa est ergo in ea prophetia beatae virginis Hildegardis, quam in presentia totius cleri, et postea scripto de ea prophetavit, dicens: *Scindetur pallium dilatationis[i] diviciarum tuarum.* Audiant, qui conflatores scismatum esse non verentur, et discant in malis nostris vesaniae suae inpetum refrenare et non mentiri Spiritui sancto, cum ad electionem consederint. Electiones enim datae sunt fidelibus, non ut propriae voluntatis commodum aut gratiam amicorum querant, sed ut communem omnium salutem per invocationem sancti[k] Spiritus in sinceritate cordis perquirant. Hanc digressionem necessariam esse rati fecimus; nunc ad propositum redeamus.

10.[l] Imperator, dispositis rebus suis in Italia, et Cremonensibus, quibus tunc bellum intulerat, in gratiam receptis, in Galliam et in Germaniam cum festinatione reversus est. Convocatis igitur principibus apud Lutram castellum[2], Treverenses etiam illuc evocari precepit; inter quos etiam Rudolfum[m] prepositum cum ceteris prelatis acciri mandavit. Abito[n] itaque sermone ad principes, iniuriam sibi ab apostolico irrogatam et temeritatem Folmari coram omnibus exposuit; consilioque principum predictum prepositum, qui iam destitutus a papa in domum suam redierat, manifeste conveniens, duarum propositionum alteram eligendi optionem dedit ei: ut vel ad sedem principatus sui Treverim rediret, vel alterum[o]

a) *deest* 2. 3. 4. b) 101. *M.*, 96. *W.* c) *deest* 3; si *post add.* 1. d) aut 4. e) Cisterniensis 1. f) aliquas 2. 3. 4. g) Folmaria 4. 4b. h) Expleta *corr.* Et compl. 1. i) dilationis 2? k) Sp. s. 3. l) 102. *M.*; 97. *W.* m) Radulfum 1. n) *ita* 1. 2. 4. o) in alt. 2. 3. 4.

1) de Bar. 2) Kaiserslautern.

cum caeteris prelatis et clero eligeret, quem in locum eius substitueret. Inito igitur consilio, 1186. Treverenses, cum in tanto discrimine rerum positi essent, malebant minori subiacere periculo, quam maius capiti suo aggravare malum. Satius enim videbatur eis, maioris prepositi, viri mansueti et pacifici, sine electione dominium ferre, quam alterum contra interdictum apostolici per electionem intrudere. Urgebat enim sermo regis, ut alterum duorum facerent. Assumpto itaque secum Rudolfo preposito, ad propria redierunt et eum in loco electi sine electione reverenter tenuerunt. In hac curia Bertrammus[a] Metensis episcopus, cum non esset ante in gratia imperatoris propter sollempnitatem, quam exhibuit Folmaro redeunti de[b] sede apostolica, iuravit, quod indignationem imperatoris tantam adversus eundem Folmarum tempore quo eum recepit non percepisset, quantam postea recognovit, et quaedam alia capitula in eodem iuramento addidit. Dum[c] haec ita geruntur, Folmarus ab incepto non desistens, legationem apostolicae sedis a papa per nuntios impetravit, ut facta sua maiorem auctoritate summi pontificis sortirentur vigorem. Accepta igitur suae 1187 voluntatis plenitudine, statim Treverensibus et suffraganeis aecclesiis concilium indixit apud Mosomum[1], castrum archiepiscopi Remensis, qui[d] eum eo tempore manutenebat et solatium ei per se et suos in multis exibebat. Universi itaque tam clerici quam prelati suffraganearum aecclesiarum et plurimi pastores aecclesiarum de archidiaconatu[2], quod inter Treverim et Yvodium castrum constitutum est, timentes ordini suo, ad concilium istud, antecedente eos Metense episcopo[e], dominica qua cantatur *Invocavit* convenerunt[3]. Petrus Febr. 15 vero Tullensis et Heinricus Virdunensis episcopi, appellatione interposita, non venerunt. Venerunt autem[f] et multi tam magistri quam clerici de Frantia, inter quos etiam quidam episcopi, animantes eum, ut auctoritatis sibi concessae potestate uteretur et subditos suos a subiectione resilientes censura aecclesiastica coherceret. Horum ergo suffragiis animatus, prelatorum quosdam et clericorum Treverensium excommunicavit, quosdam ab offitio et benefitio suspendit, quosdam vero[g] sine spe veniae deposuit. Petrum etiam Tullensem episcopum excommunicavit, Heinricum Virdunensem ultro[g*] se offerentem ab episcopatu deposuit, et sic in absentes grassatus, non convictos neque confessos dampnavit. Haec ergo causa malorum iracundiae fomitem ministravit et indignationem imperatoris contra[h] eum magis ac magis accendit.

11.[i] Per idem tempus rex Frantiae Philippus, illustris et magnificus iuvenis, cum imperatore per internuntios agebat, ut confoederarentur[k] ad invicem contra omnes inimicos suos. Quod imperator benigne acceptans, coepit esse auctor huius confoederationis, ratus sibi in multis posse[l] favorem regis Frantiae prodesse. Confirmatum est igitur foedus amicitiae inter duos principes terrae et bullis eorum aureis in scripto roboratum[4]; ubi inter caetera amicitiae vincula rex Frantiae ad instantiam imperatoris promisit, quod Folmarum de regno suo eiceret; quod etiam executioni mandasset, nisi interventu Remensis archyepiscopi interceptum fuisset. A Mosomo castro tamen[m] mandato regis eiectus, Remis et in alias Franciae civitates secessit. Tempore vero quo imperator et rex in extremis finibus regnorum suo- Dec. rum, inter Yvodium videlicet et Mosomum, sibi occurrerunt[5] ad confirmandum foedus amicitiae suae presentialiter, instante imperatore, compromissum est a rege Frantiae et principibus suis, quod de caetero Folmarum in regno Francorum non permitterent delitescere. Videns ergo se Folmarus illusum a Francis, ad regem Angliae, qui tunc temporis gravem animum gerebat adversus imperatorem, se convertit. Qui honorifice eum suscipiens, in territorio Turonensi apud Sanctum Cosmam[6] locavit et reditus ei cottidianos ad vitae subsidium large satis assignavit. Interea imperator acceptae iniuriae non inmemor, episcopum Metensem, quia in concilio Mosomitano cum Folmaro visus fuerat, per Warnerum de Bonlande de episcopatu eiecit; qui confugiens ad Coloniensem archyepiscopum, apud eum per omne tempus scismatis delituit; cum tamen idem vir venerabilis, Coloniensis videlicet archiepiscopus, pro eodem negotio gravissimum iam[n] adversum se sensisset imperatoris animum. Aliis namque principibus contra factum Urbani papae imperatori assistentibus, iste

a) Bertramnus 3. b) a 2. 4. c) *c.* 103. *inc. M.* d) qu 1. e) ep. M. 3. f) *deest* 2. 3. 4. g) *deest* 3. g*) ultra 1 h) m. ac m. c. e. 3. i) 104. *M.*; 98. *W.* k) confederarē ter 2; confederanter *corr.* confederarent 4, *et ita* 4b, l) post *superscr.* se 2; post se 3. 4, *corr. man. al. sed coaeva* posse 4b. m) t. c. 3. n) *deest* 4b. b*.

1) Mouzon. 2) Longuionensi. 3) Cf. Ann. Mosom., SS. III, p. 162. 4) Quod deperditum est vel certe nos latet. 5) Cf. Ann. Mosom. l. l. 6) Monasterium canonicorum regularium S. Augustini, poenitentia et sepultura Berengarii, Andegavensis archidiaconi, notum. WYT.

solus, multiplicibus intervenientibus causis, non consensit; sed cum diversae discurrerent
inter eos questiones, hac honesta occasione assumpta, ipsi in fatiem restitit, et contra
omnem impetum se muniens, non formidabat imperii principatum, ut cum aliis suo se
opponere vellet[a] patri spirituali. Unde factum est, ut gravissimi motus inter imperatorem
et ipsum Coloniensem principem emergerent, qui[b] totum imperium commovere potuissent,
1188. nisi quod, divina favente clementia, in curia apud Mogontiam celebrata, quae appellabatur[c]
Mart. curia Christi, mediantibus principibus et multiplicatis intercessoribus[d], sopiti sunt[1]. Dum[e]
haec ita geruntur, Petrus Tullensis episcopus, audita excommunicationis[f] suae sententia in
concilio facta, ad sedem apostolicam, ad quam appellaverat, accessit; cui dum appropin-
1187. quasset, audivit, Urbanum papam de hoc mundo migrasse, festinavitque, ut eius interesset
Oct. exequiis. Premissis igitur nuntiis, adventum suum curiae intimavit. Interea fratres ad elec-
tionem consedentes, Albertum cancellarium, virum sanctum et religiosum, in locum pasto-
ris defuncti substituerunt eumque Gregorium appellaverunt. Qui audiens de adventu Tul-
lensis episcopi, mandavit ei, ut suae festinaret interesse consecrationi. Quod quidam cardi-
nalium indigne ferentes, dicebant, eum excommunicatum esse a suo archyepiscopo et ideo
consecrationi apostolicae non debere interesse, nisi impetrata prius absolutione. Ille autem
e contrario dicebat, episcopum non convictum a suo archyepiscopo non posse excommuni-
cari; se autem appellationem interposuisse, et ideo excommunicationem illam nullius esse
vigoris; ergo, ubi nulla esset excommunicatio, nulla petenda esset absolutio. Cui cum omnes
in verbo isto consensissent, in osculo pacis receptus, consecrationi interfuit apostolicae.
Expletis[g] igitur pro quibus venerat negotiis, cum benedictione apostolica ad sedem pro-
priam reversus est, ferens secum mandatum[h] apostolicum ad archyepiscopum Folmarum[2],
ne de caetero omni tempore vitae suae sine scitu apostolicae sedis in clerum vel populum
Treverensem et suffraganearum aecclesiarum iacula sententiarum suarum et excommuni-
cationum passim emittere presumeret. Arguebat enim eum papa propter indiscretam suae
temeritatis presumptionem in sententiarum promulgatione, dicens, negligentiae suae impu-
tari debere, quod mandata apostolicae sedis in despectum venissent hominum, et cum ipse
missus sit, pacem mittere, non gladium, multos in confusionem et scandalum, paucos revo-
caverit in gratiam.

12.[i] In diebus illis orientalis aecclesia[k], id est Iudea et Iherusalem, cum principibus
populi sui a Sadalino[l] rege Sarracenorum, permittente Deo, capta est; crux etiam sancta,
in qua pependit innocens agnus qui tulit peccata mundi, cum innumeris captivis abducta
est: veneruntque gentes in hereditatem Christi et polluerunt templum sanctum suum et
effuderunt sanguinem sanctorum[m] in circuitu Iherusalem, et non erat qui sepeliret. Audiens
Ier. 14, 17. autem Gregorius papa captam civitatem sanctam, flevit super illam, dicens: 'Deducant oculi
mei lacrimas per diem et noctem, et non taceant, quia contrita est virgo filia populi mei,
cf. 1. Mach. 2, 70. plaga pessima vehementer'. Planxit autem planctu magno super desolatione terrae, et noluit
cf. Thren. 1, 5 consolari usque ad finem vitae suae, quia propter scelus populi parvuli eius ducti sunt in
captivitatem. Assumpto igitur viro venerabili Heinrico Albanensi episcopo, misit eum ad
imperatorem et ad caeteros reges terrae et omnes populos, principes et omnes iudices terrae,
ut miseriam orientalis aecclesiae coram eis deplangeret et hortaretur eos crucem sumere
et pro Christo laborem subire ad faciendam vindictam in nationibus et Terram Sanctam
liberare de manu hostili. Ut autem ad hoc imperatoris excitaret devotionem, de negotio
Treverensi coepit temperantius agere, quia sciebat, eius animum pro eodem negotio curiae
apostolicae valde offensum fuisse. Igitur vir venerabilis Heinricus episcopus Albanensis,
de nocte consurgens[3], transivit montana cum festinatione, et venit in terram quam mon-
Luc. 14, 27. straverat sibi[n] papa, et predicavit in[o] ea predicationem, dicens: 'Qui non baiulat crucem
suam et sequitur Christum, non est eo dignus'. Facta autem hac voce, convenit multitudo
ad curiam Maguntinam, quae appellabatur[p] curia Christi, ubi christianissimus imperator cum
filio suo duce Suevie[q] et principibus populi sui et cum multitudine valida armatorum,

a) vellet *corr. manu alia sed coaeva* noluit 4b, *et ita* 4b*. b) qui — apud *des.* 4b*. c) appellatur 3, *corr.* appellabatur 4. d) intercessionibus 3. e) *c.* 106. *inc. M.* f) s. e. 3. g) *c.* 107. *inc. M.* h) a. m. 3. i) 108. *M.*; 99. *W.* k) *post add.* 1; or. id est e. I. 2. 3. 4. l) *ita codd. omnes.* m) *deest* 3. n) ei 3. o) ibi in 4b. b*. p) appellatur 2. 4. q) sue vie 2. 3; vie sue 4.

1) Cf. Ann. Colon. max., SS. XVII, p. 794. 2) Quod v. ap. Watterich, Vit. pontif. II, p. 690. 3) Verba sunt sacrae scripturae, Genes. 22, 3; Luc. 1, 39; Gen. 12, 1, ut monuit Scheffer-Boichorst p. 184 n.

sumpta cruce, secutus est Christum, commendans filio suo regi cum caeteris imperii gubernaculis etiam Treverense negotium, cuius consummationis nondum venerat finis. [1188. Mart.] Cum autem Gregorius papa in exordio apostolatus sui huic negotio finem impositurus esset, raptus est, ne malitia inmutaret intellectum illius, aut ne fictio deciperet animam ipsius. Multa enim proposuerat inmutare in aecclesia Dei et in meliorem statum secundum considerationem animi sui reformare; sed antequam ad effectum propositum suum perduceret, sicut predictum est, morte intercedente preventus est. Consummatus igitur in brevi, indeterminatum reliquid Treverense negotium. [1187. Dec.] Defuncto[a] itaque papa Gregorio, Clemens substitutus est. Hic cum de negotio Treverensi, quod celebre erat in curia et in universo mundo, a predecessoribus suis nichil determinatum invenisset, volens satisfacere principibus, imperatori videlicet et regi, consilio fratrum decrevit eidem negotio finem imponere. Emissis igitur duobus cardinalibus, Iordano videlicet et Petro, questiones, quae inter predecessores suos et imperatorem diu ventilatae[b] erant, in formam diffinitivam redactas, per eos[c] imperatori et regi transmisit. Imperator autem, cum iam in procinctu itineris sui esset, acceptavit formam compositionis illius, et eam in carta conscribi fecit bullisque aureis confirmari mandavit[1]. [1189. Apr.?] His ita gestis, imperator, cum in spatio unius anni comeatus viarum et expensas itineris preparasset, iter arripuit et exercitum vivificae crucis per desertum Hungariae et Bulgariae quasi alter Moyses transduxit. Cuius itineris et rerum gestarum seriem, quia nobis ad plenum non innotuit et non est instantis operis, omittentes, ad propositi negotii finem explanandum redeamus.

13[c*]. Rex igitur Heinricus post discessum patris sui negotii Treverensis dispendium volens abbreviare, nuntios suos ad papam transmisit, ut compositionem, quae inter eos facta[d] fuerat et quam scripto iam confirmaverant, in publico executioni mandaret. Ubi autem venit plenitudo temporis, ut miseriarum Treverensis aecclesiae finem diu expectatum Dominus imponere vellet, Clemens papa legatum apostolicae sedis domnum Sofridum[e] tituli Sanctae Mariae in[f] Via Lata cardinalem ad regem transmisit, ut secundum tenorem compositionis factae negotium Treverense determinaret[g]. Ille autem profectus, predicavit ubique pacem factam inter regnum et sacerdotium, Deo cooperante et sermonem eius[h] confirmante, sequentibus etiam signis confirmatae compositionis. Siquidem iuxta mandatum papae Treverim accessit et aecclesiam totam cum suffraganeis aecclesiis ab obedientia Folmari auctoritate apostolica absolvit. Si quos etiam idem Folmarus excommunicaverat, officio[i] et beneficio privaverat vel omnino deposuerat, in statum pristinum restituit. Ut autem factum suum maiore contra obloquentes muniretur presidio, cartam sigillo papae et subscriptione cardinalium munitam proposuit, quam etiam in publico relegi precepit[2]; in qua continebatur, quod papa pro eiusdem negotii determinatione archyepiscopum Folmarum, tertio per cardinales citatum, et tandem non venientem[k], ab amministratione Treverensis aecclesiae omnino deposuit; consecrationem tamen[l] pontificalem non ademit. Aecclesiam vero Treverensem ab oboedientia sua in eodem scripto liberavit, omnes, quos ille ligaverat, absolvit, quos ille deposuerat, in pristinum honorem[m] restituit; quicquid etiam tempore scismatis ab utroque, Rudolfo videlicet preposito et Folmaro, constitutum fuerat, quod alicui in iure suo derogare posset, in irritum revocavit. His omnibus premissis, tandem aecclesiae Treverensi in eodem scripto liberam electionem antistitem eligendi concessit[3]. Accepta igitur electionis suae libertate, Treverenses suggestione et precibus regis, qui tunc temporis in civitate presens erat, dominum Iohannem, imperialis aulae cancellarium, unanimiter elegerunt, electum regi investiendum presentaverunt. Peractis autem omnibus sollempnitatibus electionis, auctoritate apostolica a cardinale confirmatus est.

---

a) *c.* 109. *inc. M.* b) i. divent. 2. 3. 4. c) eas 2. 4. 4b*, *corr.* eos 4b. c*) 110. *M.*, 100. *W.* d) *deest* 3. e) Gofridum 4b*. f) inviolata 2. 3. 4. g) det. — sacerdotium *des.* 4b*. h) *deest* 2. 3. 4. i) ab *ante* off. *erasum* 1; off. — deposuerat *des.* 4b*. k) t. invenientem 4, *corr.* non venientem 4b. l) p. t. 3. m) statum et h. liberavit 4b*.

1) Cf. Scheffer-Boichorst p. 181. 2) MR. UB. II, p. 130. Nostrum vero ab hac charta in multis recedere, Scheffer-Boichorst p. 187 n. et Bertheau p. 24. monuerunt. 3) Haec in Clementis charta desiderantur.

CONTINUATIO QUARTA.

[INCIPIUNT[a] GESTA IOHANNIS TREVIRORUM ARCHIEPISCOPI].

1.[b] Anno gratie[c] 1190. suscepit regimen Treverensis ecclesie Iohannes cancellarius, et
repropiciatus est Dominus terre post hec. Cuius pallium[1] cum a Clemente papa reciperet
Hermannus abbas Claustri[d], exclamasse dicitur et dixisse: 'Benedictus sit Deus! hodie dele-
tum est cyrographum maledictionis nostre'. Sciscitante papa, quid hoc esset, respondit, quod
beata Hyldegardis predixisset, coronam Treverice dignitatis deiectam iacere debere septem
annis, et illam diem estimabat ultimam esse illius infelicis septennii. Que Hyldegardis cum
presencialiter clerum Treverensem culparet pro peccatis, et quidam dicerent ei: 'Domina,
quod est peccatum nostrum? quid fecimus'? ipsa memorabile verbum intulit, dicens: 'Spiri-
tus sanctus non confundit'. Itaque Iohannes, accepto episcopatu, prudenter se agebat, pru-
dentia magis quam potestate episcopatum suum regere instituens, eo quod terra pauper et
sterilis esset et bella ferre non valeret. Captus tamen a Friderico comite Viennense et custo-
die mancipatus est. Unde permotus Henricus palatinus[e] comes Reni, dixit, se et sua ex-
ponere se velle ad liberationem domini sui. Ipso igitur et aliis potentibus ad bellum se
parantibus, comes episcopum dimisit, transactione interveniente. Sane[e*] anno pontificatus
1189. sui primo nondum finito, Fridericus imperator in transmarinis partibus, dum fluvium quen-
dam transnatare vellet, mersus interiit ac negocium Terre Sancte infectum reliquit. Hen-
ricus vero imperator effectus est, filius eius. Sed et ipse mortuus est[f] in Sicilia anno nono[g]
1197. domni Iohannis, qui fuit annus dominice incarnationis 1198[2]. Quo mortuo, volebant in-
ferioris terre principes assumere sibi in regem Bertholdum[h] ducem Ceringensem. Quo ad
placitum diem[3] non veniente et voluntati ipsorum renuntiante, Adolphus Coloniensis archi-
episcopus ex consensu Treverensis, habens et ipse vocem electionis nomine quorundam
principum peregre profectorum, ut asserebat, Ottonem[i] comitem Pictavensem[k], fratrem
Henrici supradicti comitis palatini et filium magni illius ducis de Saxonia, Henrici videlicet,
evocavit atque unxit in regem Romanorum. Philippus autem dux Suevie[l], frater impera-
toris defuncti, missis nunciis, conabatur principes avertere[m] ab hac intentione et memores
esse fidei et pacti, quod fecerant fratri suo de filio ipsius Friderico rege Sicilie in Roma-
num imperium eligendo. Sed cum hoc efficere non posset, convenientes superiorum regi-
onum principes, ipsum Philippum sibi elegerunt in regem; et fuerunt hec inicia magnorum
malorum; et fuit[n] concertatio inter duos reges, et duravit per decem annos. Philippus[n*] igitur
venit cum exercitu magno et cum Boemis ad Colonienses cohercendos, et processit usque
1198. Bunnam. Eratque tunc Colonia menibus immunita et animis destituta; et si tunc processisset,
finem malis[o] forsitan inposuisset. Sed adventu Brabantinorum[p] conterritus, reversus est
in sua[4]. Sed et[q] palatinus comes de peregrinacione reversus, electionem fratris sui ratam
habuit; et ipse post modicum temporis castrum edificavit super Mosellam, quod Thurunum
appellavit[5]. Fovit autem partes Ottonis Innocentius papa III. supra modum, misitque ei
1201. de latere suo Gwidonem cardinalem, qui postmodum[6] factus est archiepiscopus Remorum,
quod principes induceret ad assistendum ei. Ipse vero, congregato exercitu, ascendit et
obsedit Philippum in Spyrea[7]. At ille, emisso verbo, quod vellet ire ad congregandum
exercitum, transivit Renum et abiit, et Otto reversus est[r] in sua. Hiis[s] ita alternatim in-
valescentibus, Walerannus[t], filius Henrici ducis de Limpůrch, qui Philippo se coniunxerat,
de ipsius nutu reconciliatus est Ottoni, et fuit cum eo cunctis diebus. Hic est Walerannus,
qui post mortem Theobaldi comitis Barensis[u] relictam eius viduam comitissam de Lucellen-

a) *ita* 2; *desunt cett.* b) 111. *M.*; 101. *W.* c) dominice incarnationis 3. d) *in* 4 *alia manu superscriptum:* Hymmenrode. e) palentinus 4b*. e*) *c.* 112. *inc. M.* f) *deest* 4. g) octavo 3. h) Bertholfum 4b*. i) Otthonem 1 *nonnumquam.* k) Pictanensem 3; Pictaviensem 2? l) Sueine 3 m) evertere 1. 3. 4. n) hec *inserit* 4. n*) Phyl. *plerumque* 1. 4. o) mal' 2. 4; malum 1. 4b. p) Barbant. 1. 3. 4. q) *deest* 2? 3. 4. r) *deest* 1. s) *c.* 113. *inc. M.* t) Walramus 4b. b* *semper*; Waleramnus 2 *plerumque.* u) Barrensis 3.

1) Cf. chartas Iohannis MR. UB. II, p. 140, et Clementis papae, ib. p. 141. 143. 2) a. 1197. 3) Andernaci constitutum; v. Winkelmann, 'Philipp und Otto' I, p. 71. 4) Quod in secundam Philippi expeditionem cadere videtur; v. Bertheau, p. 45. 5) Turon vel Thurand prope Alken ad Mosellam. 6) a. 1205. 7) De hac re alibi nihil.

bûrch[a,1] accepit uxorem et pacem bonam diebus suis fecit in territorio Treverensi, vir[b]
spectabilis et per cuncta commendabilis quantum ad secularia; atque utinam tanto studio
saluti sue aeterne quanto temporali glorie providisset! Sane licet apostolicus Philippum
et eius adiutores iam excommunicasset, Adolphus tamen Coloniensis archiepiscopus, ortis
quibusdam simultatibus, abalienavit se manifeste ab Ottone et transiit in adversam partem, 1204.
nec veritus infamiam nec censuram ecclesiasticam; propter quod a civitate est aliquamdiu
repulsus, postea excommunicatus, ad extremum vero[c] depositus est. Nam cum ipse Bru- 1205.
nonem prepositum Bunnensem de prepositura sua eiceret et alium institueret, permoti
priores Colonienses litteras apostolicas de deposicione ipsius publicaverunt, eoque deposito,
Brunonem[c*] in episcopatum subrogaverunt. Erat[d] ibidem tunc temporis Sifridus Mogun-
tinensis[e] archiepiscopus, pauper et modicus, cooperator eorum in hiis. Nam Conrado Mo-
guntinorum archiepiscopo viam universe carnis ingresso, Philippus in Moguntia Lupol- 1200.
dum[f] Wormaciensem episcopum instituit; ex altera parte, cooperantibus Warnero et Phi-
lippo fratribus de Bolandia, qui tunc a Philippo rege defecerant et Ottoni adherebant,
Sifridus a quibusdam clericis[g] electus est. Quid plura? Lupoldum Philippus in regia manu
tenebat, Sifridum Innocentius papa sua auctoritate firmabat. Propulsus tamen Sifridus a
dyocesi sua, Colonie se recepit, fuitque ibi usque ad mortem Philippi. Inter hec omnia
Ottone deficiente, in dies Philippus invaluit, collectoque exercitu Coloniam obsedit, et hoc
tantum a superiori parte ad duas portas[h]; erantque in civitate Otto et Walerannus cum 1205.
milicia, non tanta tamen que sufficeret ad congressum publicum. Post paucos dies Phi-
lippus iterum reversus est in sua. Tercio venit Aquisgrani, sollempnem curiam habiturus
et uxorem suam coronaturus[2]. Ad quam curiam Iohannes Treverensis archiepiscopus vocatus
fuerat et viam arripuerat; sed pre timore apostolici pervenire non audebat. Corruit ergo
in via, vel pocius corruisse se fecit, et remansit apud Monasterium[3] quasi confractus et
sanguinem spuens. Quod factum cum audiret papa, dixisse dicitur: 'Felix ille casus'. Ad[i]
ultimum venit Philippus in partes Aquensium, et occurrerunt ei rex Otto et Bruno episcopus 1206.
et Walerannus; et Henricus dux, pater Waleranni, in eodem itinere, inconsulto Ottone,
reconciliavit se Philippo. Prodicione igitur, ut dicebatur, quorundam dissipatus est Ottonis
exercitus, et fugiens ipse Otto, reversus est Coloniam, et transtulit se in Saxoniam, et Colo-
nia subdidit se Philippo. Papa quoque reconciliatus est ei, et peciit sibi transmitti Brunonem
episcopum. Philippus vero de supradicto itinere revertens, castrum munivit in confinio
Coloniensium[i*] et Treverensium, quod Landiscrone appellatur. Post hec, anno nondum finito,
Philippus interfectus est anno Domini 1201[k,4], mense Iunio. Tunc Bruno Coloniensis et Sifri- 1208.
dus Moguntinensis archiepiscopi reversi sunt in dyoceses suas. Sed Bruno post hec in brevi 1212
defunctus est. Cui successit Theodericus; quo pessime deposito, successit Engilbertus[l]. 1216
Post[l*] mortem Philippi convenientes principes[m] in unum, elegerunt vel pocius receperunt
Ottonem universaliter in regem; qui statim pergens Romam, consecratus est in imperatorem. 1209.
Nec mora, propter terram Methildis marchionisse[n], quia eam dare nolebat summo pontifici,
ab ipso excommunicatus est, et excommunicatus reversus est in[o] Alemanniam. Unde post 1212.
aliquot annos[5] convenerunt apud Confluentiam Treverensis et Moguntinensis archiepiscopi
et Spirensis episcopus Conradus[p], tunc cancellarius, videre de statu regni; et missum est
pro puero Friderico rege Sicilie, filio Henrici imperatoris, et introductus est in regnum
Romanorum anno Domini 1203[q], quod condictum fuit ei a principibus antea, ut supra dictum
est. Invaluitque contra Ottonem, Sifrido Moguntinensi assumente sibi potestatem eciam
contra eum ex[r] auctoritate apostolica, accedente quoque[s] ad idem Alatrino[t,6] apostolice sedis
legato, et ab eis depositus est Theodericus Coloniensis archiepiscopus, eo quod fautor esset
Ottonis.

a) Lŭc. 2. 4. b) ů 2; ubi 4b. c) *deest* 4b. b*. c*) Brŭn. *nonnumquam codd.* d) *c.* 114. *inc. M.* e) Magontinus 4 *et* Mag. *etiam postea.* f) Ludolphum 4b*. g) *deest* 4b.b*. h) partes 3; portas *e corr.* 4. i) *c.* 115. *inc. M.* i*) Colon. et Trever. *codd.* k) *ita codd. quos vidi omnes.* l) Egilb. 2; Engelb. 4b*. l*) *c.* 116. *inc. M.* m) episcopi 4b. n) Meltildis *corr.* Metildis 1. — marchionisce *vel* marchioniste 1. 2. 3. 4. o) *deest* 3. p) Conr. — missum *des.* 3, *rec. manu suppleta.* q) *ita codd. omnes.* r) *deest* 4; contra auctoritatem apostolicam 4b*. s) quque 1. t) Alatereno 4b*.

1) Ermesindem. Quam duxit comes Barrensis a. 1214. 2) Quod antea factum esse constat. 3) Münster-Meinfeld. 4) Annos, quos codices praebent, quamvis aperte falsos, emendare nolui; cf. quae in praef. supra p. 369. monui. 5) Quod ante reditum Ottonis factum sit oportet. 6) Hunc tunc temporis in Germania fuisse, alibi non traditur.

2. Hiis ita quasi per excursum succincte transmissis, ad anteriora redeamus. Nam de incendiis, cedibus et depredationibus, que facte sunt in regionibus per ista tempora, digna loqui non sufficimus, nec eciam sunt operis huius. Inter[a] tot turbines, inter tantas rerum varietates Iohannes archiepiscopus tam mirabili calliditate et tam ingeniosa circumspectione Trevirorum rexit ecclesiam, ut non sit ei[b] nocitum, neque in persona sua neque in terra sua. Perplexus inter legem et regem, inter instantiam Innocentii et Philippi potentiam, ita caute ambulavit inter utramque, ut non[c] istum lederet nec ab illo ledi possit[d]. Ut ergo ad anteriora redeamus, ipse Gerlacum, virum nobilem de Koverna[e], pro eo quod extra castrum suum[f] aliud de novo exstruxerat, cepit, et accepto in proprietatem castro, dimisit eum et castrum dimisit ei[1]. Postea crescente discordia inter Othonem et Philippum, ipse de voluntate Gwidonis[g] cardinalis ivit in Franciam, quasi iturus ad papam. Ubi cum a Cysterciensibus audiret, quod dominus papa vellet exactionem facere in ordinem de vicesima[2] et de personis
1203. ad subsidium Terre Sancte mittendis, dixit, se in propria persona et in[h] suis expensis ire velle Romam et ab hac intencione deducere dominum papam. Quod dixit et fecit. Reversus autem a Roma, destruxit castrum, quod comes de Castris[3] interim construxerat in Berincastel. Post paucos annos comes Viandensis[i] castrum edificare cepit non longe a civitate in Quintinberch[k, 4] iuxta fontem Milonis. Iohannes igitur, collecto exercitu, castrum obsedit, aliud ipse in proximo monte[l] edificavit et sic obsidionem solvit. Infra paucos dies per eius industriam, vino optimo ibidem tabernario exposito, castellani servi comitis facti sunt temulenti; eisque sic soporatis, castellani episcopi castrum comitis invaserunt et conbusserunt. Quo facto, episcopus delevit et suum. — Nec[m] pretereundum videtur, quod[m*] in diebus eius civitas Constantinopolitana a Theutonibus[n] et Francis capta est, anno videlicet pontificatus eius
1204. 15, sed anno dominice incarnationis 1204; quod precipue commemoramus propter hoc, quod ex eo facto insignita est Treverensis parrochia quodam insigni clenodio. Surrexerunt itaque viri virtutis cruce signati in subsidium Terre Sancte, et assumpto secum Alexio adolescente, filio Ysachii et fratre uxoris Philippi regis, qui apud Philippum habebatur, venerunt Constantinopolim, et introducentes eum in civitatem, in paternum imperium coronaverunt sollempniter in[o] imperatorem. At Marcholfus[5], quidam cognatus eius, ipsum simul ac Nicholaum, quem paulo ante Greci sibi elegerant in regem, cepit et incarceravit, et strangulato Alexio, sibi imperium[p] usurpavit. Qui cum peregrinos nostros, in omnibus hiis extra civitatem morantes, vexare aggressus esset, ipsi permoti, in nomine Domini duabus vicibus assultum[q] facientes, civitatem nimis magnam et nimis munitam per gratiam Dei vi compre-
1204. henderunt 2. Idus Aprilis, anno Domini 1204[r], pulsoque nefandissimo incubo, Baldewinum
Apr. 13. Flandrensem comitem in[s] imperatorem Constantinopolitanum consecraverunt. Erant ibi in hoc opere Suessionensis et Trecensis[t] et Halberstadensis et Bethleemitanus episcopi cum ceteris principibus, asserentes, quod acceptabilius hoc[u] factum esset Deo, quam si[v] civitas sancta Iherusalem capta fuisset. Henricus autem de Ulmena, factus[w] imperatoris, clenodium illud eximium, cuius supra meminimus, videlicet tabulam electrinam mirifici operis cum reliquiis retro contentis et portione magna ligni dominici, inde asportavit et illud cenobio monialium, quod Insula sive Stupa vocatur[6], supra Mosellam situm, contradidit. — Plane[x] anno
1191. secundo domini Iohannis fuit eclipsis solis in vigilia sancti Iohannis baptiste, die dominica[y]
Iun. 23. 1198. circa meridiem. Anno 9. fuit fames magna, ita ut maldrum siliginis marca venderetur.
1210. Anno[z] eius 21. item fuit eclipsis solis ultimo die Februarii ante meridiem. Eius quoque
Febr. 28. temporibus claruerunt in Lonbardia duo magna luminaria ecclesiam Dei mirifice irradiatura,

a) *c.* 117. *inc. M.* b) *deest* 4b. b*. c) nec 2. 3. 4. d) posset 3. e) Kouna 3; Roverna 4b*. f) suum — et castrum *des.* 4b*. g) Guid. 3. h) s. e. suis, *altero* suis *deleto* 1; propriis exp. s. 3. i) Viadensis 1; Vianensis 4b*. k) Quintilberch 4b.b*. l) fonte 4b b*. m) *c.* 118. *inc. M.* m*) quodquod 1. n) Teuthonibus 2; Theutonicis 4b. b*. o) *deest* 4. p) regnum 3. q) f. a. 3. r) 1214. *codd. omnes; sed antea recte* 1204. s) *deest* 3. t) Treverensis 1. u) e. h. f. D. 3. v) quasi 1. 2. 3. 4. — si *deest* 4b. b*. w) *ita* 1. 2. 4; prefactus 3, *unde* prefectus *W.*; frater *Ecc.* x) *c.* 118. *inc. M.* y) dominico 1. z) *c.* 119. *inc. M.*

1) MR. UB. II, p. 323. 2) Quadragesimam partem omnium rerum ab ordine papam postulasse, refert Caesarius Heisterb. Dial. II., ed. Strange II, p. 7. 3) Castel, Bliecastell. 4) Ad Quintam fluvium prope Ehrang. — Cod. Trev. Nr. 1462. habet: *castrum Quintillymburg.* WYT. 5) Alexius Murtzuphlos. 6) Stuben. V. Heinrici chartam MR. UB. II, p. 275. — Cod. Trev. Nr. 1462, Wyttenbachio teste, ita: *Henricus de Ulmena, Constantinopoli capta, reliquias, magnam partem crucis dominice deportavit, et tres partes, unam ad Sanctum Mathiam, alteram ad monasterium quod Stupa dicitur, tertiam ad Sanctum Panthaleonem in Colonia cum capite sancti Panthaleonis condonavit.* Cf. Eltester, MR. UB. II, p. LXXXIV.

Dominicus videlicet et Franciscus; quorum prior Maiorum fratrum, id est Predicatorum, posterior Minorum fratrum, id est Nudipedum seu Nodatorum, ordinem instituit. Mortuus est autem Iohannes archiepiscopus Treverensis mense Iulio, anno pontificatus sui 23, et 1212.
sepultus est, ut ipse preordinaverat[a], non in civitate sua preclara, sed in cenobio monachorum quod Claustrum dicitur, non in oratorio, sed in capitulo, non in pontificalibus, sed in pauperibus vestibus. Cuius anima requiescat in pace! Amen.

Additamentum alius auctoris *.

[Notum[a*,1] sit tam presentibus quam futuris, quod Henricus palatinus comes Reni, qui filiam predecessoris sui Conradi palatini comitis legitime duxerat, resignavit beato Petro et venerabili Treverorum archiepiscopo Iohanni die pasche in curia episcopali apud Treverim[b] advocatiam eiusdem civitatis cum omnibus appendiciis, tam feodatis quam non feodatis, necnon omnia annualia servicia, que predecessor suus supradictus habuit in villis archiepiscopi sitis in pago qui Trechger[c] dicitur et in omnibus villis archiepiscopi sitis supra Mosellam, sub tali forma, quod idem palatinus comes iuravit super clavum Domini et super omnes reliquias in eadem capside detentas, quod nec ipse nec aliquis heredum suorum eandem advocatiam et predicta feoda umquam repeteret. Archiepiscopus quoque sub pena excommunicationis inhibuit, quod nec ipse nec aliquis successorum suorum predictam advocatiam et eadem feoda in posterum alicui hominum infeodaret, nisi indignacionem Dei omnipotentis et sententiam excommunicationis incurreret. Huius rei testes sunt, qui eciam eodem tempore presentes aderant: Gerhardus abbas Průmiensis, Rodolphus maior prepositus, Wilhelmus maior decanus et omnes archidiaconi, necnon quatuor abbates eiusdem civitatis, Fredericus cantor, Conradus custos ecclesie Trevirensis; layci quoque Henricus dux de Lympůrg, Fridericus comes de Lyningen, Symon comes de Saraponte et frater eius Henricus de Zweinbrucken, Conradus comes Irsutus, Fridericus comes de Vianne, Henricus comes de Spanheim, Gerhardus comes de Veldenze, Volmarus comes de Castris, Ulricus comes de Nůrberg et filius eius comes Gerhardus de Are, Everardus de Petra et frater eius Warnerus, Gerlacus de Swarzenberg et frater eius Hůgo de Hůnolsteyn, Hugo de Hagane et filius eius Theodericus, Rodolphus de Mailberg, Wiricus de Nůmage et filii eius Thomas et Alexander, Fridericus de Kerpene, Theodericus de Brůche; ministeriales quoque Petrus de Marceto, Udo de Esch, Iacobus de Důna et frater eius Daniel, Wilhelmus de Helfenstein, Henricus Leinherre, Nycolaus de Arraz, Fridericus de Merle, Dythardus de Pfaffendorf, Henricus iunior de Cimiterio, Wilhelmus de Archa, Godefridus de Waildorp, Hermannus et Richardus de Palacio et quam plures alii, necnon universus tam clerus quam populus eiusdem civitatis. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1198[2].

Idem archiepiscopus conquisivit castrum de Seyne cum omnibus suis appendiciis a comitibus Henrico[d] et fratre suo Everhardo[e] de Seyne, solo viridario excepto, quod est situm ante idem castrum; et hec collacio facta est a predictis comitibus Colonie in palacio episcopali, eodem[f] die, quo idem venerabilis archiepiscopus Iohannes dominum Brůnonem in Colonia archiepiscopum consecravit, sub hac forma, quod ipsi et omnes eorum heredes 1205.
archiepiscopo Iohanni et omnibus eius successoribus de eodem castro contra omnem hominem servirent et auxilium ferrent; salva tamen fide et honestate eorum, ita videlicet, si alicui specialiori fide obligarentur, quod tunc, quamdiu guerra duraret, predicti comites archiepiscopo castrum et turrim assignarent, et guerra finita, archiepiscopus eis restitueret. Archiepiscopus vero et omnes sui successores in feodo concedent idem castrum viciniori heredi, sive sit masculus sive femina. Huius rei testes sunt Coloniensis archiepiscopus Brůno, Adolphus maior prepositus, Bruno Bunnensis prepositus, Theodericus prepositus Sanctorum Apostolorum et[g] Theodericus prepositus Sancti Gereonis.

*) *Codd.* 4^{a} *(alia manu).* 4^{b}. 4^{b*}. 4^{c} *infra post Gesta Heinrici sequentia exhibent, in* 4^{b} *hoc loco his additis:* Residuum vero gestorum domini Iohannis archiepiscopi Treverensis quere retro in fine gestorum domini Henrici archiepiscopi; *et postea rubra praemissa:* Hec sunt capitula in quibus continentur omnia que venerabilis Trevirorum archiepiscopus Iohannes ecclesie Treverensi temporibus suis divina favente clemencia conquisivit.

a) ordinaverat 4. a*) *c.* 102. *W.* b) Trevirim 4^{b}. c) Trethgere 4^{b}. d) Heinrico 4^{b}. e) Everardo 4^{b}. f) *deest* 4^{b}. g) *deest* 4^{b}.

1) Similia MR. UB. II, p. 332. ex Balduineo edita sunt, quae cum his conferas velim; v. etiam Iohannis testamentum ibid. p. 330. 2) Charta data 6. April 1197; MR. UB. II, p. 207.

Notum[1] sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod dominus Iohannes Trevirorum archiepiscopus cum Gerlaco de Ysenbůrch super controversia, que vertebatur inter eos de edificacione castri in Aldenbůrch, sub hac forma convenerunt[a]: ita videlicet, quod prefatus Gerlacus de Ysenburch proprietatem castri de Aldenbůrch[b] et castri de Koverne inferioris domino Iohanni archiepiscopo et ecclesie Trevirensi recognovit et prefatum castrum Aldenbůrch liberaliter et absolute in manus eius assignavit. Preterea omnia bona proprietaria, que idem Gerlacus in iurisdictione ville de Koverne possedit, per manus videlicet uxoris et filiorum suorum archiepiscopo et ecclesie Trevirensi in perpetuam contulit proprietatem. Quo facto, dominus Iohannes archiepiscopus de conniventia et deliberato[c] consilio fidelium suorum idem castrum de Aldenbůrch simul cum castro inferiori, cum omnibus bonis predictis, Gerlaco et eius filio seniori et heredibus filii senioris feodali iure concessit. Quod si forte filius senior sine heredibus decederet, fratri eius eodem iure concessit, sub eadem tamen conditionis forma, quod prenominatus Gerlacus et heres eius possidens illud feodum domino Iohanni archiepiscopo et ecclesie Trevirensi contra omnem hominem in eisdem et de eisdem castris fidelia obsequia prestare debeant; et hoc se bona fide et sine dolo facturos, sollempniter et publice sub sacramento confirmaverunt. Hec vero in hanc formam acta sunt, quod, si contingeret, dominum Trevirensem contra aliquem guerram inire, cui Gerlacus et eius heres predictum feodum tenens salva inevitabili honestatis et necessitatis fide assistere non possit, castrum cum turri in Aldenbůrch domino Trevirensi assignabit, ut, finita guerra, sepe dicto Gerlaco castrum restituat. Si autem, quod Deus avertat, inter Trevirensem archiepiscopum et Gerlacum vel eius heredes lis et controversia aliquo emerserit in casu, superius castrum et omnes illud inhabitantes neutri ipsorum alicuius presidii conferant auxilium, nec aliquis alius de ipso castro alicui eorum auxilium conferet vel dampnum inferet; et hoc se fideliter observaturos, sicut superius Gerlacus fecerat, iuramento firmaverunt; et quicumque postmodum idem castrum inhabitaverint, ad idem faciendum sacramenti vinculo se obligabunt, nisi forte Trevirensis archiepiscopus huiusmodi voluerit differre sacramentum. Sub predicto etiam sacramento a Gerlaco et eius filiis comprehensum est, quod, si ipsi morte preventi fuerint et feodales heredes non reliquerint, castrum et omnia bona supradicta ad ecclesiam supradictam sine omni impedimento libere revertentur. Adiectum est etiam ad robur firmius superiorum que ordinata sunt conservandum, quod, si Gerlacus et eius heredes hec[d] infregerint, omne feodum, quod ab ecclesia tenet Trevirensi, libere ad eius archiepiscopum revertatur. Preter hec que supra dicta sunt fideliter promiserunt, prestita fide in manus domini Trevirensis archiepiscopi Iohannis, Godefridus comes de Spainheim, Gerlacus comes de Veldenze, Godefridus comes de Virnenbůrg et frater suus Fridericus, Reymboldus et Henricus de Ysenbůrch, quod, si hec a Gerlaco et suis heredibus observata non fuerint, ipsi domino archiepiscopo Trevirensi contra eosdem consilium et auxilium in omnibus prestare non omittent. Ut autem hec omnia, que sollempniter preordinata sunt, firma atque inconvulsa obtineantur in perpetuum, presens cautio presentibus signaculis auctorabilibus signata refulget.

Idem[e] archiepiscopus conquisivit castrum Starkenberg supra Mosellam a comite Henrico de[f] Spainheim, et castrum de Ham[g] et medietatem castri Wore et medietatem castri de Clereval et 10 mansos in Lŏinbach[h], que omnia ipse ecclesie Trevirensi contulit et ab archiepiscopo in beneficio recepit. Huius rei testes sunt Fridericus comes de Liningen[i], Folmarus comes de Castris, Gerlacus comes de Veldenze, Walramus comes de Nassowen, Henricus comes de Zweinbrůcken[k], Theodericus comes de Widde[l], Henricus et Everhardus[m] comites de Seyne, Everhardus[m] de Petra; ministeriales quoque Ůdo de Esch, Petrus de Marceto, Iacobus de Důne et frater eius Daniel et alii quam plures.

Idem archiepiscopus conquisivit a Godefrido comite de Virnenburg[n] et fratre eius Friderico idem castrum cum omnibus suis appendiciis, que et ipsi ecclesie Trevirensi contulerunt et ab archiepiscopo in beneficio receperunt sub debito ligii hominii contra omnem hominem.

a) A. convenit 4^{b}. b) Aldenbůrg 4^{b*} *saepius*. c) lib. 4^{b}. d) *deest* 4^{b*}. e) Iohannes arch. 4^{b*}. f) *deest* 4^{b}. g) Hain 4^{b}. h) Lormbach 4^{b}; Lonienbach *Bald.* i) Lynigen 4^{b*}. k) Zwenbrůcken 4^{b}. l) Wyde *Bald.* m) Everardus 4^{b}. n) Virnenbůrch 4^{b}.

1) Cf. supra p. 392.

Idem archiepiscopus[a] conquisivit a Friderico comite de Vianne ambo castra sua in Důdelendorp et castrum suum in Garlant, que et ipse ecclesie Trevirensi contulit et ab archiepiscopo in beneficio recepit.

Idem archiepiscopus[a] conquisivit a Conrado comite de Kalewe[b] castrum quod dicitur Enzenberg[c], quod situm est in pago qui dicitur Crechowe in episcopatu Spirensi iuxta villam que dicitur Porzeim, quod ecclesie Trevirensi contulit et ab archiepiscopo in beneficio recepit. Acta sunt hec coram bone memorie imperatore Heinrico et palatino comite in castro iuxta Spiram Germersheim.

Idem archiepiscopus[a] conquisivit ab Everhardo[d] de Petra et fratre suo Warnero idem castrum, quod et ipsi ecclesie Trevirensi contulerunt et ab archiepiscopo in beneficio receperunt sub debito ligii hominii[e].

Idem archiepiscopus[a] comparavit totum allodium Theoderici comitis de Hoynstaden, quod habet in Kelberg[f], quod et ipse ecclesie Trevirensi contulit et ab archiepiscopo in beneficio recepit.

Idem archiepiscopus[a] comparavit a Friderico comite de Lininge[g] totum allodium suum quod habuit in Hademar, quod et ipse ecclesie Trevirensi contulit et ab archiepiscopo in beneficio recepit.

Idem archiepiscopus[a] comparavit a Gerhardo[h] comite de Are villam que dicitur Boley cum omnibus suis appendiciis et hominibus ad eam pertinentibus et villam que dicitur Dure iuxta Kocheme[i] cum omnibus suis appendiciis, quas idem comes ecclesie Trevirensi contulit et ab archiepiscopo in beneficio recepit.

Idem archiepiscopus[a] comparavit domum fortem apud Loynstein, que sita est supra Lonam, quam Warnero de Brole ab ecclesia Trevirensi in feodo tenendam concessit.

Idem archiepiscopus[a] comparavit domum et vineas in villa que dicitur Paffendorp, quas idem archiepiscopus[k] Theoderico de Geyrsherth[l] ab ecclesia Trevirensi in feodo tenendas concessit.

Idem archiepiscopus comparavit domos et vineas ultra pontem Treveri sitas, quarum partem concessit Arnoldo de Rupe et partem Arnoldo de Ůre ab ecclesia Trevirensi in feodo possidendas.

Idem archiepiscopus comparavit vineas in Lesere et Cluzzerde[1] sitas, quas concessit Heinrico de Esch ab ecclesia Trevirensi in feodo possidendas.

Idem archiepiscopus comparavit terram in Brůchdorp, quam concessit Friderico de Enzenberch ab ecclesia Trevirensi in feodo possidendam.

Idem archiepiscopus conquisivit patronatum ecclesie parrochialis in Andernaco et curiam ibidem sitam cum omnibus suis appendiciis, vineis, agris, censu, decimacione et omnibus tam ad ecclesiam quam ad curiam pertinentibus, que omnia libere contulit ad usus episcopales.

Idem archiepiscopus conquisivit curiam in Niderenberch cum omnibus suis appendiciis, tam feodatis quam non feodatis, scilicet agris, vineis, pratis, molendinis, aquarum deductionibus, que omnia ad usus contulit episcopales.

Idem archiepiscopus comparavit allodium in Důfenbach a Theoderico de[m] Brůche, quod ei ab ecclesia Trevirensi in feodo tenendum concessit.

Idem archiepiscopus conquisivit a Marsilio de Witteliche partem decime in eadem villa, tam in vineis quam in agris et denariis, quam se in feodo habere asserebat, et ad usus libere contulit episcopales.

Idem archiepiscopus comparavit alodium in Subach et Lebach ab Alberto de Sygirsberch et fratre eius Růdolfo, quod et ipsi ecclesie Trevirensi contulerunt et ab archiepiscopo in beneficio receperunt.

Idem archiepiscopus comparavit ab Heinrico de Důne . . . .[n]

Idem archiepiscopus de novo castrum quoddam quod Grimberg appellatur construxit, quod situm est in medio possessionum maiorum et meliorum archiepiscopatus et fere omnium ecclesiarum in civitate Trevirensi sitarum.

a) *deest* 4b*. b) Kaleire 4b*? c) Enzenberch 4b. d) Everardo 4b*. e) homonii 4b*. f) Kelberch 4b. g) Lynigen 4b*. h) Gerardo 4b. i) Cochme 4b*. *Bald.* k) *litteris* archi *desinit codex* 4b*. l) Gerscheit *Bald.*; Geyrscheit *ed.* m) in 4b. n) *octo fere lineae vacuae relictae* 4b; *prorsus om. M. W.*

1) Clüsserat, ad sinistrum Mosellae litus. WYT.

Idem archiepiscopus omnes turres et castra archiepiscopatus reedificavit, que deserta et destructa invenit propter dissensionem et discordiam, que per septennium in eadem ecclesia duravit, quando ipse sedem archiepiscopalem est adeptus; possessiones quoque hinc inde distractas recuperavit; honestas quoque domos episcopales Treveri iuxta Palacium et Confluentie construxit.

Idem archiepiscopus contulit[1] ius patronatus ecclesie de Offendinge cum omni sua decimacione et iure ad eum attinente ad usus fratrum maioris ecclesie et Sancti Paulini et Sancti Symeonis ad refectorium, eo modo et forma, ut ipse qui preest refectorio de consilio maioris decani et capituli eandem quolibet anno locet decimationem; predicti quoque fratres in purificacione beate virginis simul omnes in maiori ecclesia cum candelis suis convenient, ibique festum Deo et beate virgini devote peragent; ipse vero magister refectorii predictis fratribus servicium dabit eodem die aut pro redemptione servicii sex denarios Trevirenses de eadem decimatione cuilibet fratri, qui presens usque ad consummacionem misse fuerit[a]; qui autem usque ad consummacionem misse non fuerit, nichil ei dabitur, quia penitus demeruit, sed totum quod superfuerit in usus refectorii maioris ecclesie cedet; nisi qui inventi in domibus suis fuerint infirmi.

In die etiam dedicacionis maioris ecclesie, que est in festo Philippi et Iacobi die, [summum[b] altare] cum magna sollempnitate et devocione consecravit et tunicam Domini cum magna reverencia et veneracione bonorum virorum ipso die in altare beati Petri reposuit, anno videlicet ab incarnacione Domini 1196. Omnes simul predicti fratres ad eandem dedicacionem conveniant, ibique festo sollempnitatis peracto, predictus magister refectorii servicium predictis fratribus dabit, aut pro redempcione servicii sex denarios Trevirenses cuilibet fratri, qui presens usque ad consummacionem misse fuerit; qui autem usque ad consummacionem misse non fuerit, nichil ei dabitur, quia penitus demeruit, sed totum quod superfuerit in usus refectorii maioris ecclesie cedet; nisi qui infirmi inventi in domibus suis fuerint.

In anniversario quoque ipsius archiepiscopi omnes fratres predicti in maiori ecclesia convenient, et anniversario devote peracto, ipse magister refectorii servicium in refectorio predictis fratribus dabit, aut pro redempcione servicii sex denarios Trevirenses cuilibet fratri de eadem decimacione, qui presens usque ad consummacionem misse fuerit; qui autem ad consummationem misse non fuerit, nichil ei dabitur, quia penitus demeruit, sed totum quod superfuerit in usus refectorii maioris ecclesie cedet; nisi qui infirmi inventi in domibus suis fuerint.

Decanus vero maioris ecclesie cum consilio capituli et magistri refectorii vicariam predicte ecclesie locabit, salvo tamen iure archiepiscopi et archidiaconi, ita quod ipsi vicario stipendium perpetuale et sufficiens assignabitur, unde honeste possit sustentari. Quicumque vero hec premissa et a venerabili Trevirorum archiepiscopo Iohanne preordinata infregerit vel infringere attemptaverit, indignacionem Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et sentenciam excommunicacionis se noverit incursurum.

Idem archiepiscopus contulit ius patronatus ecclesie de Perle[c, 2] cum omni sua decimacione et iure ad usus fratrum maioris ecclesie, tantum eo modo et forma, quod idem magister refectorii cum consilio maioris decani et capituli quolibet anno eandem decimacionem locabit et de proventibus ipsius decimacionis, quamdiu solutio eius durabit, quando fratres in refectorio incipient comedere, panem eis amministrabit. Decanus vero maioris ecclesie cum consilio ipsius capituli et magistri refectorii vicarium in predicta ecclesia perpetualiter locabit, salvo iure archiepiscopi et archidiaconi; ipsi quoque assignabitur stipendium perpetuale, unde honeste et competenter possit sustentari. Quicumque vero hec premissa et a venerabili Trevirorum archiepiscopo Iohanne preordinata infregerit vel infringere attemptaverit, indignacionem Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et sentenciam excommunicacionis se noverit incursurum.

Idem archiepiscopus de suo proprio ordinavit, quod septem ampule die ac nocte coram summo altari maioris ecclesie debeant ardere. Quicumque enim elemosinarius dominorum fuerit, reditibus ad septem ampulas illas appendentibus providebit et oleum indeficiens amministrabit.

a) fuerint 4b. b) s. a. *des.* 4b. c) Werle *codd.*

1) V. chartam MR. UB. II, p. 222. 2) V. chartam MR. UB. II, p. 221.

Idem archiepiscopus consecravit capellam in curia episcopali Trevirensi sitam in honore beati Stephani prothomartyris, Nycholai et Thome martyris atque pontificis Cantuariensis. Eandem quoque capellam dotavit hoc modo. Nam idem archiepiscopus tres marcas Colonienses de theloneo suo in Cardono annuatim fratribus maioris ecclesie assignavit eo modo et forma, quod ipse et omnes sui successores cum consilio decani maioris ecclesie[a] debent sacerdotem eligere et illum stipendio unius prebende, que dicitur imbizprovende[1], de qua recipiet quicquid ad eam pertinet, investire. Preterea choro et refectorio, sicut alii fratres, teneatur[b] interesse. Idem vero sacerdos omni die in prefata capella missam tenetur pro eo et omnibus predecessoribus et successoribus suis celebrare. Preterea idem archiepiscopus subplementum stipendii prememorate capelle ecclesiam[c] de Ozbûrch cum omni iure sibi attinente perpetualiter assignavit, salvo iure archiepiscopi[d] et archidiaconi, ut, quicumque capellam habet, habeat ecclesiam[e] de Ozbûrch. Idem[f] archiepiscopus instituit ad illuminare ipsius capelle decem solidos, qui solvuntur de pomerio ante curiam predictam sito in festo Iohannis baptiste, et decem solidos, qui[g] solvuntur de piscina[h] que dicitur Mar in festo beati Martini; et nuces provenientes de arboribus sitis in curia episcopali assignavit, ita quod ipse sacerdos dictus[i] et nuces recipiat et lumen ante altare eiusdem capelle die ac nocte indesinenter ardere faciat. Quicumque vero hec premissa et a venerabili Trevirorum archiepiscopo Iohanne preordinata infregerit vel infringere attemptaverit, indignacionem Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum et sentenciam excommunicationis se noverit incursurum.

Idem archiepiscopus duas sedes episcopales in maiori ecclesia construxit, unam valde honestam retro altare beati Petri, ubi archiepiscopus ad missam se preparabit.

Idem archiepiscopus contulit tres ecclesias pastorales, unam que dicitur Pellinc, alteram que dicitur Hemptre, terciam ad Sanctum Medardum[2], beato Mathie apostolo et beatis Euchario, Valerio et Materno, eo modo et forma, quod abbas illius loci locet ibi vicarios perpetualiter, salvo tamen iure archiepiscopi et archidiaconi, ipsisque vicariis competens stipendium assignabit, unde ipsi competenter et honeste possint sustentari. Anniversarium quoque eiusdem archiepiscopi fratres eiusdem ecclesie de proventibus illarum ecclesiarum sollemniter et devote celebrabunt, et in ipso anniversario die abbas refectionem fratribus in refectorio de eisdem proventibus dabit et duo maldra siliginis pauperibus in elemosinam erogabit.

Idem archiepiscopus venerabilis de suo proprio ordinavit duas ampullas olei, unam coram altari sancti Mathie apostoli et alteram in cripta coram altari beatorum Eucharii, Valerii et Materni et aliorum sanctorum ibi quiescentium, ut indesinenter ardeant, eo modo et forma, quod, quicumque prior eiusdem loci fuerit, provideat de bonis ad idem oleum attinentibus; et inde[k] amministrabit oleum, quod ibi ardeat imperpetuum. Eidem ecclesie de suo proprio contulit, unde empta est domus in civitate Trevirensi, in vico qui vulgo Broytgasse dicitur, de cuius censu emetur oleum, unde predicte ampulle luceant imperpetuum.

Idem archiepiscopus de suo proprio ordinavit, quod ampulla cum oleo coram altari sancti Maximini die ac nocte debeat indesinenter ardere. Ad quod consummandum viginti solidi de censu domuum illarum, que ante monasterium ibi sunt site, solventur, ita quod ipse cantor ipsius loci, quicumque fuerit, eos recipiet et inde ampullam illam indesinenter ardere faciat. Si quid vero superfuerit, ad candelas ardentes ante sepulchrum sancti Maximini ipse cantor ordinabit. Anniversarium quoque ipsius archiepiscopi[l] cum magna devocione fratres eiusdem loci quolibet anno peragere debent.

Idem archiepiscopus de suo proprio ordinavit, quod ampulla ante altare sancte Marie ad martyres Trev. die ac nocte indesinenter debeat ardere; ad quod consummandum persolventur 20 solidi de censu, qui fratribus illius loci solvuntur in Yrang[3], sub hac forma,

a) *deest* 4b. b) tenentur 4b. c) *deest* 4b, *vocabulo eraso et loco trium fere vocabulorum vacuo relicto.* d) a. et a. des. 4b, *vocabulo eraso et loco unius verbi vacuo relicto.* e) *vocabulum deletum* 4b. f) Item 4b. g) *rasura et lacuna octo fere verborum* 4b. h) *post* piscina *una vox deleta* 4b. i) d' 4b. k) in die 4b. l) archidiaconi 4b.

1) Verbum compositum ex imbiz (voce Germanica 'imbiss') i. e. refectio seu degustatio cibi, sed parca et transitoria, ut fieri solet in ientaculis, et provenda, i. e. praebenda, cleri victus et stipendium. WYT. 2) V. chartas MR. UB. II, p. 309; aliam s. d. affert Goerz, Reg. p. 31. 3) Ehrang.

quod, quicumque fuerit prior illius loci, illos denarios recipiet et inde ampullam illam indesinenter die ac nocte ardere faciat. Si quid vero superfuerit, ad candelas ardentes ante maius altare ipse prior ordinabit. Ad hec ipse archiepiscopus contulit[1] illi ecclesie ecclesiam de Yrang cum omni sua decimacione et iure, salvo tamen iure archiepiscopi et archidyaconi; de cuius proventibus in anniversario suo fratribus illius loci refectio debet dari in refectorio, et pauperibus duo maldra siliginis in elemosinam debent erogari[a]. Unde et fratres illius loci cum magna devocione anniversarii eius diem peragere debent.

Idem archiepiscopus de proprio suo ordinavit ampullam ad Sanctum Thomam, ubi sunt sorores Cisterciensis ordinis[2]; que ampulla ante maius altare indesinenter debet ardere, et oleum illud sufficienter, quicumque ibi fuerit prior, debet providere. Anniversarii quoque eius diem sorores illius loci quolibet anno cum magna devocione debent peragere.

Idem archiepiscopus contulit ecclesiam[b] de Crůfthe cum omni decimacione sua et iure ecclesie de Lacu[3], salvo tamen per omnia iure archiepiscopi et archidiaconi; de cuius proventibus anniversarii sui die constituit dari refectionem fratribus illius loci in refectorio et tria maldra siliginis in elemosinam ab eisdem[c] fratribus pauperibus erogari. Unde cum magna devocione quolibet anno diem anniversarii sui debent peragere.

Idem archiepiscopus de proprio suo ordinavit ampullam in ecclesia de Sprenchyrsbach[d], ut indesinenter die ac nocte ardeat coram maiori altari. Ad quod consummandum contulit 20 solidos de censu in Hůntheym, qui solvitur annuatim in festo beati Martini, ut, quicumque fuerit prior, recipiat et inde ampullam indesinenter die ac nocte ardere faciat; si quid vero superfuerit, ad candelas ante maius altare ardentes ipse prior ordinabit. Anniversarii sui quoque diem quolibet anno ipsi fratres debent cum magna devocione peragere.

Idem[e] archiepiscopus de omnibus possessionibus et bonis, que in ecclesia Treverensi invenit non infeodata, nulli umquam aliqua in beneficiis concessit vel infeodavit.

Idem archiepiscopus contulit[4] abbati et fratribus ecclesie sancti Florini in Schonaugia ecclesias duas sitas in Liepurne et Welterode perpetuo possidendas; abbas vero et conventus singulis annis anniversarium ipsius archiepiscopi celebrabunt, habita ipsius[f] in pleno capitulo memoria. In ipso quoque die anniversarii sui abbas pro remedio anime eius et successorum suorum maldrum tritici et dimidiam amam vini conventui dominorum, tantumdem eciam sanctimonialium, et pauperibus maldrum siliginis annuatim de proventibus earundem ecclesiarum amministrabit; quod autem residuum fuerit, ad communes usus fratrum et sanctimonialium convertetur.

Idem archiepiscopus contulit[5] ecclesie beate Marie de Horreo ecclesiam de Hemmenstal perpetuum possidendam, et ipse conventus sanctimonialium annuatim diem anniversarii sui devote in psalmis et orationibus peragent et de proventibus eiusdem ecclesie refectionem eodem die habebunt; quod vero residuum fuerit, ad opus infirmarum amministrabitur.

Idem archiepiscopus contulit ecclesie beate Marie in Luzcellenbůrch ecclesiam de Santwilre; monachi vero eiusdem ecclesie diem anniversarium ipsius singulis annis devote celebrabunt, et eodem die in refectorio refectionem de proventibus eiusdem ecclesie habebunt; quod vero superfuerit, ad communes usus fratrum convertetur.]

—

De[g] Theoderico archiepiscopo.

3.[h] Successit autem Iohanni Theodericus, Sancti Paulini prepositus et archidiaconus, anno Domini 1212, qui et ipse, cum esset prudentie magne, paci et quieti magis quam bellis[i] operam dedit. Captus est autem et ipse a[k] comite Nassoense; cui cum Albertus miles quidam de Confluentia ad subveniendum se obiceret, super eum interfectus est. Multa mirabilia temporibus eius evenerunt in mundo. Et primo quidem illud commemoramus, quod paucis mensibus ante eius electionem mirabile et seculis omnibus inauditum. Pueri namque congregati[l] ex omnibus oppidis et villis Theutonie[m], quasi divinitus inspirati, convenerunt in singulis quibusque locis, et coadunati in turmas, iter arripuerunt versus Ihero-

a) erogare 4b. b) ecclesie 4b. c) eiusdem 4b. d) Sprentchyrsb. 4b. e) *haec in fine ponit W.* f) ipsi 4b. g) *haec desunt* 3. 4. h) 162. *M.*; 103. *W.* i) bellum 1. k) a c. *des.* 4b*. l) congregrati 1. m) Teuthonie 4b; Teuthonice 4b*.

1) MR. UB. II, p. 278. 2) Monasterium olim situm inter Prumiense coenobium et Hemerodium. WYT. 3) Laach; chartam v. MR. UB. II, p. 193. 4) Kremer, Orr. Nass. II, p. 246. 5) MR. UB. II, p. 311.

solimam, quasi Terram Sanctam recepturi. Huius itineris dux et caput erat Nicholaus quidam puer Coloniensis, gestans super[a] se signum quasi crucis, formam thau habentis, quod debebat[b] esse signum sanctitatis in eo et miraculositatis; nec facile erat discernere, cuius generis et metalli esset. Cumque venissent pueri Brandusium, episcopus loci deceptionem deprehendens, non permisit eos transfretare. Venditi enim erant gentilibus a patre Nicholai, et sic demonum maleficio[c] attracti; propter quod et puer ipse periit, et pater eius Colonie mala morte peremptus est. Plurimi eciam puerorum perierunt; nam qui euntibus copiose ministraverunt, redeuntibus nichil dederunt. Post aliquod annos orta est predicatio crucis, et inflammatus est populus Dei in subsidium Terre Sancte, et incredibiliter atque catervatim ruerunt ad accipiendam crucem. Et facta est expeditio valida ad partes transmarinas; in qua expeditione Georgius[d] comes Widensis, frater Treverensis archiepiscopi, 1217.
precipuus habebatur. Factum[e] est autem[f] concilium generale apud Lateranum sub Innocentio papa anno Domini 1215, cui eciam interfuit Theodericus Treverensis archiepiscopus; in quo concilio amputati sunt tres gradus consanguinitatis in matrimonio contrahendo[1]; et statutum fuit ibi[2], ut de triennio in triennium haberentur capitula in singulis provinciis ad reformationem monasteriorum diversorum ordinum et visitationes fierent; quod aliquot annis servatum[g], postmodum ivit in dissuetudinem. Fecit in concilio dominus papa sermonem, sumpto hoc themate[3]: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, ante-* Luc 22, 15.
quam patiar. Et mortuus est Innocentius papa eodem anno non evoluto. Fuit autem con- 1216.
cilium mense Novembri. Circa[h] idem tempus peregrini nostri de consilio militum Terre 1218.
Sancte profecti sunt versus Damiatam, civitatem Egypti in ripa Nili sitam, et ceperunt 1219.
eam, sed cum multa mora, cum multo labore et cum multo sanguine nostrorum; nec tamen tunc[i] capta est fortitudine humana, sed virtute divina, percussis divinitus infirmitate hiis qui erant in civitate, nec valentibus repugnare. Postea cum vellent ad ulteriora procedere, ex inopinato soldanus Babylonie per retorsionem fluminis artavit eos in tantum, quod condictum fecerunt cum eo de reddenda civitate. Et reddita est civitas Sarracenis. Inter[k] hec et Otto imperator defunctus est anno gratie 1218. Obiit autem contritus et confessus, inunctus et communicatus, absolutus quoque a vinculo excommunicationis, prestita cautione standi iudicio ecclesie; quam absolutionem, audita morte eius, lacrimans Honorius papa, qui Innocentio successerat, approbavit. Fridericus vero rex pro consecratione imperatoria Romam ire volens, Henricum, filium suum adhuc puerulum, de con- 1220.
sensu principum regem constituit in Alemannia, cuius tutele deputatus est Wernerus de Bolandia; et egressus est subsequente anno, fuitque extra Alemanniam 16 annis[l]. Wernero autem in[m] brevi defuncto, suscepit[4] tutelam regii[n] pueri Engilbertus Coloniensis archiepisco- 1222?
pus, columpna ecclesie, cleri decus, stabilimentum regni. Cui confederatus est Theodericus Treverensis[o], fueruntque quasi cor unum et anima una. Iste est Engilbertus[p], qui castrum Thûron[q] acquisivit Coloniensi[r] dyocesi[5]. Iste est Theodericus, qui castrum nobile trans Renum edificavit contra vim brachii tyrannorum regionis illius, vocavitque illud Montem[s] Thabor[6].

4.[t] In diebus illis venerunt in partes istas primum Predicatores et postea Nudipedes, et subito impleverunt mundum Et primo quidem Predicatores venerunt Coloniam, et datus est eis locus et hospitale quoddam in platea stolicorum, ut edificaretur eis ibi habitatio[7]. Unde a loco nomen aliquando habuerunt, ut vocarentur Stolici, id est Stolicheri; putantibus multis, quod a paupertate sic vocarentur. Post hec venerunt Treverim. Defunctus est autem ibi Hernestus[u], vir valde honestus, canonicus maioris ecclesie, et domus eius cum attinentiis suis facta est habitatio Predicatorum usque in hodiernum diem. Et fuerunt[v] tunc opinatissimi inter eos Conradus de Argentina prior eorum et Iohannes lector eorum. Dein-

a) *deest* 3. b) habebat 1. c) maleficicio 1. d) Gregorius 3. 4b*. e) *c.* 163, *inc. M.* f) etiam 2. 3. 4. g) est *post add.* 1. h) *c.* 164. *inc. M.* i) nec non cum 1. k) *c.* 165 *inc. M.* l) annos 3. m) in b. *des.* 3. n) *deest* 4b. b*. o) Tr. archiepiscopus 4b*. p) Theodericus *e corr.* 4, *et ita* 4b. b*. q) Thurûn 2. r) ecclesie Treverensi qui castrum *e corr.* 4, *et ita* (et castrum) 4b. b*. s) vocavitq. mont. illum 4. t) *nulla capitis distinctio in* 1. 3. 4; 4b* *novo capiti rubram praemittit:* Predicatores et Minores — *c.* 166. *M.* u) Ern. 2. 3. 4. v) f. i. eos op. Conrardus 3.

1) c. 50; Mansi Conc. XXII, p. 1037. 2) ib. c. 12, p. 999. 3) ib. p. 967. 4) Quod minus recte dictum probavit Schirrmacher, 'Gesch. Friedrich II.' Vol. I, p. 295. 5) Cf. Ficker, 'Engelbert' p. 69 sqq. 6) Montabaur. 7) V. chartam ap. Lacomblet II, p. 197: ubi 'platea stoycorum' scribitur.

ceps eciam venerunt Minores fratres et mulieres converse ad religionem, inclaustrate, recluse et sequestrate, quarum[a] non est numerus. Verum cum Engilbertus ecclesiam Coloniensem iam per .....[b] annos rexisset et tam rei publice quam et dyocesi sue predones egregie cohercendo consuluisset, coniuravit adversus eum Fridericus comes de Ysenburch[c], filius fratris sui, qui filiam Waleranni, non iam comitis, sed ducis, habebat uxorem; et irruerunt in eum ipse et satellites dyaboli ad hoc electi, et percusserunt, immo mactaverunt eum, 1225. non acerbitate humana, sed demoniaca[d] crudelitate, 48[e] vulneribus confodientes. Martiri- Nov. 7. zatus est beatus Engilbertus in vigilia sancti Willebrordi[f, 1], advesperascente iam die feria sexta, adhuc ieiunus, prope villam Swelme[2], in qua proximo die ecclesiam erat consecraturus, anno gratie 1225. Cuius eciam mortem preciosam in conspectu suo Dominus multis miraculis declaravit. Cuius innocentiam et mortem acerbissimam, conpunctionem quoque et confessionem ante mortem, ad nutum Conradi Portuensis episcopi et cardinalis Theodericus[g] Treverensis archiepiscopus apud Leodium et Coloniam populis publice peroravit, et cardinalis eum martirem pronunciavit. In[h] quadragesima subsequente Theodericus archiepiscopus et Walerannus cum rege et aliis principibus iverunt ad colloquium impera- 1226. toris apud Cremonam condictum[3]. Cumque reversi essent, Walerannus mortuus est[4]. Fridericus vero comes in ipso anniversario[5] Engilberti episcopi, quem occiderat, Coloniam captivus invectus[i] est et post paucos dies rotali tormento perplexus est. Tunc etiam in tutelam regni successit Engilberto Ludowicus dux Bawarorum, qui apud Damiatam fuerat, quando 1231. perdita est. Quo, per cuius machinationes Deus scit, interempto[k], rex per se ipsum cepit agere negocia regni. Habuitque potentiam regiam, sed vitam regiam non habuit. Nam incontinens fuit multum, minus adtendens iura matrimonii, cui astrictus erat. Potens tamen factus est in regno et invaluit contra omnes adversantes sibi. Archiepiscopus autem Treverensis magnus fuit apud regem; nec mirum. Etenim ubicumque conventibus publicis[l] interfuisset, tam pontifices quam principes eum venerabantur ut patrem. Circa[m] tempora ista facte sunt tres strages nobilium in tribus locis, et quot et quantorum, non est possibile dicere, et miserabile esset dicere. Una fuit filii regis Frantie et christiani exercitus ab Albiensibus[6]; 1227. alia episcopi Traiectensis et sui exercitus a Frisonibus[7]; tercia regis Datie et suorum a comite Zwirinense[n, 8]. Circa eadem tempora visitavit Dominus peccata populi sui spiritu iudicii et spiritu ardoris, terram consumens gladio et igne, non solum Treverensem, sed etiam Coloniensem et Mogontinensem dyocesim; et hoc ex parte per Walerannum et comi- 1230. tem Seynensem[9]. Nam Walerannus, filius supradicti Waleranni, defuncto patre, in custodiam cesserat comitisse, uxoris patris sui, ...[o] et puerorum et terre; et hic habuit prelia multa et nominatus factus est in eis.

4.[p] Anno Domini 1231. orta est persecutio hereticorum per totam Alemanniam, et exusti sunt plurimi per continuum triennium. Eratque princeps[q] et caput huius persecutionis magister Conradus de Marbůrch[r], et ministri eius Conradus quidam cognomento[s] Tors et Iohannes carens uno oculo et una manu; qui duo ex hereticis conversi fuisse ferebantur. Iste est magister Conradus, qui in multis predicationibus, et maxime de cruce signatis, famosus, auctoritatem magnam sibi comparaverat in populis; qui de visitatione clericorum atque monialium se intromittens, eos ad observantiam regularem et ad continentiam artare voluit; quique auctoritate apostolica fretus et animi constantia preditus, ita animosus factus est, ut neminem timeret, tantique esset ei rex vel episcopus quanti pauper laicus. Cooperabantur autem ei et ministris suis prefatis Predicatores per singulas civitates; tantusque fuit omnium zelus, ut nullius, qui tantum propalatus esset, excusatio vel recusatio, nullius exceptio vel testimonium admitteretur, nec defendendi locus daretur, sed nec inducie

a) quorum 1. 3. 4. b) *loc. rasus quinque fere litterarum* 2; *spatium vacat* 3. c) Ysinberch 2. 4; Ysimberch 3. d) diabolica 4b*. e) 47 2. 3. 4. f) Willibr. 3. 4. g) Theodi(e)rici Tr. archiepiscopi 1. 4. h) *c.* 168. *inc. M.* i) e. i. 3. k) se *add.* 1. 2. 3. 4, *post del.* 2. l) *man. al. sed coaeva corr.* principibus 4b, *et ita* 4b*. m) *c.* 169. *inc. M.* n) Zwirmense 1. 2. 3? 4. 4b; Swirmende 4b*. o) *quaedam deesse videntur.* p) 170. *M.*; 104. *W.*; Aliud capitulum *add.* 2. q) c. et p. 3. r) Marpůrch 4, *saepius.* s) cognam. 1. 4.

1) i. e. Nov. 6, sed verbis *advesperascente die feria* 6. dies 7. recte indicatur; cf. Ficker p. 262. 2) Schwelm. 3) Neque ultra Tridentum progressi sunt; v. Ann. Colon. max. h. a. 4) Cf. Reineri Ann. Leod. a. 1225, SS. XVI, p. 679. Obiit a. 1226, inter d. 23. Mai et 2. Iuli; v. Ernst, 'Hist. de Limbourg' IV, p. 60. 5) d. 11. Nov. indicant Ann. Col max. 6) De hac nihil constat. 7) a. 1227; v. Ann. Col. max. h. a. 8) Victoria apud Bornhövede reportata. 9) Cf. Ann. Col. max. a. 1230.

deliberationis darentur; sed in continenti oportebat eum vel[a] reum se confiteri et in penitentiam recalvari[b] vel crimen negare et cremari. Insuper qui sic tonsoratus esset, oportebat eum complices suos prodere, alioquin item debebat cremari. Unde putatur, quod aliqui innocentes exusti fuerint. Multi enim propter temporalem vitam et amorem heredum suorum confitebantur, se fuisse quod non fuerant, et artati ad accusandum, accusabant quod nesciebant et quos nolebant. Quin etiam in ultimis deprehensum est, quod heretici aliquos de suis subornaverant, qui se tanquam in penitentiam tonsurari permiserunt et sic catholicos et innocentes accusaverunt. Talium tres apud Moguntiam capti fuerunt; nec erat[c] adeo pure quis conscientie, qui se huiusmodi tempestatem non timeret incurrere. Nullus etiam pro accusatis, non dico intercedere, sed nec mitius aliquid loqui audebat, quia statim ut defensor hereticorum reputabatur[d]. Etenim contra defensores et receptores hereticorum eadem que contra ipsos hereticos a domino papa sententia dictata processerat[1]. Preterea quicumque semel hanc inpietatem abiurasset[d'], si recidisse in ipsam diceretur, absque ulla retractatione[e] deprehensus, cremabatur. Nec Treverica dyocesis ab hac infectione exsors fuit. Nam[2] in ipsa civitate Treveri[f] tres fuisse scolas hereticorum, publicatum est. Nam exusta est ibi quedam[g] Lucardis, que sanctissime vite putabatur, que incredibili lamentatione lugebat luciferum iniuste de celo extrusum, quem volebat replorare denuo in celum. Neque mirum fuit de aliis civitatibus, cum, in ipsa urbe Roma nonnullos infectos fuisse, in suis litteris papa pronunciaverit[3]. Et[h] plures erant secte[i], et multi eorum instructi erant scripturis sanctis, quas habebant in Theutunicum[k] translatas. Et alii quidem baptisma iterabant; alii corpus Domini non credebant; alii corpus Domini a malis sacerdotibus non posse confici dicebant; alii indifferenter corpus Domini a viro et muliere, ordinato et non ordinato, in scutella et calice et ubique locorum posse confici dicebant; alii confirmationem et inunctionem superfluam iudicabant; alii summo pontifici, clero et religioni derogabant; alii defunctis suffragia ecclesie prodesse negabant; alii matres proprias, redimentes consanguinitatem[l], que ibi erat, per 18 denarios, in coniugium sumebant[m]; alii pallidum hominem vel etiam cattum osculabantur, et adhuc peiora faciebant; alii dies omnes equipendentes, feriari aut ieiunare nolebant, unde et diebus festis operabantur et in parasceve carnes manducabant. Et hec de articulis errorum dixisse sufficiat, non quod omnes dixerimus, sed quod precipuos tantum notaverimus. Eo[n] tempore Treverensis archiepiscopus synodum tenuit, in qua ipse publice enunciavit, hereticos in sua dyocesi habere episcopum, quem cognominassent secundum suum nomen Theodericum[o], et idem alibi fecisse de episcopis locorum; itemque habere eos[p] communiter papam, quem secundum catholice ecclesie episcopum nuncuparent Gregorium, ut, si interrogarentur de fide, eam fidem se habere dicerent, quam haberet papa Gregorius et[q] ille et ille episcopus sic nominatus, nostrum nominantes

a) vel — oport. eum *des.* 4b*. b) se r. 4. c) *deest* 1. d) deput. 1. d') obiur. 1. e) retractione 1 *e corr.* 4b. f) *deest* 4b. b*. g) que 3. h) *c.* 171. *inc. M.* i) sede 4, *corr. al. m.* secte 4b. k) Theutonicum 2. 4; Theutonico scriptas vel translatas 3. l) consanguinitate 3. m) s. i. c. 4b. n) *c.* 172. *inc. M.* o) Theodericus 4. p) e. h. 4. q) *alterum* et ille *del.* 1, *deest* 2. 4.

1) Cf. Gregorii IX. epistolam Theoderico archiep. missam, Böhmer, Acta imperii p. 665; MR. UB. III, p. 339. 2) Sequentia ad verbum fere conveniunt cum narratione quam ex cod. Tholegiensi Harzheim, Conc. Germ. III, p. 539, luci dedit: *Anno Domini* 1231. *in ipsa civitate Treviri tres esse scholas hereticorum, deprehensum. Et plures erant eorum secte, et multi eorum instructi erant scripturis sanctis, quas habebant in Theutonicum translatas. Et alii quidem baptisma iterabant; alii corpus Domini non credebant; alii corpus Domini a malis sacerdotibus non posse confici dicebant; alii corpus Domini indifferenter a viro et muliere ordinato* in scutella et calice et ubique locorum posse confici dicebant; alii confirmationem et unctionem superfluam iudicabant; alii summo pontifici, clero et religioni derogabant; alii defunctis suffragia ecclesie prodesse negabant; alii matres proprias, consanguinitatem, que ibi erat,* 18 *denariis redimentes, in coniugium sumebant; alii pallidum hominem ante et cattum retro osculabantur; alii dies omnes equipendentes feriari et ieiunare nolebant, unde et diebus festivis operabantur et in parasceve carnes manducabant. Super his Theodoricus archiepiscopus synodum tenuit, et quia invenit esse inter illos qui haberent episcopum quem cognominassent secundum suum nomen Theodoricum et idem alibi fecissent de episcopis aliorum locorum, itemque haberent communiter papam nomine Gregorium, ut, si interrogarentur de fide, eam fidem se habere dicerent quam habet papa et ille et ille episcopus, eos nominatim nominantes et suos intendentes, hoc archiepiscopus publice enuntiavit. In eadem synodo tres heretici exusti sunt et una mulier Luckhardis, que incredibili lamentatione lugebat luciferum de celo iniuste extrusum, quem volebat denuo relocare in celum. Item in eadem synodo archiepiscopus excommunicavit falsatores monetarum, tam iubentes, quam facientes.* 3) Gregorius l. l.: *Urbem in absentia nostra intrare non veriti.* *) et inordinato *excidisse videntur.*

et suum intendentes. In eadem synodo tres fuerunt heretici presentati, quorum duo sunt dimissi, unus exustus[1]. In eadem synodo archiepiscopus excommunicavit omnes falsatores monetarum, tam iubentes quam facientes[a].

5.[b] In diebus illis exiit edictum a papa Gregorio ad omnes episcopos, ut visitationes fierent, unusquisque in sua dyocesi, monasteriorum tam clericorum quam monachorum et monialium, et inchoatum est opus sanctum, dignum benedictione, nisi quod, ubi[d] cepit, ibi mansit. Per idem tempus bellum fuit Metensium cum Iohanne episcopo ipsorum. Sed
1232—1234. et archiepiscopus Treverensis eosdem excommunicavit propter contumatiam et inobedientiam, quam exhibebant eidem episcopo; sicut et idem episcopus ipsos excommunicaverat. At illi de excommunicatione minus curantes, potenter episcopo eiusque cooperatoribus per biennium restiterunt; quibus etiam decem circiter castella effringentes[e], tandem obtinuerunt, quod episcopus eos recepit in gratiam suam. Igitur[f] supra memorati sancte catholice fidei zelatores acerrime hereticis insistentes, cum rusticanorum hominum utriusque sexus innumeram multitudinem tum confundendo tum comburendo per diversa loca pessumdedissent, apposuerunt et divites inpetere atque magnates. Inter quos dum comitem Henricum de Seyna aggrederentur, mirum fuit[g], quod comes ille, qui magne crudelitatis[g] esse dicebatur, litteras citatorias sibi a magistro Conrado transmissas cum equanimitate suscepit, statimque ad consilium cleri et religiosorum[h] totus convolavit[i], regis quoque et episcoporum. Quid plura? Factus est conventus episcoporum ac principum cum rege Henrico
1233. Iul. 25. apud Moguntiam in festo sancti Iacobi, ubi, comite conparente, et magistro Conrado in causa deficiente, accusatoribus et testibus resilientibus, aliis se coactos vel circumventos in comitem mala dixisse se fatentibus, aliis de odioso presumptive notatis[k], rex alium diem ad ventilandam altius causam edici voluit. Comite autem instantius petente, ut ad finem cause tenderetur, archiepiscopus Treverensis dixit ad comitem precise[l]: 'Dominus meus rex vult, quod causa ista differatur'; et ad populum: 'Denuncio vobis, quod comes Seynensis hinc recedit pro homine catholico et inconvicto'. Et magister Conradus submurmurando ait: 'Si convictus esset, alia ratio esset'. A[m] quo conventu cum magister Conradus, spreto regis et episcopi Moguntini conductu, recederet reversurus in sua, in via interemptus est una cum socio suo Gerardo[n] quodam. Delatus autem Marbůrch[o], sepultus est iuxta beate Elyzabeth vidue, uxoris quondam[o*] lantgravii[p], tumulum, que ante[q] paucos annos defuncta et ibidem tumulata, plurimis miraculis fuerat glorificata. Exhinc procellosa illa persecutio cessavit, et periculosissima tempora[o*], quibus a diebus Constantii imperatoris heretici et Iuliani apostate nulla alia fuere similia, sereniori ceperunt spirare[r] clementia; et fuit comes ille Seynensis murus pro domo Domini, ne in ulteriora[r*] progrederetur rabies inportuna et lippa, noxios eque et innoxios absortura, episcopos ac[s] principes, religiosos[t] et catholicos quosque eque[u] ut rusticanos et hereticos pervasura.

1234. Febr. 2. Post[v] hec in purificatione sancte Marie factus est iterum conventus et curia sollempnis aput Frankinvort coram rege, 25 circiter episcopis, abbatibus et prioribus diversorum ordinum, prioribus etiam cleri[w] et principibus innumeris congregatis; ubi adducta in medium causa comitis, comite presente, pro fide et innocentia comitis sacramenta prestantibus episcopis, prelatis, abbatibus, Maioribus[2] et Minoribus fratribus, clericis et monachis, principibus quoque laicis et baronibus universis, comes gloriosissime expurgatus est. Tunc Conrado episcopo Hildenshemensi[x], qui ex parte domini pape ibi aderat, comitem rogante[y] pro amore Dei omnipotentis et pro reverentia regis[z] presentis atque episcoporum et[a] principum ac totius illius conventus, ac pro[a] hoc, quod Deus ipsum[b] gloriosissime absolverat ab infamia[c] sibi inpacta, infamatoribus suis lacrimans et cordi suo vim magnam faciens indulsit[3].

a) faventes 2. 3. 4; et sic de aliis *add.* 4^{b*}. b) 173. *M.*; 105. *W.*; Aliud capitulum *add.* 2. d) ibi 3. e) effigentes 4. 4^{b}. f) *c.* 174. *inc. M.* g) *deest* 3. h) religiorum 1. i) convaluit regis quique 1. k) vocatis 3. l) prescise 2? 4. 4^{b}; *deest* 3. m) A quo c. — hereticos pervasura *in* 1 *bis, tam hoc loco* (1^{a}) *quam infra in fine capituli, post* indulsit (1^{b}) *leguntur; in* 2. 3 *hoc loco; in* 4 *priore loco deleta sunt et infra monitum:* Hic lege quod superius vacat. A quo conventu etc usque ad illum locum. Post hec in purificat. etc., *et infra etiam* 4^{b}. n) Gerlaco 4^{b*}. o) in M. 1^{a}; Marpůrch 4^{b}. o*) *deest* 1^{a}. p) Turingie *post add.* 4, *et ita* 4^{b}. b^{*}. q) autem 1^{a}. r) sperare 4. r*) ultiora 1^{a}. s) et 3. t) et r. 1^{b}. u) *deest* 3. v) *c.* 175. *inc. M.* w) cleri *corr.* clericis 1. 4, *et ita* 4^{b}. b^{*}. x) Hy(i)ldemensi 2. 3. 4. y) rogantem 3. 4^{b*}. z) omnipotentis *post add.* 4, *et ita* 2 *(qui post delevit).* 4^{b}. b^{*}. a) ac 2. 3. 4. b) eum 2. 3. 4. c) infancia 3? 4, *corr. man. al.* infamia 4^{b}.

1) Aliter relatio p. 401 n. 2. 2) i. e. fratribus Praedicatoribus, qui, ad distinctionem fratrum Minorum, Maiores fratres appellabantur. WYT. Cf. supra c. 2, p. 393. 3) scilicet comes.

6.[a] Anno dominice incarnationis 1235. reversus est Fridericus imperator in Alemanniam, et receptus est a principibus et a civitatibus sicut imperator. Adducta est ei etiam sponsa sua, filia regis Anglie, per Coloniensem archiepiscopum et suscepta ubicumque[b] venit cum multa ambitione. Porro Henricus rex, filius imperatoris, qui se ab anno preterito paraverat ad rebellandum contra patrem, de[c] consilio episcoporum de meliori pace presumentium, se et sua dedidit[d] in gratiam patris. Quem pater statim captivatum et per diversas custodias missum, tandem in Aquilegie[e. 1] partes relegavit; ita ut dicere ei convenerit cum beato Iob: *Ego ille quondam opulentus repente contritus sum.* Revera enim cum opulentia Iob 16, 13 et potentia magna tunc temporis regnum tenebat Romanorum. Fecerit hoc pater quo voluerit animo, sed Deus hoc fecisse creditur in vero iudicio suo. Multum enim Deum offendisse putabatur in delictis iuventutis sue. Altissimus est[e*] autem patiens redditor, quia mala hominum et patitur et reddit. Apud imperatorem sane Theodericus pontifex[f] Treverensis magnus habitus est, et ubique in curiis sollempnibus locum sessionis sue inter pontifices pro primatu Treverice dignitatis obtinuit. Subsequente anno Iohannem archiepiscopum, qui 1236. apud Claustrum in capitulo[g] monachorum, ut supra scriptum est, humatus fuerat, elevari fecit atque in oratorio beate[h] Dei genitricis ibidem honorifice collocari tertio die Martii mensis. Eodem[i] etiam anno translatio facta est beate Elyzabeth[i*] apud Marburch in ipsis Kalendis Maii, ubi et Theodericus archiepiscopus cum imperatore presens fuit. Circa idem tempus[2] mortua est Agnes domina de castello Malberch, et suscepit illud tenendum Rodulfus[k] quidam, filius fratris eius, tali interveniente pactione[l], quod Walerannus, suprememorati[m] Waleranni filius, teneret illud in feodo ab archiepiscopo[3], et Rodulfus a Waleranno. Qui Rodolfus statim aggressus est inpugnare vicinas sibi positas moniales de Sancto Thoma propter bona aliqua, que legaverat eisdem Agnes supradicta, volens eis ea abripere et sibi iure successionis attrahere. Cuius instantia prevalente, derelinquentes universe[n] cenobium suum, venerunt in civitatem Treverensem[o], ibique per tempus aliquod demorantes, cottidie[p] ad missam ad maiorem ecclesiam cum processione venerunt, atque inter ipsa sacre actionis officia duas antiphonas, videlicet *Media vita in morte sumus* et *Salve regina misericordie,* lamentabiliter cantabant[q], et hoc de consilio archiepiscopi et prelatorum ac[r] Predicatorum. Nec his contentus Rodolfus, etiam res episcopii[s] aggressus est. Ad cuius insolentias reprimendas Theodericus archiepiscopus castrum in monte Kyleburch[t] edificare cepit anno Domini 1239[4]. Neque poterat contra[u] facere Walerannus toto anno illo, vehementissima[v] bellorum instantia contra Conradum Coloniensem electum inpeditus[5]. Tunc temporis Conradus puer, filius imperatoris, rex Iherosolimorum, a pluribus habitus est pro rege Romanorum; qui etiam fovit partes laicorum adversus Coloniensem electum.

7.[w] In eisdem diebus exiit edictum a papa Gregorio, ut excommunicaretur imperator 1239. per Alemanniam[6]. Et egressus Iacobus[x] Prenestinus episcopus cardinalis a latere domini pape, venit in Gallias ad promovendum memoratum edictum. Secessit autem Theodericus pontifex ultra Renum, etate simul et debilitate confectus, magis autem pacis[y] sue providus et quietis[z]. Plane satellites imperialis negotii tanta sagacitate et tam astutissima exploratione vias omnes circumsepserunt[a], omni modo caventes, ne que littere, ne qui[b] nuncii in terram[c] venirent aliquid mandati contra imperatoris honorem inportantes. Et ecce immisit Omnipotens nuncios aliquos, at[d] alia nunciantes. Nam gens infausta Tartarorum[e], terna iam irruptione facta, fines invasit Europe, exterminium toti orbi christiano meditans et minitans. Hos Tarsenses[f] et Hysmahelitas[f. 7] quidam autumant[g], de quibus scribit Methodius,

a) 176. *M.*; 106. *W.*; Aliud capitulum *add.* 2. b) ubique 4. c) et episcopi Magontini conducti 4, *sed delevit rursus* e. M. c.; et de 4[b. b*]. d) dedit 2. 3. 4. e) *ita codd. omnes.* e*) autem est 2. 3. 4. f) episcopus 3; archiepiscopus 4. g) capitolio 4[b*]. h) b. virginis D. g. Marie 4. i) *c.* 177. *inc. M.* i*) Elysabet 1 *hoc loco.* k) Růdolfus 2; Rudolfus 3; Růdolphus 4. l) factione 1. 2. 3. 4. m) *deest* 4, *ubi* f. W. n) omnes 3. o) Treverim 1. p) ad m. e. ad m. c. c. pr. 2. 3. 4. q) decant. 2. 3. 4. r) et 2. 3. 4. s) epi 4. t) Kilbu(ů)rch 2. 3. 4. u) *deest* 2. 3. 4. v) vehementissimam (*corr.* vehementissima 2). 2. 4[b. b*]; vehementissimam 4. — instanciam 4[b. b*]. w) 178. *M.*; 107. *W.*, Capitulum aliud *add.* 2. x) Iacob 2. 3. 4. y) pacis *corr.* paci 4, *et ita* 2. 3? 4[b. b*]. z) quietus 2. 3. 4. a) circumspexerunt 4. b) neque l. neque 1. 2. 4. c) terra 2. 3. 4. d) et alios 1. e) Tartarum 3. — tercia 1. 2. 4. f) Tartenses 1. — Ysm. 2; Hism. 4. g) autumans 2. 3. 4.

1) *Apuliae* scribere debuit, fortasse voluit auctor. 2) c. a. 1239; v. chartas MR. UB. III, p. 485. 515. Charta p. 509. ante illam p. 485. data sit, oportet. 3) V. chartam l. l. p. 485. 4) V. chartam l. l. p. 500: *comites Lucillenburgenses castrenses nostri erunt in castro Kilburg.* 5) V. Ann. S. Pant. Col. 1239, SS. XXII, p. 532. 6) 1239, Apr. 7; Potthast Reg. Nr. 10725. 7) Ita epistola quam luci dedit Förstemann, 'Neue Mittheilungen' IV, 2, p. 106. Cf. Ann. S. Pant. p. 535.

1241. quod egressuri sint ante finem mundi et obtenturi orbem terre octo ebdomadibus annorum,
id est 56 annorum, et multa facturi mala. Adiuncti sunt eis Cumani[a], Amazones et alie
gentes, christianorum quoque refuge et dampnaticii[b], et factus est inimicorum Dei exercitus
infinitus, ex omni populo et natione collectus. Invaserunt igitur Hungarie partes, Boemiam[c],
Poloniam et finitimas regiones, omnia vastantes, nulli[d] hominum parcentes, senes et iuve-
nes, divites et pauperes, mulieres cum parvulis[e] interficientes, matronarum et virginum
pudicitie incredibiliter nocentes, conmessationibus, luxuriis, inmunditiis intra[f] templa
Deo[g] sacrata vacantes, villas et ecclesias, oppida et cenobia paris in destruendo habentes.
Iudeorum[h] quoque plurimi exultare ceperunt, Messyam suum venire putantes et liberatio-
nem suam eo anno instare; nam annus tunc[i] erat dominice incarnationis 1241. Et ali-
quibus suspicantibus, quod aliquid mali deberent contra christianos moliri, multorum favo-
rem amiserunt; sed auctoritate potestatis imperatorie sunt protecti. Demandaverunt autem
principes regionum illarum[k] principibus circa Renum manentibus, ut auxilium ferrent rebus
christianis, et accensus est ignis Dei in populo. Nam ad nutum episcoporum, predicantibus
malorum multitudinem fratribus[l] Predicatorum, cruce signati sunt viri et mulieres, senes,
iuvenes[m] et infantes in subsidium iam iamque periturarum[n] Dei ecclesiarum. Sed heu! per-
mittente iusto[o] Dei iudicio, magnatibus terrarum[p] a concepte devotionis fervore infrigi-
datis, cito refriguit etiam caritas populorum. Quid enim faceret populus sine principe?
Ferunt autem, tantam hominum stragem numquam in mundo factam fuisse, quanta facta
est a barbaris istis in tam brevi tempore, videlicet infra dimidium annum vel paulo plus.
— Inter[q] hec egressi sunt Ianuenses[r] in manu forti, videlicet cum[s] numero 4 milium pugna-
torum et 25 galearum, catholicos ad concilium, quod papa in penthecosten celebran-
dum indixerat, conducturi. Occurreruntque eis homines imperatoris, et submersis tribus
galeis, reliquas ceperunt cum personis et rebus. Capti sunt ibi tres legati, Iacobus Prene-
stinus, Otto de Carcere Tulliano, Gregorius de Romagnia[t], archiepiscopi quoque, episcopi,
abbates aliique prelati et prelatorum responsales et ambassatores civitatum Lombardie[u], et
oblati sunt imperatori mense Aprili, capta iam ab eo Faventia[1]. Non tamen inventi sunt
inter eos nuncii Treverensis archipontificis[v] nec littere eius. Exhinc post multas commina-
tiones, post multas commotiones[w] miseratus Dominus plebem suam, pacem dedit inter epi-
scopum et Waleramnum[x], et reconciliati sunt in federe pacis[2]. Mortuus est autem Grego-
rius papa anno Domini 1241, et substitutus est ei Celestinus; qui cum sedisset 17 diebus,
veneno finitus est. Quocirca cardinales ecclesiam sanctam multis diebus[y] acephalam dimi-
serunt et quasi desolatam, similia formidantes. Tunc insurrexerunt duo archipontifices,
Moguntinus scilicet et Coloniensis, in res imperatorias, et utroque gladio, materiali vide-
licet et spirituali, vehementissime[z] utentes, hinc preliis et exactionibus, incendiis et rapinis
universa que attingere poterant invaserunt, satellitibus imperatoriis in eorum res non
minus regrassantibus; hinc imperatorem[a] de mandato sibi legati, ut dicebant, iniuncto
pluries[b] et publice excommunicatum denunciaverunt. Eo anno fuit eclipsis solis magna et
Oct. 6. tenebrosa in octavis[c] sancti Mychaelis, in dominico[d] die post meridiem, tribulationes
magnas ecclesie Dei mirifice designans. Post venit Conradus rex Treverim in quadra-
1242. Mart. gesima, et honorifice susceptus est ab episcopo Theoderico. Descendit autem rex Aquis-
grani et episcopus Confluentiam. Revertente vero rege Confluentie ad partes, ante pascha
Mart. 28. mortuus est Theodericus archiepiscopus 5. Kalend. Aprilis, anno pontificatus sui 30. Mor-
tuus est et[e] Walerannus post pascha [anno[f] Domini 1242].

a) ei Cuniani 3. b) dampnacii 2. 3. 4. c Bemiam 3. d) p. n. h. 2. 4. e) pauperibus 4b; pueris 4b*. f) inter 2. g) Dei sacra 2. 4; Dei sancta 3. h) *c.* 179. *inc. M.* i) e. t. 3. k) illorum 2. 4b. l) Minoribus *add.* 3. m) et i 2. 3. 4. n) peritarum 2. 3. 4, *corr.* periturarum 1. o) D. *i.* 3. p) *corr.* terre 1. q) *c.* 180. *inc. M.* r) videlicet *add.* 3. s) in 2. 3. 4. t) Rogmagnia 1. u) Longardie 4. 4b. v) pontificis 4b. b*. w) commonitiones 3. x) *ita hoc loco* 1. 2. 4. y) *deest* 3. z) vehementisse 1. a) ipsum i. demandati 3. b) plures 1. 4. c octava 2? d) dominica 3. 4b. b*; dnc 2. e) autem 3; etiam 4b? 4b*. f) *haec post add.* 1, *des.* 2. 3. 4, *ubi* 1242. *post add.*

1) Haec ex epistola Friderici II. data Faventiae d. 18. Mai. (Böhmer, Reg. Nr. 1009) sumta esse, Bertheau p. 55. ostendit. Cf. Ann. S. Pant. h. a. p 535. 2) Cf. foedus inter eos ictum d. 10. Sept. 1241, Lacomblet II, p. 131.

CONTINUATIO QUINTA.

GESTA ARNOLDI.

1. Post decessum venerabilis patris domni Theoderici clare memorie Trevirorum archiepiscopi Arnoldus, maior prepositus Trevirensis, filius sororis ipsius, de Isenburg oriundus, eidem est substitutus. Cuius electioni celebrate a longe maiori et saniori parte capituli, cum paucis, qui eum nominaverunt, Radulphus, prepositus Sancti Paulini Trevirensis, de parentela de Ponte progenitus, opponere se presumsit, fiduciam suam ponens in auxilio et promotione regie maiestatis, que tunc graviter erat offensa prefato maiori preposito et sue parentele, domno Syfrido scilicet archiepiscopo Maguntinensi, qui sedi apostolice adherens contra dominum Fridericum imperatorem et natum suum dominum Cunradum ac eorum fautores insurrexerat viriliter et potenter; ac specialiter propter recens factum in domo dicti maioris prepositi, rege Cunrado Treviri in carnisprivio existente[1]; ubi quidam cliens archiepiscopi Maguntinensis Syfridum de Honeck, militem dicti regis, in domo ipsius maioris prepositi deprehendere ipsum volentem et adducere ad regem, lethaliter vulneravit. Propter quod tumultu repentino exorto, omnes fere qui cum rege aderant armata manu dictum maiorem prepositum et familiam eius de domo propria ad Palatium fugaverunt. Ad sedandam autem tumultuosam huiuscemodi tempestatem et regis indignationem placandam dominus Theodericus archiepiscopus, qui tunc in civitate Trevirensi presens erat, et domini de Bolandia ac de Valkinstein, filii sororis dicti maioris prepositi, interposuerunt subtiliter partes suas. Rex autem Aquisgranum, pro persona domini Cunradi archiepiscopi Coloniensis habenda, qui quasi capitaneus cum dicto domino suo[n] Moguntinensi archiepiscopo imperium impugnavit, quem comes Iuliacensis in conflictu habito prope castrum Lechenich captivaverat[2] et in vinculis apud castrum Nidecke tenuit, cum festinatione processit. Et licet multa comiti obtulerit, suam tamen in eo non obtinuit voluntatem, quia comes, saniori usus consilio,

D[a] Arnoldo archiepiscopo.

1.[b] Post decessum venerabilis patris domni archiepiscopi Theoderici Treverensis[c] domnus Arnoldus[d], tunc maior prepositus Treverensis, nepos ipsius de sorore, de[e] Ysenburch[f] oriundus, in episcopatu successit eidem. Cuius electioni celebrate longe a maiori et saniori parte capituli Rodolfus[g], prepositus Sancti Paulini Treverensis, de parentela de Ponte procreatus, vir magnorum operum et virtutum, cum paucis, qui eum nominaverant, opponere se presumpsit, fiduciam suam ponens in auxilio et promotione regie maiestatis, que tunc graviter offensa fuerat memorato maiori preposito et sue parentele, domino Moguntino archiepiscopo Syfrido, qui sedi apostolice adherens contra dominum Fridericum imperatorem et natum suum dominum Conradum ac eorum fautores insurrexit[h] viriliter et potenter. Quare sepe dicto Rodolfo regalia sua, cum sedes apostolica tunc vacaret, in odium Arnoldi prepositi concessit. Cuius consanguinei et fautores potestate tradita nimis temere abutentes, domos canonicorum Treverensium, qui[i] sui erant adversarii, emunitate violata, confregerunt, res ibidem inventas asportantes[k] et a communi populo inutiliter distrahi facientes; captivaverunt virum etate, dignitate et genere venerandum, dominum Theodericum de Hagen, archidyaconum Treverensem, de ecclesia maiori in superpellicio venientem, et taliter superpelliciatum[l] per forum rerum venalium in ludibrium privilegii clericalis usque ad pontem captivum deduxerunt; maiorem ecclesiam incastellaverunt; castrum Sarburch[m] quodam ingenio mirabili obtinuerunt; multa per enormem potentiam auxilio ducis Lotoringie, de Seyne et de Lucelburg[o] comitum perpetrantes. Castra vero et munitiones a fidelibus ecclesie custodiebantur constanter; omnes maiorem maiori quam Sancti Paulini preposito favorem, quantum ausi fuerant[p], adhibentes. Palatium quoque custoditum erat a fidelibus ecclesie; qui quadam die, sicut preconsultum fuerat, per portam Mosilini[q, 3] auxiliarios

a) *ita* 1. 2; *des.* 3. 4. b) 181 *M.*; 108 *W.* c) *deest* 2. 3. d) Arnordus 3. e) ipsi de 2. 3. f) Ysinburg 2. 3. g) Růdolphus 2; Rudolphus 3, *et ita saepius.* h) insurrexerunt 2. 3. 4. i) que 3. k) asportaverunt 3. l) superpellicium *(e corr.)* 1; *corr.* cum superpellicio 4b, *et ita* 4b*. m) Sarburg 2. 3. n) *delendum videtur.* o) Lu(ů)cellenburch 2. 3, Lu(ů)celenbůrch 4. p) sunt 2. 3. q) Mosilim 2. 3; Moselini 4b.

1) Cont. IV. c 7. 2) Cf. Ann. S. Pant., SS. XXII, p. 537. 3) E regione portae hodie vulgo *Mussthor* dictae. WYT.

dominum suum, cuius fidelis extitit, pro pecunia assignare tam crudeliter non decrevit; quem postmodum cum suo maiori commodo et utilitate dimisit. Rex igitur cum magna indignatione Rhenum ascendens, cum veniret Confluentiam, memoratum dominum archiepiscopum Theodericum defunctum invenit, et satis indecenter in curia archiepiscopi Confluentie res inventas consumpsit et multipliciter dissipavit. Supradicto Rudolpho preposito Sancti Paulini regalia in odium prefati Arnoldi concessit et a patre suo imperatore concedi procuravit. Cuius consanguinei et amici potestate tradita nimis temere abutentes, domos canonicorum Trevirensium, qui sui erant adversarii, immunitate violata, presumptione nimia confregerunt, res inventas asportantes et a communi populo inutiliter distrahi facientes. Captivaverunt utique virum etate, dignitate et genere venerandum, Theodericum de Hagene, archidiaconum Trevirensem de maiori ecclesia, in superpelliceo venientem, et taliter superpellicatum per forum in ludibrium clericalis privilegii usque ad pontem captivum perduxerunt. Maiorem ecclesiam incastellaverunt; castrum Sarburg quodam ingenio mirabili obtinuerunt. Ad[1] quod reparandum cum maior prepositus coadunatis suis amicis de Rheno veniret, ei occurrere disponens prepositus Sancti Paulini apud Witlich, auxilio comitis Lucellenburgensis ipsos redire coegit, cum sua tunc multitudo numerum advenientium excederet pugnatorum; multa per enormem potentiam auxilio ducis Lotaringie, de Seyne et Lucellenburg comitum perpetrantes. Castra vero et munitiones officiati et fideles ecclesie custodiebant constanter, maiorem maiori quam Sancti Paulini preposito favorem, quantum ausi fuerant, exhibentes. Palacium quoque custoditum a familia erat prepositi Palaciolensis; qui quadam die, sicut erat preconsultum, per portam Moselle auxiliarios maioris prepositi intromittentes, victualibus et hominibus supervenientibus munierunt Palacium; domos etiam adversariorum undique destruentes; insultum quoque facientes contra illos de Ponte et in turrim Richardi militis ibidem, ubi captus fuit Theodericus prepositus Prumiensis de Blanckenheym, et plures hinc inde vulnerati. Postmodum etiam ab illis de Palacio, qui frequenter incursus facere consueverunt contra illos qui erant in maiori ecclesia et illos de Ponte, raptus fuit Rudolphus de Ponte, filius fratris prepositi Sancti Paulini. Item alia vice dominus Arnoldus de Rupe[4], Godefredus de Vilario[5] et dominus Theodericus de Lincerio[6] nobiles capti sunt et in Palacium deducti, cum presens esset in civitate comes Lucellenburgensis, qui in Pallacium

maioris prepositi intromittentes, victualibus et hominibus supervenientibus munierunt Palatium. Domos etiam adversariorum suorum undique destruentes, insultum fecerunt contra illos de Ponte et turrim Ricardi[a] militis de Ponte, ubi captus fuit dominus Theodericus de Blankennem[b] prepositus Prumiensis, et plures hinc inde vulnerati. Postmodum etiam ab illis de Palatio, qui frequenter incursus facere consueverunt contra illos qui erant in maiori ecclesia et illos de Ponte, captus fuit Rodolfus de Ponte, filius fratris prepositi Sancti Paulini. Item alia vice domnus Arnoldus de Rupe, Gobolo[c] de Vilario, Theodericus de Lincerio et alii quidam nobiles capti sunt et in Palatium deducti, cum presens esset tunc in civitate Treverensi comes Lucelburgensis, qui in Palatium propter hoc insultum fecit, per unum diem et noctem ipsum continue[d] impugnando; sed muri fortitudinis[e] et viri intus magnanimi suo conatui resistebant, ita quod nichil profecit, sed in sua machinatione defecit. Quia[f] igitur per grave dispendium ad breve compendium sepe devenitur, et cum hinc inde electi tamquam molares essent equaliter[g] fere duri, per consilium virorum prudentium ad tractandum de bono pacis est dies collecta, primo prope villam Nůvele[h, 2]; et diversis habitis circumgirationibus[i] consiliorum, cum etiam sedes Romana illa vice vacaret, hec discordia non multo durans tempore, amicabiliter est sopita, ita quod cessit prepositus Sancti Paulini; et postea non post multos dies in castro Sarburg[k], quod per compositionem aliquamdiu tenere debuit[3], debita nature persolvit.

a) Richardi 2. 3. 4. b) Blankenneim 2; Blankenenn 3; Blankinheim 4b. c) Gobelo 4. d) co(t)tidie 1. 4. e) *ita* 1. 2. 3. 4. f) *c.* 182. *inc. M.* g) f. d. e. 2. 3. h) Nůvelo 2. i) circong. 3. k) Sarbu(å)rch 2. 3. 4.

1) Haec post inserta esse videri possunt, quia nunc comes Lucelenburgensis bis nominatur; oratio etiam, his omissis, melius procedit. 2) Nievel, Nevel. 3) V. chartam d. 4. Oct. 1242, MR. UB. III, p. 570. 4) Von der Fels (de la Roche). 5) Wailer. 6) Linster.

propter hoc insultum fecit, per diem unum et noctem continue impugnando. Sed muri fortitudinis et viri intus magnanimi suo conatui resistebant, ita quod nihil profecit, sed in sua machinatione defecit. Et ut nullus ab eorum presumptione locus remaneret intactus, in ecclesiam sancti Mathie, ipsa vice qua venerant dominus S. de Warnisbergh archidiaconus[1] et dominus Meffridus de Numagin[2] sub treugis comitis Lucellenburgensis ad placitandum cum ipso, hostiliter irrupuerunt, eos ibi captivare volentes. Qui tamen divina provisione, sancti Mathie protectione, in eorum evecti dextrariis evaserunt. Quia igitur sepe per grave dispendium ad breve compendium pervenitur, cum hinc inde molares essent equaliter fere duri, consilio virorum prudentium ad tractandum de bono pacis est dies collata[a], primo prope villam Nüvele; et diversis habitis circumgyrationibus consiliorum, cum etiam negocium in curia domini pape ageretur, hec discordia a pascha Domini usque ad festum sancti Remigii durans amicabiliter est sopita, ita quod cessit prepositus Sancti Paulini; et postea non post multos dies in castro Sarburg, quod per compositionem aliquamdiu tenere debuit, debita nature persolvit. Apr. 20 Oct. 1.

2. Dominus autem Arnoldus maior prepositus, qui quasi coactus ab amicis regimen episcopalis sedis suscepit, cum et ipse homo esset literatus in iure, electionem suam in potestatem domini Innocentii pape quarti transmisit, ut, si quis esset in electione defectus vel negligentia in compositione, suppleret de plenitudine potestatis. Domnus vero papa propter persone prudentiam, que sibi per famam innotuerat, et amicorum potentiam, que tunc contra imperium oportuna erat, electionem liberaliter confirmavit, defectum supplevit, super irregularitate vel negligentia quacumque dispensans. Pallium quoque, quod raro Rome accidit, [gratis[c*]] transmisit, sibi eum vendicans amicum et principem specialem, favore ipsum amplectens et prerogativa gratie specialis, id quod opere et effectu patenter ostendit. Omnia enim ecclesiastica beneficia et dignitates, que electionis sue tempore obtinebat, non modicorum redituum, de anno ad annum continuata gratia, ad tempora vite sue tenenda concessit, multis eum benevolentiis et gratiis favorabiliter honorando.

2. Dominus Arnoldus maior prepositus, qui quasi coactus ab amicis regimen episcopalis sedis suscepit, cum et ipse homo litteratus et peritus in iure esset, electionem suam in potestatem domini Innocentii pape IV. transmisit, ut, si quis[b] esset defectus in electione vel negligentia in compositione, suppleret de plenitudine potestatis. Dominus vero papa propter persone prudentiam, que sibi per famam innotuerat, et amicorum potentiam, que tunc contra imperium oportuna erat, electionem suam[c] liberaliter confirmavit, defectum supplevit, super irregularitate vel negligentia quacumque dispensans. Pallium, quod Rome[d] raro accidit, gratis transmisit, sub hac forma: *Innocentius episcopus[e], servus servorum Dei, dilecto filio electo Treverensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum pallium, insigne videlicet[f] pontificalis officii, ex parte tua fuisset a nobis per dilectum filium abbatem Sancti Maximini Treverensis, nuncium et procuratorem[g] tuum ad hoc specialiter constitutum, cum ea qua decet instantia postulatum, nos tuis supplicationibus annuentes, ipsum de corpore beati Petri sumptum, per eundem abbatem assignandum tibi, per ipsum duximus destinandum, ut illud tibi assignet sub forma, quam ei sub bulla nostra tradidimus interclusa;* sibi[h] eum vendicans amicum et principem specialem, favore ipsum amplectens et prerogativa gratie specialis[i], quod[k] opere et effectu ostendit patenter[l]. Omnes enim dignitates et beneficia ecclesiastica, que electionis sue tempore obtinebat, non modicorum reddituum, de anno ad annum continuata gratia, ad tempora vite sue retinenda concessit, sub hac forma: *Innocentius episcopus[m], servus servorum Dei, dilecto filio Arnoldo electo Treverensi salutem et apostolicam benedictionem. Promerente tue devotionis promptitudine quam fidei puritate constantis, te spe-*

a) cotta *c.* b) *deest* 3. c) *post add.* 1; l c. s. 2. 3. c*) *deest c.* d) ratione (rōne) 3. e) papa 3. f) set 3. g) procuratione 3. h) *c.* 183. *inc. M. ita:* Sic papa sibi. i) spiritalis 2. 3. k) et 3. l) p. o. 2. 3. m) *deest* 3.

1) S. de Warnesperch canonicus a. 1251. nominatur; sed archidiaconatus officio eum functum esse, non traditur. 2) Saepius hoc tempore occurrit; v. MR. UB. III, p. 1159.

cialem inter devotos Romane ecclesie reputari[a], *dignum fore providimus, ut te speciali prerogativa favoris et gratie*[b] *prosequentes, petitionibus tuis, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus*[c]. *Cum igitur*[d], *sicut ex parte tua fuit coram nobis propositum, mense tue*[e] *redditus propter guerrarum discrimina sint*[f] *adeo diminuti, quod sufficere nequeunt*[g] *ad sustinenda opera*[h], *que incumbunt pro defensione tue*[i] *ecclesie ac etiam ecclesiastice libertatis: nos devotionis tue precibus benignum inpercientes assensum, auctoritate presentium tibi indulgemus, ut beneficia ecclesiastica, que electionis tue tempore obtinebas, illis dumtaxat exceptis, que de*[k] *mandato nostro aliis sunt collata, retinere libere valeas*[l] *usque ad nostre beneplacitum voluntatis;* multis[m] eum[m] benivolentiis et aliis gratiis favorabiliter honorando.

3. Erigente igitur se domino Arnoldo Trevirorum archiepiscopo a Maguntinensi et Coloniensi archiepiscopis et aliis solemniter consecrato ad ecclesiam sibi commissam alacriter gubernandam, diversi diversimode, ut fieri solet in quibuslibet novitatibus, se ei opponere temptaverunt. De quibus aliquos potentialiter debellando, quosdam per amicitiam confovendo, compescuit sapienter. Inter quos quasi alter Nero quidam dictus Zorno, marischalcus ducis Bavarie, castrum Turun[r] in commisso tenens, rebellionis cornua contra dominum archiepiscopum nimis nequiter et crudeliter extendere non expavit. Quem tanquam leo magnanimus idem archiepiscopus propter multa facinora sua conterere ordinavit. Cui ipse Zorno ut vipera veneno plena restitit, modis quibus potuit remordendo. Et quia longas simultates ira morata facit, dictus Zorno, cum patenter non posset, fraudulenter nephas unum propter maliciam sui non tacendum inter cetera fictione malevola perpetravit. Quendam N. famulum, ministerialem ecclesie Trevirensis, qui aliquanto tempore cum eo fuerat, misit ad dominum archiepiscopum, tanquam a se non missum, qui visitandi gratia suos parentes apud Sarburch, unde genitus erat, veniret. Qui domino archiepiscopo et suis consiliariis, nimis in hoc credulis, circumventionibus variis dedit intelligere, quod turrim anteriorem de Turun, que sue et fratris sui commissa erat custodie, deberet et posset, si suum sequeretur dominus archiepiscopus consilium, assignare. Fidem domino archiepiscopo super re tam inopinabili facere videbatur, quod idem famulus patrem et matrem habuit apud Sarburch, quos quasi obsides pro consummando promisso huiusmodi miser dedit. Parentes etiam vocati de

3.[n] Erigente[o] ergo se domino archiepiscopo a Moguntino et Coloniensi archiepiscopis ac Tullensi[p] episcopo cum aliis sollempniter consecrato ad ecclesiam Treverensem sibi commissam alacriter gubernandam, diversi diversimode, ut moris est in quibusdam novitatibus, se sibi opponere temptaverunt De quibus aliquos potentialiter debellando, quosdam per amicitias confovendo compescuit sapienter. Inter quos quasi alter Nero quidam dictus Zorno, marscalcus[q] ducis Bauwarie, castrum Turům[s] in commisso tenens, rebellionis cornua contra dominum archiepiscopum nimis nequiter et crudeliter protendere[t] non expavit. Quem tamquam leo magnanimus idem dominus archiepiscopus propter multa sua facinora conterere ordinavit. Idem enim Zorno[u] mulieres pregnantes[v], quas captivas tenebat, compeditas in partu expirare coegit; clericos et laicos indifferenter per longas captivitates afflixit, ecclesiasticas personas et[w] res crudeliter invadere non expavit; homines quoque dicti archiepiscopi proditione pessima inhumaniter interfecit. Unde exasperatus dominus archiepiscopus contra eum tamquam elephas, qui ex ostensione cruoris incitamentum furoris recipit, et qualiter se vindicaret in homine tam inhumano, disponere non tardavit. Convocatis ergo consanguineis, fidelibus et amicis, consilium habuit, quod castrum Tůrum[x] obsedit; et in obsidione fere per biennium perseverans, auxilio vicinorum et universitatis totius dyocesis, qui de tirannide dicti[y] Zornonis multa perpessi fuerant pericula et dispendia, cepit[z] castrum ipsum; licet dux et sui variis collectionibus[a] expeditionum castrum[b] liberare et archiepiscopum removere temptasset multis vicibus inportune[1]. Tandem tamen in tantum, cum iam

a) deputari 3. b) gracia 2. 3. c) annuimus 3. d) ergo 3. e) sue 4. f) sić 3. g) nequeant 3. h) onera 2. 3. i) e. t. 3. k) *deest* 3. l) r. l. v. retinere valeas 3. m) *c.* 184. *inc. M.*; m. enim b. 1. n) 109. *W.* o) exigente 4. p) Tulensi *erasa littera* s 1; Tull. 2; Tulensis 4; Tullensis 4b. q) marchalc. 2; marschalc. 4b. r) Turin *c.*; *postea* Turim. s) turrim *corr.* Turům 1; Thurům 2. 3; Tůrun. *e corr.* 4, *et ita* 4b. t) pret. 3. u) Zurno 1. 4. v) prengn. 1. 3, *corr.* pregn. 4. w) et r. *des.* 4b*. x) Thuron 2. y) *deest* 3. z) castr. i. c. 3. a) collecacionibus 1. 4b, *corr.* colleccionibus 4. b) c. ipsum 2. 3.

1) Cf. chartam comitis de Liningen, MR. UB. III, p. 718.

filio bonum testimonium prohibebant. O ceca mens hominis nimis fallibilis et inscia futurorum! Fidem fallacibus promissis adhibuit archiepiscopus et famulo tempus et diem ad perficiendum quod conceptum fuerat deputavit. Ille autem sui compos voti reversus est cum leticia ad Zornonem et hec ei omnia nuntiavit. Qui subito et latenter ad hoc facinus, tanquam predo prede avidus, maleficos instauravit. Processu itaque temporis, die et nocte assignata, misit archiepiscopus quos ad hoc elegerat, viros probos utique et deflendos; qui ob honorem beati Petri et reverentiam domini sui non formidaverunt committere se fortune. Venientibus igitur ipsis ad locum, ducente eos proditore predicto intra suburbium turris, prosilierunt subito inimici omnesque sine defensione aliqua inhumaniter mactaverunt.

Hac ergo debacchatione lupina exasperatus archiepiscopus et turbatus, tanquam elephas, qui[g] ex ostensione cruoris incitamentum recipit acrius, animatus, qualiter tantam feritatem vindicaret, disponere non tardavit. Convocatis siquidem consanguineis, fidelibus et amicis, consilium habuit, quod castrum Turun obsedit; et illud, in obsidione fere per biennium perseverans, auxilio vicinorum et universitatis totius diocesis, qui[g] per tyrannidem dicti Zornonis multa perpessi fuerant pericula et dispendia, cepit castrum ipsum; licet dux Bavarie et sui variis collectionibus expeditionum castrum liberare et archiepiscopum amovere temptassent multis vicibus importune. Tandem tamen tantum invaluit exercitus ducis et suorum, cum iam in victualibus deficerent inquilini, quod episcopum Coloniensem in socium accersivit, eum participem faciens laborum et expensarum, medietatem castri sibi et Coloniensi ecclesie impertiendo[1]. Ratio et causa participationis huiusmodi potissime illa fuit, quia in turri anteriori ius habuit ecclesia Coloniensis, et ut fortius ecclesia Trevirensis duci et suis fautoribus posset, communicato auxilio Coloniensis ecclesie, in futurum resistere. Quanta cede suorum et quantis expugnaverit expensis castrum illud, tediosum esset per singula explicare. Quilibet enim qui discretione non caret hec potest, cui nota est rei experientia, estimare. Consumpsit autem de rebus suis ibi, sine dispendio aliquorum, tria milia carratarum vini, mille milia maldra annone et pecuniam infinitam. Ecclesie quoque et civitates diocesis Trevirensis de mandato domini pape voluntarium sibi subsidium impenderunt; immo plures ex eis sepe, cum necessitas incubuit, in auxilium personaliter advenerunt. Potitus ergo suo desiderio, mente archi episcopus extitit et animo elevatus, gratias agens domino Deo et gloriose virgini beate Marie sanctoque Petro de tam glorioso triumpho; et capellam in loco qui Blidenbergh[2] dicitur in honore Dei genetricis construxit in memoriam sempiternam.

deficerent in victualibus castrenses, exercitus invaluit ducis et suorum, quod archiepiscopum Coloniensem in socium Treverensis archiepiscopus[a] accersivit, eum participem faciens laborum et expensarum, medietatem[b] castri sibi et Coloniensi ecclesie impertiendo. Ratio et participationis causa huiusmodi precipue tunc[c] illa fuit, quia in turri anteriori ius habuit ecclesia Coloniensis, et ut fortius ecclesia Treverensis[d] duci et suis fautoribus possit, communicato auxilio Coloniensis ecclesie, resistere in futurum. Quanta cede suorum et quantis expensis expugnaverit castrum archiepiscopus Treverensis istud, tediosum esset per singula explicare. Quilibet autem qui discretione non caret hec[e] potest, cui nota est rei experientia, estimare. Potitus igitur[f] suo desiderio, archiepiscopus mente excitus et animo elevatus, gratias agens domino Deo et beate virgini sue genitrici beatoque Petro apostolo de tam glorioso triumpho, capellam in loco qui[h] Blidenbûrg[i] dicitur ad honorem Dei et sue genitricis construxit et dedicavit in memoriam sempiternam.

4. Conveniens etiam videtur, ut hoc loco quedam, licet diversis temporibus acta, ad

4.[k] Conveniens autem[l] videtur, ut quedam, licet diversis temporibus acta, hoc loco

a) archiepiscopum 1. 4, *corr.* archiepiscopus 2. b) medietate 3. c) cum 3. d) Treveri 1. 4. e) hoc 2. 4. f) ergo 4. g) quae *c.*? h) que 4b. b*. i) Bilidenberg 3; Bilidenbûrch 4. k) *nulla capitis distinctio* 1; 185. *M.* l) vero 2. 3.

1) In charta compositionis res aliter disposita est; sed cf. ib. p. 723; Ann. S. Pant. Col. p. 544. 2) Bleidenberg.

gestorum eius cumulum inserantur[a]. Oculos sue considerationis, prout vir erat discretus et in omnibus circumspectus, in plebem suo comissam regimini circumflectens, muro, quo minus erat munitus, civitatem Trevirensem, et precipue ex opposita parte castellorum de Ponte, provide circumsepsit[1], illos cum eorum munitionibus excludens, qui sepe civibus Trevirensibus fuerunt inopportuni, portam et turrim institui faciens contra illos, que ex re nomen est sortita Porta Invidiosa. Palacium intus in edificiis plurimum emendavit. Domum apud Palcele[c, 2] pulcro et laudabili opere renovavit. Castrum Pilliche, cui pro eo quod fuerat immunitum multe pre ceteris inferebantur mine, turribus quatuor a latere et supra portam sic munivit, quod nunc inexpugnabile reputatur. Castrum Arrat alienatum quodammodo ab ecclesia ad ius ecclesie revocavit[3] ac turri firmissima solidavit. Monasteriense oppidum in Meynevelt circumvallavit et in parte murari fecit[i].

Advocatiam ibidem titulo pignoris conquisivit[4]. Domum super insulam prope Valindre[5] collapsam cum capella ibidem opere laudabili renovavit. Castrum Erinbrechten desolatum quasi castrensibus et edificiis restauravit. Oppidum Hartinvels[6] cum parte castri, quod contingebat comitem Seinensem, comparavit et ecclesie Trevirensi donavit. Oppidum Stolczinvels cum castro murari precepit[7]. Omnes ecclesie munitiones emendavit et possessiones in pluribus augmentavit; privilegia et iura ecclesie sue contra quemlibet strenue observando. Legationem siquidem commissam domino Cunrado Coloniensi archiepiscopo a sede apostolica[8], quia per hoc libertati ecclesie sue derogari videbatur, utpote que[q] nonnisi de latere domini pape missum tenetur recipere legatum ratione primitie, destinatis ad dominum papam idoneis procuratoribus, revocari procuravit.

Deinde, ne torpere videretur desidia, vocatus est archiepiscopus a legato sedis apostolice, ut veniret in auxilium novi regis Henrici, comitis lantgravii de Thuringia, viri utique illustris, magnifici et potentis, electi

ad ipsius gestorum cumulum inserantur. Oculo considerationis sue, prout vir erat discretus et in omnibus circumspectus, muro civitatem Treverensem, et precipue ex opposita parte munitionum illorum de Ponte, provide circumsepsit, excludens castella cum incolis, qui sepe civibus Treverensibus fuerunt inportuni, portam et turrim instituens contra eos, que[b] ex re nomen est sortita Invidiosa Porta. Palacium in edificiis intus plurimum emendavit. Domum apud Palcele pulcro et laudabili opere renovavit. Castrum Pilliche, pro eo quod fuerat inmunitum, cui multe pre ceteris inferebantur mine, turribus quatuor a latere et supra portam sic munivit, quod nunc inexpugnabile reputatur[d]. Castrum Araz[e] alienatum ab ecclesia Treverensi ad ius ecclesie revocavit et turri[f] firmavit. Monasterium oppidum in Meinvelt[g] circumvallavit[h] et in parte murari fecit. Oppidum Confluentie, quod quasi villa campestris omnibus patuit, circumvallari et circumsepi ac in parte murari procuravit; advocatiam ibidem sibi tytulo pignoris conquisivit. Domum super[k] insulam prope Valindre collapsam cum capella ibidem laudabili opere renovavit. Oppidum Hardinfels[l] emit et circumvallavit, quod ecclesie Treverensi applicuit et donavit[m]. Oppidum Stolcinvels[n] cum castro muniri precepit. Omnes ecclesie sue munitiones emendavit et in pluribus augmentavit; ecclesie sue privilegia contra quemlibet strennue observando. Legationem commissam Coloniensi archiepiscopo per[o] Alemanniam, quia[p] per hoc libertati Treverensis ecclesie derogari videbatur, utpote que nonnisi de latere domini pape missum tenetur recipere legatum ratione primarie, revocari, destinatis ad dominum papam procuratoribus idoneis, procuravit. Castrum firmatum a Wirico de Dune prope montem Urtiche[r, 9], captivatis castrensibus, devastavit. Dominum[s] Rasponem lantgravium Turingie, virum illustrem, magnificum et potentem, de voluntate et mandato domini Innocentii pape quarti, una cum Moguntinensi et Coloniensi archiepiscopis[t] in regem Romanorum elegit[10],

a) infer. *c.* b) qui 2. 4. c) Pailtele *c.* d) dicitur 3. e) Arraz 2; Arras 3. f) turrim 2. 3. g) Menivelt 1. 4b; Menvelt 2; Menvalt 3. h) circumvallatum 3. i) *quaedam deesse patet.* k) *deest spatio vacuo relicto* 3. l, Hardinvels 2. 3. m) dedit 2. 3. n) Stolsinvels 3; Stolzinvels 4. o) *deest* 1; *post add.* 4. p) *corr.* que 4, *et ita* 4b. q) qui *c.*? r) Urcige 2. 3; Urtice 4b. b*. s) *c.* 186. *inc. M.* t) episc. 4b. b*.

1) Cf. chartam datam 6 Ian. 1248: *ut subscripta persolvantur ad firmitatem civitatis*; MR. UB. III, p. 700. 2) Pfalzel. 3) V. chartam MR. UB. III, p. 878. 4) Ibid. p. 887. 5) Vallendar. 6) Hartenfels in Nassau. 7) V. chartam Heinrici II, Günther, Cod. dipl. II, p. 307. 8) a. 1249; v. Böhmer, Reg. p. 360 nr. 59. 9) Urcige, ut alii codices habent, villa Uerzig, ad Mosellam sita. 10) Quod chartis regis confirmari videtur; cf. Böhmer, Reg p. 1.

et erecti contra dominum Fridericum imperatorem et natum suum Cunradum regem, quos dominus Innocentius papa quartus sententialiter apud Lugdunum dignitate privaverat et honore. Dictus itaque archiepiscopus, non immemor beneficiorum a sede apostolica perceptorum, tanquam filius obedientie ad negocium huiuscemodi celeriter se accinxit. Convenientibus igitur memorato lantgravio cum congregacione archiepiscoporum Moguntinensis, Treverensis et Coloniensis ac episcoporum undique de mandato apostolico collectorum eorumque adiutoribus, cum innumera multitudine et militia forti occurrentibus eis domino Conrado rege et suis fautoribus: tandem in die beati Oswaldi prope Vrankinvort oppidum regium prelium commiserunt. Ubi, auxiliante Domino, magis per divinam clementiam quam virium potentiam, victis et fugatis multisque captis adversariis, a predictis lantgravio et episcopis victoria est obtenta. In hoc conflictu non cum ultimis sed cum primis archiepiscopus Trevirensis est merito computandus, qui in primo congressu hostium cuneos penetravit potenter et in fugam conversos usque ad vadum fluvii prope Frankenvort cum suis viriliter et intrepide est persecutus. Itaque pre ceteris eum dictus lantgravius specialiter commendavit. Cum gloria igitur et exultacione ad propria redeuntes, de domino papa qui huic expeditioni intererant[m] gratiarum actiones et benedictiones sunt uberes assecuti. Sed quia nihil in rebus humanis est stabile sive firmum, post tam gloriosam victoriam prefatus lantgravius infra brevis temporis spacium est defunctus. Ad reprimendam autem virtutem et potentiam domini Friderici et suorum iterum Wilhelmus comes de Hollandia, mediante legato sedis apostolice, in regem apud villam Wurunc[q, 2], multis ibi presentibus archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus et terre nobilibus, est electus. Qui homo iuvenis et potens negocium potenter et alacriter est aggressus. Cepit enim oppidum regium Werdam[3], Aquisgranum, Bopardiam, multis laboribus et expensis. Repressit etiam apud Oppenheym auxilio archiepiscoporum dictorum dominum Conradum regem cum suis, ita quod in regni terminis trans Alpes amplius non est visus. Alie vero civitates imperii et munitiones, cum mortuus iam esset dominus Fridericus imperator et Cunradus, natus ipsius, se voluntarie dedideruut. Hunc regem Wilhelmum archiepiscopus Trevirensis specialiter fovit, eum cum magna multitudine suorum et advenientium cotidie in suis expensis per octo hebdomadas apud Erinberchstein, Montabur et in confinio largiter procurando. 1247.

contra dominum Fridericum imperatorem et natum suum Conradum, quos idem papa apud Lugdunum sententialiter dignitate privaverat et honore. Igitur collecto exercitu copioso, Conradus apud Frankinvorth[a] ad resistendum[b] dicto lantgravio se recepit. Convenientibus in occursum ipsius[c] eodem lantgravio cum congregatione archiepiscoporum trium predictorum ac episcoporum undique de mandato apostolico collectorum[d] cum eorum coadiutoribus, in die beati Oswaldi prope Frankinvorth[d*] prelium commiserunt, ubi, mediante clementia divina, victis fugatisque et multis captis adversariis, a memoratis[e] lantgravio et archiepiscopis victoria est obtenta; et quia[f] nichil in humanis rebus est stabile vel perpetuum, post tam gloriosam victoriam prefatus lantgravius infra brevis temporis[g] spatium est defunctus. Ad reprimendam itaque[h] potentiam sepedicti Friderici et Conradi dominus Wilhelmus[i] de Hollandia comes, mediante legato sedis apostolice, per memoratos Moguntinum, Treverensem[1] et Coloniensem archiepiscopos, presentibus ducibus, comitibus et terre nobilibus pluribus, apud villam Wûrunch[k] in Romanorum regem sollempniter[l] est electus. Hunc regem Wilhelmum dominus Arnoldus Treverensis archiepiscopus specialiter fovit eumque cum magna multitudine suorum et advenientium in suis expensis per octo ebdomadas apud Erbretstein[n], Montabor[o] et aliis suis locis retinuit[p], omnia necessaria sibi largiter ministrando.

1246. Aug. 5. 1247. 1249. Sept.

a) Frankenvort 2. 3. b) resistendo 3. c) eius 2. 3. d) m. a. mandatorum et c. et e. 3. d*) Vrankinvort 1; Frankevort 3. e) memorato 2. 3. f) quod 4. g) brevi 4; parvum tempus e. 2. 3. h) igitur 2. 3. i) Willermus 3. k) Wrunch 2. l) *deest* 3. m) inteeriat c. n) Erberstein 2, 3; Erbrestein 4 *et in ras.* 4b; Erbertsteyn 4b*. o) Monthabor 3; et M. 2. p) l. s. tenuit 2. 3. q) Wurunc c.

1) Minus recte interpolator hunc inter electores Wilhelmi recenset; cf. Böhmer p. 4. 5. et Ann. S. Pant. p. 540. 2) Ita etiam Ann. S. Pant. p. 542. 3) Kaiserswerth.

Que autem fere subsecuta fuerit retributio pro meritis, non est merito transeundum. Casu enim inopinato, cum quadam[a] vice rex per Rhenum descenderet, comitantibus ipsum navibus cruce signatis et aliis quos secum adduxerat ad partes superiores, absente tunc archiepiscopo, scultetus Confluentinus ignorans regem ibi adesse, cum vectigal eo tempore ibi a transeuntibus reciperetur, nitebatur eorum transitum impedire. Indignatus igitur rex, precepit suos armari. Et mirum in modum, cum sexcenti essent et amplius de commilitonibus regis, triginta vix de hominibus archiepiscopi ipsos dictu citius in fugam converterunt. Ipse quoque rex incolumis evasit, quibusdam de suis submersis, aliis interfectis, aliis miserabiliter mutilatis. Quod factum ubi intellexit archiepiscopus, doluit vehementer. Tamen quia eius quasi auctoritate hec crudelitas visa fuerat perpetrata, vocatus a legato sedis apostolice ad instanciam dicti regis Coloniam venit. Ubi rex oblitus beneficii accepti, omnibus viribus in depositionem archiepiscopi importunitate nimia insistebat. Sed archiepiscopus priores et cives Colonienses meliores pro sua parte habebat, qui regis conatui una cum legato et domno Cunrado ibidem archiepiscopo fortiter resistebant. Quid plura? Rex tandem de necessitate virtutem faciens, pacem cum archiepiscopo, mediante legato et domino Cunrado Coloniensi archiepiscopo, iniit et puro corde reconciliatus de omnibus sibi fuit[b].

—

1250. Post mortem domini Friderici predicti, cum etiam iste rex Wilhelmus Conradum, filium
Friderici, apud Oppinheim[c] per suam validiorem potentiam repressisset, vocatus est a domino
1251. Mart. papa per sollempnes nuncios et litteras, ut Lugdunum[d] veniret. Cum quo vocatus similiter
dominus Treverensis, cum 60[e] equitaturis et copia rerum advenit, ac a domino papa idem
dominus[f] archiepiscopus cum tanto honore est receptus, quod etiam ipsi assurgens, pacis
osculum ore dedit; et habito ibidem[g] tractatu de negociis imperii, quindecim intervallo
dierum, cum nullus princeps Alemannie[h] preter eum ibi esset, dominus papa in die para-
Apr. 14. sceven[i] sermonem in suo ydiomate ad populum fecit. In cuius latere stans dominus archi-
episcopus, regi et Theutonicis exposuit verba pape. Dimissis itaque eis[k], dominus papa iter
cum suis versus Lombardiam arripuit, multas grates referens dicto[l] archiepiscopo, quod
eidem regi benefecerat et fideliter se habuerat in negociis ecclesie, quodque ipsum papam[m],
cardinales et notarios, hostiarios[n] et nuncios honoraverat copiosis et pluribus donativis.
Benedictione itaque recepta a domino[o] papa, rex et archiepiscopus ad patriam sunt reversi,
et post modicum temporis spacium[p], quia

Ovid., Ex Ponto IV, 3, 49. 'Ludit in humanis divina potentia rebus',

idem rex Wilhelmus, iuvenis et potens, in imperatorem proximo coronandus, a Frisonibus
1256. est casu lamentabili miserabiliter interfectus. Dominus[q] etiam papa Innocentius non post
1254. multum temporis spacium de huius vite ergastulo a Domino[r] est vocatus; vacavitque[s] imperium amplius quam per annum[t]. Demum principes Alemannie ad quos ius electionis pertinere dinoscitur[u] diem ad tractandum de electione collegerunt, et[v] proh[w] dolor! divisa[x] sunt eorum vota in[y] partes. Dominus enim[z] Conradus Coloniensis archiepiscopus propter pecuniam innumeram sibi datam[1] virum Anglicum, dominum Ricardum[a] comitem Cornubie, germanum regis Anglie, non zelo iusticie, sed desiderio pecunie, in regem elegit, et dominum Gerardum Moguntinum episcopum[b], tunc captum in Turingia[2] et liberatum pro octo milibus sterlingorum marcarum ex parte dicti comitis Cornubie, comitemque palatinum Reni, pro decem milibus marcarum[c. 3] allectum, in partem suam traxit[d]. Dominus vero Arnoldus Treverensis archiepiscopus cum duce Saxonie, qui missus fuerat ad ipsum ex parte regis Boemie et marchionis Brandinburgensis[e], fidem debitam imperio attendentes, salubriter et prudenter virum alienigenam pro pecunia nullatenus eligere voluerunt. Quindecim enim

a) quidam *c.*? b) *cod. add.:* Hactenus fragmentum suprامemoratum. c) Oppinhem 2; Oppenhem 3; Oppenheim 4b. d) v. L. 2. 3. e) 50. 3; 60. *e corr.* 4b. f) *deest* 2. 3. g) ibi 3. h) Allemannie 1; Almanie 4b *saepius.* i) parascenen 3 k) ei 1. 4. l) dō 3. m) p̄p̄. ap. 3 n) ostiariarios 3. o) *deest* 3. p) m. tempus 3. q) *c.* 188. *inc. M.* r) Deo 3. s) vocavitque 4. t) i. quasi per annum unum 2? u) pertinet 3. v) etiam 1. 4. w) pro 2; proch 4b. x) diversa 3. y) per 2. 3. z) autem 3. a) Richardum 2. 3. 4. b) archiep. 2. 3; M. e. *des.* 4. c) marcharum *hoc loco et postea* 1, *deest* 4b*. d) extraxit 4; *deest* 2. 3. e) Brandinburcg 1; Brandinbu(ů)rch 4.

1) Cf. chartam Lacomblet II, p. 232. 2) In Saxonia, Brunswigae. 3) Richardus filiam fratris vel sororis palatino cum 12000 marc. sterl. despondandam promisit; v. 'Quellen und Erört.' V, p. 159.

milia marcarum sterlingorum oblata fuerunt eidem Arnoldo[a] archiepiscopo Treverensi, nec suum animum flectere potuerunt. Que quantitas[b] pecunie, ut tunc referebatur[c] a multis, fortassis totam Romanam curiam conmovisset! Propter huiusmodi igitur constantiam viri, quasi statue inmobilis, memorati principes imperii electores suam electionem illa vice eidem domino[d] archiepiscopo Treverensi per suas patentes[e] litteras commiserunt, ut, quemcumque preter Anglicum suo et ipsorum nomine eligeret[f], ratam et firmam huiusmodi electionem haberent. Ipse, adductis secum Spirensi et Wormaciensi episcopis ac aliis pluribus nobilibus terre, in manu forti et comitatu decenti die certa Frankinvort[g] assignata processit et ibi virum magnificum dominum Alfonsum regem Hyspanie, illustris regis Boemie 1257.
et insignis ducis Brabantie nepotem, in Romanorum regem, imperatorem futurum, suo nomine et vice predictorum principum cum sollempnitate debita elegit, omnium[h] qui aderant accedente applausu[i] letifico et consensu. Hac die electionis honor sedis[k] Treverensis per factum tam glorificum est inestimabiliter sublimatus, quod tam excellentes principes dicto domino[l] Treverensi archiepiscopo, suis meritis exigentibus, in tam arduo negocio vices suas committere decreverunt[m]. Uterque itaque[n] electus, de[o] se facta electione cum gratitudine acceptata, suos procuratores ad curiam Romanam[p] transmisit; et adhuc lite sub iudice perdurante[q. 1], vitam presentem finiverunt Moguntinus[r] et Coloniensis[2] archiepiscopi memorati[s].

5. Pacem[t] et concordiam cum ecclesiis suis[u] habuit dominus Arnoldus archiepiscopus[v], que[w] sibi etiam in omnibus necessitatibus suis plurimum[x] servierunt[3]. Omnes etiam archidyaconi, quos ipse temporibus[y] suis instituit, viri strennui et discreti, ipsius[z] erant consanguinei et amici; et fere omnes prelature suis diebus Treveri vacaverunt[a], quas ipse prudenter de personis ydoneis restauravit, tam in abbatiis quam in aliis prelaturis. Completis autem[b] suis diebus in pace, tandem apud castrum[c] Montabur[d], quod suus avunculus dominus archiepiscopus[e] Theodericus a fundamentis construxit[4], debita nature persolvit, et deductus Treverim, depositus[f] est in maiori ecclesia Treverensi[g] ad sinistrum latus chori, 1259.
prope altare sancte Agnetis, anno Domini 1259[h], Nonas Novembris, pontificatus sui 16.[i] Nov. 5.
anno. Nec sine mystico presagio hoc contigisse conicitur[k], quod ipse[g] dominus Arnoldus[l] archiepiscopus[m] in uno cornu chori maioris ecclesie[g], et suus[g] avunculus[g] dominus Theodericus archiepiscopus pie[g] memorie[g] in cornu altero[m*] sunt locati, ut quasi duo precipua luminaria ecclesie et[g] dyocesis[g] Treverensis[n] in perpetua memoria ab omnibus habeantur[o], qui ecclesiam Treverensem Monthabûr[p], Kylebûrch[q], Thurun, Stolcinvels[r], Hardinvels[s] castris[g] constructis per eos et conquisitis ac augmentatis possessionibus et dilatatis terminis ac[t] iurisdictionibus[u] et libertatibus aliis plurimum illustrarunt et specialibus tytulis extulerunt. De quibus etiam metrice est conscriptum in hunc modum:

Monthabur[v] et Kylburch[w] construxit Theodericus,
Ast Thurun Arnoldus cepit: dolet hinc inimicus;
Stolcinvels[r] firmavit, Bissofstein[x] primiciavit,
Hardinvels emit et infeodata redemit.
Arraz letatur, quod iuri restituatur,
Et ne perdatur iterum, turri solidatur.
Commendat Trevir et Confluentia te, vir,
Quod stant munite, per multa prius mala trite.

a) *deest* 2. 3. b) p̄vitas 2. c) dicebatur 2. 3; ferebatur 4b*. d) *deest* 2. 3. e) *deest* 3. f) eligerent 1. 4. g) Vrankinvort 1; Frankevort 3; Frankonvort 4; Frankenvort 4b. h) o. q. a. *des.* 2. 3. i) plausu 2. 3. k) sedi Treverensi 2. 3. l) *deest* 3, *ubi* a. T. m) v. s. commiserunt 2. 3. n) igitur 2. 3. o) e. de se f. 2. 3. p) p. Romam misit 2. 3. q) p̄nte 4b. r) Treverensis *add.* 4. s) *deest* 2. 3. t) *c.* 189. *inc. M.* u) *deest* 3. v) *deest* 3; a. Treverensis 2. w) qui 1? x) multum 2. 3. y) t. s. *et* v. st. et d. *des.* 2. 3. z) eius 2. 3. a) vacaverant 2. 3. b) vero 2. 3. c) *deest* 2. 3. d) Montaburcg 1; Monthabûr 2. 3; Montabûr 4b. e) *deest* 3; Th. a. 2. f) pos 2. 3. g) *deest* 2. 3. h) 1258. 3; 1260. 4. i) a. 16. 2. 3. k) dicitur 2. 3. l) *deest* 2. m) *deest* 3. m*) altaro 1; *deest* 2. n) Tr. d. 4. o) habeatur 1. 4. p) Monthabûrg 1. 3; Montabûrch 4b. q) Kilburg 2. 3. r) Stolzenvels 1; Stoltzenvels 4b. s) Hardenvels 1. 4. t) et 2. 3. u) iurisdicicionibus 1. 4; iuriditionibus 3. v) Montabu(û)rch 1. 4. w) Kilburch 2. 3; Kylebûrch 4b. x) Bissofstein *corr.* Bischofstein 1; Bissostein 2. 3; Biscoftein *corr.* Bisschoftein 4; Bissochsteyn 4b.

1) Horat. Epist. II, 3, 78. 2) a. 1261, Sept. 28. 3) Hoc cum charta pugnare, qua maioris, S. Paulini et S. Simeonis ecclesiarum praelati et capitula conqueruntur, quod 'ecclesie et persone ecclesiastice civitatis Treverensis vestris temporibus non solum per extraneos, sed per vos et per vestros ultra modum sint oppresse et ecclesia Trevirensis ... facta est miserabiliter sub tributo' (MR. UB. III, p. 1002), recte monuit Bertheau p. 88. Cf. alias quae huc pertinent chartas p. 985. 995. 1016. 1024; necnon p. 1041 sqq. 4) Cont. IV. c. 3, supra p. 399.

Viris religiosis[a], humilibus et devotis se tamquam pastores benigni tractabiles in omnibus offerebant[b] et eos affectu ferventi fovebant, rebellibus et iniquis totis viribus strennue resistentes, quod multis patet evidentibus documentis. Plures virtutes et memorabilia opera dicti duo archiepiscopi perfecerunt, que non sunt propter fastidium legentium presentibus annotata, quorum memoria apud[c] homines in eternum permaneat[d] et anime apud Deum perpetuo[e] requiescant in pace! Amen.

GESTA HENRICI ARCHIEPISCOPI ET THEODERICI ABBATIS.

[INCIPIUNT[f] GESTA HENRICI TREVIRORUM ARCHIEPISCOPI ET THEODERICI ABBATIS SANCTI MATHIE].

1.[g] Anno ab incarnatione Domini 1259[h], Idus Novembris, cum[i], sicut regum narrat
2. Reg. 14, 14. hystoria, omnes quidem morimur et sicut aqua que dilabitur non revertimur, venerabilis Arnoldus bone[k] memorie Trevirorum[l] archiepiscopus sui[m] presulatus dies laudabiliter ac honorifice complevisset, presentis transitorie carnis ergastulum conmutans, in Domino requievit. Convenientibus igitur ecclesie Treverensis[n] prelatis et canonicis, ad quos ius electionis presulatus predicte[o] Treverensis[p] ecclesie dinoscitur pertinere, ad locum eidem electioni ab antiquis temporibus et ipsius ecclesie predecessoribus provide ac[q] discrete deputatum, capitulum videlicet maioris ecclesie Treverensis, ut ibidem de persona talis presulatus digna ac eciam predicte[r] ecclesie fructuosa, Deo cooperante, electionem rite et canonice celebrarent; nec, cum[s] convenissent, ullatenus[t] in electione[u] predicta concordantes, unani-
1259. Dec. 5. mes fieri potuissent, ipsam electionem usque ad certum terminum, vigiliam scilicet beati[v] Nicholai dehinc in proximo venturam, discuciendam et prospere celebrandam sperantes, distulerunt. Predictis iterum[w] electoribus termino prefixo convenientibus, nec, sicut prius, in sepedicta[x] electione celebranda concordare valentibus, omnium bonorum invidissimo malorumque studiosissimo discerptore inter eos seminante zizaniam, exorta est inenarrabilis et tamquam indiffinibilis[y], sicut in subsequentibus manifeste patebit, decertacio. Decertacione vero inter ipsos[z] durante et dissensione utrarumque parcium instigante ac venenosa diaboli persuasione accrescente, duo ex ipsis electoribus, Arnoldus videlicet maior de Sleida[a] et Henricus dictus de Bolandia, archidiaconi predicte ecclesie Treverensis, qui eodem termino, quo secundo convenerant, ut de electione predicta ordinarent, cum de una persona nulla racione concordare valerent, in vigilia sancti Nicholai[b] predicta in discordia sunt electi. Predictis etenim duobus electis, [cum[c] nec] quis eorum alteri in ipsa electione prevaleret, nec sic altercantibus aliquo modo possent induci ad concordiam, delata est prefata electio ad sanctissimum patrem Alexandrum sancte Romane ecclesie summum pontificem, qui, ut sue sanctitati videretur prenominate ecclesie Treverensi necessarie expedire, convenienter secundum Deum de electione huiusmodi ordinaret. Accesserunt igitur prelibati viri ad presenciam Romane ecclesie summi pontificis, alter personaliter, utpote Henricus de Bolandia, alter[d] per procuratores, utpote Arnoldus de Sleida, supradicti. Eodem[e] vero tempore quo predicti viri, ut prefatum est, ad sedem Romanam iter arripere disponebant, contigit, abbatem monasterii[f] Sancti Mathie Treverensis, qui pro tempore erat, pro diversis negociis et causis sui monasterii ad eandem apostolicam sedem ire determinandis[g] et expediendis. Quem eventus quidem predicto domino Henrico de Bolandia archidiacono vie fecit sodalem; qui prospero omine simul ad ipsam[h] apostolicam sedem sani et incolomes[i] pervenerunt. Predictis igitur electis fere per biennium in Romana curia continue persistentibus, ambobusque in pertinacia cepta perseverantibus, nec altero eorumdem cedere curante,

a) *deest* 2. 4. b) effer. 3. c) a h. in e. *des.* 3. d) permaneant *corr.* permaneat 1. e) perpetua 3. f) *ita* 4. 4b. g) *c.* 110. *W.* h) MCCLXIX. 4b*. i) *deest* 4. k) pie 4b*. l) Treverorum 4 *semper.* m) cum *ante* sui *post* suppletum 1, *in margine add.* 4. 4b*; s. p. d. cum 4c. n) Trevirensis 4b. b*. c *saepius.* o. dicte 4. p) *in marg.* 4. q) et 4. r) dicte 4. s) dum 4. t) nullatenus 4b*; nec ullatenus 4c. u) dicta e. 4. v) sancti 4b. c. w) eisdem e. iterum 4 4b*. c, *sed* 4 *ante* eisdem *add.* predictis; predictis. Eisd. el. it. 4b. x) predicta 4. y) inen. atque miserabilis ut 4. z) eos 4b. b*. c. a) Sleyda 4b. b*. c *semper.* b) Nycolai *corr.* sancti Nycholai 4. c) cum nec *des.* 1. 4. 4b. b*. d) a. vero 4c. e) *c.* 111. *inc.* *W.* f) *deest* 4c. g) *ita codd. omnes.* h) *deest* 4. i) incolimes 4. 4b.

Alexander sancte Romane ecclesie summus pontifex predictus, videns tantam ecclesiam, Treverensem videlicet, que mater existit primitiva tocius Alamannie[a], pastore carentem et propter[b] hoc maxime posse periclitari, de consilio fratrum cardinalium et iurisperitorum, amborum predictorum, videlicet Henrici et Arnoldi, electionem in pleno consistorio cassavit et cassando eam nullam esse pronunciavit.

2.[c] Nunc igitur videndum est, quomodo vel qualiter per sedem apostolicam ecclesie Treverensi predicte[d] fuerit provisum. Cum enim, sicut superius diximus, abbas Sancti Mathie Treverensis[e] et Henricus[f] de Bolandia archidiaconus predicti[g] ad curiam Romanam pervenissent, dominus Henricus[1] decanus ecclesie[h] Metensis infra quatuor menses post introitum ipsorum iter arripuit veniendi ad sedem eandem. Cumque idem Henricus diceret, se pro quibusdam domini Argentinensis episcopi[2] negociis ad curiam Romanam venisse, nec tamen aliqua negocia haberet in curia, sicut postmodum rei probavit eventus, idem Henrico[i] fraudulenter et dolose associans se abbati Sancti Mathie et Henrico de Bolandia archidiacono predictis, dicens, se et parentes eiusdem abbatis affinitate esse coniunctos, archidiaconum vero consanguinitatis propinquitate[k] sibi et suis esse constrictum, omnia secreta ipsorum callide investigavit, et nichilominus partis adverse, scilicet procuratorum domini Arnoldi[l] de Sleida consiliis se inmiscens, omnibus secretis partis utriusque diligenter inquisitis et perceptis, ea cardinalibus, qui electionem domini Henrici et Arnoldi[m] predictorum destruere[n] et inpedire nitebantur, proditorie[o] publicavit; sicque dominus Alexander papa prefatus de consilio fratrum cardinalium, quibus dictus dominus[p] Henricus decanus Metensis de secretis utriusque partis communicaverat, cum dictus dominus Henricus decanus Metensis omnes[q] expensas partis utriusque necnon omnes obligaciones alias in curia factas, que eciam numerum excedebant, in se reciperet et[r] recepisset, sicut postmodum ipsa ecclesia Treverensis sensit et est experta, eidem ecclesie Treverensi de persona prefati domini Henrici decani Metensis providit de pastore, electione dumtaxat domini Henrici et Arnoldi predictorum, sicut superius est expressum, cassata et adnichilata.

3. Anno igitur Domini 1262[3], tercio decimo[s] Kal. Decembris prefatus dominus Alexander pontifex Romanus dictum dominum[t] Henricum decanum Metensem[u] prefate[t] ecclesie Treverensi electum transmisit. Qui gloriose[t] ab universo clero et populo eiusdem[t] ecclesie Treverensis, sicut decuit et moris est, honorifice est receptus. Cum quo idem abbas Sancti Mathie, omnibus sui monasterii negociis et causis, pro quibus ad sedem apostolicam ierat, expeditis, cum dicto domino suo[t] Henrico Trevirorum[v] electo ad propria est reversus. Videns vero[w] dictus Arnoldus de Sleida archidiaconus, prefatum[x] abbatem cum domino[t] Henrico Trevirorum[t] electo ad propria rediisse, male eciam[t] suspicans de dicto abbate, quod per ipsum electio ipsius in curia Romana cassata fuisset et adnichilata[t], omni qua[y] potuit diligencia studuit eidem abbati in omnibus quibus potuit adversari[y]. Factus[z] igitur[a] postmodum dictus Arnoldus archidiaconus prefati domini Henrici electi[b] principalis consiliarius, omnibus viribus suis laboravit, ut se in[c] dicto abbate vindicaret. Et[d] primo quidem[e] per falsi suggestionem et veri suppressionem seminavit[f] occulte inimicicias inter dominum Henricum electum et abbatem predictos. Postmodum[g] vero manifeste sibi[h] adversari cepit; assumptoque secum decano maiore, qui eciam partem domini Henrici electi fovebat, persuasit eidem domino Henrico electo, ut, abbate prefato[i] a dignitate sue abbacie[k] amoto, alium qui sibi placeret eidem monasterio preficeret abbatem. Predictus vero[l] dominus Henricus electus falsis suggestionibus dicti Arnoldi archidiaconi et aliorum emulorum dicti[m] abbatis ultra quam debuit fidem adhibens, dictum[n] abbatem a regimine ipsius abbatie omni intencione amovere nitebatur.

1260? Nov. 19.

4.[o] Iste autem[m] dominus Henricus electus in[m] anno susceptionis[p] sue secundo domino[m] Argentinensi episcopo, eius consanguineo, in obsidione eiusdem civitatis Argentine[q] cum

a) Alemanie 4^{b}; Almanie 4^{b*}. b) per $4^{b.b*.c}$. c) *nulla capitis distinctio* 1; *c.* 112. *W.* d) *deest* 4. e) predictus 4. f) H. *plerumque codd.* g) predictus 4. h) M. e. $4^{b.b*.c}$. i) H. 1; decanus 4. k) vinculo 4. l) ar. 4^{b}; archidiaconi $4^{b*.c}$. m) archidiaconi 4^{c}. n) d. et *e corr.* 4; *desunt* $4^{b.b*.c}$. o) *e corr.* 4; *deest* 4^{b}. p) *deest* $4^{b.b*.c}$. q) cum idem decanus o. 4. r) reciperet et *e corr.* 4; *des.* $4^{b.b*.c}$. s) t. d. *des.* 4^{c}. t) *deest* 4. u) *deest* 4. 4^{b}. v) Trev. 4. 4^{b}; Treverens. $4^{b*.c}$. w) igitur 4. x) dictum 4. y) omni quo potuit dolo eidem abbati cepit adversari 4. z) Factus — adversari *des.* 4^{c}. a) vero 4. b) a. electi predicti et c. p. 4. c) de 4. d) *deest* 4. e) vero 4. f) i. s. o. 4. g) Tandem 4. h) s. m. c. a. 4. i) ipso abbate 4. k) *post suppl.* 1. l) P. v. *desunt* 4. m) *deest* 4. n) ipsum 4. o) *nulla capitis distinctio* 1; *c.* 113. *W.* p) sec. sue susc. 4. q) Argen. 4. 4^{b}; Argentinensis $4^{b*.c}$.

1) de Vinstingen. 2) Walteri recens electi. WYT. 3) In anno indicando auctor erraverit, oportet; cf. Potthast II, p. 1461.

ingenti armatorum multitudine strennue et viriliter occurrit; cui in dicta expedicione, fortuna favente, omnia in omnibus prospere succedebant. Hic autem cum, peracta expedicione[a], ad propria disponeret remeare, in reditu suo villas dictorum[b] abbatis et conventus[c], Critthenachen[d, 1] videlicet et Menniche[e], cum omni[b] multitudine armatorum intrans, in ipsis pernoctavit. Cumque omnia que in dictis villis[b] inventa fuerant[f] consumpta fuissent, satellites et ministri dicti[b] domini[b] Henrici electi ex sua permissione et iussu, necnon ex instinctu dicti Arnoldi archidiaconi, qui eciam ibidem aderat, curtes vicinas monasterii Sancti Mathie, quas attingere poterant, hostiliter invadentes, portis et seris effractis[g], boves et cuncta que in eis invenerunt diripientes, deduxerunt[h]. Nec hiis contenti ministri Sathane, duas curtes predicti monasterii eidem[i] monasterio adiacentes, videlicet Kukkilberch[k] et Ywichs[l, 2], incendio totaliter devastaverunt[m], adeo ut fumus eiusdem ignis ipsum monasterium penitus cooperiret. Videntes[n] igitur fratres monasterii bona sua sic undique devorari[o] et consumi necnon incendio devastari — nec enim[b] sperabant se in ipso monasterio posse salvari — dolentes et nimium perterriti, confugiunt ad capitulum maioris ecclesie; humiliter conquerendo deprecabantur, ne ob reverenciam beati Mathie apostoli, tocius Alamannie patroni, res et bona monasterii sui, consilium et auxilium adhibentes, paterentur ita viliter[p] consumi et dispergi. Qui audientes querulosam predictorum fratrum peticionem, pietate[q] moti, miserti sunt eorum; consiliumque sanum et providum adhibentes, ad dominum Henricum electum miserunt ac ipsum super huiusmodi excessibus[r], sicut debebant, graviter corripuerunt. Qui omnimode se expurgans, ab hoc crimine sibi inposito fore se dixit inno-
1261. Mai 25. centem. Inter hec Alexander Romane sedis summus pontifex[s] viam universe carnis ingressus[t] est. Cui Urbanus* eandem sedem regendam in augmentum fidei catholice successit. Electus[u] vero Treverensis predictus, cum adhuc, pallio nondum[v] obtento, in archi-Trevirorum episcopum non esset confirmatus, suum suffraganeum, quendam Philippum Metensem episcopum, quod nec debuit nec potuit, confirmavit[w]. Synodum eciam manifestam in maiori ecclesia celebravit. Post hec autem castrum quoddam, Nigrum Montem, quod vulgariter dicitur Swarcenberch[x, 3], obsedit, captivandoque[y] ipsius castri milites terreque nobiles, qui ipsis in adiutorium venerant, victoriam obtinuit. Quid amplius? Omnia sicut voluit fecit, et plus quam narrari possit oportunitas fortune in cunctis actibus eum non dereliquid. Iterato autem eius ministri castrum dictum[z] Sarburch[a] inhabitantes, monasterium Sancti Mathie predictum[b], Dei timore postposito, inmaniter[c], ubicumque poterant, spoliarunt.

5.[c*] Hec et hiis similia sancte Romane sedis[d] summus pontifex intelligens, contristatus est[e]; quia eciam nec debuit nec voluit tantum facinus inpunitum preterire, ne eciam videretur per procellam impetus contra iusticiam, quod foret adversus fidem catholicam, indiscrete velle procedere, misit rei facte inquisitores, videlicet Wormaciensem et Spirensem episcopos et abbatem de Rodenkirche[f, 4] ordinis[g] Premonstratensis, Moguntinensis dyocesis, qui processum veritatis, qualiter actum esset, plenarie perscrutarentur. Forma vero inquisicionis ipsis directe[h] talis est[i]:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Wormaciensi et Spirensi episcopis ac dilecto filio.. abbati monasterii de Rodenkirche[k] *Premonstratensis ordinis Maguntinensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audienciam nostram pervenit, quod Henricus Treverensis electus, qui pallio non obtento se presumit in suis litteris archiepiscopum*

*) *manu saeculi decimi quarti in margine inferiori addit* 1: quondam partriarcha Iherosolimitanus et episcopus Verdunensis, qui multum erat familiaris abbati Sancti Mathie; 4 *ita:* quondam episcopus Verdunensis, deinde patriarcha Iherosolimitanus, successit in apostolatum.

a) Hiis peractis dum 4. b) *deest* 4. c) c. Sancti Mathie 4. d) Crittenache 4; Critenache 4[b]; Crithenache 4[c]. e) Menniche *corr.* Nenniche 4. 4[c]. f) invenerant 4. 4[b]; evenerant 4[b*]. g) exf. 4. 4[b. b*]; confr. 4[c]. h) adduxerunt 4[b. b*. c]; eduxerunt 4. i) e. m. a. *desunt* 4. k) Kuckiberg 4; Kuchelberch 4[b*. c]; Kŭckilberch 4[b]. l) Yvichs 4; Yvisch 4[b b*]; Yviesch 4[c]. m) Y. incenderunt (incendunt 4[c]; incend'nt 4[b]) igne 4. n) *c.* 114. *W.* o) devorari — incendio *des.* 4. p) horribiliter 4. q) pietati 4. 4[b]. r) excessus graviter 4. s) Al. papa 4. 4[b. b*]. t) est i. 4. u) *c.* 115. *inc. W.* v) non 4. w) confirmare presumpsit 4. x) Suarzenberg 4; Swartzenberch 4[b*]; Swarcinberch 4[c]; Swazinberch 4[b]. y) obsedit, milites et nobiles illius castri captivavit, victoriam obtinuit. Quid amplius? multa quidem viriliter, fortuna favente, prospere peregit 4. z) *deest* 4. a) Sarburg 4; Sarbůrch 4[b]. b) *deest* 4. c) p. ubicumque poterant, conabantur spoliare 4. c*) *nulla cap distinctio* 1. d) similia Urbanus 4. e) est valde; nec tantum (tamen 4[b*]; *deest* 4[c]) facinus voluit (noluit 4[b*]) impunitum preterire 4. f) Rodinkirche 4; Rodinkirge 4[b]. g) P. o. 4[b*. c]. h) Forma vero mandati 4. i) *codd.* 4 *addunt titulum:* Wormaciensi et Spirensi episcopis et abbati de Rodenkirche (Rodinkirche 4[b]). k) Rodinkirche 4[b. c].

1) Crittenach, Nennich? 2) Infra c. 59. Esch dicitur. 3) Schwarzenberg prope Dagstul. WYT. 4) Rothenkirchen in Nassau.

nominare, de novo quoddam pedagium seu theloneum in flumine Reni proprio motu constituit, 1262. *et ligatus excommunicacionis sententia, in quam propter hoc incidit, divina officia celebrare, immo, quantum in eo est, pocius prophanare presumit, et symonia, periurio, sacrilegio, homicidio et aliis diversis criminibus irretitus, bona ecclesie Treverensis adeo dilapidat enormiter et consumit, quod ipsa ecclesia, nisi per apostolice sedis celere remedium succurratur eidem, incurret irreparabile detrimentum. In tantum quoque ipsius contemptus ad Deum superascendit et homines, quod idem nec illius iudicium nec horum scandalum pertimescens, publice rapinis et incendiis se inmiscet et alias eciam*[a] *multa committit enormia, horrenda dictu et auditu plurimum detestanda. Cum igitur quod de institucione dicti pedagii seu thelonei proponitur non possit in illis partibus non esse notorium, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos omnes, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alios, seu alium, si de hoc de plano vobis plene constiterit, ipsum propter hoc excommunicatum singulis diebus dominicis et festivis*[b]*, pulsatis campanis et candelis accensis, usque ad satisfactionem condignam publice nuncietis et faciatis ab omnibus arcius evitari. Et accedentes ad ecclesiam Treverensem, si secure poteritis, alioquin publice citacionis edicto proposito in loco unde ad eiusdem electi possit noticiam pervenire, ipsum electum ad nostram presenciam evocantes, et habentes pre oculis solum Deum, contra eum super aliis omnibus et singulis predictis criminibus, si super ipsis*[c] *eum inveneritis apud bonos et graves respersum infamia, inquiratis sollicite veritatem; et que inveneritis, nobis per vestras litteras fideliter transmittatis, prefigentes*[d] *dicto electo terminum peremptorium competentem, quo personaliter nostro se conspectui representet, pro meritis recepturus. Ceterum si electus ipse de huiusmodi*[e] *dilapidacione suspectus fuerit inventus, administracionem bonorum temporalium sedis Treverensis interdicatis eidem ipsamque committatis aliquibus personis ydoneis de capitulo Treverensi. Diem autem prefixionis huiusmodi*[f] *et quicquid inde duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras tenorem continentes presencium fideliter intimetis. Non obstante, si vobis aut alicui vestrum a sede apostolica*[g] *sit indultum, quod inviti exequi non teneamini negocia, que vobis ab ipsa pro tempore committuntur. Datum Viterbii 10. Kal. Decembr., pontificatus nostri anno primo.* 1262. Nov. 22.

6.[h] Verum Wormaciensis et Spirensis episcopi et .. abbas de Rodenkirche[i] predicti, sicut emuli fidei catholice, mandati apostolici transgressores existentes, inquisicionem predictam, secundum quod in mandatis a sede apostolica acceperant, tepide pretermittentes, non sunt executi[1]. Quapropter Romanus pontifex videns episcopos et abbatem predictos[k] in dicto inquisicionis negocio[l] perperam processisse, satis est commotus. Inobedienciam tamen ipsorum tamquam pater misericordiarum micius preteriens nec sicut debuit corripiens, nolens eciam temerariam presumpcionem electi Treverensis transire inpunitam, secundario duobus fratribus[m] ordinis Minorum, ut plenariam electi Treverensis sepedicti[n] illiciti facti perscrutantes facerent inquisicionem, sub obediencia qua astricti essent, scripta direxit[o]. Forma autem mandati eis directi talis est:

Urbanus[2] *episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Wilhelmo de Waltmanshuse, guardiano*[p] *fratrum Minorum in Wesele Treverensis dyocesis, et fratri Rorico de Warnisperch*[q] *de ordine fratrum Minorum in conventu Treverensi salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilibus fratribus nostris Wormaciensi et Spirensi episcopis et dilecto filio .. abbati monasterii de Rodenkirche*[r] *Premonstratensis ordinis Maguntinensis*[s] *dyocesis inquisicionem contra Henricum Treverensem electum super symonia, sacrilegio, periurio, homicidio et aliis diversis criminibus, quibus irretitus esse dicitur, et quod occasione cuiusdam pedagii seu thelonei, quod in flumine Reni proprio motu de novo constituit, procederent contra eum, habito fratrum nostrorum consilio, per nostras litteras nos meminimus commisisse. Set quibusdam, ut intelleximus, eisdem episcopis et abbati falso suggerentibus, quod inquisicio ipsa, prehabito eorumdem*[t] *fratrum*

a) *deest* 4. b) festuris 1. c) *post add.* 1. d) prefigento 4^{b}; prefigente 4^{b*}; prefigendo 4^{c}. e) eiusmodi $4^{b*.c}$. f) huius $4^{b.b*.c}$. g) s. predicta i. existat 1. h) 117. *W.* i) Rodinkirchen $4^{b.b*}$; Rodinkyrchen 4^{c}. k) v. ipsos 4. l) dicta inquisitione (acquisicione 4^{b*}) 4. m) f. M. o. *corr.* f. o. M. 4^{b}, *et ita* 4^{b*}. n) pl. dicti H. el. ill. 4. o) d. sub hac forma 4, *qui etiam addunt:* Wilhelmo et Rorico fratribus de ordine Minorum. p) gardiano 4 *semper.* q) Warnisberg 4; Warnisberch 4^{b}; Warnesberch 4^{c}. r) Rodinkirche 4^{b}; Rodenkirchen 4^{b*}; Rodinkirchen 4^{c}, *et ita saepius.* s) Mogont. 4^{b} *semper.* t) eorum 4.

1) Literas inquisitorum praedictorum ad summum pontificem imprimi fecit Martene in Ampliss. Collect. T. IV, p. 468 sqq., quas ex ms. cardinalis Ottoboni, qui postea fuit Alexander papa VIII, eruit Mabillonios. WYT. 2) Hanc chartam et plures alias notatu valde dignas bibl. Trev possidet ex munificentia episcopi ab Hommer, anno 1836. defuncti. WYT.

1262. *consilio, non processit, ipsi pretextu huiusmodi non procedunt ea qua decet diligentia in eadem. Unde ipsis in virtute obediencie nostris dedimus litteris districtius in preceptis, ut in negocio inquisicionis huiusmodi*[a] *sine difficultate ac dilacione qualibet procedere studeant iuxta priorum continenciam litterarum. Verum quia, sicut accepimus, dictus electus cum episcopis et abbate predictis tam per se quam per suos, tamquam male sibi conscius et processum inquisicionis formidans, de novo est propter hoc amicicie federe copulatus, nos affectantes, ut sine suspicione cum effectu in predicto inquisicionis negocio procedatur, discrecioni vestre in virtute obediencie ac sub pena excommunicacionis per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus facientes vobis predictas litteras exhiberi, detentores ad exhibitionem earum, si opus fuerit, monicione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compellendo, et processu legittimo, si quis per eas est habitus, observato, in negocio ipso sollicite procedatis iuxta continenciam earumdem, omisso dumtaxat articulo de pedagio seu theloneo, quem dilecto filio . . plebano ecclesie sancte Marie in Confluencia Treverensis dyocesis per litteras nostras specialiter duximus committendum. Volumus tamen, quod eciam in negocio huiusmodi*[a] *quoad articulum ipsum de eodem pedagio procedatis, si plebanus ipse infra mensem post monicionem nostram non processerit in eodem. Non obstante, quod ordini vestro a sede apostolica sit indultum, ut ipsius persone de causis cognoscere vel mandata exequi minime teneantur, que*
1262. Apr. 6. *ipsis a sede committuntur eadem. Datum Viterbii* 8. *Idus Aprilis, pontificatus nostri anno primo.*

7.[b] Verum cum Wilhelmus et Roricus fratres predicti in dicto inquisicionis negocio sibi a sede apostolica commisso, licet inviti, procedere vellent, custos et guardiani fratrum Minorum provincie Treverensis undique convenientes, necnon priores cum fratribus Predicatoribus eiusdem provincie, qui tunc temporis partem dicti electi manifeste fovebant, habito inter se consilio, Wilhelmo[c] et Rorico fratribus predictis, ne in dicto inquisicionis negocio aliquatenus procederent, sub pena custodie carceralis districtius inhibuerunt; tantam autem persecucionem a guardianis[c*] et fratribus ipsorum dicti inquisitores perpessi sunt, ut neque in domo ipsorum in Treveri, metu captivitatis territi, auderent permanere; sed nec in ipsa civitate Treverensi salvari se posse sperantes, ad civitatem Metensem coacti sunt declinare; sed nec ibi quidem in domum ordinis ausi sunt intrare, sed in quodam hospicio sicut alienigene se receperunt, negocio inquisicionis interim dormitante.

8.[d] Inter hec[e] guardiani predicti duos ex suis[f] fratribus ad sedem apostolicam transmiserunt, ut, veritate ipsius inquisicionis diligenter investigata, ipsis totum processum remandarent. Cum igitur fratres predicti ad curiam Romanam pervenissent et in pleno consistorio[g] coram domino papa et cardinalibus necnon fratre Bonaventura[h], ministro generali ordinis Minorum, peterent, ipsam inquisicionem vel differri vel saltim aliis committi, et[i] super hoc multa pro se proponerent et allegarent, dominus papa taliter ipsis[k] inconsultus respondit: 'Constat nobis et verum est, quod, si nos duos archiepiscopatus duobus de fratribus vestris transmisissemus, ipsos sine dubio, contradictione qualibet amota, cum magnis graciarum actionibus recepissent. Si igitur ad recipiendas dignitates vel prelaturas, que vobis a sede apostolica conferuntur, obedientes estis et parati, non est racioni consonum, ut alia mandata, que vobis ab eadem sede ad honorem Dei et sancte Romane ecclesie diriguntur, recipere et execucioni demandare non debeatis. Decernimus igitur et volumus, ut inquisicionis negocium prefatum, omnibus frivolis vestris proposicionibus amotis, execucioni demandetur; nec est nostre intencionis, ut aliquibus aliis personis ipsum negocium committatur, nisi illis quibus nos meminimus commisisse'. Predictis igitur fratribus Minoribus a domino papa sic expeditis, timens ipsum negocium per guardianos et custodem et priores fratrum Predicatorum iterato impediri et retardari, litteras suas ipsis direxit. Tenor autem littere guardianis[c*] et custodi Minorum[l] directe talis est:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis guardianis et custodi ordinis fratrum Minorum provincie Treverensis salutem et apostolicam benedictionem[m]. *Inplacida*[n] *de actibus quorumdam fratrum vestri ordinis relacio nuper nostrum turbavit auditum, videlicet quod, cum iidem dare teneantur opem et operam efficacem, ut de vinea Domini, in qua professores*[o] *ipsius ordinis sunt cultores ab ipso Domino constituti, exstirpentur vicia et ibidem plantentur virtutes, quominus quidam fratres de ordine Minorum auctoritate apostolica contra Henricum, qui pro electo Treverensi se gerit, super vicio symoniace pravitatis ad inquisicionem*

a) huius 4b. b*. c. b) 118. *W.; capita in codd. raro tantum distinguuntur.* c) Wihelmo 1. c*) gard. *hoc loco* 1. d) 119. *W.* e) Interea 4. f) f. s. 4b. b*. c. g) concistorio 4. 4b. h) Bonaventure 4. 4b. i) et cum 4. k) eis 4. l) ordinis fratrum M. 4b*. m) *Eadem fere bulla infra recurrit, cuius lectiones 1* notavi.* n) Implacita 1*. o) processores 4.

procedant, nituntur multipliciter inpedire. Quia vero[a]*, id si verum est, redundat in divine maiestatis offensam ac iniuriam et contemptum apostolice sedis, que predictum vestrum ordinem dilatavit plurimum ac ipsum et personas eiusdem prosequitur speciali gracia et favore, universitatem vestram rogamus et*[a] *monemus*[a*] *et hortamur attente, per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes, quatinus universi et singuli fratres predicti ordinis vestri eis*[b] *subiectos, quod desistant ab impedimento huiusmodi, districtione qua convenit compellentes, quod inquisicio huiusmodi debitum et obtatum consequatur*[c] *effectum, inpendatis consilium salutare; preces et preceptum nostrum taliter impleturi, quod zelari videamini profectum animarum, qui ex ea provenire speratur, nosque devocionem vestram possimus exinde merito commendare. Datum Idus Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.* 1262. Apr. 13

Itemque[d] dominus papa prioribus ordinis fratrum Predicatorum provincie Treverensis direxit litteras suas, continentes eundem tenorem de verbo ad verbum sicut illa que guardianis et custodi directa est. Extunc autem guardiani et custos Minorum necnon priores ordinis fratrum[e] Predicatorum provincie Treverensis ceperunt desistere ab infestacione fratrum Wilhelmi et Rorici predictorum, videntes diligenciam et affectum domini pape, quem habuit super eodem negocio, sicut manifeste claruit in litteris apostolicis sibi super ipso negocio directis.

9.[f] Post hec dominus papa volens animare Wilhelmum et Roricum fratres predictos, iterato direxit eis litteras suas, continentes hunc tenorem:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Wilhelmo de Waltmanshusen[g]*, guardiano fratrum Minorum de Wesele*[h] *Treverensis dyocesis, et fratri Rorico de Warnisperch*[i] *de ordine fratrum Minorum in conventu Treverensi salutem et apostolicam benedictionem. Per exigenciam sollicitudinis pastoralis, quam nobis dispensacio divina commisit, contra Henricum Treverensem electum super diversis articulis volentes inquiri, certas ad hoc personas providimus assumendas, de quarum*[k] *industria et constancia firmam fiduciam habebamus. Quia vero persone ipse minus studiose preter spem nostram*[k*] *negocium prosequebantur iniunctum, ipsius execucionem vobis in virtute obediencie ac sub pena excommunicacionis sub certa forma duximus iniungendam, non dubitantes, illud in vestris manibus debere proficere, quod*[l] *apud dictas personas deficere miserabiliter videbamus; constancia, quam vestri natales conspicui, sacra religio et zelus divini nominis pollicebantur, apostolice sedi de vobis super hoc nobis*[m] *firmam certitudinem inducente. Sed ecce, quod, sicut apud illos, sic apud vos nostra videtur fiducia defraudata, dum, prout intelleximus, sicut illi, sic et vos, ipsum negocium non memorie, sed neglectui commendastis. Hinc est, quod nos discrecioni vestre per iterata scripta in virtute obediencie ac sub pena predicta, quam extunc vos incurrere volumus, si mandatum nostrum in hac parte neglexeritis*[n] *adimplere, districte precipiendo mandamus, quatinus in negocio ipso saltim nunc tanta sollicitudine procedatis iuxta traditam vobis formam, quod precedentem inobedienciam purgasse*[o] *probemini per obedienciam subsequentem, et nos vobis super hoc aliter scribere non cogamur. Quodsi non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur. Datum apud Urbem-Veterem 2. Kal. Decembris, pontificatus nostri anno secundo.* 1262. Nov. 30.

10.[p] Predicti igitur Wilhelmus et Roricus fratres, mandato sedis apostolice secundarie recepto, videntes ipsum negocium domino pape multum esse cordi, intelligentes eciam dominum papam guardianos et custodem necnon priores fratrum Predicatorum provincie Treverensis predictos super infestacione ac molestacione ipsorum suis litteris[q] graviter et seriose corripuisse, tunc demum animati, omnique timore postposito, ad civitatem Treverensem in domum ordinis ipsorum sunt reversi, ibique super prefato negocio inquisicionis audacter et intrepide[r] procedere ceperunt, dictumque electum citari facientes, omnesque, qui ad hoc ipsis expedire videbantur, super articulis in litteris apostolicis contentis, secundum quod ipsis a domino papa iniunctum fuerat, sollicite et diligenter inquisierunt et pauca vel nulla de contingentibus omiserunt. Videns[s] vero dominus papa dictorum Wilhelmi[t] et Rorici fratrum constanciam et veram in omnibus obedienciam, et quod nec minis nec precibus, quibus tamen a dicto electo et a suis fuerant multipliciter vexati et fatigati, non poterant aliquatinus averti, quin in dicto inquisicionis negocio vellent procedere secundum quod eis a sede apostolica fuerat iniunctum, litteras suas tercia vice direxit sub hac forma:

a) *deest* 1^{*}. a*) movemus 1. b) eos 1^{*}. c) prosequatur 1^{*}. d) Item 4. $4^{b.b^{*}}$; Idem 4^{c}; *c.* 120. *inc. W.* e) *deest* 4^{c}. f) 121. *W.* g) Waltmanshûsen 4^{b}. h) Wezele 4. i) Warnesberch $4^{b.b^{*}.c}$. k) quorum 1. 4^{b}. k*) vestram 1. l) quod — deficere *desunt* $4^{b^{*}}$. m) *deest* $4^{b.b^{*}.c}$. n) negligeritis $4^{b.b^{*}}$. o) purgasse p. p. o. *desunt* $4^{b^{*}}$; probasse 4^{b}, *post corr* improbasse 4, *et ita* 4^{c}. p) 122. *W.* q) suis literis *desunt* 4^{c}. r) intrepidi 1. 4. 4^{b}. s) *c.* 123. *inc. W.* t) Wihelmi 1.

1263. *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis fratribus Wilhelmo et Rorico ordinis fratrum Minorum in conventu Treverensi salutem et apostolicam benedictionem. Sollicitudinem et devocionem vestram plenis laudibus extollentes vosque prosequentes plenis actionibus graciarum, super eo quod negocium inquisicionis, quam contra Henricum, qui pro Treverensi electo se gerit, per vos fieri mandavimus, nunc demum in spiritu promptitudinis assumentes, incepistis, sicut intelleximus et utique acceptamus, iuxta formam vobis traditam procedere in eodem discrecionem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis*[a] *scripta mandantes, quatinus in negocio ipso, sicut laudabiliter incepistis, usque ad felicem exitum procedentes, frivole appellacionis obiectu non obstante, que inveneritis et que feceritis nobis per vestras litteras quantocius nuncietis. Nos enim manus mundas esse volentes, que sordes diluunt aliorum, gratum habebimus plurimum et acceptum, si per vestrum studium obtineri poterit, quod idem Henricus a suis insolenciis corrigatur, idque vobis apud Deum proficiat ad meritorum cumulum et apud nos et sedem apostolicam ad plenitudinem graciarum. Datum apud Urbem-Veterem*
1263. Mart. 29. *4. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.*

11.[b] Videns igitur prefatus electus ipsam inquisicionem nulla racione se posse evadere, ac inquisitores predictos omnibus modis velle procedere contra ipsum ad inquisicionem, nimium territus est atque turbatus, omnemque suum furorem et insaniam contra dictum abbatem convertens, manifeste inputabat ei, ad nullius alterius instanciam vel procuracionem nisi solius abbatis et suorum dictam inquisicionem de curia Romana emanasse. Quapropter idem electus omni studio quo potuit ad amocionem ipsius abbatis[c], sicut superius dictum est, laboravit. Et primo quidem plurimas inquisiciones fieri iussit adversus eum, ut, si quo modo posset aliquos articulos contra eum invenire fraudulenter et fratres monasterii ab ipsius obediencia seducere, ipsum tali occasione a regimine abbacie sue quomodocumque amoveret Inquisicione autem huiusmodi taliter contra dictum abbatem facta, inventi sunt omnes fratres eiusdem monasterii unanimi consensu, corde et voluntate, nec minus[d] facto constantes, et suum abbatem multipliciter recommendantes, dixerunt, se ab obediencia sui abbatis nulla racione, nec minis, nec precibus, posse amoveri. Videns[e] itaque electus nichil se proficere posse contra abbatem in negocio inquisicionis, quam contra eum ediderat, misit iterato priores monasteriorum civitatis Treverensis ordinis sancti Benedicti ad priorem et conventum predictos, dans eis in mandatis, ut dictos priorem et conventum ad hoc inducerent, ut se ab obediencia dicti sui abbatis retrahentes, alium, quem eis preficeret, recipere vellent in abbatem. Qui viriliter rennuentes, ut merito debebant, dixerunt, se nulli quam suo abbati, cui semel obedienciam fecerant, usque ad latam contra eum sentenciam papalem velle obedire; sicque priores qui venerant confusi recesserunt.

12. Eodem autem tempore prefatus electus in odium abbatis Sancti Mathie processit ad inquisicionem contra abbatem Sancte Marie ad Martires Treverensis, qui erat carnalis frater dicti abbatis Sancti Mathie[1], proponens, ut ipsos ambos simul et semel amoveret[f], si posset; omnes enim eidem abbati Sancti Mathie adherentes dictus electus, quantumcumque et ubicumque potuit, persequebatur.

13.[g] Postmodum prefatus electus prefixit abbati Sancti Mathie diem ad domum fratrum Predicatorum in Treveri ad tractandum ibidem inter ipsos de bono pacis et concordie. Ad quam diem cum dictus abbas cum aliquibus de conventu atque aliis amicis suis comparuisset, discordiis hinc inde inter partes suscitatis, surgens quidam de canonicis, vir litteratus, publicum coram nobis[h] omnibus in eodem loco fecit sermonem. Cuius thema tale[i] fuit:
Matth. 7, 3. *Tu qui vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem* etc. Finito autem sermone, abbas predictus inmediate surgens, ibidem coram omnibus ad sedem apostolicam appellavit; cuius[k] tenorem, quia continebat crimina, non placuit hic inserere. Quam appellacionem dictus abbas Sancti Mathie una cum appellacione abbatis Sancte Marie ad Martires, fratris sui predicti, qui eciam nuper a dicto electo appellaverat, per velocem nuncium et expeditum ad sedem apostolicam celeriter transmisit. Appellacione, ut dictum est, facta, surgentes viri discreti, maior prepositus Treverensis[2] et quidam eiusdem ecclesie canonicus, quasdam litteras

a) s. v. 4. b) 124. *W.* c) a. et suorum 4b*. d) unius 4. e) c. 125. *inc. W.* f) *deest* 4. g) 126. *W.* h) *deest* 1; illis 4b*. i) tal' 1. k) c. appellationis 4c.

1) 'Abbas Theodericus habuit fratrem germanum, praepositum summi templi canonicum (Simonem), habuit et fratres abbatem B. Virginis ad Martyres (Robertum), et D. satrapam in Syrch, loco ducis Lotharingiae'. Ita catalogus MS. abbatum mon. S. Mathiani conscript. per M. Cerdo huius loci professum. WYT. 2) Simon, abbatis frater.

papales ibidem exhibuerunt, legentes eas ibidem publice coram omnibus, in quibus conti- 1263. nebatur, quod ipsis[a] a sede apostolica datum esset in mandatis, ut electo Treverensi districtius auctoritate apostolica inhiberent, ne se de omnibus ecclesiasticis beneficiis tocius dyocesis Treverensis aliquatenus intromitteret ordinandis vel disponendis. Quod audiens electus suique fautores, nimio furore repleti, dum ipsam litteram papalem de manibus cuiusdam, cui ipsa littera commissa fuerat, rapere conarentur, nec possent, superpellicium eius penitus est dilaceratum.

14.[b] Appellacione igitur, ut dictum est, ab abbate in domo fratrum Predicatorum sollempniter facta, predictus electus iterato fecit citari abbatem et conventum ad capitulum maioris ecclesie. Ad quam diem cum idem abbas venire dissimularet, timens, ne novissimus error peior fieret priore, misit priorem[c. 1] cum quibusdam de senioribus ad ipsam diem, dans eis in mandatis, ut, si dictus electus ipsos in aliquo contra iusticiam proponeret gravare, in continenti ad sedem apostolicam appellarent. Venientes itaque prior et seniores predicti, conparuerunt coram dicto[d] electo ante capellam domini archiepiscopi in loco qui dicitur Super-curiam[2]; dumque[e] idem electus ipsos artare vellet ad deponendum super quibusdam articulis contra abbatem suum in inquisicione ab electo edita contentis, in continenti coram omnibus ibidem existentibus ad sedem apostolicam appellaverunt[f]. Forma vero appellacionis ipsius talis fuit:

Cum vos[g], reverende pater domine Henrice Trevirorum electe, sitis excommunicatus; item cum super criminibus quibusdam inquisicio pendeat contra vos coram inquisitoribus a sedeapostolica ad hoc deputatis; preterea cum vos velitis compellere priorem et conventum Sancti Eucharii Treverensis, ut deponant contra dominum Theodericum abbatem eorum super quibusdam criminibus falsis et sibi inpositis mendaciter, cum alias tam apud vos[h] quam apud dominum papam eum habuerint recommendatum; et quia vos, domine, excommunicacionis vinculo ligatus, et pendente dicta inquisicione contra vos, predictos priorem et conventum Sancti Eucharii Treverensis compellatis, ut contra predictum dominum Theodericum[i] abbatem ipsorum, qui est bone fame, vite et opinionis integre, deponant super criminibus falso et mendaciter confictis contra eum: ideo ego Henricus clericus monasterii Sancti Eucharii Treverensis supradicti, procurator dictorum prioris et conventus, senciens eos a vobis[k] propter causas predictas indebite gravari, nomine ipsorum et pro eis et nomine procuratorio in scriptis sedem apostolicam appello, personas eorum, monasterium et bona dicti monasterii protectioni sedis apostolice supponendo. Et apostolos cum instancia peto. Quos[l] si michi dare denegatis, iterum sedem apostolicam appello. Offerens me, nomine dicti prioris et conventus, ea que in facto consistunt coram iudice et in loco competenti probaturum. Facta fuit hec appellacio sabbato post invencionem sancte crucis, post primam, mense Maii, ante cappellam domini archiepiscopi, in loco qui Mai 5. *vocatur Super-curiam, coram dicto venerabili patre, presentibus decano Sancti Paulini, scolastico eiusdem loci et aliis quam pluribus fide dignis.*

Et[m] quia ad plenum eam appellacionem audire noluit dictus electus, immo lacerata fuit ipsa appellacio in conspectu eiusdem electi, ideo propter metum, qui debet et potest cadere in constantem virum, non fuit innovata coram dicto electo ipsa appellacio, quoniam[n], cum a loco recederemus, ubi facta fuit dicta[o] appellacio, quidam satellites dicti electi magistrum Iohannem dictum Filomena, clericum dicti abbatis et conventus, verberaverunt et ipsum et me [dictum[p] Henricum procuratorem] capere et detinere voluerunt. Sed quibusdam nobis prestantibus patrocinium, evasimus; propterea ipsa appellacio fuit innovata sequenti die in Mai 6. refectorio Treverensi, presentibus domino Theoderico abbate Sancti Eucharii predicto, cantore maioris ecclesie domino Wilhelmo seniore de Davils[q] et aliis quam pluribus fide dignis. Sequenti vero die veniens prior cum senioribus fratribus iterato in refectorium ecclesie Mai 7. maioris, dicto Theoderico abbate ibidem existente, necnon preposito maiore, fratre ipsius abbatis, aliisque prelatis et canonicis eiusdem ecclesie atque aliis multis religiosis specialiter ad hoc vocatis et rogatis[r], prior prefatus suam appellacionem ibidem coram omnibus innovavit. Cumque idem prior, appellacione, ut dictum est, innovata, ad suum monasterium

a) episcopis 4[b. b*. c]. b) 127. *W.* c) m. p. *desunt* 4[b*]. d) predicto 4[b. b*. c]. e) dum 4. f) appellarunt 4[b. b*. c]. g) nos 4. 4[b]. h) nos 4. i) Th. *post add.* 1. k) nobis 4. 4[b]. l) Quod 4. 4[b. b*]. m) *c.* 128. *inc. W.* n) quam 4. 4[b]; quia 4[c]. o) ipsa 4. 4[b. b*]; *deest* 4[c]. p) d. H. p. *post add.* 1; *des.* 4 (*non tamen* 4[b. b*. c]). q) Davels 4[b*]; Daiuls 4[c]; de Paulino *cod. Ms. Lind.* WYT. r) et r. *desunt* 4[b*].

1) Engelbertum; v. infra c. 16. 2) In exedra maioris ecclesiae, narrat Brower, Ann. Trev. T. II, p. 152. WYT.

1263 reverti debuisset, satellites ipsius electi in communi vico in ipsum irruentes eumque de equo cui insedebat inique proicientes, quia suam appellacionem innovare presumpserat, quamquam idem prior senex esset et debilis, tamquam malefactorem coram omni populo fustibus et pugnis inmaniter[a] leserunt. Quod videntes scabini, cives et alii fideles civitatis Treverensis — erat[b] enim in media civitate — occurrentes undique, dictum priorem de malefactorum manibus viriliter eripuerunt; apprehendentesque unum de malefactoribus predictis, tam viri quam mulieres graviter fustibus et lapidibus eum invadentes, semivivum reliquerunt; sicque idem prior de manibus malefactorum liberatus, propter lesionem sibi ab ipsis illatam per aliquod tempus graviter languebat.

15.[c] Post hec idem abbas timens, monasterium suum a dicto electo propter sui presentiam magis ac magis posse gravari, volens eciam precavere, ne amici vel ministri ipsius electi aliquo inopinato casu in ipsum irruerent eumque in corpore lederent, sicut priorem leserant, secessit in terram et districtum illustris viri domini Friderici[d] ducis Lotthoringie[e] et marchionis, rogans ipsum dominum ducem et petens ab eo, ut usque ad finem sue cause, quam contra dictum electum habebat, in terra et in districtu[f] suo ipsum permitteret demorari. Predicto igitur abbate a domino duce honorifice suscepto, precepit universis sibi subditis in districtu et in terra sua, ut, quicquid idem abbas suique[g] confratres ad suam utilitatem et ad sui monasterii profectum ibidem agere vellent, libere, tamquam in propriis essent, agerent absque omni timore. Iussit eciam ministris suis singulis et universis sub obtentu gracie sue, ut ipsi abbati et suis fratribus cuncta que peterent de rebus suis habundanter administrarent. Accedens eciam idem dominus dux ad abbatem predictum, hiis verbis ipsum consolabatur: 'Ecce, cuncta, que volueritis et pecieritis in terra et in districtu[h] meo, parata erunt vobis et prompta. Consolemini et nolite timere, omnes enim adversitates vestre et pericula optato et prospero fine claudentur'. Audiens igitur abbas predictus verba domini ducis, et quod ipsum tam benigne receperat, multum consolatus est, ibique in castro suo dicto Sirkis[1] permansit, prosequens ibidem causam suam, parum vel nichil omittens de contingentibus.

16.[i] Electus igitur predictus senciens abbatem prefatum de monasterio suo recessisse, gavisus est [valde[k]], misitque priori et conventui[l] litteras suas patentes, in quibus continebatur, quod idem electus precepit eis mandans, ut infra octavas pentecostes per electionem canonicam providerent sibi de abbate; alioquin extunc idem electus provideret eis de abbate. Hoc mandato recepto prior et conventus multum[m] turbati, consilium quesierunt a suis secrecioribus amicis, quid ipsis sit faciendum, vel qualiter dicto electo super huiusmodi mandato ipsis directo possint respondere. Habito igitur consilio, venerunt ad electum prior et conventus predicti, rogantes eum humiliter et devote, ut mandatum ipsis directum revocans, eos super provisione alterius abbatis usque ad latam sedis apostolice contra abbatem suum diffinitivam sentenciam non molestaret nec inquietaret; quippe cum idem abbas ad sedem apostolicam appellaverit se suaque protectioni eiusdem sedis subiecerit; nec bona et res eorum tam inmaniter et crudeliter devastari, consumi et invadi consentiret, sed ipsis aliquem de suis, quem vellet, preficeret in temporalibus provisorem, qui omnes redditus, bona et proventus eiusdem monasterii recipiens et in sua custodia reponens[n], fratribus tantummodo prebendas suas, prout ipsi eas ante recipere consueverant, administraret, residuum vero omnium reddituum, bonorum et proventuum ipsorum, durante causa inter ipsum et abbatem eorum, eidem electo integraliter assignaret. Ipso vero hoc recusante nec eorum peticionem admittente, sed in suo malo proposito pertinaciter persistente, videntes[o] etiam prior et conventus prefati ipsum electum aliquo modo non posse flecti ad misericordiam super eos, sed in omnibus quibus potuit ipsis adversari, suam et predicti abbatis sui iniuriam defendere omnes unanimiter studuerunt; habitoque iurisperitorum consilio super mandato ipsis directo, appellacionem sibi formari fecerunt; cuius tenor fuit talis:

Coram vobis prelatis et dominis Treverensibus nos Engilbertus prior monasterii Sancti Eucharii Treverensis, nomine monasterii nostri et pro nobis, tamquam cuius interest, proponi-

a) inhumaniter 4b. b*. c. b) erant 4b. c. c) 129. *W.* d) Frederici 4b* *saepius.* e) Lothoringie 4b. b*. f) strictu 4b. b*. g) ac sui 4. h) strictu 4b. b*. i) 130. *W.* k) *deest* 1. l) et c. *desunt* 4. m) multi 4. 4b. b*. n) sub s. c. recipiens 4b c; *desunt haec* 4b*. o) videns igitur idem p. 4b*.

1) Sirk.

mus, quod, cum vir relligiosus Theodericus abbas noster ex legittimis causis ad sedem apostolicam a domino Henrico electo Treverensi appellarit, et postmodum eciam conventus monasterii nostri similiter ex causis legittimis a dicto domino electo ad sedem apostolicam appellaverit, dictus dominus electus huiusmodi appellacionibus non deferens, ad privacionem dicti domini abbatis nostri procedens, pro[a] *sue libito voluntatis de facto minus iuste nos priorem et conventum monasterii nostri moneri fecit per Everardum plebanum*[b] *Sancti Laurentii Treverensis, feria sexta ante pentecosten, ut per electionem canonicam infra octavas*[c] *pentecostes nobis provideremus de abbate, alioquin extunc*[d] *ipse dominus electus ipsi monasterio de abbate provideret; et cum statutum sit in concilio generali, ut ultra tres menses cathedralis vel regularis ecclesia prelato non vacet, infra quos, iusto impedimento cessante, si electio non fuerit celebrata, qui eligere debuerant eligendi careant potestate ea vice; quia dictus dominus electus, eciamsi rite prefatus dominus abbas noster ab eo esset privatus abbacia, contra dicta statuta concilii generalis nos artavit et artat ad eligendum: ideo nos prior pro nobis et nomine monasterii nostri coram vobis et sub testimonio vestro infra dictam monicionem in scriptis ad sedem apostolicam appellamus, et quam cito copiam dicti domini electi habere poterimus, ex dicta causa ad sedem apostolicam appellabimus coram eo. Facta est hec appellacio in refectorio ecclesie Treverensis, post missam in ipsa celebratam, in presencia venerabilium dominorum*[e] *Symonis maioris prepositi, Wilhelmi senioris, Reineri*[f] *et Wilhelmi iunioris de Davils, canonicorum maioris ecclesie, et aliorum quam plurium*[g] *clericorum Treverensium.*

1263. Mai 18.

17.[h] Prior igitur cum suis fratribus ad suum[i] monasterium regressi, cum viderent bona monasterii sui ab officiatis domini electi extrinsecus dissipari undique et crudeliter invadi, timentes, ne bona sua, que infra monasterium habebant, videlicet libri, ornamenta ac reliquie, quas maioris precii quam omnia que exterius possidere videbantur estimabant, ab eisdem domini electi officiatis et a domino de Meysenburch[k, 1] diriperentur — invaluerat enim rumor per totam civitatem Treverensem, quod idem electus Wilhelmum de Meysenburch, monachum monasterii Sancti Maximini Treverensis, domini de Meysenburch predicti avunculum, preficere vellet iam dicto monasterio Sancti Mathie in abbatem —, convenientes in unum in capellam beate virginis, consilium inierunt, qualiter libros, ornamenta ac reliquias suas salvare possent, seseque invicem exhortando, voto se[l] astringentes, simul conpromiserunt, ut[m] omnes unanimes existentes forent cor unum et anima una, et quicumque ex ipsis premissi pacti transgressor existeret, absque omni gracia a consorcio et communitate fratrum separatus, perpetue sentencie subiaceret. Cum autem sic omnes de fide simul et pacto observando firmiter compromisissent, elegerunt sex de fratribus suis, de quibus plene confidebant, iniungentes eis et in salutem animarum eorum committentes, ut de libris, ornamentis ac reliquiis ipsorum[n] reponendis et conservandis, quanto salubrius et secrecius possent, ne perderentur, ordinarent. Pacto[o] igitur inter ipsos, ut dictum est, sicut forcius[p] poterant, firmato, quatuor eorumdem fratrum infra paucos dies, Dei timore postposito, pactum huiusmodi promissionis sunt transgressi. E quibus duo, cuiusdam noctis silencio, fellitis diaboli persuasionibus nimis consencientes, dum cum ceteris fratribus suis quiescere[q] putarentur, muros cimiterii sui transeuntes, ad monasterium Sancti Maximini Treverensis, in quo erat predictus Wilhelmus monachus, in quem conspiraverant, velociter cucurrerunt, nunciantes eidem Wilhelmo ac suis conplicibus, quod fratres monasterii Sancti Mathie reliquias ipsius apostoli sancti Mathie, timore perdicionis et causa[r] periculi sibi ab electo imminentis, extra ipsius monasterium deferre et alias deducere niterentur. Congregati igitur ob istiusmodi causam monachi monasterii Sancti Maximini predicti, una cum ministerialibus suis et servis, quos tunc habere poterant, monasterium Sancti Mathie predictum[s] armata manu, sicuti in obsidione civitatis alicuius vel castri solet fieri, undique circumdederunt. Quod[t] cum quibusdam canonicis ecclesie sancti Symeonis innotuisset, dictorum fratrum Sancti Mathie amici fidelissimi, ipsis condoluerunt; e quibus duo eadem noctis hora celeriter[d] cucurrerunt, cupientesque fratres monasterii Sancti Mathie predicti

a) et $4^{b.\,b^*.\,c}$. b) presbyterum 4^{c}. c) octavam 1. d) *deest* 4. e) virorum *superscr.* dominorum 4; virorum dominorum $4^{b.\,b^*}$; dom. *deest* 4^{b^*}. f) Reyneri $4^{b.\,b^*}$; Reszneri 4^{c}. g) laicorum et *add.* 4^{b^*}. h) 131. *W.* i) m. s. $4^{b.\,b^*.\,c}$. k) Meysenbůrch 4. 4^{b} *saepius.* l) se voto $4^{b.\,b^*.\,c}$. m) *deest* $4^{b.\,b^*.\,c}$. n) eorum 4^{b^*}. o) *c.* 132. *inc. W.* p) pocius 4. q) requiescere $4^{b.\,b^*.\,c}$. r) causi 1; *post corr.* causa 4. s) *deest* $4^{b.\,b^*.\,c}$. t) *c.* 133. *inc. W.*

1) Meisenburg in Luxemburgensi ducatu.

1263. ab istiusmodi miserie periculo premunire, ad hostium monasterii pedes veniebant. Qui vehementer cum impetu pulsantes, se intromitti pecierunt. Intromissi vero venientes ante chorum in mediis matutinis et invenientes eos devote, sicut solitum est in sollempnitatibus, horas matutinas canentes et psallentes[a], pandebant eis ea que de predicta circumvallacione monasterii sui a monachis monasterii Sancti Maximini predictis facta perceperant. Quod audientes fratres, nimio timore territi[b], partem matutinorum[c] adhuc psallendam[a] totaliter neglexerunt. Eadem hora predicti duo transgressores, qui hoc facinus perpetrarant, tamquam huius sceleris innocentes, cum ipso impetu in suum monasterium regressi, se in suis lectulis reposuerunt. Predictis autem fratribus sic perturbatis, de suorum eciam fratrum excessibus perceptis magis quam de ipsorum huiusmodi turbacione dolentes, relictis oracionibus iam dictis, nec bene sibi conscii quid essent facturi, convenientes in unum, statuerunt, die sequenti capsam sui patroni cum libris ac ceteris ornamentis monasterii ad maio rem ecclesiam infra muros civitatis Treverensis servanda deportare. Quod intelligens unus de transgressoribus predictis, qui muros nocturno tempore, sicut superius dictum est, transierat, equum cuiusdam fratris de monasterio furtive subtrahens ipsumque ascendens, velociter ad Palacium perrexit, querens electum Treverensem ibidem, ut, si ipsum invenisset, sibi de ornamentis et reliquiis supradictis deportandis que audierat et perceperat retulisset. Quem cum non reperisset, redire ad suum monasterium quantocius intendebat. In reditu autem cernit fratres monasterii sui, sicut alia die preordinaverant, venientes obviam sibi cum reliquiis, devote et humiliter ducentes eas in civitatem conservandas; et stans in equo suo clamabat voce magna adversus fratres suos dicens: 'Ach de istis malefactoribus, qui nostrum monasterium spoliantes, reliquias nostras ignominiose deducunt[d]'! Quem arripientes servi et ministri fratrum predictorum, ipsumque proiectum de equo, vestibus eius per multas partes laceratis, pugnis et fustibus ipsum vehementer et sine misericordia ceciderunt. Qui sic cesus et confusus, non ad Sancti Mathie, sed ad Sancti Maximini monasterium velociter pergens, ad prefatum Wilhelmum de Meysenburch monachum confugit ibique cum ipso permansit. Hiis etenim sic peractis, procedentes fratres cum reliquiis et ornamentis suis intra civitatem Treverensem, sicut intendebant, occurrit eis ingens multitudo virorum et mulierum, fere quasi populus totus civitatis, flens et eiulans de ipsorum fratrum exilio miserabili et tantarum reliquiarum eductione, quod quasi prius numquam contigerat nec fuerat auditum; et sic usque ad ecclesiam maiorem sequentes, capsam cum reliquiis aliaque ornamenta in loco, ubi clavus Domini cum aliis reliquiis maioris ecclesie reconditus est, deposuerunt; reversique ad suum monasterium, alias reliquias et ornamenta, que in monasterio dimiserant, in locis secretis infra monasterium recondere et abscondere cogitaverunt; quod et fecerunt; timebant enim, sibi periculum imminere. Et quod verebantur, accidit.

18.[e] Interea nuncius ille, quem, sicut superius diximus, abbas Sancti Mathie cum sua[f] et abbatis Sancte Marie ad Martires, fratris sui, appellacionibus ad curiam Romanam transmiserat[g], reversus est, ferens secum a sede apostolica litteras inhibicionis contra electum predictum; quarum tenor talis est:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . abbati Sancti Martini Glandariensis Metensis dyocesis et cantori ecclesie Treverensis salutem et apostolicam benedictionem. Inquisicionem faciendam contra Henricum, qui se gerit pro electo Treverensi, super diversis criminibus fratribus Wilhelmo et Rorico de ordine Minorum per nostras litteras sub certa forma duximus committendam. Verum idem Henricus, qui multipliciter inquisicionem huiusmodi nititur impedire, ad excogitatam maliciam se convertens, postquam dicti exequutores ipsum propter hoc ad suam presenciam evocarant, circa festum resurrectionis dominice proximo[h] preteritum, prout accepimus, contra Sancti Mathie et Sancte Marie ad Martires monasteriorum Treverensium abbates, consanguineos alterius inquisitorum ipsorum, ut forte per hec impediret processum inquisicionis huiusmodi, vel iidem abbates, per quos super huiusmodi criminibus veritas sciri poterat, se subtraherent a ferendo testimonio contra ipsum, aut ipsos ad hoc inhabiles redderet, ad inquisicionem auctoritate propria incepit procedere super quibusdam criminibus, super quibus contra eos infamia nulla laborabat, et in ipsos, quamquam pro debitis, in quibus Romane tenetur ecclesie, foret excommunicacionis vinculo innodatus,

a) spal. 1. b) perterriti 4b. b*. c. c) matutiliorum (?) 1; matutinarum 4b. d) seducunt 4b. b*. c. e) 134. *W.* f) cum sua *des.* 4b*. g) transmiserant 4b. b*. h) *e corr.* 1; proxime 4b*.

propter quod alios ligare non poterat vel ad inquisicionem procedere contra eos seu iurisdictionem aliquam exercere, occasione huiusmodi excommunicacionis sentenciam dicitur promulgasse in elusionem mandati apostolici et scandalum plurimorum. Nolentes itaque, ut inquisicio facienda adversus dictum Henricum, cuius ex hiis crescit infamia et augmentatur suspicio contra eum, occasione huiusmodi retardetur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi processum et sentenciam ipsius Henrici denunciantes penitus non tenere, ipsum, quod a simili eorumdem abbatum et quorumlibet aliorum subditorum ecclesie Treverensis gravamine omnino desistat, monicione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellacione remota, cogatis. Ceterum si dictus Henricus aliquos propter hoc intrusit in abbacias monasteriorum ipsorum, de quo, si verum est, in illis partibus plene constat, intrusos huiusmodi ab eisdem monasteriis sine difficultate qualibet amovere curetis, eisdem abbatibus ad abbacias ipsas plenarie restitutis; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, conpescendo. Non obstante, si eidem Henrico aut aliquibus aliis a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint mencionem; sive qualibet alia indulgencia sedis eiusdem, de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum oporteat in nostris litteris plenam et expressam mencionem fieri, et[a] *per quam effectus presentium impediri valeat vel differri. Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur. Datum apud Urbem-Veterem 10. Kal. Iunii, pontificatus nostri anno secundo.* 1263. Mai 23.

19.[b] Hec inhibicio lecta fuit et publicata in refectorio maioris ecclesie coram omnibus prelatis et canonicis ecclesie Treverensis. Cum autem pervenisset ad noticiam electi et suorum, subridendo dixerunt, ipsam inhibicionem numquam de curia venisse, sed abbatem Sancti Mathie predictum habere quendam falsarium in una curcium[c] suarum iuxta Treverim sita, qui predictas inhibicionis litteras et eis consimiles fabricasset et fabricaret. Predicti eciam executores, videlicet abbas Sancti Martini Glandariensis et cantor ecclesie Treverensis, sentenciam inhibicionis predicte promulgarunt in hunc modum:

Nos Iohannes Dei gracia abbas[d] *Sancti Martini Glandariensis Metensis dyocesis et Iohannes cantor ecclesie Treverensis, iudices sive executores a sede apostolica constituti, processum inquisicionis habitum a domino Henrico electo Treverensi contra Theodericum Sancti Eucharii et Robertum Sancte Marie ad Martires abbates Treverenses super quibusdam criminibus et sentenciam excommunicacionis, si quam tulit in eosdem, pronunciamus non tenere, de mandato sedis apostolice speciali nobis iniuncto in hac parte; pro eo quod, cum idem electus pro quadam pecunie summa, in qua Romane tenetur ecclesie, esset excommunicacionis vinculo innodatus, alios ligare non poterat vel ad inquisicionem procedere contra eos seu iurisdictionem aliquam exercere, et Wilhelmum de Meysenburch, monachum Sancti Maximini Treverensis, cui dictus electus contulit abbaciam Sancti Eucharii Treverensis de facto et ipsum intrusit in eandem, quod est notorium et manifestum, in hiis scriptis amovemus, et Egidium de Mandirscheit*[e]*, monachum Sancte Marie ad Martires, cui dictus electus commisit administracionem abbacie Sancte Marie ad Martires, similiter amovemus ab ipsa administracione, et dictos Theodericum abbatem ad abbaciam Sancti Eucharii et Robertum abbatem ad abbaciam Sancte Marie ad Martires Treverenses plenarie restituimus; monentes*[f] *predictum electum, quod a dictorum abbatum et quorumlibet aliorum subditorum ecclesie Treverensis gravamine infra triduum omnino desistat. Item predictos Wilhelmum Sancti Maximini et Egidium Sancte Marie ad Martires monasteriorum monachos monemus, ne se de dictis abbaciis intromittant; alioquin predictum electum, quem ex nunc*[g] *tenore presencium excommunicamus, et eciam predictos Wilhelmum et Egidium*[h] *monachos, quos in hiis scriptis similiter excommunicamus, publice denunciamus excommunicatos et ab omnibus precipimus arcius evitari. Invocabimus enim contra predictos electum, Wilhelmum et Egidium monachos, si sit necesse, auxilium brachii secularis. Item priorem et conventum Sancti Eucharii Treverensis monemus, ut Theoderico ipsorum abbati obediant et intendant; alioquin predictos priorem et conventum, quos in hiis scriptis suspendimus, publice denunciamus suspensos. Item priorem et conventum Sancte Marie ad Martires monemus*[i]*, ut Roberto ipsorum abbati obediant et intendant; alioquin predictum priorem, quem in hiis scriptis excommunicamus, et conventum, quem*[k] *suspendimus, publice denunciamus ex-*

a) *deest* $4^{b.\,b^{*}.\,c}$. b) 135. *W.* c) *ita* 1, *ubi semper fere* cī *pro* ti *scriptum esse videtur.* d) *deest* 1. 4, *superscr.* 4^{b}. e) Manderscheit 4. f) moventes 1. — ipsum e. p. $4^{b.\,b^{*}.\,c}$. g) tunc $4^{b.\,b^{*}.\,c}$. h) Egidium S. Marie 4^{c}. i) *deest* 4. k) quem — excommunicatum *des.* 4^{c}.

1263. *communicatum et suspensum, et ab omnibus precipimus arcius evitari. Datum anno Domini* 1263.[*]

Predicti[a] eciam executores non contenti, quod inhibicionem a sede apostolica sibi commissam contra dictum electum litteratorie, sicut predictum est, sunt executi, verum eciam in Palacium ipsius electi personaliter accedentes, viva voce ipsum electum monuerunt, ut contra inhibicionem apostolicam sibi factam contra abbates predictos et conventum Sancti Mathie prefatum procedere aliquatenus non attemptaret.

20. Electus vero predictus in sua vesania pertinaciter perseverans, non deferens appellacionibus abbatum predictorum et conventus Sancti Mathie predicti, inhibicionem eciam apostolicam sibi ab executoribus predictis factam vilipendens, processit de facto, cum de iure non posset, ad diffinitivam sentenciam amocionis contra abbates predictos; quam sentenciam Iohannes decanus ecclesie[b] sancti Castoris in Confluentia, qui tunc erat officialis Treverensis, dictavit et legit ac eam in refectorio maioris ecclesie publicavit.

Iun. 18. 21.[c] Anno igitur Domini 1263, in die sanctorum Marcelliani et Marci prefatus electus cum multitudine magna et manu armata venit ad monasterium Sancti Mathie, ducens secum Wilhelmum de Meysenburch, monachum Sancti Maximini, necnon abbatem[1] totumque pene conventum eiusdem monasterii Sancti Maximini. In ipso autem[c*] impetu introitus electi precurrentes milites et ministri ipsius electi necnon nobilis viri Walteri[d] domini de Meysenburch, consanguinei dicti Wilhelmi monachi, cum quatuor transgressoribus monachis predictis, invadentes hostia turrium, violenter ea infringentes, aperuerunt, ascendentesque monasterium et turres ipsius monasterii, sicut castra et alie municiones muniri solent et occupari, ita eas militibus, ministris et cibariis, quarum[d*] ibidem magnam habundanciam reppererunt, munientes, occupaverunt. Electus vero cum suo Wilhelmo de Meysenburch monacho veniens eumque in choro in sede abbatis locans, postmodum eciam ipsum in capitulo in sede abbatis collocavit. Cumque[e] electus convocari fecisset fratres, volens inducere eos, ut dictum Wilhelmum monachum pro abbate recipientes, eidem tamquam abbati et pastori animarum suarum in spiritualibus et temporalibus intenderent et obedirent, omnes unanimiter ad ipsum venire recusabant, exceptis quatuor transgressoribus predictis. Alii autem fratres communiter cum pueris intrantes chorum, lacrimabiliter et cum magna voce ceperunt clamare ad Deum, et cantantes antiphonam *Media vita*[2], proiecerunt se proni in terram, dicentes oraciones ad hoc debitas et consuetas. Cum autem in terra sic iacerent, nichil mali sperantes, sed supernum auxilium implorantes: ecce unus de quatuor transgressoribus, qui erat super eos in turri, super thronum[3] dimittens magnum lapidem, eum qui collectam dicebat in choro ipso iactu pene occiderat[f]; sicque de ipso iactu lapidum omnes fratres ipsius monasterii cum pueris coacti sunt miserabiliter et contemptibiliter exulare.

22.[g] Venientes igitur ad ecclesiam maiorem, a prelatis et canonicis ipsius ecclesie consilium et auxilium super eorum miserabili exilio pecierunt. Qui benigne et laudabiliter ab eis recepti, ipsisque, ut dignum fuit, condolentes, in ipsa maiori ecclesia antiphonam *Media vita* cum debitis oracionibus et campanis pulsatis una cum eis ob vindictam flebiliter[h] decantabant. Prelati vero et canonici predicti videntes et considerantes manifestam iniuriam predictis fratribus factam, et quod tam miserabiliter de ipsorum[i] monasterio contra iusticiam essent expulsi, miserti sunt eorum, assignantesque eis in ipsorum emunitate habitacionem laudabilem et honestam, unicuique ipsorum fratrum prebendam tamquam uni de suis concanonicis, quamdiu ibidem essent, dari et assignari fecerunt de ipsorum redditibus et prebenda.

23.[k] Interea dum fratres predicti, a sui monasterii habitacione eiecti, alibi commorantes demorarentur, domino Henrico electo bona et possessiones ipsorum[l] extra monasterium sita per se et suos invadente, dictoque Wilhelmo monacho cum suis conplicibus in ipsorum monasterio nefarie residente cunctaque bona ipsorum in monasterio inventa, que

Iun. 11. *) 4^{c} *addit:* in crastino dominice qua cantatur[m] *Respice in me.*

a) *c.* 136. *inc. W.* b) *deest* 4^{c}. c) 137. *W.* c*) *post add.* 1. d) Valteri de 4^{c}. d*) *ita codd.* e) *c.* 138. *inc. W.* f) ceciderat $4^{b.b^{*}.c}$. g) 139. *W.* h) fideliter $4^{b.b^{*}.c}$. i) eorum $4^{b^{*}}$, *corr.* ipsorum 4^{b}. k) 140. *W.* l) eorum $4^{b.b^{*}.c}$. m) cantur 4^{c}.

1) Henricum a Duna. 2) *Media vita in morte sumus* etc. 3) Sedes abbatis in ecclesia; v. Ducange ed. Henschel VI, p. 584.

in magna ubertate in ipsorum nefando introitu reperierunt, videlicet cellaria vino optimo, 1263. granaria plena frumento, omnesque ipsorum monasterii angulos, ut ipsos bene decebat, plenos utensilibus, viliter[a] dissipante, in locis eciam divinis officiis deputatis corizantes ac ea pro lupanari et theathro reputantes aliaque criminosa et detestanda, Dei timore postposito, ibidem exercentes, universa tam claustri quam monasterii ipsorum commoda et officinas subvertebant. Quadam[b] eciam die, cum dictus Wilhelmus intrusus, cum suis complicibus in eorum malicia gloriantes, se sic gloriosum et sublimatum fore presumeret, vocans ad se magistram sanctimonialium in Horreo, sororem suam, cum aliis quam pluribus eiusdem monasterii monialibus, eamque honorifice et cum magna pompa suscipiens, cum totam diem in epulis et choreis transegissent, incumbentibus iam noctis tenebris, fessis pre nimia replecione omnibus, sompnoque gravati, dum se sopori dedissent, nescio qua sinistra sorte accidente, domus, in qua decubuerant, incensa est, ita ut tocius claustri structure ex ipso incendio, nisi omnipotentis Dei misericordia intervenisset, consumpte penitus fuissent et adnichilate. In mane autem tota civitas de ipso incendio repleta est rumoribus, aliis dicentibus, quod propter ebrietatem Wilhelmi monachi intrusi et suorum ipsum monasterium pene totum fuerat exustum, aliis qui in monasterio erant econtra dicentibus, quod illi[c] qui de ipso monasterio eiecti fuerant et expulsi ipsos cum monasterio incendere et concremare voluissent.

24.[d] Hiis ita transactis, fratres eiecti reliquias, ornamenta aliasque res monasterii sui, quas absconderant, perdere timentes, quosdam ex ipsis pro conservacione earum ad monasterium transmittunt. Qui venientes nocturno tempore, monasterium ipsum furtive et subtiliter ingressi, corpus beati apostoli[e] sui cum aliis reliquiis ab eis in locis monasterii sui secretis[f] absconsis[g], ut eas alibi tucius locarent, ad maiorem ecclesiam infra muros civitatis Treverensis, sicut ceteras reliquias fecerant, eadem nocte salvi evadentes detulerunt.

25.[h] Inter hec inquisitores predicti in dicto inquisicionis negocio sine cessacione procedentes, electum predictum undique fatigabant. Electus vero ex ipsa inquisicione timens sibi periculum inminere, cum videret, nulla racione se posse effugere inquisicionem predictam, cogitabat, qualiter dominum papam et inquisitores per mendacia et trufas[1] infamans, inquisicionem aliquatenus posset retardare et impedire. Finxit igitur rumores, quos per interpositas personas apud fratres Predicatores et Minores fecit et procuravit occulte publicari, videlicet quod idem electus pecuniam, in qua Romane ecclesie tenebatur, propter quam eciam fuerat[i] excommunicacionis vinculo innodatus, promptam haberet et paratam, eamque per mercatores Romanos, qui tunc iuxta eum erant, ad Romanam curiam transmittere deberet, ipsaque pecunia sedi apostolice persoluta, iidem mercatores beneficium absolucionis a domino papa obtinere deberent eidemque electo ipsam absolucionem remittere in continenti; sicque inquisicionis negocium penitus adnichilari debere, dictosque inquisitores occasione huiusmodi inquisicionis non commodum vel honorem, sed ad extremum obprobrium et confusionem reportare debere. Cumque hoc ad domini pape pervenisset noticiam, ipse de tam detestabili et dolosa adinvencione[k] multum commotus, consilioque fratrum cardinalium super hoc habito, prefatis inquisitoribus iterato suas litteras destinavit, hanc formam continentes:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Willelmo et Rorico fratribus ordinis Minorum salutem et apostolicam benedictionem. Sepe sagittant in occultis inmaculatum dolosa labia detractorum, sepe venenum aspidum dampnabili calliditate diffundunt, ut ledant calumpniosis flatibus innocentem; hii sunt, quos propria vexat iniquitas, ut in agro bonarum mencium semina detractionis effundant: ab horum inviis profecto non deviant, sed eorum annumerari numero promerentur, qui obloqui et scribere detrahendo presumunt, quod Henricum, qui se gerit pro[l] Treverensi electo, ab inquisicionis examine, commisso vobis per litteras apostolicas contra eum, liberare proponimus, si pecuniam, in qua ecclesie Romane tenetur, duxerit persolvendam. Qui eciam, ut audivimus, ad huiusmodi mendacii promocionem adiciunt, dictum Henricum pecuniam ipsam habere paratam, ut, verum esse quod iidem asserunt

a) viriliter $4^{b.\,b*}$. b) *c.* 141. *inc. W.* c) ipsi 4. $4^{b.\,c}$; ipse 4^{b*}. d) 142. *W.* e) ap. sui *post corr* Mathie ap. 4, *et ita* $4^{b.\,b*.\,c}$. f) secretis *corr.* secrete 4; abscure *corr.* secure 4^{b}, *et ita* $4^{b*.\,c}$. g) absconsas 1, *corr.* absconsis 4. h) 143. *W.* i) fuit $4^{b.\,b*.\,c}$. k) invencione $4^{b.\,b*.\,c}$. l) *deest* $4^{b.\,b*}$; g. Treverẽ. electum *corr.* g. pro Trever. electo 4.

1) *trufa* i. e. fraus, nequitia, iocus. DUCANGE.

1263. *alii suspicantes, credant, liberacionem ipsius esse vicinam, et per hoc circa negocium inquisicionis eiusdem, quod laudabiliter incepisse dicimini, prosecucio vestra tepescat. Porro si non intendimus ipsi Henrico debitum ecclesie predicte dimittere, non est presumendum, quod ob id in ipso velimus offendere Deum ulcionum, eundem Henricum liberando taliter ab hiis, in quibus ipsum habere creditur idem Dominus debitorem. Novimus etenim, quod nos liberacio huiusmodi arcius obligaret, dum ipsius peccata nobis imponeret contra nos, quod summopere, quantum nobis ex alto permittitur, vitare intendimus, in iudicio deferenda, colloque nostro eius culpas annecteret, quas nostras per hoc procul dubio faceremus; nec oportet vos in negocio prefato tepescere pretextu debiti memorati, presertim cum, qualiscumque de ipso exitus habeatur, nichilominus tamen ad huiusmodi debitum nobis et eidem ecclesie Romane Treverensis ecclesia teneretur. Propter quod non est verisimile, quod inchoatam contra eum intendamus prosecucionem iusticie preterire, immo, si plenam domum argenti et auri nobis idem Henricus liberaliter expansis manibus largiretur, non[a] pateretur nostra consciencia, nos ipsius, quo[b] taliter diffamatur, dissimulare delictum, cum vicium symonie, quo publice dicitur irretitus, in ipso tanto amplius detestemur, quanto ampliori eum[c] benivolentia prosequi solebamus. Ideoque devocionem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis[d] scripta in virtute obediencie precipiendo mandantes, quatenus aures ab huiusmodi mendaciis avertentes, in predicto negocio iuxta formam vobis traditam cum debita diligencia celeriter procedatis, ita quod non contingat ipsius peccata de vestris requiri manibus, sed exinde sollicitudo vestra meritum sibi comparet apud Deum, nosque illam commendare merito valeamus. Datum apud*
1263. Apr. 17. *Urbem-Veterem* 15. *Kal. Maii, pontificatus nostri anno secundo.*

26.[e] Verum cum tenor littere predicte ad noticiam dicti electi pervenisset, ultra quam credi potest turbatus est. Videns autem omnem suam artem et industriam ad amocionem inquisicionis predicte in nulla parte prevalere, omne inpedimentum sibi factum dictis abbati et conventui Sancti Mathie inputans, cum ipsum abbatem ledere non posset — erat enim idem abbas, sicut prediximus, in districtu domini ducis Lothoringie[f] bene securus —, omnibus modis quibus potuit et[g] cogitavit et proposuit, se in conventu, videlicet fratribus eiectis, vindicare. Misit igitur litteras suas per omnes parrochias civitatis Treverensis, inhibens omnibus civibus civitatis eiusdem sub pena excommunicacionis, ne aliquis eorum predictis expulsis fratribus in ipsa civitate manentibus aliquid mutuarent vel concederent vel in aliquo ipsis presumerent subvenire. Fecit eciam vocari coram se scabinos civitatis, inhibens eciam et ipsis sub obtentu gracie sue, ne aliquis eorum eisdem fratribus in aliquo contractu faciendo, mutuando vel concedendo aliquatenus subveniret. Unus autem scabinorum, qui tunc pro tempore ipsorum erat creditor, dicti monasterii Sancti Mathie specialis amicus, sic dicitur electo respondisse coram omnibus qui ibidem aderant presentes: 'Domine, etsi michi inhibueritis, ut dictis expulsis fratribus non concedam aliquid vel mutuem, tamen, si eisdem de bonis meis michi a Deo collatis aliquid gratis volo dare vel impendere, non potestis nec debetis inhibere. Scire etenim debetis, quod, quamdiu predicti fratres in exilio fuerint constituti, omnia que habeo vel habere potero ipsis gratis dabo et ad necessitatem victus administrabo'. Audientes hec omnes circumstantes, mirati sunt de ipsius viri tanta constancia. Electus vero videns se in hiis ceptis non posse proficere, confusus est, nec talem inhibicionem deinceps facere attemptavit, ipsos tamen ubicumque potuit lesit et inquietavit.

27.[h] Istis autem per aliquod tempus sic durantibus, fratres eiecti saniori freti consilio ordinaverunt inter se, ut duos de ipsorum consorcio, qui sibi ad hoc expedire videbantur, ad sedem apostolicam destinarent, qui domino pape et cardinalibus rem gestam et processum ipsius electi per ordinem exponentes, qualiter ad suum monasterium restitui possent, consilium et auxilium a domino papa et cardinalibus prefatis implorarent.

28. Audiens autem dominus papa, qualiter idem electus ipsos abbatem et conventum, non deferens appellacionibus ipsorum nec inhibicioni sibi a sede apostolica facte, ipsum abbatem per sentenciam diffinitivam amoverat de facto, conventumque, qui eidem in hoc optemperare noluerat, de sui monasterii habitacione violenter et contra iusticiam[i] eiecerat, commotus est; vocatisque cardinalibus, qualiter dictis abbati et conventui subvenire, qua-

a) non — diffamatur *desunt* 4b*. b) qui 4b. c. c) cum 4b. b*. d) p. a. s. v. *corr.* p. a. v. s. 4b; v. p. a. s. 4b*; p. a. s v. 4c. e) 144. *W.* f) Lotharingie 4c. g) *deest* 1. h) 145. *W.* i) *post add.* 1.

literque dicti electi insolenciam corrigere possent, deliberaverunt[a]. Habito[b] igitur consilio, viris venerabilibus et discretis, .. abbati Sancti Martini Glandariensis et Iohanni cantori ecclesie Treverensis dominus papa direxit litteras suas super ipso negocio sub hac forma: 1263.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. abbati Sancti Martini Glandariensis Metensis dyocesis et .. cantori ecclesie Treverensis salutem et apostolicam benedictionem. Quam[c] sit mundus positus in maligno et habundet iniquitatum diluvium super terram, manifeste perpendit, qui prudenter advertit perniciosos excessus temporibus istis per viros ecclesiasticos, qui altitudine loci et debito religionis alios ad bonum informare debuerant, in Treverensi[d] civitate commissos. Dudum siquidem dilectis filiis, fratribus Wilhelmo et Rorico de ordine Minorum, inquisicionem contra Henricum, qui pro Treverensi electo se gerit, per nostras litteras sub certa forma super diversis commisimus criminibus faciendam; et cum iidem inquisitores ipsum Henricum propter hoc ad suam presenciam evocassent, idem Henricus, qui tamquam male sibi conscius multipliciter inquisicionem huiusmodi nisus[e] est hactenus et adhuc nititur impedire, ad excogitatam maliciam se convertens, contra Sancti Mathie et Sancte Marie ad Martires Treverensium monasteriorum abbates, consanguineos alterius inquisitorum ipsorum, ut forte per hoc eiusdem inquisicionis impediret processum, vel iidem abbates, per quos super huiusmodi criminibus haberi poterat testimonium veritatis, se subtraherent a ferendo testimonio contra ipsum, aut eos ad hoc inhabiles redderet, ad inquisicionem contra ipsos auctoritate propria incepit procedere super quibusdam criminibus, super quibus nulla contra eos infamia laborabat, et in ipsos, quamquam idem Henricus pro debitis, in quibus Romane tenetur ecclesie, foret excommunicacionis vinculo innodatus, propter quod alios ligare non poterat vel contra eosdem abbates ad inquisicionem procedere seu[f] iurisdictionem aliquam exercere, excommunicacionis sentenciam promulgavit, in elusionem mandati apostolici et scandalum plurimorum. Cumque id nostro esset apostolatui fide dignorum assercione veridica reseratum, nos vobis per nostras dedimus[g] litteras in mandatis, ut huiusmodi processum et sentenciam ipsius Henrici denunciantes penitus non tenere, ipsum, quod a simili eorumdem abbatum et quorumlibet aliorum subditorum ecclesie Treverensis gravamine omnino desisteret, monicione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, cogeretis, iniuncto nichilominus vobis, ut, si dictus Henricus propter hoc in abbacias monasteriorum ipsorum aliquos intrusisset, intrusos huiusmodi amoveretis sine difficultate qualibet ab eisdem, ipsis abbatibus ad abbacias ipsas plenarie restitutis, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, conpescendo; invocato ad hoc, si opus esset, auxilio brachii secularis. Licet autem processum per dictum Henricum contra ipsos abbates in hac parte habitum iuxta formam vobis traditam nunciavissetis irritum et inanem ac ipsum Henricum earumdem litterarum auctoritate monueritis diligenter, ut a qualibet[h] super hoc ipsorum molestacione desistere procuraret, in eum, si secus faceret, excommunicacionis sentencia promulgata: ipse tamen conceptam nequiciam in opus perducens, quadam die, cum ex more ad dictum monasterium Sancti Mathie devocionis causa civium et populi Treverensis conflueret multitudo, quosdam Sathane satellites cum huiusmodi multitudine dolose dicitur submisisse, qui oracionis pretextu ipsum monasterium fraudulenter ingressi, tandem turres ipsius, in quibus campane pendebant, favente custode, proditorie ascenderunt, sicque municionibus eius captis, abbate quoque dicti monasterii extra idem monasterium pro ipsius negociis tunc agente, monachos ibidem inventos exinde cum lapidibus ausu sacrilego eiecerunt, illo, qui collectam in choro dicebat, ex huiusmodi iactu lapidum fere perempto; ac protinus subsequens eos dictus Henricus, Wilhelmum, [monachum[i]] monasterii Sancti Maximini Treverensis[k] dicti ordinis, infamem, discolum et perversum, in eiusdem monasterii Sancti Mathie abbatem intrudens, et administracionem predicti monasterii Sancte Marie ad Martires Egidio ipsius monasterii monacho de facto committens, dictos monachos in conventu ipsius monasterii Sancti Mathie collectos exhortacionibus et minis laboravit inducere, ut eundem pro abbate habentes, ei ut abbati et pastori animarum suarum in spiritualibus et temporalibus obedirent. Sed ipsi super hoc obtemperare nolentes eidem, sicut eciam nec debebant, ad Treverensem ecclesiam, ut in capitulo Treverensi super hiis querelam deponerent, accesserunt, et tandem ad ipsum monasterium Sancti Mathie, cum essent eius turres armatis munite, redire non irracionabiliter formidantes, dispersi et profugi coacti sunt extra ipsum monasterium

a) delibaverunt 1. 4. b) *c.* 146. *inc. W.* c) q͞m *corr.* q̄m 4b, *et ita* 4b*. d) c. Tr. 4. e) visus 4b. b*. c. f) vel 4b. b*. c. g) l. d. 4. h) quolibet 1. 4. i) *deest codd.* k) *post add.* 1.

1263. *Sancti Mathie miserabiliter exulare; sicque dictum monasterium, quod in illis partibus et in tota Germania velut religionis speculum in spiritualibus et temporalibus florere solebat, abbatis regimine ac debitis monachorum obsequiis destitutum, iacet totaliter desolatum, et Henrico et Wilhelmo intruso predictis prodigalitate continua dilapidantibus bona eius, abbas ipse una cum eisdem monachis cogitur contemptibiliter exulare. Sane, quam sit presumptuosus et detestabilis excessus huiusmodi, instituta canonica manifestant, que inter alia iubent, presulem, qui scienter in locum viventis se intrudi permisit, ei tradi cuius locum noscitur occupasse, ab ipso in custodia detinendus vel transmittendus ad sedem apostolicam per eundem. Quia igitur latum pandit delinquentibus sinum qui non condempnat errata, discrecioni vestre per apostolica scripta in virtute obediencie et sub pena excommunicacionis districte precipiendo mandamus, quatenus vos vel alter vestrum super hiis de plano et sine iudiciorum strepitu, veritate comperta, dictos abbates quoad omnia ad eum statum reducere studeatis, in quo erant, quando predictus Henricus cepit inquirere contra eos; ipsum abbatem monasterii Sancti Mathie ac eius monachos predictos*[a] *in possessionem eiusdem monasterii Sancti Mathie*[b] *et omnium pertinenciarum eius quantocius reducendo, ac restituendo abbati predicto ipsius monasterii Sancte Marie predictam administracionem eiusdem; et Egidio, Wilhelmo intruso et occupatoribus predictis ab ipsis prorsus amotis, faciatis dictis abbatibus restitui universa, que Henricus, Egidius, Wilhelmus intrusus et occupatores predicti de bonis ipsorum monasteriorum quomodolibet habuerunt. Et quia sine culpa non possemus circa huiusmodi culpam intrusi predicti relaxare vindictam, volumus et sub eisdem virtute ac pena districte vobis iniungimus, quatinus ipsum intrusum in predicto suo monasterio arte custodie retrudatis, ac eum tunc demum, cum per condignam penitenciam expiaverit tantum crimen, conventus eiusdem monasterii sui consorcio restitutum, faciatis in choro et capitulo ultimum perpetuo permanere; et si super hoc eius abbas et conventus [se*[c]*] nimium difficiles redderent, ipsum Wilhelmum intrusum in alio monasterio eiusdem ordinis vicinarum parcium iuxta premissum modum*[d] *retrudere studeatis, constituentes, eum esse ineligibilem ad administraciones ordinis cuiuscumque; ad hoc universitatis Treverensis et principum, baronum ac militum illarum parcium auxilium invocando. Non obstante appellacione, quam*[e] *Henricus et Wilhelmus intrusus predicti a vobis dicuntur ad*[f] *sedem apostolicam emisisse, cum tales audiri non soleant nec debeant appellantes; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, conpescendo. Et quia dictus Henricus sentenciam excommunicacionis per vos in eum, ut predicitur, promulgatam, quam incidisse dicitur, dampnabiliter, ut intelleximus, vilipendit: volumus et mandamus, ut, si eum sentenciam ipsam incurrisse constiterit et ipsam per tres menses sustinuerit animo indurato, ipsum singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et*[g] *candelis accensis, per omnes civitates et loca, in quibus videritis expedire, usque ad satisfactionem condignam excommunicatum publice nuncietis et faciatis ab omnibus arcius evitari; aggravaturi huiusmodi sentenciam contra eum, prout eius proterviam videretis promereri; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, conpescendo. Datum apud Urbem-Veterem 3. Nonas Septembris, pontificatus nostri anno secundo.*

1263. Sept. 3. 29.[h] Execucio[*] vero iudicum[i] et mandati predicti talis est:

Licet igitur contenta in dicto auctentico[k] *essent notoria et manifesta, ita quod non poterant celari aliqua tergiversacione in civitate, dyocesi et in tota provincia Treverensi; volentes tamen nichilominus super contentis in eo inquirere veritatem, Wilhelmum de Meysenburch, monachum Sancti Maximini Treverensis, qui monasterium Sancti Mathie Treverensis detinet occupatum, citari fecimus ad certam diem, ad quam quendam cum mandato transmisit*[l] *procuratorem, non ut se defenderet, sed ut nostro iudicio illuderet. Fuit enim dictus procurator pro*[m] *offensa manifesta excommunicatus et publice in civitate Treverensi excommunicatus denunciatus, propter quod ipsum non duximus admittendum. Et quia dictus Wilhelmus monachus per totam diem sibi assignatam et insequentem usque ad horam sextam expectatus, per se vel per procuratorem ydoneum non comparuit, Theoderico abbate Sancti Mathie Treverensis per procuratorem lega-*

*) Execucio vero iudicum predictorum, scilicet viri religiosi Iohannis Dei gratia abbatis Sancti Martini Glandariensis Metensis dyocesis et viri honorabilis Iohannis cantoris ecclesie Treverensis, talis est 4.

a) ac eius — s. Mathie *des.* 4b. b*; priorem et monachos in 4c. b) m. s. M. *des.* 4c. c) *deest* 1. 4. 4b; n. d. se 4c. d) *post add.* 1. e) quem 4. f) ad dictam s. 4c. g) *deest* 4b. b*. c. h) 147. *W.* i) i. et *post add.* 1. k) antentico 4. 4b. l) misit *corr.* transmisit 1. m) per 4b. b*.

liter institutum et Engilberto priore[a] *dicti monasterii Sancti Mathie pro se et conventu eiusdem monasterii coram nobis comparentibus et quantum debuerunt expectantibus: ideo dictum Wilhelmum monachum reputavimus contumacem, et eius contumacia non obstante, testes duximus recipiendos super negocio nobis demandato. Et cum ipsorum dicta publicassemus et diem ad diffiniendum assignassemus, cum semper*[b] *dictus Wilhelmus monachus per contumaciam esset absens, Dei presencia eius absenciam replente, cum omnia, que in mandato apostolico continentur, invenerimus esse vera, Theodericum abbatem dicti monasterii Sancti Mathie et Robertum abbatem Sancte Marie ad Martires per diffinitivam sentenciam reducimus in omnibus in eum statum, in quo erant, quando predictus Henricus electus Treverensis incepit inquirere contra eos; ac ipsum Theodericum abbatem, priorem et monachos in possessionem eiusdem monasterii Sancti Mathie et omnium pertinenciarum eius restituimus in omnibus, necnon Roberto abbati monasterii Sancte Marie ad Martires administracionem similiter restituimus eiusdem, et Wilhelmum monachum a dicto monasterio Sancti Mathie et Egidium de Manderscheit*[c]*, monachum monasterii Sancte Marie predicti*[d]*, ab administracione eiusdem sentencialiter amovemus. Item Wilhelmum monachum predictum constituimus esse ineligibilem ad administraciones*[e] *ordinis cuiuscumque. Item eidem Wilhelmo monacho intruso in dicti monasterii Sancti Mathie abbaciam firmiter iniungimus, ut usque ad festum beati Martini hyemale*[f] *proximo venturum, monasterio Sancti Mathie dicto Theoderico abbati et monachis ipsius*[g] *dimisso, ad Sancti Maximini monasterium, cuius monachus existit*[h]*, revertatur. Et decernimus*[i] *eum arte custodie mancipandum in ipso monasterio Sancti Maximini, donec expiaverit per condignam penitenciam tantum crimen in predicto monasterio Sancti Mathie commissum; ac ipsum Wilhelmum monachum decernimus in conventus sui monasterii Sancti Maximini consorcio in choro et capitulo ultimum perpetuo permanere. Et si super hoc abbas et conventus Sancti Maximini se nimium difficiles redderent, dictum Wilhelmum monachum in alio monasterio eiusdem ordinis vicinarum parcium, videlicet civitatis, dyocesis aut provincie Treverensis, iuxta premissum modum decernimus retrudendum. Item supradictum Wilhelmum monachum intrusum et Walterum de Meysenburch, filium fratris ipsius Wilhelmi, qui per se et suos dictum monasterium Sancti Mathie detinent occupatum, ad faciendam restitucionem omnium ablatorum a*[k] *die qua dictus Wilhelmus fuit intrusus in dictum monasterium Sancti Mathie, quorum ablatorum summa est quinque milia marcarum denariorum Coloniensium, que ad ipsos et occupatores eorum pervenerunt, sicut nobis constat per predictorum Theoderici abbatis et conventus iuramentum, in eisdem quinque milibus marcis ipsis Theoderico abbati et conventui sentencialiter condempnamus. Lata est hec sentencia in ecclesia Treverensi feria tercia post festum omnium sanctorum, continuata a die precedenti in eandem, presentibus viris venerabilibus Symone maiore preposito et archidiacono Treverensi, Roberto abbate Medyolacensi ordinis sancti Benedicti Treverensis dyocesis, Friderico abbate Villariensi ordinis Cisterciensis Metensis dyocesis multisque aliis prelatis et canonicis et clericis et laicis Treverensibus, anno Domini* 1263.

1263. Nov. 6.

Cum[l] autem tenor sentencie supradicte ad noticiam dicti electi pervenisset, induratum est cor Pharaonis, nec hac quidem[m] vice filios Israel, qui erant dispersi et profugi, videlicet abbatem et conventum monasterii[n] Sancti Mathie, restituere nec revocare curavit.

30. Videns eciam papa dictum electum in sua pertinacia perseverare, scripsit suffraganeis ecclesie Treverensis contra dictum electum sub tali forma:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis episcopis suffraganeis Treverensis ecclesie, graciam et communionem apostolice sedis[o] *habentibus, ac dilectis filiis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, conventibus et capitulis, rectoribus, canonicis et clericis ecclesiarum provincie Treverensis salutem et apostolicam benedictionem. Henricus, gerens se pro electo Treverensi, propter detestabilem excessum, quem contra dilectos filios .. Sancti Mathie et .. Sancte Marie ad Martires monasteriorum Treverensium abbates superbe temeritatis ausu conmisit, ut*[p] *asseritur, in locum ipsius abbatis Sancti Mathie post inhibicionem auctoritate litterarum nostrarum sibi factam Wilhelmum de Meysenburch, monachum Sancti Maximini Treverensis, temeritate propria intrudendo et administracionem eiusdem monasterii Sancte Marie cuidam illius monasterii monacho illusorie committendo, in ex-*

a) priori $4^{b.\,b^*.\,c}$. b) super $4^{b.\,b^*}$. c) Mandelscheit 4^{b^*}. d) monasterii s. Marie ad Martyres monachum predicti $4^{b.\,c}$. e) administrationis 4. $4^{b.\,b^*}$; administrationem 4^{c}. f) hyemal' 1. g) *post add.* 1. h) est *corr.* existit 1. i) decrevimus $4^{b.\,b^*}$. k) a – ablatorum *des.* 4^{b^*}. l) *c.* 148. *inc. W.* m) quidam 4. 4^{b^*}; quidem *corr.* quidam 4^{b}. n) *deest* 4^{c}. o) ecclesie apostolice 4^{c}. p) et $4^{b.\,b^*.\,c}$.

1263. *communicacionis sentenciam, in eum, si contra inhibicionem veniret huiusmodi, auctoritate litterarum ipsarum rite prolatam, dicitur incidisse. Cum igitur eum excommunicatum denunciari, premissis veris existentibus, mandemus, et ab omnibus usque ad satisfactionem condignam arcius evitari et aggravari huiusmodi sentenciam contra ipsum, prout eius protervitas videbitur promereri, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes, quatinus ad requisicionem iudicum, quibus denunciacionem huiusmodi committendam duximus, vel subdelegatorum suorum, dictum Henricum tamquam excommunicatum arcius evitetis et faciatis, vos episcopi et archidiaconi, a vestris subditis evitari. Alioquin sentenciam, quam iidem iudices in vos propter hoc rite protulerint, ratam*[a] *habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, appellacione remota, inviolabiliter observari. Datum apud Urbem-Veterem Idus Septembr., pontificatus nostri anno tercio*[b].

1263. Sept. 13.

31.[c] Verum predictus Wilhelmus monachus senciens et intelligens, quod non per longum tempus posset stare in monasterio Sancti Mathie predicto, presertim cum videret cottidie et audiret, nova mandata diversis personis contra ipsum pro dicto Theoderico abbate Sancti Mathie scribi et destinari, cogitavit in corde suo[d] et proposuit, quod per varios contractus et mutuaciones ipsum monasterium ad talem statum vellet deducere, quod, si eciam Theodericus abbas et conventus Sancti Mathie predicti aliquando restituerentur, — quod eciam verebantur[e] — ipsum monasterium tantis invenirent debitis obligatum, quod usque in perpetuum numquam a debitorum onere posset[f] relevari. Quod cum domino pape significatum fuisset, volens dicto monasterio super huiusmodi contractibus faciendis precavere, domino . . abbati Sancti Martini Glandariensis super huiusmodi contractibus suas litteras direxit sub hac forma:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati Sancti Martini Glandariensis Metensis[g] *dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Res nimis orrida nostris sensibus, et que iuste indignacionis zelo viscera nostra commovit, nuper nostrarum aurium molestavit auditum, insinuato nobis, quod Henricus, qui pro Treverensi electo se gerit, quasi glorietur, cum male fecerit, et in rebus pessimis delectetur, dilectum filium Theodericum abbatem monasterii Sancti Mathie Treverensis ordinis sancti Benedicti non sine multa presumpcione de ipsius monasterii abbacia removit, et quendum monachum nomine Willelmum, sue, ut creditur, pravitati conformem, in locum eiusdem abbatis intrusit; et quod dictus intrusus ab iniquis ipsius Henrici actibus non declinans, et sciens, quod modicum tempus habet*[h]*, bona dicti monasterii vendit, obligat, distrait, concedit, alienat, et tamquam ille, cui non est cura de talibus, indifferenter pro sua voluntate consumit. Nos igitur indempnitati eiusdem monasterii providere salubri remedio et perversorum obviare maliciis cupientes, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus omnes vendiciones, obligaciones, distractiones, concessiones et alienaciones huiusmodi factas vel faciendas, seu quoscumque contractus*[i] *cuiuslibet alterius generis super rebus vel bonis eiusdem monasterii per dictum intrusum presumptos vel in posterum presumendos cum quibuscumque personis, adiectas quoque penas in eis et interposita iuramenta seu scripturam quamlibet inde confectam denuncies auctoritate nostra, in locis in quibus expedire videris, et per alium seu alios denunciari facias, aliquatenus non tenere ac nullius omnino existere firmitatis; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, conpescendo. Non obstante aliqua sedis apostolice indulgencia, per quam effectus presencium inpediri valeat vel differri. Datum apud Urbem-Veterem 12. Kal. Novembr., pontificatus nostri anno tercio.*

1263. Oct. 21.

Cum[k] igitur predicta littera per abbatem Sancti Martini Glandariensis prefatum execucioni fuisset demandata, et hoc ad Wilhelmi intrusi noticiam pervenisset, turbatus est et confusus, videns, quod dominus papa sibi in omnibus adversaretur.

32. Preterea[l] dominus papa omnibus fidelibus ecclesie Treverensis, universitati et scabinis civitatis Treverensis litteras suas direxit, continentes hunc tenorem[m]:

Urbanus[n] *episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis omnibus fidelibus ecclesie Treverensis, scabinis ac universitati Treverensi salutem et apostolicam benedictionem. Quo-*

a) ratas 1. 4. b) tercio etc. 4b*. c) 149. *W.* d) *post add.* 1. e) verebatur 4c; *sed haec cum sequentibus iungi possunt.* f) possent *corr.* posset 1. g) M. d. *des.* 4. h) habens *corr.* habet 4; habebat 4b*; habeat 4b. c. i) tractatus 4b*. c. k) *c.* 150. *inc. W.* l) Quod videns dominus papa omnibus 4c. m) t. in hoc forma 4b*. n) *eadem bulla infra iterum occurrit, similis vero* magistro scabinorum et 13 iuratis Metens. directa, *quarum lectiones* 1* *et* 1c *indicavi.*

niam timorem Domini et zelum ad ecclesiasticam libertatem mentibus vestris infusos esse didicimus, vobis cum fiducia porrigimus preces illas, que beneplacito divino concordant et defensionem implorant ecclesiastice[a] libertatis. Sane inter alia, que mentem nostram sauciant, non minimum ipsam exasperat horrendus excessus superbe temeritatis ausu commissus contra dilectos filios . . Sancti Mathie et[b] Sancte Marie ad Martires monasteriorum Treverensium abbates ordinis sancti Benedicti per Henricum se pro electo Treverensi gerentem, qui in locum eiusdem abbatis monasterii Sancti Mathie dampnabili presumpcione quendam intrusisse[c] et eius conventum exulare compellere dicitur[d], administracionem dicti monasterii Sancte Marie cuidam eiusdem monasterii monacho[e] committendo. Cum itaque super hoc dilectis filiis . . abbati Sancti Martini Glandariensis Metensis dyocesis et cantori Treverensi nostras sub certa forma litteras dirigamus, universitatem vestram attente requirimus et rogamus, quatinus pro nostra et apostolice sedis reverencia super hoc ad[f] eorumdem iudicum requisicionem oportunum ac debitum auxilium largiri curetis[g], ita quod vobis mediantibus super correctione tanti excessus nostris beneplacitis satisfiat, et nos vobis propter[h] hoc speciales gracias referamus. Datum apud Urbem-Veterem 5. Idus Septembris, pontificatus nostri anno tercio[i].

1263. — 1263. Sept. 9.

33.[k] Inter hec fratres, qui, ut superius diximus, a domino abbate et fratribus ad sedem apostolicam missi fuerant, reversi sunt, negocio suo, pro quo ierant, favente divina clemencia secundum voluntatem ipsorum bene et optime peracto. Venientes autem et procedentes secundum tenorem litterarum, quas a dicta sede tulerant, necnon sentenciam delegatorum sedis eiusdem, videlicet abbatis Sancti Martini Glandariensis et cantoris ecclesie[l] Treverensis, ipsam excommunicacionis sentenciam in Henricum electum, Wilhelmum monachum intrusum et in omnes complices, fautores et adiutores eorum per omnia monasteria et parrochias civitatis necnon tocius dyocesis Treverensis promulgari et publicari fecerunt. Vocatis eciam[m] scabinis et civibus civitatis Treverensis, humiliter ipsos deprecabantur, ut ob reverenciam omnipotentis Dei et gloriosi apostoli Mathie[n] sedisque Romane, sicut in mandatis ab ipsa sede acceperant, malefactores predictos, videlicet Wilhelmum intrusum omnesque sibi faventes, qui ipsum monasterium beati Mathie apostoli detinebant occupatum, brachio seculari ab ipso monasterio Sancti Mathie, quod inique possidebant, eicere et expellere niterentur. Quod[o] intelligens electus prefatus timensque sibi ex hoc ingens periculum inminere, mandavit Wilhelmo intruso suisque complicibus, ut, monasterio Sancti Mathie dimisso, ad suum monasterium, videlicet Sancti Maximini, de quo venerant, in continenti redirent. Qui primo mandato electi obedire contempnens, ibidem permansit. Electus vero videns sibi maius periculum occurrere posse ex temeraria dicti Wilhelmi monachi presumpcione, secundo et tercio mandavit[p] ei sub obtentu gracie et honoris sui, ut cederet loco. Satellites vero Wilhelmi predicti cernentes et considerantes, quod mandatis et preceptis dicti electi diucius resistere non possent, ipsosque in dicto monasterio Sancti Mathie nulla racione posse permanere, unus post unum recedens, tandem se singuli furtive subtrahentes, paulatim pene omnes abierunt. Videns autem Wilhelmus monachus intrusus suique satellites et fautores, qui adhuc secum erant, ipsos in ipso monasterio aliquatenus non posse stare, quodque famuli sui de ipso monasterio furtive fugientes recessissent, eosque omnibus modis cedere oportere, confusi nimiumque territi et turbati, cogitaverunt et proposuerunt omnia bona fratrum eiectorum, que infra monasterium erant, dissipare et adnichilare. Cyppum igitur, qui retro tumbam beati Mathie apostoli stabat, in quem fideles elemosinas suas proicere consueverant, confringentes aperuerunt et quicquid in ipso invenerunt totaliter abstulerunt. Sed et candelis magnis, que in monasterio ante tumbam et altare dicti apostoli stabant, depositis et confractis, loco earumdem candelarum ligneos truncos coloratos ad instar candelarum reposuerunt, et tali arte simplices homines decipientes et illudentes, eum, cui occulta cordium manifesta sunt, fallere non potuerunt.

34. Quod cum fratribus expulsis multorum relacione veridica innotuisset, non modicum contristati nec sibi bene conscii quid ipsis super hoc esset faciendum, unanimi consilio ad maiorem prepositum, qui[q] erat frater carnalis predicti abbatis, ceterosque prelatos ecclesie Treverensis accedentes, lacrimabili voce consilium et auxilium super hiis que in

a) huiusmodi $1^{*.\prime}$. b) et — S. Mathie *desunt* 4^{b*}. c) intrusit $1'$. d) compellit exulare $1'$. e) monasterio $1'$. f) et $4^{b.\,b*.\,c}$. g) velitis $1'$. h) super 1^{*}. i) tercio etc. 4^{b*}. k) 151. *W.* l) *deest* 4^{b}. m) autem $4^{b.\,b*.\,c}$. n) ap. s. Mathie $4^{b.\,b*.\,c}$. o) *c.* 152. *inc. W.* p) mandato 4^{b}; mandato ei — loco precepit $4^{b*.\,c}$. q) q. f. e. c. p. a. *in marg. suppl.* 1.

1263. ipsorum[a] monasterio fiebant humiliter postulabant. Audientes[b] autem prelati et canonici omnia enormia et execranda que in iam dicto Sancti Mathie monasterio committebantur, ultra quam credi potest territi et turbati, fecerunt convocari omnes prelatos et canonicos ecclesiarum[c] Treverensium necnon omnes scabinos cunctosque cives civitatis Treverensis, quos poterant habere meliores, et maiorem campanam pulsari[d] iusserunt, ut convenirent pusilli cum maioribus, audituri quidnam hoc esset. Quibus convenientibus, maior prepositus, qui tunc inter omnes prelatos Treverenses senior erat et facundior, taliter exorsus ait: 'O vos Christi fideles, flete intimo cordis suspirio, quoniam merito flere debetis miserabilem subversionis conculcacionem magni patroni tocius Alamannie atque eius basilice[e] inmanem evulsionem ab infidelibus malefactoribus perpetratam, videlicet Wilhelmo intruso suisque complicibus, qui velut lupi rapaces et bestie crudeles, quos fidelium humanitas sustinere non deberet, sanctissimum locum plurimorum sanctorum et precipue ipsius apostoli Mathie[f] defedantes penitus destruunt et adnichilant; per quem locum tota civitas Treverensis honore, nomine et rebus ditata esse cognoscitur, immo tocius Alamannie regio honorata est et ornata'. Audientes[g] autem hanc querimoniam cives predicti, miseracione moti sunt, in tantum ut vix a strepitu furoris in malefactores predictos revocari possent, accurrentesque omnes, tam magni quam parvi, tam senes quam iuvenes, arma sua apprehenderunt; Wilhelmum enim intrusum suosque complices et fautores de prefato monasterio Sancti Mathie, ipsos graviter ledendo, deicere et expellere proposuerunt. Quod videntes quidam de civibus predictis partem electi predicti foventes, deprecabantur populum, ut modicum temporis iram suam mitigantes, a tali impetu vellent desistere, quousque ipsi dicto electo super ipso facto modicum loqui possent, ut, si ipse electus vellet et valeret[h], ipsos malefactores pacifice loco cedere, ne strages aliqua inter ipsos fieret, demandaret. Inter hec nunciis plurimis ad inveniendum[i] ipsos currentibus, audito sono magne campane, pre nimio timore turbati et territi malefactores predicti, et nunciis diversis a suis familiaribus perceptis, quia timebant se a communi populo debellaturos[k] et interfecturos, fugam viliter[l], sicut latrones, per devia nec vias rectas capientes, nemine ipsos persequente, inierunt; et tamquam fures et sacrilegi tabulam preciosam, in quam plurimorum sanctorum reliquias auro et argento atque multis preciosis gemmis condierant et reponi artificiose fecerant, calices quoque et libros ac universa ornamenta monasterii, que invenerant, beatum eciam Mathiam apostolum omnesque sanctos Dei ibidem requiescentes denudando, vindictam divinam non verentes, detulerunt, eaque in castris Meysenburch et Falconis-petra[1], in comitatu Lucenburgensi[m] sitis, locantes absconderunt.

35.[n] Hiis etenim omnibus sic peractis, altera die electus prefatus convocans fratres monasterii Sancti Mathie eiectos, in suum palacium eos ad se venire rogavit, cum quo abbates eiusdem ordinis sancti[o] Benedicti in Treveri ac alii abbates ordinis Cisterciensis et clerici atque alii quam plures viri providi et discreti erant ipsa die in Palacio. Qui[p] videlicet fratres predicti volentes in hac parte mandatis dicti electi obedire, omnes qui ibi[q] tunc presentes aderant ante conspectum suum convenerunt, audituri, quid sibi vellet hec convocacio eorum tam repentina. Quos cum electus prefatus ad se taliter venire conspexisset, tristicia repletus eorumque constanciam admiratus, sic eos allocutus est: 'Fratres karissimi, scitote, me non modicum contristari necnon et satis mestum esse, quia fateor, quod inmerito et indebite, meo annuente consensu, in tantum vos extitistis gravati et turbati; quod nunc me fecisse et annuisse doleo et quamdiu vixero penitebo'. Hiis et aliis pluribus verbis mitigatoriis consolans eos, se spopondit procedente tempore de huiusmodi fatigacionibus ipsorum dampna refundendo ipsis emendaturum. Cum magna eciam instancia ipsos humiliter deprecabatur, ut ipsum certis promissionibus, fide data, assecurarent, ne postmodum periculum aut gravamen aliquod ab eorum abbate sive ab eis vel ab ipso, quod in eorum monasterium alium intruserat illicite pro abbate ipsorum, favente voluntate et consensu eius, incurreret, sed ipsum, ubicumque possent, de huiusmodi periculo tuentes defenderent et premunirent. Qui singulariter fide data, sic se facturos pro suo posse, promi-

a) m. i. 4. b) *c.* 153. *inc. W.* c) civitatis Trev. ecclesiarum 4. d) pulsare 4. e) basillice 1. f) a. sancti M. 4b*. g) *c.* 154. *inc. W.* h) et valeret *desunt* 4b*. i) muniendum 1. 4. 4b. c. k) debellandos et interficiendos 4c. l) viriliter 4. m) Lůcelenbůrgen. 4b; Luczenb. 4b*. n) 155. *W.* o) sancti — ordinis *desunt* 4c. p) Quibus 4b. b*. c. q) *deest* 4c; tunc ibi 4. 4b. b*.

1) Falkenstein.

serunt. Istis vero, ut prehabitum est, peractis, fratres expulsi de predicti sui monasterii 1263. habitacione iam a festo pentecosten usque in diem Clementis pape subsequentem, ipso die, Nov. 23. testimonio proborum virorum nobilium et discretorum, quos, ut eorum dampnum et sui monasterii dilapidacionem factam estimarent, deduxerunt, cum magno comitatu prelatorum et aliorum hominum sequencium feliciter et gaudenter sunt ingressi. Qui cum sic essent in suum monasterium ingressi, commutatis omnibus hostiis et fenestris universarum domorum, claustri et monasterii atque capituli, totum locum suum per omnes angulos claustri utpote stabulum aut aram[a] porcorum fedatum, consumptisque omnibus victualium suorum redditibus, delatis omnibus ornamentis subversisque omnibus, in tantum ut vix servorum multitudine per multum tempus mundari et expurgari posset, reperierunt.

36.[b] Predictis igitur fratribus in suum monasterium, ut dictum est, regressis, et ammodo[c] ab istiusmodi inpetu quiescere sperantibus, electus vero[c*] prefatus a summo pontifice ad suam presenciam sepius citatus, sed minime comparens, postremum cum diucius differre non auderet, timens sibi maius periculum inminere, ad eandem sedem se cum suis ire disponens, tandem in festo beati Nicholai hyemalis[d], citacioni proxime subsequenti, iter est Dec. 6. aggressus. Quod cum abbati Sancti Mathie predicto innotuisset, qui adhuc propter presenciam electi nondum in suum monasterium intraverat, timens, ne ab ipso magis gravaretur, electo in suo itinere agente, idem abbas in festo beate Barbare proximo subsequenti Dec. 16? cum magna multitudine clericorum et militum atque aliorum quam plurium honestorum virorum, consanguineorum et amicorum suorum, qui de suo ac aliorum fratrum exilio iam dudum mesti et tristes extiterunt, reverti ad suum monasterium laborabat. Hic dum per terram et districtum ducis transiens sic adveniret, universi civitatis Treverensis prelati, canonici, clerici et monachi necnon scabini et cives eiusdem urbis una cum sui monasterii fratribus eidem occurrentes, honorifice susceperunt et gaudenter in sua deduxerunt, predictique iudices ipsum cum magna sollempnitate, sicut in mandatis a sede apostolica acceperant, gloriose restituerunt.

37.[d*] Hiis vero omnibus sic peractis, abbas et fratres prenominati de perdicione rerum suarum atque aliorum omnium ornamentorum sui monasterii necnon tabule eorum preciose non modicum contristati, quoniam tamquam exules omnibus rebus spiritualibus et temporalibus omnino spoliati fuerant, reversi, in omnibus monasteriis et ecclesiis et conventibus, tam in parrochialibus ecclesiis civitatis Treverensis quam eciam in aliis monasteriis et ecclesiis tocius dyocesis Treverensis, in quocumque locorum malefactores suos ac rerum suarum detentores invenire poterant vel investigare, ipsos per litteras apostolicas procurabant excommunicari et in omnibus locis publice et incessanter denunciari excommunicatos.

38.[e] Quod cum sepe dictus Wilhelmus monachus eiectus cerneret, se et suos a dictis abbate et conventu excommunicacionum sentenciis undique fatigari et inpugnari, nec aliquo alio modo se ac sibi adherentes ab huiusmodi inpeticionibus tueri valeret, et sciens se non posse in parte aliqua prevalere, idem Wilhelmus quedam instrumenta reprobata nec iusta, tamen bullata, nescio qua sinistra sorte, per electum Treverensem, qui tunc in curia erat, procurata sibique transmissa, exhibuit; quarum[f] tenor talis est:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . decano ecclesie sancti Castoris in Confluencia Treverensis[g] dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis Wilhelmus[h] abbas monasterii Sancti Mathie Treverensis ordinis sancti Benedicti peticione monstravit, quod, cum Theodericus quondam abbas ipsius monasterii dilapidaret bona eiusdem monasterii, et homicidio[i], incontinencie vicio et aliis diversis criminibus irretitus, et super hiis publica[k] infamia laboraret, dilectus filius Treverensis electus, cui de premissis per inquisicionem super hoc habitam legittime constitit, eundem Theodericum auctoritate ordinaria sentencialiter amovit a regimine dicti monasterii, iusticia exigente, ac ipsum Wilhelmum, tunc Sancti Maximini monachum, prout ad eum pertinet, prefecit prelibato monasterio canonice in abbatem. Verum predictus[l] Theodericus falso asserens, quod idem electus ipsum sine causa racionabili amoverat a regimine[m] dicti monasterii pro sue libito voluntatis, nostras super hoc ad cantorem et Theobaldum dictum de Turre canonicum Treverensem sub certa forma litteras inpetravit, nullam de amocionis sue causa facientes penitus mencionem; iidem vero cantor et canonicus in eum

a) *ita* 1. 4; aream *ed.* b) 156. *W.* c) omnimodo 4b*. c. c*) *post add.* 1. d) hyemali? d*) 157. *W.* e) 158. *W.* f) quorum 4c. g) T. d. *des.* 4c. h) a. W. 4, *neque tamen infra, ubi idem dipl. alii insertum redit.* i) homicidie 1. 4 *hoc loco.* k) i. p. 1 *et* 4 *infra.* l) Th. p. 4b. b*. m) regimini 1.

1264. *Wilhelmum, non monitum, non citatum, nec se per contumaciam absentantem, occasione huiusmodi excommunicacionis sentenciam contra iusticiam promulgavit; propter quod prefatus Wilhelmus, quam cito id ad ipsius pervenit*[a] *noticiam, ad nostram duxit*[b] *audienciam appellandum. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellacione remota, decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum apud* 1264. Apr. 9. *Urbem-Veterem* 5. *Idus Aprilis, pontificatus nostri anno tercio.*

39.[c] Decanus igitur Sancti Castoris in Confluencia predictus voluntarius existens et promptus ad exequendum mandatum sibi directum — erat enim totus pro parte electi Treverensis —, in continenti fecit citari coram se apud Confluenciam ad certam diem Theodericum abbatem Sancti Mathie Treverensis. Qui cum per procuratores ydoneos in die sibi prefixa comparuisset, iidem procuratores subtiliter procedentes, pecierunt a dicto[d] decano, ut copiam commissionis sibi directe sub sigillo suo ipsis daret duplicatam. Decanus vero nichil mali suspicans ex hoc posse provenire, copiam duplicatam secundum quod pecierant sigillo suo sigillatam eisdem assignavit. Revertentes igitur procuratores, dicto Theoderico abbati copiam commissionis dicti decani Sancti Castoris duplicatam suoque sigillatam sigillo[d*], secundum quod ipsis iniunxerat, assignarunt. At ipse abbas magno gaudio repletus, unum par commissionis eiusdem per celerem nuncium et expeditum in continenti ad sedem Romanam velociter transmisit, aliud par commissionis penes se reservans.

40. Cum autem ad aliam diem sibi a decano dicto Confluencie assignatam dictus Theodericus abbas iterato per procuratores ydoneos compareret, multisque racionibus hinc inde propositis, tandem, cum viderent dictum decanum sibi in omnibus esse adversarium partemque adversam fovere manifeste, ipsum recusaverunt tamquam suspectum, petentes arbitros sibi dari, coram quibus cause suspicionum proposite et proponende possent probari. Quos[e] cum nulla racione vellet admittere, sed in negocio sibi commisso omnibus modis vellet procedere, procuratores abbatis Sancti Mathie predicti, habito consilio cum advocatis, quos secum ibidem habebant, appellacionem formaverunt eamque coram dicto decano legerunt et publicaverunt; cuius tenor talis est:

Cum ego Cunradus[f] *procurator domini Theoderici abbatis monasterii Sancti Eucharii Treverensis nomine ipsius domini abbatis vos decanum Sancti Castoris in Confluencia, qui vos esse dicitis iudicem a sede apostolica delegatum in causa appellacionis, quam Wilhelmus de Meysenburch monachus Sancti Maximini Treverensis, qui se dicit abbatem Sancti Mathie Treverensis, prosequi intendit coram vobis contra dictum dominum Theodericum abbatem occasione abbacie monasterii Sancti Mathie, recusem et recusaverim suspectum ex causis legittimis, videlicet istis: primo, quia*[g] *estis officialis domini Henrici electi Treverensis, qui electus auctoritate ordinaria processit contra dictum*[h] *dominum Theodericum abbatem Sancti Eucharii Treverensis; secundo, quia estis consiliarius dicti domini electi; tercio, quia de vestro consilio dictus electus processit contra dictum dominum Theodericum abbatem; quarto, quia vos fuistis dictator sentencie, qua procedebatur contra dictum dominum Theodericum abbatem; quinto, quia vos fuistis recitator ipsius sentencie dictate contra dictum*[i] *dominum Theodericum abbatem; sexto, quia vos subiectus et subditus estis dicto domino electo; septimo, quia in vos spiritalem et temporalem dictus electus habet in omnibus plenam iurisdictionem, de cuius facto agitur; octavo, quia vos fuistis et estis principalis fautor Wilhelmi de*[k] *Meysenburch monachi Sancti Maximini Treverensis, qui ad vos litteram impetravit; nono, quia ex parte curie Treverensis, cui prefuistis et preestis, moniti*[l] *fuerunt prior et conventus monasterii Sancti Eucharii Treverensis, ut dicto Wilhelmo monacho intenderent et obedirent; decimo, quia expresse vos gessistis pro parte dicti Wilhelmi monachi; undecimo, quia publice defensiones pro dicto Wilhelmo monacho proposuistis; et petam et pecierim cum magna instancia, ipsas causas suspicionis a vobis*[m] *admitti et arbitros super dictis suspicionibus probandis michi dari; et quia post dictas recusacionum causas coram vobis propositas nec admissas arbitros, coram quibus huiusmodi recusaciones proposite probarentur, dare recusastis: ideo ego Cunradus procurator*[n] *dicti domini Theoderici abbatis senciens dictum Theodericum abbatem ex hoc a vobis indebite gravari, nomine ipsius*

a) n. p. 4b. b*. b) a. d. 4b. b*. c) 159. *W.* d) domino 4b. b*. c. d*) *post add.* 1. e) Quas 1. 4b. b*; Qui 4c. f) Conradus 4b. g) *deest* 1; *in marg. add.* 4. h) *deest* 4. i) *deest* 1. k) de M. *desunt* 4. l) muniti 4b; invitati 4c. m) nobis 4. 4b*, *corr.* vobis 4b. n) *deest* 4.

et pro eo, sub testimonio omnium astancium et presencium, in scriptis sedem apostolicam appello 1264. *et*[a] *apostolos cum instancia peto; quos si michi dare denegatis, iterum nomine ipsius et pro eo in scriptis dictam*[b] *sedem apostolicam appello. Facta est hec appellacio in choro Sancti Castoris in Confluencia post completorium, anno Domini* 1264, *sabbato ante octavam beatorum Petri et Pauli* Iul. 5. *apostolorum, presentibus multis venerabilibus viris, quorum nomina hic inserere non fuit necesse.*

41.[c] Decanus igitur Sancti Castoris predictus non deferens appellacioni[d] procuratorum dicti Theoderici abbatis coram eo facte, sed in sua malicia perseverans, omnibus modis proposuit in negocio procedere supradicto; sicut et fecit. Missis igitur litteris suis, omnes quos iudices sive executores dicti Theoderici abbatis excommunicaverant absolvit totumque processum per eosdem iudices habitum revocavit. Econtra iudices sive executores dicti Theoderici abbatis predictos malefactores in pristinam sentenciam retrudentes, iterato denunciari fecerunt excommunicatos. Factusque est[e] novissimus error peior priore, amicis dicti electi et Wilhelmi ipsorumque[f] fautoribus dicentibus, totum processum dicti Theoderici abbatis litteris apostolicis habitum nullum esse, omnesque litteras a dicto Theoderico abbate a sede apostolica obtentas esse falsas, ac[g] numquam eas de consciencia emanasse domini pape et curie, sed eas in quadam curte dicti abbatis factas fuisse ac fabricatas. Econtra amici prefati Theoderici abbatis suamque[h] partem foventes dicebant, litteras Wilhelmi ad decanum Sancti Castoris obtentas esse falsas, nec umquam[i] eas de consciencia pape emanasse. Factusque[k] est error magnus in clero et in populo, ignorantes et dubitantes, cuius mandatis securius possent obedire. Decanus autem Sancti Castoris predictus videns et considerans errorem et confusionem in clero et populo occasione sentenciarum ex utraque parte hinc inde indiscrete discurrencium factam, sciensque, litteras Wilhelmi, per quas procedebat, esse falsas, quamvis propter timorem electi non auderet dimittere, quin procederet per eas, timensque sibi a curia Romana periculum imminere, si in prosecucione ipsius cause perseveraret, commisit vices suas cuidam Wilhelmo canonico Sancti Gereonis in Colonia, parte adversa minime requisita.

42.[l] Inter hec, dum sentencie excommunicacionum hinc inde fulminarentur, ecce nuncius ille, quem, ut superius diximus, dictus Theodericus abbas Sancti Mathie cum transcripto littere Wilhelmi monachi, sigillo ipsius decani Sancti Castoris sigillato, ad curiam Romanam transmiserat, rediens venit de curia, deferens secum ad Villariensem et Gorziensem abbates litteras apostolicas sub hac forma:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . de Villario et de Gorzia Cisterciensis et sancti Benedicti ordinum Metensis dyocesis abbatibus salutem et apostolicam benedictionem. Inspecto[m] *transcripto litterarum, quas sub nomine nostro confectas Wilhelmus monachus Sancti Maximini, qui falso se abbatem monasterii Sancti Mathie Treverensis dicebat, ad . . decanum ecclesie sancti Castoris in Confluencia dicitur reportasse, si littere ipse transcripto concordant eidem, eas constat liquido esse falsas. Transcriptum autem predictum tale est: Urbanus episcopus* etc. *Sua nobis Wilhelmus* etc., ut supra p. 435 — *anno tercio. Ne igitur falsariorum culpa remaneat inpunita, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos ambo, vel alter vestrum, per vos vel per alios seu alium, prefatas litteras vobis facientes exhiberi, detentores ad exhibicionem earum, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compellendo, si eas tales inveneritis, quale est transcriptum predictum, easdem nuncietis esse falsas, et revocetis in irritum quicquid est occasione illarum presumptum, ac fabricatorem earum et quoslibet quos ipsis scienter usos*[n] *esse constiterit iuxta constitucionem contra falsarios editam, appellacione remota, castigetis; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, conpescendo; invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis. Datum apud Urbem-Veterem* 6.[o] *Kal. Iulii, pontificatus nostri* 1264 Iun. 26. *anno tercio.*

43.[p] Predicti igitur iudices abbas Villariensis et collega suus abbas Gorziensis fecerunt citari Wilhelmum de Meysenburch monachum Sancti Maximini; primo, secundo ipso non comparente nec aliquo procuratore pro eo, tercia vice ipsum citari fecerunt; cuius citacionis tenor talis est:

Abbas de Villario Cysterciensis ordinis Metensis dyocesis, iudex seu executor una cum

a) et apostolos — appello *desunt* 4c. b) *deest* 4. c) 160. *W.* d) appellationem 4, *corr.* appellationi 4b. e) *deest* 4. f) eorumque 4b. b*. c. g) *post add.* 1. h) Th suamque 4. i) nunquam 4. k) que *deest* 4b. b*. c. l) 161. *W.* m) In scripto 4b. c. n) u. e. c. *desunt* 4b*. o) 5. 4c. p) 162. *W.*

1264. *religioso viro . . abbate Gorziensi ordinis sancti Benedicti eiusdem dyocesis a sede apostolica deputatus, Siberto*[a]*, Ysenbardo*[b] *et Heiberto*[c] *canonicis ecclesie Treverensis*[d] *salutem in Domino. Mandatum domini pape ad nos et ad dictum abbatem Gorziensem est directum in hec verba:*

'Urbanus episcopus, servus servorum Dei' etc., ut supra. Ipsum[e] auctenticum quere ad sinistram in eodem[f] folio. *'Datum apud Urbem-Veterem* 6.[g] *Kal. Iulii, pontificatus nostri anno tercio'.*

Cum igitur predictus collega noster abbas Gorziensis auctoritate mandati supra dicti Wilhelmum de Meysenburch monachum Sancti Maximini Treverensis predictum citari fecerit, Aug. 18. *ut in maiori ecclesia Metensi coram eo compareret ad crastinum octavarum beati Laurencii, exhibiturus et traditurus litteras, quas dicit apostolicas, per quas fecit citari virum religiosum dominum Theodericum abbatem Sancti Mathie Treverensis coram decano Sancti Castoris in Confluencia, et postmodum per easdem eundem dominum Theodericum abbatem citari fecit coram Wilhelmo canonico Sancti Gereonis in Colonia, subdelegato a dicto decano Sancti Castoris: dictam citacionem per nostrum*[h] *collegam factam, cum tunc temporis non fuerimus in provincia Treverensi, ratam habentes atque gratam, ad dictam diem assignatam personaliter venimus et in maiori ecclesia presedimus cum Marsilio canonico Sancti Salvatoris Metensis, cui prefatus collega noster commiserat vices suas secundum traditam sibi formam, quantum ad dictam diem et eius continuacionem. Idem Wilhelmus dicta die nec*[i] *personaliter comparuit, ut debebat, nec per se nec per alium litteras exhibuit supradictas. Verum cum per sumptum seu transcriptum litterarum ipsius Wilhelmi ad decanum Sancti Castoris predictum obtentarum, sigillo ipsius decani sigillatum, et per quedam alia documenta exhibita in iudicio coram nobis, apparere valeat evidenter cuilibet intuenti, predictas litteras eiusdem Wilhelmi monachi transcripto litteris apostolicis nobis et collegе nostro directis inserto absque ambiguitate qualibet concordare, et sic easdem litteras ipsius Wilhelmi esse subrepticias sive falsas, ac pretextu litterarum ipsarum dictum decanum Sancti Castoris seu quemcumque subdelegatum ab eo iurisdictionem aliquam non habere: quare vobis sub pena excommunicacionis, quam tenore presencium in vos ferimus, si non feceritis quod mandamus, firmiter precipimus, quatinus* Aug. 27. *dictum Wilhelmum monachum citetis peremptorie, ut in feria quarta post festum beati Bartholomei apostoli in maiori ecclesia Metensi personaliter compareat coram nobis*[k]*, exhibiturus litteras suas, quas dicit apostolicas, et eas nobis traditurus. Intimantes eidem, quod, sive venerit sive non, nos dicta die nichilominus in commisso nobis negocio secundum formam nobis traditam procedemus. In execucione vero huius mandati alter alterum non expectet. Datum anno* 1264. Aug. 20. *Domini 1264, feria quarta post assumpcionem beate Marie virginis.*

44.[k*] Iidem eciam executores seu iudices Wilhelmo canonico Sancti Gereonis in Colonia, cui decanus Sancti Castoris in Confluencia conmiserat vices suas, direxerunt litteras suas sub hac forma:

Abbas de Villario Cisterciensis ordinis Metensis dyocesis, iudex sive executor una cum religioso viro abbate Gorziensi ordinis sancti Benedicti eiusdem dyocesis a sede apostolica deputatus, viris discretis et honestis decano, . . scolastico et cantori ecclesie sancti Gereonis in Colonia salutem in Domino sempiternam. Mandatum domini pape recepimus in hec verba: 'Urbanus episcopus, servus servorum' etc. Verte[l] folium ad sinistram et invenies totum auctenticum. *Datum*[m] et cetera. *Cum igitur, nobis procedentibus in dicto negocio secundum traditam nobis formam, tum*[n] *per sumptum exemplatum coram decano Sancti Castoris in Confluencia factum in iudicio, tum*[o] *per alia quedam documenta in iudicio*[o] *coram nobis exhibita, nobis*[p] *seu cuilibet intuenti constare valeat evidenter, litteras prefati Wilhelmi apostolicas, ut asserit, concordare transcripto in litteris apostolicis nobis directis inserto, ac per hoc secundum mandatum nobis directum iuxta constitucionem contra falsarios editam prefatum Wilhelmum, fabricatores earumdem litterarum et omnes eisdem*[q] *scienter utentes in continenti excommunicare*[r] *possemus; micius tamen in dicto negocio procedere cupientes, vobis sub pena suspensionis et excommunicacionis, quam per presentes in vos ferimus, si non feceritis quod mandamus, firmiter precipimus, quatinus dictum Wilhelmum concanonicum*[s] *vestrum moneatis, ut in continenti post monicionem nostram*[t] *a vobis sibi factam subdelegacioni a decano Sancti Castoris facte auctoritate litterarum predictarum supersedeat*[u]*, et quicquid occasione earumdem est*

a) Syberto 4^{b}. b) Ysinb. 4^{b*}. c) Heyb. 4. d) Metensis 4^{b*}. e) ipsum — folio *desunt* 4^{c}. f) alio 4^{b*}. g) v. 4^{c}. h) vestrum 4. i) non $4^{b. b*. c}$. k) vobis $4^{b. c}$. k*) 163. *W.* l) in secundo folio ad s. 4^{b*}; Verte — auctenticum *desunt* 4^{c}. m) D. apud Urbem etc. 4^{c}. n) cum . . . . cum 4. 4^{b}. o) tum — iudicio *desunt* 4^{b*}. p) *deest* 4^{c}. q) eumdem $4^{b. b*}$. r) *deest* 4. s) concanicum 1; canonicum 4; v. m canonicum 4^{c}. t) vestram 4. u) sicut sedeat $4^{b. b*}$.

presumptum, quod per presentes, quatenus presumptum est, revocamus, faciatis per dictum 1264. *Wilhelmum concanonicum*[a] *vestrum revocatum nunciari, si penam constitucionis contra falsarios edite voluerit evitare. Alioquin dissimulare non poterimus, quin contra eum et omnes eidem obedientes ad mandatum littere predicte tamquam contra falsarios secundum constitucionem contra falsarios*[b] *editam procedemus. Quid autem super hiis feceritis, aut quid vobis dictus Wilhelmus super hiis responderit, nobis*[c] *per vestras litteras patentes rescribatis. Unus alios in execucione presentis mandati non expectet. Datum anno Domini 1264, feria* 1264. Aug. 20. *quarta proxima post assumpcionem beate Marie virginis*[d].

45.[e] Wilhelmus igitur canonicus Sancti Gereonis predictus, recepto[f] mandato tali ab executoribus supra dictis, taliter ipsis rescripsit:

Wilhelmus canonicus Sancti Gereonis in Colonia, iudex subdelegatus a decano Sancti Castoris in Confluencia, iudice[g] *a sede apostolica delegato*[h]. *In causa appellacionis, que auctoritate predicta coram nobis vertitur inter Wilhelmum et Theodericum, quorum uterque se dicit abbatem Sancti Mathie Treverensis, citato coram nobis dicto*[i] *Theoderico ad crastinum beati Bartholomei apostoli, ad procedendum secundum retroacta, prout in citatorio super hoc con-* Aug. 25. *fecto continetur, procuratore dicti Wilhelmi coram nobis comparente et petente in dicta causa procedi quantum ius dictaret, quedam littere lecte erant coram nobis pro parte adversa ab abbate de Villario ordinis Cisterciensis Metensis*[k] *dyocesis, ut dicebatur, emisse, quarum tenor presentibus est appensus, per quas, ut dicebant, venerabiles*[l] *viri . . decanus et cantor ecclesie nostre sancti Gereonis nos monuerunt, ut*[m] *subdelegacioni nobis facte a decano Sancti Castoris predicto supersedere deberemus. Ad quod pro parte dicti Wilhelmi responsum erat, quod tali monicioni*[m*] *non esset aliquatenus deferendum, sed in causa procedendum, eo quod littere ad decanum Sancti Castoris obtente pro ipso Wilhelmo vere essent et bone et a sede apostolica et Romana curia legittime impetrate; quin immo*[n] *quod littere*[o], *per quas dicta monicio procedebat, ad abbates de Villario et de Gorzia obtente, false essent vel subrepticie, ita quod eis non esset parendum ullo modo. Ad quod probandum, ut iuris esset, petivit pars*[p] *ipsius Wilhelmi se admitti et diem partibus cum litteris hinc inde obtentis ad discuciendum de ipsarum veritate*[q] *apud sedem apostolicam assignari. Nuncius vero predicti Theoderici, scilicet Alexander monachus Sancti Mathie Treverensis, cum nullus alius pro Theoderico compareret procurator vel defensor, interrogatus a nobis, si sibi placeret, quod littere predicte ad sedem apostolicam mitterentur, vel si aliquid vellet ad premissa respondere, dicebat, quod ipse procurator non esset nec ad hoc nec ad causam mandatum aliquod accepisset, petens, ut monicioni deferremus supradicte, parte altera instanter petente, ut in causa procedere curaremus. Nos autem, auditis hinc inde propositis, habito peritorum consilio, negocio et subdelegacioni supradicte, ne iusticiam in aliquo offendere videamur, supersedendum duximus ista vice, donec, plena deliberacione prehabita, de iurisperitorum consilio instrui possimus, aliud esse faciendum. Actum anno Domini 1264, feria tercia post festum beati Bartholomei apostoli, conti-* Aug. 26. *nuata a die precedente in eandem. Et nos . . decanus et cantor ecclesie sancti Gereonis predicti, mandatum abbatis de Villario predicti nobis directum executi, predicta acta domini Wilhelmi concanonici*[r] *nostri, sigillo suo et nostris sigillata, ipsi abbati remittimus pro responso. Actum et datum ut supra.*

46[s]. Cum autem Wilhelmus canonicus Sancti Gereonis predictus executoribus taliter rescripsisset ac ipsi subdelegacioni[t] supersederet, nec ultra per dictas litteras Wilhelmi procederet, pendente citacione, qua Wilhelmus monachus Sancti Maximini citatus fuerat ab executoribus prefatis, iidem executores aliis impediti negociis nec ipsi negocio commode intendere valentes, Iohanni canonico Sancti Theobaldi Metensis[u] in totum vices suas commiserunt. Quo presidente in ecclesia maiori Metensi quarta feria post festum beati Bartholo- Aug. 27. mei apostoli, ad quam, sicut prediximus, Wilhelmus monachus Sancti Maximini Treverensis fuerat peremptorie citatus, ostensurus et traditurus in iudicio litteras suas, quas dicebat apostolicas, nemine pro eo prima die comparente, continuata est in diem subsequentem. Alio[v] Aug. 28. vero [die[w]] ipso iterum presidente, venit quidam, qui dicebat se esse dicti Wilhelmi procuratorem; qui cum aliquas frivolas causas proposuisset, per quas dictum Wilhelmum, domi-

a) canonicum $4^{b*.\,c}$. b) secundum c. c. f. *des.* $4^{b*.\,c}$. c) *erasum* 1; nostras 4. d) semper v. 4. e) 164. *W.* f) recepto m. t. ab e. s. *des.* 4^{c}. g) iudex $4^{b.\,b*}$. h) delegatus 1. 4. i) *deest* 4. $4^{b.\,b*}$. k) M. d. *desunt* 4^{c}. l) venerabilis 1. 4. m) et $4^{b.\,b*}$. m*) movicioni 1. n) *deest* $4^{b.\,b*.\,c}$. o) l. dicte 4^{c}. p) pet. per ipsius W. procuratorem se $4^{b.\,c}$. q) varietate 4. $4^{b.\,b*}$. r) concanonico 4^{b}; canonico 4^{b*}. s) 165. *W.* t) deleg. 4. u) *post add.* 1. v) Alia 4. w) *deest* 1. 4.

1264. num suum, indebite[a] gravatum esse dicebat, tandem super ipsis gravaminibus ad sedem apostolicam appellavit. Et quia ipsa appellacio frivola fuit et vana, propterea non est eam prosecutus, et ubi incepit, ibi eam dimisit. Sed cum nullus compareret coram iudice, qui litteras Wilhelmi, ut dicebat, apostolicas pro ipso Wilhelmo ostenderet aut assignaret, licet idem Wilhelmus eadem die et hora diceretur esse in civitate Metensi, iudex sentenciando taliter pronunciavit:

Nos[b] Iohannes canonicus Sancti Theobaldi Metensis, subdelegatus a viro religioso Friderico abbate Villariensi Cisterciensis ordinis Metensis dyocesis, iudice seu executore a sede apostolica deputato una cum abbate Gorziensi ordinis sancti Benedicti eiusdem dyocesis; qui abbas Villariensis nobis in totum conmisit vices suas. Cum in die assignata Wilhelmo[c] de Meysenburch monacho[d] Sancti Maximini Treverensis ad exhibendum et tradendum litteras, quas dicit apostolicas, ad . . decanum Sancti Castoris in Confluencia Treverensis dyocesis impetratas in causa appellacionis, quam dicit se interposuisse a cantore et Theobaldo dicto de Turre canonicis Treverensibus ad sedem apostolicam occasione abbacie monasterii Sancti Mathie Treverensis contra venerabilem virum et religiosum dominum Theodericum eiusdem monasterii abbatem, dictus Wilhelmus monachus personaliter non comparuerit nec per procuratorem exhibuerit litteras ad dictum . . decanum Sancti Castoris impetratas; et ex parte dicti domini Theoderici abbatis Sancti Mathie sit[e] exhibitum nobis sumptum exemplatum in iudicio coram decano predicto, sigillatum sigillo eiusdem decani, quod sigillum apparet uniforme in citacione, qua mandavit citari dictum dominum Theodericum abbatem, in[f] qua citacione tenor littere dicti Wilhelmi monachi totus et idem de[g] verbo ad verbum continetur, et in sumpto exemplato ipsius auctentici, dato in iudicio coram dicto decano, et in peticione edita ex parte dicti Wilhelmi monachi contra dictum dominum Theodericum abbatem, que apparent et sunt sigillata uno sigillo, una appensione sigilli et eadem circumscripcione eiusdem[h], hac videlicet: 'Sigillum Iohannis decani Sancti Castoris in Confluencia', et nobis constet per fide dignos ipsum sigillum cognoscentes, qui nobis super hoc rescripserunt, dictum sigillum esse decani Sancti Castoris predicti, et eciam per rescripcionem sacerdotum Sancti Laurencii, Sancti Gangulfi et Sancti Michaelis, quibus facta fuit copia littere, quam dicit Wilhelmus monachus a sede apostolica impetrasse ad dictum decanum Sancti Castoris in Confluencia; et ex sumpto exemplato modo predicto invenerimus, litteras, quibus prefatus Wilhelmus monachus utitur contra dictum dominum Theodericum abbatem, ad dictum decanum Sancti Castoris in Confluencia impetratas, tales esse, quale est transcriptum insertum litteris apostolicis ad Villariensem et ad Gorziensem abbates directis: ideo litteras a dicto Wilhelmo monacho ad dictum decanum, quas dicit apostolicas, impetratas, nunciamus esse falsas, et revocamus in irritum, quicquid a dicto decano Sancti Castoris et a Wilhelmo canonico Sancti Gereonis in Colonia, subdelegato ab eo, est illarum occasione presumptum et attemptatum, ac fabricatorem earum et quoslibet quos ipsis scienter usos esse constiterit iuxta constitucionem contra falsarios editam fore castigandos pronunciamus. Facta est hec pronunciacio in maiori ecclesia Metensi
Aug. 27. *feria quarta post festum beati Bartholomei apostoli, presentibus venerabilibus dominis[i] Symone maiore preposito Treverensi, item Symone maiore decano, Waltero maiore, Wirico, archidiaconis, Reimboldo[k] cantore et archidiacono Metensi, Iohanne preposito ecclesie sancti Salvatoris, Gylone cancellario et aliis quam pluribus canonicis et clericis Treverensibus et Metensibus, anno Domini* 1264.

47.[l] Wilhelmus igitur monachus Sancti Maximini predictus videns et intelligens litteram suam reprobatam eamque in pleno iudicio coram multis fide dignis falsam esse pronunciatam, considerans eciam et advertens, Wilhelmum canonicum Sancti Gereonis in Colonia supersedisse subdelegacioni sibi a dicto decano Sancti Castoris facte ipsumque in dicto negocio procedere nolle, confusus nec bene sibi conscius quid facere posset, ad[m] suum monasterium Sancti Maximini, de quo venerat, cum aliquem alium locum quo divertere posset ignoraret, reversus est. Sed non, sicut de ipso suo monasterio aliquando recesserat, modo reversus est. Cum enim de suo monasterio olim recederet, iturus ad monasterium Sancti Mathie, cum magna pompa abbatum, priorum, clericorum, monachorum Sancti Maximini necnon militum ac servorum, elevata facie, erecta cervice, electo quoque Treverensi

a) indebitum 4. b) *c. 166. inc. W.* c) Wilhelmus 4b. c. d) monachus 4c. e) sicut 4b. c. f) in qua citacione — Theodericum abbatem *desunt* 4c. g) de verbo — coram dicto *desunt* 4b*. h) sigilli e. 4b. b*. c. i) *deest* 4b*. k) Reinboldo 4. l) 167. *W.* m) ad suum — posset *desunt* 4b*.

ipsum ducente, ad dictum monasterium Sancti Mathie gloriose deductus est; modo autem humiliatus et confusus et a suis omnibus derelictus, solus ad suum monasterium Sancti Maximini, nemine ipsum[a] ducente, ignominiose reversus est. Qui cum pro manifesta offensa ab executoribus dicti domini Theoderici abbatis esset excommunicatus et non solum in suo monasterio Sancti Maximini predicto, sed et in omnibus ecclesiis[b] et monasteriis necnon et in omnibus parrochialibus ecclesiis civitatis et dyocesis Treverensis esset excommunicatus denunciatus, et propter hoc non auderet se inmiscere divinis, abbas eiusdem monasterii Sancti Maximini prebendam suam, quia ipsam non deserviebat, dare et assignare denegabat; donec idem abbas, multorum precibus fatigatus, tandem vix a dicto abbate obtinuit, prebendam suam sibi dari et administrari. Idem enim abbas eidem Wilhelmo monacho gravis erat et durus; nec inmerito. Nam tempore electionis eiusdem abbatis Sancti Maximini idem Wilhelmus cum tribus monachis sibi adherentibus se eidem suo abbati opposuit, quamvis tunc, sicut et nunc, parum vel nichil profecerit; propter quod quamdiu vixit ipsum in omnibus persequebatur. Caveant ergo subditi omni diligencia, ne se prelatis suis quoquomodo opponant, quia rarissime contingit, prelatos succumbere et subditos[c] prevalere! 1264.

48.[d] Nunc videndum est, qualiter dicti Theodericus abbas et conventus tabulam suam preciosam cum aliis ornamentis[e] et libris suis a dicto Wilhelmo monacho et suis complicibus delatis fuerint adepti. Prefatus igitur Wilhelmus videns, se omnimodis spe sua fraudatum seque a dicto electo esse illusum, et quod non propter favorem vel honorem suum, sed propter odium dicti[f] Theoderici abbatis Sancti Mathie ipsum intruserat in abbaciam suam; videns eciam ipsum electum propter citacionem sibi[g] sepius factam ad curiam Romanam iter arripuisse, et quod sibi in aliquo succurrere non[g*] posset vel subvenire, quippe qui de statu negocii sui ipsius nondum bene securus fuit, cogitavit, qualiter ipse cum dicto Theoderico pacem suam posset habere et cum ipso reconciliari. Proposuit ergo in corde suo, quod tabulam illam preciosam cum libris et omnibus ornamentis aliis, que adhuc habebat reposita in castro Falconis-petra, numquam restitueret, donec pacem suam cum dicto Theoderico abbate esset adeptus, et quod idem Theodericus abbas redditus annuos sibi diebus vite[h] de suo monasterio dare et assignare deberet nomine pensionis; sicut eciam postea petivit, quamvis nichil fuerit consecutus; et sicut dicitur: 'Homo proponit, Deus disponit', aliter, quam dictus Wilhelmus monachus cogitaverit et proposuerit, evenit. Nam dominus papa domino Henrico comiti Lůcenburgensi[i] suas litteras direxit, rogans et mandans, ut ad requisicionem iudicum, quibus super hoc misit litteras suas, consilium et auxilium dictis Theoderico abbati et conventui impenderet oportunum; sicut et fecit. Tenor autem littere papalis eidem comiti directe talis est[k]:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro . . comiti Lůcenburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam[l] timorem Domini et zelum ad ecclesiasticam libertatem menti tue infusos esse didicimus, tibi cum fiducia porrigimus preces illas, que beneplacito divino concordant et defensionem inplorant ecclesiastice libertatis. Sane inter alia, que mentem nostram sauciant, non minimum ipsam[m] exasperat horrendus excessus superbe temeritatis ausu commissus contra dilectos filios Sancti Mathie et Sancte Marie ad Martires monasteriorum Treverensium abbates ordinis sancti Benedicti per Henricum se pro electo Treverensi gerentem, qui in locum eiusdem abbatis monasterii Sancti Mathie dampnabili presumpcione quendam intrusisse et eius conventum exulare compellere dicitur, administracionem dicti monasterii Sancte Marie cuidam eiusdem monasterii monacho committendo. Cum itaque super hoc dilectis filiis . . abbati Sancti Martini Glandariensis Metensis dyocesis et cantori Treverensi nostras sub certa forma litteras dirigamus, nobilitatem tuam attente requirimus et rogamus, quatinus pro nostra et apostolice sedis reverencia super hoc ad eorumdem iudicum requisicionem oportunum ac debitum auxilium largiaris, ita quod te mediante super correctione tanti excessus nostris beneplacitis satisfiat, et nos tibi propter hoc speciales gracias referamus. Datum apud Urbem-Veterem 5. *Idus Septembris, pontificatus nostri anno tercio.* 1264. Sept. 9.

49.[n] Verum predictus dominus[o] Henricus comes Lůcenburgensis, receptis litteris apostolicis predictis, mandato eciam sibi ab executoribus predictis directo[p] diligenter examinato,

a) ipso 1. 4. b) e. et m n. et in o *des.* 4c; e. — o. parrochialibus *des.* 4b*. c) subitos 1. d) 168. *W.* e) orna 1, *columna finita.* f) *deest* 4b. b*. c. g) sepius sibi 4. h) v. sue 4. 4b; d. v. sue sibi 4b*. i) Lůz. 4; Lůcelenbůrg. 4b; Lucz. 4b*; Lucemb. 4c, *et ita infra.* k) est et sub hac forma 4b*. l) *Eadem bulla duci Lotharingiae directa infra (v. p. 455) legitur; cuius lectiones* 1* *notavi.* m) ipm 4. n) 169. *W.* o) d H. *des.* 4c. p) *addidit sed delevit* et 1.

1264. quamvis dictus Wilhelmus monachus in comitatu et in districtu ipsius comitis multos haberet consanguineos et amicos, ipse tamen tamquam verus christianus volens mandatis apostolicis per omnia obedire, misit in continenti litteras suas domino Falconis-petre, mandans ei sub obtentu gracie sue et si vellet vitare subversionem et devastacionem tocius terre sue, quod tabulam, libros ac omnia alia ornamenta ad dictos Theodericum abbatem et conventum spectancia, que ad eum pervenerant, integraliter et sine diminucione qualibet eisdem abbati et conventui redderet et illesa assignaret. Dominus autem Falconis-petre, recepto primo mandato domini Henrici comitis, sperans, quod ipsum negocium, pro[a] quo sibi scripserat, non sibi esset multum cordi, et quod ipsum super huiusmodi negocio non deberet ammodo sollicitare nec litteras suas sibi dirigere, prima vice inobediens existens, mandatis suis non curavit obedire. Secunda vice misit unum de suis nobilibus una cum fratribus dicti monasterii, quos dominus Theodericus abbas miserat ad comitem cum litteris executorum, mandans ei seriose et dure, ut, tercio mandato suo non expectato, se finaliter de predictis . . abbate et conventu expediret[b], tabulam, libros ac[b*] omnia alia ornamenta, que in castro suo predicto erant[b], nunciis ipsorum . . abbatis et conventus, qui ibidem aderant presentes, integraliter assignando[c]. Ipse vero dominus[d] Falconis-petre videns, quod nullo modo posset effugere manus comitis, nolens eciam pro re aliena totam terram suam subicere periculo, tabulam cum omnibus que in dicto castro erant dictis fratribus, mediante nuncio domini . . comitis, integraliter et illesa tradidit et reconsignavit. Sicque dicti fratres tabulam cum libris et omnibus ornamentis de castro predicto deducentes, ad suum monasterium cum magno gaudio sunt reversi.

50.[e] Post hec dominus papa intelligens, quod quidam detractores de processu dicti domini Theoderici abbatis per abbatem Sancti Martini Glandariensis et cantorem Treverensem habito dubitarent, dicentes, omnes litteras apostolicas eisdem directas esse subrepticias vel falsas ac numquam eas de consciencia pape emanasse, propter quod volens omne ambiguum removere, Villariensi et Gorziensi abbatibus super eodem negocio direxit scripta sua sub hac forma:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis de Villario et de Gorzia Cisterciensis et sancti Benedicti ordinum[f] Metensis dyocesis abbatibus salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Theodericus abbas et conventus monasterii Sancti Mathie Treverensis ordinis sancti Benedicti transmissa nobis peticione monstrarunt, quod, cum olim dilecti filii, fratres Wilhelmus et Roricus de ordine Minorum, quibus inquisicionem faciendam super diversis criminibus contra Henricum Treverensem electum sub certa forma commiseramus per nostras[g] litteras, eundem Henricum propter hoc ad suam presenciam evocassent, idem Henricus inquisicionem ipsam nisus est multipliciter impedire, et contra eundem abbatem, consanguineum alterius inquisitorum ipsorum, ut per hoc impediret processum inquisicionis huiusmodi, vel idem abbas, per quem super huiusmodi criminibus haberi poterat testimonium veritatis, se subtraheret a ferendo testimonio contra ipsum, aut eum ad hoc inhabilem redderet, ad inquisicionem auctoritate propria incepit procedere super quibusdam criminibus, super quibus nulla idem abbas infamia laborabat, et in eum, quamquam idem Henricus pro debitis, in quibus tunc Romane ecclesie tenebatur, foret excommunicacionis vinculo innodatus, propter quod alios ligare non poterat vel contra eundem abbatem ad inquisicionem procedere seu iurisdictionem aliquam exercere, excommunicacionis sentenciam promulgavit, in elusionem mandati apostolici et scandalum plurimorum. Cumque id ad nostram audienciam pervenisset, nos dilectis filiis abbati Sancti Martini Glandariensis Metensis dyocesis et cantori ecclesie Treverensis nostris dedimus litteris in mandatis, ut processum huiusmodi et sentenciam ipsius Henrici denunciantes penitus non tenere, ipsum, quod a simili eiusdem abbatis et quorumlibet aliorum subditorum ecclesie Treverensis gravamine omnino desisteret, monicione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, coartarent, et si dictus Henricus propter hoc in abbaciam dicti monasterii aliquem intrusisset, intrusum huiusmodi amoverent[h] sine difficultate qualibet ab eodem, dicto Theoderico abbate ad abbaciam ipsam plenarie restituto; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo. Verum[i] cum huiusmodi mandatum nostrum ad ipsius Henrici noticiam pervenisset, idem quadam die submisit quosdam

a) pro quo — quod ipsum *desunt* 4c. b) *post add.* 1. b*) et 4b. b*. c. c) assignando *corr.* assignaret 4, *et ita* 4b. b*. c. d) Item d. 4b*; d. vero 4c. e) 170. *W.* f) o. M. d. *desunt* 4c. g) l. n. 4. h) amoveret 4b. b*. c. i) Verum etiam 4b. b*. c.

satellites Sathane, qui pretextu oracionis monasterium ipsum ingressi fraudulenter, tandem turres 1264. *ipsius*[a]*, in quibus campane pendebant, favente custode proditorie ascenderunt, sicque municionibus eius captis, dicto quoque abbate extra predictum monasterium pro ipsius negociis tunc agente, monachos ibidem inventos exinde cum lapidibus ausu sacrilego eiecerunt; ac protinus idem Henricus eosdem satellites subsecutus, Wilhelmum monachum monasterii Sancti Maximini Treverensis eiusdem ordinis, infamem, discolum et perversum, in abbatem dicti monasterii Sancti Mathie de facto intrusit; propter quod idem Theodericus abbas una cum monachis eiusdem monasterii Sancti Mathie coactus fuit aliquandiu miserabiliter exulare. Sane huiusmodi excessibus ad audienciam nostram perlatis, nos predictis abbati Glandariensi et cantori per alias litteras nostras iniunximus, ut, super hiis veritate comperta, dictum Theodericum abbatem Sancti Mathie quoad omnia reducerent ad eum statum, in quo erat, quando dictus Henricus incepit inquirere contra eum, ipsum et monachos supradictos in possessionem eiusdem monasterii Sancti Mathie ac omnium pertinenciarum eius quantocius reducendo, predicto intruso amoto penitus ab eodem et arte custodie in dicto monasterio Sancti Maximini retrudendo, et quousque expiasset per condignam penitenciam tantum crimen, conventus eiusdem monasterii sui consorcio restitutus, ultimus in choro et capitulo perpetuo permansurus, constitueretur per eosdem iudices ineligibilis ad administraciones ordinis cuiuscumque; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo. Quarum litterarum auctoritate dictus Theodericus abbas ad abbaciam eiusdem monasterii Sancti Mathie fuit plenarie restitutus, et contra dictum Wilhelmum iuxta formam mandati apostolici ad dictas penas dicti iudices sentencialiter processerunt; quas ipse dampnabiliter vilipendens et de predicto monasterio Sancti Mathie per noctis adiutorium affugiens*[b]*, libros eiusdem, ornamenta et res alias secum ad castrum Falconis-petre sacrilegis manibus asportavit, in quo aggressoris more viatoribus insidians, clericos et laicos indifferenter satagit depredari. Porro idem Wilhelmus monachus tacito de premissis et falso pretendens ac mendaciter asserens, quod idem Henricus super homicidio, dilapidacione, incontinencia et quibusdam aliis criminibus contra eundem Theodericum inquirens, ipsum occasione huiusmodi criminum a regimine dicti monasterii Sancti Mathie, suadente iusticia, duxerat amovendum, et ipsum Wilhelmum eidem monasterio canonice prefecerat in abbatem, quodque abbas Glandariensis et cantor predicti seu Theobaldus de Turre canonicus Treverensis ipsum Theodericum contra iusticiam restituerant ad abbaciam eandem et dictum Wilhelmum inde amoverant, in eum excommunicacionis sentencia promulgata, propter quod idem Wilhelmus ad sedem apostolicam appellarat; super hoc ad decanum ecclesie sancti Castoris in Confluencia Treverensis dyocesis quasdam sub nomine nostro confectas reportasse dicitur litteras, inter alia continentes, ut, vocatis qui vocandi essent et auditis hinc inde propositis, super premissis quod canonicum foret, appellacione remota, statuere procuraret, faciens quod decerneret per censuram ecclesiasticam firmiter observari; quarum litterarum pretextu dictus decanus peremptorie citasse dicitur dictum abbatem ad certam diem coram se, prout dictaret racio super hiis processurum*[c]*; cordibusque simplicium suggerit idem Wilhelmus, quod nos eum ad abbaciam restituimus supradictam; sicque nonnulli fidem adhibentes huiusmodi mendaciis, ipsi Wilhelmo propter hoc prestant favorem non modicum, bona ipsius monasterii Sancti Mathie temere occupantes. Cum igitur non sit verisimile, quod nos contra huiusmodi litteras ad abbatem Glandariensem et cantorem predictos obtentas a nobis, que de nostra certa consciencia emanarunt, aliquas litteras eidem Wilhelmo vel pro ipso duxerimus concedendas; propter quod littere huiusmodi obtente, sicut dicitur, ad decanum eundem creduntur subrepticie vel false: discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus predictas et quascumque alias litteras similes ab eodem Wilhelmo super huiusmodi negocio sub nostro nomine fabricatas nobis facientes exhiberi, detentores ad exhibicionem earum, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compellendo, easdem nobis transmittere non tardetis, faciatisque*[d] *nichilominus eundem Theodericum abbatem interim pacifica ipsius monasterii et omnium pertinenciarum eiusdem possessione gaudere; contradictores per censuram eandem, appellacione postposita, compescendo. Datum apud* 1264. Iun. 18. *Urbem-Veterem 14. Kal. Iulii, pontificatus nostri anno tercio*[e].

Predicti igitur executores sive iudices mandatum sibi directum execucioni demandantes, ipsam execucionem in maiori ecclesia Treverensi et in aliis locis, ubi expedire videbatur, legi et publicari fecerunt.

a) *deest* 4. b) *ita codd.* c) processurus? d) que *deest* 4. e) tercio et cet. 4b*.

1264. 51.[a] Hiis igitur omnibus, ut predictum est, peractis, domino Henrico electo Treverensi[b] in curia Romana, Theoderico vero abbate in sua abbacia in monasterio Sancti Mathie, Wilhelmo vero de Meysenburch monacho in suo monasterio Sancti Maximini existentibus, dominus Urbanus papa, sub quo hec omnia feliciter et prospere tractata sunt et gesta, viam
Oct. 2. universe carnis ingressus est. Cui successit in episcopatu Clemens, vir magne auctoritatis et prudencie et in utroque iure, canonico videlicet et civili, multum eruditus. Cum igitur negocium Treverense, quod tunc per totam curiam celebre habebatur, necdum determinatum invenisset et illud libentissime expedivisset, dum processus ipsius electi Treverensis per dominum Urbanum papam predecessorem[c] suum habitus quereretur, quedam acta eiusdem processus perdita fuerant, nescio qua sinistra fortuna contingente, que nulla racione poterant inveniri. Intimatum est autem domino pape, quod idem processus qui querebatur apud inquisitores Treveri[d] duplicatus haberetur et quod per procuracionem abbatis Sancti Mathie Treverensis posset recuperari. Misit ergo dominus[e] papa in continenti litteras suas ad abbatem Sancti Mathie predictum, mandans ei, ut, omnibus negociis postpositis, acta predicta, qualitercumque posset, obtinere procuraret ipsique per celerem nuncium et expeditum ad Romanam curiam transmittere non differret. Cum[f] autem idem abbas ad partes Reni descenderet, consilium habiturus cum quodam magno advocato ibidem existente, qualiter eadem acta ad curiam Romanam transmittere posset, consilio requisito et habito, dum idem abbas ad suum monasterium reverti proponeret: ecce duo fratres dicti de Paffendorf milites, eiusdem electi officiati, ipsum abbatem invadentes[g], cum duobus suis cappellanis ceperunt eumque in castro ecclesie Treverensis dicto[g*] Thurûn deduxerunt, ibique ipsum ferreis conpedibus vinctum et oneratum per tres annos et dimidium et novem dies una cum duobus cappellanis suis predictis continue detinuerunt. Cum autem dicti abbatis captivitas ad noticiam domini pape pervenisset, satis turbatus est et commotus, vocansque ad suam presenciam Treverensem electum, monuit eum rogans, ut pro liberacione dicti abbatis, qui a suis officiatis captus et eciam in castro suo detentus esset, laboraret. Electus vero omnem se adhibiturum pro ipsius abbatis liberacione diligenciam pollicebatur. Sed non perduxit ad effectum quod promisit. Sed melius creditur, quod idem electus semper scripserit officiatis predictis, ut dictus abbas forcius detineretur, non ut dimitteretur. Intelligens autem dominus papa, quod dictus Henricus electus nec fideliter nec diligenter laboraverit pro dicti abbatis liberacione, et quod magis de ipsius detencione quam liberacione gauderet, mittens pro eo, inquisivit ab eo, quare pro liberacione abbatis predicti secundum quod sibi promiserat non[h] laborasset. Qui sic respondens dixit: 'Quia officiati mei, ex quo non sum[i] in terra iuxta ipsos[i*], pro litteris meis nichil faciunt nisi quod placet ipsis. Sed si placeret paternitati vestre, ut de vestra licencia speciali liceret michi intrare fines episcopatus, ipsum abbatem cum duobus suis sociis a vinculis absolutos, omni dubio postposito, pristine restituerem libertati'. Audiens autem papa, quod libenter de curia recederet, per iuramentum eidem promisit, quod numquam de curia posset exire vel recedere, donec abbatem ac duos socios suos[i] predictos vivos vel mortuos sibi ad Romanam curiam presentaret. Sicque dictus electus vivente papa non potuit obtinere, ut per aliquod tempus liceret sibi recedere de Romana curia.

1267. 52.[k] Interim autem dominus[l] papa in ipso negocio Treverensi de die in diem processit, festinans, ut ipsi negocio finem imponeret, si posset; sed heu! non potuit. Quibusdam enim cardinalibus partem dicti electi viriliter defendentibus, dictum negocium retardatum est, ita quod tempore ipsius domini Clementis non potuit nec debuit ad plenum determinari et expediri. Ad ultimum tamen in ipso negocio in tantum coram ipso domino Clemente processum est, quod idem dominus papa per diffinitivam sentenciam amovit eum ab administracione spiritualium et temporalium ecclesie Treverensis. Tenor autem eiusdem sentencie talis est:

Clemens episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. A via rectitudinis plures ducit in devium, plures a patrum trahit[m] terminis in exterminium effrons malicia prelatorum, qui de sua presumentes potencia, dum peccandi sibi pro libito vendicant libertatem, a subditorum animis Dei prorsus timorem abigunt[n], qui non esse timendum estimant, quod

a) 171. *W.* b) *deest* 4b*. c) predessorem 1. d) Treverenses 4c. e) in c. d. p. 4. f) *c.* 172. *inc. W.* g) invadens 4b*. g*) dicti 1? 4. h) *deest* 1. 4b*, *post add.* 4. 4b. i) *post add.* 1. i*) eos 4. k) 173. *W.* l) dictus 4b. c. m) thrahunt 1. n) ambigunt 1. 4b. b*, *corr.* abigunt 4.

a suis vident pastoribus non timeri. Verus ergo vicarius Ihesu Christi, cui cura debet esse de omnibus, cum sit datus a Domino super omnes[a] *ecclesias speculator, licet in tanta nequeat multitudine populi christiani singulorum vultus agnoscere, debet saltim diligenter attendere et fideliter indagare presidencium famam et vitam, ne, cum tandem ad manum venerit numerantis, ab eodem grex perditus requiratur, tamquam gregem ipse perdiderit, dum ab eius custodia furem vel mercennarium non amovit. Hinc est, quod felicis memorie Urbanus papa predecessor noster, cum ad eius pervenisset auditum, quod Henricus Treverensis*[b] *electus, palleo non obtento, archiepiscopum in suis litteris se nominare presumens, in Reni flumine theloneum sive pedagium motu proprio instituerat, et hoc ipso ligatus excommunicacionis sentencia, divina celebrabat officia, immo, quantum erat in ipso, prophanabat, erat insuper symonia, periurio, sacrilegio, homicidio et criminibus aliis irretitus, bona Treverensis ecclesie dilapidans et consumens, inquisicionem super premissis*[b*] *omnibus primo venerabilibus fratribus nostris Wormaciensi et Spirensi episcopis et dilecto filio .. abbati de Rodenkirchen*[c] *Premonstratensis ordinis sub certa forma commisit; quorum processus sibi exhibitos predecessor idem reputans defectivos, idem negocium fratribus Wilhelmo et Rorico de ordine fratrum Minorum iterato commisit; qui licet diu iuxta datam sibi periciam magis forte fideliter quam prudenter in negocio laborassent, quia tamen iuris apices in omnibus non attenderant, nos eorum processum nobis exhibitum de fratrum nostrorum consilio iusticia cassavimus*[d] *exigente; predicentes eidem electo, tunc in nostra presencia constituto, quod inquisicionem contra ipsum ab eodem predecessore conmissam per nos vel alios, prout videremus expediens, prosequi volebamus*[e]*. Cumque postmodum super certis articulis sibi traditis respondisset, nunc a nobis, nunc ab aliis, quibus hoc interdum commisimus, requisitus, a*[f] *nonnullis ecclesie Treverensis canonicis sepe fuimus exortati, ut responsiones ipsius discuteremus ad plenum, cum per eas, ut firmiter asserebant*[g]*, ab eiusdem iugo pestifero dicta posset ecclesia liberari*[1]*. Sane licet id distulerimus multo tempore, negociorum undique confluencium impediti concursu, responsiones tandem colligentes easdem et quasdam excusaciones ab eodem oblatas*[h]*, tam super articulis in rescripto dicti predecessoris nostri contentis, quam super aliis, que nostro tempore postmodum emerserunt, collacionem cum fratribus nostris habuimus diligentem.* 1267.

Equidem ut, omisso, quod se non habens palleum archiepiscopum nominaverat, quod licet esset erroneum, simplicitati vel errori scriptoris poterat imputari, a theloneo, quod imposuisse dicitur, sumamus inicium: ex confessione liquet ipsius, quod uno anno illud vendiderat et magnum precium inde perceperat; quod utique novum esse, videtur non posse ambigi, nisi concessione[i] *seu privilegio principis aut continuata percepcione a tempore cuius non extat memoria valeat excusari. Quodsi novi pedagii fuit inpositor, latas dudum*[k] *a Romanis pontificibus et annis singulis renovatas*[l] *sentencias non evasit. Nec iuvare se poterat, ut videtur, litteris bone memorie Hugonis tituli Sancte Sabine*[2] *presbyteri cardinalis, a quo vel cuius auctoritate fuerat absolutus, qui, licet apostolice sedis penitenciarius generalis existeret et a sentenciis posset absolvere generalibus, si aliud non obstaret, ab hoc tamen nequivit absolvere, cum super ea facta esset per nostrum predecessorem, ut diximus, certis personis commissio*[m] *specialis, pro*[n] *qua eciam mandabatur citari, ut veniret ad curiam pro meritis recepturus; cum nec generalis legatus in causis commissis alii specialiter quicquam possit, et regulariter in omni iure generi per speciem*[o] *derogetur. Sed nec absolucio fratris Martini*[3] *penitenciarii Minoris eidem utilis videbatur racione consimili, non obstante, quod eius littera continebat, se de dicti predecessoris nostri speciali mandato ab omni eum excommunicacionis sentencia absolvisse, cum de mandato non constet, et eciam si constaret, huiusmodi generalitas illam specialem sentenciam non includeret, de qua non extitit cogitatum, nisi de speciali commissione predicta facta fuisset mencio in mandato. Sed nec ad istam sentenciam, de qua agimus, absolucio potest extendi,*

a) *deest* 4. b) e. T. 4. b*) *post add.* 1. c) Rodenkurhen 1; Rodenkirche 4^{b}. d) cessavimus 4. e) nolebamus $4^{b.\,b^*}$. f) autem nullis 4^{b}; autem nullus 4^{b^*}. g) asserebat $4^{b.\,b^*}$. h) ablatas 4. i) confessione $4^{b.\,b^*}$. k) contra tales *add.* 4^{c}. l) revocatas $4^{b.\,b^*}$; innovatas 4^{c}. m) commisso $4^{b.\,b^*}$. n) per quam 4? 4^{c}. o) generali per specialem 4^{c}.

1) Vid. Declaratorias contra Henricum Trevir. ap. Martene, Coll IV, p. 476 sqq. Opella haec continet rationes et responsiones pro electo Trevirensi et contra ipsum. Etiam ap. Honth. (Hist. Trev. dipl. T. I, p. 767 sqq.) excusationes Henrici et refutationes excusationum impressas legimus. WYT. 2) Hugonis poenitentiarii literas in hac causa imprimi fecit ex ms. cardinalis Ottoboni (postea Alexandri VIII.) Mabillonius; eas impressas legimus ap. Martene, Coll. IV, p. 468 sqq. (Hontheim l. l. p. 742. 746). WYT. 3) Vid. literas fratris Martini ap. Martene l. l., Hontheim p. 744.

1267. *super quam absolventis intencio minime ferebatur, cum prorsus incredibile, quin eciam detestabile videatur, ut ligatus pro certa pecunie quantitate, quam papali debebat camere, a tali sentencia absolutus, si predictam pecuniam certa die non solveret, non in illam solummodo, sed in alias laberetur sentencias, sicut habet series littere fratris Martini predicti. Unde rectus non patitur intellectus, quod de aliis sentenciis senserit, quam de illis que in eum fortasse pluries ob dictam pecuniam, quam se soluturum iuraverat, prout dicitur, fuerant promulgate. Ex quo videtur posse concludi ulterius, quod nec ab illis efficaciter extitit absolutus, si de aliis tacuit, cum talis absolucio prodesse nequeat, cum obrepticia sit censenda, quam eciam veritatem intelligens nullatenus exhibere deberet. Quod vero ad defensionem dicebatur ipsius, latam contra impositores sentenciam eum[a] non tangere, cum predecessor ipsius dictum pedagium percepisset, et sic non iste impositor dici poterat, sed impositoris successor: satis validum et ad eius defensionem sufficiens aliqui reputabant, cum nec nominis dicatur impositor, quicumque nominat alium suo nomine, sed qui primus[b] imposuit ipsum nomen. Ad quod poterat responderi, quod de factis licitis et illicitis non est dandum iudicium uniforme. Que enim licite predecessor obtinuit, quodam iure continuo ad eius transeunt successorem; unde et una persona in talibus estimantur. Ubi vero de illicitis agitur seu delictis[c], decessorem cum successore non unam personam dicimus, sed capita pocius singulorum inspicimus, qui delinquunt; nec idcirco promissoris, qui vim promisit non facere, vis alia dicitur quam heredis, nec est proprie continuitas in illicitis; unde viciosa possessio alteri vel ei altera non accedit. Sane quotquot[d] primo succedant[d*] novum ponentes[e] pedagium, cum scelus proprium consequantur, impositores utique sunt censendi. Nam et in Machabeorum historia de pueris legimus Alexandri, quod imposuerunt sibi dyademata ipsi et filii eorumdem post ipsos; quod profecto sic debet intelligi, quod, cum in regnis per violenciam occupatis ius aliquod non haberent, novam singuli committebant iniuriam, et ideo singuli sibi dyademata imponebant. Hoc eciam satis approbat canon antiquus, qui episcopis prohibet ex usu eciam gravamen seu servile officium imponere subditis, evidenter insinuans, quod precedens usus illicitus prosequentem usum huiusmodi impositorem non prohibet nominari. Civili rursum cautum est sanctione, quod, licet exercitor pro magistri delicto, quem non ipse, sed alius preposuerat, teneatur interdum ignorans, si tamen scit et patitur, ipse adeo eum[f] imposuisse[g] videtur, ut secundum communem et celebrem intellectum non quasi pro imposito ab alio teneatur[h], sed pocius a se ipso. Si ergo, ut[i] dicit, percipiebat[k] novum pedagium predecessor, successor utique, qui scivit et passus est percipi, imposuisse dicendus est verius quam impositum percepisse.*

Secundo videbatur idem electus perniciose fuisse negligens, cum per sex annos et amplius in pallei, quod instanter petere debuisset, peticione cessasset, et hoc ipso[l] iuxta sacrorum canonum sanctiones dignitate commissa carere debebat; qui licet felicis recordacionis Alexandri[m] et Urbani temporibus, predecessorum nostrorum, se[n] id per suos petisse nuncios speciales assereret[o], addens, quod eciam vacante ecclesia idem pecierat a collegio cardinalium, confessus est tamen, quod nostro tempore non pecierat, quia a fratribus nostris aliquibus ei dictum extiterat, ut dicebat, quod contra ipsum[i] inquisicione pendente nullo modo daretur eidem.

Tercio videbatur inexcusabilis, qui, prout confessus est coram nobis, Philippum quendam Metensem episcopum confirmavit et consecrari mandavit, quem negare non poterat pati intollerabilem in litteratura defectum, cum id esset in partibus illis notorium, nec eum latere poterat, qui decanus Metensis[p] ecclesie fuerat multo tempore, in qua idem Philippus erat canonicus cum eodem; nec sufficere videbatur ad excusacionem ipsius, quod non ipse examinaverat, sed examinandum commiserat personis providis et discretis[1], cum patenter indigni examinandi non sint, sed a limine pocius repellendi; nec excusat negociorum instancia[q], quam allegat, cum ipsius defectum tam patulum, quamvis[r] plenarie sibi notum, deprehendere facile, in transcursu eciam, potuisset et aliis in iudicio publicare. Quanti similiter reatus existat, indignos ecclesiis collegiatis preficere, satis indicat generale concilium, dum testatur, nichil magis ecclesiis Dei officere; ex quo sequitur, nichil superioribus arcius evitandum, nichil in transgressoribus arcius puniendum.

a) cum 4, *corr.* eum 4^{b}. b) prius $4^{b. b*}$. c) de licitis 4^{b*}. d) quodquod 1. 4. d*) succederant 1. 4. 4^{b}; succedunt 4^{c}. e) ponenti? ponunt 4^{c}. f) cum 1. 4. 4^{b}; ipsum 4^{c}. g) imp. *e corr.* 4; preposuisse $4^{b. b*}$. h) tenetur 1. 4. i) *post add.* 1. k) non p. 1. 4. $4^{b. b*}$. l) ex hoc ipso iure 4^{c}. m) Alex. pape 4^{c}. n) sed 1. 4. o) assisteret *e corr.* 1, *et ita* 4. 4^{b}; existeret *e corr.* 4^{b*}. p) e. M. 4. q) instantiam $4^{b. b*}$. r) quam?

1) scilicet praeposito Sancti Castoris et praeposito Dorcensi (Deissay), canonicis ecclesiae Trevirensis, et officiali Argentino. WYT.

1267.

Quarto vero reperiebatur culpabilis, quia, cum per sex annos et amplius sacerdos fuerit[a]*, nec*[b] *unam missam, prout habet eius confessio, celebravit; quod quam gravis sit*[c] *culpe, satis indicat generale concilium, quod tam graviter illos arguit ac eciam puniendos ostendit, qui vix celebrant ter vel quater in anno. Et quod dixit ab inicio se excusans, quod non celebraverat, quia palleum non habuerat, frivolum esse liquet, cum ante receptum palleum, licet quedam pontificalia non debuerit exercere, bene tamen et libere poterat celebrare. Sed non prodest quod addidit, quod habebat conscienciam aliquantulum scrupulosam, quia eo peccavit gravius, quod sibi salutari remedio non providit.*

Quinto constabat per confessionem ipsius, quod, memorato Urbano predecessore nostro altare quoddam in Urbe-Veteri consecrante, ipse inter episcopos alios assistens eidem una cum eis consecracionis peregit officium; quod sibi videbatur inhibitum, palleo nondum habito; cum non sit racio, cur cum alio debeat alibi consecrare, qui in sua existens dyocesi vel provincia presumere talia non deberet.

Sexto reus periurii videbatur, quia per publicum instrumentum sigillo[c*] *roboratum eiusdem evidencius*[d] *apparebat, quod certam quantitatem argenti in transacto iam dudum termino quibusdam Senensibus mercatoribus solvere debuisset, quibus adeo satisfacere non curavit, quod eciam, eisdem conquerentibus coram nobis, contendere quam cedere maluit, cum eis litem in iudicio contestatus. Sed ad sui defensionem proposuit, quod contractus huiusmodi extitit simulatus, condicionalis eciam et non purus, facti processum in hunc modum proponens. Dixit siquidem, quod, licet dictum contineat instrumentum, se fuisse confessum, quod sexcentas marcas receperat a mercatoribus antedictis, nullam prorsus receperat, nec spe future numeracionis sibi faciende istud confessus fuerat, immo cum alio tractatum habuerat, quod a rege Richardo dari sibi duodecim milia marcarum argenti efficaciter procuraret, que predecessori suo idem rex dare voluerat*[1]*, et si hoc, ut predictum*[e] *est, ille cum quo tractaverat procuraret, tunc idem electus sexcentas marcas dare debebat eidem per manus mercatorum dictorum, et ideo se dictis mercatoribus obligavit in sexcentis marcis predictis, quas tamen nec ipsi mercatores dare illi tercio nec ipse electus mercatoribus tenebatur, donec essent premissa per illum tercium efficaciter procurata. Verum continetur in*[f] *instrumento predicto, quod, si marcas predictas in termino prefixo non solveret, nec palleum nec consecracionem peteret nec reciperet, donec esset predicta quantitas persoluta, et ad omnia supradicta complenda iuramento proprio se astrinxit. Ex hiis autem grandis obiectio contra eum videbatur insurgere. Nam si que asserit non probaverit, cum stare oporteat instrumento, convincitur de periurio manifeste; si vero probaverit quod proponit*[g]*, commisisse videtur evidentissime symoniam, quam*[h] *committi testantur canones, sive detur sive promittatur vel recipiatur pecunia, ut spirituale quid fiat, sive eciam ut non fiat. Cum igitur iste*[i] *contraxerit mutuum sub condicione saltem, ut dicitur, [quod*[k]*], donec solvisset, ad non recipiendam consecracionem et palleum non petendum se iuramento astrinxit, censendus est symoniacus, ut videtur; nec proderit, si dicatur, quod defecit condicio et idcirco contractus habendus est pro infecto. Nam in contractibus condicionalibus et potest suspendi obligacio et pure symonia committi, sicut in usurariis iudicamus. Nam et qui promittit pecuniam, si ecclesia sibi detur, et qui stipulatur usuram, si sors soluta sibi non*[l] *fuerit certa die, reus est criminis, eciam si condicio extat, nec in casu huiusmodi symonia solius intencionis, que deletur per penitenciam, cum sit hec intencio non occulta, sed certis pactionibus denudata.*

Septimo dicebatur, quod excommunicacionem incurrerat, quia abbatem Sancti Mathie et duos eius monachos sacerdotes in castro eius captivos nec liberaverat nec procuraverat liberari. Ad quod responderat, se fecisse quod poterat, quia . . officiali Treverensi et . . priori Predicatorum ac gardiano fratrum Minorum in Confluencia mandaverat, quod monerent eum qui castrum tenebat, ut eos redderet, alioquin denunciarent excommunicatum eundem et comminarentur eidem, quod feodis, que a Treverensi tenet ecclesia, privaretur. Ex hiis vero[i] *suam maliciam satis detegere videbatur. Nec enim fideliter fecerat que facere debuisset. Nam licet habeat communis opinio, quod dictus abbas, quem ipse reputat inimicum, captus fuit in*[m] *favorem ipsius, et ipse electus plus non fecerit, cum tamen et comminacionem exequi per alium*

a) *deest* 4. b) non 4^{b}. b^{*}. c) est 4. c*) sigillum 1. 4. d) ex eo ev. 4^{c}. e) dictum 4^{b}. b^{*}. f) *deest* 4^{b}. b^{*}. g) proposuit 4^{b}. b^{*}. h) quod 4^{b}. b^{*}. i) *post add.* 1. k) *deest codd.* l) n. f. *des.* 4^{b}. b^{*}. m) saltem in 4^{c}.

1) V. supra Cont. V. c. 4, p. 412.

1267. *potuisset et excommunicasse et excommunicacionis aggravasse sentenciam multis modis, non caret scrupulo societatis occulte, tam manifesto facinori desinens obviare.*

Hiis igitur[a] *et aliis, que ad presens discuti poterant, diligenter inspectis, licet multis prudentibus videretur, quod nos*[b] *contra memoratum electum procedere gravius valeremus, quia tamen aliqua de facto proposuit, que eum in aliquo forsitan relevarent, ut*[c] *eo iustius, quo et certius in negocio procedamus, ad aliqua infra certum probanda terminum eum admittere proponentes, prout requirit iusticia et equitas suadebit: ne in ipsius manibus Treverensis ecclesia iterum naufragetur, ab officio et beneficio eum suspendimus, summam aliquam taxaturi, que eidem ad prosecucionem negocii de redditibus sepefate Treverensis ecclesie ministretur per eos quibus administracionem eiusdem ecclesie in spiritualibus et temporalibus committemus; potestatem nobis plenam et integram reservantes ex hiis de quibus iam liquet, contra eundem electum, nullis aliis probacionibus aut processibus expectatis, quando et quociens nobis expedire videbitur, ad alia procedendi eciam graviora, in allegacionibus iuris eidem iuxta factum, de quo constiterit, audiencia minime deneganda*[d]. *Datum Viterbii* 14. *Kal. Ianuarii, pontificatus*
1267. Dec. 19. *nostri anno tercio.*

53.[e] Electo igitur Treverensi ab administracione eiusdem ecclesie Treverensis per sentenciam predictam taliter suspenso, dominus papa eandem administracionem ecclesie Treverensis viro discreto magistro Bernardo[f] de Castineto[1], auditori causarum palacii domini pape, de consilio fratrum cardinalium commisit, iniungens et precipiens, ut super omnia pro liberacione abbatis Sancti Mathie, quantum posset, instaret. Qui veniens, cum civitatem Treverensem ingredi non auderet, timens, ne amici electi Treverensis aliquod malum sibi inferri procurarent, apud Lůcenburch et apud Yvodium propter securitatem resedit; primoque[g] citari fecit coram se officialem Treverensem, cui Treverensis electus commiserat iurisdictionem ordinariam, repetensque ab eo[h] sigillum curie[i] Treverensis, ipsum sigillum cuidam canonico Treverensi sua auctoritate commisit. Cum autem idem magister Bernardus super liberacione abbatis Sancti Mathie circa illos fratres de Paffendorf, qui dictum abbatem detinebant, multum laborasset nichilque posse se proficere videret, in ipsos ac eorum complices et fautores sentenciam excommunicacionis promulgavit eamque per omnes ecclesias, monasteria et ecclesias parrochiales tocius civitatis et dyocesis Treverensis fecit publicari. Magister igitur Bernardus, quamdiu stetit in partibus istis, mansit in Yvodio et in Lůcenburch.

54.[k] Cum autem dominus Clemens papa in exordio[l] sui apostolatus omnique tempore quo prefuit ecclesie Dei negocio Treverensi libenter finem imposuisset, nec valeret aliis maioribus negociis impeditus, raptus est, ne malicia inmutaret intellectum illius, aut ne fictio deciperet animam ipsius. Multa enim proposuerat inmutare in ecclesia Treverensi et in meliorem statum secundum consideracionem animi sui reformare; sed antequam ad effectum
1268. Nov. 29. propositum suum perduceret, sicut predictum est, morte intercedente preventus est. Consummatus ergo in brevi, indeterminatum reliquid Treverense negocium. Defuncto itaque
1271. papa Clemente, Gregorius substitutus est, sed non in continenti. Fratribus enim cardinalibus inter se nimium dissidentibus, electio pontificalis retardata est, vacavitque sedes per quatuor annos inmediate sequentes[2].

55.[m] Electus vero Treverensis, defuncto papa[n] Clemente, gavisus est, festinansque arripuit iter revertendi ad terram suam. Timebat enim, quod, si alius papa crearetur, inmediate ipsum de curia exire prohiberet. Veniens igitur ad partes istas, non audebat intrare fines episcopatus Treverensis, sed in terra nacionis sue, videlicet apud Finistangis, et

a) Iis et 4^{c}; et aliis *des.* 4^{b*}. b) non $4^{b. b*}$. c) nec 1. 4. d) audientiam m. denegando Nulli ergo omnino hominum 4^{c}. e) 174. *W.* f) Barnardo 4^{b*}. g) primo quia $4^{b. c}$. h) illo 4^{c}. i) c. T. i. s. *desunt* 4^{b*}. k) 175. *W.* l) cordio 1; exordio *e corr.* 4. m) 176. *W.* n) *deest* 1.

1) Hic Bernardus de Castineto ex dioecesi Magalonensi et villa Montis-Pessulani traxerat originem, fuitque unus ex quatuor auditoribus causarum palatii apostolici, destinatis ad omnes causas audiendas, quae ad Romanam curiam undecumque deferebantur, exceptis causis electionum episcoporum et abbatum; quem Innocentius V. anno 1275. ad cathedram ecclesiae Albiensis sublimavit, uti olim legimus in archivis ecclesiae Albiensis. Vid. Galliae christianae T. I, p. 21. MART. Cf. Goerz, Reg. p. 51. de bulla papae a. 1268, Apr. 13. 2) Per tres tantum vacavit, nec integros annos; mortuo quippe Clemente IV. 29. Nov. a. 1268. electus est Gregorius X. 1. Sept. 1271. MART. Sed absens (in Palaestina) electus, sequenti anno, 6. Apr. coronatus est. WYT.

monasterium, quod in dyocesi Metensi situm est, degens permansit. Videns eciam electus prefatus, discordiam fratrum cardinalium super electione summi pontificis de die in diem augmentari ipsamque electionem nimium prorogari, quippe cum non esset aliqua spes[a] de pontifice futuro, cepit per interpositas personas querere omnes vias quas poterat, per quas abbati Sancti Mathie posset reconciliari. Et primo quidem statim in suo adventu procuravit dicti abbatis et sociorum suorum liberacionem[a*], et hoc non per ipsum vel per suos[b], sed per alias personas interpositas fecit hoc occulte procurari, ita quod captivitas vel eciam liberacio ipsius abbatis non posset sibi in aliqua parte imputari. Abbate vero et sociis ipsius de squalore carceris qualitercumque liberatis, electus prefatus fratri dicti[c] abbatis, qui erat iusticiarius illustris viri ducis Lothoringie, viro magne[d] prudencie et in omnibus multum circumspecto, dedit et contulit magnam pecunie quantitatem, aliisque amicis ipsius[e] abbatis multa dedit et plurima promisit, rogans per se et suos, ut super reformacione pacis inter ipsum et abbatem predictum facienda et ordinanda interponerent partes suas. Cum autem diverse vie super tractatu pacis hinc inde quererentur, plurimique dies ab utraque parte in magnis expensis observati essent, electo predicto offerente, facturum se omnia et singula, que amici ipsius abbatis super reformacione dicte pacis statuerent et ordinarent: abbas prefatus, timens, ne, postquam idem electus, palleo obtento, graciam curie acquireret, omnia que sibi promiserat infringeret, saniori fretus consilio, proposuit in corde suo precise, dixitque consiliariis utriusque[f] partis expresse, quod nullam pacem faceret hic in terra, nisi ipsa pax facta vel facienda per curiam Romanam ratificaretur et confirmaretur. Electo vero predicto multum renitente, dictoque abbate aliter consentire et adquiescere nolente, tandem[g] ab utraque parte in hoc ipsum voluntarie consenserunt.

56.[h] Predictis igitur quatuor annis, per quos sedes pontificalis vacaverat, elapsis, 1272. tandem circa festum purificationis beate virginis[i, 1] instinctu Spiritus sancti fratres cardinales Febr. 2. concordaverunt et Gregorium decimum ecclesie Romane episcopum prefecerunt. Quod intelligens abbas predictus, gavisus est, sperans, se finem optatum negocii sui habiturum; sicut et habuit. In fine igitur Aprilis inmediate subsequentis sepedictus abbas, quamvis Apr. propter diuturnam captivitatem, qua detentus erat, multum esset in corpore debilitatus, tamen noluit dimittere, quin prior veniret ad curiam Romanam; quod tamen dicto electo displicuit. Cumque[k] idem abbas ad presenciam domini pape venisset[l], interrogatusque ab ipso, modum liberacionis sue de carcere et sociorum eius lacrimabiliter per ordinem exposuisset, et quod detentores sui ipsum sub certis condicionibus dimisissent, videlicet quod ipsum oportebat procurare, eos absolvi a sentencia excommunicacionis, quam magister Bernardus de Castineto, administrator ecclesie Treverensis, auctoritate apostolica in ipsos promulgaverat occasione captivitatis predicte, quodque[m] ipsi extorserant ab eo quandam pecunie quantitatem, condoluit eidem; volensque ipsius[n] abbatis consulere indempnitati, litteras suas ad abbatem Sancti Martini Glandariensis direxit sub hac forma:

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . abbati Sancti Martini Glandariensis ordinis sancti Benedicti Metensis[o] dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilectus filius Theodericus abbas monasterii Sancti Mathie Treverensis[p] ordinis sancti Benedicti conquestione monstravit, quod Henricus et Thietardus[q] de Paffendorf fratres milites et eorum complices laici Treverensis dyocesis eundem abbatem, Godefridum, Alexandrum et Hugonem presbyteros, monachos suos, non sine violenta iniectione manuum in eos, Dei timore postposito, temere capientes, ipsos per triennium et amplius detinuere captivos. Et licet milites et laici predicti per dilectum filium magistrum Bernardum de Castineto cappellanum nostrum, tunc in partibus illis apostolice sedis nuncium, eiusdem sedis auctoritate moniti fuerint diligenter, ut abbatem et monachos nominatos restituerent libertati, ac per ipsum eadem auctoritate vinculo excommunicacionis astricti, pro eo quod monicioni huiusmodi non parebant, cum huiusmodi eorum excessus adeo fuerit notorius, quod nulla poterat tergiversacione celari, ipsi tamen huiusmodi et eam, qua sacri canones tales astringunt, excommunicacionis sentencias dampnabiliter contempnentes, ipsos tamdiu detinuerunt taliter captivos, donec coactus extitit

a) *post add.* 1. a*) liberacione 4b. b*. b) ipsos 4. c) domini 4. d) magno 1, *corr.* magne 4. e) *deest* 4. f) utrisque 1. 4. g) tantum 1. 4. 4b. h) 177. *W.* i) Marie v. 4b*. k) Cum 4b*. l) pervenisset 4b. b*. c, *corr.* venisset 4. m) quodquod 4. n) ipsi 4b. b*. o) M. d. s. et a. b. *desunt* 4b*. p) *deest* 1. q) Theitardus 4b. c; Theieardus 4b*.

1) Circa hoc tempus, mense Februario a. 1272, Viterbium venit Gregorius.

1272. *idem abbas eis exsolvere quandam non modicam pecunie quantitatem et fideiussoriam caucionem prestare, quod ipsos absolvi faceret a sentenciis supradictis. Sicque*[a] *dictis abbate et monachis a captivitate huiusmodi liberatis, Cunradus plebanus ecclesie sancte Marie in Confluencia Treverensis dyocesis de mandato dicti nuncii, se super hoc ab eadem sede potestatem habere dicentis, milites ipsos, nulla passis iniuriam satisfactione impensa, a dictis sentenciis iuxta ecclesie formam absolvit. Quare dictus abbas, qui occasione captivitatis et detencionis*[b] *huiusmodi dampna gravia et expensas se asserit incurrisse, nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi in hac parte paterna sollicitudine curaremus. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si tibi de huiusmodi manuum iniectione, capcione*[c] *ac detencione constiterit*[d]*, dictos sacrilegos, nisi per te moniti super iniectione, capcione et detencione huiusmodi satisfecerint competenter, in pristinas reducas sentencias, et tamdiu, appellacione remota, excommunicatos publice nuncies et facias ab omnibus arcius evitari, donec super hiis satisfecerint competenter et cum tuarum testimonio litterarum ad sedem venerint apostolicam absolvendi; ipsos quoque, si alia*[e] *premissa inveneris esse vera, quod prefatam pecuniam eidem abbati restituant ac de preteritis*[f] *dampnis et expensis satisfaciant, ut tenentur, monicione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellacione remota, previa racione compellas; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, compellas veri-*
1272. Aug. 5. *tati testimonium perhibere. Datum apud Urbem-Veterem Nonas Augusti, pontificatus nostri anno primo.*

57.[g] Adhuc autem electus Treverensis nondum venerat ad curiam, nec venire voluit, timens, quod abbas predictus, quem in tantum per se et suos leserat, malum suum intenderet procurare apud dominum papam et cardinales, donec duo cardinales, qui erant sui promotores, et alii clerici sui, qui erant in curia, patentibus litteris suis scripserunt eidem, mandantes, ut secure veniret ad curiam, quia abbatem non haberet adversarium, sed promotorem. Receptis igitur litteris predictis electus Treverensis aliisque intersignis, que sibi sui promotores miserant, confortatus est et animatus, arripuitque iter veniendi tunc demum
Aug. 15. ad curiam Romanam, et circa festum assumpcionis beate Marie virginis apud Urbem-Veterem, ubi tunc fuit curia, sanus et incolomis pervenit. Convenientes igitur promotores et procuratores partis utriusque, tractabant de die in diem de bono pacis et concordie, diversisque tractatibus hinc inde habitis, tandem de consensu amborum, videlicet domini Henrici electi et Theoderici abbatis Sancti Mathie Treverensis, procuratorumque ipsorum in viros venerabiles dominum Wilhelmum tituli[h] Sancti Marci presbyterum et dominum Ottobonum[i] tituli[k] Sancti Adriani dyaconum cardinales de alto et basso extitit conpromissum. Qui cardinales dictum compromissum in se recipientes, deliberacione diligenti prehabita, diemque
Sept. 21. partibus assignantes, tandem in die beati Mathei[l] apostoli pacem inter se factam et ordinatam[m] in scriptis protulerunt eamque tali[n] modo pronunciaverunt:

In nomine Domini amen. Illarum corda pacifica personarum, que veritatis rectitudinem sapiunt et doctrine Christi docentis pacem erogandam hominibus disciplinam, licet aliquando, humani[o] *generis inimico superseminante zizaniam, odii fomite lacerentur, processu tamen temporis, malignitatis expulsa caligine, concordie lumine*[p]*, per quam boni tocius succrescit commoditas, illustrantur; sicque fit, ut iurgiorum dispendiosa prolixitas debite brevitatis moderamine refrenetur*[q]*. Porro venerabilis*[r] *in Christo pater Henricus Dei gracia Trevirorum electus et religiosus vir Theodericus abbas monasterii Sancti Mathie Treverensis ac frater Alexander monachus eiusdem monasterii, attendentes, quod ex dissensionis materia suborta dudum inter ipsum electum ex una parte et predictos . . abbatem et conventum ex altera, de quibus idem frater Alexander componendi et compromittendi speciale mandatum habebat, nonnisi turbaciones et rancores et scandala oriuntur; advertentes eciam, quod ex bono pacis potest utrique parti utilitas provenire: in nos miseracione divina Guillelmum*[s] *tituli Sancti Marci*[t] *presbyterum et Ottobonum Sancti Adriani dyaconum cardinales de omnibus litibus, questionibus, discordiis et querelis, iniuriis, dampnis, gravaminibus et expensis, que sunt et fuerunt ac esse potuerunt aliquatenus inter ipsos usque in hodiernum diem, tamquam in arbitros, arbitratores, amicabiles*

a) Sique 1. b) detencione 4. c) capticione 1. d) constiterit — detencione *desunt* 4^{b*}. e) talia? omnia? f) predictis 4. 4^{b*}. g) 178. *W.* h) *post add. in spatio vacuo relicto* 4. i) Otthobonum 1. k) civitatis 4^{b*}. l) Mathie 4^{c}. m) f. exord. $4^{b.\,b*}$. n) in t. $4^{b*.\,c}$. o) humano 1, *corr.* humani 4. p) caligine summe p. 4^{c}. q) *ita* 4^{c}; refrenatur 1. 4. 4^{b}; refrenantur 4^{b*}. r) in C. v. 4^{b*}. s) Gwill. 1, *saepius;* Guilhelmum $4^{b.\,b*}$. t) Maci 1.

compositores, ordinatores, laudatores et diffinitores, alte et basse compromittere curaverunt; 1272. *concessa nobis ab ipsis partibus plenaria*[a] *potestate de et super predictis litibus, questionibus et discordiis, controversiis et querelis, iniuriis, dampnis, gravaminibus et expensis, laudandi, arbitrandi, componendi et ordinandi, disponendi, declarandi, decernendi, pronunciandi, diffiniendi et sentenciandi, partibus presentibus vel absentibus, vel una earum absente et altera presente, eis citatis vel non citatis, diebus feriatis vel non feriatis, eis quoque scientibus vel ignorantibus, ordine iuris servato vel non servato*[b]*, alte et basse, qualitercumque, quomodocumque, ubicumque vel quandocumque nobis placeret et expediens videretur; prout in compromisso inde confecto plenius continetur. Nos itaque, in nos huiusmodi compromisso suscepto, deliberacione prehabita diligenti, auditis eciam et intellectis omnibus, que super predictis litibus, questionibus, controversiis, discordiis et querelis, dampnis, gravaminibus, iniuriis et expensis partes predicte dicere et ostendere voluerunt, et utriusque partis diligenter investigata et cognita voluntate, eisque presentibus coram nobis et huiusmodi nostrum laudum, arbitrium, compromissum, ordinacionem, mandatum, composicionem, diffinicionem, decretum et sentenciam acceptantibus, approbantibus et eis consencientibus, renunciantibus eciam in prescriptis omnibus et singulis omni iuris et legum auxilio, canonici et civilis, necnon excepcioni doli et facti, fori et clericali privilegio, constitucioni de duabus dietis edite in concilio generali, omnibus eciam indulgenciis et privilegiis, instrumentis et scripturis publicis et privatis, litteris quoque apostolicis inpetratis vel impetrandis et omni alii excepcioni, actioni, defensioni et rei, que obici possent contra hec omnia vel aliquod eorumdem: pro bono pacis et concordie parcium predictarum laudamus, arbitramur, componimus, dicimus, pronunciamus, mandamus, decernimus et hac arbitrali sentencia diffinimus, quod, premisso utrimque*[c] *mutue pacis osculo in signum solide amicicie inter ipsas partes omni tempore conservande, rancores, inimicicie, iniurie et offense, qui et que fuerunt hactenus inter ipsos, remittantur hinc inde, nullo umquam tempore suscitande, et altera parcium alteram in suis agendis bona fide pro posse iuvabit, prout secundum Deum honestati eorum et utilitati Treverensis*[d] *ecclesie et monasterii supradicti viderint expedire. Et si altera parcium de altera aliquod sinistrum vel grande malum et notabile aliquo modo perciperet ei per aliquem aut aliquos procurandum, illud quam cito poterit revelabit et bona fide impediet iuxta posse. Idemque electus eosdem abbatem et conventum occasione aliquarum litterarum a sede apostolica vel legato ipsius inpetratarum vel in posterum impetrandarum super subvencione sive subsidio ei faciendo per se vel per alium nullatenus molestabit, nec ipsarum occasione aliquid per se vel per alium aut alios directe vel indirecte exiget vel exigi faciet ab eisdem; et quod pro bono pacis et concordie, occasione dampnorum, expensarum et interesse, que et quas iidem abbas et procurator se et dictum monasterium fecisse, habuisse*[e] *et incurrisse dicebant, mille libras Treverenses idem electus eisdem, abbati suo et procuratori, conventus et monasterii predictorum nomine stipulantibus et promissionem recipientibus, solvere teneatur. Quarum sexcente libre infra tres menses, postquam ipse electus proximo intraverit civitatem Treverensem ad administracionem Treverensis ecclesie restitutus, residuum vero ab illo tempore in annum continue numerandum, nisi de ipsius abbatis spontanea voluntate terminus utriusque vel*[f] *alterutrius*[g] *solucionis prorogatus fuerit, persolvantur. Ad quas mille libras sic solvendas dictum electum eisdem abbati et procuratori dicti conventus nomine hac arbitrali sentencia condempnamus. Idemque abbas eidem electo obedienciam et reverenciam tamquam patri ac domino ac prelato suo exhibeat et fidelitatem observet. Utramque partem ab omnibus litibus, questionibus, discordiis, controversiis et querelis, iniuriis, dampnis, gravaminibus et expensis, que sunt et fuerunt ac esse potuerunt quibuscumque modis vel occasionibus inter ipsos usque in hodiernum diem, per eandem sentenciam absolventes, super ipsis utrique parti perpetuum silencium duximus imponendum. Mandantes nichilominus et iniungentes eidem abbati, quod omnibus litteris apostolicis et aliis instrumentis, actis et munimentis et processibus habitis per easdem contra electum prefatum omnino renunciet. Quibus omnibus idem abbas in continenti renunciavit expresse. Que omnia et singula supradicta secundum formam et obligacionem in compromisso contentas, et sub pena ibidem expressa, quam partem non servantem huiusmodi nostrum laudum, arbitrium, ordinacionem, sentenciam vel mandatum tociens incurrere volumus et ab eo exigi posse cum effectu parti servanti solvendam, quociens contra predicta seu aliquod*

a) plenarie 4b. c. b) vel non servato *desunt* 4c. c) utrumque 4b. b*. d) e. T. 4. e) et h. 4. f) v. a. s. *desunt* 4b*. g) alterutriusque 4. 4b; alteriusque 4c.

1272. *eorumdem ventum vel actum fuerit seu aliquid attemptatum, arbitrando, laudando, componendo, declarando, disponendo, ordinando, sentenciando et diffiniendo dicimus, precipimus, decernimus, mandamus et volumus per utramque partem inviolabiliter observari. Que quidem omnia et singula iidem electus, abbas et procurator, prout in compromisso et superius exprimuntur*[a], *se*[b] *omni tempore firmiter et inviolabiliter observaturos in nostra presencia iuraverunt. In cuius rei testimonium predicta omnia per Guillelmum*[c] *infrascriptum notarium scribi et publicari fecimus et ad maiorem certitudinem sigillorum nostrorum munimine roborari. Lata et pronunciata sunt hec apud Urbem-Veterem in camera prefati domini Guillelmi cardinalis, sub* 1272. *anno Domini 1272, indictione 15, pontificatus domini Gregorii pape decimi anno primo, mensis* Sept. 21. *Septembris die Mercurii 21; presentibus dominis Boemundo*[d] *primicerio, Henrico*[e] *circatore et Henrico*[e] *dicto Mùtthet*[f] *canonico Metens. et Guillelmo*[g] *de Heyengen clerico, testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Et ego Guillelmus dictus Nepos de Ypra, sacrosancte Romane ecclesie publicus*[h] *auctoritate notarius, predictis omnibus interfui et, ut supra legitur, de mandato dictorum dominorum cardinalium scripsi et in hanc publicam formam redegi ac meo solito signo signavi.*

58.[i] Cum igitur predicti dominus electus et abbas per dictos dominos cardinales, sicut predictum est, fuissent reconciliati, idem electus per eosdem cardinales ac alios suos promotores, quos habebat in curia, graciam eiusdem curie adeptus, palleum suum, quo iam diu caruerat, sibi dari obtinuit[1], ac non post multos dies cum ipso palleo[k] suo ad terram suam Oct. 1. archiepiscopus est reversus. Abbas eciam cum suis in die beati Remigii de curia recessit. Cum autem venisset apud Cremonam et invenisset ibi in hospicio Theutonicos et Oct. 9. Gallicos, qui eciam repatriare volebant, adiunxit se illis. Die autem altera, videlicet in die beati Dyonisii, cum essent in itinere non longe ab ipsa civitate, predones subito irruerunt in eos, et alios quidem ex eis ceperunt, alios totaliter spoliaverunt, alios autem letaliter vulneraverunt. Abbas autem et sui, Dei gracia eos protegente, salvis rebus evaserunt; quamvis Alexander, dicti abbatis cappellanus, per lanceam graviter fuerit vulneratus, ita quod nullus voluit credere, quod mortem posset evadere; et tamen per auxilium Domini ad suum monasterium cum eodem vulnere pervenit, quamvis multos labores et dolores de ipso vulnere sustinuerit in via; et tamen usque ad festum nativitatis Domini vix potuit de ipso vulnere curari. Venientes itaque Treverim dominus Henricus Treverorum archiepiscopus et[l] abbas, divina gracia ordinante, ita factum est, ut multo meliores essent amici, quam antea fuerint inimici.

59.[m] Sciendum preterea, quod omnes qui fuerunt in monasterio Sancti Mathie eo tempore, quo Wilhelmus de Meysenburch fuit in monasterio predicto, milites et servi, mala morte interierunt, alii occisi, alii subitanea morte mortui, alii ceci effecti, sicut omnes vidimus de quodam milite de Ponte, qui vocabatur Iohannes Lupus, qui statim post eiectionem Wilhelmi de monasterio Sancti Mathie cecus factus[n] est et apertis oculis nichil vidit, et sic usque ad mortem cecus permansit.

[Item[o, 2] vidimus[p], quod Iohannes miles de Novo-castro[3] dictus Slep, nescio qua rabie temeritatis inflatus, de furioso[q] mandato Henrici electi[r] Treverensis ac Arnoldi prepositi Sancti Paulini, qui tunc exercitu prepotenti duas villas monasterii beati Mathie, videlicet Menniche[s, 4] et Krittenache[t] dictas, vi occupabant, propria manu duas curtes, scilicet Esch[u] et Kûckilbergh[v], ad venerabile monasterium predictum spectantes, horribili et miserabili Ps 73, 7. incendio devastare temere presumpsit. Unde propheta: *Incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.* Ecce quam enormiter supra sortem iustorum

a) exprimitur 4b*. c. b) se — presencia *desunt* 4b*. c) Wilhelmum 4c. d) Bohemundo 4b*. e) Heinrico 4b. f) Muchet 4b*; Mucchet 4c. g) Guillermo 4c. h) *ita codd.* i) 179. *W.* k) palleo *corr.* pallio 1. l) et a. *post add.* 1. m) 180. *W.* n) effectus 4b*. c. o) Item — pretermittis *infra post* bulla papali *alia manu in codice* 1 *scripta sed signo* ⸸ *huc relata sunt.* p) v. q. *erasa* 4, *desunt* 4b. b*. c. q) *erasum* 4; *deest* 4b. b*. c. r) *deest* 4c. s) Meniche *corr.* Nēniche 4. t) Kritthenache 4. 4b. u) Efch 1; Eviche vel Ysch 4b*. v) Kûckilberch 4b; Rotkelberch 4b*; Kulkilberch 4c.

1) Literas Gregorii pontificis, quibus latam adversus Henricum sententiam revocat, et suspensio eiusdem relaxatur, horum Gestorum scriptor praetermisit; impressae vero leguntur ap. Martene l. c. p. 324 sqq. et in Hontheim, Hist. dipl. I, p. 796. — Hanc bullam Romae ex registro Marini de Ebulo eruit Mabillonius. WYT. 2) Haec ab alio addita esse, supra p. 371. monui. 3) Neuerburg prope Wittlich. 4) Nennig, Krittenach.

extenditur virga peccatoris! Dum vero miles impius, minister sceleris et iniquitatis, servus dyaboli, ministrator incendii, Neronis exercens tyrannidem in possessionibus ecclesie, sponse Christi, sic ageret et super antedicto curtium[a] incendio gloriaretur, illico visu orbatus, a suis complicibus cecus abducitur; qui dum ad propria remearet, uxorem suam cum duobus filiis suis predilectis eadem plaga percussos apud Novum-castrum invenit. Unde dolor et planctus in eodem castro oriebatur pariter et tumultus. Ipsi vero ictu meroris et luctus graviter vulnerati, eodem anno miles, uxor et duo filii vitam terminaverunt in dolore. O Deus ultionum, domine, qui nullum bonum irremuneratum, nullum malum impunitum pretermittis!]

Wilhelmus eciam de Meysenburch habens adhuc aliquam spem a domino Henrico archiepiscopo Treverensi restitucionis sibi faciende ad abbaciam Sancti Mathie predictam, intelligens dictum[b] Theodericum abbatem cum domino[b] archiepiscopo esse reconciliatum, senciensque se sua spe omnimodis esse frustratum, nimium confusus et contristatus, et sicut dicit Salomon: *Animus gaudens etatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa,* ipse Wil- Prov. 17, 22.
helmus videns se sic illusum, propter vehementem tristiciam et cordis amaritudinem exsiccata sunt ossa illius, sicque in merore et luctu complevit dies suos, licet fuerit iuvenis et fortis, et appositus est ad fratres suos in cimiterio Sancti Maximini predicto.

Sciendum eciam, quod omnes littere apostolice, que in isto processu continentur, adhuc habentur in superiori sacrario nostro[1] sub bulla papali.

ADDITAMENTUM.

1.[b*] Notum[c] sit omnibus, quod inter cetera reputo fore dignum extreme cellule[d] commendandum, quam benivole summus pontifex, vir christianissimus Urbanus papa IIII. negotium venerabilis abbatis[e] Theoderici et conventus monasterii Sancti Mathie Treverensis tractabat; non tepide, sed plenissimo[f] cum favore, ad hoc intentus, ut idem negocium felicissimo fine terminaret, ut in epistolis subsequentibus lucidius apparebit. O quam pius Romane sedis antistes, qui temporibus suis causas pupillorum[g] direxit et iudicium pauperum iudicavit, ut dicitur in propheta! Sed hec hactenus[h]; quod instat agamus. Ier. 5, 28.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Henrico de Bollandia[i] *archidiacono Treverensi salutem et apostolicam benedictionem.*

Felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, dilecto filio electo Treverensi conferendi personis idoneis, etiam si alias beneficiate[k] *forent, abbacias*[l]*, prioratus, dignitates, personatus, officia et alia ecclesiastica beneficia, que in civitate ac diocesi seu provintia Treverensi tanto tempore vacaverant, quod ipsorum collatio erat ad sedem apostolicam secundum Lateranensis statuta concilii legitime devoluta*[m]*, concessisse*[n] *dicitur per suas litteras liberam facultatem. Quarum pretextu idem electus personatus, dignitates, officia et beneficia huiusmodi, prout asseritur, conferre presumit personis minus idoneis et alias beneficiatis, que in ecclesiis, in quibus personatus, dignitates, officia et beneficia predicta habentur, vel in illis, in quibus prius beneficia obtinebant, nequeunt residere, sicque oporteret aliquas ex predictis ecclesiis debitis obsequiis defraudari. Nos itaque id tollerare*[o] *nolentes et considerantes, quod abbacie, prioratus, dignitates, personatus, officia et beneficia ad collationem nostram spectantia, utilius per nos quam per electum conferri poterunt supradictum, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predicto electo ex parte nostra inhibere procures, ut per huiusmodi litteras,*

a) curtim 4. 4^b; curtis 4^{b*}. b) *deest* 4. b*) 260. *M.*; 181. *W.* c) *quae sequuntur in codice* 1 *post* impunitum pretermittis (*supra l.* 9) *alia fortasse manu addita sunt.* d) *sic omnes codd.*; *Martene opinatur, forte legendum esse:* schedulae (cedulae). e) venerabilis .. a. Th. 1; Th. a. 4. f) plenissime $4^{b.\,b*.\,c}$, *corr.* plenissimo 4. g) ppl'orum 4^b; populorum 4^{b*}. h) actenus *corr.* hactenus 1. i) Bolandia 4^{b*}. k) non *post add. in marg.* 4^b, *et ita* $4^{b*.\,c}$. l) abbacia 1. m) desoluta $4^{b.\,b*}$. n) concesisse 1. 4. o) tollere *corr.* tollerare 1; itaque attollerare 4.

1) i. e. monasterii Sancti Mathiae.

quas penitus revocamus, de cetero procedere non presumat, eum, si necesse fuerit, quod a tali presumptione desistat, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, ac sententias et processus, si quos vel si quas pretextu litterarum ipsarum fieri vel haberi contigerit, decernendo irritos et inanes, non obstante, si prefato electo a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possit per litteras apostolicas, que de[a] *indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerit mentionem. Datum*
1261. Nov. 5. *Viterbii Nonas Novembris*[b], *pontificatus nostri anno primo.*

Prioribus[c] ordinis Predicatorum in provintia Treverensi.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis prioribus ordinis fratrum Predicatorum provintie Treverensis salutem et apostolicam benedictionem. Implacita etc., *ut supra c.* 8, *p.* 418. — *secundo.*

Arnoldo archidiacono Treverensi.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Arnoldo archidiacono Treverensi salutem et apostolicam benedictionem. Sicut nolumus indigna precipere, ita, cum digna precipimus, ea volumus efficaciter adimpleri. Satis credimus in illis partibus esse notum, qualiter Henricus, qui pro electo Treverensi se gerit, dilectum filium Theodericum abbatem monasterii Sancti Mathie Treverensis ordinis sancti Benedicti non sine multa temeritate ab eodem monasterio amoverit et alium pestilentem monachum nomine Willelmum intruserit[d] *in eodem. Cum itaque nos contra intrusorem et intrusum huiusmodi et*[e] *fautores eorum diversa mandata diversis personis sub certa forma pro dicto abbate ipsiusque monasterio dirigamus: discretionem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta precipiendo mandantes, quatinus illis subditis tuis, quos a nobis vel delegatis nostris contigerit super hiis huiusmodi mandata recipere, sic faveas, sic assistas, quod ipsi tuo muniti favore iniunctum eis mandatum apostolicum in hac parte sine trepidatione aliqua exequantur, tu quoque id exequi libere studeas, si quando tibi auctoritate nostra fuerit demandatum; preces et mandatum nostrum in hac parte taliter impleturus, quod odisse iniquitatem et diligere iusticiam comproberis, nosque devotionem tuam provide possimus merito commendare. Datum apud Urbem-*
1263. Sept. 27. *Veterem* 5. *Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno tercio.*

Theoderico archidiacono Treverensi.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Theoderico archidiacono Treverensi salutem et apostolicam benedictionem. Sicut nolumus etc., *ut praecedens epistola* — *tercio.*

Abbati Sancti Martini Glandariensis.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati Sancti Martini Glandariensis Metensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sicut nolumus indigna precipere, ita, cum digna precipimus, ea volumus efficaciter adimpleri. Cum igitur Henricus, qui pro electo Treverensi se gerit, dilectum filium Theodericum abbatem monasterii Sancti Mathie Treverensis ordinis sancti Benedicti ab eodem monasterio non sine multa temeritate removerit et quendam alium pestilentem[f] *monachum nomine Willelmum intruserit in eodem, et nos pro dicto abbate contra intrusorem et intrusum huiusmodi ac fautores ipsius diversa mandata sub certa forma diversis iudicibus dirigamus: discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus dilectos filios Arnoldum et Theodericum archidiaconos Treverenses ex parte nostra moneas attentius et inducas, ut subditos suos non solum permittant*[g] *exequi libere directa eis a nobis mandata vel delegatis nostris super hiis aut aliis qui monasterium supradictum reforment, verum etiam ipsis favorabiliter circa huiusmodi negocii prosecutionem assistant tamquam iusticie zelatores; eos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellens. Datum apud Urbem-Veterem* 5. *Kal. Octobris, pontificatus nostri*
1263. Sept. 27. *anno tercio.*

a) *deest* 4. 4b. b) Novembrum 4b. b*. c) *rubras ex* 1 *recepi, desunt* 4. d) intrusit 4b*. e) aut 4b*; ac 1 *in sequenti dipl.*; aut 4 *ibidem.* f) pestilentie 4b. c. g) pretermittat 1. 4. 4b. b*.

Duci Lothoringie.

Urbanus etc. dilecto filio nobili viro duci Lothoringie[a] *etc. Quoniam timorem Domini etc., ut supra p. 432. — tercio.*

Scabinis et universitati Treverensi.

Urbanus etc. dilectis filiis scabinis et universitati Treverensi etc. Quoniam timorem Domini etc., ut supra ibidem — tercio.

Magistro scabinorum et 13 iuratis Metensibus.

Urbanus etc. dilectis filiis magistro scabino[b] *et tredecim iuratis Metensibus etc. Quoniam timorem Domini etc., ut supra ibidem — tercio.*

2.[c] Idem[d] Henricus Treverensis archiepiscopus[*] munitiones tocius diocesis diversis structuris multipliciter roboravit. Quedam vero de novo construxit opere valde sumptuoso, videlicet Berincastel[e] castrum erexit a fundamento, Meiene[f] villam condidit et ibidem castrum construxit, quod ecclesie Treverensi subiugavit. In Confluentia de domo Willelmi militis, que dicebatur Archa, castrum fortissimum maximis expensis comparavit. Castrum Sarbûrgh[g], Palacium Treverense[**] et eciam Palzele[h], Grimbergh[i], Pilliche, novum castrum quod dicitur Meiirmûnt[k, ***], magnis edificiis sumptuosissime renovavit. Multas quidem possessiones propter[l] mundi gloriam magis quam Dei laudem ecclesie Treverensi instauravit, que scribi possent, si tedium temporis non adesset; et multa maiora comparasset, si curia Romana super introitu suo usque ad 34 milia marcarum et amplius ipsum non excoriasset, ac eciam propter discordiam miserabilem[m] superius memoratam inter ipsum et Theodericum abbatem Sancti Mathie, qui dictus abbas in consecratione et pallii sui impetratione ipsum annis plurimis impedivit, ut[n] in premissis lucidius est expressum. Sed quod laude dignum predico: gens Treverica, bona pace freta, sub ipso principe congaudebat, ac metas iuriditionis ecclesie Treverensis fiducialiter dilatavit ac totam provinciam suis temporibus feliciter[o] gubernavit. Quid[p] plura? Vir magni consilii ac prudentissimus in acquirendo transitorias huius mundi facultates, sed[q] omni carens religionis disciplina, et quod magis describere erubesco, clerum et religiosos semper habuit exosos, ac precipue vitam monasticam subsannando parvipendit, et religionis honorem vi et iniuria nitebatur penitus conculcare; nam bonis ecclesiarum ipsorum[r] violenter subtractis, diversa castra edificavit, ut apparet in premissis; et ne longe petamus exempla[s], conventum de Himmilrode[t], viros religiosos et devotos ordinis Cysterciensis coegit miserabiliter exulare, ipsorum bona sine causa dissipans et devastans[1]. Quam ob rem famam suam et honorem viliter obfuscavit. Sed divina iustitia, impiorum castigatrix, religionis iniuriam non perpessa, ipse infirmitatis aculeo gravissime percussus, cepit egrotare per unius anni spacium, nec evasit. Unde exasperatus est spiritus eius, et flagellum Dei sustinuit animo furioso; nec ab iniuria predicta cessavit, sed[u] indignatione magis excandescens. Dum vero[v] dolore cordis indicibili cruciaretur vehementer, nescio quo spiritu inspiratus, quoddam propositum intercepit, quod supernus dispositor disposuit terminando: quasdam exactiones fecit fieri per omnes villas sibi subiugatas, et maxime a Iudeis sub sua defensione constitutis, quos ipse specialiter protexit, thesaurum infinitum extorsit.

*) 4^{b*} *add.:* post confirmationem suam.
**) 4^{b*} *add.:* cum omnibus cameris et edificiis.
***) 4^{b*} *add.:* Manderscheit, Marienberch, Ehrenbreitstein, Montabuyr, Hardinvels.

a) Lotheringie 4^{b}; Lothringie 4^{b*}; Lothar. 4^{c}. b) scabino *manu rubrae corr.* scabinorum 1. c) *capp.* 2 *et* 3 *des.* 4^{c}; *c.* 184. *W.* d) Item 4^{b}; *deest* 4^{b*}. e) Berencastel 4^{b*}. f) Meyene $4^{b. b*}$. g) Sarbůrch 4. 4^{b}. h) Patzele 4^{b*}. i) Grimberch $4^{b. b*}$. k) Myrmunt 4^{b*}. l) propter — laudem *erasa* 4, *desunt* $4^{b. b*}$. m) s. mem. mis. 4^{b*}. n) et 4^{b*}. o) feliciter *post add.* 1. 4. p) *c.* 185. *inc. W.* q) et 4. r) *deletum* 4, *deest* $4^{b. b*}$. s) ext *post corr.* ex 1. t) Hilmilrode 4; Hilmerode 4^{b}; Hymelrodi 4^{b*}. u) *erasum* 4, *deest* $4^{b. b*}$. v) s° *post add.* 4; sic $4^{b. b*}$.

1) Ab hac tamen oppressione Henricum tandem destitisse, indicio sunt literae publicae anno 1274. expeditae, quibus abbati et conventui de Himmenrode omnia bona et possessiones confirmavit. Series abbatum claustri b. Mariae v. in Himmenrode etc. per Robert. Bootz (Cod. ms. Trev. nr. 1275. sign.). WYT. Goerz, Reg. d. 18. Oct. 1274, chartam affert quae longe minora continet; et certe quae hic narrantur posteriori tempori adscribenda sunt.

3.[a] Cunctis rebus suis dispositis ac dicto thesauro diligentissime commassato, dixit, se velle visitare limina beati Iudoci[b] supra[c] mare[1], sperans ibi vigorem sui corporis reparare; tamen cunctis amicis suis, clericis et religiosis ac civibus Treverensibus sibi dissuadentibus; nam sciverunt, ipsum laborem itineris posse nullo modo sustinere; nec ire, stare poterat vel[d] equum scandere, nisi manibus servorum suorum selle imponeretur. Sanum consilium rennuit et contempsit; currum corio circumtextum, in quo veheretur, sibi parari iussit, et sic paucis concomitantibus[e] recessit, morbo incurabili constipatus. Dum vero ad limina dicti sancti perveniret[f], cepit de die in diem gravius egrotare, et appropinquavit[g] finis eius; [sed[h] in clero de discessu sive decessu fuit anceps coniectura; unde quidam dixerunt, quod ad hunc gradum non ascendit per hostium, sed aliunde per impressionem symonicam, et ergo turpiter exivisset. Sed hoc divine bonitati committimus; ad materiam redeamus. Post paucos vero dies, inter tot delicias et divicias, dum sermo adhuc esset in ore suo, ut fulgur in nocte, repente descendit super ipsum imperium divine maiestatis]; et in 1286 Apr. 26. loco predicto in crastino beati[i] Marci ewangeliste vitam terminavit, finem universalem concludendo, anno Domini 1286, et translatus Treverim[k], in ecclesia beati Petri in dextro latere iuxta murum, debitis exequiis peractis, est a clero et populo honorifice tumulatus; et est ibidem altare iuxta tumulum, quod ipse largissimis honoravit donariis, ad laudem Dei constructum ac anime sue requiem pariter et memoriam sui sempiternam. Ecce, quam subito solo Dei nutu funestus honor seculi ac omne vanum et caducum in nichilum redigantur!*

VITA HENRICI ARCHIEPISCOPI ALTERA.[l]

PROLOGUS.[m]

Hystorias conscribere multiplex est utilitas, quoniam ex hoc fonte hauriunt preteritarum rerum prius ignari, quo interior homo delectatur et venit ad cognitionem mirabilium operum, que Deus gloriosus ante nostra tempora mirabiliter operatus est. His autem fideliter insudantibus[n] ac rectam disciplinam et maximam[o] rerum gestarum cognitionem habere[p] volentibus patet strata regalis, per quam incedentes contemplantur diversi diversa, quibus

*) *Iterum alia manu (s. XV) addita sunt in 1, quae etiam in 3 in ultimo folio, in 4b* vero in adsuta charta et iterum post Gesta breviora Heinrici leguntur:*

Sequitur[q] epithavium:

De Finestinga[r] presul fuit hic oriundus.
Moribus et vita nulli fuit orbe secundus.
Nobilis Henricus, Treberis, tibi fidus amicus,
Cura tuis morbis, honor et pax urbis et orbis.
Rector erat[s] magnus, devotis extitit agnus.
Hiis pia vota dabas, tumidos tibi supeditabas.
Ipse tibi caulas multas construxit et aulas;
Te bene dotavit, tibi fortia castra paravit.
Nunc, Trevir, plora, Dominum cum fletibus ora,
Quod sibi solamen prestet Christus Deus! Amen.

Secundo loco 4b praeterea addit:*

Est preciosus iste placidisque sororibus glaucis
Pertinet, certe piis recte memoratus[t] in urbe;
Nempe liber heroum, bellis quoque pace adauctus.
Hunc tibi eruditum, lector, habe arte politum!

a) 186. *W.* b) Iodoci 4b*. c) supra *corr.* iuxta 4, *et ita* 4b. b*. d) nec 4. e) conmitantibus *post corr.* concomitantibus 1. f) perveniret *corr.* pervenit 4, *et ita* 4b. b*. g) appropinquavit *corr.* appropinquare 4, *et ita* 4b. b*. h) sed in clero — maiestatis *desunt* 4. i) *superscr.* 4. k) Teverim 1; Treveris 4b*. l) *ex codd.* 3. 4a; *in* 4b* *haec in fine voluminis alia manu exarata leguntur ita inscripta:* Gesta nobilis Henrici de Finestinga conpendiosius collecta scribentur sic. m) *ita* 4b*; *c.* 264. *M.*; 187. *W.* n) insudantur 3. 4b*. o) maximarum 4b*. p) querere 4b*. q) Epitaphium prescripti Henrici 3. r) Fyn. 4b*. s) eras 3. t) memoratis *c.*

1) S. Iosse-sur-mer.

informatur vita modernorum ad multa pericula evitanda et ad eternam vitam obtinendam. Sed sic sub viciis multorum corda tenentur, ut sint 'sicut equus[a] et mulus, quibus non est Tob. 6,17. intellectus'; profecto hii sunt illi qui bonum et archanum divinum contempnunt; ad quod etiam summus Deus illos iudicavit immeritos et indignos. In hystoriis enim[b] et cronicis conscribendis multi sapientes viri laborant[c], sicut Hermogenes[1], Iosephus hystoriographorum[d] maximus ac Orosius et multi alii tam philosophi quam prophete. Porro ille mundi Fabricator omnipotens, qui cognoscit omnia antequam fiant, sciens hominum memoriam labilem ac[e] dies paucos et[f] defluentes sicut aqua, que defluit et non revertitur[2], primos apices suo digito scribere dignatus est, digito[g] nostram fragilitatem informans sicut ceram mollem, que recipit impresso formam a sigillo, ut operum suorum mira miracula posteris elucescerent plenius per scripturam. Quidam[h] autem rerum[i] necessitate coacti sunt, ut ea, quibus interfuerunt cum agerentur[k], scripture declaratione colligerent; quosdam[l] vero magnitudo rerum utilium in occulto iacentium invitavit[m], ut hystoriam ex[n] hiis ad utilitatem deberent conferre communem; nam, sicut ipsa testatur veritas, non est bonum, lucernam Luc. 11,33 abscondere sub modio nec ea que recte gesta sunt ignorantie tenebris occultare. Horum igitur vestigia cupiens imitari, quantum possum, licet segnicies ingenii et tarditas intellectus obscuri repugnent, attamen nanus[o] gyganteis suppositus[p] humeris longius longiore[q] conspicit, et piger dextrario insidens celere celerius currit. Sed frequenter, quod istorum exhylarat animos, illorum efficit tediosos. Quis ergo tutus a morsibus emulorum? Beatus enim Ieronimus in cunctis suis prefationibus consuevit suis emulis respondere: *Aggrediar ergo illud sapientis, qui dicit: 'Opto placere bonis, pravis[r] odiosus haberi'*. Pluries ab amicis meis invitatus, quibus placere[s] cupio, qualiter, postquam vir venerabilis dominus Arnoldus pie[t] recordationis Treverorum[u] archiepiscopus ab huius carnis ergastulo fuerat a Domino feliciter evocatus, ex[v] inopinato casu, immo potius ex divina providentia, dominus Henricus de Vinstinga[w], vir alti consilii et magne pacientie, decanus ecclesie Metensis, ad archipresulatus honorem Treverensis ecclesie, non absque tamen immensis laborum sudoribus, extitit sublimatus, quomodo fuerit electus, quotque[x] annis administraverit officium sui pontificatus, et quantum ampliaverit[y] ecclesie sue statum, qualis fuerit eius exitus, et quanta dampna sustinuerit ex dispendiosa discordia orta inter ipsum et dominum Theodericum abbatem Sancti Mathie, que materia dinoscitur alibi nimis diffuse fore conscripta, cum adiutorio Altissimi sub lucida veritate compendiose perstringam, sed quedam per diversa loca ante per aliquot dies acta et gesta preponam[z].

1.[a] Anno Domini 1248. Wilhelmus comes Hollandie in Romanorum regem eligitur, 1247. adhuc[b] vivente Frederico imperatore excommunicato et condempnato, et regnavit idem Wilhelmus annis 9, nondum regali dyademate insignitus; qui super glaciem pugnans cum Frisonibus, occiditur ab eisdem. Post eum Richardus[c] dux Cornubie, frater regis Anglie, 1256. eligitur, et deinde quidam alii, qui omnes in parte regni vix suscepti paucis diebus regnabant. 1257. Tandem eligitur iustus et strennuus princeps Růdolphus[d] comes de Hasbůrch[e], 1273. miles inclitus et bellicosus, qui multa castra predonum deiecit et illos decollari fecit; plurima bella commisit, in omnibus victoriose triumphans; quarto anno regni sui regnum Boemie[f] potenter invasit[g], regis Boemici[f] tirannidem et obstinatam inobedientiam horrende vindicans, ipsum regem, diviciis, armis et milicia prepotentem, in campali prelio bellicose prostravit, ducatum Austrie et provincias multas sibi subiugavit ac regnum Alemannie[h] suis temporibus gloriose gubernavit. Regali electioni huius apud Vrankenvort[i] celebrate cum ceteris principibus interfuit antedictus dominus Henricus Treverorum presul, armipotens et gloriosus pre ceteris principibus universis, cum 1800[k] armatis tam militibus quam armigeris et vasallis.

a) equs 4a. b) *deest* 4a. c) v. quondam laborabant 4a. d) hystoriagraph. 3; hystorigraghorum 4a. e) et 4a. f) ac 4. g) *deest* 4a. h) Quibus 3a. 4b*, *post corr.* Quidam 3. i) r. a. 4a. k) agerent (?) 3. l) quo facta 3; quo facto 4b*. m) immutavit 3. 4b*. n) et 3. 4b*. o) narus 4a. p) supponit 3. 4b*. q) l. se 4a. r) pravos 4b*. s) parere 4a. t) felicis 4a. u) Tr[5] 3; Treverensis 4b*. v) et 3. 4b*. w) Finustinga 4b*. x) quot 4a. y) amplificaverit *corr. in marg.* ampliaverit 4b*. z) proponam 3. 4b*. a) 265. *M.*; 188. *W.* b) aduc 3. c) Ricardus 4a. d) Růdulphus 4a. e) Hasbrug 4a. f) Bohem. 4a. g) et *del.* 4a. h) Allemanie 4a. i) Vrankevort 4a. k) ∞ et DCCC 4a.

1) Forsan Hermogenes Tarsensis, Flavii Iosephi contemporaneus, de quo scribit Suetonius (Domit. c. 10): *item Hermogenem Tarsensem (occidit), propter quasdam in historia figuras, librariis etiam, qui eam descripserant, crucifixis.* WYT. 2) Cf. Gesta Henrici et Theoderici c. 1, supra p. 414.

Chr Mett. Anno[a] Domini 1248. Lůdowicus rex Francie transfretavit. Hyemans in regione Cypri, proxima estate Damiatam cepit, et paulo post per retorsionem[b] Nyli plus quam centum milia christianorum capiuntur et occiduntur a Sarracenis; rex capitur[c], et frater eius occiditur[c] Robertus nomine. Rex autem redemptus pro 800 bysantiis aureis, ab altero principe pagano captus est et occisus[1]. Sarraceni Damiatam[d], civitatem munitissimam, funditus evertentes, lapides proiecerunt in Nylum.

Anno Domini 1251. obiit Fredericus[e] magnus imperator, depositus et[f] excommunicatus et condempnatus usque ad quartam generationem a domino Innocentio papa quarto in concilio Lugdunensi. Obiit enim in vigilia beate Lucie virginis, in[f] qua nocte serena et gelida audita sunt tonitrua maxima, et apparuit ante et postea multis diebus cometa.

Anno Domini 1252. sanctus Petrus de ordine Predicatorum martirio coronatur.

Anno Domini 1255, feria sexta, luna decima, ante festum beati Andree, cometes apparuit, et due lune vise sunt in celo. Eodem anno descendit ignis de celo, qui consumpsit civitatem Macometi que vocatur Meccha et omnem circa regionem usque ad tres dietas; et post multa tempora remansit ignis ardens in quadam valle illius regionis. Anno sequenti ignis, qui nescitur unde venerit, consumpsit sepulchrum Macometi, distans a dicta civitate dietas tres. Deinde anno tercio sequenti rex Tartarorum[g] expugnavit Baldach[h] civitatem, que olim vocabatur Susis, in qua Assuerus rex Hester elegit in uxorem, repudiata Vasti; in qua regnavit heres Macometi, quem Tartari[g] interfecerunt cum uxoribus et liberis et trecentis milibus equitum. Anno sequenti occupaverunt montana illius[i] qui appellatur[k,*] rex mortis[l], destructis 200[m] castris sub eius potestate sitis. Quinto anno transierunt Tygrim et debellaverunt et devastaverunt[n] terram totam que est inter Tygrim et Eufraten. Transeuntes autem Eufraten, venerunt in Syriam, gentes et populos prosternentes; tantusque timor invaserat omnes regiones longe vel prope sitas, ut illarum incole venirent cum clavibus civitatum ad Hulaonum regem Tartarorum pro gratia obtinenda, ut[o] parceret eisdem.

Iam stilum ad materiam convertamus.

2.[p] Treverorum igitur ecclesia — que super Gallos et Germanos primatum obtinet, quem pre cunctis Cisalpinis[q] ecclesiis, suis doctoribus[r] electis, videlicet sancto Euchario, discipulo Ihesu Christi, et suis sociis Valerio et Materno, ac per baculum suum princeps apostolorum[s] sanctus Petrus signavit habendum[t], suam quodammodo minuens dignitatem, ut sibi participem faceret eandem[2]; ob quam causam summus pontifex caret baculo pastorali usque in 1259. hodiernum diem[u] — ut dictum est, suo patre et pastore fidelissimo viduata, corpore[v] ecclesiastice tradito sepulture, die assignata ad eligendum, vocatis omnibus qui de iure debuerunt interesse, convenientibus autem prelatis et canonicis universis ecclesie Treverensis, qui debuerunt et potuerunt commode interesse, invocata sancti Spiritus gratia, placuit omnibus et singulis, per viam scrutinii dicte ecclesie de pastore digno providere. Ipsis vero discrepantibus[w] illa die, alia dies[**] assignata est ad eligendum ut prius. Qua[3] die humani generis inimico zizaniam seminante venenosam, amarissima invidia livescente, que, sicut rubigo ferrum attenuat, omnes virtutes obnubilat et consumit, ingens orta est dissentio inter fratres[x] ecclesie prelibate, qui[y] sua vota divisim[z] direxerunt in dominum Arnoldum de Sleyda[a] ex una parte et dominum Henricum de Bolandia ex altera, archidiaconos[b] ecclesie Treverensis; qui celeriter ad[c] sedem apostolicam pervenerunt. Ipsis autem per[d] biennium in curia Romana existentibus[e] continue ac pertinacibus litigiis ibidem[f] irretitis, domnus Alexander sacrosancte Romane ecclesie summus pontifex, dolens ecclesiam Treverensem, nobilissimam filiam, quam plantavit et genuit mater ecclesia primitiva, esse suo sponso eclipsatam, vidensque illam periclitari miserabiliter tamquam in medio nationis perverse, de communi consilio fratrum cardinalium dictas electiones in discordia celebratas cassavit et cassatas esse publice denuntiavit, perpetuum silentium imponens eisdem. Illo[g] autem tempore fuit in curia Romana dominus Henricus decanus ecclesie Metensis predictus, missus a domino Argentinensi episcopo, suo[h] consanguineo, pro quibusdam[i] arduis negociis, ut dicebat. Dominus papa et cardinales cernentes in eo profundam sapientiam, compositam sermonum eloquentiam, morum venustatem, generis claritatem et multarum virtutum excellentiam, de persona dicti Henrici in spiritualibus et temporalibus circumspecti providerunt ecclesie 1260. Nov. 19. Treverensi. Anno Domini 1260[k], 13. Kal. Decembris missus est Treverensi populo electus

*) Agellaus *add.* 4[a].
**) scilicet vigilia beati Nicholai *add.* 4[a].

a) *c.* 266. *inc. M.* b) post torsionem 4[a]. c) captus est — et occisus 4[a]. d) Damyatam 3. e) secundus *post add.* 4[a]. f) *deest* 4[a]. g) Thart. 4[a]. h) Baldac 4[a]. i) alius 3. k) apellatur 3; dicitur 4[a]. l) mortis *superscr.* montis 4[b*]. m) ccc 3. n) vast. totam terram 4[a]. o) et 3. 4[b*]. p) 267. *M.*; 189. *W.* q) cisalpinis 3. 4[a]. r) e. d. 4[a]. s) apostolici cetus 4[a]. t) habendam 4[a]. u) d. h. 4[a]. v) c. eius 4[a]. w) disceptantibus 4[a]. x) f. capituli e. 4[a]. y) que 4[b*], *corr.* qui 3. z) divisum 4[a]. a) Scleyda 4[a], *ubi alia manus add.* maior. archid. b) archidiaconum 4[b*]. c) c. s. a. pecierunt 4[a]. d) fere per 4[a]. e) c. e. 4[a]. f) *deest* 4[a]. g) *c.* 268. *inc. M.* h) c. s. 4[a]. i) specialibus *add.* 4[a]. k) LX. *corr.* LXII. 4[a].

1) Auctorem quem sequitur male intellexit. 2) Haec ex falso Silvestri diplomate, Gesta c. 18, SS. VIII, p. 152, sumta sunt. 3) Gesta Henrici et Theoderici sequitur.

et pastor memoratus, tamen non obtento pallio, verum quia remansit in Romana curia multis et diversis debitis obligatus; qui ab universo clero et populo Treverensi, ut decuit tantum virum, honorifice est receptus. — Hoc tempore apparuerunt vapulatores, qui velata facie currentes ordinatim et coniuncti per vicos et plateas in multis civitatibus, quedam carmina ad laudem Dei decantantes, exutis vestibus, se ipsos percusserunt scuticis et flagellis. — Preterea[a] dictus dominus Henricus electionis sue anno secundo venit in adiutorium domino 1261. Argentinensi episcopo predicto in eiusdem civitatis obsidionem cum ingenti multitudine armatorum; qui cum victoria et gloria ad vallem Trevericam prospere[b] est reversus. Cum autem exercitus suus in villa que dicitur Cryttenache[c] non longe ab urbe Treverica, que spectat ad monasterium Sancti Mathie, pernoctaret, satellites et vasalli sui, tamen preter eius consensum[d], ut speramus, — nam[e] infrenata iuventus plurimorum[f] in armis exultans, ponit pro voluntate rationem[1], illicitum licitumque simul miscens sine cura — villas dicti monasterii incenderunt et inde pecora abegerunt. Quam contumeliam et iniuriam abbas dicti monasterii asseruit ex precogitata malicia sibi fore factam. Hec fuit causa[g] multorum malorum, que postea est[h] ad sedem apostolicam devoluta. Abbas vero impedivit eundem in obtentione pallii multis annis, imponens eidem, quod, non obtento pallio et absque confirmatione sedis apostolice suffraganeum suum[i] Philippum episcopum Metensem confirmasset et celebrasset generalem synodum in ecclesia Treverensi et se in suis litteris archiepiscopum nominare presumpsisset; allegantes etiam hinc inde[k] crimina et[l] defectus[2]. Ipse vero abbas et conventus suus expulsi sunt per aliquod[m] tempus*, et alter abbas substitutus, ex quo ipsum monasterium sustinuit maximas lesiones et iacturas. Dictus vero electus tenebatur[n] pluribus annis vinculo excommunicationis innodatus. Dictus etiam abbas cum** monachis suis in via Confluentina a militibus dicti electi[o] ducti sunt ad castrum Tůron, in quo tenebantur tribus annis et mensibus sex vinculis mancipati***[3]; super quo dominus papa multum commotus, precepit, illos absolvi, volens etiam contra dictum electum gravius agere et usque ad eius depositionem procedere. Dictus autem abbas cum suis monachis ex mandato sedis apostolice a vinculis absolutus, festinavit ad curiam Romanam pervenire. Quo pervento, citatus est dictus electus in propria persona, ut ad certam diem domini pape conspectui se presentaret, alioquin, eius absentia non obstante, procederet contra eum, ut dictaret ordo iuris. Dictus electus non modicum perterritus hoc audito, sed a quibusdam cardinalibus, amicis suis, est litteris consolatoriis confortatus, sub quorum consolacionis spe ad curiam pervenit[p] eandem. Tandem idem[q] electus et abbas per viam compromissi et ordinationem sedis apostolice reconciliati, amici facti sunt[4]. Ratione cuius miserabilis discordie 1272. dictus electus dampnificatus esse dinoscitur in 33 milibus marcarum sterlingorum, 12[r] solidis et 4 sterlingis pro marca qualibet computatis; et sic obtento pallio, reversus est ad patriam. Que omnia per ordinem in dicto monasterio Sancti Mathie noscuntur plenius esse scripta.

3.[s] Hoc tempore Alexander papa viam universe carnis ingreditur, et Urbanus, quondam 1261. Virdunensis episcopus[5], creatur. Hiis[t] diebus[6] dominus Henricus archiepiscopus Treverensis castrum Swarzinberch obsedit et expugnavit, ac nobiles et milites quam plures captivos inde deduci fecerat, cum triumpho gloriose revertens.

Anno Domini 1265. nobilis vir Meffridus[u] rex, filius Friderici imperatoris, occiditur in 1266. bello campestri in Appulia a Karolo[v] comite Andegavensi, nuper a sede apostolica creato in regem Cecilie.

*) a suo monasterio, et a. a. s. est, qui post paucos dies depositus est et primus revocatus ex mandato domini pape *add.* 4[a].

**) et tres monachi sui 4[a].

***) Papa Alexandro defuncto, Urbanus successit, qui plures processus contra dictum H. electum fecit; decedente vero Urbano, substituitur Clemens papa, qui de premissis nimis commotus 4[a].

a) *c.* 269. *inc. M.* b) propere 4[a]. c) Critt 4[a]. d) conscientiam 4[a]. e) non 4[a]. f) pl'orum (populorum?) in a. ex. 4[a]. g) et inicium *add.* 4[a]. h) sunt 4[a]. i) s. suff. 4[a]. k) et i. 4[a]. l) *deest* 4[b*]. m) aliquot 4[a]. n) p. a. t. 4[a]. o) captivi *add.* 4[a]. p) e. p. 4[b*]. q) *deest* 4[a]. r) 13. 4[a]. s) 270. *M.*; 190. *W.* t) et hiis 4[b*]. u) Mefridus 4[b*]; n. M. rex Cecilie 4[a]. v) Karalo 4[a].

1) Ita errore manifesto, si codicibus fides, auctor scripsisse videtur, alludens ad illud Iuvenalis dictum VI, 223: *sit pro ratione voluntas.* 2) V. Gesta Henrici et Theoderici c. 52. et interrogatoria ap. Martene, Coll. IV, p. 476; Hontheim I, p. 765. 3) Gesta l. l. c. 51, p. 444. 4) Ibid. c. 58, p. 452. 5) Iacobus a. 1252—1255. 6) De anno non constat.

Anno Domini 1268. Karolus rex Cecilie superavit in prelio Conradinum[a], fratrem[1] dicti Meffridi, iuvenem elegantis forme et etatis floride, quem* fecerat decollari**.

Anno Domini 1274. Gregorius papa X. celebravit concilium Lugdunense[b], in quo fratres Sacciferi et omnes ordines mendicantes per universum orbem, exceptis paucis, sunt depositi[c] et reprobati, et bigami omnino condempnati sunt[d]; et decima posita est in universo clero in subsidium Terre Sancte. Eodem anno episcopus Virdunensis[2], volens in crastino sacros ordines celebrare, mane inventus est mortuus.

Anno Domini 1277. Berinkastil[e] castrum edificatur[e] ab archiepiscopo Henrico. Anno[f] sequenti comes Iuliacensis[3] et filius eius primogenitus cum trecentis militibus electis post multa guerrarum dispendia cum armata manu hora diei nona in die sancte Ger-
Mart. 17. trudis[g] clanculo intravit Aquisgrani[h] civitatem regiam, ardenter cupiens illam evertere. Factoque horrendo strepitu per vicos et plateas a civibus, in ore gladii corruerunt universi. Post hec Aquenses meliore pace freti gaudebant.

Anno Domini 1280. Henricus archiepiscopus edificavit castrum Meyene. Secundo anno sequenti idem[i] dominus Henricus emit castrum Mailberch[k] cum advocatia de Wittelich pro 1500[l] libris Metensium denariorum[4], et expendit in renovatione muri, [putei[m]] et edificiorum dicti castri 500 libras Treverensium denariorum. Eodem anno firmavit Confluentiam et monasterium Meynevelt[n] muris firmissimis. Sequenti anno opposuerunt se oppidani Confluentini[o] eidem domino suo Henrico archiepiscopo, recalcitrantes annis duobus; ipse vero, congregato exercitu prepotenti, irruit super eos, effugatisque omnibus adversariis suis, et[p] oppido violenter expugnato, edificavit[q] ibidem firmissimum castrum ad reprimendum eosdem[5].

Item munitiones totius dyocesis diversis structuris multipliciter roboravit; quedam de novo opere valde sumptuoso, videlicet Berincastil[r] castrum, erexit a fundamento, Meyene villam condidit et ibidem firmissimum[s] castrum construxit. Item castrum Sarbûrch[t], palatium Treverense cum omnibus cameris et edificiis, Palaciolum, Grimberch[u], Pilliche[v], Manderscheit[w], Novum-castrum, Marienbûrch, Erbreitstein[x], Montabûr[y], Hardinvels: hec castra omnia magnis edificiis sumptuosissime renovavit.

Item comparavit feoda et homagia plurima; comites, barones nobilesque terre, videlicet 31, primo de Veldentia[z], Gemini-pontis, de Sarwerdin[a], Hirsutum, de Hoinberch comites quinque et alios viros nobiles et potentes fecit homines et fideles in perpetuum et eorum heredes ecclesie Treverensis; assignans unicuique, prout eorum dignitas requirebat, feoda et pecuniam maximam pro feodis comparandis[6]. Summa[b] 14380[c] libr. denariorum Treverensium. Item comparavit et emit plures redditus et multa bona per diversa loca in dyocesi Treverensi: scilicet castrum Mailberch[d] cum advocatia de Wittelich[e], vasallis, castrensibus hominibus, pascuis, pratis, villis et universis attinentiis et iuribus, pro duobus milibus et 50[f] libris Treverensium[g] denariorum[7]. Item decimam de Altrea[h. 8] cum iure patronatus pro 600 libris. Item decimam de Drone[i. 9] cum iure patronatus pro 200 marcis et

*) cum quibusdam aliis nobilibus impie *add.* 4a.

**) 4a *add.:* Hic Ytalia et omnes regiones Transalpine in se divise sunt; maritus adversus uxorem et filius adversus patrem, fratrem etiam et sororem, et e converso; pars una dolet lesionem sacri imperii, pars altera adheret Romane ecclesie et repudiat Romanum imperium. Hii sunt Gelfi, pars altera dicitur gens Gebelina usque in diem hodiernum, ex qua suborta invidia plurima facta est strages hominum et diverse civitates destructe.

a) Cûradinum 3. b) Lugduni 4a. c) d. s. 4a. d) *deest* 4a. e) Berincastel 4a; Bernkastel 4b*. f) Item a. 4a. g) Gerdrudis 4a. h) Aquisgranum 4a. i) *deest* 4a. k) Mailburch (?) 3; Maleberch 4a. l) 1400. 4a. m) *deest* 3. 4b*. n) Meynefelt 4b*. o) Confluenti 4a. p) *deest* 3. 4b*. q) edificare cepit 4a. r) Berincastel 4a. s) *deest* 4a. t) Sarburg 4a. u) Grinberch 3. 4b*. v) Pylliche 4a; Piliche 4b*. w) Mandirsch 4a. x) Erberchstein 4a. y) Muntabûr. Hardûvels 4a; Monthabur. Hardinwels 4b*; Hardinveils 3. z) Vald. 4a. a) Sarlberden 4b*; Sarwerden, Hirsutum et de 4a. b) ascendit ad *add.* 4a. c) quatuordecim milia libra. et ccc et LXXX libras Trev. den. 4a. d) Malberch 4a. e) Wyttel. 4a. f) quingentis 4a. g) *deest* 3. h) Altrei 4a. i) Droue 4a.

1) Nota auctoris errorem. 2) Ulricus, qui obiit a. 1273. 3) Wilhelmus cum filio Wilhelmo. 4) Vid. diploma venditionis datum 15. Febr. a. 1279. ap. Hontheim, Hist. Trev. dipl. I, p. 809. WYT. 5) V. chartam compositionis a. 1281. Hontheim l. l. I, p. 814. 6) V. chartas eius argumenti complures l. l. p. 801 sqq. — Ad praesentem locum legi meretur Nelleri dissertatio de origine, diversitate et natura feudorum Trevirensium ap. Hontheim (Prodr. Hist. Trev. dipl. I, p. 581 sqq.). WYT. 7) V. supra p. 455. 8) Altrich in praefectura Wittlich. 9) Dhron in praefectura Bernkastel.

300 libris. Item advocatiam de Monasterio[1] pro quingentis marcis. Item curtem de Kerliche[a.2] pro duabus milibus marc. Item curtem de Dûrremûze[b.3] pro quingentis[c] marcis. Item decimam de Coverna[d.4] pro sexcentis marcis. Item advocatiam de Berincastile[e] pro mille libris. Item redemit quedam bona apud Meyene[f.5] pro mille et 400 marcis Coloniensibus; et etiam emit ibidem sex marcarum redditus. Et multa alia et infinita bona, decimas, redditus, possessiones, domos, vineas, campos, prata, que longum esset enarrare, comparavit. Summa omnium undecim milia et 80 tam librarum[g] quam marcarum Coloniensium et Treverensium denariorum, exceptis[h] edificiis et structuris novorum et antiquorum castrorum, et exceptis triginta et tribus milibus marcarum[i] sterlingorum, quas solvit pro expensis in curia Romana factis. Unde multa maiora, quam aliquis predecessorum suorum pontificum Treverensium comparasset, si curie Romane tantam summam pecunie non sol- G. II. et Th. add. c. 2. visset ex causis et rationibus antedictis, videlicet discordia miserabili orta inter ipsum ex una parte et Symonem summum prepositum et fratrem suum Theodericum abbatem Sancti Mathie ex altera et quosdam canonicos Treverenses, ipsorum fautores, qui ipsum decem annis in pallii sui impetratione impediverunt. Quid[k] plura? Vir magni consilii fuit, in spiritualibus et temporalibus circumspectus et sagacissimus in acquirendo transitorias huius mundi facultates, et quod laude dignum est, clerus et populus Treverensis bona pace fretus sub ipso principe gaudebat, metasque iurisdictionis ecclesie Treverensis fiducialiter dilatavit ac totam provinciam suis temporibus feliciter gubernavit.

4.[1] Dum[m] adhuc ordiretur etate validus, pontificatus sui anno 29, precisa est, proh 1286. dolor! velut a texente vita eius, ut placuit Regi regum altissimo, cuius occulta iudicia nemo colligere potest, eo quod admiranda voce prophetica sint abyssus multa nec valent arte Ps. 35, 7. mortalium evitari, nulli scrutabilia, nulli nota. Quis enim novit celi ordinem, ut supernarum dispositionum videat predestinationes occultas? Aut quis ponere potest rationem in terra, ut ante humana corda talium secretorum vias aperiat vel superiorum iudiciorum misteria considerando discutiat manifestetque loquendo? Hec itaque in hac vita positus facere nemo potest; ante hominem namque carne circumdatum labor est ista cognoscere, donec in Domini sanctuarium, in quo sunt omnia consilia super filios hominum, ergastulo corporis absolutus introeat, ibique non solum presentia, sed etiam novissima intelligat et[n] cognoscat. Horum siquidem consideratio miranda, nimirum stupenda pariter et tremenda, nos nec immerito admiratione[o] sollicitat mentesque nostras ingestione stuporis elicit concutitque timore.

Idem pater venerabilis dominus[p] Henricus Treverorum archiepiscopus per unius anni spatium ante finem eius[q] cepit infirmari. Tetigit[r] eum manus Domini paralysi, et podagra laborans graviter egrotavit. Hic dum in curru, quem sibi fieri mandavit corio circumtecto, cunctis amicis G 1 1 suis dissuadentibus[s], ad Sanctum Iudocum[t] peregre veheretur, invaluit in eum morbus incurabilis; liminibus tamen dicti sancti, ut Domino placuit, feliciter visitatis, dumque devotionis causa abhinc[u] tenderet versus Bononiam[v.6] in littore maris sitam, in quo loco mater Domini gloriose veneratur, huius stadium peregrinationis exivit, ingrediens viam universe carnis ibidem, anno Domini 1286, in crastino beati Marci euvangeliste*. Et [a[w]] venerabili viro domino Apr. 26. Wernero[x] archidiacono in ecclesia Treverensi, comite sui itineris, translatus Treverim[y], in ecclesia sancti Petri in dextro latere templi ad murum, debitis exequiis peractis, est a clero et populo honorifice tumulatus, et ibidem iuxta tumulum suum altare, quod ipse largissimis honoravit[z] donariis, ad laudem Dei constructum est pro suorum remissione peccatorum[a] et ob felicem memoriam sui sempiternam. Dictus vero dominus archidiaconus, vir etatis provecte, diviciis et redditibus affluens, non post multum temporis, mundi vanitate relicta, in claustro Hymmelroth[b] Cisterciensis ordinis factus est monachus et sacerdos, divinis instans laudibus, seculi pompis ultroiectis.

*) scilicet 6. Kal. Maii *add.* 4[a].

a) Keriche 3; Kriche 4[b*]. b) Dûrrenmûze 4[a]. c) quintentis 4[a]. d) Quertia 3; Covertia 4[b*]. e) Beyrincastil 3. 4[b*]. f) Meyne 3; Meyen 4[b*]. g) m. q. l. 4[a]. h) et exc. 4[a]. i) xxxiii marcis 3. k) *haec* — concutitque timore *desunt* 4[a]. l) 272. *M.*; 191. *W.* m) Cum 4[b*]. n) ac 4[b*]. o) miratione 4[b*]. p) Item d. *pergit* 4[a]. q) suum 4[a]. r) T. enim 4[a]. s) s. tamen suadentibus *corr.* dissuad. 4[a]. t) Iodocum 4[b*]. u) *deest* 4[a]. v) Boventam 3. 4[b*]. w) *deest* 3. 4[a. b*]. x) W. 3. 4[b*]; Wilhelmo *W.* y) t. est T. et in 4[a]. z) d. h. 4[a]. a) peccaminum 4[a]. b) Hymmelroit Cyst. 4[a]; Hymeielroit 4[b*].

1) Meinfeld; v. Hontheim l. l. p. 806. 2) Kärlich. *inter Engersche* (Engers) *et Oyremuntze* (Urmitz). WYT. 3) Diploma 246. in Güntheri cod. dipl. Rheno-Mos. T. III, P. I, p. 393. habet: *in curte Durremuntze* 4) Cobern. 5) Mayen. 6) Boulogne sur Mer.

5.[a] Item[b] idem pater[c] habuit modum laudabilem et consuetudinem memorie[d] dignam. Cumque[e] tractaret de statu et negociis temporalibus sue dyocesis, assumpsit sibi viros consultissimos, in rebus temporalibus expertos, prout imminentis negocii perplexitas requirebat: si circa milites aut[f] vasallos causa agebatur[g], assumpsit barones et nobiles probate[h] prudentie; si circa clerum et ecclesiasticam libertatem negocium vertebatur, consuluit viros litteratissimos; si circa cives, idem fecit, prudentiores assumens; quemlibet venerans et salutans leto vultu et benigno, prout requirebat status[i] et conditio eorumdem. Nec mutavit mores prescriptos, dum coram eo ventilabantur negotia Iudeorum, bene intelligens illud
Eccli 7, 5; 32, 24. sapientis: *Noli esse sapiens apud temet ipsum; sed omnia fac cum consilio, et post factum non penitebis*[k]. Est enim boni prelati conferre cum prudentibus et abstinere et non multum frequentare consortia subditorum et maxime vilium personarum, quia nimia familiaritas hominum parit honoris contemptum. Debet enim prudens princeps consultor[l] esse procerum et contempnere bilingues adulatores et susurrones[m], nec illos exaltare quos natura[n] in imis iacere precepit[o], sed prudenter debet advertere quos honeste vite, fame bone et scientie laudabilis[p] expetunt ad altiora sublimari. Inde oritur bona fama; *et primum instrumentum intellectus est desiderium bone fame; et qui vere eam desiderat, famosus erit et gloriosus; et qui ficte desiderat illam, per infamiam confundetur; inicium igitur sapientie et intellectus est desiderium bone fame*; ut dicit philosophus in libro secretorum[1].

6.[q] Hiis etiam[r] temporibus apparuit quidam rusticus, asserens se esse Fridericum imperatorem magnum, qui ante multa tempora fuerat defunctus. Primo clandestine visus est Colonie, deinde palam universis. Qui tandem captus est et vinculo[s] mancipatus, numquam verbum mutans, quin diceret: 'Ego sum rex Fridericus'. Tandem emancipatus[t] a carcere, in foro rerum venalium Coloniensi alte positus in scala, ut ab omnibus videri posset, dyademate valoris[c] unius oboli super caput eius posito, depilata[u] barba, illusiones et obprobria maxima sustinuit; tamen semper clamare non desiit: 'Rex moriar Fridericus'. Ultimo post hec depositus de scala, tamquam vesanus eiectus de civitate, venit Nussiam[v], ibique denuo cepit dominari. Oppidani autem loci illius receperunt eum benigne, eidem[w] largas expensas administrantes; et in tantum ibidem exaltatus est, ut nonnulli nobiles et barones terre, quibus ipse litteras suas, suo[x] sigillo facto ad instar sigilli Friderici imperatoris sigillatas, destinavit, hesitando putarent, eum esse veraciter cesarem Fridericum. Nam opinio fuit multorum, ut per[y] artem magicam cognosceret illa que militibus quondam sub Friderico imperatore militantibus clam vel palam acciderant, et hec suis litteris inserere consuevit[z], cognito intersigno. Unde multi declinaverunt ad illum, et venerabantur eum tamquam regem Fridericum[a]. Cum autem iste rumor validus nullum orbis angulum lateret, et in tantum elevatus esset, ut quodammodo in eo regalis maiestas appareret, misit litteras suas Rodolpho[b] Romanorum regi, ut ipsum tamquam dominum suum recognosceret[c] tali intersigno et quod ipse rex quondam sub ipso[d] militasset[2]. Dictus pacificus[e] rex respondisse creditur: 'Domine Deus, rex celi et terre, fiat voluntas tua; si hunc regnare velis, in omnibus parere cupio tue voluntati; nec etiam tibi resistere valeo in ictu oculi aut tuam iustitiam transmutare'. Dumque prefatus rusticus ad tantam vesaniam devenisset, ut extra sensum raptus in semet ipso rex putaretur, sui immemor et oblitus, adire festinavit cum sibi

a) 273 *M.* b) *deest* 4^a. c) Henricus *add.* 4^a. d) memoriis 4^a. e) Cum enim *W.* f) et 4^a. g) ageretur 4^a. h) approbate 4^a. i) c. et st. 4^a. k) penitebit. B. e. enim 4^a. l) e. c. 4^a. m) susurrationes 4^{b*}. n) in i. n. 4^a. o) precipit 4^a. p) laudabilitas expetivit 4^a; *vocabulum deesse videtur.* q) 274. *M.*; 192. *W.* r) etenim 4^a. s) vinculis 4^a. t) mancipatus 3. 4^{b*}. u) b. d. 4^a. v) Rûssiam 4^a. w) adm e. l. e. 4^a. x) s. suo 4^a. y) *ita* 4^a; *deest* 3. 4^{b*}, *ubi postea* etilla. z) *ita* 4^a; i. cogn. i. narrabat 3. 4^{b*}; *quod depravatum* 4^a *emendasse videtur.* a) *deest* 4^a. b) Rodulpho 4^a. c) cogn. 3. 4^{b*}. d) eo 4^a. e) rex p. 4^a.

1) Pseudo-Aristoteles, Secretum secretorum ed. a. 1528, fol. 7. 2) Cf. V. Meyer, 'Tile Kolup (Der falsche Friedrich). Wetzlar 1868'. Hic inserere libet epistolam eius ineditam, quam ex cod. Cantabr., Corp. Chr. Nr. 450, s. XIV, exscripsit V. Cl. Liebermann:

De eo qui simulavit se Fredericum.

Fredericus Dei gracia Romanorum imperator et semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, dilectis suis in Christo viris nobilibus duci Brabancie et . . comiti Holandie suam graciam et omne bonum.

Cum Creator omnium et dominus ante mundi constitucionem multis temporibus ex magestatis sue providencia nos ad hoc preelegerit, ut, ipso cooperante, mundus per nos gubernetur et regatur, licet multis temporibus quemadmodum vermis sub terra tempore brumali absconsi fuerimus et velati, nunc autem velut idem vermis tempore vernali caput erigimus pro communi utilitate, salutem humani generis cogitantes. Hinc est, quod vestram amiciciam, de qua plene confidimus, studio rogamus diligenti, quatinus

adherentibus Vrankinvort, ut ibidem, principibus Alimanie[a] convocatis, generale concilium celebraret et in pristinum honorem restitueretur et[b] sublimaretur in regem. Quem Syfridus[c] archiepiscopus Coloniensis persecutus est armata manu prepotenti usque Wetflair[d], illumque ibidem[e] in campo extra opidum, ligatis manibus et pedibus, in curru fecerat[f] horribiliter concremari; triste[g] prebens exemplum universis, qui, spreta Dei gratia, que datur humilibus, contendunt ardua scandere, proprie conditionis immemores[h], quecumque[i] putant licita, et cum altius scandere non possunt, deorsum precipitantur ad ima, digna recipientes premia meritorum.*

7.[k] Anno Domini 1288. commissum est prelium horrendum nimis iuxta Coloniam apud villam Wůrunch inter magnanimum principem Iohannem ducem Brabancie, comitem de Monte[1], de Vianna et Iuliacensem[2] comites ac cives Colonienses ex parte una, ac bellicosum dominum Syfridum archiepiscopum Coloniensem, Gelrie[3] et de Luczelinbůrch[4] comites et dominum de Valkinbůrch[l. 5] ex altera. Ex quo prelio congregati sunt hinc inde electe iuventutis excellentiores milites Francie, Brabancie et undique circa Renum atque Mosam et viri pedites bellicosi nimis usque ad centena milia hominum, qui suffecisse creduntur una die ad tenendum campale prelium cum Sarracenis universis. In quo conflictu miserabili ceciderunt in ore gladii, proh! miles clarissimus Henricus comes Luczelinburgensis, inclitus Walrammus, frater eius, ac 1400 viri bellatores, omnes tam equites quam pedites, nobiles et ignobiles indifferenter, et plures capiuntur; dictus dominus archiepiscopus ductus est captivus in terram comitis de Monte, et comes Gelrie ducitur in terram ducis Brabancie, ipso duce cum suis, non absque tamen multa sanguinis effusione suorum, victoriosissime triumphante. Causa autem huius belli fuit hec. Comes Gelrie duxit in uxorem natam ducis Linburgensis[6], unicam heredem ipsius ducatus, que decessit sine prole. Comes de Monte, proximus heres, ut dicebatur, vendidit omne ius suum hereditarium, quod habuit in ipso ducatu, duci Brabancie pro 32000 marcis, comite Gelrensi asserente, quod ipse dictam terram tenere deberet quoad vitam suam ratione dotis seu sponsalicio iure; comite Luczelinburgensi[l*] etiam dicente, dictam terram ad se esse iure hereditario devolutam, ac domino archiepiscopo Coloniensi allegante, quod ipsa venditio non valeret, nam[m] iure homagii esset astricta ecclesie sancti Petri Coloniensis.

GESTA BOEMUNDI ARCHIEPISCOPI TREVERENSIS.

Invectio[n] contra emulos.

Admiranda Salvatoris voce testante, non potest civitas abscondi supra montem posita, si etiam ipsa voluerit; mons enim qui eam portat, ut ibidem[o] dicit Chrisostomus, facit eam omnibus manifestam: sic virtuosi viri, qui fundati sunt in Christo, etiamsi noluerint[p], quia Christus eos manifestat. Et si infinita lingua emulorum obmutescat loris invidie laqueata, Matth. 5, 14.

*) 4[a] *addit:* Nec est obmittendum, quod predictus dominus Henricus archiepiscopus duas conventuales a fundamentis erexit et dedicavit ecclesias, videlicet Kyleburch Treverensis dyocesis et Monasterium Metensis dyocesis, quas suo largissimo dotavit patrimonio, in quibus canonicos instituit, qui die noctuque Domino famulantur et pro suis delictis Domini misericordiam exorant, quam sibi dominus Ihesus Christus tribuere dignetur.

a) Alemannie 4[a]; Almanie 4[b*]. b) et s. *des.* 4[b*]. c) dominus S. a. p. 4[a]. d) Wetflar 4[a]. e) ibi illum cepit et 4[a]. f) fecit eundem 4[a]. g) Qui t. 4[a]. h) obliti 4[a]. i) nam queque 4[a]. k) *c.* 275. *M. Hoc cap. om.* 4[a]. l) Walkinburg 4[b*]. l*) Luczillinb. 3 *hoc loco.* m) quoniam 4[b*]. n) *haec et prologus des.* 4[a]; *c.* 183. *W.*; *M. deinceps capitula numeris non distinxit.* o) *deest ed.* p) voluerint 4[b. b*].

in civitate Nussiensi, ubi nunc sumus, nostram presenciam tali modo visitetis, ut in posterum, cum vires et nostri corporis virtutes plenarie de faucibus terre progressum resumpserunt, de vestra promocione cogitare teneamur, scituri, quod, si vestra fidelitas aliquam curialitatem nobis fecerit, cum exhibicio operis probacio sit dileccionis, per nos sequetur procul dubio retribucio copiosa.

Sequitur *Responsio facta eidem per comites: Iohannes dux Brabancie et Florentius comes Holandie inopinato fantasmati Frederico pro Romanorum imperatore similator[i]e se gerenti salutem et vera frivolis anteferre* etc. Florentii litteras ed. Lorsbach, Herb. 1802; cf. V. Meyer l. l. p. 31. 1) Adolphum. 2) Gerhardum. 3) Rainaldum. 4) Heinricum. 5) Walramum. 6) Ermengardam.

clara tamen preconia valide[a] clamare non cessant bene gesta, et ambulant in cacumine, sicut celi luminaria lumen emittentia in hunc mundum caliginosum in maligno positum,
Prov. 28, 1. quoniam iniquitatis diluvium habundat super terram. *Sed iustus*, ut ait Salomon[b], *quasi leo*
12, 21 *confidens absque pavore erit;* et idem: *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Reproborum mentes*, ait Gregorius[1], *perversis cogitationibus semper invigilant, sed plerumque eis superna dispensatio obviat; et quamvis pravitatem consilii nec fracti adversitatibus corri-*
Iob 5, 13. *gant, tamen, ne contra bonos prevaleant, eorum vires refrenat.* Unde Iob: *Qui comprehendit sapientes in astucia eorum et consilia pravorum dissipat.* Unde Gregorius ibidem: *Sepe nonnulli sapientia humana inflati, dum desideriis suis divina iudicia contraire conspiciunt, astutis ei reluctare machinationibus conantur, quos Dominus in ipsa eorum astutia comprehendit; quod melius exemplo monstramus. Ideo Ioseph venditus fuerat, ne adoretur; sed ideo est adoratus, quia venditus; in Egyptum ductus servituti subditur, sed in* tota *Egypto* dominatur; *luxurie accusatione* male *dampnatur*, sed *prophetie* dono illuminatur. *Sic divinum consilium, dum devitatur, impletur; sic humana sapientia, dum reluctatur, apprehenditur.* Moyses in Nilo proiectus in filium adoptatur a[c] Thermuth, filia Pharaonis. Saul[2] David persequitur, et inde plus sublimatus. Sic Yonas fugiens obedire renititur, et ad locum quo missus fuerat reus suo carcere portatur, scilicet in ventre ceti. *Unde*[3] *miro modo fit, ut et quod sine voluntate Dei*[d] *agitur voluntati Dei contrarium non sit, quia, dum in bonum usum mala facta*
Prov 21, 30. *vertuntur, eius consilio militant etiam que eius consilio repugnant. Unde Salomon: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Deum.* Verumtamen, sicut honorificum est gloriam Dei revelare, sic scelus immensum est bene gestis livoris acumine
Ephes. 5, 13. derogare. Ast omne quod arguitur, ut ait apostolus, a lumine manifestatur. Sed, ut dicit Galterus de Castellione, mirum est, humanum genus a prima sui natura, secundum quam cuncta que Deus fecit valde bona creata sunt, ita esse depravatum, ut promptius sit ad condempnandum quam ad indulgendum, et facilius sit ambiguum depravare quam in partem interpretari meliorem. Ideoque beatus Ieronimus in singulis suis prefationibus consuevit suis emulis respondere[4], qui venenosis stimulis opera gloriosa conabantur ausu temerario multipliciter offuscare, quorum spinosum semen adhuc pungens in orbe terrarum latius est diffusum. Sepe enim sagittant in occultis immaculatum dolosa labia detractorum. Sepe venenum aspidum dampnabili calliditate diffundunt, ut ledant calumpniosis flatibus innocentem. Hii sunt, quos propria vexat iniquitas, ut in agro bonarum mentium semina detrac-
Rom. 1, 30. tionis effundant. Merito secundum Paulum detractores Deo odibiles describuntur. Hec videt Christus et silet, ut dicit Bernardus; hec Salvator patitur et dissimulat. Propterea dissimulemus et nos quoque necesse est et sileamus. Interim, maximeque de prelatis nostris, magistris ecclesiarum, benignos semper et mites exhibeamus nos, invicem supportantes in omni
Es. 8, 6. patientia, scientes, quod aque Syloe vadunt cum silentio et quiete. Nam, sicut ait Gregorius, qui zelo Dei utitur, a pravis hominibus dehonestatur; et deteriores ex predicatione Dei facti sunt Iudei, quibus manna pluit Deus in deserto; tanti beneficii ingrati murmurabant contra Dominum et electos eius Moysen et Aaron, quos lapidibus obruere festinabant, nisi gloria Domini fugientes ad tabernaculum preveniendo protexisset insontes. Ob hoc non inmerito et transgressores subito secuta est a Domino plaga terribilis et horrenda. Unde sepe accidit,
Ps. 35, 7 dum ingratitudo subditorum meretur inscia iram summi Iudicis, cuius iudicia sunt abyssus multa, hanc obstinati multipharie multisque modis impingere ferociter et mendose non expavent in noxiis actibus prelatorum. Nam ingratitudo, ut dicit Bernardus[5], est ventus urens, exsiccans fontem pietatis, venas misericordie, fluenta gratie; sicque fit, ut perversi et ingrati suis laqueis magis innodentur, dum hos dolo cupiunt studiosius evitare. Mendacium
Ps. 116, 2. quippe stare non potest, 'veritas autem manet in eternum'.

Prologus[e] materie.

Non obstante ergo emulantis aculeo, procedant ad lucem et noticiam futurorum inclita gesta supra montem elevatum posita reverendi patris et felicis recordationis domini Boemundi[f] Trevirorum archiepiscopi, de Warnesberch[6] geniti, qui velut solaris radius emicans

a) *deest ed.* b) Solomon 4b'. c) adopt. Athermuth 4b. d) *deest* 4b'. e) *c.* 184. *W.* f) Bohemundi 4b', *et ita postea.*

1) Moralia in Iob VI, 27 sqq., Opera ed. Bened. I, p. 194. 2) Sequentia quoque exempla ex Gregorio sumta, sed verba brevius reddita sunt. 3) Ib. c. 33, p. 196. 4) Cf. supra p. 457. 5) De caritate c. 19; sed verba mutavit auctor. 6) Hanc gentem non eandem esse, quae postea sub nomine baronum de Warsberg floruit, ut Hontheim et Wyttenbach opinati sunt, monuit Dominicus, 'Das Erzstift Trier unter der Regierung der Erzbischöfe Boemund und Diether' (Confl. 1853) p. 7 n.

inter reges et principes huius seculi, fuit vir alti consilii et profunde sapientie; in ornatu, apparatu et epulis pre cunctis Germanie et Alemannie[a] principibus apparuit gloriosus; inter domesticos et privatos[b] valde benignus extitit et iocondus, exemplum beati Annonis Coloniensis episcopi in se colligens, qui fratribus de monte Syberch dixisse legitur[1]: 'Quamvis[c] pomposus appaream militibus meis, tamen inter hec ante conspectum eterni Iudicis pavidus atque deiectus intus incedo[d], et magis, quam ulli patescat'. Sed sunt nonnulli, qui, dum eximia virtutum dona percipiunt, ab alto corruunt; dum magis muneribus exaltantur, semet ipsos ignorant; sed pastor bonus per dignitatis altitudinem semet ipsum gloriam appetendo non transcendit, nec alta petens proximorum infima[e] despicit elevatus. Unde Paulus celum contemplatione transcendit, nec tamen statum carnalium sollicitudine deseruit. Unde idem ait: *Factus sum Iudeis tamquam Iudeus, ut Iudeos lucrarer* etc., non imitando fidem, sed 1. Cor. 9, 20. extendendo pietatem; et iterum: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos;* con- ib. 22 descendendo appropinquavit infidelibus, non cadendo[f].

Quis ignorat, qualis et quantus idem pater et dominus Boemundus Treverensis[g] archiepiscopus habebatur apud serenissimos dominos Rodulphum, Adolphum et Albertum, tres inclitos Romanorum reges successive? Primum venerabatur ut patrem, secundum amplectebatur ut filium, tertium instruxit et premonuit ut amicum.

Qualiter autem post obitum reverendi patris digne memorie domini Henrici Treverensis archiepiscopi dictus dominus Boemundus, tunc prepositus et archidiaconus ecclesie Treverensis ac primicerius ecclesie Metensis, electus fuerit et[g] in archiepiscopum confirmatus, quot[h] annis rexerit sui presulatus officium, quantum augmentaverit ecclesie sue statum et quomodo migraverit ab hoc seculo, annuente Domino, compendiosius explanabo; quedam etiam de incidentiis temporum admiranda non modicum annotabo, que tempore sui presulatus evenerunt, prout hec inferius plenius continentur, que nos sepius ab assumpta materia digressionem facere compellunt.

1.[i] Qualiter fuerat electus.

Anno Domini 1286. reverendo patre domino Henrico Treverorum[k] archiepiscopo viam 1286. universe carnis ingresso, et die[2] assignata ad eligendum pastorem ecclesie Treverensi, vocatis et convenientibus prelatis et canonicis omnibus eiusdem ecclesie, qui debuerunt de iure et potuerunt commode interesse, placuit omnibus et singulis fratribus capituli, per viam scrutinii dicte ecclesie de pastore digno provideri. Sed impii seminator consilii corda perturbans pacifica, in opaca nocte zizania superiecta suffocavit triticum pastorale, sciens, quia scriptum cf. Matth. 13, 25. est: *Omne regnum in se divisum desolabitur,* livoreque livescente exterminatoris suggestio Luc. 11, 17. prevaluit[l] corrosiva. Fratres dicti capituli vota sua divisim direxerunt in tres personas[m]; quorum maior et sanior pars vota sua direxit in virum laudabilem dominum Boemundum superius nominatum, reliqua vero parte divisa in duas partes, quarum altera elegit dominum Ebertum, cantorem eiusdem ecclesie, et altera dominum Iohannem de Syrkis[n], in dicta ecclesia archidiaconum, qui statim supersedit et electioni sue abrenuntiavit. Dictis autem domino Boemundo archidiacono et Eberto cantore electis ad sedem apostolicam celeriter properantibus, lite et causa diucius in curia Romana durantibus, dictus Ebertus cantor ibidem obiit, sede apostolica etiam tunc vacante[3]. Fratres cardinales, licet de sua sollicitudine forent non modicum occupati, nobilem filiam Treverensem ecclesiam, nuper suo sponso et pastore viduatam, fideliter consolari cupientes, communi consilio et unanimi voluntate dictam electionem ad sedem apostolicam legitime devolutam, cunctis ammirantibus, de specialissima gratia remiserunt fratribus dicti capituli denuo celebrandam. Quo viso, hostis noster, qui non dormit, sed ambulans per loca arida non habet requiem, assumptis septem Matth. 12, 43. spiritibus nequioribus se, reversus est ad dictum capitulum, sua vasa recognoscens. Periculosior dissentio iterum orta est inter fratres. Pars autem fratrum capituli, que prius dominum Boemundum elegerat, permansit[o] immobilis, et plures de capitulo adiuncti sunt eidem; reliqui vero vota sua direxerunt in dominum Gerardum de Eppynsten[p], archidiaconum in ecclesia Treverensi. Domino Boemundo adhuc existente in curia Romana, Gerardus archi-

a) Almanie 4^{b*}. b) primatos 4^{b*}. c) Quam preciosus 4^{b*}. d) incendor 4^{b*}. e) infirma 4^{b}. f) tacendo 4^{b*}. g) *deest* 4^{b*}. h) quod $4^{b.b*}$. i) 195. *W*; Incipiunt gesta domini Boemundi Trevirorum archiepiscopi *praemittit* 4^{a}. k) Trev' 4^{b} *semper*. l) prev. — pers. quorum *des.* 4^{b*}. m) *eras.* 4^{b}. n) Sirkis 4^{b*}. o) mansit 4^{b}. p) Eppinsteyn 4^{b}; Eppensteyn 4^{b*}.

1) In Vita Annonis haec verba haud inveni. 2) Iisdem fere verbis usus est auctor V. Henr. c. 2, p. 458. 3) Honorius IV. obiit 1287, d. 3. Apr.

diaconus non statim iter arripiens, sollempnes nuntios pro se misit ad curiam. Medio autem 1288. Mart. 17. tempore frater Henricus Maguntine sedis archiepiscopus, ordinis fratrum Minorum, migravit e seculo; cuius ecclesie fratres in se divisi vota sua direxerunt in dominum Gerardum predictum ex una parte et [in[a]] scolasticum[1] eiusdem ecclesie ex altera. Hiisque peractis, dicti electi festinanter ad sedem apostolicam pervenerunt; causa et negocio hinc inde ventilatis coram domino Nicholao[b] papa quarto nuper creato[2], post varias altercationes electio dicti scolastici cassata exstitit et anullata[c]; electionibus dicti domini Gerardi tam ecclesie Treverensis quam Maguntine[d] pendentibus adhuc et iudicio domini pape reservatis. Summus autem pontifex dolens, nobilem sponsam Treverensem ecclesiam, quam in Christo genuit princeps apostolici cetus sanctus Petrus apostolus adhuc vivens in carne, ex longa iam vacatione diversis subiacere periculis et per diutinam pastoris absentiam omni solatio destitutam, in speculo considerationis sue considerans[e], dictum dominum Boemundum virum esse magnarum virtutum, ut postea patuit, sanguine clarum, sapientie, eloquentie et morum venustate preditum, in spiritualibus et temporalibus subtili indagatione circumspectum; sicut etiam fere omnes Treverensis, Metensis, Tullensis et[e] Virdunensis dyoceseum prelati ac civitas Treverensis suis litteris domino pape directis publice testabantur; de quo etiam dominus Henricus Treverorum archiepiscopus, predecessor suus, in extremis constitutus, sibi sentiens horam mortis inevasibilem imminere, cum magno desiderio cupiens Treverensi ecclesie de ydoneo successore provideri, sub periculo anime sue ac in verbo sacerdotii testabatur et publice lacrimabiliter exclamavit, quod post eius obitum non relinqueret virum in rerum natura, quem tantum ecclesie crederet et provincie Treverensi pro metropolitano expedire, sicut dominum Boemundum archidiaconum memoratum, et iuramento affirmans, quod premissa non astruxit, ut per ea dicto archidiacono provideretur, sed ob amorem et honorem ecclesie Treverensis, quam ipsum relinquere oportuit desolatam; — verum cum ipsum attingeret nulla linea consanguinitatis, ac quondam in curia Romana suus exstiterit adversarius principalis, merito laudandus est et omni honore dignus, in quem concurrunt[f] tot virtutum insignia testimoniis ydoneis approbata: — idemque summus pontifex de persona dicti domini Boemundi, scientis et valentis in spiritualibus et temporalibus ecclesie Treverensis gubernacula gubernare et iura defensare, ecclesie providit eidem, et de persona dicti domini Gerardi archidiaconi providit ecclesie Maguntine.

2. Quod[g] confirmatus fuit et consecratus.

1289. Mart. 6. Anno Domini 1288[3], dominica Reminiscere utriusque electio confirmata est a domino papa, et proximis statutis temporibus promoti sunt ad gradum sacerdocii simul una die et Apr. 3. sollempniter consecrati, et in sequenti dominica palmarum pallio, nobili signaculo, singulariter insigniti, et[h] cum benedictione apostolica dominus Boemundus, primas Gallie et Germanie ac metropolitanus Treverensis ecclesie, Gallie Arelatenensisque archicancellarius, reversus est ad patriam, a populo et clero Treverico diu desideratus, et dominus Gerardus adiit sedem Maguntinam.

3. Quare archiepiscopus Treverensis dicatur primas.

Quare sancta Treverensis ecclesia primatum obtineat super Gallos et Germanos, et quare in gestis antiquitatum Trebir secunda Roma appelletur[i], a quo condita exstiterit, unde gens Trebirorum ortum habuerit, et quomodo a paganismi sordibus abluta fuerit et semina vite susceperit, quique[k] pontifices Treverenses ecclesiam rexerint a tempore beati[l] Eucharii usque ad tempora domini[m] Boemundi, luculento stilo sub mira brevitate perstringam, que materia tamen alibi disiuncte sub prolixitate non modica noscitur esse scripta.

4. Primo de nobilitate Trevirorum.

G. c. 2. Anno[n] ante urbem Romam conditam millesimo ducentesimo quinquagesimo urbs Treveris in Europa ab auctore Trebeta, filio Nini, filii Beli, condita est, anno septimo Abrahe patriarche. Gens que incoluit eam de Gomer, filio Iaphet,

a) *deest* 4a. b. b*. b) Nych. 4b. c) annichilata 4b*. d) Mogunt. 4b *semper fere.* e) *deest* 4b*. f) occurrunt 4b. b*. g) Qui c. et 4b*. h) ac 4b*. i) appelleretur 4b; appellaretur 4b*. k) quoque 4a; quod 4b. l) sancti 4b. m) *deest* 4b*, *ubi* Iacobi de Sirk, *superscr.* Boemundi, *et additur:* archiepiscopi. n) *Cap.* 4—9. *ex* 4b* *descripsit Faerber.*

1) Emericum de Schoeneck. 2) 1288, Febr. 2. 3) Secundum rationem Trevericam annoum computandorum.

filio Noe, duxit originem; gens et urbs antiquissima, ante quam in Europa, que tertia pars orbis esse describitur, gentes [G. c. 2] neque urbes fuerunt. Sed que sunt vel ex illa gente et urbe vel post illam esse ceperunt. Belus Nemrochites rex Babilonis, avus Trebete, qui[a] fuit alter Belus rex Grecie, bellis Assiriam intravit: quo mortuo, filius eius Ninus totam [Petr. Com. I. 39] obtinuit Assiriam et civitatem, in qua caput regni erat, itinere trium dierum ampliavit, sicut legitur in libro Yone [cf. Gest. p. 145] prophete, et a suo nomine Niniven appellavit. Ninus vicit Cham, filium Noe, qui adhuc vivebat et regnabat in Tracia[b] [P. Com. I. 1] et dicebatur Zoroastres, inventor magice artis, qui etiam septem liberales artes in quatuordecim columnis scripsit, septem eneis et septem latericiis, contra utrumque diluvium. Mortuo Belo, Ninus in solatium doloris ymaginem patris fecit sibi; cui tantam exhibebat reverentiam, ut reis ad eam fugientibus parceret. Proinde homines de regno eius divinos honores ymagini ceperunt impendere. Huius enim exemplo plurimi caris suis ymagines dedicaverunt, et sicut ab ydolo Beli cetera ydola traxerunt originem, sic ab eius nomine generale nomen acceperunt; sicut enim dictus est Belus ab Assiriis, sic alie nationes secundum ydeomata lingue sue dixerunt, alie Bebalie, alie Beel, alie Beal, alie Bealim, alie Beelphegor, alie Beelzebub, alie Bilde, videlicet Theutonica lingua: error magnus et a Nino inventus, qui primus patris sui Beli simulacrum fudit et hominem pro Deo venerari iussit. Ninus genuit Trebetam ex quadam [G. p. 145] regina Caldeorum; qua defuncta, duxit Semiramim reginam, novercam Trebete. Nino mortuo, Semiramis[c] exarsit in prevignum fedo amore, volens eum sibi in coniugio copulare; cui cum iuvenis noluisset in re nefaria consentire, illa, ut erat acris animi, multis eum dolis ac veneficiis aggreditur, demum innumeris bellorum persecutionibus fatigatum a totius regni finibus propulsavit. Qui, pervagatis plerisque orbis partibus, nec invento in quo sibi remanere placuisset loco, tandem sorte ductus in eum qui nunc Treberis est locum pervenit, qui inhabitandum oculis suis valde complacuit, amenitate loci captus, urbemque constituit, quam ex suo nomine appellavit Treberim; quam moriens filio suo Hero nomine gubernandam reliquit. Treberenses deinde successu temporum prosperoque eventu bellorum finitimis [c. 3] undique gentibus et urbibus devictis, iugum imposuerunt in quinque urbes nobilissimas in ripa Reni fluminis constitutas, hoc est Basileam, Argentinam, Wormaciam, Moguntinam et Coloniam cum suis populis subiugaverunt; a quibus et plurimum vectigal annualiter accipere et eo longe lateque dominari ceperunt. Post multos vero annos hee quinque urbes [c. 6] libertatem sibi propriam vendicare cupientes, rebellaverunt et censum debitum triginta annis continue persolvere noluerunt. Sed grando de celo veniens cum maximo agrorum et vinearum detrimento eos populabatur. Hinc timor magnus increvit civibus illis; et idcirco inito consilio, vindictam Dei metuentes, censum triginta annorum collectum Treberis retulerunt et deinceps se persoluturos spoponderunt, ac urbem Trebericam dominam et matrem gentium totius regni esse recognoverunt. Remorum gentes ob honorem et amicitiam Treberorum portam construxerunt eamque Treveriam appellaverunt. Deinde successu temporum tota regio a[d] Belgio duce Trevirorum, [c. 7.] a quo etiam Treveris Belgis dicitur, Gallia Belgica dicta est. Deinde Treverenses primo post Herculem horridas et gelidas Alpes transcenderunt cum trecentis milibus hominum, quos emiserant a Gallia ad novas sedes querendas. Qui Ytaliam et Tusciam, Pannoniam, Greciam, Machedoniam et magnam partem Asye bellis et armis domuerunt. Deinde cum Romani totum orbem armis et prudentia domuissent, amicitiam cum Treveribus et fedus firmissimum inierunt [c. 8] et hanc urbem propter antiquam eius nobilitatem et civium sibi quodammodo parem dignitatem secundam Romam appellavere. Tunc etiam Treberi Romana iura habere ceperunt, quas usque in hodiernum diem tenere noscuntur. Deinde cum Romani totum mundum suo decreverunt subiugare imperio, et subactis universis mundi regionibus, ita ut paulo [ib. p. 146] post ad unius hominis edictum describitur universus[e] orbis, Iulius Cesar obsedit Treverim, Gallie metropolim, de cuius speciali prerogativa fortitudinis in toto orbe fama pervolavit, et de cuius bellis narrabant omnes gentes. Ubi Cesar per totum fere[f] decennium impugnando frustra laboravit; quamdiu namque unitatem et concordiam inhabitantes servaverunt invicem, ab hostibus vinci non potuerunt. Mox autem ut hanc preterierunt, non substiterunt; tunc enim magno quodam infortunio duo de optimatibus civitatis Ynduciomarus et Cingetorix inter se de primatu [c. 9] contendebant. Cingetorix clam foras egressus, Cesaris castra adiit et, si ei primatus concederetur, dediturum se civitatem repromisit. Quod cum ad petitionem eius firmatum fuisset, egit, ut hostibus pateret ingressus. Sicque regie illius civitatis status magna est ex parte attritus. Romani victores dolosi, attritam civitatem sibi tributariam debere iure belli esse, acclamabant; sed prudens Cesar attendens, quod urbem omni excellentia sublimem dolo et non armis et virtute Belgica subintrasset, et quod non esset ei similis iure, bono meritorum, nobilitate, triumphis, ab alto cordis armariolo notabile verbum eructans, taliter respondisse creditur: 'O vos Romani principes, hanc urbem per decennium a vobis impugnatam minime subiugare poteratis, et per suorum inductionem vobis patuit ingressus, quare tributariam[g] eam esse nolumus. Sed propter eius antiquam nobilitatem volumus eam liberam permanere'. Hic, lector, attende, quod hec civitas nunquam fuit tributaria, licet quandoque bellis attrita exstiterit, sed permansit semper libera et est usque in hodiernum diem! Perpendant etiam et illi, qui nunc nobiles terre appellari volunt, quoniam[h] senatores, obtimates et consulares aliarumque dignitatum viri potentes et famosi ab olim exstiterunt in urbe Treverica; quorum principes et duces orti sunt ex ipsa gente Trevirorum. Si antiqua scripta ac publica monumenta revolves, plane videbis, quorum regna et gentes bellis domuerunt totamque regionem istam sue ditioni subdiderunt, municiones et castra erexerunt et a suis subditis tenenda commiserunt, a quibus vos ducitis originem, sicut Gallica narrat historia; et vos terre nobiles, longo usu vestre originis ignari, et hiis, a quibus derivati estis et creati, vos esse nobiliores iam existimatis, tanquam de celo lapsi, vestre radicis principium penitus ignorantes, quia, sicut supra dictum est, hec urbs erat insignis, antequam in Europa gentes et urbes fuerant, et gentes que sunt vel ex illis sunt vel post illam esse ceperunt. Sed creditur, cum hec civitas a Grecis, Hunis, Wandalis, Francis et Normanis quinquies depopulata fuerit, aliqui nobiles de gente Treverica, qui se in municionibus et castris suis

a) que 4b*. b) Bractia *Petr.* c) Semiramim 4b*. d) et 4b*. e) universis 4b*. f) vere 4b*. g) tribunariam 4b*. h) quorum 4b*.

receperant, permanserunt illesi, matrique sue desolate et prostrate filii impinguati[a] deinceps subesse contempnebant, et adhuc fontem originis sue rivuli diffusi latius non agnoscunt, ymmo potius infideles filii serpentinis morsibus suos progenitores impetunt et molestant et nituntur[b] impie exquisitis fraudibus undique suffocare, urbs cum insignis et mater annosa, effusum viperarum virus pluries experta, filiorum furias, ymmo manifeste hostium iniurias caute dissimulans, stat abundans deliciis et divitiis, nobili precincta clamide, tanquam in medio nationis perverse, patronis infinitis suffulta gloriosis; sub cuius alis et pallio hii sancti pugiles[c] et bellatores incliti pausare elegerunt usque ad considerationem seculi, qui hanc urbem nocte dieque munimine iugi non deserunt ac in conspectu Domini pro eius salute sine intermissione precantur.

5. De ortu et dignitate Treverensis ecclesie.

Post preciosam passionem ac admirabilem resurrectionem et ascensionem suam Salvator mundi urbem Trevericam paganismi vitio deditam per servos suos misericorditer visitare dignatus est, sordibus ablutam faciens sibi gratissimam sponsam. Anno dominice incar-
G c 15 nationis quinquagesimo quarto, pontificatus beati Petri Rome anno octavo, sanctus Eucharius tercius in ordine septuaginta duorum discipulorum Domini cum sociis suis Valerio et Materno ad predicandum gentibus Gallicis a beato Petro directis, demum Treberim pervenit et eiusdem pontificatum viginti tribus annis tenuit; deinde feliciter migravit ad Dominum. Iste est Eucharius, beati Petri discipulus, qui a Iherusalem usque Romam eum persecutus est, quippe qui secum pariter ab ipso Domino in carne commorante sacre fidei rudimenta percepit, quique in illa sacratissima cena, qua discipulis suis Dominus preciosa corporis et sanguinis sui misteria celebranda contradidit, convescentibus affuit, resurgentemque a mortuis ac in celos ascendentem cum apostolis beata visione videre promeruit, sanctum-
cf G c 14. que Spiritum ac linguas omnium nationum in ignis apparicione percepit, qui etiam per baculum sancti Petri Maternum, socium suum, in nomine Ihesu Christi suscitavit a mortuis habentem in sepulcro dies quadraginta. Ecce novella plantatio Treverensis ecclesie, quam
c 15 in Christo plantavit ecclesia primitiva! Post obitum beati Eucharii sanctus Valerius in ministerium episcopale successit illudque per undecim annos sancte vivendo et verbum Dei predicando probatissime rexit. Cuius predicationis tanta fuit instantia, ut iam tunc per Galliam et Germaniam christiani paganos et numero superarent et religione. Post cuius decessum beatus Maternus pontificalem suscipiens apicem, quadraginta annis talentum sibi creditum fideliter multiplicavit. Hic Tungerenses et Colonienses ad fidem Christi convertit et hiis tribus civitatibus pontificali iure presedit; in quibus singulis fertur uno eodemque die[d] divinum officium celebrasse; obiitque Colonie anno Domini centesimo vicesimo octavo. Et ab hiis tribus viris nunc Treveris nuncupatur, que prius a Trebeta
c 16. Trebir dicebatur. Deinde Auspicius ecclesie regimen tenuit; deinde Celsus, Felix, Mansuetus, Clemens, Moyses, Martinus, Anastasius, Andreas, Rusticus, Auctor, Fauricius, Fortunatus, Cassianus, Marcus, Hanitus[e], Marcellus, Metropolus, Treverinus[f], Florentinus, Martinus, Maximinus et Valentinus, quorum octo ultimi etiam Tungrensi ecclesie prefuisse noscuntur et in ecclesia sancti Eucharii sepulti esse creduntur. Horum enim temporibus diris decem persecutionibus christiani nominis professores per universum orbem sunt attriti. Primum etenim christianos Nero persecutus est, secundus Domicianus, tercius Traianus, quartus Marcus Anthonius, quintus Severus Pertinax, sextus Maximinus, septimus Decius, octavus Valerianus, nonus Aurelianus, decimus Dyocletianus cum Maximiano; et sicut Egiptus decem plagis principalibus olim cesa fuerat, sic etiam ecclesia primitiva decem persecutionibus diris est attrita. Horum itaque persecutionum temporibus predicti viri Trevirorum presulatum non manifeste, sed, sicut ait apostolus, in solitudinibus et montibus et speluncis et cavernis terre peregisse probantur.

6. Treverenses redeunt ad errorem.

Postquam denique inseparabilis Trinitas tres euangelii sui operarios perpetim remunerandos, scilicet Eucharium, Valerium et Maternum, vocavit ad superos, Treverenses recte fidei credulitatem amiserunt et ad pristinum paganismi vomitum ex maxima parte redierunt ac in hoc errore ducentis et quadraginta annis permanserunt. Hiis videlicet temporibus
c 17. anno Domini ducentesimo nonagesimo primo beatus Mauricius et Thebei milites martyrio coronantur. Eisdem temporibus Rictiovarus prefectus missus a Maximiano omnes christianos quos Treverim poterat invenire, nobiles et ignobiles, utriusque sexus, trucidavit totam urbemque occisis innumerabilibus christianis implevit.

7. Agricius mittitur a beato Silvestro papa.

c. 19. Anno dominice incarnationis trecentesimo sexagesimo octavo sanctus Agricius patriarcha Antheocenus Trevirorum presul efficitur. Hic populum ab antiquo errore idolatrie velut alter Eucharius eripuit, et domum beate Helene, exclusis ab ipsa cunctis paganismi spurcitiis, in honore sancti Petri dedicavit et, caput ecclesie Treverensis ut
c 18. esset, instituit. Quem beatus Silvester papa et beata Helena, magna doctoris inquisitione habita, omnium fidelium consilio ad Treverim destinaverunt cum preciosissimis reliquiis inferius annotatis et cum privilegio, quod sanctus Silvester ad honorem Treverensis ecclesie hoc modo noscitur conscripsisse·

a) impignati (?) 4b*. b) nutum i. exquisitus 4b*. c) pugilles 4b*. d) *deest* 4b*. e) *lege:* Navitus. f) *lege:* Severinus.

Privilegium primatus.

Sicut in gentilitate propria virtute, sortire et nunc, Trebir primas, super Gallos et Germanos prioratum, quem tibi G. c. 18. *pre omnibus harum gentium episcopis in primitiris christiane religionis doctoribus, scilicet Euchario, Valerio et Materno, ac per baculum caput ecclesie Petrus signavit habendum, suam quodammodo minuens dignitatem, ut te participem faceret. Quem ego Silvester, eius servus successioneque indignus, per patriarcham Antheocenum Agricium renovans, confirmo ad honorem patrie domine Helene auguste, metropolis eiusdem indigene, quam ipsa felix per apostolum Mathiam a Iudea translatum cum tunica et clavo Domini et dente sancti Petri et sandaliis sancti Andree apostoli et capite Cornelii pape ceterisque reliquiis magnifice ditavit specialiterque provexit. Huius privilegii conscii*[a] *nocivi emuli communione dirimantur, quoniam anathemate maculantur.*

Versus:

Sume presulatum post Alpes, Trebir, ubique, G. cont. c. 18
Quem tibi lege nova Roma dat et veteri.

8. De sancto Maximino.

Post beatum Agricium successit sanctus Maximinus, discipulus ipsius sancti Agricii; apud quem sanctus Atha- G. c 19. nasius[b] latuit sex continuis annis in puteo exsiccato et pleno ossibus mortuorum, ut solem nunquam viderit, et ibi psalmum *Quicumque vult salvus esse* composuit; cui successit sanctus Paulinus, qui a Constancio imperatore causa vere fidei in Frigiam exul mittitur ibique pro Christi nomine decollatur. Post quem successit Bonosius episcopus; de- c 20 inde Britonus. Hiis temporibus imperator nomine Maximinus Treveri sedem regni constituit, et concilium episcoporum famosum Treveris congregatum, inter quos erant sanctus Martinus Turonensis et Ambrosius Mediolanensis et Augustinus magnus et sanctus Yeronimus presbiter[1]. Hiis temporibus Greci cum magna manu Treverim invasere et cedibus, c 19 rapinis et incendiis graviter attrivere. Britonio successit Felix, qui construxit ecclesiam sancti Paulini. Rex Wandalorum c 22. urbem Trevericam, vix iam[c] a persecutione Grecorum respirantem, cepit et magna eius edificia ad terram deiecit; et paulo post Attilo rex Hunorum civitatem Trevirorum bello obtinuit eamque graviter depopulatus est. Deinde post annos paucos iterum civitas Trevirorum ludibrio patuit Francorum, et tunc finitum est nomen et regnum Gallorum et Germanorum, et ortum est Francorum. Post Felicem successit Mauricius, deinde Luguncius, Auctor, Severus, Cirillus. c 23 Hic claustrum Sancti Mathie incensum reparavit. Deinde Yamnerus, Emerus, Marus. Hic reedificavit ecclesiam sancti Paulini. Deinde Volusianus, Miletus, Modestus, Maximianus, Fibicius, Abrunculus, Rusticus. Hic primo reprehensibilis, sed postea per beatum Goarum correctus, in ecclesia beate Marie ad Martires septem annis reclusus penitentiam egit. Post quem successit Aponoculus, Nicecius, Magnericus. Hic construxit monasterium Sancti Martini. Hiis temporibus c. 24. Paulus in monte Civene[d], Disobodus, Wandelmus et presbiter Bantus et alii heremite claruerunt. Magnerico successit Gaugericus, deinde Subaudus, Severinus, Modowaldus. Hic construxit claustrum monialium in Horreo Treveri; cui prefecit sanctam Yrminam, Dagoberti regis filiam, deinde sanctam Modestam, contemporaneam sancte Gerdrudis. Item construxit claustrum Sancti Simphoriani; cui prefecit sororem suam Severam. Item apud Palatiolum construxit cenobium, cui prefecit Adhelam, sororem sancte Yrmine. Post Modewaldum successit Numerianus, deinde Basinus, qui fuit abbas Sancti Maximini, que dicebatur cella sancti Hilarii. Cui successit Lutwinus, primo[e] dux Lothringie. Hic construxit claustrum Mediolacum, in quo se fecit monachum. Hic Remensi et Laudunensi ecclesiis prefuit, in quibus etiam uno die sacros ordines celebravit. Quo defuncto, committitur ecclesia Treverensis gubernanda Clodolpho episcopo Metensi, filio sancti Arnulfi. Sed post Lutwinum successit in episcopum Milo, filius suus, tyrannus pessimus, ecclesiarum destructor, qui venationi inserviens, ab apro percussus moritur et in Yranck tumulatur. Hiis diebus c 25. Zacharias papa constituit Bonifacium archiepiscopum ecclesie Moguntine; nam antea Moguntini episcopi fuerunt suffraganei episcoporum Wormaciensium.

Hic nota, lector, et attende, quo iure meritorum Moguntinus episcopus se anteponere contendat[2] vel presumat archiepiscopo Treverensis ecclesie, que pre cunctis ecclesiis Cisalpinis rutilat velut speculum sine macula, tot patronis sanctissimis constipata et innumerabilium martirum sanguine purpurata et primatum iure debito privilegiis apostolicis multipliciter insignita. Hec est matris sue primogenita, ante matrem tamen orta est; quam dotavit claviger etherius, suam quodammodo dignitatem minuens, ut eam sibi participem faceret et paulo minus coequalem; hanc sponsam singulari prerogativa decoram baculi sui sceptro et proprii corporis fulcimento subarravit cum plenitudine gratiarum. In cuius perpetuam amoris et honoris memoriam et stabilitatis firmamentum secutum est[f] stupendum miraculum et cunctis retroactis seculis inauditum. Nam et tactu[g] baculi post mortis sue diem quadragesimum Maternus surrexit a mortuis in nomine Ihesu Christi. Qui primus plantavit in Christo Coloniensem ecclesiam, tunc et merito nunc filiam Treverensis ecclesie, ut probatur ex premissis, quia non est discipulus supra magistrum nec filia supra matrem, Matth. 10,24

a) concii 4b*. b) Anastasius 4b*. c) eam 4b*. d) *superscr.* Cebenna 4b*. e) post 4b*? f) et 4b*. g) tactum 4b*.

1) Haec ex sequenti Gestorum narratione auctor sumsit. 2) Quod Boemundi tempore factum est, cum Albertus rex Moguntino archiepiscopo confirmaret, *quod ... in ordine et honore processionis, sessionis, nominationis et scripture ... inter principes esse debent et locari priores, non obstante, quod in decreto electionis nostre ... Gerhardus archiepiscopus ordine prepostero seu turbato post ven. Boemundum Treverensem archiepiscopum tam scriptura quam figura positus invenitur, per errorem facti, quem in hac parte scienter damnamus, ne trahatur ad consequentiam ullo modo;* Guden I, p. 906.

et[a] in lege primogeniti speciali gaudent honore; nec mirum, si quadriga boves antegreditur, dum caput ecclesie confuse dicitur.

G. c. 25. Post mortem Milonis Hildulfus successit in episcopum. Hic construxit monasterium Sancti Maximini,
cuius corpus transtulit de monasterio Sancti Mathie. Deinde successit Wiomadus, qui fuit abbas monasterii Sancti
Maximini; deinde Richboldus, qui fuit abbas Mediolacensis; deinde Wazzo, abbas eiusdem loci; deinde Hamularius, et
post eum Fortunatus cardinalis Romanorum, qui librum officiorum scripsit. Cui successit Hetto Mediolacensis[b]; deinde
c. 26. Thiotgaudus, cuius anno sexto Treveris visus est canis sedere super cathedram eius episcopalem. Cui successit Bertulfus
c. 27. 28. abbas Mediolacensis, cuius temporibus Normanni urbem Trevericam destruxerunt; deinde Rotbaudus abbas Mediolacensis[b];
c. 29. deinde Rutkerus[c], qui librum canonicorum decretorum compilavit; deinde Rupertus; deinde Henricus, qui papam
Iohannem tamquam magum dampnavit. Cui successit Theodericus, qui Rome cellam Quatuor Coronatorum cum omnibus
suis appendiciis sibi suisque successoribus in perpetuum acquisivit et privilegium Benedicti pape super hiis obtinuit. Huic
successit Eckebertus. Hic ieiunium pro siccitate terre et rogationes post pascha ebdomada tercia instituit. Feruntur etiam
hirundines ab ipso episcopo maledicte templum sancti Petri non involare, vel, si involaverunt, exanimari, quod sibi quadam die super altare missam celebranti ex una earum caput contigisset fedari. Cui successit Ludolphus; deinde Megin-
c. 30. gaudus et Adelbero simul in discordia; deinde Popo, qui gentem Danorum adhuc ydolis servientem ad Christum con-
c. 31. c. 32. vertit et sanctum Symeonem de partibus Iherosolimitanis secum adduxit; deinde Everardus; post quem Cuno electus
c. 33. occiditur; deinde Udo intronizatus episcopus; deinde Egilbertus, Bruno, Godefridus, Meginherus, Bruno secundus eligitur.

9. De Alberone.

Cont. II, c. 6. Adalbero, magnarum virtutum vir, in archiepiscopum consecratur. Hic triginta municiones in terra comitis Luczen-
c. 7. burgensis aut cepit aut destruxit. Hiis diebus, videlicet anno Domini millesimo centesimo quadragesimo octavo, prima
dominica adventus Domini, Eugenius papa venit Treverim, invitatus ab Alberone archiepiscopo Treverensi, habens
in suo comitatu decem et octo cardinales et multos episcopos Germanie, Gallie, Francie, Anglie, Burgundie, Lumbardie, Tuscie et ex omni natione que sub celo est. Hiis omnibus Adelbero per 12 hebdomadas continue largitus est
necessaria in habundantia magna. Quid referam de supervenientibus mundi principibus et prelatis, quorum nec
Cont. III, c. 4. 5. unum quidem largitatis sue reliquit immunem. Cui successit Hillinus; et post eum Arnoldus. Hic cum magnis expen-
sis et apparatu non modico cum imperatore ter Italiam intravit, nec unquam super hiis exactionem aliquam ecclesiis vel civibus
imposuit, legatos et cardinales a domino papa missos, ne ecclesias gravarent, in sua dyocesi large remuneravit aliasque
divertere fecit. Pro hiis tamen expensis nihil ab ecclesiis exegit. Cui successit Volmarus, sed per sedem apostolicam
Cont. IV c. 2. deponitur. Huic successit Iohannes. Hiis temporibus duo magna luminaria claruerunt in ecclesia Dei, videlicet Do-
c. 3. minicus et Franciscus. Cui successit Theodericus. Hoc tempore pueri congregati de cunctis finibus terre festinabant
c. 6. in ultra mare. Anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo facta est translatio sancte Elisabeth apud Marburch.
Cont. V. Deinde anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo Arnoldus successit in episcopum. Hic cepit castrum
Turon. Deinde anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono migravit ad Dominum. Cui successit Hen-
G. Henr. app. c. 2. ricus, qui metas sue iurisdicionis mirabiliter dilatavit. Huic successit Boemundus, de quo iam agitur in presenti.

Horum omnium[d] gesta et incidentie temporum per longas narrationes in suis locis plenius declarantur. Que tamen hoc in loco sub quadam brevitate perstrinxi, maxime propter illos qui continuata[e] studia non exercent.

10. De bono Wernero.

Anno Domini 1287, domino Boemundo adhuc in Romana curia existente, puer quidam christianus et[f] mendicus Wernerus nomine, cum apud Wesaliam villam Treverensis dyocesis de celario cuiusdam Iudei cum cophino terram exportaret, hora quadam, dum facultas se optulit oportuna, inito consilio, perfidi Iudei, christiani nominis inimici, irruerunt in eum, qui diversis plagis innocentem puerum afficientes, membratim laniabant et tandem crudeli morte perimerunt, corpusque exanime et exangue longius a villa in dumis et vepribus absconderunt. Deus autem corpus sui martyris a bestiis et avibus conservans intactum, inventum est a quodam rustico, qui ibi iuxta terram arabat. Et ad hoc spectaculum vicinis convocatis, exortum est murmur in populo, quod impii Iudei hoc facinus perpetrassent; sicut etiam ancilla quedam christiana Iudeis serviens testabatur, que asseruit, se per rimam[g] parietis premissa conspexisse. Quam ob rem homines illius terre longe vel prope positi furore repleti, in miseros Iudeos crudeliter exarserunt, quosdam suffocantes, alios cum uxoribus et parvulis concremantes, alios submergentes ac plures gladio perimentes. Tantum illi qui se in castris et municionibus nobilium recipere poterant ab huiusmodi peste vix tuebantur. Corpusque venerabile martyris translatum est Bacharacum, et statim ibi ad honorem Dei et sui martyris capella construitur opere sumptuoso. Cuius mortem preciosam in conspectu suo Dominus pie creditur multis miraculis declarasse. Ad cuius tumulum spe venie peregrinorum turbe de propinquis et longinquis regionibus catervatim cucurrerunt[1].

a) nec 4b*. b) Mediolanensis 4b*. c) Rutchkerus 4b*. d) enim 4b*. e) continua 4b*. f) *deest* 4b*. g) ruinam 4a.

1) Cf. Acta et miracula Wernheri a coaevo scripta Acta SS. Apr. II, p. 699. et Hermanni Altah. Annales a. 1288, p. 415.

Versus de morte eius[a].

Anno milleno C bis et octuageno
Septeno Christo nobis de virgine nato,
Est puer occisus Wernerus, postea visus.

11. De bello apud Wůrung[b].

Anno[1] Domini 1288, Non. Iunii commissum est terribile bellum prope Coloniam apud villam que Wůrung[c] dicitur V. Henr c. 7. inter Iohannem ducem Brabancie, comitem de Monte et Iuliacensem et[d] de Vianna comites et cives Colonienses ex una parte, et dominum Sifridum archiepiscopum Coloniensem, Gelrie et de Luzzillembůrg[e] comites ex altera; in quo prelio Henricus Luzzillemburgensis[f] et Walramus, frater eius, ac mille et quadringenti viri bellatores tam equites quam pedites in ore gladii corruerunt. Archiepiscopus et comes Gelrie ac multi alii capiuntur, duce Brabancie in omnibus victoriose triumphante. Causa belli fuit hec. Comes Gelrie duxit in uxorem natam ducis Limbůrgensis, unicam heredem patris, que decessit sine prole. Comes de Monte heres proximus vendidit ducatum duci Brabancie pro triginta et duabus milibus marc., comite Gelrie asserente, quod ipse dictam terram tenere deberet quoad vitam suam dotali seu sponsalicio iure. Comes Luzzillemburgensis dixit, ratione consanguinitatis se propinquiorem esse vendicioni, archiepiscopo allegante, quod sine consensu suo vendicio non valeret; nam iure feodali esset astricta ecclesie Coloniensi.

12. De reditu domini Boemundi, et[g] qualiter receptus fuerat.

Anno Domini 1289, in die nativitatis beate Marie virginis dominus Boemundus Treverorum archiepiscopus a domino Nicholao papa IV. missus cum pallio et ceteris pontificalibus ornamentis, ut decuit tantum virum, diu desideratus et exspectatus, a clero et populo universo, vallatus maximo comitatu, gloriose susceptus est in urbe Treverica cum gaudio magno valde in patrem et pastorem ecclesie Treverensis. Resonabat terra plausibus[h] in adventu tanti principis. Aderant etiam dominus Syfridus Coloniensis archiepiscopus ac Fredericus dux Lothoringie, comites, barones et nobiles infiniti, et secundum consuetudinem ecclesie Treverensis a clero et religiosis, longa vulgi circumstante corona, cum sollempnitate magna introductus est et intronizatus; statimque missarum sollempnia in honore intemerate virginis in ecclesia sancti Petri devotissime celebravit. Quibus finitis, omnes invitantur ad epulas; Palacium nulli clauditur, sed omnibus aperitur; qui letiores facti[i], post convivium largius iocundantur; plebs ruit ad spectacula novi presulis ac reliquorum principum et baronum. Totaque civitas gavisa tali principe, congratulabatur eidem.

1289 Sept. 8.

13. Causa[k], quare divina suspensa fuerint in ecclesia Treverensi.

Eodem anno suspensa sunt divina in ecclesia sancti Petri Treverensi, et sic suspensa continue permanserunt cunctis diebus domini Boemundi iam dicti. Causa suspensionis fuit hec. Tempore consecrationis domini Boemundi pretacti prepositura ecclesie[l] sancti Petri per assumptionem ipsius in archiepiscopum necnon et cantoria eiusdem ecclesie per mortem domini Eberti prenominati in curia Romana tunc vacabant. Magistro Petro[*,2], physico Rodulphi[m] regis Allemannie[n], et magistro Iohanne, officiali curie Treverensis, in curia Romana existentibus, dominus papa prudentiam, scientiam et honestatem dictarum personarum attendens, ob honorem regis Allemannie providit dicto magistro Petro physico de prepositura ecclesie Treverensis, ac ob amicitiam specialem, quam habebat ad dominum Boemundum, dicto magistro Iohanni providit de cantoria ecclesie predicte cum canonicatu et prebenda. Qui cum gratiis huiusmodi Treverim pervenerunt; et hiis lectis et publicatis coram canonicis et prelatis dicte ecclesie, et supplicantibus sibi fieri que circa premissa dinoscuntur pertinere, magna pars capituli opposuit se graviter eisdem et cum sibi adherentibus sedem apostolicam appellavit. Asserebant enim canonici dicte ecclesie, se iuramento astrictos esse et super hoc publicum confirmationis instrumentum sedis apostolice impetrasse, quod personas[o], quantumcumque litteratas, humilis nationis, nisi tantum de clara stirpe genitas, admittere vel recipere non debeant in canonicos et in fratres; cum tamen personarum acceptor non sit Deus, et sola sit nobilitas animi, que moribus et[p] virtutibus ornat; homo enim videt in facie, Deus autem intuetur cordis[q] interiora. Quibus etiam

Act 10, 34. 1. Reg. 16, 7.

*) de Luzzellemburch oriundo *add.* 4^{a}.

a) ipsius 4^{b*}. b) Wůrůnch 4^{b}; Wurinch 4^{b*}. c) Wůrůng 4^{b}; Wurunch 4^{b*}. d) *deest* 4^{b*}. e) Luzzillumburg 4^{a}; Luzzellinbůrch 4^{b}, *ubi mox* Luzzillenb'; Luczenburch 4^{b*}. f) comes L. 4^{b*}. g) *deest* $4^{b.\ b*}$. h) pausibus $4^{a.\ b}$. i) f. sunt 4^{b*}. k) *deest* 4^{b*}, *ubi* fuerunt. l) *deest* 4^{b*}. m) Růdolphi 4^{b}. n) Alemannie 4^{b}; Almanie 4^{b*} *semper*. o) p. quascumque q. 4^{b*}. p) m. etc. homo 4^{b*}. q) in cordi interiori 4^{b*}.

1) Quae in Vita Heinrici scripsit hic brevius repetivit auctor. 2) de Aspelt prope Luxemburg. De quo v. librum Heidemanni a. 1875. editum.

pactionibus dominus papa se fore contempsit obligatum, sed super hiis et omnibus consimilibus, que excogitari possent, ac legum edictis ipsum absolutum et liberrimum esse non dubitamus. Cum enim fama dicte provisionis domini pape ad dictos canonicos celeriter pervenisset, priusquam littere et gratie publicarentur, de dictis dignitatibus suis concanonicis providerunt, videlicet fratrem comitis Gemini-pontis in prepositum et fratrem domini de Befort[a] in cantorem eligentes. Hinc orta est dissentio maxima inter fratres capituli predicti. Nam dominus Boemundus ac decanus et archidiaconi et magna pars fratrum dicti capituli parebant mandatis apostolicis, reliquis suspensis et excommunicatis; et dicta ecclesia supposita extitit interdicto; ex quo divini nominis cultus, religionis observantia necnon et ecclesiastica disciplina penitus dissipantur.

14. De destructione castri Nigri-montis.

1299? Aug 17– Sept. 14. Hiis eciam temporibus dominus Boemundus archiepiscopus obsedit castrum Nigri-montis, vulgo Swarzinberg[b] dictum, ab octava Laurentii usque ad exaltationem sancte crucis, cum magno exercitu ac una cum illustri viro domino Frederico[c] duce Lothoringie, coadiutore suo[1], qui etiam ipsum castrum fundis et machinis horribiliter inpetierunt et tandem funditus everterunt, ne de cetero ibi latescant vispiliones.

15. De vacatione dignitatum.

Item nota, quod in diebus domini Boemundi archiepiscopi omnes dignitates archidyaconatuum et abbatuum[d], prelature dyocesis Treverensis atque sedes scabinorum Treverensium vacabant; sicut etiam idem legitur evenisse temporibus Hillini et Arnoldi archiepiscoporum Treverensium[2]; quas[e] benigne et honeste disposuit, quod nulla postmodum de eis questio fuit. In diebus suis a bellis et incendiis terra quievit.

16.[f] De modo se habendi et de prudentia[f*].

Reverendus pater idem et dominus Boemundus, qui cum summa pace diebus suis dyocesim Treverensem salubriter gubernaret, cottidianis missarum sollempniis, ordinum sacrorum celebrationibus ac[g] horis canonicis exstitit mirabiliter intentus; in rebus mundanis acutissimus indagator et consultus procerum ac consultor[h] prudentissimus, discordiarum sedator, pacis reformator et totius honestatis exemplar et informator, iurium et consuetudinum patrie subtilissimus et honestissimus recitator; et ob eius miram et profundam sapientiam apud principes et barones seculi habebatur venerandus; civesque Treverenses paterna sollicitudine amplectebatur[i], eorum pervigili cura procurans libenter pacem et honorem, sicque eos reddidit cunctis suis beneplacitis benivolos et intentos. Habuit etiam idem pater consuetudinem valde laudabilem; nam cotidie, missa et horis suis canonicis dictis, leto vultu processit in publicum; portis et omnibus hostiis apertis, intrabant divites et pauperes qui volebant, ac patuit omnibus ad eum facilis accessus. Alii graves querimonias super iniuriis sibi illatis coram eo deponebant, alii ius et iusticiam requirebant, alii super arduis et perplexis negociis consilium et auxilium postulabant; quorum strepitum et tumultum non vitans, molem oneris et honoris pastoralis officii trementer attendens, gregem sibi commissum in cunctis suis allisionibus relevare satagebat: nec enim minus est meritum, indigentibus et errantibus pie subvenire, quam hec, contemplationi inherendo, clausis oculis
Es. 6, 8. preterire. Ysaias enim querenti Domino quem mitteret ultro se optulit, dicens: *Ecce ego! mitte me.* Ieremias autem mittitur, et[k] tamen, ne mitti debeat, humiliter reluctatur, dicens:
Ier 1, 6. *A, a, a, domine Deus! ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* En ab utrisque exterius vox diversa procedit, sed non diverso fonte dilectionis emanavit. Duo quippe sunt precepta, Dei videlicet amor[l] et proximi. Per activam igitur vitam prodesse proximis cupiens Ysaias, officium predicationis appetit; per contemplativam vero Ieremias amori Conditoris sedule inherere desiderans, ne mitti ad predicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter alter appetit, hoc humiliter alter expavet. Iste ne contemplationis lucra perderet loquendo, ille ne dampna studiosi operis tacendo sentiret. Quod Moyses utrumque miro opere explevit,

a) Belfort 4b*. b) Suartzinberg 4a; Swarzenberch 4b; Schwartzenbergh 4b*. c) *deest* 4a. d) abbatum 4a. e) quos 4b*. f) 198. *W.* f*) eius *add.* 4b. g) et 4b*. h) or *e corr.* 4a. i) amplectabatur 4a. k) et t. n. m. *des.* 4b*. l) a. Dei 4b*.

1) Cf. chartam ap. Hontheim I, p. 830, qua duce haec in a. 1299. collocanda esse videntur; cf. Goerz, Reg. p. 60. 2) Gest. cont. III, c. 2, supra p. 381. et Gesta Arnoldi c. 5, supra p. 413. Ex illo loco etiam verba *quas — quievit* sumta sunt.

quod preesse multitudini[a] tante etiam noluit et obedivit. Superbus enim fortasse esset, si ducatum plebis innumere[b] sine trepidatione susciperet; et rursum superbus existeret, si auctoris imperio obedire recusaret. Moyses suadente Domino trepidat, et infirmus iam quisque, ut honoris onus percipiat, hanelat, et qui ad casum valde urgetur ex propriis, humerum libenter opprimendus ponderibus[c] submittit alienis. Reverendus pater Boemundus hec veritus, se gregis sui petitionibus exponens, super diversis questionibus suos subditos benignissime expedivit; et ob eius mellifluam eloquentiam omnes eum libenter auscultabant.*

17.[c*] Quanta fecerit in vita sua.

Item munitiones et castra totius dyocesis plurimum emendavit: inferius castrum de Nůmagio[1], Alben[2] et domum que Baptismus dicitur[3] erexit a fundo. Můntabůr[d], Hardinvels, Pilliche[e], Meyene et alia castra plurima, et precipue Berincastel[f] aulis, cameris, muris, turribus et propugnaculis ac diversis edificiis copiose decoravit. Preterea in expeditionibus, conciliis et parlamentis regum et principum, inter quos semper apparuit pre ceteris gloriosus, magnum thesaurum largissime[c] expendebat. Unde sepius ab ecclesiis subsidia postulabat; corpori suo, rebus et amicis numquam parcens, sed cuncta liberaliter exponens pro iure et honore imperii conservandis ac dyocesis sue sublimatione et commodo promovendis. Cuius fidem inclitus dominus Adulphus, rex piissimus, alto corde considerans et attendens, et quod iam in promotione sui et imperii multa milia marcarum expendisset, regale castrum dictum Cocheme cum oppido adiacente et cum omnibus suis pertinentiis et castris, videlicet Clottene et Kemplůn[g, 4] cum suis attinentiis, de[h] consensu et voluntate omnium principum regni Allemannie irrevocabiliter contulit eidem et ecclesie Treverensi in perpetuum, pleno iure, sine calumpnia qualibet possidenda libere et quiete, necnon regale donum suo et regni principum sigillorum munimine roboravit[5]. Melius et nobilius membrum ac utilius pro defensione terre sue nullus predecessorum suorum umquam comparavit.

Item idem pater diversa bona comparavit ecclesie Treverensi; videlicet bona de Pisporth[i, 6] ab ecclesia Treverensi diu alienata reemit pro octingentis marcis. Item advocatiam de Meyene emit pro trecentis et quinquaginta marcis[7]. Item quartam partem advocatie de Edegrin[8] emit pro centum marcis et bona de Coverna pro totidem marcis. Item bona de Ysenach et de Gildishem[k, 9] emit pro quadringentis libris. Item bona de Ludinstorf[l, 10] pro quingentis marcis, et multa alia, que longum esset omnia per ordinem enarrare.

18.[m] De homagiis.

Item feoda et homagia multa comparavit ecclesie Treverensi. Domino de Důdelindorf[n, 11] contulit ducentas libras Treverensium denariorum pro feodo comparando, ut esset homo et fidelis ecclesie Treverensis. Item domino Iohanni advocato de Hunolstein[o] ducentas libras. Item domino Frederico de Novo-castro ducentas libras. Item Wernero Ringravio[p] ducentas libras. Item domino de Blankynhem[q] ducentas et quinquaginta libras. Item Iohanni domicello de Mailberg[r] ducentas libras. Item domino Reyzoni de Brůberch ducentas marcas. Item comiti de Vienna quingentas libras. Item domino de Berreberg[s] centum et quinquaginta libras. Item domino Symoni de Keyle quadringentas libras Turonenses. Item domino Iofrido de Meysenburg[t] trecentas libras. Item domino Iofrido de Bolleche[u] et domino Cononi[v]

*) 4[a] *addit quae iam supra p.* 465. *leguntur:* Quis ignorat qualis et quantus idem pater et dominus Boemundus Treverorum archiepiscopus habebatur apud serenissimos dominos Rodulphum, Adulphum et Albertum tres inclitos Romanorum reges successive; primum venerabatur ut patrem, secundum amplectabatur ut filium, tercium instruxit et premonuit ut amicum.

a) t. m. 4[b]. b) imin'e (imminere) 4[a] c) *deest* 4[b*]. c*) 199. *W.* d) Montabůr 4[b]. e) Pyll. 4[a]; Bill. 4[b]. f) Beryncastel 4[a]; Berencastel 4[b*]. g) Kemplum 4[b*]. h) et 4[b]. i) Pispurt 4[b]; Pisport 4[b*]. k) Gildinsheym 4[b]; Geylsheym 4[b*]. l) Lůdinsdorf 4[b]; Ludinsdorff 4[b*]. m) 200. *W.* n) Důdelendorf 4[b]; Dudelendorff 4[b*]. o) Hunoltsteyn 4[b*]. p) Ryngr. 4[a]. q) Blankenheim 4[b]; Blanckenheym 4[b*]. r) Maylberg 4[a]; Mailberch 4[b]; Maylberch 4[b*]. s) Berreper 4[b]; Berperch 4[b*]. t) Meysenbůrch 4[b. b*]. u) Bolliche 4[b*]. v) Cunoni 4[b*].

1) Neumagen. 2) *Alcen* (Alken ad Mosellam) legendum esse, censet V. Cl. Goerz. 3) Doufborn. 4) Kempt. 5) Vid. diplomata Adolfi regis ap. Hontheim, Hist. dipl. I, p. 828, et ap. Günther, Cod. dipl. II, Nr. 344. et 354. 6) Piesport; cf. chartam d. 15. Nov. 1295, Goerz, Reg. p. 59. 7) V. chartam d. 2. Ian. 1297. ibid. 8) Ediger. 9) Eisenach et Gilzem prope Treverim. 10) Leudesdorf. 11) Dudeldorf.

mille libras Turonenses. Item domino Conrado et Werino[a] de Warnisberch[b] fratribus[c] trecentas libras. Item domino Isinbardo[d] de Warnisberch[b] trecentas libras Turonenses. Item Isinbardo[e] de Heys trecentas libras Turonenses. Item domino Frederico de Tettingen ducentas libras. Item domino Boemundo de Saraponte quadringentas libras, ut castrum de Dagestoul[f, 1] ligium esset ecclesie Treverensi. Item comiti Gemini-pontis et domino de Kirkele[g] mille libras. Item domino Godilmanno[h] de Dorswilre ducentas libras. Item domino de Mandirscheit[i] centum et quinquaginta libras. Item domicello de Brandinberg[k] centum et quadraginta libras. Item domino Henrico de Helfinstein[l] ducentas marcas. Item comiti de Ditze[m] ducentas marcas. Item comparavit homagia alia multo plura, pro quibus centum libras aut paulo plus vel minus singulis contulit, pro redditibus comparandis vel assignandis seu pro homagiis antiquis emendandis et augendis, que propter tedium et narrationem prolixam breviter preterivi, verum cum hec plenius alibi annotata et registrata fore dinoscantur, quorum summa et expensarum omnium propter diversam pluralitatem sub mera[n] certitudine faciliter comprehendi non posset.

19.[o] De ornamentis que comparavit.

Item comparavit ornamenta ecclesiastica preciosissima, qualia numquam a suis predecessoribus Treverorum archiepiscopis fuerant comparata; et precipue ornamenta pontificalia, infulas, casulas, cappas, dalmaticas et subtilia, quarum quinquaginta pecie fuisse dinoscuntur; calices aureos et argenteos, cruces gemmatas et utensilia et clenodia aurea et argentea preciosa nimis et gemmas electas ac libros ecclesiasticos multos et ordinarios pro officiis pontificalibus et sacris ordinibus canonice peragendis; que clenodia et ornamenta capelle sue specialiter ad summam et valorem trium milium librarum ascendere dinoscebantur. Unde ob admirandam constantiam et fidem ipsius approbatam famosus et preclarus habebatur apud dominum Bonifacium papam octavum et apud omnes cardinales; nam de eius experta sapientia et fidelitate virtuosa in omnes fines terre iam fama pervolabat; licet tamen in vita sua multos habuerit emulos[p] detractores, qui suis felicibus actibus invidebant. Quod idem legitur de Alberone Treverorum archiepiscopo, viro magnifico et in cunctis suis actibus glorioso[2]. Hos stimulos sepe sentiunt adhuc viri virtuosi; sed de hiis
cf 2 Reg 15 omnibus liberat eos Dominus, dissipans consilium Achitophel, et David fidelem erigit elisum: velit nolit Saul emulus, David prosperatur.

20.[q] Qualiter Tripolis destructa est.

Anno Domini 1290. Tripolis, civitas nobilissima Terre Sancte, multo sanguine et sudore christianorum conquisita et conservata, in medio perverse nationis sita, peccatis exigentibus, quoniam diminute sunt veritates a filiis hominum et in universali ecclesia non modicum refriguit caritas plurimorum, capitur et deletur funditus a Sarracenis; loca sancta polluuntur, virgines deflorantur et christianus populus infinitus occiditur, et quibus pepercit gladius, in servitutem rediguntur. Et quare hoc? Quia dereliquerunt fontem sapientie; nam si in via Dei ambulassent, habitassent utique in pace sempiterna. Heu! cecitas umbrosa rationalis creature, que sic in te lumen eterne sapientie concupiscentiarum tenebris offundis[r], ut
1. Macc. 3, 18. 19. totum, quod in te factum est per misericordiam, revertatur in vindictam. *Facile est enim concludi multos in manu paucorum,* dicit Machabeus, *et non est differentia in conspectu Dei celi, liberare in multis aut in paucis; quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed de*
Ioan 9, 31. *celo fortitudo est.* Sed scimus, quia peccatores nos[s] exaudit Deus, ut cecus natus testatur
Es. 1, 19 20. in euvangelio; et hoc Dominus per Ysaiam manifeste declarat, dicens: *Si volueritis et audieritis me, bona terre comedetis; quod si nolueritis et me ad*[t] *iracundiam provocaveritis, gladius*
ibid. 1, 15. *meus devorabit vos; et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis, et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam vos; manus vestre sanguine plene sunt.* Moyses
cf Exod. 17, 11. enim vicit Amalech prece, non armis. Quamdiu autem filii Israel steterunt in preceptis Domini, victores exstiterunt; transgressores vero[u] facti, ab inimicis prostrati doluerunt.

a) Wernero 4b. b) Warnesberch 4b*. c) *deest* 4a. (4b?). d) Ysinb. 4a; Isenb. 4b. e) Ysenb. *hoc loco* 4b. f) Dagesteyn 4b. b*. g) Kyrkele 4a. h) Godylmanno 4a. i) Manderscheit 4b; Mandelscheit 4b*. k) Brandynberg 4a; Brandinberch 4b; Brandenberch 4b*. l) Helfinsteyn 4b; Helfensteyn 4b*. m) Dycze 4b*. n) vera 4a. o) 201. *W.* p) e. et d. 4b*. q) 202. *W.* r) effundis 4a. b. b*. s) nō 4b. t) in 4b*. u) modo 4b*.

1) Dagstuhl in praefectura Merzig. 2) Cf. Prümers p. 76 sqq.

21.[a] De destructione Achon.

Anno Domini 1291, post dolorosam eversionem Tripolis[b] soror eius Achon, habens oculos et non videns, aures et non audiens, velud aspis surda, nec tot et tantis[c] sororis prostrate flagitiis emendata, diadema regni sola adhuc erecta cervice portavit indigne, peccatorum multitudine miserabiliter excecata. Quod Dominus previdens conqueritur, per prophetam dicens: *Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Et per Ezechielem (Es 1,2) clamando minatur: *Finis venit, venit finis super quatuor plagas terre. Nunc finis super te, et* (Ezech 7, 2.3) *immittam furorem meum in te et iudicabo te iuxta vias tuas.* Cum autem Achon, civitas plena populo, rebus, armis et milicia, diviciis et deliciis mundi supereminens gloriosa, summa pace frueretur et adhuc firma radice persisteret, et incole eius dicerent: 'Pax et securitas'! ecce repentinus supervenit[d] interitus; nam flagellum suum misit Dominus, ut flagellaretur urbs scelerata. Soldanus enim Babylonie cum ingenti barbarorum multitudine circumvallavit civitatem undique, machinis et tormentis variis muros impetens et suffodiens per vias subterraneas, post dies paucos eam expugnavit et delevit usque ad internicionem, nec lapidem super lapidem dereliquit. Post hec omnia castra et munitiones Terre Sancte soldani dominio[e] subito subiugantur. Proh dolor! sanctum datur canibus, et margarite mittuntur ante porcos, (Matth 7,6.) ut conculcent eas pedibus. Quis marmore durior, adamante solidior, qui non defleat desolationem Terre Sancte, virginum deflorationes, matronarum illusiones, raptarum deductarumque suspiria, christiani sanguinis effusionem in circuitu, et non est qui sepeliret; et, ut ait Ysaias: *Facta sunt morticinia eorum quasi stercus in medio platearum. In omnibus hiis* (Es 5,25) *non est aversus*[f] *furor Domini, sed adhuc manus eius extenta;* quod utique dolor est audire; sed dolorosius multum, quod hoc[g] exigit iniquitas perversorum. Plangite et ululate, filii (cf Ps 77,9.) Effren! male tendentes arcum et sagittas peius emittentes, turpiter in die belli conversi retrorsum. Superbia vestra magna et insaciabilis avaricia sunt causa[h] perditionis Terre Sancte. Terra vestra deserta, civitates vestre succense igni, regionem vestram coram vobis devorant alieni; et adhuc, Domine! superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. (Ps. 73,24.) *Quiescere ergo faciam superbiam infidelium, et arrogantiam fortium humiliabo,* dicit Dominus. (Ezech 7,24) *Fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.* Ad vos est hoc (Ps 68,26) verbum, filii Belial[i], dispersionis oves. Ad vos est hoc verbum, pro quibus totus mundus prorumpens in verba obloquitur. Sathanas princeps aquilonarius, qui in se divisus est, habitat in medio vestrum, tamquam qui ministrat, persuasor discordie, spiritus tenebrosus, qui posuit linguas vestras in divisiones et in pluralitatis articulos vestram disgregare compulit unitatem.

22.[k] De morte Růdulphi[l] regis.

Eodem anno obiit serenissimus princeps Růdulphus Romanus rex, qui multa castra (1291.) predonum deiecit, multa prelia commisit, regem Bohemie in bello prostravit ac regnum Allemannie in diebus suis strennue gubernavit. Qui etiam ad petitionem domini Boemundi Treverorum archiepiscopi, quem sincere dilexit, quinque oppida in dyocesi Treverensi sita, videlicet Můntabůr[m. 1], Berincastel[n], Wittelich[o], Pilliche et Sarburch, regali auctoritate libera[p] esse statuit[2], et hoc sigilli sui munimine confirmavit, pleno iure, prout regalis magnificentia civitates et oppida liberare consuevit; quam libertatem incliti domini Adulphus et Albertus Romani reges publice confirmarunt.

23.[q] De electione Adulphi regis et morte eius.

Anno predicto domino Růdulpho Romano rege defuncto, Adulphus comes de Nassowe[r], vir magnanimus et princeps clementissimus, bellorum titulis et milicia preclarus, ab universis Allemannie principibus electoribus in Romanum regem concorditer eligitur, cunctis[s] admirantibus et laudantibus occulta iudicia Salvatoris; qui consecratus et regali dyademate insignitus celeriter exstitit cum sollempnitate magna. Quos tamen electores, qui sibi graviter adversabantur in principio, solus dominus[s] Boemundus archiepiscopus inclinavit ad

a) 203. *W.* b) Trypol. 4[a]. c) tante 4[a]. d) superveniet 4[a]. e) domino 4[a]. f) adversus 4[b]. g) *deest* 4[b*]. h) p. c. 4[b*]. i) Beal 4[a. b. b*]. k) 204. *W.* l) Růdolph. 4[b]. *saepius.* m) Montabůr 4[b. b*]. n) Berencastel 4[a]. o) Witelich 4[b]. p) liberas 4[b]. q) 205. *W.* r) Nasowe 4[b]; Nassauwe 4[b*]. s) *deest* 4[b*].

1) Eadem fere verba v. supra in Vita Heinrici altera c. 1. 2) Chartas quae ad Berncastel, Billig, Sarburg spectant, datas d. 29. Mai 1291, affert Böhmer, Reg. Rudolfi Nr. 1118—1120. De duabus aliis monet Balduineum: *opidani Montab. et Witlich habent litteras libertatis sue;* v. Dominicus p. 10.

1291. electionem predictam, et cum summa prudentia consensum omnium obtinuit, et eosdem sibi[a] reddidit benivolos et pacatos[b]. Qui cum regni sui anno secundo marcionatum Missenensium[c] ac plures urbes et castra armis et milicia victoriose debellasset, crescenteque eius gloria in omnes fines terre[d], inimica et odiosa detractio, que ex invidia dyaboli in mundum introivit, contra inclitum Adulphum crudeliter exarsit. Collegerunt pontifices et pharisei concilium[e] in unum et adversus principem, unctum Domini, convenerunt. 'Quid facimus', inquiunt, 'quia hic homo de hostibus sic triumphat? Si sic ipsum dimittimus, omnem sibi
cf Ovid. Rem 92 subicere gloriam Allemannorum et more cesareo veniens non tardabit. Obstemus ergo principiis, ne forte scintilla[f] tenuis in flammam transeat destructivam; nec sagitta nostra plus lateat, sed procedat; sic procedat, quod feriat; sic ledat, ut[g] iaceat[h]; sic prosternatur, quod amplius non resurgat'. Sic moti sunt contra Romanum principem, oberrantes, quod auctores malicie facti sunt, simul et iudices aperte iudicium perverterunt. Dominus Gerardus archiepiscopus[i] Maguntinus, consanguineus ipsius domini regis, cum regni inimicis sibi adiunctis iam occulte affectabant, Albertum ducem Austrie in regem sublimare. Dux autem iuramentis, pactis et promissionibus allectus, cum ingenti milicia festinanter Magun-
1298. tiam veniens, quod clam[k] conceperat palam aperuit, et regnum invadens, opposuit se regi iam manifeste. Ex quo bella campestria, strages hominum ac incendia quam plurima sunt subsecuta. Rex etenim cum strennua milicia armatorum properanter occurrit eidem. Exercitibus hinc inde consertis et nichil aliud preter[l] bellum sperantibus, rege vero suorum amicorum adventum exspectante, numerus suorum augebatur cottidie, ac multa[m] milia hominum ad eius subsidium venire festinabant. Quod dux studiose considerans et suorum ingens periculum imminere, dolose fugam simulans, longius retrocessit. Quo cognito, rex[n] insecutus eum nimis incaute, quos fuga lapsos et desperatos iam sperabat, armatos et ordinatos ad bellum repperit acriores. Commissum est e vestigio campale prelium dolorosum, ibique rex clementissimus, famosus et preclarus cum magna strage suorum prostratus in sua propria, pro iure et honore regni occubuit, innocens, sine causa, anno Domini 1298. Super cuius morte dominus Boemundus Treverorum archiepiscopus consolari non potuit cunctis diebus vite sue, quia, sicut mater unicum amat filium, ita eum tenere diligebat.

1296. Hiis diebus[o] Florentius comes Hollandie a quibusdam suis armigeris occiditur, et post paucos dies filius suus, unicus heres superstes, intoxicatus veneno interiit. Iohannes autem comes Hannonie terram occupavit, tamquam iure hereditario ad se devolutam.

24.[p] De Celestino papa et Bonifacio papa.

1294. Hoc tempore dominus Celestinus papa, postquam ad summi pontificatus apicem assumptus fuerat, curas et tumultus seculi contra eum insultantes, que corda dulcis contemplationis rore perfusa sauciant et enervant, quieto pectore ferre non valens; nam idem elegerat ab olim, postquam ad hoc ei Dominus tribuit intellectum, abiectus esse in domo Domini et sancte contemplationi vacando sedere ad pedes ipsius, auditurus verba celica cum Maria, et cum illa partem testimonio ipsius Domini optimam eligens, ne implicitus mundi turbinibus cum Martha erga plurima turbaretur. Propter quod a sue iuventutis auspiciis religionem intravit, ut in humilitate spiritus Deo spiritui deserviret. Sed dum per hec[q] ad Rachelis obtinenda consortia solido inhiaret proposito, Lyam lippis oculis est expertus ei expositam pro Rachele[r]. Nec mora retraxit pedem, quem in[m] ingressu mundi levi motu et non fixum posuerat, iniuncti oneris molemque trementer attendens et timens, ne sic premat quod[s] opprimat, sic opprimat, quod portantis debilitas molis eius immensitati succumbat: convocatis fratribus cardinalibus, et decreto super hoc edito, summi presulatus honorem in manus fratrum cardinalium libere resignavit. Quem Bonifacius papa VIII, successor eius, tenuit sub privata custodia quoad vixit[1], et hoc ex industria, ne forte error oriretur in populo et verteretur in scandalum et conculcationem ecclesiastice libertatis[2].

Iste est Bonifacius papa, qui sextum librum decretalium compilavit.

a) r. s. 4^{b}. b) placatos 4^{b*}. c) Misenensium 4^{b}; marchionatum Misenensium et p. 4^{b*}. d) t. et i. 4^{b*}. e) *ita* $4^{a.\,b.\,b*}$. f) sincilla 4^{a}. g) non $4^{b.\,b*}$. h) sic iaceat, ut prosternat *add. W.* i) *deest* 4^{b*}. k) quoddam $4^{b.\,b*}$. l) nisi 4^{b*}. m) *deest* 4^{b*}. n) rex — ibique *des.* 4^{b*}. o) temporibus 4^{b}. p) 206. *W.* q) hoc 4^{b}. r) Rachelem 4^{a}; per Rachelem $4^{b.\,b*}$. s) et $4^{b.\,b*}$.

1) Obiit 1296, d. 19. Maii. 2) Similia in Bernardi Guidonis Hist. paparum leguntur; Muratori III, 1, p. 669 sq.

Item idem dominus papa condempnavit et deposuit per diffinitivam sententiam dominum Iacobum de Columpna et dominum Petrum, cognatum suum,* cardinales, nobiles Romanos pre ceteris potentiores; ac nobile castrum eorum dictum Columpna, duodecim miliaria ab Urbe situm, potenter aggressus in manu forti, expugnavit et delevit funditus; necnon et in contemptum et perpetuam memoriam, ut numquam resurgat vel fructus utiles ibi crescant, intra[a] et in circuitu multa salis[b] onera spargi fecit; dictique cardinales facti profugi, vix[b*] invenerunt locum tutum in toto orbe: sic condempnati usque in[c] quartam generationem.

25.[d] Hec est sententia depositionis dominorum Iacobi et Petri de Columpna cardinalium, lata a domino papa Bonifacio VIII. anno Domini 1297, 10. mensis Maii, in palacio iuxta Sanctum Petrum[1].

Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius. Postmodum proposuit loco prothematis hanc auctoritatem: *Exurgat*[e] *impius, exurgat iustus, exurgat Deus!* Cuius auctoritatis expositio (Ps. 67, 2) talis fuit: *Exurgat impius ad dissipandum,* ut[2] intelligamus active; et sic loquitur primum thema propositum: *Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius.* Secundo: *Exurgat iustus ad iudicandum et ad condempnandum*[f]*; et sic in psalmo legitur: 'Exurge, Domine, et iudica causam meam'.* (Ps. 73, 22) Tercio: *Exurgat Deus ad miserendum; et sic psalmus loquitur: 'Tu exurgens* (Ps. 101, 14.) *misereberis Sion'*[g]. Deinde assumpsit hec verba: *'Ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te* (Ps. 82, 3. 4.) *extulerunt capud, malignaverunt consilium*[h] *et cogitaverunt adversus sanctos tuos'. Deus! si hec faciunt, quis similis erit tibi? Ne taceas neque compescaris ab eis, sed in chamo et freno* (cf. Ps. 31, 9.) *maxillas eorum constringe!* Duobus[3] ultimis illius auctoritatis articulis omissis: *Exurgat iustus*[4], resumo primum membrum: *Exurgat impius etc.*[5] Et ut breviter descendatur ad factum: *Scire debetis aut scitis, quod olim dominus*[i] *Iohannes de Columpna, dampnate memorie cardinalis, existens tempore domini Gregorii pape noni, fuit notorius persecutor ecclesie Romane, et Romanum populum excitavit in tantum, quod contra dominum Gregorium clamabant: 'Moriatur, moriatur papa'. Nichilominus Fredericum imperatorem prope portas Urbis adduxit; qui obsedit Romanum populum, cardinales et papam tunc in Urbe manentes. Idem vero Gregorius in Sancto Iohanne Laterano existens, quadam die assumpsit capita beatorum*[i] *apostolorum Petri et Pauli, et tunc cepit proponere verba ista: 'Romani filii, ego peccator vilis et inutilis pastor; hic sunt vestre fidei Petrus*[k] *et Paulus, nostri pastores: defendatis eos per crucem'. Et tunc audito sermone Romanus populus devotione accensus, crucem assumpsit, et tanta fuit multitudo crucem assumentium, quod clamis domini pape cum multis aliis ornamentis in eius confinio positis fuerunt propter crucis assumptionem consumpta. Quo audito, imperator retrocessit ab obsidione. Demum idem Gregorius cogitavit et deliberavit circa puniendum excessum dicti cardinalis de Columpna; et deliberatione habita cum peritis, et maxime cum domino Hanibaldo*[l] *de Hanibaldis ac domino Matheo de filiis Ursi, voluit et deliberavit dictum deponere cardinalem. Sed morte preventus, quod conceperat non potuit consummare. Ecce inicium Columpniensium, quomodo ceperunt ecclesie Romane esse devoti! Et si non vidistis hec que dicta sunt vos, filii Romani, patres vestri hec annuntiaverunt vobis. Deinde Iohannes de Columpna miles qualis fuit et unde processerit, notum est vobis Romanis. Gaudebat enim, dum fabulando poterat, inter vicinos et proximos, et a medio*[m] *tempore cum cepit habitare Urbem et postmodum propter favorem et honorem Romane ecclesie cepit opprimere consanguineos, suppeditare vicinos et alios sibi notos. Hec provenerunt ex adipe Romane ecclesie. Nam dum Iacobus de Columpna fuit ad cardinalatus honorem assumptus, cepit in eis superbia exal-*

*) qui se fecit caput Gebellinorum *add. W.*

a) infra 4b. b*. b) saliginis 4b*. b*) iuxta 4a. c) ad 4b*. d) 207. *W.* e) Exurgant 4a. f) contempnandum 4a. g) Syon 4b. h) concilium 4a. i) *deest* 4b*. k) Petri et Pauli 4a. b. b*. l) Hainbaldo 4b; Hambaldo de Hambaldis 4b*. m) modico *Mart.*

1) Quae sequuntur prorsus diversa sunt a constitutione Bonifacii edita ap. (Dupuy), 'Hist. des différens' p. 29. et Raynaldi Ann. 1297, ed. Mansi IV, p. 224. Neque alibi haec exstare videntur. Auctor vero procul dubio initio plura omisit, sua interponens verba; alia in brevius contraxisse videtur. Cf. quae Rodenberg disseruit, 'Forschungen' XIX. 2) Haec verba auctoris putarim. Sed non 'active', sed passive verbum *dissipandum* interpretandum esse, patet. 3) Nescio an *Duobus* — *factum* verba sint Bonifacii papae aut auctoris; hoc tamen praeferendum videtur. 4) Suppl.: *exurgat Deus*, tertium, ut eius verbis utar, auctoritatis articulum. 5) Hoc loco complura omissa esse, patet. *Et* — *factum* auctoris verba putarim.

1297. *tare fimbrias suas, quia a domibus quas inhabitabant usque ad capitolium, ut videtis, posuerunt columpnas suas. Nam antedictus Iacobus fuit unus canonicellus in ecclesia sancti Petri, et dominus Nicholaus papa tercius de domo Ursinorum fecit eum cardinalem, et credidit eum esse fidelem amicum domus sue; et constituit maiorem persecutorem, quam umquam habuerit domus Ursinorum. Et qualis idem Iacobus et in quo statu erat, sciunt illi qui viderunt. Postmodum venit Petrus*[a] *de Columpna, capud superbie. Nam pater suus pluries dixit nobis, quod esset ruina et destructio domus sue per superbiam quam habebat. Et qualis fuerit, annuntiamus vobis. Ipse fuit capud Gibellinorum et persecutorum ecclesie. Recollegit omnes rebelles dicte ecclesie Romane; et plus constat nobis, tam per prelatos, reges et magnates, ac per literas, quas ipse mittebat et recipiebat, quod Iacobum Arragonum*[b]*, tunc ecclesie Romane rebellem, nunc fidelem et amicum ipsius ecclesie*[c]*, ac Fridericum*[d]*, nunc hostem ipsius ecclesie, concitavit, ut seditionem facerent et moverent contra ecclesiam Romanam. Ecce, que merita reddidit filius matri sue, cuius ubera suxit, ex cuius adipe saciatus fuit Sed alia multa tacemus propter decentiam status nostri. Ipsi vero non contenti preteritis, voluerunt delicta preterita recensere modernis. Quia vos audistis, quod cras erunt octo dies, quod nos spoliaverunt thesauro, quem acquisieramus tempore nostri cardinalatus; quanta fuerit hec iniuria, necdum dici potest atrox, sed atrocissima. Nam iniuria dicitur atrox ratione loci et persone. Quod ratione loci sit, apparet, quia in ianuis urbis Romane*[e] *nostrum thesaurum invasit. Hec iniuria nondum facta est nobis, sed etiam populo Romano. Quis enim auderet summum pontificem requirere, quod in Urbe faceret mansionem, ex quo sibi a tam vilibus hominibus fieret iniuria? Certe si Romanus populus hec sub dissimulatione transiret, magnam partem sue intentionis perdidisset, quia huc curia de cetero non veniret. Consideret etiam unusquisque nobis inferior, quod Romano pontifici violentia facta fuit, quomodo fieri non poterit multo magis*
Luc. 23,31. *uni de cardinalibus vel alii inferioris status? Si hec fiunt in viridi, in arido quid fiet? hoc est, si fiet pape, qui est lignum viride, multo fortius quomodo non fiet*[f] *in arido, hoc est uni inferiori. Unde quia facta sunt nobis inusitata, rem novam*[g] *aggredimur; quia facta sunt insolita*[h]*, faciemus inusitata. Quare nos considerantes tante temeritatis excessum et exemplo perniciosum — non quod ex ablata pecunia doleamus, sed si sineremus ex pacientia seu ex negligentia tam grave scandalum impunitum, conniventibus*[i] *oculis, preterire*[k]*, nobis posset improperari: — quomodo presumimus iudicare reges et principes orbis terrarum, et vermiculum aggredi non audemus? Ideo more boni medici volumus tollere morbum, per quem impeditur causa salutis. Quia scimus, quod corone Ebron et Effren inebriant, hoc*[l] *sunt corone cardinalium, qui ex adipe Romane ecclesie sunt saturati et impinguati*[m]*, et nunc recalcitrare ceperunt. Vosque videntes, quod hii, qui nobiscum dulces capiebant cibos in ecclesia Dei et nobiscum ambulaverunt cum consensu, ponebant scandala contra nos et ipsam ecclesiam, que usque nunc tacui-*
cf Matth. 3. 10. *mus et sustinuimus pacienter; sed urgente conscientia et zelo domus Dei, cogimur securim ponere ad radicem, ut, illa evulsa, ramunculi pestiferi de cetero non virescant. Licet que dicta sunt cum cordis amaritudine protulerimus, et cum magno dolore referimus que secuntur. Ipsum quidem Iacobum de Columpna, quondam dyaconum cardinalem tituli Sancte Marie in Via*[n] *lata, et Petrum de Columpna, quondam cardinalem tituli Sancti Eustasii, omni commodo perpetuo*[o] *ac eternaliter privamus cardinalatus honore et omnibus ecclesiis Urbis commissis eisdem; cetera beneficia ecclesiastica, que tenebant, dispositioni nostre reservamus, ut, si viderimus eos in humilitatis spiritu persistere, agemus super illis misericorditer cum eisdem. Et si, quod absit, in spiritu rebellionis seu inobedientie prosilirent, ipsos exnunc scismaticos iudicamus. Et hec facimus de fratrum nostrorum consilio et ampliori qua fungimur et possumus plenitudine potestatis. Clericos vero beneficiatos per masculinam vel femineam lineam descendentes*[1] *usque ad quartum gradum privamus omnibus ecclesiasticis beneficiis, sive prebende, personatus seu dignitates existant vel quocumque nomine censeantur, et quod de cetero admittere non possint ad cardinalatus honorem; quin immo ipsos superius nominatos*[2]*, sive*[a] *ex*

a) *deest* 4^{b*}. b) Arrog. 4^{b*}. c) et plus constat nobis *add.* 4^{b*}. d) Fred. 4^{b}. e) Rom. 4^{b}; *fortasse* Romanus *legendum est; cf. Rodenberg l. l.* f) fieret 4^{a}. g) non novam $4^{a.\,b.\,b*}$. h) *vocabulum* (non?) *erasum* 4^{a}. i) contimētibus 4^{a}. k) *deest* 4^{a}. l) hec $4^{b.\,b*}$. m) impiguati $4^{b.\,b*}$. n) violata $4^{b.\,b*}$. o) perpetus 4^{a}.

1) In altera bulla ap. Dupuy l. l. p. 32. rectius legitur: *omnes qui per lineam masculinam vel femininam a dicto Iohanne de Columna descenderunt vel descendent*, et postea: *omnes filios dicti Iohannis et omnes qui ab ipso Iohanne per dictas lineas descenderunt vel descendent ... usque ad quartam generationem.* Certe Iohannis mentio hic excidisse videtur.

2) scilicet Iohannis posteros; sed idem bis dixisse videtur.

1297.

linea masculina sive feminina descendentes quantum ad hunc gradum cardinalatus iudicamus et diffinimus perpetuo et eternaliter inhabiles et indignos. Et ideo caveant Romani, ne cum ipsis matrimonia contrahant in futurum. — Obsecrantes vos, fratres cardinales, presentes et posteros, adiurantes per sanguinem Ihesu Christi, ut hanc nostram sententiam eternaliter teneatis. — Predicimus, quod se per nos de cetero restitui non confidant; quia illa hora qua hec faciemus necdum perdamus vitam temporalem, sed careamus eterna. Et si qui eis auxilium, consilium vel favorem prebuerint[a] clam vel palam, si laici fuerint, ipso iure sententiam excommunicationis incurrant, et omnibus bonis, que tenent a Romana ecclesia sub titulo fidei sive nomine censuali vel alio quocumque titulo, volumus esse privatos, et illa bona Romane ecclesie confiscamus; si vero clerici fuerint in beneficiis vel dignitatibus constituti, illis ipso facto et in perpetuum sint privati. Decernentes, ipsos omnes fore in vicium scismatis incidisse, qui predictos quondam cardinales in eorum errore, quo vellent contra nostram sententiam persistere, ausi fuerint defendere quoquomodo. — Agapitum autem et Stephanum de Columpna citamus peremptorie et pro citatis haberi volumus, ut infra decem dies veniant mandatis Romane ecclesie parituri; alioquin excommunicationis sententie subiaceant, et omnibus[b], que tenent a Romana ecclesia vel quibuslibet aliis, sint ipso facto privati. Ipse vero Agapitus scripsit hominibus de Columpna, quod sibi darent contra Romanum pontificem auxilium et succursum. At nos contra proponentes facere quod in psalmo legitur: 'Disperdamus eos, et non memoretur nomen eorum ultra'. (Ps 82, 5) — Posset aliquis dicere[c], quod hec nostra sententia contra quondam cardinales lata videretur[d] iniusta pro eo, quia qui delinquerent puniri[e] mererentur, et non alii; et hoc videntur dicere multa iura; et alibi dicitur: 'Filius non portabit iniquitatem patris'. (Ezech 18, 21) Hec iura et similia intelliguntur que spiritualiter infliguntur. Sed aliter est in hiis que temporaliter imponuntur. Et licet spiritualiter ab aliquibus intelligeretur, nos tamen volumus, quod generaliter[f] intelligatur in causa presenti propter enormitatem ipsius. Preterea videntur nobis ostendere iura dicentia, quod aliquis non est puniendus sine culpa. Sunt autem alia iura evidenter ostendentia, quod aliquis non puniatur sine culpa, punitur[g] tamen ex causa. — Et cum ipsi cardinales sint causa perpetrati delicti, quia propter eorum superbiam et maliciam ac potentiam, qua abutebantur, excessus multiplices sunt commissi, sicut apparuit in vacatione Romani pontificis ultima, que fuit Perusii — nam idem Iacobus vacationem tam diutinam procuravit —; et quot[h] homicidia et dispendia sunt secuta ex vacatione predicta, novit ille qui nichil ignorat. Occupaverunt insuper et occupari fecerunt et a subiectione Romane ecclesie subtraxerunt civitates et castra et loca quam plurima Romane ecclesie pleno iure subiecta; et castra, que tenebat dictus Iacobus de Columpna in manu sua sibi et fratribus suis et nepotibus eius, dolo desiit possidere, et ea tradidit illis et fidelitatis iuramentum et homagium ipsis fieri procuravit. Et vos, Romani, vidistis, quod hoc anno hec transivimus negligenter; unde propter causas huiusmodi et propter scelera preterita, ut multis crassantibus opus sit exemplo[i], ne in futurum similia fiant per eosdem, eradicare volumus illam stirpem maledictam et illum sanguinem pestiferum, quia semper habuerunt erecta capita et superbiam et contemptum. — Poterit aliquis dicere, quod cardinales statum non habeant. Habent, et non habent: cum ex eorum electione canonica eligatur is et procedat, qui est super omnes in potestatis plenitudinem constitutus et qui habet solvere et ligare sicut vicarius Ihesu-Christi; et certe non est aliquis post Romanum pontificem tam nobilem statum habens. Constat, quod ipsi[k] sunt membra capitis nostri. Etenim non habent statum ut summus pontifex eminentem, cum non sit nisi solus papa aliquis alius habens statum, quia ipse non est sub statu alicuius inferioris eo. Sed cardinales statum habentes sunt sub statu Romani pontificis, qui habet eos corrigere et punire; unde propter superbiam et alios excessus graves papa potest animadvertere contra eos. Nec miretur aliquis, si cardinalis in tanto statu positus propter superbiam deponatur. Nam supernus Artifex deposuit iherarcham[l] in ecclesia militanti[m] ad modum ecclesie triumphantis; sicut legitur in Behemot[n], qui digniorem statum habuit in angelica iherarchia[o]: 'Propter superbiam corruit in profundum et caruit celestis beatitudinis visione'; sic isti a statu felici, quem habebant in ecclesia militanti, propter superbiam ceciderunt; et dignum est, ut induantur confusione, qui maligna loquebantur et super me faciebant malum et cogitabant dolum adversus patrem suum; propter quod eorum facies ignominia repleantur et erubescant et conturbentur, confundantur et pereant in seculum seculi, ut cogno-

a) prebuerunt 4^{a}. b) omnia $4^{b.\,b^*}$. c) *deest* 4^{a}. d) videtur 4^{a}; l. v. *des.* 4^{b^*}. e) punire $4^{a.\,b}$; penitere 4^{b^*}. f) integraliter 4^{b^*}. g) punietur 4^{b^*}. h) quod $4^{a.\,b}$. i) exemplum $4^{b.\,b^*}$. k) illi 4^{b^*}. l) ierarchiam $4^{b.\,b^*}$; disposuit hierarchiam *edd.* m) *deest* $4^{b.\,b^*}$. n) Vehemot $4^{b.\,b^*}$. o) iherachia 4^{a}.

scant, quod nomen Romani pontificis est notum in omni terra et est solus altissimus super omnes.

26.[a] De vineis congelatis[b].

Item per ordinem preposterum revertar ad incidentias[c] temporum.

Anno Domini 1295. per totam dyocesim Treverensem vinee congelantur, et vindemiis cessantibus, non pauci ad vindemiandum vineas intrare dedignabantur. Sicut Ysaias predixit: (Es 5, 10.) *Decem iugera vinearum facient lagunculam unam.* Et paulo post sequitur: *Vinum in* (Es 16, 10) *torculari non calcabit*[c*] *qui calcare consueverat; vocem calcantium abstuli,* dicit Dominus.

Anno Domini 1296. inundaverunt aque Treveris, et flumen Moselle elevatum est super muros Treverenses in ripa Moselle sitos[1], ita quod celaria in medio civitatis sita aquis replerentur, quod etiam prius numquam visum est a diebus antiquis.

Hiis diebus iterum[2] orti sunt vapulatores, qui se scuticis[d] et flagellis rigide percusserunt, per civitates, oppida et villas decurrentes, sub quadam specie sanctitatis quedam nova cantica decantabant.

27.[e] De electione regis Alberti.

Post occasum pacifici Romani regis Adulphi convenientibus principibus Allemannie apud Frankenvort[f], die assignata ad eligendum[g] regem, concorditer elegerunt[h] virum strenuum et bellicosum Albertum ducem Austrie predictum, Růdolphi regis filium. Nam litteris, iuramentis et pactis omnes electores regales, excepto domino Boemundo Treverorum archiepiscopo, astricti fore dicebantur eidem, ut nullum alium in[i] regem eligerent preter eum. Ad quam diem dominus Boemundus presul[k] Treverensis perveniens et se fraudibus cernens undique circumventum[l], timens etiam discrimen corporis et rerum, nec declinare valens a dextris vel sinistris, ad se reversus vir mire providentie ac sano usus consilio, omnibus promissionibus, pactis et iuramentis dictum ducem Austrie ad cautelam fecerat abrenuntiare. Quo facto, dicti principes ad electionem regiam libere processerunt, dictum ducem, ut pre- (Aug. 25. (24)) tactum est, concorditer eligentes. Deinde in proximo festo beati Bartholomei apostoli Aquisgrani intronizatus consecratur[3], inungitur et coronatur cum sollempnitate debita et consueta.

Et eodem, videlicet anno 1298[m], vir totus misericordie operibus deditus, Francorum rex benignissimus sanctus Lůdowicus[n] per sedem apostolicam canonizatus, cathologo sanc- (Aug. 26.) torum asscriptus est, et prima dies natalis eius in crastino beati Bartholomei apostoli ab universis principibus et prelatis regni Francie ad hoc convocatis reverentissime celebrata est in ecclesia beatorum Dyonisii et sociorum eius; in qua ecclesia eius sacratissimum corpus ante multos annos exstitit tumulatum.

28.[o] De occisione Iudeorum.

Eodem anno clamor validus pene omnium Suevorum nobilium, plenus quidem furore et querimoniis, que gravem iniuriam indicabant, contra Iudeos invaluit et satis dire perturbationis iaculo Christi fidelium mentium interiora transivit, dum ex eorum clamore concordi etiam querula voce cognoverant, perfidos Iudeos puerum cuiusdam nobilis et potentis viri in contemptum christiani nominis impie iugulasse. Quod scelus[p] immensum diu latere non potuit, sed prodiit in publicum; nam iustus Iudex hoc transire noluit inpunitum. Surrexerunt Suevi velud lupi rapidi[q], dum irrumpunt caulas ovium, quas omnes strangulant; dum tamen cuilibet sufficere posset una ad suam ingluviem refrenandam[r]. Arma sumunt Suevi, et virum quendam nobilem dictum Reyntfleis[s] eligentes in principem et ductorem, congregatoque exercitu maximo, Iudeos ferociter invaserunt, nulli parcentes, elevatis signis et vexillis bellicis per diversas terras transeuntes violenter, civitates, munitiones[t] et castra,

a) 208. *W. hoc praemisso titulo:* Incidentiae temporum. b) congillatorum 4^{b*}. c) incendias 4^{a}. c*) calcabat $4^{b.\,b*}$. d) scutitis 4^{a}. e) 209. *W.* f) Franckfort 4^{b*}. g) eleg. 4^{a}. h) elig. 4^{b}. i) in r. *des.* 4^{b*}. k) archiepiscopus 4^{b*}. l) et s. c. u. fr. circ. $4^{b.\,b*}$. m) MCC octuag. VIII. $4^{a.\,b.\,b*}$. n) Lodow. 4^{b*}. o) 210. *W.* p) zelus 4^{a}. q) rabidi 4^{b*}. r) referendam $4^{a.\,(b\,?).\,b*}$. s) Rintfleis 4^{b}. t) et c. et m. 4^{b*}.

1) Chronicon Tielense (ed. van Leeuwen, p. 265) habet: *Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto in partibus superioribus fuit tanta inundatio aquarum, quod Mosela muros Treverorum transcendebat.* Alia folia Trever. mss. addunt: *Hanc inundantiam. et superioris anni sterilitatem secuta est fecundissima vindemia.* WYT. 2) V. supra V. Heinrici alteram c. 2, p. 459. 3) Iam 24. Aug.; d. 25. Aug. Boemundo privilegia confirmavit; Günther II, p. 527. 530.

in quibus Iudeos esse cognoverant, potenter infringentes, per loca diversa multa milia Iudeorum occiderunt.

29.[a] De rege Francie et comite Flandrie.

Hiis temporibus Philippus[b] rex Francorum totius Francie viros et vires exponens, 1297. contra Guidonem[c] comitem Flandrie movit castra et cum potenti exercitu intravit fines Flandrie, castra, villas et oppida destruens, nulli parcens[1]. Ipse enim comes paucos ex suis fideles invenit. Nam cives omnium oppidorum Flandrie, per promissiones et munera dolose corrupti, fautores regis exstiterunt; occulte vero eorum domino malum pro bono reddentes, captabant in animam iusti, valida iam conspiratione facta, recalcitrantes sub suavi iugo cf. Ps. 93, 21. comitis, qui semper suos subditos cum magna pietate regere et defensare consuevit. Deinde post strages hominum et incendia multa comes Flandrie una cum filio suo Roberto comite de Nyvers[2], cui pater etiam iam comitatum Flandrie tradidit pleno iure, et se ipsum deve- 1299. stivit: de communi consilio duodecim principum Francie, qui pares nuncupantur, ad sententiam et ordinationem quorum omnia iura, iudicia et consilia totius Francie dependent, dicti comites, pater et filius, se committentes gratie regis sub spe pacis et venie, prisionem intraverunt servaturi, interimque tota Flandria potestati regie subiugatur; quorum fines rex Francie aggredi numquam ausus fuisset, si homines eorum stabiles et fideles invenisset. Origo dissentionis et causa precipua fuit hec. Comes Flandrie filiam suam[3] desponsavit primogenito filio regis Anglie[4], quem longa guerrarum dispendia Francis reddiderant[d] odiosum, et quod Francigenis ex dictis nuptiis oriri posset in posterum non modicum periculum et discrimen. Nobilis vero comes Flandrie et inclitus Robertus, filius eius, cuius hasta numquam abiit retrorsum, proh dolor! male decepti, et sine causa legitima vinculis mancipantur, ruptoque federe, male pertractantur, velud flores marcidi bestiarum pedibus ferocium conculcantur. Hinc dolor et timor viris nobilibus, quod sanguis generosus[e] et alta prosapia, magnipotens prudentia, honor, opes et famosa milicia nichil possunt neque valent adversus detractores; milicia prostrata dolet, et odiosa detractio iam regnat coronata. Regnum, quod[e*] stabilivit ab olim iusticia et rectitudo, iam repletur spinis et sentibus, et radix Hugonis quondam ducis Aurelianensis[f, 5] in ramos pestiferos repullulat pungitivos.

30.[g] De rege Tartarorum[h].

Anno Domini 1299. post lamentabilem Terre Sancte depopulationem placatus Dominus super malicia populi sui, recordatus est desolationis Terre Sancte ac solita misericordia de celo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens aut requirens Deum. Volens cf. Ps. 52, 3. vindicare sanguinem servorum suorum, qui effusus est, non invenit virum ydoneum inter filios ecclesie, qui pugnare velit bella Domini; omnium enim oculos dextros eruit Naas cf. 1. Reg. 11, 2 Amonites; 'omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non Ps. 52, 4 est usque ad unum'. Quapropter iratus ait Dominus: *Ecce nationem filiorum reprobavi,* Ps. 72, 15 testante psalmista; sicut predixit Ysaias: *Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt* Es. 1, 23 *munera, secuntur retributiones, pupillo non iudicant, et causa vidue non ingreditur ad eos; ipsi regnaverunt, et non ex me; principes exstiterunt, et non cognovi,* dicit Dominus. *Quos* Osee 8, 4 *tamen,* ut ait Gregorius[6], *internus iudex provehit et non cognoscit, quia quos permittendo tolerat, profecto per iudicium reprobationis ignorat;* sicut ipse ait: *Recedite a me operarii* Luc. 13, 27 *iniquitatis, nescio qui estis.* Ve regibus et principibus solo nomine christianis, qui tenentes legem nesciunt auctorem legis! qui vero ea que Domini sunt nesciunt, a Domino nesciuntur. Unde Paulus: *Ignorans ignorabitur,* quia[i] 'noluit intelligere ut bene ageret'. Sed *propter* 1 Cor 14, 38 Ps 35, 4 *miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* 'Prope est ut veniat Ps 11, 6 tempus eius; miserebitur enim Dominus terre populi sui, et eliget adhuc de Israelitis[k] veris, cf. Es 14, 1 2 et quiescere eos[l] faciet super humum suam, et erunt capientes eos qui se ceperant, et subicient exactores suos'; et, ut ait Zacharias: *possidebit Dominus partem suam in terra* Zach. 2, 12. *sanctificata, eliget*[m] *adhuc Ierusalem.* Verecundentur principes nostri impinguati[n], dilatati,

a) 211. *W.* b) Phyl. 4[b] *saepius.* c) Guyd. 4[a]. d) redderant 4[a, b]. e) gloriosus 4[b*]. e*) quoque 4[a]. f) Aurelianensium 4[b]; Aurelanensium 4[b*]. g) 212. *W.* h) Thart. 4[a] *semper fere.* i) qui 4[a]. k) Ysr. 4[a]; I(Y)srahel. 4[b. b*]. l) *deest* 4[b*]. m) et el. 4[b*]. n) inpignati (?) 4[b*].

1) Boemundum tunc temporis in Flandriam missum esse, Adolfi regis ostendit charta, Günther II, p. 520. 2) Ex uxore Iolande; v. Iohann. de Thielrode, SS. IX, p. 335. 3) Philippinam, a. 1293. 4) Eduardi I. 5) De Hugone Capet duce auctor cogitare videtur. 6) Reg. pastor. c. 1.

(cf Ezech 34, 2–4) qui pascunt semet ipsos. Quod crassum est devorant, quod egrotum proiciunt, fractum non (Iob 5, 14) alligant, erroneum non reducunt nec perditum requirunt. Ergo 'per diem incurrent tenebras, (Iob 21, 13.) et quasi in nocte sic palpabunt in meridie'. 'Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt'. Proh dolor! inter mille milia hominum[a] christianorum sub celi cardine militantium non est inventus homo, qui ascendat ex adverso et opponat se murum defensionis pro domo Israel, ut stet in prelio in die Domini, qui descendens ab arce poli factus homo se totum nobis dedit in precium, ut nos de manibus inimicorum nostrorum liberati serviamus illi in sanctitate et iusticia coram ipso omnibus diebus nostris. Nec est qui recogitet (Rom 5, 6. 7) vel vicem rependat. *Ut quid enim Christus*, ait apostolus, *cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan* (Es 45, 1) *quis audeat mori.* Propterea *hec dicit dominus Deus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subiciam ante faciem eius gentes et dorsa regum vertam.* Dominus, qui tartara confregit et tartaricum principem debellavit, nunc elegit ex universis gentibus[b] regem Tar- (cf Ezech 22, 30) tarorum, prophetica voce clamante, qui dixit: *Nonne de multis quesivit Deus virum*[c], *qui interponeret sepem et staret oppositus contra se pro terra, ne disperderet eam, et te repperit?* — (Es 6, 8.) *Quem mittam*, dicit Dominus, *et quis ibit*[d] *nobis?* Et dixit rex alienigena: *Ecce ego sum, mitte* (Deut. 32, 43.) *me.* Nam christiani reges steterunt omnes. Et dixit Dominus: 'Vade et ulciscere sanguinem servorum meorum; quia vindictam retribuam in hostes eorum, et propicius ero terre populi mei'. Subito surrexit rex fidelis, alienus a fide, fidei[e] pugil egregius, cum ingenti armorum strepitu et horribili turbine bellatorum; quasi pestis ab originalibus sedibus tartarea clade depulsa et velud moles ingens per abrupta montium et declivium fluminis iactibus ac fulminis ictibus devoluta, in sanctam civitatem Iherusalem irruisse crudeliter nuntiatur. Fremens et frendens cuncta prostravit; terror eius iam invaserat totam Asiam ac omnes regiones Sarracenorum. Soldanus autem Babylonie[1] et soldanus Atticus et soldanus Damasci cum regibus et satrapis multis, magno collecto exercitu barbarorum, occurrentes eidem, commissum est campale prelium nimis horridum a mane usque ad vesperam. In quo bello ceciderunt hinc inde, ut creditur, centum milia hominum. Interque micantes gladios fumabant arva tepido sanguinis profluvio rubricata. Soldanus vero Babylonie, angustiatus nimis, videns stragem suorum et Tartarorum audatiam, et quod parati sunt stare aut mori, sine mora fugam iniit cum hiis quos fortuna belli non oppressit; quos Tartarorum dominus clangentibus tubis grassanter insecutus est, vulnerando, sternendo quos attingere poterat gladiis et sagittis, donec, superveniente noctis caligine, infra munitionem firmam dicti Sarraceni se reciperent tremebundi. Deinde noctis beneficio tutiores, a magno usque ad minimum migraverunt hinc viribus destituti. Mane autem facto rex Tartarorum insultum faciens et locum desertum inveniens, turres, muros et munitiones solo coequavit. Deinde montes et valles ac ampla deserta veloci cursu transiliens, cuncta vastabat[f]. Item collecto exercitu[g] soldanus Babylonie eidem occurrere festinavit. Acie hinc inde ordinata et turmis congredientibus, cum horrendo strepitu fundibularii et balistarii velud tonitruum fragore[h] terribili exercitus provocabant ad prelium. Belloque conserto, rex Tartarorum magnificus, ruptis hostium cuneis, velud leo famelicus dissipans et conculcans gregem armentorum, in[i] arcu et gladio Babylonicam[k] potentiam victoriose deiecit; soldanusque cum suis qui supererant declinavit a prelio desperatus. Quos rex prepotens potenter insecutus est, nulli parcens, donec, superveniente noctis umbra, in locum munitum hostes se reciperent fugitivi. Deinde vice tercia soldanus Babylonicus, resumptis viribus et evocatis regibus et satrapis ab extremis terre ac maris insulis, gentibus infinitis, et quidquid[l] virium habere poterant barbarorum extere[m] nationes, mirabiles acies ordinavit. Rex vero Tartaricus suos recolligens, properavit ad pugnam velud aper indomitus spumosis labris, dum volucri giro, radenti dente catellos transverberat insequentes. Deinde bellicis turmis dispositis, in congressu valido tubarum clangor, ingens clamor et collisiones armorum terrifico sonitu replebant aera pulvere turbulentum, subitoque commissum est prelium abhorrendum, volitantque per inania mortes.

a) *deest* 4b. b*. b) principibus 4b*. c) *deest* 4a. d) obit 4b. e) *deest* 4b*. f) vastabit 4b. g) s. ex. occ. 4b*. h) frangore 4b. i) et 4b*. k) Babyloniam 4b. b*. l) quitquid 4a. m) ex terre 4a.

1) Res a. 1299. gestas et quae triginta annis ante, Chalifo et urbe Bagdad expugnatis, acciderant confundere videtur. — Soldanus Atticus fortasse Aegyptiacus intelligendus est.

1299. In quo bello pene omnes viri bellatores et vires Sarracenorum in ore gladii sine numero ceciderunt; sed soldanus cum paucis vix evasit, fugiens Babylonem, in qua se cum suis inclusit. Rex autem Tartarorum cum triumphali victoria potiretur, Iherosolimorumque[a] regno sue ditioni subacto, omnia regna adiacentia potestative[b] lustrando perdomuit. Deinde Iordanem, Eufraten et Nilum transiens, omnes gentes longe et prope sitas virtute martia subiugavit. 'A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris'. (Ps 117, 23.) Vere de vultu Domini iudicium prodiit, et a summo celo sententia iusta egressa est, ut placuit Regi (cf Ps 16, 3) regum altissimo, cuius occulta iudicia nemo colligere potest, eo quod admiranti[c] voce prophetica sint abyssus multa. (Ps 35, 7.) Ab ore regis Tartarici mirabile verbum prodiit, quod et iuramento firmavit, videlicet se numquam retrocessurum, sed omnia mortis pericula se cum suis potius subiturum, quam declinaret a dextris vel sinistris, donec Babyloniam et omnes fines paganorum sue subiceret potestati. Deinde victoriosi triumphi gloriam celeriter et cum sollempnitate magna nuntiavit domino Bonifacio pape VIII. cum pleno gaudiorum corde et desiderio magno supplicavit attente, quatenus christiani a Terra Sancta expulsi libere reverterentur et inhabitarent terram desolatam civitatesque destructas reedificarent[1]. Insuper publice notificavit, quod bellatores acres et vernaculos expeditos ad prelia sufficientes haberet, nec etiam indigeret auxilio christianorum. Item mandavit domus hospitalis sancti Iohannis Iherosolimitani et milicie Templi ac aliarum domorum magistris universis, ut ad loca sua depopulata transirent et ea possiderent sine tributo, libere et quiete. Dictarumque domorum magistri, repleti gaudio magno valde, in omnes fines terre hilariter litteras ad suos subditos transmiserunt, mandantes, ut fratres abiles et robusti ad queque pericula toleranda infra certum terminum transfretarent. Summus autem pontifex, receptis litteris de tanta regis victoria, publicam stationem indixit in Urbe; et ordinata processione laudabili, cum devotione magna universus populus visitavit limina sanctorum. Summo Patri luminum, a quo profluxit hoc donum munificum, in cordis et oris iubilo dignas laudes ac gratiarum immensas satagebant impendere actiones. Hec aspiciens a longe Ysaias, clara voce predixit. Domine, excelsum brachium tuum, Deus Sabaoth, corona spei, que ornata est gloria; exultet desertum, et[d] exultent solitudines Iordanis, et populus videbit altitudinem Domini; notas facite in populis virtutes eius; cantate Domino, quia mirabilia fecit; annuntiate hec in universa terra! Ecce christiane fidei principibus scandalum universis, quod fidem ignorans est fidei robustissimus propugnator vigilique cura sudores bellicos et estivos pulveres non vitans, et populus christianus dormit in lecto, id est in securitate, audatia et[e] oportunitate peccandi, sicut dicit Haymo, non ut quiescat, sed ut febre languescat et frenesim sustineat. Nonne iam omnes principes[f] nostri languescunt? Vere sic. Si preteritorum temporum gesta percurras, videbis, quot[g] et quanta pericula Romani principes quondam pro defensione rei publice sustinuerunt; quot[g] reges et regna magnus Alexander Machedo celeri victoria transvolavit; qualiter Tytus cum Vespasiano Iherosolimorum urbem visitationis sue temporis ignaram delevit cum populo, ut in ipsa vastitate hostili nobiles et tenere mulieres pre famis angustia ventris sui fructum avide devorarent. Et hec egerunt bellatores incliti pro vana mundi gloria, ydolis servientes. Nunc christiani milites inter se mutuo preliantur, christianos spoliant, devorant, rapiunt et occidunt, religiosos, viduas et orphanos opprimunt, nec Deum timent, nec hominem verentur. Sanguisque[h] Christi, qui pro eis effusus est, ab[i] eis non curatur, et inimici crucis occupant Terram Sanctam. Ploret et ululet omnis christianitas, quod in amplo matris ecclesie gremio non est inventus homo dignus et ydoneus, peccatis exigentibus, ad expugnandum inimicos Christi! sed honorem nostrum Dominus dedit alieno et elegit ad hoc virum secundum cor suum, hominem ignotum, dominum Tartarorum. *Nec mirum*, ut dicit Ieronimus, *si radicis amaritudinem dulcedo fructuum recompensat et viles virgule balsama preciosa desudant:* hinc pudor ingens militibus christianis, si pudor esset in terra[k]!

Tartaros quidam autumant Tarsenses et Hismahelitas, de quibus scribit Methodius, quod egressuri sunt ante finem (G. Arn. c 7) mundi et obtenturi orbem terre octo ebdomadibus annorum, id est quinquaginta sex annorum, et multa mala facturi.

a) Yerosolim. 4[a], *et saepius y pro* i. b) potestate 4[b. b*]. c) admiranda? d) *deest* 4[b*]. e) et in 4[b*]. f) omn. princ. lang. pr. n. *corr.* om. l. p. n. 4[b], *et ita* 4[b*]. g) quod 4[b. b*]. h) que *deest* 4[b. b*]. i) ab e. *des.* 4[b*]. k) terris 4[b*].

1) Cf. Raynaldi Ann. eccl. IV, p. 321; sed litterae nullae eius argumenti exstare videntur.

30.[a] De demembratione imperii propter nuptias.

1299. Eodem, videlicet anno Domini 1299. exorsus est sermo inter principes Allemannie super matrimonio contrahendo inter primogenitum filium Romani regis Alberti et sororem[1] Philippi regis Francie, hac conditione adiecta, quod regnum de Arleblant[2] dotalicio iure propter nuptias cedere deberet dicto filio regis Allemannie et suis heredibus in perpetuum pleno iure. Quod regnum Arelatenense reges Francie iam dudum occupaverant violenter a tempore depositionis Frederici imperatoris; nam ad ipsum imperium immediate spectare dinoscitur pleno iure, et archicancellatus dignitas ad archiepiscopum Treverensem dinoscitur pertinere. Convocatis autem principibus Allemannie et baronibus Francie ad diem Dec. certum apud villam que Fois[b, 3] dicitur iuxta Tullum, dictisque regibus ibidem convenientibus cum maximo apparatu, ex parte dictorum regum factum est verbum ad principes memoratos, quod ipsi super hiis sponsaliciis donis consensum liberum adhiberent et hec suis litteris et sigillis publice communirent; asserentes, quod ex hoc posset universo orbi pax et utilitas provenire. Sed heu! maxime querentes que sua sunt, non que Ihesu Christi, ad demembrationem imperii avide aspirabant, et sub mente tacita latebat anguis habens aconita[c]. Quod vir mire providentie Boemundus Treverensis archiepiscopus [audiens[d]], dolore tactus intrinsecus, acumine aquilini intuitus solis radium transverberans et predam aspiciens a longe, non obstante longi spacii intervallo, super lesione et demembratione imperii doluit et ingemuit vehementer, ab imo pectoris[e] ducens suspiria, dolum prevenire[f] visus est, ne morbus fistilare incipiens non abscisus usquequo perveniat in medullas. Sed heu! res mutata est in contrarium, mortis angustia precurrente. Cumque sic angustiaretur pro augusti imperii dignitate angustianda, cum maximo apparatu adire concilium principum princeps egregius egregie hanelabat; et hiis constanter intentus, cepit irruente infirmitatis molestia graviter egrotare, et non post multos dies vitam finivit. Cum autem sentiret se debilitatum nimis, reverendo viro domino Wickeboldo archiepiscopo Coloniensi, fideli amico suo, qui tunc presens aderat, archana cordis sui cum magna fiducia fideliter reseravit, indicans[g] sibi per omnia suam voluntatem. Deinde valefacto, idem[h] dominus Coloniensis archiepiscopus ad dictum concilium celeriter properavit. Quo perveniente, ex parte dictorum regum adaucte felicitatis auspiciis allegatis hinc inde, que possent ex hiis imperio et regno Francie, et per consequens universo orbi, statuta[i] pace, utiliter provenire, si principes electores premissis consensum legitimum adhiberent; cunctisque principibus applaudentibus et consentientibus, dominus archiepiscopus Coloniensis, vir constans et imperii sublimitatis zelator fidelis, solus surrexit in medium imperterritus, ac voce libera proclamavit, quod ipse una cum domino Boemundo Treverorum archiepiscopo, cui idem in hac parte vices suas commiserat, in detruncationem honoris et status imperii minime consentirent, et donationi facte propter nuptias publice contradixit; ceteris electoribus donationem huiusmodi confirmantibus suorum munimine sigillorum[4]. Hii vero duo archiepiscopi fideles nec hiis[k] consentiebant nec sigilla sua apponebant. Totus orbis non immerito in admirationem ducitur, quod, ubi promovendus est honor et iniuria propulsanda, apud eos qui tenerentur[l] et deberent pro culmine imperii se murum defensionis opponere ab insurgentibus ex adverso, ipsis scientibus et dissimulantibus, immo consentientibus et procurantibus, contrarium patiatur.

31.[m] De obitu domini[n] Boemundi Treverorum archiepiscopi.

Post multos vero labores et sollicitudines seculi respiciens Dominus militem suum emeritum et servum suum bonum et fidelem, sicut ei placuit, in requiem et gaudium Do-
Dec. 9. mini sui vocare dignatus est; videlicet prenotato[o] anno Domini 1299, feria quarta post festum beati Nicholai episcopi*, hora sexta, pontificatus sui anno undecimo, reverendus

*) 4[a] *add. in marg.:* die 9. Decembris.

a) 213. *W.* b) Foys 4[b*]. c) aconica 4[a]. d) *deest* 4[a. b]. e) pectore 4[b. b*]. f) provenire 4[b. b*]. g) inculcans 4[b. b*]. h) v. domino C. 4[b*]. i) stabilita 4[b]. k) in h. 4[b*]. l) tenentur et debent 4[b]. m) 214. *W.* n) *deest* 4[b*]. o) prenominato vel prenotato 4[b*].

1) Blancam. 2) i. e. Arelate. Haec non satis accurate relata esse pacta ipsa ostendunt; Böhmer, Reg. Alb. Nr. 204. 243. Cf. Busson, 'Die Idee des D. Erbreichs' ('SB. d. Wien. Akad.' LXXXVIII), p. 72 sqq. 3) Martene in margine: *Foulzia.* 4) Tres tantum electores, neque Coloniensis archiepiscopus consensum dederunt; v. Böhmer, Reg. p. 218.

pater et dominus Boemundus Treverorum archiepiscopus, princeps fidelissimus, decumbens 1299. in palacio Treveris, ab hoc carnis ergastulo evocatus, plenus dierum in senectute bona feliciter migravit ad Dominum: de labore tendens ad requiem, celum penetravit empyreum, ut speramus, terrenis terrena relinquens, et sepultus est in claustro quod Hymmelroth[a] dicitur Cisterciensis[b] ordinis, quem locum semper speciali veneratione dilexit in vita et in morte; quem etiam singulis annis in die palmarum quoad vixit devotissime visitare consuevit. Si qua vero in eo remansit peccati macula, quam post contritionem et confessionem veram penitentie lima plenarie non purgavit, deleat eam Dominus, qui misericors est et multus[c] ad ignoscendum. Qui manu benignissima et plena gratiarum absterget omnem lacrimam ab oculis sanctorum et colligat animam eius, qui vere sophye phylosophantium animas ad se colligit, quas iam solutas corporibus ex toto credimus immenso illi pelago eterni luminis et luminose eternitatis inmersas. Felix homo ille, qui ex toto corde suo et ex tota anima sua diligit dulcissimum dominum Ihesum Christum! Unde Bernardus: *O amor sanctus et castus! O dulcis et suavis affectio! O pura et defecata intentio voluntatis! eo certe defecatior et purior, quo in ea de proprio nil iam ammixtum relinquitur; eo suavior et dulcior, quo totum divinum est quod sentitur: quomodo stilla aque modica multo infusa vino deficere a se tota videtur, dum et saporem vini induit et calorem, sic omnem tunc in sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo necesse erit a semet ipsa liquescere atque in Dei penitus transfundi voluntatem.* Alioquin quomodo Deus erit omnia in omnibus, si in homine de homine quicquam[d] supererit? manet quidem substantia, sed in alia forma, alia gloria aliaque potentia. O quam magna multitudo dulcedinis tue, Domine, quam abscondisti timentibus te! Ad quam nos pervenire concedas, qui es benedictus in secula. Amen.

32.[e] De cometis que apparuerunt.

Ante obitum reverendi patris domini Boemundi predicti, anno eodem precedente apparuit cometa circa horam noctis terciam, duodecim noctibus continuis, radium aculei sui directum habens a plaga septentrionali versus urbem Trevericam, quasi capitales dissentiones indicans; sicut etiam rei exitus comprobavit. Nam multe tribulationes post mortem domini Boemundi hanc[f] urbem invaserunt. Defuncto autem dicto patre, in[g] instanti tunc nocte natalis Christi, paulo post noctem mediam, tenebrarumque densitas insolita caligine cuncta poli sidera obfuscabat ac pruina nebulosa nimis superficiem terre mirabiliter obumbrabat; in ipsis tenebris apparuit cometa, in modum phebes distenta, quasi dependens in aere, ardenti rubore perfusa, que post momentum hore disparuit; et iterum interiecto modico intervallo, due comete apparuerunt simul ab invicem modicum disiuncte, quantitatem et ardorem prioris representantes; sed illico disparuerunt; tercia vice post horam brevissimam apparuit una per se pretendens per omnia formam et colorem priorum, que etiam illico evanuit; cuius rei coniectura non latuit efficaciter intuentem.

33. Comes Luzzillemburgensis[h] obsedit urbem Trevericam.

Post obitum domini Boemundi prescripti, estate proxima sequente, videlicet anno Do- 1300.
mini 1300, incommoda plurima Treverensibus incumbebant. In vigilia enim beate Marie Iul. 21.
Magdalene Henricus comes Luzzillemburgensis[i] cum electa milicia et ingenti multitudine armatorum vallem Trevericam intravit, seductus in opinionem, quod civitatem Treverensem vi vel dolo posset subiugare. Castra fixit iuxta villam que Urium[1] nuncupatur non longe a civitate Treverensi sita, domos et curtes[k] incendens, cuncta subvertens, fructus terre conculcans et depascens, ligna fructifera et vineas abscidens. Populus vero Trevericus non exiens ad campale prelium, transitus viarum ultra pontem potenter observabat. Comes autem, quia ulterius procedere non valebat, cum diebus aliquot stetisset in eodem loco, retrocessit, et iuxta villam que Merzelich[2] dicitur flumen Moselle transvadavit, aliquibus de suis submersis ibidem; secessitque iuxta villam que Kůnz[l, 3] nominatur, omnia in circuitu depopulans et devastans[*]. Deinde appropians civitati, castra sua locavit in

*) 4[a] *add. in marg.:* turrem supra pontem ad terram prohiciens.

a) Hymmenrot 4[b]; Hymmerait 4[b*]. b) Cystersiensis 4[a]. c) multis 4[b. b*]. d) quitquid 4[b*]. e) 215. *W.* f) hac 4[b]; hac urbe invaserat 4[b*]. g) *deest* 4[b*]. h) Luzzelenb. 4[b]. i) Lutzellinbůrg. 4[b]; Luczenb. 4[b*]. k) turres 4[b*]. l) Kůntz 4[b]; Kuncz 4[b*].

1) Euren. 2) Merzlich. 3) Conz.

1300. campo spatioso iuxta villam Sancte Crucis[1], et iterum in abscisiones arborum et vinearum
crudeliter exarsit, ipsam villam Sancte Crucis et omnia torcularia in circuitu et in ripa
Olevie[2] iuxta Montem-Novum[3] sita incendio devastavit. Die autem duodecima adventus
Aug. 1. sui, scilicet in die sancti Petri ad vincula, cum ulterius progredi proponeret ad extermi-
nationes innocentum, Dominus, qui cuncta disponit, sanctorum conculcationem amplius
non ferens, in sequentis noctis tenebris, dum medium silentium tenerent omnia, et nox in
suo cursu medium iter haberet, suborta est in exercitu comitis gravis dissensio. Omnes
repente ruerunt in arma, et acriter preliantes, mutuo se occiderunt, non paucis prostratis
et vulneratis; unde ceteri territi et stupefacti statim moverunt castra. Terruerat enim eos
4. Reg 7 Dominus, qui terruit Benedab[a] regem Syrie, dum Samariam obsedit, dissentionem magnam
mittens super eos. Nam beatus Mathias apostolus et sancti martyres Treverenses bellave-
Iud. 5, 20 runt invisibiliter contra eos, et, ut Debbora cecinit, stelle pugnaverunt adversus Cysaram;
2. Macc. 10, 29. et sicut legitur in epistola Machabei, quinque viri apparuerunt de celo in equis albis,
qui in adversarios tela et fulmina iaciebant. Deinde sine mora unusquisque rediit ad pro-
pria mente consternata; nusquam tamen post se virtuose milicie vestigia reliquerunt, nisi
tantum, quod cum arboribus, vineis et plantis ac rebus insensibilibus cottidianum certamen
inierunt. Quid enim mali egerunt pauperes Christi, religiosi, remoti et vicini monachi et
moniales, quorum victum et vestitum abstulit seva manus, bona eorum crudeliter inva-
dendo? Non est honor, neque decus armate milicie, inermes invadere et elemosinas eorum
discerpere, quas Christi fideles quondam pro suis[b] delictis religiosis pro Christi nomine
humiliter optulerunt. Cives Treverenses hanc lesionem vix sentiunt; sed Christi pauperes
et ecclesiastici viri flagella graviter[c] pertulerunt. Sed heu! ut dicit Augustinus[4]: *non dimit-
titur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Inhumanum est enim valde, quod filius tam adultus
nequaquam recognoscit ubera sue matris, cuius lacte pascitur habundanter et sub cuius
umbra vivit, pausat dulciter et quiescit; sed sanguinem eliciens[d], eam nititur suffocare.
Non est verisimile, quod tanta vesania ex nobili corde radicem produxerit; sed favor populi
et adulatorum detractio trahit locum a potentia vel a voluntate; nam urbs vel gens Treve-
rica non est adeo debilitata in viris et viribus, quod se gratis permittat cuiusque calcaribus
perurgeri. Sed dolet prostrata nobilis et sancta Treveris ecclesia metropolitana, que septua-
ginta et duas matrices ecclesias cum suis appendiciis advocatie filii sui comitis subdidit,
ut se pro iure sue matris defendendo se murum defensionis opponeret ex adverso. Nunc
autem erectus adversus eam, tanti beneficii ingratus, honorem debitum non rependit eidem.
Matth 3, 10. Revertere! revertere! et attendens cogita, quod ad radicem posita sit arbori securis! 'Ecce
Iac 5, 9. iudex ante ianuam stat', iudicans et querens iudicium et velociter reddens quod iustum est;
et quid de te sit futurum, penitus ignoras. Causa dissentionis fuit hec. Comes edificare
cepit quoddam castrum in quadam insula fluminis Moselle iuxta villam dictam Machra[5],
ponens ibi thelonarios et predones, qui indifferenter religiosos et peregrinos, mercatores
ac alios quoscumque per alveum Moselle navigantes, timore Dei postposito, sine miseri-
cordia spoliabant. Quam iniuriam cives Treverenses sustinere diutius non valentes, inchoa-
tum castrum et opus dyabolicum in manu forti flamma et igne aggressi sunt, nec lapidem
super lapidem nec lignum super lignum reliquerunt. Hec causa dictum comitem ad tan-
tum flagitium exercendum medullitus incitavit. Sed quod in hiis omnibus mirabile et lau-
dabile ac donum Dei precipue fore creditur, manus Treverorum ab effusione sanguinis
inimicorum Dominus conservavit innoxias; tamen curtes[e], villas et domos plurimas in comi-
tatu Luzzillemburgensi[f] potenter incendiis devastarunt et predam multam abigerunt capti-
vosque plures in Treviris vinculis detinebant.

34.[g] De anno iubileo.

Eodem, videlicet anno Domini 1300. fuit annus iubileus, et a cunctis orbis angulis utriusque sexus homines infiniti Romam catervatim pro suorum absolutione peccaminum devotissime properabant. Quorum devotionis affectum ac[h] laborum pericula dominus papa

a) Benadap 4b. b*. b) suo vel suis 4b*. c) pariter *corr.* graviter 4b; pariter graviter *Mart.* d) elicens 4a. e) curtas et villas d. 4b*. f) Lůzzelenbůrg. 4b; Luczenb. 4b*. g) 217. *W.* h) ut 4b b*.

1) Heiligkreuz. 2) Olewig. 3) Neuenberg. 4) Epist. 153. 5) Grevenmachern, in territorio Luxemburgensi ad sinistram Mosellae ripam. WYT.

intuens, paterna pietate omnes sanctorum Petri et Pauli apostolorum limina visitantes et vere confessos et contritos misericorditer absolvit a pena et a culpa secundum formam infra scriptam: 1300.

Rescriptum domini pape de anno iubileo

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei, ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus[a] *ad honorabilem basilicam principis apostolorum de Urbe concesse sunt remissiones magne et indulgentie peccatorum. Nos igitur, qui iuxta officii nostri debitum salutem appetimus et procuramus libentius singulorum, huiusmodi remissiones et indulgentias omnes et singulas ratas et gratas habentes, ipsas auctoritate apostolica confirmamus et approbamus et etiam innovamus et presentis scripti patrocinio communimus, ut, cum beatissimi Petrus et Paulus apostoli eo amplius honorentur, quo ipsorum basilice de Urbe devotius fuerint a fidelibus frequentate, et fideles Christi spiritualium largitione munerum et huiusmodi frequentatione magis censuerint*[b*] *se refectos: Nos de omnipotentis Dei*[b] *misericordia et de eorumdem apostolorum eius meritis et auctoritate confisi, de fratrum nostrorum consilio*[c] *et apostolice*[d] *plenitudine potestatis omnibus in presenti anno*[e] *1300, a festo natalis domini nostri Ihesu Christi preterito proxime inchoato, et quolibet*[f] *anno centesimo secuturo ad basilicas ipsas accedentibus reverenter, vere penitentibus et confessis, vel qui vere penitebunt et confitebuntur in huiusmodi presenti et quolibet centesimo secuturo anno, non solum plenam et largiorem, immo plenissimam omnium suorum concedimus veniam peccatorum; statuentes, ut, qui huiusmodi indulgentie voluerint a nobis concesse fore participes, si fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis vel interpollatis saltem et semel in die, si vero peregrini fuerint aut forenses, modo simili diebus quindecim ad basilicas easdem accedant. Unusquisque tamen plus merebitur et indulgentias*[g] *efficatius consequetur, qui basilicas ipsas amplius et devotius frequentabit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, approbationis, innovationis et concessionis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare voluerit, indignationem omnipotentis Dei et apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum. Datum Rome ad Sanctum Petrum 8. Kal. Marcii, pontificatus nostri anno 6.*

Quarum tenorem magister Silvester, scriptor domini pape, declaravit in hunc modum:

Declaratio dicti rescripti.

Universis Christi fidelibus presentibus et futuris Silvester, domini pape scriptor, veram pacem corporum et salutem perpetuam animarum. Miranda meis sensibus intonuit nuper e celo novi rumoris veneranda festivitas et celebris in Urbe fama totum divulganda per orbem non immerito recolenda concrevit, super quibus tanto relatoribus fides est certior[h] *adhibenda, quanto facti qualitas et series geste rei verisimiliora habuisse videntur primordia et auctorizibiliores effectus optinere noscuntur. In tanto ministerio patratores sane*[i] *olim, sicut habet antiquorum fida relatio et in lege Mosayca plenius dicitur contineri, priusquam mundo sacre doctrine lumen apostolire rutilaret, mos erat Iudeis de mandato Domini observandus, quod omnis quinquagesimus annus a die septimo numerandus, in quo requievit Deus ab universo*[k] *opere quod patrarat, diceretur non inmerito iubileus in ample gratie donum et in magne reverentie signum dominice potestatis, in quo humana multis angustiis circumducta conditio et nonnumquam pro diversitate temporum quam variis molestiis fatigata, iubilationibus insistendo et vacando solaciis a labore quiesceret et in pacis ocio refloreret; illo autem post potissime ordinato, quod mancipati carceribus, debitis obligati, propriis destituti et cuique*[l] *suppositi generi servitutis eodem anno plenas*[m] *consequerentur et integras remissiones commissorum, absolutionem*[n] *facinorum, restitutionem bonorum, debitorum relaxationem et pristinam libertatem, quod sanctissimi patres et domini, qui fuerunt pro tempore summi pontifices, perspicatius recensendo, volentes exemplo simili salutem animarum adinvenire fidelium et procurare quietem, et quas contingeret irretiri laqueo peccatorum aut hostis humani generis captivari versutiis, cupientes auctoritate celitus eis tradita et de concessa potestatis plenitudine de manu inferi liberare, ut fideles Christi ad bonorum imitationem operum eo se studiosius animarent et cessarent a malis, quo exinde de spiritualium largitione bonorum munerum dona recipere potiora sentirent, ad honorem Dei et reverentiam beatissimi apostolorum principis sancti Petri, a quo cuncti successores pontifices summi coronam optinent presulatus, dicuntur in eiusdem anni iubilei figuram in dicti Petri basilica de Urbe anno centesimo*[o] *quolibet a nativitatis Domini tempore inchoando ad intersignum et ad manifestationem clavium potestatis et salutem eorum qui prefate basilice limina visitarent, multas et magnas remissiones peccatorum et amplas indulgentias verisimiliter concessisse; de quibus quidem indulgentiis sic obtentis licet scripta non appareant manifesta, que sic*[p] *fuerunt tante forte*[q] *gratie, manus rapuit invida vel dolosa lingua subticuit aut barbare nationis impietas, que dicitur*[r] *basilicam ipsam sepius exposuisse iacturis et in ipsius spoliis exultasse*[s] *frequentius, forsitan laceravit: ex nonnullorum tamen testimonio, qui et adhuc favente Domino supervivunt, et alias ex multis, qui se illud a progenitoribus asserunt accepisse, aliqualis habetur credibilis certitudo; propter quod sanctissimus pater et dominus, dominus Bonifacius divina et digna providentia papa VIII, hiis in magna delectatione cordis auditis, habitaque super hoc cum sacro dominorum cardinalium cetu deliberatione sollempni, velud pastor bonus ad ovile Domini congregans vigilantius gregem suum, et tamquam doctus puppis apostolice remex portum quietis parare desiderans et salutis, attendens quoque, dignum fore beatorum apostolorum Petri et Pauli basilicas de Urbe, qui caput fuerunt fidei et precipui Dei ecclesie fundatores, simili honore et reverentie prerogativa gaudere, ut idem apostoli eo amplius honorentur, quo devotius eorumdem basilice, ubi eorum corpora requiescunt, fuerint a fidelibus frequentate, quodque ad illud fideles Christi tanto ferventius animentur, quanto exinde maiora noscuntur eis de superne dono gratie munera provenire: prefatas indulgentias et remissiones omnes et singulas ratas habens et gratas, eas auctoritate apostolica confirmavit, approbavit, innovavit et suo patrocinio communivit, eadem auctoritate et de plenitudine potestatis omnibus in presenti anno 1300, a festo nativitatis Domini tempore inchoando, preterito proxime inchoato, et in quolibet anno centesimo secuturo ad prefatas apostolorum basilicas accedentibus reverenter, vere penitentibus et confessis, vel qui vere penitebunt et confitebuntur, in huiusmodi presenti et quolibet centesimo secuturo annis non solum plenam et largiorem, immo plenissimam omnium suorum peccatorum veniam misericorditer concedendo. Quam quidem indulgentiam, facto de ipso ad certitudinem presentium et memoriam futurorum privilegio speciali, die festo cathedre sancti Petri in eadem sancti Petri basilica idem summus pontifex celebrando more solito publicavit et predicavit eandem, innumerabili ad hoc ibidem fidelium multitudine congregata, ad hec expressius statuendo, quatinus, qui huiusmodi indulgentie, ut predicitur, ab eo concesse participes esse voluerint, si Romani fuerint, ad minus triginta diebus continuis vel interpollatis et saltem semel in die, si vero peregrini fuerint aut forenses, modo simili diebus quindecim*[t] *ad*

a) h. acced. q. f. rel. (r. f. 4^{b*}) $4^{b, b*}$. b) *deest* 4^{b*}. b*) censerint *codd.* c) concilio $4^{a, b, b*}$. d) apostolico 4^{a}. e) a. Domini 4^{b*}. f) in q. 4^{b*}. g) indulgentiam 4^{a}. h) contior $4^{a, b}$; conscior 4^{b*}. i) *deest* 4^{b*}. k) omni 4^{b*}. l) t'q; 4^{a}; tibique $4^{b, b*}$. m) planas $4^{b, b*}$. n) et a. 4^{b*}. o) tricesimo 4^{b*}. p) si? sicut? *nisi quaedam deesse censeas.* q) fore 4^{b*}. r) *deest* 4^{b*}. s) exaltasse *codd.* t) q. d. $4^{b, b*}$.

predictorum apostolorum basilicas accedere teneantur. Ecclesie tamen Romane rebellibus et fautoribus eorumdem necnon portantibus prohibita mercimonia Sarracenis huiusmodi indulgentie gratia est penitus interdicta. Qua ex re cuncte[a] *fidelium nationes exultare debent in Domino eo grandiori cumulo gaudiorum, quo ex hoc se consequi maiora persentiunt, quam multis nostris hucusque suspensa primevis, munera gratiarum. Tenemur etiam, fratres karissimi, domino Deo nostro, qui non fecit taliter omni nationi nec talia manifestavit eis, continua in laudibus exsolvere vota precum, quod etatis nostre temporibus tante gratie plenitudo propter salutem perpetuam nostris oculis divine miseratione pietatis illuxit, ac pro eiusdem domini pape prospera dierum longitudine vita, quam tribuat sibi Deus, debemus eo supplicius exorare, quo manifestius per sue sanctitatis clementiam novellam regenerationem huiusmodi*[b] *perpendimus suscepisse. Igitur hac die, quam fecit Dominus, exultantes et letantes in ea re, deprecationem, quam misit populo suo in eternum, pulsis procul torporibus*[c]*, surgamus omnes ocius humiliter recepturi, ut quemque*[d] *sacratissimo*[e] *huius anni tempore oris psallimus in quiete, donis et ipse muneret*[f] *in beatis. Eya ergo vocati accingite lumbos vestros, pellite vecordiam*[g]*, evacuate curas, tollite moras, accelerate cursum, penitentiam agentes in orationibus vigilate! Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies etiam et salutis! Querite igitur, dum inveniri potest, quoniam prope est nostrarum remedium animarum, ac continuatis dietis et passibus ampliatis ad prefatas alme Urbis basilicas quantocius maturetis accessum, tam dulcis lacte gratie potaturi, ut, unda remissionis huiusmodi ablutis nostrorum sordibus peccatorum, de presenti vite subducti miseria ad repromissam divine beatitudinis gloriam ascendere Dei pietate mereamur eternam. Datum Rome, pontificatus domini Bonifacii supradicti anno sexto.*

a) cuncta *corr.* cuncte 4^{b}. b) *deest* 4^{b*}. c) tpibus *corr.* corporibus 4^{b}, *et ita* 4^{b*}. d) quemquam 4^{b*}. e) sacratissime *codd.* f) numeret $4^{a.\,b}$; viveret 4^{b*}. g) verecundiam 4^{b*}

HISTORIAE METTENSIS MONUMENTA VARIA.

EDIDIT G. WAITZ.

Postquam saec. XII. gesta episcoporum Mettensium breviter descripta sunt, alii ea continuanda susceperunt, alii de urbis monasteriis retulerunt vel eiusmodi notis universalis historiae conspectum addiderunt[1]. *Quae maximam partem inedita, quamvis parum ad res ibi gestas cognoscendas conferant, ut hoc loco coniungamus, collectionis nostrae ratio suadet.*

I.

Chronicon S. Clementis Mettense incipit a catalogo imperatorum et pontificum Romanorum, cui Gesta episcoporum Mettensium aliaque auctor inseruit, postea vero praesertim in historia illius coenobii, cuius monachum apertis verbis se prodit (a. 1143*), moratur. Gestorum narrationem non ultra Papoli episcopi tempora recepit, sive codice uberiori destitutus sive posteriora a consilio suo aliena reputans; catalogum vero breviorem (SS. II, p.* 268*) ad finem usque exscripsit, postea proprio marte episcoporum seriem continuans. Res Francicas, quas libro suo inseruit, maximam partem ex Annalibus sumsit Fuldensibus, praeterea Einhardi Vitam Karoli Magni, Reginonis chronicon, fortasse etiam Hugonis Floriacensis historiam ecclesiasticam vel similem compilationem, necnon imperatorum et paparum catalogum adhibuit. De saeculo XI. et XII. pauca tantum comperta habuit, eaque ex narrationibus incertis hausta ideoque a vera historia saepe recedentia. Nonnumquam cum Annalibus S. Vincentii (SS. III, p.* 156*) ita convenit, ut simile exemplar illi praesto fuisse videatur. Attamen satis infeliciter quae ita collegerat ad annos Christi eum disposuisse dicas, dummodo hos in uno tantum codice traditos ipsi auctori tribuamus. In hoc historia ad a. usque* 1193. *deducta est, in altero nunc iam in a.* 1191. *desinit, sed quaedam sunt erasa; certe ante Bertrami episcopi obitum (a.* 1212*) scripta est.*

Codices qui nobis innotuerunt sunt:

1) *Parisiensis bibliothecae quae 'Arsenal' dicitur Hist. Lat. Nr.* 10, *membr. s. XIV, ubi post Isidori chronicon f.* 6. *haec legitur historia (cf. Arch. XI, p.* 313*). Fine, ut diximus, eraso, manu s. XV. continuatio usque ad Friderici II. et Innocentii IV. tempora deducta est, sed magnam partem ex 'Legenda aurea' aliisque libris recentioris aetatis sumta; quam omisimus. Sequitur altera chronica Mettensis, de qua mox dicetur. Codicem in usus nostros exscripsit V. Cl. A. Molinier.*

1) Huc etiam Annales S. Vincentii Mettenses SS. III, p. 156 sqq. editi pertinent.

2) *Trecensis Nr.* 386, *membr. s. XIV. fol., olim bibliothecae Buherianae, ubi post alia Isidori opera f.* 115. *eius chronicon, f.* 120. *haec legitur historia; f.* 132. *alia sed coaeva manu continuatio usque ad a.* 1265. *ex chronica mox memorata addita est. Hunc librum benevole Berolinum transmissum ipse excussi. Quamvis ex eodem fonte quo* 1 *haustus*[1], *multa tamen habet peculiaria, res inde a saeculo IX. ad annos Christi dispositas, abbatum S. Clementis seriem plenius servatam. Haec et quae in utroque libro occurrunt menda, eaedem res bis traditae et quae sunt eiusmodi, eo explicari posse videntur, quod liber quem sequuntur non una manu vel uno tempore fuerit exaratus, sed in margine vel infra lineas additiones recepisset.*

II.

De chronica universali Mettensi cum fusius in Annalibus nostris (N. Archiv III, p. 67 *sqq.) exposuerim, breviter hic eius indolem et fontes indicare sufficiat. Auctoris autographum exstat in*

1) *codice Parisiensi Lat. Nr.* 14593 *(antea S. Victoris* 265, *olim* 824), *ubi duae eiusdem operis recensiones servatae sunt, altera f.* 264 *sqq., ab auctore his verbis reiecta:* Ista cronica non sunt transcribenda pro exemplari, sed alia magis correcta, *eaque brevior et a Maria virgine nata incipiens (A); altera f.* 228 *sqq., quae annorum seriem ab Abraham usque ad a.* 1250. *exhibet; utraque ita disposita, ut* 50 *annis in singulis paginis exaratis initio patriarchae, iudices et reges Hebraeorum, reges Assiriorum, Sicioniorum, Aegiptiorum, Argivorum, postea pontifices et imperatores Romani, denique reges Francorum adscripti sint: huc accedunt nomina episcoporum Mettensium in margine sinistro scripta et notae quaedam historicae plerumque in dextro adiectae. Praeterea vero cum spatium vacaret, decursu temporis variae, modo breviores modo uberiores rerum gestarum narrationes his tabulis insertae sunt, ita ut 'cronicae' nomine hoc opus inscribi potuerit. Quod non uno tempore factum esse, scripturae et atramenti diversitas ostendit; non tamen est quod plures statuamus auctores. Sed qui hoc opus exsecutus est, quotiescumque pleniores fontes nanciscebatur, ex iis librum auxit et emendavit. Et quatuor quidem manus discernendae sunt, quas litteris* a. b. c. d. *quantum licebat distinximus. Secundae praesertim ea debentur quae ad Ottonis Frisingensis chronicon redeunt; tertia paparum catalogum explanavit Gilberto duce. Etiam catalogus episcoporum Mettensium (ei similis qui SS. II, p.* 268. *editus) auctori prima iam recensione absoluta ad manus venit; Gesta vero pleniora ei nota fuisse vix crediderim*[2]. *Nonnulla cum Annalibus S. Vincentii habet communia, partim ex vetustiori Annalium exemplari, ut videtur, descripta, partim vero ex illis post recepta*[3]. *Praeterea Translationem S. Glodesindis adhibuit. Quaedam ex incerto rumore accepit, quippe qui omnium primus, quod sciamus, fabulam de papissa chartae intulerit*[4]. *Opus ita confectum non magnae esse auctoritatis, libenter concesserim; quod nihilominus ut inde a Karoli Magni temporibus integrum proponamus, eo adducti sumus, quod raro tam luculenter origo et incrementa talis libri possunt ostendi. Ideo etiam eius formam retinendam et quae diversis manibus debentur earum notis adpositis discernenda duximus. Prima recensio ad a.* 1250. *ducta, tunc temporis auctorem vixisse probat*[5]; *secunda in codice autographo ad a.* 1274.

1) Etiam nota post Isidori chronicon addita, quam typis dedi Arch. XI, p. 313, hic legitur — *fieris* (corr. *fiunt*) *ann.* 5840. 2) Cf. N. Arch. l. l. p. 70. 3) Ibid. p. 75. 4) Ibid. p. 70. 5) Minus bene annis centum post ponitur, quia in cod. 1 annorum numeri usque 1350. scripti sint, Hist. litér. XXI, p. 730; saepe eiusmodi tabulas longe ultra scriptoris tempora esse deductas, satis constat.

quidem est continuata; sed pleraque aliis manibus addita. Auctoris nomen latet; nam Petrum de Malliaco, qui similia de papissa retulisse fertur, a nostro diversum habeo[1]. *Certe Metti vixit; fortasse ordini Praedicatorum adscriptus*[2], *de cuius sodali sibi coaevo bis retulit. Liber, quamvis non longe propagatus*[3], *apud Mettenses magnae fuisse auctoritatis videtur. Nam tres qui praeterea exstant codices hic sunt exarati.*

2) *Parisiensis bibliothecae quae 'Arsenal' nominatur Nr.* 10, *de quo cf. supra p.* 489. *Chronicon S. Clementis hae excipiunt tabulae, sed iam ante saec. XV. detruncatae, quippe ad a.* 1150. *tantum servatae; quare foliis post adiectis alii s. XV. exeunte librum continuandum susceperunt, necnon priori parti multa adiecerunt, quae maximam partem ex Iacobo de Vitriaco et Martino Oppaviensi eiusque continuatore sumta sunt; alia, ut videtur, ex Annalibus S. Vincentii et Gestorum episcoporum Mettensium continuatione. Haec et alia pauca editioni nostrae subiecimus. V. Cl. A. Molinier codicem exscripsit.*

3) *Bernensis, Nr.* 29, *membr. s. XIII. fol., a.* 1470. *in urbe Mettensi ab H. Mathie emtus*[4], *postea Bongarsii bibliothecae illatus; in quo post Historiam miscellam et Daretem Phrygium hoc opus legitur (cf. Arch. XII, p.* 470 *sqq.) usque ad a.* 1250. *servatum. Pluribus foliis evulsis*[5], *nunc sequitur continuatio annorum* 1450—1500. *Ipsi chronicae vero modo eadem modo altera manu quaedam inserta sunt ad monasterium S. Arnulfi Mettense spectantia, quae ansam dederunt, ut qui antea hoc codice usi sunt, b. m. Ph. Jaffé et L. Weiland, Annales S. Arnulfi hic deprehendi putarent. Earum pars in* 4 *transiit, et quae a.* 1150. *antecedunt etiam in* 2 *leguntur. Neque tamen hic ex* 3 *exscriptus esse potest, quippe qui non raro menda vitaverit in eo commissa. Librum benevole nobiscum communicatum exscripsit V. Cl. H. Kohl.*

4) *Codex Trecensis Nr.* 386, *membr. s. XIV, ubi chronico S. Clementis alia sed coaeva manu continuatio a.* 1202—1265. *subiecta est ex hac chronica petita, sed notis quibusdam aucta quae abbates S. Clementis recensent. Huius igitur, monasterii codicem fuisse, verisimile est. Variam lectionem ipse enotavi.*

III.

Notae S. Arnulfi Mettenses ex codicibus chronicae Mettensis 2. 3. 4. *collectae nonnumquam cum Annalibus S. Vincentii (SS. III, p.* 150) *conveniunt, alia vero continent ex propria rerum cognitione hausta. Quae ne chronographo ordinis Praedicatorum obtrudantur selegenda duxi. Exscripserunt VV. Cll. L. Weiland et H. Kohl.*

IV.

Historia S. Arnulfi Mettensis exstat in codice bibliothecae civitatis Mettensis Nr. 64 *(olim G.* 76), *membr. s. XIV. XV. in* 4. *minori, manu s. XVIII. signato:* Petit cartulair de St. Arnould. *Neque hoc nomen iniuria volumini datum, quippe quod chartarum collectionem contineat narrationibus historicis intermixtam. Hae nullo fere ordine servato de fundatione monasterii, de miraculis ibi factis, de abbatibus saec. X. agunt, ita quod multa ex traditione incerta hausta vel plane fabulosa iis sunt addita quae ex Gestis episcoporum Mettensium tam Pauli quam recentioris auctoris fluxerunt. Praeterea Catalogum*

1) N. Arch. l. l. p. 71. 2) Cf. Echard, SS. ord. Praed I, p. 348, qui codicis S. Victoris satis accuratam notitiam dedit. 3) Auctor Gestorum Boemundi Treverensis archiepiscopi eo usus est; supra p. 458. 4) In ultimo legitur folio: *Liber emptus per me H. Mathie a revenditore in platea publica ante ecclesiam maiorem Metensem pretio 4 scutorum auri anno etc.* 1470. *t. H. Mathie possidet.* Si annus recte se habet, H. Mathie continuationem a. 1450 sqq. addidisse putandus est. 5) *Maledictus qui folia violari suadet* nunc in codice legitur.

episcoporum Vol. II. editum, Annales Mettenses[1], *Vitam S. Pacientis*[2], *Vitam et Translationem S. Glodesindis, fortasse Vitam Iohannis abbatis Gorziensis auctor adhibuit. Eum non ante medium saec. XIII. huic operi manum adposuisse patet, cum abbatum Richeri (*1207 — *c.* 1230*) et Theobaldi (*1230—1253*) mentionem faciat*[3]. *Sed sui temporis historiam plane neglexit, abbatum gesta non ultra saec. X. prosecutus. Hanc tantum partem Martene (Thes. anecd. III, p.* 1199*) et Calmet ('Hist. de Lorraine' I, p.* 545, *edit* 2. *I, p.* XCI*), hic praeterea breve fragmentum (I, p.* 71*; ed.* 2, *p.* LXXXVII*), ediderunt, alium codicem ille secutus, qui saepe a Mettensi recedit et uno saltem loco lacunam in hoc obviam explet*[4]. *Mettensis enim negligentissime exaratus est*[5], *in membrana alba, qualem apud Italos in usu fuisse constat, a librario, cui scribendi ratio etiam Italiam patriam vindicat (scribitur* c *pro* s *et* ss*; litterae modo duplicantur, modo singulae ponuntur contra orthographiae regulas) et qui verborum quae pingebat sententiam vix assecutus esse videtur. Melius tamen diplomata quam reliquam libri partem reddidit. Multis quae aliunde ad verbum exscripta sunt omissis, alia minutioribus litteris exprimi iussi, ne nimium narrationes ieiunae et vanae spatium occupent. Neque diplomata sine ordine inserta et nullo modo historiae telae coniuncta hic edere fas erat; attamen eorum locos et rubras attuli, ut operis indoles perspici possit. Appendicis loco ea addidi quae de dedicationibus ecclesiae S. Arnulfi et reliquiis ibidem conditis in codice leguntur. Maiorem eius partem primus V. Cl. Heller in bibliotheca Mettensi exscripsit, postea librum a magistratu Mettensi huc transmissum iterum diligenter excussi.* *G. Waitz.*

I.

CHRONICON SANCTI CLEMENTIS METTENSE.

Anni ab incarnatione Domini incipiunt[a] cum nominibus Romanorum imperatorum et episcoporum Romane urbis, Iherosolimorum et Mettensium[b].

Tercius decimus consul Octavianus Cesar Augustus Romanorum imperator regnavit ann. 56, menses 6 post Iulium Cesarem, qui regnaverat ann. 4 et mensibus 6, quando singulare imperium arripuit olimpiadis 183, ab Urbe condita ann. 710.

. . . .

. . . .

Nero . . . .

[De[c] sancto Clemente Mettensi episcopo].

Clemens a beato Petro apostolo missus presedit Mettim[d] annis 25, mensibus 4. Hunc Clementem, cum esset consul et patricius Romanorum, beatus Petrus apostolus convertit ad Christum cum fratre Faustiniano, patre Clementis pape atque[e] martyris, cum sorore Pautilla et filia ipsius Flavia Domitilla. G Mett. prol. Ad predictam igitur urbem Mettim beatus Petrus apostolorum princeps venerabilem virum Clementem, pridem consulem ac patricium Romanorum, omni virtutum decore[f] ornatum, ab urbe Roma direxit[g], utque pontificali dignitate preesset quos c. 1. Christo subiugaret ordinavit. Advenit itaque Mettim beatus Clemens quinto Claudii imperatoris anno, sedit in episcopatu annis 25, obiit anno tercio Vespasiani principis post mortem Neronis, Clemente, ipsius fratruele[h], Romanis fidelibus presidente, anno[6] secundo ipsius ordinationis, post triumphum martirii apostolorum principis anno

a) hic inc. 2. b) secundus *add.* 1. c) *haec des.* 2. d) Metim 1, *et nonnumquam* Metens. e) et 2. f) decorum 1. 2. g) duxit 2. h) fratuele 1. 2.

1) Hos revera Metti confectos esse, quin statuam, nullus dubito; sed codex Cheltenhamensis Nr. 1853, qui in media pagina desinit, vix ante saec. XII. inc. diversis manibus exaratus est; neque compilationem hanc vetustiorem habuerim. 2) Nisi hanc ex nostro sumtam credas. Certe Vita etiam in S. Arnulfi monasterio confecta est; v. Act. SS. Ian. I, p. 469: *quem nobis et doctorem et coenobii nostri fundatorem olim direxit.* 3) Auctorem igitur minime inter saec. X. vel XI. scriptores referre licet. 4) Calmet modo codicem nostrum modo Martenium sequitur, quare eius lectionem indicare supersedi. 5) Saepius non solum verba, sed integras lineas excidisse, loci ex Transl. S. Glodesindis sumti luculenter ostendunt. Idem vero etiam alibi factum esse, verisimile est. 6) *anno — primo* desunt G. Mett.

primo. Hanc ideo supputationem annotavi, quia, nisi tempora pontificatus Lini atque Cleti et[1] tres annos Clementis sub spatio presulatus beati Petri comprehenderis, non sibi consone respondebunt anni pontificum Romanorum annis imperatorum. Pro certo enim scitur, quia beatus apostolus non baptizandis set convertendis ministerii officium magis impendebat, sicut liber actus apostolorum testatur, quod post adventum Spiritus[a] sancti in Cornelium et suos iusserit eos baptizari, et hoc propter scisma vitandum, ne baptizati ab apostolo digniores se ceteris putarent. Quocirca et Paulus Chorintiis[b] in prima epistola scribit: *Gratias Deo, quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispum atque Gaium, ne forte dicatis, quod in nomine Pauli baptizati estis.* Nam qui ab apostolis ordinabantur presbiteri, ceteris preminebant ut episcopi. Scrupulus autem supputationis annorum partim negligentia scriptorum, partim pressura persecutorum, ut arbitror, in ecclesia inolevit. (G. Mett. c. 1)

De civitate Mettensi.

Mettis est civitas antiqua in Galliarum provincia prime Belgice sita, iocunditate fluminum satis amena, vinearum ac nemorum uberrima, montibus conspicabilis, vicinarum venis salinarum illustrior ceteris urbibus, salubris aere, sub ipso littore statuta Moselle, de qua Fortunatus inquit: (ib. praef.)

Urbs munita nimis, quam cingit murus et amnis.

Hec pro situ et[c] diversis causis multis nominatur vocabulis; Dividunum itaque nuncupata est quasi[d] dunum, id est deorum montem[e], eo quod e regione advenientibus eminere cernitur turribus et edificiis. Mediomatricus quoque vocatur a circumpositarum urbium situ. Habet namque Treveros[f] metropolim ab aquilone, Tullum a meridie, Virdunum ab occidente, inter quas floret quasi media mater. Mettis etiam a quodam suo victore Metio nomine appellatur, secundum illud:

Suffectus dederat nomen cui Metius urbe,

et iuxta illud disticon, quod in defossis terra lapidibus sculptum nuper fuit inventum:

Tempore quo Cesar sua Gallis intulit arma
Tunc Mediomatricam devicit Metius urbem.

Romana siquidem victoria urbibus sibi a se subiectis nomina suorum maiorum imponebat, ut per hoc eis quasi mansuram constitueret memoriam. Denique a Remo, fratre Romuli, Remis, a Tullio Hostilio Tullum, ab Agrippa Colonia civitas est Agrippina dicta. . . . .

Anno ab Urbe condita 825. Vespasianus . . . . Beato Clemente episcopo ad celestia migrante, sanctus Celestis illi successit in officio episcopali Mettensi, sedit annos 15; obiit 2. Idus Octobris, anno septimo Domiciani persecutoris, in ecclesia presidente Romana Anacleto papa. Sepultus est ante fores cripte Sancti Clementis; set post curricula temporum a Drogone archiepiscopo Mettense translatus est in Elisatiam apud Maurimonasterium, ubi condigne veneratur, ubi et de illo tale refertur insigne. Pignora eius cum pro necessitate communi quodam tempore deferrentur[g] cum reliquiis sancti Auctoris, dicitur sanctus Auctor, qui quasi famosior preferebatur, restitisse, donec sanctus precederet Celestis Cetera eius gesta quamvis credantur magna[h], tamen nichil eorum ad nos transmiserunt scripta priorum. . . (G. c. 2. Cat.)

Nerva . . Felix episcopus prefuit Mettensibus annis 42, sub apostolicis Euaristo et Alexandro; obiit 9. Kalendas Marcii, anno Adriani principis 11, Sixto papante Romanis huius nominis[i] primo. Hic Felix sepelitur iuxta sanctum Celestem, set longo post temporis transfertur in Saxoniam ab imperatore Heinrico[k] Bavenbergense. Huius[2] etiam gesta nesciuntur[l] obliterata. . . . . (G. c. 3. Cat.)

Antonius Pius . . . .

[De[m] sancto Paciente pontifice].

Sanctus Paciens quartus Mettensium episcopus. Hic fuit genere Grecus, euvangeliste Iohannis discipulus. Hic dicitur revelatione divina Mettim transmissus, ut, sicut in omnibus euvangelista Iohannes Petro apostolo associabatur virtutibus secundum apostolorum actus, ita et ex disciplina eius veluti et de beati Petri discipulis insigniretur ecclesia Mettensis. Hic etiam ecclesiam sancto Iohanni euvangeliste ad australem plagam ipsius urbis construxit, marmoreis subnixam columpnis, que post conbusta est ab Hugnis[n]. In hac ecclesia quoque[o] dentem ipsius sui magistri posuit cum 12 aliorum reliquiis apostolorum, ubi et ipse postmodum requievit sepultus. Hic sedit in episcopatu annis 14; obiit 6. Idus Ianuarii, septimo Antonini[p] Pii[q] principis anno, Romanis presidente eiusdem nominis papa Pio (G. c. 4. Cat)

Sancto Pacienti successit Victor Mettensis presul quintus, qui sedit per annos 9; obiit 10. Kalendas Octobris, sub eodem Pio papa, anno Antonini[q] Pii principis decimo, et sepultus est in ecclesia beati Clementis. (G c ɔ)

Post hunc alius Victor assecutus est cathedram episcopalem sextus, sedens in ea tribus annis; obiit 9. Kalendas Octobris, predicti principis Antonini[p] Pii 13. anno, sub predicto papa Pio. Horum duorum sicut de translatione, sic et de actuum relatione siletur, nisi quod in ecclesia beati Clementis similiter sepulti sunt[r]. . . . . . (G c 6. Cat.)

Marcus Antoninus Verus . . . . Symeon septimus est episcopus consecratus; qui prefuit Mettensibus 30 annis; obiit 14. Kalendas Marcii, Marcho Antonino Vero imperante cum filiis suis Aurelio et Lucio, 12. eorum principatus anno, sub Eleutherio papa. Similiter et ipse sepelitur in ecclesia sancti Clementis, set postea transfertur ad monasterium Senonense. . . . . (G. c. 7. Cat)

Helius Pertinax . . . . Sambacius prefuit octavus presul in Mettensi ecclesia; qui sedit in episcopatu 18 annis; obiit 18. Kalendas Octobris sub Victore papa, imperante Severo principe, ultimo imperii eius anno . . . . (G. c. 8. Cat)

Marcus Aurelius Antoninus . . . . Rufus nonus Mettensium fuit episcopus, qui 29 annis sedit in episcopatu, obiit 7. Idus Novembris, sub papa Calisto, imperante Maximino, tercio eius imperii anno, sepultusque est in ecclesia sancti Clementis et postea translatus Otreneym[3]. . . . . (G c. 9. Cat.)

Gordianus . . . . Adelfus decimus fuit Mettensis episcopus, qui sedit 17 annis; obiit 4. Kalendas Septembris sub Anthero papa, Gallo et Volusiano imperantibus, secundo anno regni eorum. Hic etiam sepultus est in ecclesia sancti Clementis. Hic etiam translatus est ad Novillare[4]. . . . . (G. c. 10. Cat.)

a) s. Sp. 2. b) Cor. 1. c) Nec pro sitri in d. 2. d) *deest* 2. e) mons 2. f) Treviros 2. g) referr. 2. h) esse magna 1. i) *deest* 2. k) Henr. 1. l) nascuntur 1. m) *haec des.* 2. n) huius, *in marg. post add.* Hunnis 2. o) et 2. p) Antonii 1. q) a. P. pr. 1. r) *ita* 2 *cum G. Mett.*; creduntur esse sepulti 1.

1) *et t. a Cl.* desunt G. Mett. 2) *Huius — obliterata* desunt G. Mett. 3) Othernheim. In Gestis haec de Sambacio traduntur; cf. quae notavi SS. X, p. 536. 4) Neuvillers ?) In Gestis haec desunt.

G. c 11. Cat Claudius . . . . Firminus Mettensium undecimus episcopus, qui sedit annis 45; obiit 15. Kalendas Septembris, sub Gaio papa, imperantibus Diocleciano et[a] Maximiano, anno principatus eorum 15. . . . .

314. Constantinus . . . . Hisdem temporibus concilium sexcentorum patrum vel episcoporum apud Arelatem Gallie urbem celebratum est. Silvester vero papa quia defuit, Silaterius et Eugenius presbiteri, Claudianus et Quiriacus diaconi presentes fuerunt pro eo. Cui Legontius Mettensis et Agricius Treverensis et Maternus Agrippinensis interfuerunt[1].

G. c 12 Cat Legontius duodecimus Mettensium episcopus annis 34 prefuit[b], obiitque 12[c]. Kalendas Marcii, presidente Romanis Marco papa, imperante Constantino christianissimo, anno ultimo regni eius, atque in ecclesia beati Clementis tumulatur.

G. c 13 Cat Constantius et Constans . . . . Auctor tercius decimus Mettensium episcopus sedit annis 29[d]. Hic beatus Auctor eadem tempestate, quando non solum Gallia, set etiam[e] pene Occidens universus barbarorum seviciam est perpessus, ad ecclesie gubernacula est adscitus. Obiit 4. Idus Augusti, sub Felice papa, imperantibus Valentiniano et Valente, anno principatus eorum tercio. Hic sepultus est in ecclesia sancti Clementis. Quarto[2] anno Constantii imperatoris synodus congregata est in Agrippina, id est Colonia, contra Euphratem hereticum a beato Maximino Treverense episcopo cum ceteris episcopis Gallie, sub consulatu Amantii et Albini[3]. . . . .

G. c. 14 Gratianus et Valentinianus . . . . Epletius[f] 14. Mettensis episcopus sedit in episcopatu 16 annis; obiit sub Siricio papa, regnante Gratiano atque[g] Valentiniano, anno 6. regni eorum. Hic etiam sepultus est apud Sanctum Clementem. . . . .

G. c 15. Cat Theodosius . . . Urbicius 15. successit in Mettensi pontificatu post Epletium. Hic[h] primus omnium ipsius urbis archiepiscopus nominatur. Prefuit vero 49[i] annis; obiit 13.[k] Kalendas Aprilis, sub Celestino papa, imperante Theodosio[l] minore, regni eius 8. Hic sepultus est in ecclesia sancti Maximini ultra Salliam[4]. . . . .

Honorius post mortem fratris Archadii . . . . Secundo Archadii anno sanctus Martinus transiit Athico et Cesareo consulibus[5], et erat annus incarnationis Domini 395, vel a passione eius 363. A nativitate enim Christi usque ad Philippum imperatorem primo[l*] eius anno fuerunt anni 248, ut millesimus Rome urbis compleatur annus, et a Philippo usque ad Archadium imperatorem 144. Archadii 15. anno, era 447, Idus Octobris, feria tercia, Alaricus rex Gothorum Romam ingressus est anno conditionis eius 1164[6]. . . . .

G. c. 16 Bonolius sextus decimus Mettensium episcopus sedit annos 3; obiit 8. Idus Octobris, sub Celestino papa. .

G. c. 17. Marcianus et Valentinianus . . . . Terencius septimus decimus Mettensium episcopus; qui sedit in episcopatu annis 20; obiit 4. Kalendas Novembris, sub Leone papa, regnantibus Marciano et Valentiniano, quinto anno regni eorum. . . . .

G. c 18 Leo . . . . Gonsolinus octavus decimus in sacerdotali officio, sedit annis in Mettensi civitate 18; obiit 2. Kal. Augusti, sub Leone papa primo, imperante etiam Leone iudice, anno regni eius quarto . . . .

G. c. 19. Cat Zenon . . . . Romanus 19. sedit in episcopatu Mettensi annos 36; obiit Idus Aprilis sub Simplicio papa, regnante Anastasio, anno ipsius 12. . . . .

G. c. 20. Cat. Anastasius . . . . Fronimius 20. Mettensium episcopus sedit annos 8; obiit 6. Kalendas Augusti, sub Felice papa, regnante Anastasio, anno[m] regni eius octavo, atque[n] sepultus est in ecclesia beati Clementis . . . .

G. c. 21. Cat. Iustinus senior . . . . Gramatius[o] 21. Mettensis episcopus sedit annos 25; obiit 6. Kalendas Maii, sub Hormisda[p] papa, Iustino iudice, anno regni eius 6. . . . .

G. c 22. Iustinianus . . . . Agathember 22. sedit in episcopatu Mettensi annos 12; obiit 4. Idus Maii, sub papa Felice, Iustiniano imperatore. . . . .

G. c 23. Cat. Sperus episcopus 23. prefuit Mettensi ecclesie annos 17; obiit 10. Kalendas Septembris, sub sancto Silverio papa, anno imperii vicesimo Iustiniani, et sepultus est in ecclesia beati Clementis . . . . .

G. c. 24 Cat. Iustinus minor . . . . Vilicus 24. episcopus sedit in Mettensi episcopatu annos 25 et[n] menses 2; obiit sub Iohanne papa, anno eius tercio, imperante Iustino, anno regni eius secundo . . . .

G. c 25 Tyberius . . . . Petrus 25. Mettensis episcopus sedit annos 10; obiit 5. Kalendas Octobris sub papa Pelagio, regnante Tyberio, imperii eius anno quinto, atque sepultus est in ecclesia sancti Clementis . . . .

G. c 26. Mauricius . . . . Aigulfus 26. sedit annos in episcopatu Mettensi 12; obiit 10. Kalendas Decembris, sub papa Gregorio primo, imperante Mauricio, regni eius 20. anno . . . .

Focas imperator regnavit ann. 8. Huius secundo anno, indictione 8. sanctus Gregorius ex hoc mundo transiit. Ab incarnatione Domini, usque ad transitum beati Gregorii pape anni 605; a beato autem Clemente, qui fuit primus Mettensium presul, usque ad domnum Aigulfum episcopum, qui fuit 26, sunt anni 561 . . . .

G. c 27 Arnoaldus 27 episcopus, nepos Aigulfi episcopi, successoris[q] sui, sedit in episcopatu Mettensi annos 8; obiit 7. Idus Octobris[7], sub quarto Bonefacio papa, regnante Foca, quinto ipsius imperii anno. Aigulfus epi-

a) et M. *des.* 2. b) *deest* 1. c) 11. 1. d) 49 *G. M.* e) *deest* 1. f) Ephetius 2. g) et 2. h) Hinc 1, *corr.* Hic 2. i) 29 *G. M.* k) xxii. *corr.* xii. 2. l) Thod. 2. l*) uni 2. m) anni r. e. viii 2. n) *deest* 2. o) Grammatius 2. p) Hormicida *corr.* Hormisda 2. q) *lege:* precessoris.

1) Cf. Mansi II, p. 476, ubi Legontius episcopus non nominatur. 'Leontius diaconus de civitate Elosatium'; huic errori ansam dedisse videtur. Gesta Mett. hac de re tacent. 2) Quae sequuntur in Gestis vel desunt, vel aliter narrantur. 3) V. Acta dubia Mansi II, p. 1371; SS. XXV, p. 21. 4) Seille. 5) i. e. 397. Haec unde sumta sint, nescio. 6) Ita Beda, qui cum Prospero Vat. diem 9. Kal. Sept. indicat. Neque haec dies neque 15. Oct. a. 410. feria erat tertia. Era 447. est 409. a Chr. nato, 15. annus Archadii a. 397. Ideo notae hae valde sunt turbatae, nisi prorsus fictas eas credere malis. 7) In cat. deest dies obitus.

scopus ex filia Clodovei regis Francorum est ortus, episcopatiam Mettensem tam ex suis quam ex domesticorum prediis ampliavit. Nam et[a] Arisidium vicum a fratre suo domno[b] Deothario suscipiens, per manum Teodeberti[c] regis partibus beati prothomartyris Stephani mancipavit, predictumque fratrem suum domnum[b] Deotharium ibidem consecravit episcopum. Huic etiam Aigulfo[d] magnus doctor Gregorius litteras dirigit. . . . . [G. c. 26.]

Heraclius . . . . Papolus 28. episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 24; obiit 11. Kalendas Octobris, sub quinto Bonefacio papa, anno imperii Eraclii 24. Hic Papolus ecclesiam in honore sancti Simphoriani[e] martyris ad australem[f] Mettensis[g] urbis plagam construxit ibique sepultus est. . . . . [G. c. 28.]

Constantinus, filius Constantini . . . . Arnulfus vicesimus nonus episcopus sedit in episcopatu annos 15, dies 10; obiit 17. Kalendas Septembris. . . . . [Cat.]

Goericus 30. Metensis episcopus sedit in episcopatu annos 18[h]; obiit 13.[i] Kalendas Octobris. . . . . [Cat]

Constantinus, filius Constantini superioris . . . . Nomina patriarcharum qui prefuerunt in Ierosolimis a Tiberio Constantino imperatore usque ad domnum Henricum imperatorem. Kirillus

. . . .

Sophronius. In tempore istius patriarche venerunt Turci Iherosolimis et pugnaverunt cum Sarracenis qui erant in civitate et occiderunt omnes et optinuerunt civitatem, christiani vero remanserunt in civitate Euthimius. Symeon. In tempore istius patriarche venit dux Godefridus de Lotharingia cum Francis christianissimis et debellavit omnes Turcos et Sarracenos et optinuit civitatem Iherusalem Idus Iulii, feria 6, hora 3 . . . .

Sergius papa ordinavit Clementem Willibrordum in Frisia episcopum anno ab incarnatione Domini 695, indict. 8. [cf. Ekkeh. Sig.]

Godo 31. episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 10, menses 2. . . . . [Cat.]

Thiberius qui et Absimarus . . . . Glodulfus[k] tricesimus secundus episcopus sedit in ecclesia Mettensi annos 11[l], dies 25. . . . . [Cat]

Anastasius . . . . Per idem tempus sanctus Bonefacius Mogontine urbis metropolitanus monasteria monachorum et virginum in partibus Germanie primus instruit, et accepta predicandi potestate a domino papa Gregorio, populos Thuringorum et Hessionum[m] et Austrasiorum convertit ad fidem. Postremo, dum genti Fresonum[n] verbum Dei euvangelizaret, cum sociis suis martirio coronatus est. [A. Fuld. 719. ib. c. 754.]

Abbo tricesimus tercius episcopus sedit in ecclesia Mettensi ann. 10, mense 1, diebus 26. . . . . [Cat.]

Theodosius . . . . Aptadus tricesimus quartus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 7[o], menses 2. . [Cat.]

Leo regnavit ann. 9.

Anno ab incarnatione Domini 724.[p] domnus Beda presbiter et cardinalis obiit.

Constantinus regnavit ann. 26, mensibus 3.

Gregorius papa sedit ann. 10, mens. 9, dies 25.

Felix tricesimus quintus episcopus sedit in Mettensi episcopatu menses 9. [Cat.]

Zacharias papa sedit ann. 10, menses 3, dies 13.

Anno ab incarnatione Domini 749. misit Pipinus rex ad Zachariam papam, interrogans de regni negocio, et sequenti anno regnare incepit. Sanctus Bonefacius Mogontine urbis episcopus Pipinum ex precepto domni Zacharie pape apud Suesiones unxit in regem. Cum enim papa per[q] litteras quorundam baronum consultus esset, utrum regni amministrator an solo nomine regnator regnare deberet, ex auctoritate sancti Petri apostoli populo Francorum rescribit, ut Pipinus, qui potestate regia utebatur, nominis quoque frueretur dignitate. Ita Hildricus rex, qui ultimus Merovingorum[r] Francis imperavit, depositus et tonsoratus in monasterium detrusus est. [A. Fuld. 751. ib. 752. ib. 751. ib. 752.]

Sigilbaldus tricesimus sextus[r*] episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 25. [Cat.]

Leo regnavit ann. 4, mensibus 5.

Stephanus papa sedit ann. 10, dies 29.

Anno ab incarnatione Domini 751. Stephanus papa venit in Franciam petens auxilium a domno Pipino rege contra Haistulfum regem Langobardorum; a quo honorifice susceptus apud Parisios, Karlomannum et Karolum, filios eius, unxit in reges[1]. [A. Fuld. 753]

Yrena cum Constantino filio regnavit ann. 10.

Paulus papa sedit ann. 10, mense uno.

Pipinus rex rogatu successoris domini Pauli secundi[s] pape Stephani Italiam ingressus, Haistulfum regem bello superavit et Ravennam cum Pentapoli sancto Petro eum reddere compulit. [A. Fuld. 754.]

Grodegandus tricesimus septimus episcopus sedit in ecclesia Mettensi annos 23, mensibus 5, dies 5[t]. Hic Grodegandus a Paulo Romano pontifice tria corpora sanctorum peciit, Gorgonii positum in Gorzia, Naboris etiam conditum[u] in monasterio ipsius nominis, Nazarii[v] quoque ad cenobium Lorseun[w] translatum. Ipse vero obiit in diebus Pipini regis, et cessavit episcopatus annos 2, mensibus 6, dies[x] 19. [Cat. cf. P. D. Cat.]

Constantinus solus regnavit ann. 7. Hic a prefectis palacii excecatus est, matre Hirena non inscia. Habebat enim eum suspectum, quod vellet eam a regno alienare.

Stephanus papa sedit ann. 3, menses 5, dies 25.

Yrena, que supra, sola regnavit ann. 5, menses 2.

Pipinus rex Francorum obiit anno ab incarnatione Domini 768, octavo Kalendas Octobris. [A. Fuld]

Nichoforus regnavit ann. 8, menses 8.

Anno ab incarnatione Domini 772. Adrianus papa sedit ann. 23, menses 10. [cf. A. Fuld.]

a) Namque 1. b) donn. 2. c) Deod. 2. d) Aigulfus 1. 2. e) Synph. 1. f) *alia manus supra lineam corr.* occidentalem 1. g) Mettensi 1, *corr.* Mettensis 2. h) 17. *G. M.* i) 18. *G. M.* k) Godulfus 2. l) 40 (XL) *Cat. (pro quo* XI *legit).* m) Bessionum 2. n) *corr.* Frisonum 2. o) septem, *superscr.* XII 2. p) 324. 2. q) *deest* 2. r) Merocungorum 2. r*) quintus 1. 2. s) secundum 2. t) *deest* 2. u) conditi 1. v) Nazarium 2. w) Lorseum 1. x) d. 19 *des.* 1.

1) Ita etiam Gesta.

cf Cat Angelrannus tricesimus octavus episcopus sedit in episcopatu Mettensi ann. 23, dies 28; et cessavit episcopatus annis 27 et mensibus 4.

A.Laur mai Anno ab incarnatione Domini 796. Adrianus papa obiit vicesimo sexto anno Karoli regis[a] Magni, qui regnabat in Franciam, et Leo tercius mox in pontificatu successit, statimque misit regi legatos cum muneribus, scilicet claves Confessionis sancti Petri et vexillum Romane urbis.

Stauratius regnavit menses 2.

Michael regnavit anno uno, menses 10.

Leo papa sedit ann. 20, menses 5, dies 17.

Cat. Gundulphus tricesimus nonus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 6, menses 8, dies 7. A Fuld. Karolus Magnus rex Francorum quarto anno Hirene imperatrice venit Romam et coronatus est a domno Leone papa in die natalis Domini ante Confessionem beati Petri apostoli. Cum enim rex ab oratione surgeret, papa coronam capiti[b] eius imposuit et cuncto populo Romano acclamatum est: 'Karolo augusto a Deo coronato magno imperatori Romanorum vita et victoria'. [Septuagesimus[c] sextus in successione imperatorum].

A Fuld 799 Leo ante Karolum regem regnavit annis tribus. Leo[d] papa a cognatis predecessoris sui Adriani[1] in letania maiore ib 801. lingua detruncata, excecatus, lumine non penitus extincto, deductus est ad Karolum Magnum. Qui profectus Romam, ib 813. restituit eum in sede sua et reos maiestatis in exilium deportari fecit. Karolus Magnus Amalarium Trevirensem episcopum misit Constantinopolim ad confirmandam pacem cum Michele imperatore.

[77.[e]] Karolus Magnus imperator regnavit annos 13. Huius[2] quarto anno, ab incarnatione autem Domini secundum Dyonisium 801, indictione[f] 9, a papa Leone et populo Romano Karolus Magnus Francorum rex quarto anno Hirene imperatrice imperator augustus consecratus, imperat annis 13, Einh c 15 cf Hug qui iam inantea regnaverat in Francia annos 36. Hic Karolus Magnus regno adiecit Aquitaniam, sub duce Hunaldo novos motus molientem, necnon et Wasconiam totumque Pirenei montis iugum et Hispaniam usque ad Hiberim amnem, qui apud Navarros ortus sub Dertose civitatis menibus mari Balearico miscetur; deinde Italiam, Desiderio Langobardorum rege capto et in exilium deportato. Postea Saxones adeo perdomuit, ut cultum demonum deponerent et christiane religioni se subderent. Domuit[g] et Normannos, qui vocantur Dani, qui sub duce Godefrido Einh c. 10 circa littora Gallie atque Germanie piraticam exercebant. Domuit et Britones, qui ad occidentem in[h] extrema quadam c. 13 parte Gallie resident. Avares quoque, qui et Huni, in utraque Pannonia ab eo sunt devicti, auro et argento c. 15 quoque[i] Franci, qui usque in id temporis pauperes fuerant, valde ditati sunt. Postremo Histriam, Liburniam atque Dalmatiam pervagando superavit, ita ut imperium Romanorum, quod[k] erat apud Grecos in Constan- Cat tinopolim, deveniret in Franciam.

Drogo archiepiscopus quadragesimus sedit in episcopatu Mettensi annos 32, menses 5, dies 7.

Anno ab incarnatione Domini 813[1], indictione 6, Karolus Magnus imperator obiit, sepultusque quiescit in capella ad Aquisgrani, quam pater suus Pipinus rex construxit.

[78.[e]] Ludoicus[m] Pius imperator regnavit annos 24. Stephanus papa sedit annos 7. Iste Stephanus statim post A. Fuld. ordinationem suam veniens in Franciam[n], Remis impositione dyadematis coronavit imperatorem Ludoicum. Iste Ludoicus de Hildegarda[3], uxore sua, de[o] nobilissima gente Suevorum[p, 4] orta, genuit Lotharium imperatorem, Pipinum atque[q] Ludoicum, fratres eius. Qua mortua, accepit aliam uxorem Iudith[r], filiam Wulfi[s] ducis Bawariorum[t, 5], de qua suscepit Karolum Calvum. Prius autem[u] Lotharium prefecerat Italie, Pipinum Aquitanie atque[q] Ludoicum Germanie, sola Francia sibi retenta[6]; quam tamen ante obitum suum inter Lotharium et Karolum equa lance divisit[7]. Ludoicus Pius imperator, generali conventu habito Aquisgrani, fecit conscribi librum[8] canonice vite[v] regulam continentem, in quo et inseri iussit cibi potusque et[e] omnium neccessariorum summam, ut tam clerici quam moniales libera servitute Deo militarent. Volens etiam unamquamque ecclesiam habere proprios census[w], ne propter inopiam cultus negligerentur divini, inseruit predicto decreto, ut ad singulas ecclesias singuli mansi tribuerentur compensatione legitima[9], et servus et ancilla.

Paschalis papa sedit annos 7. Anno ab incarnatione Domini 840. obiit Ludoicus Pius imperator, sepultusque est in civitate Mettensi in ecclesia beati Iohannis apostoli[x, 10].

[79.[e]] Lotharius imperator regnavit annis 17. Hunc Lotharium Paschalis papa, patre 823 Ludoico imperatore adhuc vivente et consensum[y] prebente, unxit Rome[o] in imperatorem. A Fuld. Hunc ab Italia accitum Franci loco patris super se regem statuere voluerunt [post[z] mortem Pii Ludovici imperatoris]. Fratres[a] vero eius Ludoicus et Karolus paterno regno se exheredari dolentes, in eum

a) regi magno 2. b) capi 2. c) *haec des.* 2. d) Leo — ann. 13. *infra post* populo Romano *leguntur* 1; *post inserta esse videntur.* e) *deest* 2. f) benedictus 2. g) Dormuit *post corr.* demum 2. h) et 2. i) quorum 1. k) qui 1. 2. l) 808. 2. m) Ludovicus *hoc loco* 1. n) Fransiam 2. o) *deest* 1. p) Suenorum 1; Sirenorum 2. q) et 2. r) Iudit 2. s) Vulfi 1. t) Bannar. 2. u) tamen 2. v) ante 2. w) sensus 1. x) modo beati Arnulphi *post add.* 2; Vide ubi sit, scilicet Sancti Arnulphi *manu s. XV. add.* 1. y) consensu 1, *post corr.* consensum 2. z) *haec des.* 1. a) *abhinc annos singulos Christi annotavit* 2.

1) Ita Hug. Flor., SS. IX, p. 361, quae in alios libros transierunt, e. gr. in brevem Francorum historiam, quae libro primo Excerptionum sub Hugonis de S. Victore nomine luci datarum (Opera ed. Migne III, Patrol. CLXXVII, p. 232) est inserta. 2) Leonis. 3) lege *Irmengarda*. 4) Quod falsum esse constat; cf. Simson, 'Jahrb.' I, p. 137. 5) Neque hunc titulum recte se habere, vix est quod moneamus. 6) De divisione a. 817. cogitari videtur. 7) Divisionem a. 839. minus accurate auctor indicat. Historia Francorum supra allata haec aliter narrat. 8) De quo cf. Simson l. l. p. 91 sq. 9) Cf. Capit. eccl. c. 10, LL. I, p. 207. 10) Ecclesia S. Arnulfi antea S. Iohanni dedicata fuisse dicitur; v. infra Hist. S. Arnulfi.

totis viribus insurrexerunt, et tanta strages hinc inde facta est, ut nulla etas tantam meminerit factam in gente Francorum. Tandem Ludoico et Karolo paulisper superioribus, Francia inter eos pari sorte divisa est. Ex illo tempore Magontia civitas cum tota Alsatia Ludoico cessit, Flandria vero Karolo Calvo.

Eugenius papa sedit annos 4, menses 7, dies 23. Valentinus papa sedit mensibus 10, diebus 10. Gregorius papa sedit annos 16. Hoc tempore Rabanus magister Magontie urbis metropolitanus cf Hugo Flor. claruit.

855. [80.[a]] Lotharius imperator quinto decimo imperii sui anno abrenuntians omnibus que habebat, monachus A Fuld. apud Prumiam efficitur et non multo post moritur. — Sergius papa sedit annos 3. — Lotharius imperator moritur, et frater eius Ludoycus rex efficitur [81.[a]] imperator[1]. — Ludoicus imperator regnavit annis 20. — Leo papa sedit annos 8, menses 3, dies 5.

[865[b]]. Benedictus papa sedit annos 2, menses 6, dies 10. — Adventius quadragesimus primus episcopus sedit in ecclesia Mettensi annos 17, dies 24. Adventius episcopus sinodum[2] celebrat Cat. Mettis anno Ludoyci imperatoris[c] octavo, indictione 11 — Nicholaus papa sedit annos 9, menses 6, dies 20.

[868[d]]. Nicholaus papa obiit, atque[e] Adrianus papa successit, qui sedit annos 5.

[872]. Adrianus papa obiit, et[f] Iohannes papa successit, qui sedit Rome in episcopatu annos 10, dies duos.

[875]. Ludoycus imperator [obiit[g]]. [83.[a] imperator[a]] Karolus Calvus regnavit annos 2. Iste Karolus a Mosa usque ad Ligerim in divisione regni Francie sortem obtinuit, set postea 838. fratre eius Pipino defuncto, omnem Aquitaniam regno suo adiunxit, filiis suis Pipino et Karolo ab eodem tonsoratis[3]. Idem Karolus cum esset rex Francie, audita morte Lotharii imperatoris[4], fratruelis sui, ab Adventio[h] Mediomatricorum episcopo Metti adveniens de 869. regno Lotharingie coronatur. Quod tamen postea cum fratre Ludoico rege Bavariorum 870. divisit. Deinde mortuo imperatore Ludoico, iam dicti Karoli germano, Italiam aggressus 876. est et a Iohanne papa in[a] imperatorem subrogatus est. Sequenti anno fratre Ludoico quoque defuncto, partem Lotharingie, que fratri cesserat, usurpare voluit, set a Ludoico, Ludoici filio, obviatum ei apud Andernacum, atque confecto[i] prelio, victus refugit, et partem Lotharingie quam tenebat iure amisit. Imperavit autem annis duobus; et reducto Aquisgrani imperio, a regibus Lotharingie usque in[k] hodiernum diem imperatum est Rome. — Walo quadragesimus secundus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 6, dies 5. Nam Iohannes papa Cat. sibi[l] pallium concessit sexto anno papatus sui, indictione 12.[5]

[877]. [83.[a]] Karlomannus regnavit[m] annis duobus. — Marinus papa sedit anno uno. Adrianus papa sedit anno uno, mensibus 4.

[879]. [84.[a]] Ludoicus regnavit annis tribus. Ludoicus imperator[6] Lotharingiam cum fratribus A.Fuld 877. suis Karolo et Karlomanno[n], patre Arnulphi imperatoris, benigne divisit. Per idem tempus Normanni ib 882. Treverim vastant et incendunt. Quibus Walo Mettensis episcopus incaute cum paucis occurrens, ab eis occisus est.*

[883]. Robertus quadragesimus tercius presul a Rabbodo archiepiscopo Treverensi in Mettensi ecclesia consecratur Reg. 10. Kalendas Maii, et sedit in episcopatu annos 33, menses 8, dies 12. Cat.

[85.[a]] Karolus regnavit annos 5. — Stephanus papa sedit annos 5, dies 9.

[888]. Karolus imperator obiit.

[86.[a]] Arnulphus regnavit annis 13. — Formosus[o] papa sedit annos 5, menses 6. Reg.

Anno ab incarnatione Domini 896. Arnulphus Romam ingressus[p], a Formoso[q] sedis apostolice[r] presule cum magno honore susceptus est et ante Confessionem beati Petri coronatus imperator efficitur.

[897]. Bonefacius papa sedit diebus 15.

[899]. Arnulphus imperator obiit.

[900]. [87.[a]] Ludoycus regnavit annis 36.

[901]. Stephanus papa anno uno, mensibus 3.

[902]. Romanus mensibus 3, dies 22.

[903]. Theodorus papa sedit diebus 20.

*) Sepultus est in ecclesia sancti Salvatoris *in marg. add. ex Gestis* 2.

a) *deest* 2. b) Anni Domini 858. 1, *numeros* 859 –865. *omittens.* c) et imp. 2. d) *hos numeros solus* 2 *habet.* e) et 2. f) *deest* 1. g) *deest* 2; L. i. o. *des.* 1. h) Aventio 1; Avenno 2. i) conferto 2. k) ad 2. l) p. ei *e corr.* 2. m) sedit 1. n) Karlomanngno 1. o) Formosius 1. p) ingressam 1. q) Formosio 1. r) ap. sedit pr. 2.

1) Ludovicum regem Germaniae et Ludovicum imperatorem, filium Lotharii, eundem habet auctor. 2) De qua cf. Ann. Fuld. 3) Karolus a. 849; Pipinus a. 852. 4) Lotharii II. regis. 5) Hontheim, Hist. Trev. I, p. 217. 6) Rex Germaniae iunior.

[905]. Iohannes papa sedit annos 2, dies 15.

[907]. Benedictus papa sedit annos 3, menses , dies 15.

[908]. Leo papa sedit diebus quadraginta.

[909]. Cristophorus papa sedit mensibus septem.

[910]. Sergius papa annis 7, menses 3, dies 16.

[913]. Anastasius papa sedit annis 2, menses 2.

[914]. Lando papa mensibus 7, dies 6.

[916]. Iohannes papa sedit annos 14, menses 2, dies 3.

Cat. [917]. Wigericus quadragesimus quartus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 10, dies 30.

[927]. Leo mensibus 7, dies 15. — Benno[1] cecatus quadragesimus quintus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos duos.

[927]. Stephanus papa sedit annos 2, mense[a] uno, dies 12.

[929]. Iohannes papa sedit annos 4, menses 10.

Cat. Adalbero[b] primus quadragesimus sextus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annis 35, menses 9, dies 25. Hic expulit clericos ab ecclesia sancti Arnulphi et posuit ibi monachos.

[934]. Leo papa sedit annos 3, menses 6, dies 10.

[935]. [89.[c]] Ottho maior[c] regnavit annos 37.

[937]. Marinus papa sedit annos 3, menses 6, dies 13.

[940]. Agapitus papa sedit annos 10, menses 7, dies 10.

Kadroe[d] primus abbas. [943]. Cum a tempore Pipini regis Francie in ecclesia sancti Felicis esset ordo clericorum, mutatus est ab episcopo Adalberone[e] Mettensi episcopo in ordinem[f] monachorum, eisque prefecit abbatem sanctum nomine Kadroe Scotigenam[g], virum per omnia religiosum[2].

[949]. [91.[c]] Iohannes papa sedit annos 9, menses 3.

[950]. Benedictus menses 2, dies 5.*

[951]. Leo papa anno uno, mensibus 2, dies 13.

[959]. Iohannes papa annos 6, dies 5.

cf. G. Mett. [964]. Adalberone [autem[c] Mettensi[c]] episcopo defuncto, sepultus est in ecclesia sancti Gorgonii Gorziensis.

[965]. Benedictus papa anno 1, mensibus 6.

[966]. Theodericus quadragesimus septimus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 19.

[967]. Bonus papa anno 1, mensibus 6.

[968]. Bonefacius papa sedit mense uno, dies 12. Kadroe[h] abbas obiit; Inmo abbas successit.

[969]. Benedictus papa sedit annos 9.

[971]. [92.[c]] Ottho secundus imperator regnavit annis 12.

[972]. Theodericus[i] episcopus in insula[k] Moselle ad septentrionalem plagam civitate Mettensi construxit ecclesiam in honore sancti Vincentii levite et martiris atque consecravit monachosque inibi constituit[3]. Postea Romam iter faciens ad Iohannem summum pontificem, cuius cognatus fuisse perhibetur, peciit ab eo corpora sanctorum; inter quos beate Lucie virginis et martiris dedit corpus, quod[l] in ecclesia quam[m] fundavit [ipse[n]] diligenter apposuit[c. 4].

[978]. Iohannes papa sedit mensibus 8. Iohannes alius sedit mensibus 4.

*) 2 *post ut videtur add.:* Anno ab incarnatione Domini 329, tempore Auctoris tercii decimi episcopi venerunt Uni[o] ad urbem Mettensem in vigilia pasche, eam obsidionibus circumdedere, fatigatique longa obsesione cum de reditu iam cepissent tractare, muri civitatis ultro corruerunt, aditum revertentibus patefecerunt; tunc civitatem sine deffensione ingressi, omnes truncatos in ore gladii interfecerunt, reliquam urbem tradentes igni, excepto oratorio beati Stephani, quod videbatur ipsis a quodam splendidissimo viro super illud stante deffendi[5].

a) menses 2. b) Adadbero 2. — 88. *praemittit* 1. c) *deest* 2. d) K. pr. a. *in marg.* 2. e) ad alberoni 2; Adelb. 1. f) ordine 2. g) Scothigenam 1; Scotigena 2. h) K. — successit *des.* 2. i) Deod. 2. k) insulam 1. l) quam 2. m) qua 2. n) *deest* 1. o) *corr.* Huni c.

1) Omittitur tam in Gestis quam in catalogo. 2) Cuius vitam v. Mabillon, Acta V, p. 489, fragmentum SS. IV, p. 483. 3) Cf. Vitam Theoderici auctore Sigeberto c. 14 sqq. 4) Ibid. c. 16, SS. IV, p. 476. 5) Cf. Pauli Gesta Mett., SS. II, p. 262, ubi aliter haec narrantur.

[979]. Item alius Iohannes papa sedit annos 10, dies 10. Inmo[a] abbas obiit; Fingenius[a*] successit.

[981]. Idem etiam Deodericus episcopus pro excellentia summi pastoris eiusdemque civitatis primi presulis Clementis, cum adhuc iaceret in sepulcro, in quo prius tumulatus fuerat, in maiori ecclesia transferri voluisset; set cum deferretur, angelica dispensatione actum est, ut primus pastor ad priorem tumulum cum gloria referretur psallencium. Quo viso miraculo, episcopus cum abbate tunc Fingenio[b, 1] et Wygerico primicerio omnes ipsius ecclesie officinas ad usum monachorum meliorari disposuit prebendasque[c] fratrum et curias eorum proprio sigillo nobilitavit ecclesiamque ipsam in melius auctam consecravit. Wygericus itaque primicerius et abbas Fingenius pari consilio prefati presulis aperientes sarcofagum, invenerunt ad caput ipsius huiusmodi epithafium in marmore sculptum: *Fabius Clemens consul et patricius Romanorum, apostolus et episcopus Mediomatricorum;* quod in eminentiori parte turris laminis cupreis, litteris vero deauratis adfixerunt. Quod usque ibi tamdiu permansit, donec ipsa ecclesia incendium ignis consumpsit[d]. Anno ab incarnatione Domini 991, indictione[e] 4, imperii domini[f] Octonis tercii anno octavo, Kalendis Maii, data est domno abbati Fingenio[g] privilegii carta pro libertate ecclesie beati Felicis[2].

[984]. [93.[h]] Ottho[i] tercius imperator regnavit annos 19. Adalbero secundus 48. episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 22.

[989]. Gregorius papa sedit[h] anno 1[k], mensibus 5.

[990]. Iohannes papa sedit mensibus decem.

[991]. Silvester papa sedit annos 4, mense 1, dies 9.

[992]. Adalbero Mettensis[l] episcopus construxit ecclesiam ad occidentalem plagam in honore sancti Simphoriani[m] martiris, quam consecravit atque monachos inibi constituit[3]. Quo defuncto, sepultus est ibi.

[995]. Iohannes papa sedit menses 5, dies 30.

[996]. Iohannes papa anno 1.

[997]. Sergius papa sedit annos 3.

[1000]. Benedictus papa sedit annos 11, mense 1, dies 21.

[1002]. [94.[h]] Henricus primus regnavit annos 22.

[1003]. Fingenius abbas obiit[n, 4]. Constantinus successit.

[1006]. Theodericus quadragesimus nonus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 42.

[1010]. Iohannes papa sedit annos 9, dies 9.

[1016]. Abbas Constantinus obiit[o, 5], et Ramulfus successit.

[1018]. Benedictus papa sedit annos 13.

[1025]. [95.[p]] Conradus imperator regnavit annos 10.

[1027]. Bellum[6] ante Barrum-ducum[q] factum est ab episcopis Theoderico[r] Mettense 1037.
et Theoderico[r] Virdunense contra Odonem[s] comitem Campaniensem, et comes Odo victus occiditur.

[1030]. Silvester papa diebus 56. Gregorius papa sedit annos 2, menses 6.

[1032]. Rannulfus[t] abbas obiit, et dominus Gengulfus successit.

[1033]. Clemens papa sedit mensibus 9, dies 6[u]. Damasus[v] papa diebus 23. Leo papa sedit annos 5, menses 2, dies 7.

[1035]. [96.[w]] Henricus secundus imperator regnavit annos 17. 1039.

[1039]. Victor papa sedit annos 2, menses 3, dies 7.

[1041]. Stephanus papa mensibus 7, dies 29. Benedictus papa sedit[x] menses 9, dies 20.

a) 1. — successit *des.* 2. a*) Eugenius 1. b) Fungenio 2, *sed postea* Fing. c) prebendaque 2. d) consumet 2. e) inst. 2. f) donū 2. g) Fingeni 2. h) *deest* 2. i) Atho 2. k) primo 2. l) ep. Mett. 2. m) Synph. 1. n) *deest* 2, *ubi* F. a. *alia manu addita videntur.* o) *deest* 2, *ubi haec eadem manu qua nota a.* 1003. *addita sunt; omnia des.* 1. p) XCI. *in marg.* 2. q) Burluduch 2. r) Teod. 2. s) com. O. 2. t) *haec des.* 1. u) 7. 2. v) Damasius 1. w) XCII. *in marg.* 2. x) *deest* 1. — mensibus 2.

1) De quo cf. Constantini Vit. Adalberonis c. 26, SS. IV, p. 668. et Hugonis Flav. l. II, SS. VIII, p. 368. 2) Ottonis III. diploma, ap. Stumpf Nr. 943, falsum habetur. 3) V. Constantini Vit. c. 10, SS. IV, p. 661. 4) Fingenio successit Siriaudus, huic Constantinus, hoc ipso teste, Vit. Adalb. c. 26, p. 668. 5) Haec longe ab iis recedunt quae scriptores recentiores statuerunt; cf. SS. IV, p. 659 n. 6) Cf. Ann. S. Vinc. Mett. 1038, SS. III, p. 157.

[1044]. Nicholaus papa sedit annos 2, menses 6, dies 25.

[1046]. Alexander papa sedit annos 11, mense 1.

[1047]. Adalbero III. quinquagesimus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 25. Gengulfus[a] abbas obiit; Widilo successit.

[1052]. [97.[b]] Henricus tercius imperator regnavit annos quinquaginta.

[1056]. Gregorius papa sedit annos 12.*

1066. Anno ab incarnatione Domini 1064, indictione 2[c], stella cometes apparuit in celo, et Northmanni[d] Willermo nothо duce Angliam optinuerunt, et Haraldus rex Anglorum interimitur.

[1072]. Herimannus[e] quinquagesimus primus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 19[f].

[1078]. Anno pontificatus quinto domni Gregorii pape celebravit ipse sinodum centum fere episcoporum.**

[1086]. Victor papa sedit menses 4, dies 7.

[1087]. Urbanus papa sedit annos 11.***

[1090].[g] Translatus est beatus Clemens primus ecclesie Mettensis episcopus a domno Hermanno episcopo, et tercia[h] die translationis in pace obiit. Popo quinquagesimus secundus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 8.

1095. [1092]. Concilio habito in Alvernia, constituta est via Iherosolimitana a beato papa Urbano.

[1096]. Iter Iherusalem ab universo populo christiano.

[1097]. Quartus Adelbero quinquagesimus tercius episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 22.

[1098]. Paschalis papa sedit annos 19.

[1100]. Dux Gothofridus[i] de Lotharingia[k] cum Francis optinuit Iherusalem.

[1101]. [94.[l]] Henricus IIII. regnavit annos 19.

[1117]. [95.[l]] Lotharius regnavit annos 13. Gelasius papa sedit anno uno, mensibus 4. Calistus papa sedit annos 5, dies 13.

[1119]. Teogerus quinquagesimus quartus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annis[m] duobus.

[1121]. Stephanus quinquagesimus quintus episcopus sedit in episcopatu Mettensi annos 43, et cessavit episcopatus ann. 16 propter scisma. Innocentius papa sedit annos 13.

[1134]. Honorius papa sedit annos 5.

[1135]. [96.[l]] Conradus regnavit annos 14.

[1138]. Celestinus papa sedit mensibus 5. Lucius papa sedit menses[n] 11.

[1140]. Eugenius papa sedit annos 13.†

[1143]. Secundum iter Iherosolimitanum[1] a beato papa Eugenio dispositum atque[o] ab

*) 2 *post add.:* Huius tempore exordium sumpsit ordo Carthusiensis a venerabili viro magistro Brunone Theutonico, canonico Remensi et Parisius in teologia regente, cum socio suo, magistro Lauduino Ytalico et aliis quibusdam, adiuvante illos beato Hugone Gratianopolitano episcopo, anno Domini 1083.

**) 2 *post add.:* Clemens III. ann. 10. Iste scismaticus invasit ecclesiam pape; est Gerbertus, prius Ravenne episcopus, deinde Remensis archiepiscopus et postea papa Romanus. Hic habebat demonem privatum, quem consuluit de tempore mortis sue Respondit, quod non videret mortem, donec celebrasset in Iherusalem. Sic securus quod numquam iret Iherusalem; cum tandem celebrasset in ecclesia Romana que dicitur, occupatus morbo, iam moriens dixit demoni[p] quid faceret; et respondit: 'Mori te oportet', et ille ait: 'Prius debebam celebrare missam in Iherusalem'. 'Iam', inquid, 'fecisti'; et compunctus iussit abscidi sibi omnia membra quibus diabolo omagium fecerat et reddit diabolo[2].

***) 2 *post add.:* Huius tempore domnus Robertus abbas Molismensis cum quibusdam monachis suis inceperunt ordinem Cisterciensem.

†) 2 *post add. in marg. a.* 1141/42: His temporibus in Hibernia fuit quidam miles nomine Tondalus levis et lubricus, qui a feria quarta usque ad sabbatum iacuit mortuus. Quo spacio ostensa sunt ei terribilia, que prius non crediderat, infernorum tormenta omnibus fidelibus metuenda.

a) Geng. — successit *des.* 1. b) xcIII. *in marg.* 2. c) 1064. *celeris omissis* 2. d) Norm. 1. e) Herm. 2. f) 14. 2. g) Translatio sancti Clementis *praem.* 1. h) tercio 2. i) Godefr. 2. k) Lothor. 1. l) *ita* 1; *deest* 2. m) *deest* 2, *ubi* III *corr.* II. n) mensibus 2. o) et 2. p) demon *c.*

1) Cf. Ann. S. Vinc. 1147. 2) Cf. Vincentium l. XXV, c. 101.

abbate Clarevallis nomine Bernardo signatum, ab imperatore Conrado atque a rege Philippo[1] Francorum atque duce Herchembaldo[a] Burgundie et Stephano Mettensi episcopo, cum quibus Symon abbas huius loci[b] peregrinatus est, aliisque quam plurimis principibus elaboratum. Conradus vero imperator, cum Karolum[2] haberet unicum[c], regni reliquit heredem, Friderico tunc duce existente, puerum et regnum sub sacramento commisit. Quibus omnibus[d] spretis, imperium vivente puero sibi arripuit[3].

[1148]. Odo[e].

[1149]. [97.[f] imperator[f]] Fridericus imperator regnavit annos 42.

[1151]. Gerardus[e].

[1153]. Adrianus papa sedit annos 9. Occisio Mettensium ante castrum [Munerus[f, 4]].

[1154]. Fridericus dux exercitum suum de Alsatia movit Italiamque venit; qua egressus, Romam adiit, ab Adriano papa consecrandus; quem consecravit; Romanisque prohi-
bentibus, tantam stragem in illis exercuit, ut Tyberis fluvius eorum sanguine efficeretur 1155.
rubeus. Postremum Italiam reversus, coniugem, quam habebat, reliquit filiamque Gerardi[5]
comitis Burgundie in uxorem sibi copulavit. Quod papa Adrianus audiens, excommunicavit[g] 1156.
eum. Isque nimio furore permotus, contra Romanos et papam iterum exercitum suum movens, eum in Appulia exulavit[6] urbesque et castra, que prius ab Aistulfo[h] rege Italie erant pape et[i] beato Petro sublata, set a Pipino rege Francorum eo devicto reddita, sasivit. Quibus auditis, Mediolanenses ei restiterunt, partim pro sententia a summo pontifice promulgata, partim pro quibusdam redditibus, quos soliti Karolo Magno reddebant regi, nolentes ei reddere. Quod imperator intuens, contra eos exercitum movit, obsessaque civitate, eos
debellavit, insuper et civitatem ditioni sue supposuit. Cumque hec agerentur in Italia, papa 1158.
Adrianus nono papatus sui anno in[k] Appulia in exilium moritur[7], scismaque inter cardi- 1159.
nales oritur, quosdam Octavianum[l], propinquum imperatoris, eligentes, quosdam autem papam Alexandrum sibi exaltantes. Alexander itaque veritus imperatorem, in Frantiam
venitque; fitque[m] concilium ab[n] imperatore Friderico super Octavianum et Alexandrum apud 1162.
Launum, cui cederet apostolatus, nec est diffinitum[o]. Octavianus vero papatus sui anno
secundo defunctus est in Italia in Luka[p] civitate, et sepultus est ante vultum Domini, id est 1164.
ante crucem. Postea duratum est scisma inter regnum et sacerdotium per spatia quatuordecim annorum. Fridericus vero imperator ex secunda sua coniuge tres filios genuit, Heinricum[q] imperatorem et Appulie regem, Ottonem[r] Burgundie comitem, Philippum Squavie ducem. Itaque imperator infra intuens inter regnum et[s] sacerdotium scisma, scripsit summo pontifici Alexandro, ut, si eius haberetur ratum connubium eumque absolveret a sentenția sui predecessoris Adriani in eum collata, eum in apostolatum esse exalta-
turum[t]. Quod et[u] factum est. 1177.

Mediolanium[v] capitur ab imperatore Friderico. Scisma duorum paparum. Theodericus 1162.
electus[8] a[w] domino papa Alexandro. Primus electus est[f] Octavianus. Secunda die electus est papa Alexander a clero et ab omni populo Romano. Octavianus vero papa sedit annos 2 et dimidium. Alexander papa sedit annos 16 et tres menses.

[1169]. Post destructionem antiquorum murorum de ecclesia Sancti Clementis[x] positus est primus lapis in oratorio a domino Theoderico electo. Sanctus Thomas archiepiscopus Cantuariensis gladio perimitur ab Anglorum rege Henrico[y].

[1171] Fridericus electus[9].

Arnulfus archiepiscopus Magontie[z] occiditur a civibus suis in monasterio Sancti Iacobi 1160.
apostoli.

[1173]. Theodericus electus[10], filius ducis Mathei.[*]

*) 2 *post add:* annis 9, mensibus 7.

a) Erch. Burgondie 2. b) Sancti Clementis 1. c) inimicum 1. d) Q. o. *des.* 1; *locus corruptus videtur.* e) *quaedam erasa* 2; *prorsus des.* 1. f) *deest* 1. g) e. exc. 2. h) Haist. 1. i) a 2. k) in Ap. *des.* 1. l) Octav. quosdam *des.* 1. m) Eritque consil. 2. n) c. imperatori Fridericii 1. o) deffin. 2. p) Luca 2. q) Henr. 1. r) Oct. 2. s) *post suppl.* 2. t) exaltatum 2; exaltaī 1. u) Quodque 1. v) M. c. ab imp. Fr. *des.* 2. w) a d. p. Alex. *post* Octavianus *ponit* 1. x) Petri *corr.* Clementis 2. y) Hymrico 2. z) Magone 2.

1) sic pro Ludovico. 2) De Friderico filio sermo esse videtur. 3) Cf. quae Betzold, 'Die Wahl Friedrich I.' et Prutz I, p. 399 sqq. de electione Friderici nuper exposuerunt. 4) Cf. Ann. S. Vinc. 1153. Nescio an Munerus castri nomen sit. 5) Reinoldi. 6) Haec fabulosa esse, vix est quod moneam. 7) Obiit Anagniae. 8) Cf. Ann. S. Vinc. 1164. 9) Ann. S. Vinc. 1171. 10) Ibid. a. 1173.

[1175]. Quintodecimo anno pontificatus domini Alexandri pape celebrata est synodus
1179. Rome ad faciendam pacem inter regnum et sacerdotium[1]. Theodericus[a] incarceratur.

[1177]. Fames[b] valida.

[1178]. Ecclesia sancti[c] Clementis [Mettensis[d]] tota combusta est, scilicet campane, libri, dormitorium, claustrum et refectorium.

[1179]. Bertrannus[e] episcopus quinquagesimus sextus. Hic sedit in episcopatu Mettensi ann.[f]

[1180]. Benedictio facta est in criptis[g] in ecclesia beati Clementis a domino Bertranno episcopo.

[1181]. Lucius papa sedit annos 5.

[1186]. Eclipsis solis facta est Kalendis Maii, hora nona[h].

1185. Urbanus papa sedit anno uno. Eclipsis solis facta est pridie Nonas Septembris in de-
1187. fectu lune hora[i] tercia.

[1187]. Gregorius papa sedit menses 4. Iherusalem capitur a Sarracenis et a rege eorum Solahadin cum aliis civitatibus. Clemens papa sedit annos 3, menses[k] 8.

[1188]. Tercium[l] iter Iherosolimitanum a domino papa Clemente dispositum ab imperatore Friderico et a regibus Anglie et Francie aliisque quam plurimis principibus.

[1189]. Imperator Fridericus cum suo exercitu tendens Iherosolimam, submersus est in Grecia solus in mense Maio et sepultus est in Antiochiam, et regnavit filius[m] eius pro eo.

Heinricus imperator regnavit ann. 8.

[1190]. Acharon a christianis est obsessa[n], viribusque eorum viribus paganis occisis in ea[o] ....

[1191]. Celestinus papa sedit ann. 7. Eclipsis solis facta est in mense Iunio in 27.
Iun. 23. luna, hora 6, in vigilia sancti Iohannis baptiste, die dominico.
1192. [1193]. Rex Ricardus Anglie ab Acharon civitate revertitur, ab imperatore Heinrico in
1193. Epulia capitur[2], per annum tenetur, data infinita pecunia solvitur ...[p]

II.

CHRONICA UNIVERSALIS METTENSIS.

Anni Domini

cf. Cat SS II, p. 268.

47. Clemens Metensis primus[q] episcopus ann. 25.
72. Celestis ann. 15.
87. Felix 42 annis, [mensibus[r] 6].
129. Patiens ann. 14.
143[s]. Victor ann. 9.
152. Victor[t] ann. 3, mensibus 2.
155. Simeon[u] ann. 30.
185. Sambatius annis[v] 18.
203.[w] Rufus[x] 28[y].
231[z]. [Sanctus[a]] Adelfus 17[b].
248[c]. [Sanctus[a]] Firminus[d] 45[e].
294. [Sanctus[a]] Leguntius 34[f].

a) Th. inc. *des.* 2. b) Funes 2. c) beati 2. d) *deest* 2. e) Butr. *superscr. littera* r 2. f) ann. *deest* 2; *numerus vacat* 1. g) scriptis 2. h) 8. 2. i) h. t. *des.* 1. k) et mensibus 2. l) *sequentia des.* 1. m) alius 2. n) obcessa 2. o) *quaedam deesse videntur.* p) *in* 2 *continuatio additur ex chronica Mett. mox edenda sumta.* q) Cl. ep. M. 25 *A, ubi* ann. *semper omittitur.* r) a. 42. (m. 6. *des.*) *ad a.* 88. 3. s) 144. 2. 3. t) V. alius 3 *A.* u) *des.* 3. v) 28 ann. 3. w) 204. 3. x) S. *post add.* 3. y) 29, *post add.* vel 38 *A.* z) *ad a.* 233. *scriptum sed linea ad a.* 231. *tractum* 1; 232. 2. 3 (*ubi* S. Adolphus *sine annis post add.*), *fortasse etiam A.* a) *alia manu add.* 1 (1b?); *deest* 2. 3. b) *e corr. A* (xxvii?). c) 249. *A.* d) Fraunus *corr.* Firminus 3, *ubi a.* 251. *alia manu iterum* Firminus. e) annis 45. 2. f) annis 34. 3

1) Ann. S. Vinc. 1179. 2) Haec quoque falsa esse, constat.

Anni Domini

329[a]. Auctor[b] 45, [alias[c] 29]. [Huius[d] tempore totam Galliam vastantibus Hunis, civitas Metensis tota incensa est preter oratorium sancti Stephani]. . . . . cf. Paul. G. Mett.

373. Expletius 16[e]. . . . .

388. Urbicius [primus[f] archiepiscopus[g]] ann. 29, [alias[h] 49]. . . . .

419[i]. Bonolius[k] annis 3, [mens.[l] 6]. . . . .

422[m]. [Sanctus[n]] Terentius[o] annis 20. . . . .

440[p]. Gunsolinus 19[q]. . . . .

459. Romanus 36[r]. . . . .

496[s]. [Sanctus[n]] Fronimius[t] annis 8. . . . .

504. Gramacius 25 annis[u]. . . . .

528. Agatimber annis 12, [mensibus[v] 6]. . . . .

540. Sperus 17. . . . .

557. Vilicus[w] 25, [mens.[x] 2]. . . . .

582. Petrus ann. 10. . . . .

592. Aigulfus 12[y]. . . . .

605[z]. Arnoaldus 8[a]. . . . .

613[b]. Papolus 24, [alias[c] 27, mens. 1]. . . . .

636. Arnulfus 15[d], [diebus 10]. . . . .

651. Goericus 18[e]. . . . .

659. Godo[f] ann. 10, mens. 2. . . . .

679. Clodulfus ann. 40, d.[g] 20, [alias[h] 42 ann.]. . . . .

719. Abbo ann.[i] 10, mens. 1, diebus 26. . . . .

719. Aptatus[k] 13 ann., [alias[l] ann. 7, mens. 2]. . . . .

742. Felix 9 mens. . . . .

743. Sigibaldus 25. . . . .

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum.	
768.	Stephanus III.[m] [ann. 3, mens. 5, d. 28. Cessavit d. 28. 1c].		Obiit rex Pipinus. Karolus et Karlomannus, filii eius, regnum inter se dividunt.	Godegrangus [archiepiscopus 1c?] [annis 1b] 23, [mens. 5, d. 5, et cessavit episcopatus ann. 2, mens. 2, d. 19. 1b]. cf. Cat.
771.			Obiit Karlomannus. Karolus Magnus regnat solus.	
772.	Adrianus I. [ann. 24, mens. 10, d. 18. 1c].			
776.		Leo, filius Constantini, ann. 5.		
781.		Constantinus, filius Leonis, cum Hirene, matre sua, ann. 14.	[* Karolus Romam veniens ab Adriano papa honeste suscipitur, et filius eius Pipinus in regem Italie et alius filius eius Ludovicus in regem Aquitanie a papa inunguntur. Ipse vero Karolus acclamante populo Romanus patricius appellatur. 1b? [quia obsedit Longobardos et cepit Desiderium regem et uxorem eius et duxit in Franciam et reddidit Rome omnia, que pater eius Pipinus dederat cum ducatu Spoletano et Beneventano. 1c].	[Translatio beate Marie Magdalene apud Viziliacum[n]. 1[z]]. * Otto.
787.	Sinodus iterum apud Niceam.		Ludovicus Pius cum Karolo, patre suo, regnat ann. 14.	

a) 328. *A*; 330. 3. b) *ita A*; Autor 1b; Victor 2, *corr.* Auctor 3. c) aliis 3; al. 29. 1b; secundum alios 28 *post add. A.* d) Huius — Stephani *add.* 1c. e) annis 16. 2. 3. f) p. a. *des A.* 1c. g) Met(t)ensis *add.* 2. 3. h) secundum alios 48 *A*; al. 49 *add.* 1b. i) 418. *A.* k) Benolius 1; Bonololius 3. l) m. 6 *add.* 1b, *des.* 2. 3. m) 421. *A.* n) *alia manu add.* 1 (1b?); *deest* 2. 3. o) Gerrentius ann. 10. 3. p) 441. *A.* 2. q) 18. *A*; annis 19. 2. 3. r) ā *post add.* 1; annis 36. 2; annis 26. 3. s) 494. 2; 495. *A.* t) Frominius 1; Fronimius *corr.* Frominius *A.* u) a. 25. 2. 3. v) mens. 6 *des. A*; *add.* 1b. w) Villicus 2, *corr.* Viricus 3. — ann. 25. 2. 3. x) mens. 2 *des. A*, *add.* 1b. y) ann. 12. 2. 3. z) 604. *A.* a) ann. 8. 2. 3. *In* 1 *post* VIII *quaedam sunt erasa.* b) 612. *A.*; 615. 2. c) *add.* 1b. d) ann. 15. 2. 3; d. 10 *des. A*, *add.* 1b. e) ann. 18. 2. 3. — *manu s. XV.* 2 *add.*: Metis occisio magna. f) Gobo *fort. corr.* Godo 3 — mens. 2 *des. A.* g) d. 20 *des. A.* h) *add.* 2. 3. i) *temporum notae in* 1 *e corr. ut videtur*; mens. 1, d. 26 *des. A* k) *e corr.* 1; Aptadius *A.* l) *add.* 1b; ann. 17. 2; ann. 16. 3; sec. alios 7 *post add. A.* m) IIII. *corr.* III. 1. n) Virziliacum 2, *ubi post add.* diocesis Eduensis; *des. haec* 3.

	Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.		Regnum Francorum.	
	791					Angerrannus[1] [archiepiscopus ann. 1[b]] 23, [d. 28. Legitur in Gestis pontificum[1], quod post Angerrannum cessavit episcopatus ann. 27, mens. 4. 1[h]].
	793.				[Karolus[g] rex occidentis, id est a Britanico mari usque ad Mosam; Ludovicus regno orientis, id est totam Alemaniam usque ad Rhenum[h]; Lotharius Lotharingiam cum Romano imperio habuit. Et sicut in primo Karolo Magno fuit Francia mirabiliter exaltata, sic post paucos annos in isto Karolo imperatore ultimo mirabiliter est deiecta. 1[d]].	
	795		Hirene sola imper. ann. 5			
	797.	Leo III. [ann. 20, mens. 10, d. 16. Cessavit d. 3. 1[c]].				
	799		[Hirene imperatrix, dum vult Karolo desponsari, ab Etio patricio impedita in monasterium truditur, et Niceforus, frater Etii, imperator efficitur. 1[b]]			
			Imp. Const.	Imp. Roman.		
G. pont. * cf Chron. S Clem	801.	[Leo papa dum pergeret die sancti Marci cum letaniis ante ascensionem ad Sanctum Petrum, captus et cecatus est, et precisa est ei lingua. Sed Deus reddidit ei visum et loquelam].	Nicefatus[d] imperator.	Karolus Magnus post 33 annos regni sui imperat ann. 14, et extunc regnum Romanorum, quod *in Constantinopoli fuerat, ad Francos derivatum est. Consecratus est autem in imperatorem anno Domini 801. [Post[e] octingentos rex Karolus imperat annos].		
	812		Michael, gener Nicefati, imperat ann. 4. Hic in bello superatus a Bulgaris, deposito regno, monachus efficitur.			
	814.	[Ludovicus[a] Pius. 1[d]].				Gundulfus 6.
* Otto	815.		Leo, filius Bardi patricii, imperat.	Ludovicus Pius, filius Karoli Magni, imperat ann. 26. [Hic *de Aquitania, ubi regnabat, audita morte patris, Aquis imperator eligitur. Cuius primo imperii anno Leo papa accusatus apud ipsum se purgavit et paulo post obiit, et papa Stephanus Ludovicum Remis consecravit[f] et imperatorem denunciavit. Post hec Ludovicus curiam Aquis celebrans, Lotharium, primogenitum suum, imperii socium fecit et alios tres, Karolum Suevie, Ludovicum Baoerie et Pipinum Aquitanie reges fecit. Lotharius autem profectus in Italiam pro negocio patris, anno Domini 822, a Paschali papa in imperatorem consecratur. 1[b] ?].		
	817.	Stephanus[b] IIII.[c] [mens. 7. 1[c]].				
	818.	Paschalis[b] I. [ann. 7, d. 17. 1[c]].				

a) *des.* 2. 3. b) *haec ad a.* 817. 818. *scripta (et ita* 2. 3*), et ita C lineis ductis ad a.* 814. 815. *relata* 1. c) *e corr.* 1. d) Niceforus 2? e) *in imo marg. add.* 1[b]. f) *post add.* 1[b]. g) *haec hoc loco des.* 2. 3. 4; *v. infra.* h) thenum *c.* i) Angerānus *A*

1) In catalogo SS. II, p. 269.

Anni Domini.	Pape.	Imp. Const.	Imp. Roman.	Regnum Francorum.		
820.		Michael imper			Drogo, filius Karoli Magni, ann.[f] 32. Hic fuit archiepiscopus, et levavit a terra corpus sancte Glodesindis[g] anno Domini 830.	Cat cf. Tr. S Glod
822.			Lotharius[b] cum Ludovico, patre suo, imperat ann. 18.			
824.	Eugenius II [ann. 4, mens. 7, d. 29. Hic per laicos Romanos creatus est. 1[c]].					
827.	Valentinus 1. [diebus 40. 1[c]?].					
828.	Gregorius quartus. Ad cuius monitionem Ludovicus Pius festum omnium sanctorum ubique celebrari instituit.			[Rabanus Maurus librum de cruce compositum ad laudem Christi et honorem Ludovici imperatoris pape Gregorio presentavit, quem ipse in etate 30 annorum metrice mira subtilitate composuit. 1[c]].		
830.		Theophilus imperat ann. 12.				
835.	[Hoc[a] anno statuit Ludovicus imperator monente papa Gregorio, ut in Gallia et Germania festum omnium sanctorum celebraretur. 1[d]].					
836.			Karolus Calvus in Suavia regnat annis 38.			
840			Lotharius[c], filius Ludovici Pii, solus imperat ann. 16, et in fine fit monachus. Iste primogenitus contra fratres suos Ludovicum et Karolum volentes imperare bellum iniit, adiuncto sibi Pipino fratre, quarto rege Aquitanie; et in pago Autisiodorensi in Fontanide compugnantes, post maximam stragem Karolus Calvus et Lodovicus, Lothario fugato et mortuo Pipino, pace facta, inter se Francorum imperium diviserunt; et Karolus Pipinum, filium Pipini, nepotem suum, totondit in monachum. Karolus itaque regna occidentis, id est a Britannico[d] mari usque ad Mosam, Lodovicus regna orientis, id est totam Alamanniam usque ad Rhenum[e], Lotharius Lotharingiam cum Romano imperio habuit Lotharius igitur imperator, frater Karoli, post 33 annos imperii factus monachus, Lothario, filio suo, Lotharingiam, Lodovico Italiam cum nomine imperiali et Karolo Provinciam tradidit; qui Karolus paulo post obiit			Hist. Franc., SS II, p 324. Otto
842.		Michael et Theodora imperant ann. 14.				

a) *haec des.* 2. 3; *cf. a.* 828. b) Ludovicus cum patre s. 2. c) *linea ducta ad a.* 841. *relata* 1. d) ab Aquitanico 2. e) thenum 3. f) *deest A.* g) G. virginis *A*, *ubi* a. D. 830. *post add.*

	Anni Domini.	Pape.	Imp. Const.	Imp. Roman.	Regnum Francorum.
Gilb	843.	Sergius secundus [ann. 3, et cessavit mens. 11, d. 15. Hic vocabatur prius Os porci. Unde ab eo postea omnes pape nomen proprium mutaverunt. 1[c]].			
	846	Leo IV. [ann. 8, mens. 4, d 6, et cessavit mens. 2, d. 15. 1[c]].			
*Otto	855.	Benedictus III. [ann. 2, mens. 7, d. 10, et cessavit diebus 15. 1[c]].		Lodovicus, filius Lotharii, *suavissimus imperator[b] ann. 19.	
*Otto; Trans. S. G.; Ott.	856.		Michael solus imperat[a].		Lotharius, alter filius eius, [sc. Lotharii 1[c]] regnat in Lotharingia ann. 14. [*Hic amore Waldrade concubine sue Tebergam, uxorem suam, Metis repudiavit et concubinam reginam et uxorem suam fecit Quod papa Nicolaus audiens, ipsum per legatos corripuit, et Coloniensem et Treverensem archiepiscopos, quia ei consenserant, deposuit, et Lotharium excommunicavit. Qui cum post hec, causa iuvandi Lodovicum, fratrem suum, imperatorem in bello, Romam isset, ab Adriano papa honeste susceptus et requisitus, si sententiam predecessoris sui Nicolai tenuisset, et ille cum omnibus qui secum erant principibus se bene iniuncta servasse falso iurasset, corpus Domini sub attestatione conscientie sibi suisque tradidit, et ipse cum omnibus qui ficte corpus Christi susceperant eodem anno obiit. Nam cum Placentiam sanus, aliis peste mortuis, redisset, hora nona subito loquelam perdidit et mane mortuus in quadam vilissima ecclesia proiectus et obrutus fuit[1]. Tunc Karolus, patruus eius, audiens eum mortuum, regnum eius invasit Quod cum Lodovicus, frater eius, impediret, conventione facta, regnum diviserunt, et Lodovicus sortitus est Aquense palatium. Iste Lotharius Gallie Belgice, in qua regnavit, nomen suum imponens, Lotharingiam appellavit. 1[b]?]

a) Constantinopoli *add.* 2. 3. b) Romanorum *add.* 2. 3.

1) Haec ex Transl. S. Glodesindis c. 28, cuius locum SS. IV, p. 236. omissum esse, iure Dümmler dolet, 'Ostfr. R.' II, p. 684. Eum hic exhibendum duxi: *Antequam ad reliqua progrediamur, quando res ita monet et se occasio praebuit, de memoratis primis duobus se subinde consequentibus episcopis, sed et de statu temporum aliqua breviter adnotanda putavimus, ea praecipue causa, quod alterius eorum, id est Adventii, temporibus, monasterio huius sanctae virginis plurima regali munificentia sunt collata beneficia, regisque Lotharii iunioris edicta testamentalia penes ipsas ancillas Dei usque hodie manent, quae suasu coniugis suae Teutbergae reginae, interveniente eodem Adventio episcopo, eis et de noviter datis et de antiquioribus restitutis, sive etiam de immunitatibus eiusdem monasterii regia auctoritate constant liberalissime attributa. Nam et ipsa Teutberga regina loci ipsius regimen tunc tenebat; quae etiam ibi quiescit. Sed et quis iste Lotharius fuerit, et ex occasione eius aliqua supra repetere non ingratum esse lectori arbitramur, ut ex notitia temporum validiores narrationi vires accrescant. Hic est Lotharius iunior, filius illius Lotharii senioris ex Ludovico Pio geniti, qui post mortem ipsius piae memoriae patris sui diutina dissensione cum fratribus suis Ludovico Germanorum rege et Carolo, qui post imperator factus est, cupiditate imperii habita, tandem gravibus et intestinis odiis funesto ritu inter se longe prius protractis, in pago Autissiodorensi loco qui dicitur Fontanetum, praelio atrocissimo et absque exemplo cruentissimo, caede miserabili conflixerunt, adiuncto eis Pipino Aquitanorum rege. Pace tamen post inter eos facta, divisoque regno, haec pars Franciae, quae Rheno et Mosella limitatur, additis pro consensu et firmitate pacis quibusdam civitatibus et regalibus abbatiis ultra citraque, eidem Lothario cessit, eiusque exinde in id usque temporis nomine regnum Lotharii appellatur. Ipse non multo post, cunctis[s] seculi rebus sponte abiectis, monachum in Prumia monasterio professus, ibidem quievit, ubi et sepulcrum eius celebre hucusque habetur. Successit eidem filius et aequivocus hic iunior Lotharius, de quo fama satis dolenda vulgatur, odio Teutbergae huius, quam diximus, reginae et illicita superductione Waldradae, quae miserabilis species facti cum faciem rerum luctuoso foedasset exemplo, totum pene orbem in sui commovit invidiam. Nam et quod multo amplius expavescendum, primarum sedium antistites Tietgaudus Treverensis et Gonterus Coloniensis huius exsecrandi connubii assentatores, cum viderentur sapientes esse ingenio et litteris divine humaneque eruditi, insipientiae deterrimi sunt facti fautores. Unde a papa Nicolao Romam evocati et ante sacratissimum corpus beati Petri synodo, tam Italiae pene totius quam et pluribus Galliarum episcopis, congregata, auditi, et culpam praetextu coniugii ornare diu conati,*

Anni Domini.	Pape.	Imp. Const	Imp. Roman.	Regnum Francorum.		
857.	[Paulus[d] II. mens. 10. 1c].					
858[a]	[Stephanus V. mens. 4. 1c]				Adventius 17[i], d. 24.	
859.	[Nicolaus I. ann. 9, mens 2, d. 20. Hic constituit, ut post mortem pape statim cardinales conveniant ad eligendum papam Romanum vel alterius gentis. 1c].					Gilb
867.[b]	Adrianus II. [ann. 5. 1c].	Basilius imperat.				
874.	Iohannes VIII. ann 10, diebus 2.		Karolus Calvus, frater[e] Lothari, imper. ann. 3, [cum prius regnasset ann. 38. Vacat imperium ann 4. 1c]			
876.[c]				Obiit Lodoicus, filius Lůdovici Pii, rex Baoerie, anno regni sui 54, *relinquens tres filios, Karlomannum, Lodevicum et Karolum, qui postea fuit imperator tercius.	[Galo[k] 6[l] ann. Hic[3] occisus est a Normannis. 1c].	*cf. Otto
879.				[Anno Domini 877. Lodoicus, filius Karoli[g], regnat in Provincia[i] 2 ann. Huius Ludovici filii Ludovicus et Karlomannus regnum inter se	[Iohannes papa dedit pallii usum (1b) soli Galoni episcopo Metensi 1c].	Otto
881.			Karolus[f] III. [a Iohanne papa consecratus 1c] imperavit ann. 6. [Hic filius Lodovici regis Baoerie, nepos Karoli Calvi. Qui inter fratres suos Lodovicum et Karlomannum minimam portionem acceperat, ad tantum postea fastigium ascendit, quod post Karolum primum fuit maxime potestatis,	dispertiunt, et Karolus tercius filius posthumus, id est post mortem patris natus est. Huius Ludovici regnum, scilicet Provinciam, quam pater eius Karolus[h], Lotharii imperatoris filius, in divisione sortitus fuerat, Boso, cui Karolus Calvus[2] imperator illam tradiderat, invadere gestiens, apud Lugdunum in regem ungitur, sed a predictis adolescentibus Ludovico et Karlomanno arcetur et fratri eorum Karolo redditur, ubi regnavit ann. 44. 1b]. [Anno Domini 880. obiit Karlomannus, Ludovici filius, rex Baoerie, relinquens heredem Arnulfum de non legitima natum; sed Ludovicus,		

a) 852. *A. Ibi etiam in* 1 *scripta fuisse sed erasa videntur.* b) *linea ducta ad a.* 868. *relata* 1, *et ita* 2. 3. c) 869. Walo *etc. A*, *ibique in* 1 *scripta fuisse sed post erasa videntur.* d) *in loco raso* 1c. e) fr. — 3 *in loco raso* 1b. f) *haec signo apposito ad a.* 879. *trahuntur* 1. g) *quaedam erasa* 1. h) *quaedam erasa* 1. i) XVIII. *corr.* XVII. 1. k) Walo *A, ubi* Hic — est *des.* l) VII *corr.* VI 1.

tandem fraude captiosa, qua capere se alios arbitrabantur, ipsi capti, [a] papa Nicolao cunctis assentientibus dampnati et gradibus sunt ecclesiasticis multati. Rex quoque cum Waldrada et cunctis eius scandalis participantibus pariter anathematizati. Et, ut multa ad alia tendens peteream, qualiter ipse Gonterus factum suum tuens, in papam ipsum publice multis invectus, iniusto se iudicio alligatum testatus sit, et, ut parvipendens apostolicam censuram, domum, nec venia petita nec impetrata, reversus, missas et in die sacrosanctae coenae absolutionem et chrismatis actionem victus peregerit: hoc tantum in terrorem eorum, si qui forte talium umquam erunt participes, dixisse sufficiat, quod socius eius Tietgaudus Treverensis peregre Romae excommunicatus interiit; Lotharius rex, licet correctionem promiserit et reginam Teutbergam in honore suo, ut videbatur, receperit, post tamen Romam veniens, a papa super fide coniugis requisitus, et metu culpam inficiatus, ea conditione, si vera fateretur, missas a domno papa in Sancto Anastasio audivit et corpus dominicum de manu eius infelix praesumpsit. Inde patriam repetens, repente miserrima clade suorum pene in ipsis Romae portis exorta, nec mora, nec requies morientium erat, donec tandem, dum ocius festinat, iam fere omnibus suis assumptis, Placentiam usque cum paucis pervenit; ubi circa horam nonam cum incolumis resideret, repente percussus obmutuit, et mane morte miserabili defunctus, ibi in quadam vilissimi operis basilica est obrutus. Eius morte Adventius episcopus cognita, nuncium ocius Carolo regi Franciae occidentalis dirigit, eumque Mettim deductum, associato sibi Hincmaro Remorum archiepiscopo, corona secunda, preter eam quam habuerat, in ecclesia beati Stephani, quae dicitur domus episcopii, capiti iterato imposita, regem super duo regna constituit. Haec, ut episcopi cuius mentio facta fuerat, tempus magis claresceret, paucis inserta sunt. Nonnulla cum Annalibus Hincmari convenire facile agnoscas; neque tamen ex his excerpta putarim. 1) Nota errorem auctoris ex Ottone VI, 6. natum. 2) De Karolo, Ludovici Germanici filio, loquitur Otto. 3) Cf. Gesta epp. Met.

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum	
		Otto: ita ut cum regno Francie et Alamannie etiam Romanum imperium obtineret, et subito ad tantam deiectionem venit, ut pulsus ab imperio de prebenda et elemosina Arnulfi regis viveret anno uno. Tunc scisso multis modis imperio, singule provincie singulos reges creare volebant, sed pars maxima cessit Arnulfo. Itali duos reges Berengarium et Guidonem super se faciunt. Berengarius a Guidone patria pulsus, ad Arnulfum profugus venit. Franci vero de consensu Arnulfi Odonem regem faciunt, et Arnulfus totam orientalem Franciam, que modo Theutonicum regnum dicitur, scilicet Baoeriam, Sueviam, Saxoniam, Turingiam, Frisiam, Lotharingiam, rexit, et Odoni occidentalem reliquit, et pergens in Italiam, subiectis sibi omnibus, Zendebaldo, filio suo, Lotharingiam dedit. — Nota[e], quod, sicut in primo Karolo Magno fuit Francia mirabiliter exaltata, sic post paucos annos in isto Karolo imperatore ultimo miserabiliter est deiecta, et sicut illo [vivente[f]] regnum Constantinopolitanum venit ad Francos, sic post istum imperium Francie transiit ad Lombardos. (cf. Otto.) Nam Romani post istum Karolum non Arnulfum, sed Lodevicum, filium Bosonis, ponunt in numero augustorum. 1[b]]	frater Karlomanni, regnum Arnulfi invasit et unum ducatum ei dedit. Arnulfus tamen anno Domini 884. rex fuit. — Anno Domini 882, imperante iam Karolo III, Ludovicus, frater eius[2], obiit, et Karolomannus, frater eorum, in regnum successit, qui paulo post in venatu ab apro percussus obiit. 1[b]].	
(*Cat. Met.) 883.[a]	Martinus[b] [II. ann. 1, mens. 5. 1[c]].			[*Robertus 33. archiepiscopus. 1[c]].
884.	Adrianus III. [ann. 1, mens. 4. 1[c]]. Hic[1] constituit, quod imperator non intromitteret se de electione pape. 1[c]].			
885.	Stephanus VI. [ann. 6, d. 8. 1[c]]		[Odo rex Francie. 1[c]].	
891.	Formosus [I. ann. 5, mens. 6. 1[c]].		[Arnulfus 1[d]].	
894.			Zuendebaldus, filius Arnulfi, regnat in Lotharingia.	
895.	Bonefacius VI. [d. 15. 1[c]]. Stephanus VII. [ann. 1, mens. 4. 1[c]].		[Ordo Cluniacensis incipit. 1[b]].	
897.	Romanus I. [mens. 3, d. 23. 1[c]]. Theodorus [II. d. 20. 1[c]]. Iohannes [IX.[c] ann. 2, d.[d] 25. 1[c]].			
899.		Arnulfus prius rex, post a Formoso papa consecratus, imperat ann. 5. (Otto.) [Qui cum ab Urbe redisset, Lambertus, qui imperium invaserat, obiit, et Lodovicus, Bosonis filius, a Lombardis ad imperium invitatur, et Odo Francorum rex moritur, et sic Karolus, Ludovici posthumus, voluntate omnium rex creatur. 1[b]?].		

a) 875. *A, ibique in* 1 *scripta fuisse sed erasa videntur.* b) Marinus 1[a], *corr.* Martinus 1[c]. c) *e corr.* 1[c]. d) m. *corr.* d. 1[c]; mens. 2. 3. e) *sequentia ad latus huius anni* 1. f) *deest* 1.

1) Haec apud Gilbertum non leguntur. 2) De filio Ludovici Balbi agitur.

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum	Regnum Francorum.		
900.	Benedictus [IIII. ann. 2, mens. 3. 1c].		Ludovicus, filius Arnulfi, regnat in Lotaringia, occiso in bello Zuendebaldo omnibus odioso, annis 6 [vel secundum alios annis 14. 1c].		Otto
902.	Leo V. [diebus 40. 1c]. Christoforus [mens. 7. *Hic de papatu eiectus factus est monachus. 1c]	Ludovicus, Bosonis filius, imperat ann. 4. *Tempore huius redit imperium a Francis ad Italicos, quia Franci non adiuvabant[g] Romanos contra Longobardos rebellantes.			*Gilb
905.	Sergius III. [ann. 7, mens. 3, d 16. 1c].				
907		Berengarius imperat ann 8 cum filio suo Berengario. Iste pater[b, 1] cum infamaretur, quod non bene sentiret de corpore Christi, purgavit se.			Gilb
912.	Anastasius III.[c] [ann. 2, mens. 3. 1c].		Obiit Ludovicus rex, filius Arnulfi imperatoris, sine filiis, et dum Otto dux Saxon. eligitur[k], rex fieri noluit.		Otto
914			Conradus, filius Conradi, filii Ludovici, filii Bosonis, regnat[l] annis septem.		
914.	Lando [mens. 6. Cessavit d. 25. 1c].				
915.	Iohannes [X. ann. 13, mens. 2, d. 14. Hic fuit archiepiscopus Ravenne et invasor ecclesie, ab omni populo Ravenn. depositus fuit. 1c].	Berengarius secundus[1] solus imperat annis tribus[2].			Gilb
917 [a]				Vigericus[n] 10, mens. 1.	
920			Henricus, filius Ottonis ducis Saxon., regnat ann. 16. Karolus, Ludovici posthumus, de regno litigans cum Henrico, maiorem partem Francie perdidit et parum post obiit, scilicet anno regni sui 44.		cf Otto.
923		Hugo imperat annis 5.	Ludovicus, filius Karoli, qui fuit posthumus Ludovici, regnat.		
927.				Benno*, prius heremita, et post in episcopatu cecatus.	cf Tr S Glod
928.	Leo VI.[d] [mens. 7, d. 15. 1c].				
929.[b]	Stephanus VIII[e] [ann. 2, mens. 1, d. 12. 1c]	Berengarius III.[3] imperat annis 8.		Adalbero I. [annis[o] 35, mens. 9, d. 25].	
931.	Iohannes XI.[f] [ann. 4, mens. 10, d. 14. Hic fuit filius Sergii pape. 1c].				Gilb
936.	Leo VII [ann. 3, mens. 4, d. 15. 1c].		Otto[m] primus, Henrici regis Lotharingie filius, regnat ann. 37. Ludovicus, Karoli, posthumi Ludovici, filius, Belgicam et partem regni, quam pater suus perdiderat, hac occasione recipere gestiens,		Otto

*) *haec des. A, ubi in inferiori margine legitur:* Post Wigericum, qui 10 annis sedit, fuit Benno, prius heremita, ann. 3, ut dicit Vita sancte Glodesindis.

a) 908. Wig. *A, ibique* vel a. 907. *scripta fuisse sed erasa videntur.* b) 918. *A; et ita in* 1 *scriptum fuisse sed post erasum videtur.* c) II. *corr.* III. 1. d) VII. *corr* VI. 1. e) *8 corr.* 1. f) X *corr.* XI. 1. g) adiuva 1; adiuvaverunt 2. 3? h) imperator 2. i) *superscr.* 1. k) in regnum *add.* 2. 3. l) imperat 2. 3. m) *linea ducta ad a.* 938. *tracta* 1. n) Wigericus *A, ubi* m. 1 *des.* o) XXX *A, post add.:* sec. alios XXXV. *In* 1 *quaedam erasa sunt.*

1) Haec de Paschasio Radberto vel Ratramno vel Rabano (cf. a. 828) dicta putarim. 2) Neque alter Berengarius tunc regnavit. Error inde natus, quod Berengarius iterum regnasse in catalogis dicitur 3) De Berengario II. cogitatur, sed male inter Hugonem et Lotharium ponitur.

	Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum	Regnum Francorum.	
				Alsaciam ingreditur, et statim a rege Ottone inde pulsus et per pacem sororem Ottonis, relictam Gisiberti ducis, accipiens, non multo post a suis de regno eiectus, auxilio Ottonis, devictis hostibus, regnum suum recepit.	
	938.			[Otho I. 1[d]].	
	939.	Stephanus VIIII.[a] [ann. 6, mens. 4, d. 15. Hic fuit mutilatus a quibusdam Romanis. 1[c]].			
	943.	Martinus[a*] [III. ann. 3, mens. 6, d. 14. 1[c]].			
	946.	Agapitus II. [ann. 10, mens. 7, d. 10].	Lotharius imperat ann. 3. Huius[1] tempore sol factus est sicut sanguis, et paulo post plurimi homines sunt occisi.		
	953.		Berengarius IIII.[2] cum filio suo Alberico imperat ann. 11.		
	956.	Iohannes XII.[b] [ann. 6. 1[c]?].			
	962.	Benedictus V. [mens. 2, d. 5. 1[c]].			
	963.	Leo VIII. ann. 1, mens. 4.		Otto[g] rex Lotaringie a Iohanne papa in imperatorem consecratur.	
*Otto Cat. pont.	964.	Iohannes XIII.[c] [ann. 7, mens. 11. Hic a Petro prefecto urbis Rome comprehensus et in castello Sancti Angeli retentus, deinde Campaniam in exilium missus, post 10 menses et 28 dies reversus est Romam, et Otto imperator vindicavit eum. 1[c]].	Otto [I.[f]] imperat ann. 12. [*Hic Berengarium regem Italie persequitur et in Monteleonis obsidet. Albertus, filius Berengarii, furorem Ottonis fugiens et post Iohannem papam adiens, eum in sui partem inclinavit Unde imperator, relicta obsidione castri, contra Romam pergit Cives metu cum papa fugiunt, alii datis obsidibus augusto se subdunt. Otto papam revocavit, sed cum venire nollet, collecta episcoporum sinodo, Leonem ei substituit. Manente in Urbe imperatore, cives eum occidere temptant, sed augustus hoc sentiens et insidias precavens, infinitos ex eis occidit et centum obsides rogatu Leonis pape relaxavit Recedente imperatore, Romani Iohannem recipiunt et Leonem expellunt Qui statim imperatorem sequitur, et Iohanne paulo post mortuo, Benedictus a Romanis subrogatur. Imperator expulsione Leonis et subrogatione Benedicti commotus, Urbem obsidet, et coacti fame Romani, ipso iubente, Benedictum expellunt et Leonem recipiunt, et sic imperator rediit et Benedictum depositum secum duxit. 1[b]].		Theodoricus* ann 21.[h]
	970.				Translatio sancte Lucie.
Cat. pont.	973.	Benedictus VI[d] [ann. 1, mens. 5. Iste in castello Sancti Angeli retrusus est et a Cincio strangulatus. 1[c]].			
	974.	Bonus[e] [I. ann. 1, mens. 7. 1[c]]			
	975.	Bonefacius VII. [mens. 1, d. 12. 1[c]].	Otto II, Magni Ottonis filius, imperavit ann. 22.[a] [Hic		

*) *haec des. 4, ubi in inferiori margine f. 275′. legitur:* Adelbero 28, sed non dicitur ubi cepit. Hunc sequitur Theodericus, sed non dicitur ubi . . . . *(quaedam erasa)* sedit.

a) *e corr.* 1. a*) Marinus 1[a], *corr.* Martinus 1[c]. b) XI. *corr.* XII. 1. c) XII. *corr.* XIII. 1. d) V. *corr.* VI? 1. e) *haec des.* 3. f) II. *corr.* I. *superscr.* 1. g) *des.* 3. h) Iste fecit monumentum Vincentii *manu s. XV. add.* 2.

1) Haec unde sumta sint, nescio. 2) Berengarius secundus cum filio Adelberto.

Anni Domini	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum.		
		dum Grecos in Calabria incaute persequeretur, amissis militibus, de navi exiens, vix evasit Denuo exercitu[h] Beneventum obsedit et inde, ut dicitur, ossa beati Bartholomei transvexit Romam. 1c?].			Otto
976.	Benedictus[a] VII. [ann. 8, mens. 6. Hic favore imperatoris fecit capi multos ex Romanis. 1c?].				
984.	Iohannes XIIII.[b] [mens. 8. Et iste in castello Sancti Angeli per 4 menses fame afflictus mortuus est. 1c].	[Otho tercius. 1d].		Adelbero[l] II. 22.[m]	Cat. pont.
986.	Iohannes XV.[c] [mens. 4. 1c]. [Iohannes XVI. ann. 10. mens. 7, d. 10. Hic fuit in artibus eruditissimus. 1c?].				
996.	Gregorius V. [ann. 2. 1c].	Otto III. imperat ann. 6.			
998.	Iohannes XVII.[d] [mens 10. 1c].				
999.	Silvester, [qui et Gilebertus, III.[e] ann. 4, mens 1, d. 9. Huius tempore completus est annus millesimus ab incarnatione Domini. 1c?].				Gilb.
1001.			Henricus II. de Baoeria regnat annis 13.		
1002		[Vacat imperium ann. 12. 1c?]			
1003.	Iohannes XVIII.[f] [mens. 5, d. 25. 1c].	[Henricus secundus. 1d].			
1004.	Iohannes [XVIIII.[g] ann. 5. 1c].				
1005		[Terre motus plus quam 15 diebus totam Italiam exagitavit. 1c].			
1006				Theodericus* [ann.[n] 41]	
1009.	Sergius [IIII[g] ann. 2, mens. 9. 1c].				
1012.	Benedictus VIII. [ann. 12. Hic eiectus fuit de papatu, et factus est quidam alius Unde maximum scisma fuit. 1c].				Gilb.
1014		Henricus II. de Baoeria, prius rex, imperat ann. 12, [mens. 6. Obiit sine filiis. 1c].			
1024.	Iohannes [XX.[g] ann. 20, mensibus 9. 1c].	[Vacavit imperium ann. 2. 1c].	Conradus, qui et Cono, regnat ann. 2.		
1026.		Conradus[i], qui et Cono, a Iohanne papa consecratus, imperat ann. 16[k].			
1033.	Benedictus IX. [ann. 13. Iste eiectus est de papatu, et factus est papa Iohannes Savinensis episcopus, cui nomen				Cat. pont.

*) *A in inferiori margine f. 276:* Theodericus 30, sed non legitur, ubi cepit, et post ipsum Adelbero similiter tertius.

1) *haec des.* 2. b) XIII. *corr.* XIIII. 1. c) *e corr.* 1. d) XVI. *corr.* XVII. 1. e) II. *corr.* III. 1; II. *A* f) XVII. *corr.* XVIII. 1. g) *in loco raso* 1. h) exercitum 1. 2. 3. i) *linea ducta ad a.* 1125. *tracta* 1; *ad a.* 1127. 2. 3. k) XIII. *corr.* XVI 1. l) Sanctus *add.* 2. 3. m) Festum eius extitit 17. die Aprilis *add.* 2 *manu s. XV.* n) *des.* 1.

	Anni Domini.	Pape	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum.
Cat. pont.		Silvester, et iste quoque eiectus est et recuperatus papa Benedictus, et ipse eiectus est iterum et datus est papatus Iohanni archipresbitero Sancti Iohannis ante Portam Latinam, cui nomen Gregorius VI, qui ab Henrico imperatore depositus ultra montem portatus est. 1[c].		
Otto.	1040.			Henricus III, filius Conradi, regnat ann. 7. [Hic in nuptiis suis omne balatronum et histrionum collegium, qui eo confluxerat, vacuum abire permisit et pauperibus ea que membris diaboli subtraxerat large distribuit. Hiis diebus Roma male confunditur a tribus ecclesie invasoribus et dividentibus inter se patriarchatuum redditus, uno ad Sanctum Petrum, altero ad Sanctam Mariam, tercio, scilicet Benedicto, in palatio Lateranensi sedente, flagitiose et turpiter viventibus. Tunc presbiter Gratianus zelo pietatis compatiendo ecclesie tres illos adiit et a sede sancte ecclesie cedere pecunia[c] persuasit, relictis Benedicto redditibus Anglie. Unde Romani Gratianum quasi liberatorem ecclesie in papam elegerunt et mutato nomine Gregorium vocaverunt. Quod audiens rex Henricus, procinctum in Italiam movet, et occurrens ei Gregorius, preciosum diadema illi offert. Rex illum honeste suscepit et collectis episcopis pro nota simonie a pontificatu cedere persuasit eique Clementem consensu Romane ecclesie substituit, a quo ipse[d] anno Domini 1047. coronatus, imperii nomen suscepit. Eodem anno Clemens papa moritur, et Damasus subrogatur. 1[b]].
	1043.		[Vacat imperium ann. 3. 1[c]].	
	1046.	Silvester III. d. 56.		
Gi.b	1047.	Gregorius VI. Clemens II. Hic Clemens invasit papatum et parum tenuit.	Henricus III, filius Conradi, a Clemente papa coronatus, imperat ann. 11.	Adelbero III.
	1049.	Damasus, qui et Popio, II. d. 23		
	1050.	Leo Tullensis, qui et Bruno, IX ann. 5, mens. 2, d. 6.		
Otto	1051.	[Post Damasum Leo Tullensis episcopus papa efficitur. Qui cum per Franciam iter ageret, Cluniacum venit et persuasu Hildebrandi, prioris Cluniaci, qui dolebat eum per manum laicam ad regimen ecclesie violenter intrare, purpuram deponit, et cum ipso Romam veniens, consilio ipsius Hildebrandi a clero et populo canonice eligitur, et post hoc sinodum cum imperatore apud Maguntiam celebrat. Sed dum postea Normannos fugare nititur*, ipse Beneventum fugiens, anno sequenti moritur. 1[b]].		
	1055.	Victor II. [ann. 2, mens. 3, d. 10. Hic timore imperiali factus est papa. 1[c]].		
	1056.	Stephanus Leodiensis X. [mens. 9, d. 28. 1[c]].		
Otto.	1057.	Benedictus X. [mens. 9. 1[c]].	Henricus[a] IIII[b], filius Henrici, [admodum puer, patri successit ann. 43. Hic primo sub custodia matris sue Agnetis imperatricis fuit, et ipsa ad tempus	

*) qui Romanos et terram eorum vastare volebant *add.* 2. 3.

a) *linea ducta ad a.* 1058. *tracta* 1. b) huius nominis imperator *add.* 2. 3. c) p. mediante 2. 3. d) i. rex H. 2. 3.

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum.

prudenter imperium rexit, sed postmodum consilio aliquorum matri alienatus, per se imperavit, quod maxime dissensionis seminarium fuit. Ipsa vero in religiosa vita permansit. Otto

[Gesta pontificum Romanorum dicunt, quod post obitum Henrici III, filii Conradi, vacavit imperium[d] ann. 24. 1[c]].

1058. Nicholaus II. [ann. 2, mens. 6, d. 26 1[c]].

1063. Alexander II. [ann. 11, mens. 6, d. 26. 1[c]].

[Iste canonice electus Kadolum Parmensem episcopum sedem Romanam armata manu occupare volentem virtuose repressit. 1[b]]. Otto

1074. Gregorius VII, qui et Hildebrandus. Hic pro purganda et extirpanda simonia et incontinentia clericorum reprimenda plurimum desudavit, et datis decretis, clericorum a subdiaconatu et supra conubia in toto orbe Romano cohibuit. Hic primus omnium apostolicorum regem Romanorum excommunicavit. Unde ab ipso rege pulsus exilio, Salerni vitam finivit. [Hic sedit ann. 10, mens. 1, d. 4. 1[c]].

Herimannus[f]. Hic levavit corpus sancti Clementis. Post[g] eum cessavit episcopatus multis annis, et nescitur quantum sedit.

1082. [Henricus[e] quartus, filius Henrici, imperat ann. 26. 1[c]].

1084. Clemens III. ann. 10.[a] Iste[b] scismaticus invasit ecclesiam. Ipse est Gerbertus[1], prius Ravenne episcopus, deinde Remensis archiepiscopus et postea papa Romanus. Hic habebat demonem privatum, quem consuluit de tempore mortis sue. Respondit, quod non videret mortem, donec celebrasset in Ierusalem. Sic securus, quod numquam iret Ierusalem, cum tandem celebrasset in ecclesia Romana que dicitur Ierusalem, occupatus morbo, iam moriens dixit demoni, quid faceret, et respondit: 'Mori te oportet', et ille ait: 'Prius debebam celebrare missam in Ierusalem'. 'Hoc iam', inquit, 'fecisti'. Et compunctus iussit abscindi sibi omnia membra, quibus diabolo homagium fecerat, et[c] reddi diabolo. 1[c]]. Supra p. 500.

1086. Bellum Sathanici[h] castri[2]. 1[b]?

1087. Translatio sancti Nicolai a Mirrea in Barrum. 1[b]?

1088. [Urbanus papa. 1[d]]. Translatio sancti Gorgonii. 1[b]?

1091. Translatio sancte Glodesindis virginis per Herimannum[i] Mettensem episcopum. 1[b]?

a) *e corr.* 1. b) *haec in* 1 *post deleta et in marg. additum:* Require ante de isto Gerberto. *In* 2 *vero in fine additur:* Alibi dicitur, quod fuit Silvester, qui fuit tempore Octonis imperatoris. c) et r. d. *alio atramento.* d) i. Romanorum 2 3. e) *des.* 2. 3. f) Herm. qui l. *A.*; Hermannus *corr.* Herimannus 1, *ubi haec linea ducta ad a.* 1074. *tracta.* g) Post — annis *post add. A, ubi* et n. q. s. *des.; sed in inferiori marg. legitur:* Post Hermannum fuit Popo, sed de neutro legitur, quantum sedit. h) Sathanaci 2. 3. i) Drogonem 2.

1) Ipse auctor errorem correxit. 2) Cf. Ann. S. Vinc., SS. III, p. 158.

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum	
1093.				Popo, qui de solio corruens obiit apud Chacenai[3].
1094.	[Victor III. mens. 4, d. 7. 1c].			
1095.	Urbanus II, qui et Otto Ostiensis[a] episcopus. (Gilb.) [Huius (tempore[b]) dux Boamundus cum christianis recuperavit sanctum sepulchrum. 1c].		[Franci crucesignati centum milia hominum mare transeunt. 1b].	
1097			[Antiochia capitur[1]. 1b].	
1099			[Ierusalem recuperatur. Godefridus de Builhon dux* constituitur. Obiit Godefridus. 1c]. [Anno[2] milleno centeno quo minus uno Ierusalem Franci capiunt virtute potenti. 1b]. [Incipit ordo Cisterciensis[e]. 1c].	
	Require[c] de quodam papa vel potius papissa**, quia femina erat, et simulans se esse virum, probitate ingenii factus notarius curie, deinde cardinalis et tandem papa. Quadam die cum ascenderet equum, peperit puerum, et statim Romana iusticia, ligatis pedibus eius, ad caudam equi tractus est et a populo lapidatus per dimidiam leugam, et ubi obiit, ibi sepultus fuit, et ibi scriptum est: *Petre, pater patrum, papisse prodito partum.* Sub ipso institutum fuit ieiunium quatuor temporum, et dicitur ieiunium papisse.	Temporibus hiis fuit Alexius imperator[d]; sed non habemus, ubi cepit nec ubi finivit***. 1b?		
1101.			Balduinus, frater Godefridi, rex Ierusalem constituitur.	
1104				Adalbero[f] IIII, sed postea eiectus[4], et post eum Theogerus, et ipse depositus factus est Cluniacensis monachus.

*) rex in Ierusalem *add.* 2. 3.

**) que non ponitur in cathalogo paparum sive pontificum Romanorum *add.* 2. 3.

***) sed tamen [non 3] temporibus Henrici quarti fuit *add.* 2. 3.

a) Ostiensis *corr.* Hostiensis 1. b) *deest* 1. c) *in imo marg. add.* 1b?, *ubi* Require *in loco raso;* Fuit etiam his temporibus quidam 2. 3. d) Constantinopolitanorum *add.* 2. 3. e) *ita ante versus, et post versus iterum:* Hic (?) et in hoc anno cepit Listercius (?) ordo. f) *haec des. A.*

1) Cf. Ann. S. Vinc., SS. III, p. 158. 2) Versus saepissime repetitus; v. 'Forschungen' XVIII, p. 25. 3) a. 1103 electus a. 1090. De loco mortis alibi nihil traditum; cf. Meurisse, Hist. Met. p. 385. 4) a. 1116.

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum.
1105.			[Anno Domini 1105. imperatore natale Domini Maguntie celebrante, Henricus, filius eius, sub specie religionis, eo quod pater eius a Romanis pontificibus excommunicatus esset, inclinatis ad se multis principibus et archiepiscopo Maguntie, qui a sede propria ab imperatore longo tempore pulsus erat, collecto milite contra patrem, Maguntiam obsedit, sed patre resistente, nil potuit. Nec mora, collecto ab utroque inmenso exercitu, terris utriusque ferro flammaque vastatis, plurimi occiduntur, et baronibus patris promissionibus inclinatis ad filium, pater cedere compellitur, et restituto per filium Maguntino episcopo, filius patrem ad petendam absolutionem pape per legatos hortatur, et sequenti anno pater monitus vel coactus imperio cedit, et filio sublimato, paulo post obiit anno Domini 1110. Henricus igitur Romam veniens cum triginta milibus equitum electorum, exceptis Italis sibi iunctis, a Pascali papa cum tota urbe gloriose susceptus, ipsum papam consilio pessimorum cepit et Ulrico Aquileiensi custodiendum commisit, eo quod papa nolebat ei tenere quod promiserat, scilicet ut rex investituras episcoporum remitteret et papa regalia eorum ipsi resignaret. Tunc populus Romanus regem ante gradus ecclesie sancti Petri invadit, sed rex cum suis acerrime pugnans, victis Romanis ruptisque muris, papam captivum secum duxit, quem cum aliquandiu tenuisset, revocatus a civibus, rex optinet a papa quod voluit, et ita cum papa Romam intrans et cives cum papa muneribus sibi concilians, a papa consecratus imperium suscepit anno Domini 1111. Post hec a Kalisto papa, qui Paschali et Gelasio successit, privilegium regis, immo pravilegium, revocatur, et ipse rex excommunicatur, iterumque scismate renovato, totum imperium perturbatur. Ipse autem Burdinum[a] quendam Romane sedi violenter imposuit, sed egresso imperatore, populus Burdinum[a] eiectum in custodia posuit. Tunc imperator videns regnum a se deficere, absolvi se fecit, et tandem, succedente sibi Lothario, sine filiis obiit. 1[b]].
1106.	[Paschalis secundus. 1[c]].		
1108.			Obiit Philippus rex Francie.
1111.	[Paschalis papa[1] capitur ab Henrico imperatore. 1[c]].	Henricus V. imperator ann. 14, et sine filiis obiit.	
1118	Gelasius [II. ann. 1, d. 10. 1[c]].		
1119.	Kalistus II. [ann. 5, mens. 10, d. 13. Iste Kalistus antequam esset papa, multa miracula sancti Iacobi de Galicia collegit et scripsit et postea confirmavit. 1[c]].		
1120.			Stephanus ann. 43.
1122.		[Stelle[1] innumerabiles ad modum pluvie cadere vise sunt 2. Non. Aprilis. 1[c]].	
1126.	Honorius II, qui et Lambertus, [ann. 5, mens. 1, d. 29. 1[c]].		

a) Burdonem 2. 3.

1) Cf. Cat. Tiburt., SS. XXII, p. 357.

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum
1129.*			
1130.	Innocentius II. Scisma ecclesie. (Otto.) [Innocentio canonice electo et Petro, Petri Leonis filio, violenter intruso, Innocentius resistere non valens, in Franciam venit et in Claromonte concilium celebrans, et inde apud Leodium concilium convocans, Lotharium regem ad defensionem ecclesie invitavit, et ita cum eius deductu reversus, ipsum Lotharium in Constantiniana ecclesia in imperatorem anno Domini 1133. consecravit, et scisma iam duraverat 8 annis. 1[b]].		
1132.		[Lotharius[c] imperat ann. 12, sine filiis obiit]. (Otto) [Hic[d] Lotharius per omnia progeniem Henrici imperatoris humiliavit et Fredericum et Conradum, sororios illius, rebellare nitentes potenter depressit, et papa Honorius eos excommunicavit. Conradus tamen a fratre et a quibusdam aliis rex creatur et a Mediolanensi episcopo inungitur. Unde papa ipsum deposuit et ei alium subrogavit. Hos tamen fratres interventu beati Bernardi Clarevallensis abbatis Lotharius imperator in gratiam recepit.	
1133.		Lotharius in Apulia manens, Rogerium se impugnantem expugnavit, sed regresso de Apulia Lothario, Rogerius Apuliam recipere gestiens, contra Reginaldum ducem pugnavit et iterum victus fugit, sed paulo post mortuo Reginaldo, Rogerius Apuliam destitutam ut hostis intravit, et tot ibi mala fecit, quod, spoliatis ecclesiis, vivos occidi et Reginaldum mortuum per platheas trahi iussit, et ipsum papam Innocentium in Apuliam cum militibus venientem cepit et regii nominis autoritatem et absolutionem anathematis cum ducatu Apulie, Calabrie et principatu Capue vi extorsit. Lotharius vero de Italia rediens, inter montes in vilissima casa sine filiis obiit, qui fuerat potentissimus imperator. Dux Henricus, gener eius, in cuius finibus obierat, regalia retinuit et electioni Conradi cum suis contradixit, sed anno sequenti obiit. 1[b]]	
1138.	(Otto) [Mortuo Petro Leonis, facta est sinodus circiter mille episcoporum, presidente Innocentio, ubi scismatici, qui parti Petri Leonis faverant, dampnantur. 1[b]].	Conradus, Henrici imperatoris soror[ius, imperat ann. 15. 1[c]].	Obiit Ludovicus rex Francie et Henricus rex Anglie
1144.	Celestinus II. mens. 5[a], d. 12[1].		
1145.	Lucius II. mens. 11, d. 12[b]. Eugenius III. monachus Clarivallis[2] [ann. 8, mens. 4, d. 20. 1[c]]	Manuel, filius Kaloiohannis, imperat[e].	
1146.			Fames magna.
1147.			Iter Ierosolimitanum secundum[3].

*) Scisma ecclesie *hoc anno add.* 2. 3.

a) 6, d. 13. *corr.* 5, d. 12. 1; 5, d. 13. *Glb.* b) 23. *corr.* 12. 1; *haec des.* 3. c) *in loco raso post scripta* 1. d) *haec a.* 1126, *aliis quae praecedebant erasis* 1. e) imperator Constantinopolitanus 2

1) Numeri deinceps cum Gilberto haud plane conveniunt. 2) Cf. Cat. Tiburt. p. 358. 3) Cf. Ann. S. Vinc. l. l.

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum.	
1148.	[Concilium Remis sub Eugenio papa. 1[b]].			
1150.		Post[c] Manuel require alios imperatores Constantinopol.	Fames[e] magna.	
1152.		Fredericus[**] regnat [in Alamannia. 1[c?]].		
1153.	Anastasius [IIII. ann. 1, mens. 4, d. 22. 1[c]].	Obiit beatus Bernardus abbas Clarevall. Huius tempore fuit magister Hugo de Sancto Victore; et post eum magister Richardus et magister Adam, qui composuit multas pulcherrimas prosas, et magister Hugo de Folieto, [qui[d] composuit librum de claustro anime et alia multa].		[Occisio Metensium in Frigido monte 1[c], 2. Kal. Martii. 1[c*]].
1154.	Adrianus [IIII. ann. 4. et quinto 2. Kal. Septembris obiit. 1[c]].			
1156.		[Fredericus rex Alamannie imperat ann. 35. Iste largus, strenuus et facundus et prudens in omnibus, Mediolanum bis obsedit et tercia obsidione cepit et destruxit, ita quod ipse aratrum tenens duxit per mediam civitatem in modum crucis et sal in ea sparsit[***]. Tandem cum iret ad Terram Sanctam, timens pericula maris, quia dictum erat ei, quod in aqua moreretur[3], in quodam parvo flumine se balneans subfocatur. 1[c]].		Gilb Gilb
1159.	Alexander[*] [III[a]. ann. 21, mens. 11, d. 25. Huius[1] tempore fuit scisma contra Ottovianum, Guidonem Cremonensem, Iohannem Streumensem et Laudonem[b] Sancte[2] Marie maioris, qui eius invasores fuerunt. Primus fecit se vocari Victorem, secundus Paschalem, tercius Kalistum, quartus Innocentium. Et iste Alexander Federicum Romanum imperatorem, qui tunc illos scismaticos manu tenebat, ad concordiam ecclesie revocavit. Hic duo concilia celebravit,			

*) *A ita tantum:* Alexander III. Victor. Scisma inter Alexandrum et Victorem.
**) *A ita:* Fridericus rex; *post add.:* Obiit beatus Bernardus abbas.
***) 2. 3 *addunt:* Romanos etiam, qui nolebant eum recipere, ita contrivit, ut plurimos ex ipsis occideret.

a) *sequentia partim in loco raso* 1. b) *ita codd.* c) *in inferiori marg.* 1; *a.* 1150. 3 *ita:* P. M. regnaverunt alii i. C.; *des.* 2, *qui hoc anno desinit.* d) *haec des.* 1, *pluribus erasis.* e) *haec des.* 3.

1) Haec iisdem fere verbis apud Martinum Oppav. p. 437. leguntur, neque tamen ex hoc descripta putarim, quippe quae uno saltem loco rectius se habere videantur (p 518 n. 2), praeterea quaedam addant, quae aliunde sumta esse non est verisimile. 2) *Sancte — fuerunt* apud Martinum desunt. 3) V. supra p. 217.

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum	
	unum Turonis in Francia, aliud Rome, ubi[1] interfuerunt 48 episcopi, exceptis abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis. Ipse Fredericum Romanorum imperatorem et Manuel Constantinopolitanum et Guillermum regem Siculum et Longobardos fecit firmare concordiam per 15 annos[2]. Huius temporibus terre motus magni fuerunt per loca, ita quod civitas Antiochie cum Tripoli cecidit et Damascus cum multis aliis urbibus. Tunc etiam Cathenensis civitas eversa plus quam viginti milia hominum oppressit. Et mare retro gradiens quinque milia hominum in Sicilia submersit. 1[c]].			
1162.			Fames magna[4]. [Mediolanum destruitur. 1[c]].	
1164.				Theodericus ann. 9.
1171.			Thomas archiepiscopus Cantuariensis martirio coronatur. [Annus[5] millenus centenus septuagenus Primus erat, primas cum ruit ense Thomas. 1[c*]].	
1173.				Fredericus[b] ann. 2.
1175.				Theodericus ann. 6.
1179.	[Concilium Rome sub Alexandro papa[3], ubi Theodericus Metensis episcopus deponitur et Bertrannus eligitur. 1[c]].			
1181.	[Lucius III. ann. 4, mens. 2, d. 25. 1[c]].			Bertrannus 32[c].
1185.	[Urbanus III. ann. 1, mens. 10, d. 28. 1[c]]. [Concilium in Arvernia in Claromonte sub Urbano propter Terram Sanctam. 1[c*]].		[Salaadinus capit Ierusalem et sanctum sepulchrum et crucem Domini. 1[c]]. [Sublatis[a, 6] annis tredecim de mille ducentis, Ierusalem capitur, et ea gens Turca potitur. 1[d]].	
1187.	[Gregorius VIII. mens. 1, d. 27. 1[c]].			

a) *des.* 3. b) Frid. *A.* c) 31 *post add. A.*

1) *ubi — prelatis* apud Martinum desunt. 2) Martinus male: *ad concordiam revocavit. Per* 15 *annos sub eius tempore* etc. Et si aliter apud illum distinguere velis, verba hic servata praeferenda esse concedas oportet. 3) V. Ann. S. Vinc. 4) Quae litteris latius positis imprimi feci iam in *A* leguntur. 5) De his versibus etiam alibi servatis v. 'Forsch.' XVIII, p. 29. 6) Iidem versus apud Robertum Altis. leguntur; l. l. p. 42.

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum.		
1188.	[Clemens IIII. ann. 3, mens. 3, d. 8. 1c].				
1190.*		Obiit[a] Federicus imperator.	Philippus rex Francie et Richardus rex Anglie mare transeunt. Qui[d] cum consuluissent Ioachim abbatem Florensem, predixit[1] eis, quod in hac vice Ierusalem non recuperarent, quia nondum venerat tempus eius.		
1191.	Celestinus III. [ann. 6, mens. 9, d. 11. *Secundo anno pontificatus sui coronavit Henricum in imperatorem. 1c].	Henricus[b] VI. imperat ann. 7, [mens. 4. Post cuius obitum orta est dissensio inter principes Alamannie; una pars elegit Ottonem, altera Philippum. Otto[1] coronatus est de mandato[c] Innocentii pape, tamen per dissensionem Philippus obtinuit sub forma pacis. Qui cum dolose occisus fuisset, Otto imperium tenuit. 1c].	Fames magna.		*Gilb
1197.				[Fames magna, inaudita venditio annone, quarta frumenti 13. solid. Met.[2] 1c].	
1198.**	Innocentius III. [ann. 18, mens. 4, d. 23. Cessavit d. 1. 1c].	[Otto imperat ann. 17, et post Lateran. concilium, in quo depositus fuit, anni[1], quibus fuit sub Honorio, non sunt ei attributi. Otto coronatus statim inpugnavit Romanos, et contra voluntatem pape intravit regnum Appulie et abstulit illud Frederico regi Sicilie; unde papa excommunicavit eum cum principibus suis. 1c].			Gilb.
1199.		Hoc anno Ioachim abbas Florensis in Calabria multa predixit de futuris in statu ecclesie infra 60 annos, et maxime de futuris duobus ordinibus, scilicet fratrum Minorum et fratrum Predicatorum et de adventu			

*) *A:* Concilium Rome sub Alexandro papa; *pergit:* Philippus etc.; *post add.:* Hoc anno exposuit Obitho Pisanus librum apocalipsis, ubi constanter ostendit numerum annorum usque ad finem mundi

**) *A add.:* Hoc anno exposuit Ioachim librum Ieremie.

a) a. 1189. *A.* b) *anno* 1191. *scripta, linea ducta ad a.* 1192. *relata* 1. c) a *erasum.* d) Et vocatus ad eos Ioachim abbas Florensis de Calabria pr. — eius *post add. A.*

1) Haec quoque ad verbum cum Martino p. 470. 471. conveniunt; cum vero partim iam in prima recensione legantur, ex alio fonte, fortasse uberiore Gilberti codice, vel simili pontificum et imperatorum catalogo hausta putarim.

2) Cf. Ann. Rem., SS. rer. Gall. XVIII, p. 700: *Facta est fames validissima, ita quod pauperes pre panis inopia morticiniis ovium, equorum et boum etiam in ipsa quadragesima cogerentur vesci, et fecem vini loco panis comedebant. Innumeri vero fame perempti sunt. Sextarium quoque frumenti 16 sol. venditum fuit.*

Anni Domini	Pape	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum.	
		utriusque Antichristi in expositione Ieremie et apocalipsis[b]. 1[b]?		
Gilb		[Quarto[c] anno imperii Ottonis Fredericus in imperatorem a Romanis electus et a papa est honore susceptus, ab eo missus in Alamanniam contra Ottonem victoriam habuit. 1[c]].		
1212.			[Bis[i] sexcenteno duodeno plebs puerorum Venditur a nautis, alii pelago pereunt. 1[c]?].	
1213.			[Maxima[k] multitudo puerorum cruce signatorum transfretare volens ad Terram Sanctam, paganis vendita fere tota disperiit. 1[b]].	Conradus.[t]
1214.	Concilium Rome sub Innocentio papa, ubi Otto imperator deponitur.		[Philippus rex Francie contra Ottonem[l] imperatorem pugnavit et vicit 1[b]; ubi[m] comes Flandrie cum suis captus fuit. 1[c]]. Ordo[n] fratrum Predicatorum confirmatur [a papa Honorio. 1[c]].	
1216.	Honorius[a] III. [ann. 10, mens. 7, d. 23. 1[c]].	Petrus[d] comes Autisiodorensis cum Yolande, uxore sua, in imperatorem Constantinopol. consecratur[e]; sed in via captus miserabiliter moritur, et uxor eius imperium[f] tenuit, et ei filius eius, natus[g] in via, successit [nomine Balduinus. 1[c]].		
1221.		[Fredericus[h] in imperatorem consecratur et imperat ann. 25, et post depositionem vixit ann. 5. 1[c]].	Obiit[o] beatus Dominicus.	
1223.			Obiit Philippus rex[p,*]. Ludovicus[q] rex Francie. Hic Aviniorem[r] cepit [et in reditu cum multis magnis obiit. 1[c]]. **	
1225.			Obiit[s] beatus Franciscus.	Iohannes[u] [ann. 14. 1[c]].

*) Francie. Successit, Ludovicus filius eius *A.*
**) Cui successit Ludovicus, filius eius *add. A.*

a) *in loco raso* 1; *des.* 4. b) *plura erasa* 1. c) *incipit* 4, *qui haec Chronicae S. Clementis addidit, sed a.* 1202. *intulit.* d) *anno* 1217, *sed linea ducta ad a.* 1216. *tracta A, et ita* 1. 3. 4. e) *ita* 1[c] *in loco raso;* eligitur *A.* f) in imp. renuit 4. g) i. v. n. *A.* h) *haec des.* 4. i) *haec des.* 3. 4. k) *a.* 1209. *scripta, sed linea ducta ad a.* 1213. *tracta A, et ita* 1. 3. 4. l) Otonem 4. m) ibi 4. n) *haec a.* 1218. *habet* 4. o) *haec post add. A.* p) r. Ph. Francie 4. q) *haec a.* 1225. *habet A.* r) *ita codd.* s) *a.* 1226. 4. t) *a.* 1212. *A. post add.* u) l. 14. *a.* 1226. *post add. A.*

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum.	
1226.	Gregorius[c] IX. Ostiensis episcopus ann. 15.		Ludovicus[h], filius Ludovici, rex Francie[i] [ann. 40. 1[d]].	
1232.				[Metis[k] civitas ab episcopo Iohanne et duce Lothoringie et comite Barrense obsidetur, sed non capitur. 1[c]].
1234.				Castrum[l] Sancti Germani destruitur[1].
1235.		Fredericus* maximam curiam in octava assumptionis apud Maguntiam tenuit**.		
1238.[a]		Imperator [Balduinus 1[c]] Constantinopol. cum multis baronibus et aliis crucesignatis de Francia Constantinopolim vadit.		
1239.				Iacobus [22 ann. 1[d]].
1240.		[Prope Gorziam villa que dicitur Wiun-villa[e] fulmine, vento et grandine destruitur. 35 homines mortui; sacerdos amplectens archam, ubi erat corpus Christi, et clericus eius ruente ecclesia evaserunt. 1[c]].		[In torneamento Alamannie milites subito insanientes et invicem occidentes fere omnes perierunt, inter quos 80 famosi signiferi milites mortui sunt. 1[b] *vel* 1[c]].
1241.	Celestinus IV. d. 17: vacat sedes duobus annis.			
1243.	Innocencius IV. [ann. 11, mens. 5. Hic timore Frederici statim per mare venit Lugdunum, et convocatis multis ecclesie prelatis, deposuit Fredericum[d]; et papa Lugduni septem annis demorans, mortuo Frederico rediit in Lumbardiam. 1[c]].			Gilb
1246.[b]		[Fredericus iam dudum a Gregorio et Honorio excommunicatus, ab Innocentio deponitur in concilio[f] Lugdunensi. Conradus[g], filius eius, depositus de regno, excommunicatur		

*) 3. 4 *add.:* imperator, filius Henrici.
**) 3. 4 *add.:* ibi febris quartana multos infecit.

a) *a.* 1240. *A; a.* 1239. 3. b) *a.* 1245. 4. c) *haec des.* 4. d) eum 4. e) Wimum v. 3; Wionvilla 4. f) consilio 4. g) *haec a.* 1248. 4. h) *haec des.* 3. i) Fr. coronatur 4. k) *a.* 1231. *vel* 1232. 1[b]; 1232. 3. 4. — Mettis 4. l) *quae sequuntur a.* 1232. *coniunguntur* 4.

1) Cf. Ann. S. Vinc. a. 1232. 1234.

Anni Domini.	Pape.	Imperium Romanorum.	Regnum Francorum.
		et a landgravio[a] electo in regem in bello campestri fugatur. Landgravius[a] vero anno sequenti moritur 1[b]; et Willelmus[b,*] in regem eligitur. 1[c]].	
1248.			Ludovicus rex[d] vadit ultra mare, et in Cipro hiemans, sequenti estate Damiatam miraculose cepit[e]; sed paulo post plus[f] quam centum milia hominum in bello captos vel mortuos perdidit, et perdito Roberto, fratre suo, ipse etiam captus fuit, et post paucos dies princeps, qui eum ceperat[g], accepta redemptione 800 milium bissantiorum, ab alio principe occisus, pecuniam et vitam perdidit; et ille victor Damietam, quam rex captus perdiderat, funditus destruxit, ita quod etiam lapides in Nilium proiecit[h].
1249.[**]			
1250. Dec. 13.		[Obiit[c] Fredericus depositus in festo Lucie[***]. Tunc serena et gelida nocte maximum tonitruum fuit. Cometes multis diebus prius et postea apparuit. 1[b]].	[Eodem[i,†] anno magna multitudo pastorum mala multa fecit in Frantia. 1[c*]].

*) 3. 4 *add.:* comes Holandie[k].

**) *A add.:* Tonitruum maximum decima die ante nat. Domini in nocte. Cometes multis diebus apparuit; *et pergit:* Rex Lud. *etc.*

***) 3. 4 *add.:* anno Domini 1250.

†) *A hoc anno ita:* Hoc anno magna multitudo pastorum in Francia colligitur sperantium, quod Terra Sancta, quam tot milites Francie recuperare non poterant, pastoribus redderetur; sed eorum simplicitatem delusit associata eis multitudo malorum, scilicet latronum, exulum, apostatarum, paganorum, hereticorum et meretricum, qui in favorem laicorum clericos occidebant et etiam in urbe Parisius multos in Secana submerserunt, et omnes de Aurelianis fugaverunt; apud Turonis publice predicabant, quod sacramenta ecclesie nichil erant, et qui clericum vel sacerdotem occideret pro potu boni vini absolveretur. Et cum fratres Predicatores contraria predicarent, 4 fratres Predicatores graviter vulneraverunt, et confractis sedibus chori et spoliata ecclesia, 11 fratres[l] per mediam urbem coram cunctis fustigantes, extra urbem occidere voluerunt. Sed cives metu regis et regine non permiserunt; et cum tot mala facientes usque ad 60 milia convenissent, principalibus eorum suspensis, quorum unus in morte Machometum invocavit, et occisis ceteris, paucissimi occulte fugerunt[l].

a) landigr. 3. 4. b) Willermus 4. c) *a.* 1253. *post antecedentia scriptum* 4. d) Francie *add.* 3. 4. e) suscepit 3. 4. f) plux 4. g) *deest* 1. 3; tenebat *post suppl.* 4. h) *hic desinit* 3, *foliis nonnullis, ubi anni* 1251—1450. *scripti erant, excisis.* i) *des.* 3. 4. k) Holandrie 4. l) *una fere linea erasa.*

1) Cf. Chron. Andeg., Labbe I, p. 291 (Marchegay, 'Chroniques des églises d'Anjou' p. 177): *Processio pastorum pessima tempore; quod versus assignant:*

M semel et bis C, L et I simul addere disce
Pastorum duxit saeva Megaera chorum.

In cod. Eystetensi Sem. episc. Nr. 269. post Excerpta ex Alberto Stadensi (v. Archiv IX, p. 554, supra p. 228) legitur: *Anno* 1251. *orta est nova secta hereticorum Parisius, qui se pastores nominaverunt.*

1251. Capitulum[a] generale Metis celebratum.

1252. Estas[a] et hiemps gravissima, quam sequenti anno secuta est fames et mortalitas maxima — in Lotharingia. — Sanctus* Petrus de ordine Predicatorum apud Mediolanum martirio coronatur.

1253. Flandrenses[a] cum comite Barrensi et multis aliis principibus[b] et mille septingentis navibus plus quam 150 milia a rege Alamannie capiuntur. — Rex[c] Francie redit de ultra mare.

Feria[a] 6, luna 10. ante festum sancti Andree cometes apparuit, tempore sereno, celo [1254. Nov. 27.] quadripertito. Due lune vise sunt in celo(?)[d] alternatim[d*] divise, quasi in longum lancee, una rubea, alia cerulea, cum magno tonitruo; et papa Innocentius obiit in sequenti festo [Dec. 6.] sancti Nicolai.

1254. Obiit[a] Innocentius in vigilia sancti Nicolai. — Alexander IIII. ann.[e] 7 (?), mens. 6, et cessavit 3 (?) mens.

1255. Anno[f] Domini 55, regresso rege Francorum ad regnum suum, ignis de celo veniens consumpsit civitatem Machomethi que vocatur Meccha et omnem circa regionem usque ad tres dietas, et ignis ille usque nunc[g] remansit in quadam valle. In sequenti anno ignis, qui nescitur unde venerit, consumpsit sepulcrum Machomethi distans a predicta civitate per tres dietas. Tercio anno sequenti Tartari ceperunt Baldach[h], que olim vocabatur [1258.] Susis, in qua Assuerus accepit Hester[i] in uxorem et reginam, in qua regnabat heres Machomethi qui vocabatur califa, quem interfecerunt cum uxoribus et liberis eius universis, cum ducentis milibus equitum. In quarto anno[k] acceperunt montana illius qui vocabatur rex mortis dominus Hessissinorum, destructis ducentis castris que habebat. In quinto anno transierunt Tygrim et ceperunt totam terram que est inter Tygrim[l] et Eufraten, que vocatur Mesopotamia Media sive terra Persarum et Medorum, et transeuntes Eufraten, ceperunt civitatem nomine Halapiam metropolim Syrie Sobal. Unde regna et omnes civitates con- [1260.] cussa timore venerunt ad mandatum Hulaonis principis Tartarorum cum clavibus civitatum et castrorum.

1256. Obiit[a] Willelmus rex Alamannie in bello contra Frisones.

1260. Urbanus[a] IIII. ann. 4, mens. 4. Cessavit mens. 2.

1261. Philippus[a, 1], in fine tertii anni depositus.

1264. Willelmus[a, 1], quarto anno[2].

1265. Clemens[m] IIII. centesimus[n], annis 4. — Iste consecravit [in[o] die epyphanie] Karolum, fratrem Ludovyci regis Frantie, in regem Sicilie. — Inventio corporis beate Marie Magd. — Ipso anno Karolus, frater Ludovici regis Francie, a Clemente papa in epiphania consecratus in regem Apulie, sequenti quadragesima pugnavit contra Manfredum, filium Fre- [Ian. 6.] derici, et vicit eum, et mortuus est. — Et postea contra Conradinum pugnavit et occidit eum.

1270. Laurentius[1]. — Anno Domini 1270.[3] obiit Ludovicus rex Francie et Iohannes, filius eius, in Sardinia[4] contra paganos. Et successit in regnum Philippus, filius Ludovici.

1271. Mortalitas maxima in Lothoringia; illo anno 20 fratres in conventu fratrum Predicatorum Meten. mortui sunt.

1274. Factum[3] est generale concilium sub papa Gregorio [decimo] in Lugduno[p].

EX CONTINUATIONE

cod. Parisiensis (2).

1153. Metis fuit occisio magna[5].

1158. Fames valida[6].

1162. Obitus episcopi Stephani[7].

1164. Theodericus, comitis Barrensis filius, eidem successit; qui 9 annis sedit cum 7 mens., et levita existens [Gesta Mett.] et non consecratus obiit.

*) Beatus P. de o. f. P. m. c. *post add. A, ubi alia manu legitur:*

Quinquaginta datis uni cum mille ducentis
Petrus martirium complevit in ordine fratrum.

a) *haec des.* 4. b) princibus 1. c) *a.* 1254. *scripta, sed linea ducta ad h. a. relata* 1. d) leco *vel* feco *scriptum esse videtur* 1. d*) alt'iñiti 1; alterutrim 4 e) *haec post add.* 1. f) *in* 4 *haec supra in marg. a.* 1228. *inserta sunt, ita incipientia:* A. D. 1052. ingresso. g) ad nunc 4. h) Bardach 4. i) Heester 4. k) obiit 4, *ubi sequentia post* sancte Marie (*a.* 1243) *scripta sunt.* l) Tigrum 4. m) *haec* — Sicilie *a.* 1265. 4, *qui ita operi finem dedit.* n) cent. — 4 *des.* 4. o) *des.* 4. p) *ultra erasa* 1.

1) episcopus Mettensis; cf. Ann. S. Vinc. 2) sc. obiit. 3) Cf. Ann. S. Vinc. 4) Ludovicum regem in Africa mortuum esse, satis notum est. 5) V. Ann. S. Vinc. 6) Ibid. 1162. 7) Ibid. 1163.

Gesta Mett. 1173. Fredericus de Pluyrosa ann. 2, mens. 2, sepultus in cappella, eciam levita propter scisma, licet tamen catholicus.

1179. Theodericus, filius ducis Lothoringie, sedit ann. 6 et paulo plus, et ecclesia vacavit per annum.

1185. Bertramnus, qui fuit ab Urbano promotus contra voluntatem Frederici imperatoris, prius erat electus Bremensis. Cui [1] restitit Folmarus electus Treverensis.

1198. Wilhelmus [2].

1206. Maxima inundacio aquarum.

1207. Eclipsis solis pridie Kalendas Marcii, videlicet feria 4, circa horam 6, luna tunc existente 27.

1222. Obsessa fuit civitas Metensis a Theobaldo comite Campanie et Henrico comite Barriducis [3].

1234. Conradus, qui prius fuerat Spirensis episcopus et imperialis aule cancellarius, obiit [4].

Iohannes de Asperomonte, qui translatus fuit ab ecclesia Virdunensi *.

1238. Iacobus [5], frater Mathei Lothoringie ducis [6].

1260. Philippus de Florengia [5].

1263. Guillelmus de Triangulis [5].

1264. Cometa mirabilis apparuit versus orientem, protrahens comam usque ad medium emisperum.

1268. Laurentius [5].

1279. Iohannes [5], filius comitis Flandrie [4].

1292. Buchardus [5].

1309. Renaldus [5].

1317. Geraldus de Relangiis [5].

1332. Ademarius [5].

1354. . . . . Iste Karolus IV. resedit Mettim et erexit comitatum Lucemburgensem in ducatum.

1397. Buchardus [2].

1419. Conradus [5] fuit promotus per ipsum papam Iohannem, paulo antequam fugeret a concilio, videlicet per translacionem domini Radulphi ad ecclesiam Noviomensem, et hoc fuit anno 1415.

1443. Invasio patrie Metensis et parcium Almanie a rege Francie et suis; unde civitas plurimum fuit oppressa et dampnificata. Et ita fuit eciam patria de Alsaya, conflictibus aliquibus ibidem diversimode factis. Et plura suburbia civitatis Metensis ecclesiasque, presertim sancti Simphoriani, sancti Theoderici, sancte Marie ad Campos, ac loca alia dirupta ac demolita, ne in illi rutheri [a] Francie pro invasione civitatis se collocarent.

1447. Obiit Iohannes Marie dux Mediolani absque liberis, qui fuit mirabilis in temporibus suis. Sibi enim successit comes Franciscus Sforza, qui habebat in uxorem filiam bastardam ipsius ducis, non obstantibus multorum contradictionibus [b].

CONTINUATIO

cod. Bernensis (3).

1451. Nicolaus papa V. regnat post Eugenium. — Fridericus III. a Nicolao V. Rome cum L., filia regis Portugalie, desponsatur et inungitur ac in imperatorem consecratur ac confirmatur.

1455. Calistus III. post Nicolaum V, prius dictus Alfonsus nationis Hyspanice.

1459. Pius [c] II, natione Senensis, prius Eneas Silvius poeta laureatus dictus.

1460. Met. Georgius Badensis post Conradum postulatur [in [d] ecclesiam Metensem].

1462. Ludovicus Remis post Carolum VII. regum optimus inungitur.

1464. Paulus II, natione Venetus, prius dictus Petrus Barbo, nepos Eugenii.

1471. Syxtus IIII, natione Saonensis, ordinis Minorum, prius dictus Franciscus, — legatum [e] ad regem Francorum fecit nepotem Iulianum, Sancti Petri ad Vincula cardinalem, postea

*) *Alia manu add.:* Fuit in anno 1235. ac antea et post.

a) *ita vel* rucheri *c.* b) *ita finit c.* c) *ita aliis erasis c.* d) in e. M. *alia manu post add. c.* e) leg. — factum *alia manu c.*

1) Frederico imperatori. 2) Quis fuerit, nescio. 3) Cf. Ann. S. Vinc. et Not. S. Arnulfi p. 527. 4) V. Ann. S. Vinc. 5) episcopus Mettensis. 6) V. Ann. S. Vinc., ubi verba eodem modo sunt iungenda.

Iulium II. pontificem factum. — Io[hannes] dux Lothoringie moritur Barchinone, in expeditione existens pro patre super recuperando regno Aragonie.

1473. Civitas Metensis per N[icolaum] ducem Lothoringie invaditur, sed miraculose liberatur. — Hoc anno Fridericus fuit in civitate Metensi, deinde in Treveri, ubi eum visitavit dux Burgundie Carolus, qui postmodum per ducem Lothoringie in bello occiditur. — Nicolaus dux Lothoringie, filius predicti Io[hannis], moritur; cui succedit Renatus, filius sororis[1] dicti Iohannis ducis, que erat comitissa vidua Vaudemontis, et mater ipsa in ducatu Barrensi per mortem regis Renati, patris sui; ac[a] demum ipsa mortua, succedit eius filius Renatus, nepos regis Renati.

1476. Carolus dux Burgundie occiditur apud Nanceyum.

1483. Ludovicus a Borbonia episcopus Leodiensis occiditur. — Post Ludovicum hoc anno regnat Carolus VIII, eius filius, in Francia, qui multa preclara ac memoratu digna suo tempore gessit opera. Hic Britones, qui longo tempore rebelles extiterant ac fere ab obediencia regni dicesserant, pacatos ac regno obedientes reddidit; filiam quoque ducis in coniugem cepit. Demum duodecimo sui regni anno Romam cum magno exercitu peciit ac obedienciam summo pontifici Alexandro VI. prestitit ac postmodum totum regnum Aragonie[2] recuperavit, expulsis tribus regibus, qui brevi tempore sibi successerant, postremo ipso redeunte, Venetorum ac fere omnium principum tocius Ytalie insidias libere, non tamen sine Italorum grandi iactura, apud Fornone evasit ac post annum in Francia obiit absque 1498.
liberis. Huic Carolo sucessit Ludevicus, qui erat dux Aurelianensis. Hic prefato Carolo adhuc iuniori multas paraverat insidias, eo quod ad regnum aspiraret; tandem regno adepto, Mediolanum peciit ac ducatum totum, quem ad se hereditario iure spectare dicebat, a manibus Ludovici recuperavit, prefato Ludevico in Germaniam cum grandi auri et argenti copia fugante. Hec (?) 1499.

1484. Henricus de Lothoringia de ecclesia Morinensi ad ecclesiam Metensem post obitum Georgii transfertur. — Innocentius VIII, Ianuensis natione, prius Io[hannes] Baptista dictus, post obitum Syxti in summum pontificem assumitur.

1490. Hoc anno guerra mortalis inter Renatum ducem Lothoringie et civitatem Metensem movetur.

1492. Alexander papa VI. Aragonensis, prius dictus Rodericus, post obitum Innocentii assumitur in summum pontificem. Hic prefuit ecclesie per decennium et cardinales circa 30 fecit et forte plures.

1493. Fridericus tertius moritur, et regnat post eum eius filius Maximilianus, in regem Romanorum dudum electus.

1499. Raymundus cardinalis Gurcensis ab Alexandro legatus de latere per Alamaniam decernitur cum iubileo, sed quas ex eo collegerat in patria dimisit pecunias. — Dux Valentinus ecclesie Romane confalonerius iussu Alexandri pape cum ingenti thesauro, multis Romanis comitatus nobilibus, Ludovicum regem Francie petiit. Sed eum fefellit oppinio, quoniam unam habuit, quam habere semper recusavit, in uxorem.

1500. In hoc anno 1500. sacratissimo, vigilia nativitatis Domini prefatus Alexander papa VI. portam sanctam Sancti Petri urbis Rome, tempore salutiferi iubilei apperiri solitam, propriis manibus et cetu cardinalium astante adaperuit et alias tres per legatos apperiri ac iubileum ipsum publicari mandavit, et fuit verus centesimi anni iubileus a sanctissimis patribus in remissionem peccatorum institutus.

1501. Cardinalis Rothomagensis, domo Amboysie natus, legatus fit Francie. — Ludovicus Sfortia ducatu Mediolani a Ludovico Francorum rege pulsus, ab Alamania veniens, Burgondorum, Alamanorum et Suitentium potencia suffultus, ducatum ipsum cum fratre eius cardinali impetuose reingreditur, ubi paucos post dies ipse in habitu fratrum Minorum existens proditione quidem Suytentium a Francis in medio gentis sue capitur; pariter et cardinalis a Venetis detinetur, sed postea eidem regi ducendus una cum fratre ad Franciam restituitur, amboque arctissimis custodiis detenti sunt, in quibus Ludovicus ultimum vite reddidit spiritum, et cardinalis libertate donatus Rome mortem obiit thesaurumque amplissimum et innumerabilia suppellitilia dimisit. Cui intestato successit Iulius II. pontifex maximus; quorum extinctione res Mediolana omnino pacata est.

1502. Fredericus Apulie olim rex in Francia moritur. — Pius III, prius Franciscus

a) *reliqua alia manu.*

1) Iolanthae. 2) Apuliae.

cardinalis Senensis nuncupatus, in pontificem eligitur et suffectus mensem infra unum moritur.

1503. Philippus rex Castelle et archidux Austrie ac dux Burgondie, item Maximiliani regis filius, qui in maxima populorum expectatione iuvenis in Ispania moritur. — In regno Apulie per Gallos et Ispanos pugnatum est, et Ispani obtinuerunt 1503.

1505. Henricus Metensis episcopus moritur, et succedit sibi Iohannes, filius Renati regis Sicilie, eius nepos, decano et capitulo Metensi ad tempus deputatis administratoribus. — In Gheldria bellum geritur, sed fretus Francis dux restitit.

1507. Iulius II, natione Ligur, Iulianus antea vocatus, mox in locum dicti Pii assumitur. Hic iniuste ab Alexandro papa persecutus novem ferme annis apud Gallos latuit, sed mortuo Alexandro Romam citissime repetiit. Qui ubi Petri naviculam laceram adinvenit et direptam, studuit undique tirannos Italie monere et hortari, restituerent[a] quicquid ab ea abstulissent iniuste, quorum in numero Veneti et Iohannes Bentivoglia Bononiensis precipui erant, quibus postea contempnantibus ulcio condigna provenit, quoniam primo Iohannes Bentivolla excommunicatus et anathematizatus dominium Bononiense pontifici invitus restituit, ac ipse ac uxor excommunicationis sententia irretiti in Lombardia mortui sunt, eorum cadaveribus in terra prophana a canibus direptis; Veneti postea a Francis et Alamannis domiti pariter et ab eodem pontifice excommunicati, maledicti et interdicti, ecclesie Romane partem Romandiole, quam vi ab eadem subripuerant, non sine damno eorum restituerunt.*

1509. Idem Ludovicus rex Francie, postquam dictus Iulius papa per legatum et litteras suas dictum Ludovicum et Maximilianum in imperatorem Romanum electum inter se discidentes amicos et fratres reddiderat eosque[b], adversus Venetos uti scuta eorum et potentias dirigerent, et ut eorum quilibet incunctanter quod suum erat ab eisdem Venetis recuperaret, bella undique eisdem pararent, iidem reges, rebus eorum bene pacatis et ipsis ad cor vere amicicie reversis, Venetos adversus castra moverunt eorum. Sed Francus primo eosdem aggreditur, et ventum est ad certamen, ubi Veneti ad numerum sexdecim millium interempti sunt, paucis Gallis extinctis. Quo facto, mox Brixiam, Cremonam, Bergamum civitates illisque adiacentia villas et opida nacti sunt et potiti idque totum ducatui adiecerunt Mediolani. Adventavit preterea cum eius exercitu imperator Maximilianus Italiamque intravit, et mox Vincentini Veronesque sese et civitates suas dedere. Sed ipse Maximilianus, qui Paduam, que a se desciverat aut defecerat, obsidiaverat, illa dimissa propter ybernum tempus, quod inceperat non finivit, sed victoriam de eadem civitate ad estivum tempus reservavit. Rex Yspanie, qui in federe erat eorundem principum, nichil belli fecit Venetis, sed portus quosdam maris, quos ab eius in pignus habebant predecessoribus, armis sine ullis in regno Apulie recuperavit. — Richardus rex Anglie moritur, filio herede relicto. — Renatus II. rex Sicilie, Barri et Lothoringie dux, relictis uxore et quinque filiis, quorum maior in Francia erat, cum maximo nobilium et subditorum luctu moritur apudque Minores in Nanceyo sepelitur. — Marchio Mantuanus in armis a Venetis insidiose capitur et vinculis Venetiis detruditur, eo quod pontifici Romano, imperatori et regi Francie favebat, 1509.

*) *In marg. add.:* Hic Iulius II. est ille, qui ecclesiam et basilicam sancti Petri de Urbe colabentem incepit a fundamentis reedificare et palacium pontificum edificiis ornare modernis.

III.

NOTAE S. ARNULFI METTENSES.

929. Adalbero primus . . . . . . Huius tempore fuit mutatus ordo canonicorum regularium in ordinem monasticum in ecclesia sancti Arnulfi Mettensis.

936. Otto primus . . . . . . Iste privilegiavit[c] ecclesiam sancti Arnulfi Metensis, quod omnes episcopi Metenses possent elemosinas facere ecclesie predicte de fisco regali quando vellent.

1049. Ecclesia sancti Arnulfi a Leone nono papa consecrata et dedicata.

1097. Monasterium[d] Sancti Arnulfi inceditur.

1203. Fristorph[e] castrum a civibus Metensibus capitur et funditus obruitur.

a) restuerent *c.* b) *vocabulum quoddam deest.* c) prev. 3. d) *littera* M *desideratur c.* e) *cod.* 3 *haec alia addit manu;* Eristophoastrum 4.

1206. Ipso[a] anno ante captionem ducis contra episcopum Metensem Bertramnum[b] castrum de Vico struxit[c], et castrum Prineium[d] funditus ab ipso obruitur.

1207.[e] Fredericus dux a comite Barri capitur. — Philippus[f] rex Alemannie a comite palatino de Wiltrespar iugulatur.

1209. Albertus[g] Virdunensis episcopus interficitur.

1214. Castrum de Ristre[h] a civibus Metensibus obruitur. [Warinus[i,1] obiit; Herbertus succedit].

1219. Damiata[k] a christianis capitur[2], et Ierusalem a paganis obruitur, et civitas ab ipsis derelinquitur.

1222. Metis[l] civitas a comitibus Campanie[m] et Barri obsidetur, sed minime capitur[3].

1230. [Pons[l] in Montonne[n] et castrum Tyecort a duce Lothoringie et marchio obruuntur].

1232. Eodem anno comes iuvatus[o] Metensibus civibus prostravit[p] Novum castrum, Vireium, Morinvile[q], Anerei, Florenges[r], Conflans, Tihecurt, Anservilhe[s] et Gondrevillam[t,4].

1243. [Obiit[i] Helbertus abbas[5] huius loci in crastino assumptionis sancte Marie]. Aug. 16.

IV.

EX HISTORIA S. ARNULFI METTENSIS.

Adsit principio sancta Maria meo. p. 1.

Incipit tractatus sive relatio gestorum quorumdam imperatorum, regum, principum, ducum, marchionum, comitum, episcoporum, archiepiscoporum, abbatum, qui de genere beati Arnulphi processerunt, necnon et aliarum multarum utriusque sexus religiosarum personarum, quomodo et qualiter hanc ecclesiam, scilicet sancti Arnulphi, fundaverunt et eam suis elemosinis et fundis ditaverunt et privilegiis honoraverunt, quorum quedam ex diversis libris extraximus, quedam vero relatione predecessorum nostrorum didicimus[u], quedam in cartis invenimus.

Quoniam quidem eorum memoriam summatim attingere cupimus, quorum patrimonio ecclesia sancti Arnulphi, que antiquis temporibus ecclesia sanctorum Apostolorum nominabatur, usque modo refloruit, congruum videtur paucis referre, cuius industria sanctitatis primum hic aram posuerit.

Antiquorum denique relatio sibi succedencium tradidit[v] posteritati, quod[w] beatus Paciens presul Metensium quartus beati Iohannis apostoli et euvangeliste fuerit discipulus[6]. Qui beatus apostolus, condiscipulis[x] suis iam celo regnantibus, prolixius spacium vite adeptus, messi dominice suorum complures alumpnorum per loca direxit plurima regionum. Inter quos beato[y] Pacienti meritorum luce fulgenti, dum divina revelatione opus consimile[z] iniungitur, ille, nimirum magistri diligens presenciam, negat se hoc adimplere, nisi reliquiarum pignus corporis eius aliquo modo potiretur. Cuius fidem devotionis beatus Iohannes apostolus amplectens, Dominum fieri poposcit, cuius nutu omnis natura vim proprie legis convertit. Oratione igitur facta, evocatoque fideli discipulo, dentem sine dolore sibi detrahens ab ore: 'Habeto', inquit, 'hoc tibi pignus amoris mei. Tibi eciam auctor pietatis pariter concedit, ut, dum civitati *Metensi propinquaretis, cui doctor destinaris, incolarum linga[a] pleniter eloquaris'; fertur enim linga[a] Grecus fuisse. Sicut enim beatus Nicollaus divina revelatione ad summum sacerdotii provectus est gradum, sic iste sanctus Paciens eadem gracia per Iohannem apostolum ad Metensem civitatem regendam, beato Felice episcopo Metense predessessore[a] suo adhuc in corpore vivente, est predestinatus. *p. 2.

a) 4 *haec a.* 1208. *verbis* Fredericus — capitur *(supra p.* 520*) addit.* b) Burtramnum 4. c) V. idem comes penitus destruxit 4. d) Perticium 4. e) 1208. 4. f) *haec manu secunda addit* 3; *des.* 4; *cf. supra p.* 520. *chron. Met. a.* 1209. g) *haec des.* 4. h) Destre 4. i) *haec solus* 4. k) *haec des.* 4. l) *haec sec. manu add.* 3. m) Campagnie 4. n) Mōtōne 4. o) imatus 3; iuratus *post corr.* iratus 4. p) N. p. c. 4. q) Mormville 3 *habere videtur.* r) *deest hoc loco, sed post* Anserville *inseritur* 4. s) Anserville 4. t) Gondreville 4. u) dicticimus *c.*; *man. rec. add. in marg.* didiscimus. v) traddidit *c.* w) ꝙ *c.* x) cum disc. *c.* y) beati *c.* z) consimle *c.* a) *ita c.*

1) abbas S. Clementis; cui a. 1218. Heribertus succedisse dicitur; v. Gall. chr. XIII, p. 869. 2) Ita etiam Ann. S. Vinc. 3) Cf. Ann. S. Vinc. 4) Cf. Ann. S. Vinc. 1233. 5) Heribertus abbas S. Clementis a. 1235. obiisse dicitur; Gall. chr. XIII, p. 869. Neque alius eius nominis abbas tunc temporis in dioecesi Mettensi notus est. 6) Sequentia ex Gestis epp. Mett. c. 4, p. 535, ubi primum hae de S. Paciente fabulae venditantur, sumta, sed amplioribus verbis reddita sunt.

De prima consecratione ecclesie.

Beatus igitur Paciens, consecratione, benedictione insignique reliquiarum munere dilecti Iohannis donatus, iter aggreditur, supernaque ordinante clemencia, Metensibus pastor herilis efficitur. Qui animum divine intendens contemplationi et orationi, basilicam Deo et preceptori suo sancto Iohanni apostolo extra eiusdem muros urbis ad meridiem construxit et consecravit, ipsiusque dente et duodecim particulis de apostolorum vestimentis cum aliis sanctorum pignoribus eam honestavit, et qui inibi Deo servirent instituit, cursuque laborum finito, in pace ibidem quievit, temporibus Anthonii Pii et Adriani imperatorum, in diebus Igini pape[1].

De tempore sancti[a] Pacientis usque ad tempus sancti Arnulphi.

A temporibus huius sancti usque ad beatum Arnulphum defluxerunt quingenti anni et amplius, vinginti quatuor episcopis medio tempore sibi succedentibus, licet ecclesia multis annis vacaverit; a beato Arnulpho usque ad Deodericum episcopum Metensem, qui ecclesiam beati Vincencii fundavit, trecenti anni et amplius defluxerunt, decem et septem episcopis sibi succedentibus, quorum ultimus fuit dictus Deodericus. Hic ecclesie predicte, scilicet sanctorum Apostolorum et beati Arnulphi, Gorzieque et Sancte Glodesindi Beatoque Stephano subripuit, quibus ipsam ecclesiam sancti Vincencii instauravit, et ab Gorzie *p. 3. Sanctique Arnulphi *cenobiis quosdam monachos extraxit, qui inibi monasticam ducerent vitam et iugiter divino famulatui insisterent.

De nominibus episcoporum Metensium usque ad tempus Adelberonis primi eiusdem nominis episcopi, cuius temporibus mutatus fuit ordo canonicorum regularium in ordinem monasticum in predicta ecclesia sancti Arnulphi.

Nomina etiam episcoporum Metensium et ordinem, et quot annis quilibet sedem episcopalem[b] tenuerit, huic[c] pagine annectere dignum duximus, quia maior pars eorum de[d] genealogia et[e] parentela sancti Arnulphi descendit, per cuius cognationem et parentelam ecclesia sancti Arnulphi fundata fuit in bonis et fundis et hereditatibus. Ex gestis quidem pontificum Metensium habemus, quod (G. Mett. Cat. SS. II, p. 268.) sanctus Clemens, qui fuit consul et patricius Romanorum, missus a beato Petro primus obtinuit sedem episcopalem Metensem[f], seditque 25 annis et quatuor mensibus, obiit nono Kalendas Decembris.

Nomina episcoporum et archiepiscoporum Metensium.

Celestis episcopus sedit annis quindecim. Obiit pridie Idus Octobris.
Felix episcopus sedit annis quadraginta duobus et mensibus sex. Obiit nono Kalendas Marcii.
Paciens episcopus sedit annis 14. Obiit 5. Idus Ianuarii.
Victor episcopus sedit annis 9 et mensibus 2. Obiit 10. Kal. Octobris.
Item Victor episcopus sedit annis 3 et mensibus 2. Obiit 9. Kal. Octobris.
Symeon episcopus sedit annis 30. Obiit 9. Kal. Marcii.
Sambacius episcopus sedit annis 18. Obiit 18. Kal Octobris.
Ruffus episcopus sedit annis 28. Obiit 7. Idus Septembris.
Firminus episcopus sedit annis 45. Obiit 15. Kal. Septembris.
Adelfus episcopus sedit annis 17. Obiit 4. Kal.[g] Septembris.
Legontius episcopus sedit[h] annis 34 et mensibus sex. Obiit duodecimo Kal. Marcii.
Auctor episcopus sedit annis 29. Obiit 4 Idus Augusti.
*p. 4. *Epletius episcopus sedit annis 16. Obiit 3. Kal. Augusti.
Urbicius primus archiepiscopus sedit annis 48. Obiit 13. Kal. Aprilis.
Bonolus episcopus sedit annis 3 et mensibus sex. Obiit septimo Idus Octobris.
Terencius episcopus sedit annis 20. Obiit 4. Kal. Novenbris.
Gonselinus episcopus sedit annis 19. Obiit pridie Kal. Agusti.
Romanus episcopus sedit annis 36. Obiit Idus Aprilis.
Fronimus episcopus sedit annis 8. Obiit 6. Kal. Augusti.
Grammatius episcopus sedit annis 25. Obiit 6. Kal. Maii
Agatimber episcopus sedit annis 12 et mensibus 6. Obiit 4. Idus Maii.
Sperus episcopus sedit annis 17. Obiit 11.[i] Kal. Septembris.
Ulicus[k] episcopus sedit annis 25 et mensibus 2. Obiit 15. Kalendas Maii.
Petrus episcopus sedit annis 10. Obiit 5. Kal. Octobris.
Aigulfus episcopus sedit annis 12. Obiit 9. Kal. Decembris.
Arnoaldus episcopus sedit annis 8 et mensem unum. Obiit . . [l]
Papolus episcopus sedit annis 27 et dies 30. Obiit 11. Kal. Decembris.
Arnulphus episcopus sedit annis 15 et diebus 10. Obiit 17. Kal. Septembris.
Goericus episcopus sedit annis 18, sive Abbo. Obiit 13. Kal. Octobris.
Godo episcopus sedit annis 10 et mensibus 2. Obiit 8. Idus Maii.
Clodulphus episcopus sedit annis 40 et diebus 20. Obiit 8. Idus Maii.

a) t. s. *in ras.* b) epla *corr.* episcopalem *c.* c) hic *c.* d) de eorum *c.* e) *ita c.* f) Metenssem *c.* g) *e corr.* h) sedis *c.* i) xv *corr. ut videtur* xı *c.* k) *ita c. pro* Vilicus. l) *des. c.*

1) Ita Gesta l. l.

Abbo episcopus sedit annis 10 et mensibus 7 et dies 26. Obiit 17. Kal. Maii. Cat. epp. Mett.

Aptatus episcopus sedit annis 7 et mensibus duobus. Obiit duodecimo Kal. Februarii.

Felix episcopus sedit mensibus 9. Obiit 11. Kal. Ianuarii. I 5.

Sigibaldus episcopus sedit annis 25. Obiit 7. Kal. Novembris.

Grodegandus archiepiscopus, qui sedit annis 23, mensibus quinque, dies quinque. Requiescit in Gorzia monasterio, quod ipse a fundamentis construxit Obiit pridie Nonas Marcii, et cessavit episcopatus annis 2 et mensibus 6 et diebus 19.

Angelramnus archiepiscopus et palacii capellanus, qui sedit annis 28 et diebus 28. Requiescit in monasterio cuius vocabulum Nova cella. Obiit 7. Kal. Novembris in loco qui dicitur Asnagahunc Chunisberch, et cessavit episcopatus annis 27 et mensibus 4.

Gondulfus episcopus sedit annis 6 et mensibus 8 et dies 7. Requiescit in Gorzia monasterio. Obiit 7. Idus Septembris.

Dominus Drogo archiepiscopus et sacri palatii summus capellanus, filius Karoli[a] imperatoris, sedit[b] annis 32, mensibus quinque et diebus 7. Obiit 6. Idus Decembris in Burgundia, predio Sancti Petri Numeriaco dicto. Indeque corpus eius delatum ad urbem Mediomatricum et humatum est in ecclesia beati Iohannis apostoli Idus Decembris.

Adventius episcopus sedit annis 17 et diebus 24. Obiit pridie Kalendas Septembris.

Vallo episcopus sedit[b] annis sex et diebus quinque. Obiit 4. Idus Aprilis.

Robertus archiepiscopus sedit annis 23, mensibus 7 et diebus 12. Obiitque Metis 4. Nonas Ianuarii.

Wigericus[c] episcopus sedit annis 10 et diebus 30. Obiit Metis Kalendas Martii[d]

Adalbero, opinatissime sanctitatis vir sancteque religionis indefessus ubique reformator, sedit annis 35, mensibus 9, diebus 25. Obiit 6. Kalendas Maii.

Tanto tempore ecclesia sanctorum Apostolorum, que modo sancti Arnulphi dicitur, conventualis extitit, et in ea nonnulli pontificum resederunt, antequam ecclesia beati Ste- p. 6. phani construeretur.

Unde usque ad hodie annis singulis convenientibus inibi conventualibus ecclesiis et canonicis et clero et populo, palmarum a presule sedis fit consecratio. Et omnes presbiteri tocius civitatis tenentur venire in eadem ecclesia ad consecrationem palmarum, antequam canonici veniant, et debent mittere palmas suas ad consecrandum.

In omnibus beatus Paciens Iohanni apostolo adhesit.

Sanctus igitur Paciens, fundator[e] ecclesie sanctorum Apostolorum, sicut a prioribus vicaria relatione cognovimus[1], ex inclita prosapia exortus, sicut nobilitate mundana, sic et opum gloria in minoris Asye regione clarus[f] effulsit. Hanc Asye regionem dilectus Domini euvangelista Iohannes in sorte predicationis divina dispensacione suscepit fideique iugo subiugavit[2]. . . . .

Revelatio sancti Iohannis euvangeliste.

Suscepit pastorale officium.

. . . .

Itaque certo indicio beatus Paciens Mettim civitatem devenit. Quo adveniente, ecclesiasticus ordo cum fideli populo letatur. Et tam ex habitu . . . .

De Iohanne apostolo, quem beatus Paciens fecit primum patronum ecclesie Apostolorum.

Primus et principalis patronus est huius ecclesie Iohannes apostolus et euvangelista . . . . . .

. . . .

et precum suarum obtinent effectum, prestante domino nostro Iesu Christo, qui est honor et gloria in secula seculorum, amen.

Ecce ecclesia, quam beatus Paciens fecit vocari et nominari per omnes ecclesias.

Hec est mater ecclesia, quam beatus Paciens fecit digne fabricari super omnes ecclesias tocius provincie in honore sui magistri Iohannis apostoli et euvangeliste viventis aduc in carne, et ecclesiam eandem construxit marmoreis subnixam columpnis, que postea a Hugnis combusta est. Crevit enim ecclesia in tantum, ut ibi sepelirentur duces et comites necnon barones. Postquam[g] vero beatus Arnulphus fuit ibi tumulatus, parentes illius amore[h] sancti eamdem ecclesiam ditaverunt, scilicet rebus, pocessionibus, privilegiis, in tantum, ut a iuridicione episcoporum excepta, regalis quam pluribus annis extiterit, ut inter ceteras abbacias singularis et specialis honore, dignitate et privilegiis apostolicorum, imperatorum, regum et principum, que adhuc hodie in ipsa ecclesia conservantur[i], perseveraverit, videlicet a Clodoveo, Chilperico, Dagoberto, regibus Francorum, et Pipino, primo filio filii beati Arnulphi, et a Karolo Martello, filio eiusdem principis, et a Drogone duce, fratre Karoli Martelli, et a filiis eius Hugone archidiacone Metense, Arnulpho[k] Burgundionum

a) Karoni *c.* b) sedis *c.* c) Unig. *c.* d) Martis *c.* e) fundato *c.* f) cl. efulsit H. A. r. *in ras. c.* g) Posquam *c.* h) *bis scriptum c* i) construantur *c.* k) Arnupho *c.*

1) Cf. Vitam S. Pacientis, Act. SS. Ian. I, p. 469. editam, quae cum hac partim ad verbum convenit. 2) Fabulosam S. Pacientis vitam omisimus.

duce, et Godefrido duce Lotoringorum et Pipino duce Saxonum et a Pipino Nano, Karolo Magno, Hildegarde regina, Lodowico Pio, Karolo, filio eius, Lothario, Karolo p. 12. Calvo, Arnulpho, Zendeboldo, Conrardo, Octone seniore, Octone iuniore, regibus, imperatoribus, Drogone archipresule, Adalberone episcopo huius nominis[a] primo, Aldeberone secundo, Adelberone tercio, Metensibus archiepiscopis et episcopis, Hugone comite Calvomontise et Eva, uxore eius, Udelrico archiepiscopo Remense et Arnulpho comite, fratre eiusdem, filiis predicti Hugonis, Raimbaldo seniore comite Salmense, Raimbaldo iuniore, filio eius, et quam pluribus aliis episcopis, archiepiscopis, ducibus et comitibus. de quibus dicemus, quorum corpora iacent in ecclesia nostra sepulta et humata, cum venerimus ad eoram genologiam terminandam.

Gens Hugnorum[b] perfida, que proprias nostras sedes vastavit.

Longo tempore post decessum beati Pacientis, scilicet anno ab incarnatione Domini 329, ea siquidem tempestate qua Hugnorum[c] gens perfida proprias mutavit sedes diversasque deinde vastavit regiones, novissime Gallicanum impugnare agressa est orbem, urbes munitissimas[d] licet longa obsidione evertens, ecclesias sanctorum exturbans, altaria sacerdotum sanguine ante ea iugulatorum prophanans, monachos et clericos ludibrio et spectaculis exponens, et[e] omnibus in commune disponens, diversas mortium facies adhibens; et quia sic porcio populi meruerat nequissimi, usque ad internectionem gladius seviebat Altissimi. Inde et contingit, sanctum presulem Nichasium urbis Remensis sicut multos alios cum sancta virgine Eutropia hac Hugnorum[b] incursione marmora ecclesie ymbre preciosi sanguinis cruentasse. Et hinc progressa gens Deo execrabilis et contra naturam humane[f] condicionis nutibus divinis ministra fortitudine victoriam sue dignitatis in rabiem convertens, et circumcirca furendo crudelitatem sue mentis exerens[g], multas Galliarum urbes subverterunt. Audientes autem cives Metenses[h] famam nequissimi *p. 13. populi, fossatis[i] et muris se munierunt et omnes reliquias *sanctorum [intra[k]] menia civitatis, in oratorio scilicet sancti Stephani, iusserunt defferri. Ibique delatus est dens beati Iohannis apostoli et euvangeliste cum ceteris reliquiis apostolorum et aliorum sanctorum a religiosis fratribus canonicis ecclesie sanctorum Apostolorum, que modernis temporibus ecclesia sancti Arnulphi dicitur. Custodite sunt predicte reliquie a canonicis predictis in predicto oratorio sancti Arnulphi, donec predictus malignus populus Hugnorum[c] ad propria est reversus. Sub hoc turbine — — recedebant[1]. Ibidem beatum Valerium Metensis ecclesie antistitem pro lege Dei certantem et eorum violentiam reprobantem assumentes, dyabolica aspiratione sevientes interfecerunt. Omnes eciam ecclesias, que extra urbem erant, dantes incendio preter ecclesiam sanctorum Apostolorum, quam funditus destruxerunt; tabulas enim et columpnas marmoreas et diversa marmorum genera, ex quibus eadem ecclesia fuerat fabricata, abstulerunt et secum in suam patriam devexerunt. Erat enim eadem ecclesia[l], ut refert antiqua auctoritas, super omnes ecclesias tocius regionis illius nobillissime et venustissime fabricata et constructa, marmoreis subnixa columpnis, per quas tota eadem ecclesia substentabatur, et super columpnas tabule marmoree erant posite, et super tabulas *p. 14. marmoreas erant lapides marmorei diversis naturalibus coloribus *inserti. Extendebatur hec iunctura lapidum infra monasterium super columpnas in dextera et in leva parte in fine usque in finem ipsius monasterii. Erant insuper lapides preciosi superpositi capitibus columpnarum, qui contra radios solis et claritatem lampadarum nimio splendore rutilabant. Depicta erat tota eadem ecclesia infra monasterium variis et nobilibus coloribus, auro et argento, opere mirifico decentissime colorata. Quam cum Hugni[m] destruxissent, discesserunt. Sub illorum discessione[n] — — nil solidius videatur[1].

De quodam milite Livaro nobili et strenuo viro, qui acceptis militaribus armis se inter profanos intrepidus audacter tamquam leo immersit.

Fuit in eodem conflictu quidam sanctus nomine Livarius, miles Christi strenuus, claro parentum sanguine progenitus, territorii[o] Metensis indigena. Qui ab ipsis infancie rudimentis studiis spiritalibus in Dei amore eruditus, virile robur ostendens, morum probitate nobilis, iusticie et veritatis sanctitate nobillior, tam Deo quam hominibus acceptabilem se exhibebat in omnibus Hic videns christianos a Huguis[p] diversis penis cruciari, se inter eosdem prophanos intrepidus audacter inmersit. Illi vero in malo perseverantes, ad iracundiam moti, illum in fide constanter roboratum corripientes[q], et absque ulla dilatione quasi virum sevientem adversus sacrilegos maculatum[r] minantes, ad montem exelsum iuxta villam que dicitur Marsal pervenerunt. Ibique non ultra morati, illius dominum nostrum Ihesum Christum advocantis et adorantis ad pedem montis 7. Kal. Decembris caput eius amputaverunt. Sed dominus noster Ihesus Christus, qui numquam ad se convertentes obliviscitur, cuius miracula inenarrabilia[s] sunt, *p. 16. ibi coram omnibus duo mirabilia signa demonstravit. Fons enim statim in effusione *ipsius sacri sanguinis divino nutu coram astantibus nitidissimus emanavit. Deinde caput suum amputatum in manibus

a) nomine *c.* b) Huguorum *c.* c) Hugorum *c.* d) inmutissimas *c.* e) et et *c.*; letum *vel* necem? f) huma | mane *c. in duabus lineis.* g) exeres *c.* h) Metensses *c.* i) fossantis *c.* k) *deest c.* l) ecclesiam *c.* m) Hugui *c.* n) dic. *c.* o) terit. *c.* p) Huguis *c.* q) corip. *c.* r) vinculatum? s) inenarab. *c.*

1) Ex G. epp. Met. c. 13.

suscepit et illud ab ymis partibus usque in cacumina montis deportavit. Ibique, illo adminiculante qui vivit et regnat per omnia secula seculorum, inhumatur. Audiens igitur universus christianorum populus hec facta fuisse miracula in honore beati Livarii, gaudio repletus, confluebant ad eum infirmi diversis langoribus occupati[a], necnon et sani magnalia Dei collaudantes. Et quicumque eum intima cordis intencione deprecabantur et de fonte illius omni prorsus hesitacione remota gustassent, a quacumque detinebantur infirmitate, Deo tanti merito martiris auxiliante, sanitate pristina recuperata, illico convalescebant[b]. Cumque tot et tanta preciosi merito martiris virtutum insignia per universa tam exterorum quam proprii episcopatus loca pululassent et plus quam quingentis annis in eodem monte usque ad tempus Theoderici[c] Metensis episcopi, qui ecclesiam sancti Vincencii fundavit, claruisset hic sanctus miraculis, tandem vir Deo dilectus Theodericus animadvertens que fiebant, corpus beati martiris tot insignibus fulgentis decrevit honorabilius venerari. Igitur dictis facta compensans, perrexit ad locum ubi quiescebat corpus sanctum. Ibique orationi vacans, profusis lacrimis cum omni comitatu Deum laudans atque benedicens, humile sepulcrum aperuit[d] corpusque cum divina reverencia sublevans, Metim perduxit. Clamor vero fletusque utriusque sexus vicini territorii[e] quantus fuit, nequeo verbis explicare. Alii languentes gemebant, alii pectus pugnis tondebant, alii genas ungue secabant, alii cum diversis langoribus curati lugebant. Sed postquam apropinquant menia urbis, occurrit[f] eis innumerabillis virorum ac mulierum populus, ac genibus flexis corpus beatissimum receperunt cum honore. Cunque subintrassent menia, nobilis diversi ordinis clericorum pompa, a suo pontifice non inconsulta, corpus sanctum suscipiens, cum cantilenis ac magnificis[g] Dei laudibus *iter suum ad ecclesiam sanctissimi martiris Vincencii, quam idem predictus pontifex *p. 17 fundaverat, direxit. Quamvis enim hoc quod in itinere contingit non scripserim, tamen de multis unum, quod et memorie et scriptis firmiter tradidi, vobis retexam miraculum[h]. Accidit itaque, cum iam pertransissent Mosella fluvium, et hoc Dei prudencia, ante atrium beati martiris Polienti[i] sanctus Livarius cum suo comitatu requievit. Cunque paululum quievissent et iter suum peragere voluissent, ita sanctum corpus inmobile perhibetur fuisse Ipsum videlicet nec a latoribus[k] nec ab aliquibus diutissime luctantibus moveri posse, videntes circumstantes, et admirantes que fiebant, unanimiter se prostraverunt[l] orationi, et Deum lacrimis et precibus interpellantes[m], quid facto opus esset, audiunt a Domino: 'Ubicumque vir sanctus iter direxerit, sequimini sanctum'. Facta autem hac voce, subito tintinabula prope eminentis ecclesie sponte sua pulsari audiuntur. Viso itaque tanti miraculi signo, mutato gressu ibi benigne divertunt, et intrantes ecclesiam corpusque sancti Livarii deponentes, requieverunt, laudantes et glorificantes Deum, cui est honor et imperium in secula seculorum, amen.

In[n] veteri monasterio Sancti Arnulphi in loco qui nunc dicitur Parvisius a latere sinistro in parte aquilonari in angulo sub arcu lapideo sepultus est Herninus dux Metensis.[1]

. . . .

De ecclesia sancti Arnulphi, et quomodo primo in ea introivit.

Ecclesia[o] ista, que antiquis temporibus ecclesia sanctorum Apostolorum nominabatur usque ad tempus beati Arnulphi, amisit proprium nomen, et canonici illuc tunc temporis delatum [cum[p]] corpus beati Arnulphi vidissent, statim nominaverunt prefatam ecclesiam ecclesiam sancti Arnulphi.

Quomodo beatus Goericus transtulit beatum Arnulphum in ecclesia sanctorum Apostolorum.

Igitur transacto fere unius anni tempore, ex quo sacratissimum beati Arnulphi corpus sepulture traditum fuerat, vir electissimus successor eius Goericus episcopus, consilio inito, coacervata clericorum seu populorum ingenti caterva, asscitis quoque duobus episcopis, pariter pergunt ad heremum. Quo in loco excubias cum reverencia celebrantes, sancta membra ab urna lapidis auferentes, grabato imponunt atque mox arripientes itinera, cum gaudio remeant ad urbem. Nam et suavitatis odor ex hiis sacris membris cunctos replebat evehentes. Sed qualia deinceps in ipso itinere per eundem claruerunt miracula, ut valeo demonstrabo[2].

Quomodo ceciderunt qui portabant feretrum.

Cum autem . . . . p. 19.

Noluit corpus remanere in illo loco ubi ille redarguerat.

Post istud denique in illo itinere mox aliud[q] emicuit miraculum. Quidam homo in pago Calvomontisse nomine Cuinta[r] incestuosus fuit. Hunc ille cum sepius redarguens nec ad penitencie emendacionem

a) ocup. *c.* b) convallesc. *c.* c) Thedericii *c.* d) apper. *c.* e) terit. *c.* f) occurit *c.* g) magnificiis *c.* h) miraculis *c.* i) Patienti? k) laboribus *c.* l) prostravaverunt *c.* m) interpellentes *c.* n) *rubrum deest loco vacuo relicto.* o) Eclesia *c.* p) *deest c.* q) alliud *c.* r) *vel* Ciunta *c.*

1) Sequitur charta Gregorii IX: *Gregorius episcopus servus* etc. — *Datum Viterbii* 6. *Kalendas Maii, pontificatus nostri anno* 10, i. e. d. 26. Mai 1236; abbati S. Arnulfi concedit ius, quotiens necessitas postulaverit, indumenta sacerdotalia corporalia et pallia altarium benedicendi. Deest apud Potthast, Regest. — In cod. archetypo in vacuo loco addita videtur.
2) Haec in Act. SS. Iul. IV. non habentur.

perducere potuisset, in hac vita inpenitentem reliquit. Atque contingit, ut in eiusdem incestuosi villa oratorium esset. Quo in loco itinerantibus congruum erat ut mansio pararetur, ideo vel maxime, quia sanctum corpus oportebat excubiis in basilica debitis honorari. Venientes autem ad terminos prefati hominis incestuosi, terre repente figitur gressus portancium, ita ut ulterius vectandi sacra membra[a] facultatem haberent nec minimam. Ecce vere angustia sacerdotibus et universo populo, quoniam, ad mansionem quo verterentur, ignorabant, presertim cum iam declinata dies esset ad vesperum. Tunc Hocto dux[1] unus erat ex euntibus; ait — videns, quia terram incestuosi huius ingredi despicitur —: 'Est autem procul villa mea. Quo si tendere temptemus, ante nos nox occupabit, quam venire valeamus. Sed et refectionis mihi omnis prorsus inibi deest apparatus, quo tantam multitudinem reficere possim, nisi tantummodo, ut comperi, in uno vasculo[b] modicum quid cervise'. Quibus auditis, universus populus iter retorquens, tanta velocitate pergunt, ut pocius geruli semet ipsos portari quam portare sentirent; atque diei adhuc lucem habentes, ad destinatam perveniunt villam, que ex nomine pocessoris Hoctonis-curtis vocatur. Tunc dux ait: 'Nunc pascat vos beatus Arnulphus nocte ista, quoniam quod deest nobis ipso intercedente adesse potest'. Statim ex[c] tanta exuberancia[d] adcrevit modicitas potus illius, ut omnibus affatim saciatis adhuc in crastinum superesset. Propter quod miraculum idem liberalissimus dux pocessionem ipsam cum omnibus appendiciis Deo et sancto Arnulpho tradidit.

Burgenses recipiunt corpus cum gaudio.

Post hec autem cum magna prosperitate et leticia ad urbem perveniunt. Et ecce mox omnis civitas cum crucibus et cereis atque ingenti gaudio et admiratione obviam currit et pastorem suum, quem dudum veluti fugacem amiserant, celo iam regnantem recipiunt, atque sacrum corpus illius in basilica sanctorum Apostolorum cum reverencia et grandi exultacione sepulcro recondunt[e]. Mox quippe sepultus, quid apud Christum in heremo mercatus sit, suis civibus demonstravit miraculis.

De ceca que est illuminata.

Miraculum. Nam mulier quedam nomine Iulia . . . .

Item de alia muliere sanata.

Miraculum. Aliud denique rursus miraculum non sileam, quod nuper narrante[f] viro religioso Arigisilo abbate comperi. Siquidem mulier quedam nomine Ceucerella in suburbio Mediomatricis degens ausa fuit die dominica operari . . . .

p. 21.

Item de homunculo sanato.

Miraculum. Per idem tempus homunculus fuit nomine Cyaro . . . .

. . . .

Hec nos pauca de pluribus huius viri miraculis vel operibus bonis ut valuimus scriptis vidimus[g]. Ceterum si omnia bona que egit stilo[h] prosequentes membranis inserere studuissemus, enorme volumen et magnum legentibus affuisset.

De anulo[h*] eius.

Unum tamen eius admirabile factum — — abstinentia coartavit[2].

p. 22.

De vita sancti Clodulphi.

Sanctus igitur Clodulphus sanctissimo patre Arnulpho progenitus fuit patrisque formam sanctitatis vel nobilitatis suis inpressam moribus perspicabilem reddit. Cuius beati Arnulphi nobilitatis linea a Troianorum deducta nobilibus, quousque processit divinitus, ut, veluti zona lactea[i] siderum frequencia celum decorat, noctium tenebras irradiat[k], ita eiusdem fecunditas generis et morum luce et virtutum titulis Galliam tripartitam illustraverit.

Quomodo in episcopum deducitur.

Vir itaque Deo amabilis Clodulfus deducitur, honore pontificis insignitur, consecratur, Deo laus et iubilacio redditur, clerus cum plebe colletatur. Clodulphus ingens decus aulicorum[l] fit lumen ecclesie decorum. Clodulphus non ambitu pontificii deposuit[m] comam laici, quod sanctus papa imperat Gregorius, sed dum in timore Dei amministraret dignitatem palacii, divina providente gracia proximorumque utilitate id exigente, non refugit preesse, qui iam opportuno tempore didicerat subesse. Enimvero quia eius occulus intencionis fuerat lucidus, sequens prodidit actus, quantumque sibi placebat in cubiculo cordis, benignitas Dei notum fecit in populis. Gaudebat namque prodesse magis quam[n] preesse, et dum solis celestibus inhiabat, nulli penitus invidebat. Quid plura? Sic se spirituali exercicio mancipavit, ut et in brevi apicem sanctitatis vivendo[o] continenter obtinuerit, et non tantum[p] cum civibus, sed et procul moran-
p. 23. tibus operum lucerna sanctitatis, fama seu materia vel incitamentum eximius fuerit ad celeste desiderium.

a) sacramenta *c.* b) vasculi *c.* c) in? d) exuberencia *c.* e) recundunt *c.* f) narante *c.* g) tradidimus? h) stillo *c.* h*) anullo *c.* i) lacta *c.* k) iradiat *c.* l) alicorum *c.*; *fortasse* laicorum. m) pontifici disposuit *c.* n) quantum *c.* o) v. c. o. *in rasura.* p) tn *c.*

1) Nescio an de Gisleberti filio cogitandum sit. Narratio ex curtis nomine nata esse videtur. 2) Ex Pauli G. epp. Met. p. 264.

Quomodo Clodulphus moritur.

Licet etiam inercia, rubigo studii, huius viri gesta concesserit oblivioni, vigilancia tamen eius in sibi commissum gregem que fuerit, quam vita eius meritis probata extiterit[a] Deo placita, testis est corona illi demum a Christo reddita, et nisi fides fluctuet, presens miraculorum[b] gloria. Hic igitur virtutum plenus atque dives[c] corporali absolvitur ergastulo evi anno sui centesimo[d] tercio, presulatus quadragesimo secundo, ante Idus Iunii die septimo, atque manibus celicorum[d*] celesti presentatur Domino, feliciter regnaturus cum eo. Cuius sacrum corpus a psalenti choro et frequenti populo cum gemitu mixto lacrimarum imbre prosequenti[e] in basilica que[f] tunc Ad Apostolos dicebatur[1] honorifice sepelitur anno ab incarnatione Domini 718. Hic pocessionibus ampliavit ecclesiam Stephani. Sedit annis 42 et 25 diebus sub Romanis G Mett pontificibus Sergio, Iohanne quinto, Iohanne VI, Sisranio[2], Constantino minore, Gregorio secundo; sub imperatoribus prefato Constantino, Iustiniano minore, Leone, Tiberio.

De beata Glodesinde, que iacuit in criptis per viginti quinque annos, postea per Drogonem Metensem archiepiscopum levata ad quandam domum infra Metensem civitatem ab episcopo tumulatur.

Longo tempore post decessum beati Pacientis, primi fundatoris ecclesie sanctorum Apostolorum, temporibus Childerici apud historicos celebratissimi regis Francorum — — tocius corporis referebat[3]. Postea reportata est ad ecclesiam suam ad moniales infra menia urbis, in qua dum viveret religiose fuerat conversata, Transl. c 2. et eam ibidem in monasterio sepelierunt, que ecclesia tunc de novo erat fabricata et ad perfectum deducta. Laudemus ergo dominum nostrum Ihesum Christum, qui sanctam *suam tam magno glorificavit miraculo, et oremus, ut *p 26. per eius merita ad eterna remedia pervenire valeamus, quod nobis prestare dignetur qui vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum, amen.

Iacet insuper in predicta cripta, ubi beata Glodesindis requievit in corpore longo tempore, Wintro dux regionis prime Gallie Belgice, que modernis temporibus Lothoringia nuncupatur. Hic fuit pater predicte virginis Glodesindis, qui adhuc retinet sibi sepulturam in sinistra parte eiusdem cripte in introitu iuxta gradus. Iacuerunt enim multi principes, duces et comites necnon et magne dignitatis persone usque ad tempus venerabilis viri Theobaldi abbatis Sancti Arnulphi. Cum enim venerabilis abbas Theobaldus anno dominice incarnationis millesimo[g] ducentesimo tricesimo nono, temporibus venerabilis Iacobi Metensis episcopi, 1239. nobilissimi et illustris viri, chorum vellet facere longiorem et nova ibi facere stalla et sedilia, ut fratres inibi Deo servientes facilius et commodius et honestius orationi insisterent[h], invenerunt ministri, cum foderent, in choro 22 sepulcra virorum venerabilium, quorum vestes serice et sandalia et cyrotece necnon et anuli[i] et baculi et corone, que omnia inventa fuerunt in sepulchris quorundam predictorum, demonstrant eorum dignitatem et regiam potestatem. Fuerunt eciam ibi invente quedam matrone vestibus regiis indute, quarum capilli[k] usque ad crura dependentes ad instar auri minio[l] rutilabant. Fuerunt insuper in eodem loco inventi[m] pueri sindone et bisso cooperti, et in omnibus quibuslibet sepulcris tam istis quam illis predictis fuerunt inventa virorum epitaphia predictorum. Et quia eadem epitaphia non poterant legi pre vetustate, consultum fuit, ut omnia ossa predictorum virorum necnon et matronarum insimul in uno loco ponerentur. *Posita sunt igitur eadem ossa in *p 27. medio chori in quodam sepulcro candido et honesto, et de hiis omnibus fecit quidam magister tales versus:

Intus erant multi comites regesque sepulti
Vestibus in Tyriis, positis manibus cirotecis.* *gl.: id est cericis n.
Busta quater quinque quorum comperta duoque
Tempore laudati sunt abbatis Theobaldi.
Hiis epigrama datum periit nimis inveteratum;
Nunc locus hic[o] horum digne capit ossa virorum.
Quatuor et natos regali stirpe creatos,
Sicut speramus, cum predictis inhumamus.
Cum bis centenus erat et millesimus annus
Ter denus nonus, datur ossibus hiis locus unus.

Istos quos supra diximus ponimus, ne veniant in oblivionem, quia abbas Theobaldus fecit chorum reparari et invenit corpora regum, imperatorum, archiepiscoporum, episco-

a) extiterint *c.* b) miraculum *c.* c) dř *c.* d) centessimo *c.* d*) celicum *c.* e) prosequuntur *c.* f) tibi *c.* g) millessimo *c.* h) institerent *c.* i) anulli *c.* k) capili *c.* l) *vel* nimio *c.* m) inventa *c.* n) *corr. ex* cirotecis *c.* o) hiis *c.*

1) In Vita, Mabillon Acta II, p. 1048, ita: *ad ecclesiam quae antea Ad sanctos Apostolos dicebatur, nunc autem sancti Arnulphi sanctissimo corpore insignis.* 2) lege: *Sisinnio.* 3) Ex Vita et Transl. S. Glodesiudis auct. Iohanne.

porum, ducum, comitum, infancium et mulierum, et ne fiat dissensio[a] de temporibus, ideo Theobaldus abbas fecit in ista se ipsum ascribi cartula.

Carta de Vigaredo villa, quam Pipinus, Anchisi regis filius, et uxor eius Plectrudis Sancto Arnulpho Metensi dederunt. Progenies prima Pipini ducis.

Pipinus dux, Anchisi regis filius, sancti Glodulphi fratris inclita proles, sub maioris domus nomine Francorum amministrabat principatum regalem. Sciencia quippe ac fortitudine regum degenerante, dispositio fuit Altissimi, preclare huic progeniei, que ex eadem radice processerat, dare insignia Francorum regni. Nec inmerito. Eorum siquidem liberalitate[b], Dei gratia preveniente ac subsequente, ecclesie insigniores[c] tocius Gallie adhuc constant hodie fundate. Etenim si requirantur nobilium fundatores[d] cenobiorum, ab hoc insigni stemmate[e] inveniuntur processisse. *Hinc est quod ego Pipinus dux et uxor mea dedimus ad omnipotentem Dominum quandam villam nostram nomine Nugaretum. Proinde iterum ego Pipinus et uxor mea Plectrudis cogitantes* . . . .[1]

p 28. Hec est carta Drogonis ducis Burgundiorum et uxoris sue, quam ipse dux dedit pro Marioles villa sua, que est sita in comitatu Metensi, pro anima sua et pro animabus filiorum suorum atque heredum[2].

p. 29 Carta Arnulphi ducis filii Drogonis.

Ego Arnulphus dux post patrem meum Drogonem villam meam Weanto concedo post mortem patris mei Drogonis. Et sic fiat secundum istam litteram, que sic describitur. . . . .[3]

p. 31. *Ego Hugo Metensis primicerius, sacerdos humilis, et germanus meus vir illuster Arnulphus dux necnon Pipinus et Godefridus istud ascentaverunt in hunc modum et secundum tenorem istius littere*[4]. . . . .

p 33. Carta Hugonis sacerdotis, filii Drogonis[5].

p. 34. *Ego Godefridus dux, filius Drogonis ducis, tradidi ecclesie sancti Arnulphi Floriacum et quitquid ibi aspicit pro me et pro patre meo et fratribus meis*[6]. . . . .

Progenies quinta[f]. De Pipino, avo eorum, et de eius audacia.

p 35. Pipinus istam donationem dux stabilivit et dedit cuilibet filio donum et patri filiorum suorum, ita quod unusquisque daret predium suum beato Arnulpho. Hic fuit tante audacie, ut Reni flumen cum uno satellite[g] transvectus, sibi quendam adversarium in cubiculo residentem cum suis obtruncaverit; Saxones Frixonesque contrivit. Hic de uxore sua Plectrude
p 36. genuit Grimaldum[h] et Drogonem duces, et aliam superducens uxorem, genuit ex ea Karolum Tudeltem[i], qui Saracenos sic depressit, quod actenus arma Francorum formident. Qui Karolus Tudeltus[i] genuit Pipinum regem, statura quidem parvum, sed virtute magnum, ut singulari assultu[k] leonem asseratur discerpsisse[k*] velut agnum. Ipse enim dedit domino pape marchiam Garnei[l] et comitatum de Bonevent[m] et ducatum de[n] Spolitum et multa alia bona
Paul.G.Mett. erogavit ecclesiis. Huius filius fuit Karolus Magnus, qui pre cunctis precedentibus Francorum regibus ampliavit regnum, Langobardos sustravit, Constantinopolitanum imperatorem sine prelio sue dicioni associavit. Ipsam urbem Romuleam gementem sub Langobardis cum tota Italia suis addidit sceptris[o]. Ex hoc surrexit[p] Ludovicus rex Pius, qui prebendas, claustra regulasque clericis ac monachis ordinavit.

De Karolo et de regina Hildegarde, quomodo Deus deffendit eam.

Karolus Magnus imperator, filius Pipini regis Nani, magnum congregavit excercitum et magnos barones, archiepiscopos, episcopos, abbates, comites et duces ad investigandum tale delictum[7]. Hac[q] quomdam precella[r] nupta regi Karolo[s], malum suspicionis impausabile temptavit vexare testimonium eius pudicicie[t]; at[u] illa constantior, bone[v] teste consciencie, divini experimento iudicii sese commisit purgandam. Dies itaque statuitur, et in beati confessoris Arnulphi basilica locus et ordo examinis preparatur. Illic rege cum pontificibus astante, adest venerabilis regina gerens spem haut dubiam mentis de superni

a) discencio *c.* b) libertate *c.* c) insigniore *c.* d) fundatoris *c.* e) stegmate *c.* f) *in inferiori marg. c.* g) satallite *c.* h) Girmadum *c.* i) *ita c.* k) asulto *c.* k*) discerpisse *c.* l) *quid sub hoc vocabulo lateat, subsannare non possum.* m) Bovenent *c.* n) diespolitum *c.* o) adidit septr. *c.* p) surexit *c.* q) Hec *c.* r) p̃cella *c.*; precelsa? puella? s) Kalo *corr.* Karolo *c.* t) pudicie *c.* u) aut *c.* v) bona *c.*

1) Editum Dipl. p. 92. 2) Dipl. p. 212. 3) Dipl. p. 213—14. 4) Dipl. p. 214. 5) Eadem repetita. 6) Dipl. p. 215. 7) Haec fabulosa esse, vix est quod moneam.

equitate iudicis[a]. Intrat oratorium, et dictu mirabile, dum cirotecas manibus extractas ancillule[b], illa nimis attendente, porrigit[c], radio[d] solis ab australi fenestra emicanti velut ligneo fasci[e] superposuit[1]. Ac demum orationi devota incubuit. O preclara virtus castitatis! Ecce matrone castitati radius[f] *famulatur *p. 37. solis, suum cognoscens creatorem esse hospitem castitatis. Quippe mens subiecta Deo supereminet huic elemento. Miraculo rex obstupuit[g] et cum reverendis presulibus adcurrit; fidelis regina de solo levatur, ad gratiam serenissimi coniugis carissima revocatur mirabiliumque Dei magnitudo[h] predicatur. Quantum deinceps isdem locus prediis, auro variisque ornamentis fuerit eorum liberalitate[i] ampliatus, patet istuc[k] advenientibus. Et si hec etate nostra sunt minorata, conferentium tamen benedictione [non[l]] caret memoria. Quamvis[m] pulchra sunt hominum occulis ista, sed morum ornamenta in oculis angelorum pulchriora; at qui non homines propter locum, sed propter homines locum diligit Deus ac protegit

De quodam famulo ceco et claudo quomodo sanatus est.

Transeunte postmodum volabili annorum curriculo[n], cuius fuerit meriti prefata regina, pietas declaravit divina. Sarcophagum siquidem ipsius dum veteri monasterio ad locum novi, ubi nunc iacet, transferretur[o], aderat . . . . Astantes hoc signo gavisi consilio parili[o*] sarcophagum locant secus altare beati Arnulphi in parte aquilonari.

De gloriosa morte Hildegarde.

Anno ab incarnacione domini nostri Ihesu Christi 783. obiit beate memorie gloriosa ac venerabilis regina Ann. Mett., SS. I, p. 164 n. Hildegardis 2. Kal. Maii, quod evenit tunc in vigilia ascensionis Domini, et sepulta est iuxta urbem Metensem in basilica Apostolorum.

De vita sancti Amalarii, et de eius glorioso sepulchro, et de eius miraculis sanctis.

Subnectimus eciam huic pagine memoriam piissimi sacerdotis Amalarii[p] Treverensis archiepiscopi, p. 38. ut dicitur, qui cancellarius dicitur extitisse Karoli Magni, cuius monumentum in medio cripte monasterio subiecte eidem conspicitur venerabile. Eius quidem sepultura, dum causa fundandi augustius oratorium ossa reliquorum[q] effractis monumentis exponerentur, divinitus minime potuit immutari. Tandem Deo favente operi perfectio imponitur. Et ecce frater quidam custos ecclesie, Gregorius nomine, scrupulo[q*] forte tangitur, et raptis quibusdam ossiculis de ipsius sepulchro, meritum viri cognoscere aggreditur; que dum prunis[r] ardentibus inferret[s], vidisses illas, visu mirabile, resilisse, et quasi motibus reclamasse, ossa viri Dei non esse ausas attingere, quia, dum advixit, in se celesti rore viciorum flammam prudens extinxit. Quo signo perterritus[t], sepulchro reponit ossa festinus. Insecuta igitur nocte dum quietis dono frueretur, adest vir Dei cum quodam pedum sonitu a levo cripte aditu. Illac quidam erat prenominati fratris stratus[u], et verberi cum tremore subiectum[v] increpavit acrius, [quod[w]] se inquietare[x] fuerit ausus. Molestia ergo corporis monachus pervaditur, sed satisfacione digna levigatur. Non post multum temporis dompno[y] Aldeberoni episcopo Metensi, loci nostri amico fideli, fuit desiderium, ut in cripta eadem sibi collocaret[z] mauseolum. Quod ibi fuisset adimpletum, dum presuli[a] vite finis immineret. Vir isdem Dei Amalarius fratri nominato superius apparens, talia sciscitatur: 'Cui iuxta me paratur sepultura'? At ille inquit[b]: 'Pie memorie Adelberoni episcopo Metensi'. Ad hoc vir Dei Amalarius: 'Publica hoc', inquit, 'in populo, quia divinitate propicia, donec istic humo tectus ero, nullus mecum participabitur sepulchro'. Nam quamvis ille minus[c] . . . . quod notificaverit, exitus tamen rei comprobavit. Nam presul adhuc vivens dum se istuc deferri iussisset[d], quorumdam consilio id fuit impeditum, *et in basilica sancti *p. 39. Salvatoris ab eodem augustabiliter constructa sortitus est tumulum[2]. Quanti vero apud Dei maiestatem hic Amalarius habeatur, plurimorum liberatione febricitantium[e] comprobatur, quod ad presens dicere obmittimus; quia, si fides assit, cothidie agitur. Item mulieres debent habere pacem cum maritis suis, cum ad ipsum veniunt deprecature, et eciam homines per orationes et per missas sepe credunt subveniri.

De vita sancti Redemptii.

p. 39

De sancto Redemptio, qui fuit apud Caminetum nostrum fundum, scilicet[f] fundum Sancti Arnulphi, retro altare sancti Mauricii sepultus, vobis significamus[g], quod ipse magna miracula olim fecit, quia quosdam de sacri ignis molestia liberavit. Inter quos Walterus in metalli speciebus et opere satis fuit utilis vitreo. Quem a predicto igne divino pervasum beati Redemptii meritum cum aliis quam plurimis ambesum iam pedibus eripuit. Dompnus abbas Richerus et prepositus Theobaldus fecerunt corpus beati Redemptii ad ecclesiam beati Arnulphi deportari, dum perficeretur opus in ecclesia beati Mauricii, et posuerunt eum in cassa[h] lignea, donec cogitarent, quid inde facere possent. Quidam autem custos quid

a) iudiciis *c.* b) ancilule *c.* c) porigit *c.* d) raddio *c.* e) fusci *c.* f) radiis *c.* g) obstipuit *c.* h) magnitududo *c.* i) libertate *c.* k) istud *c.* l) *deest, legendum videtur:* m. n. c. b. m) Fuuu[g] *c.* n) curiculo *c.* o) transferetur *c.* o*) *ita c.* p) Amallarii *c.* q) riliquiorum *c.* q*) scapulo *c.* r) primis *c.* s) inferet *c.* t) preteritus *c.* u) stractus *c.* v) subiectim *c.* w) *deest c.* x) inquietate *c.* y) dompni *c.* z) coloc. *c.* a) presulis *corr.* presuli *c.* b) inq̄. *c.* c) *quaedam deesse apparet.* d) iusissot *c.* e) fabricitantem *c.* f) sc f. *bis scriptum c.* g) magnificamus *c.* h) *ita c.;* capsa?

1) Similia de aliis sanctis narrantur; v. Rettberg KG. II, p. 66 n. 30. 2) Cf. Gesta c. 49. De Adelberone II. igitur sermo est.

inde faceret [nescius[a]], posuit inter cadavera mortuorum illud beatissimum. Unde prior et alii senes quesierunt, nec potuerunt invenire, quia Richerus abbas et Theobaldus longo tempore iam solverunt debitum morti. Iste vero Redemptius sacriscrinius ipsius[b] Karoli Magni imperatoris[b*] prisca refert antiquitas.

p. 39. Preceptum Karoli Magni de villa Camineto et appendiciis eius, que coniunx eius regina Hildegardis beato ac venerabili patrono sancto Arnulpho dedit feliciter.

p. 40. *Karolus Magnus gratia Dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum. Notum facio universis, quod Pipinus dux dedit villas suas, scilicet Nugaretum et Floriacum et Mariolas et Flavigneiacum et Vigeum ecclesie sancti Arnulphi pro remedio anime sue et pro remedio anime Drogonis, filii sui, et filiorum suorum Arnulphi, Godefridi et Hugonis archidiaconi. Preterea ipse Pipinus dux dedit privilegium abbati ceterisque dominis, ut nulli serviret *preter regibus, et abbas portaret anulum[c] ex parte regis.*

Preceptum Karoli Magni de villa Camineto et appendiciis[d] eius, que ut supra[1].

p. 41. Carta de vacariis et subtus curtem cum appendiciis eorum, atque ecclesia, quam beata Hildegardis dedit Sancto Arnulpho.

p. 43. Preceptum Arnulphi regis de villa Ars optimum, quam dedit Sancto Ar-
892. nulpho servientibus. Donum Arnulphi regis de Arx[2].

p. 44. Preceptum Arnulphi regis de villa Arx[3].

889. p. 45. Preceptum Arnulphi regis de villa Arx. Donum illius imperatoris de Arx[4].

892. Preceptum Karoli imperatoris de villa Rumeliaca[5].

p. 46. Preceptum decimum Lotharii imperatoris de fisco Rumeliaco[6].

p. 48. Preceptum Ludovici regis de villa Rumiliaca et de Navis. Donum Ludovici imperatoris[7].

p. 49. Preceptum Karoli imperatoris de ecclesia que est in villa Iussiaca. Donum Karoli Calvi imperatoris, qui dedit Iussiacum cum ecclesia[8].

p. 51. Carta[e] Zendeboldi imperatoris. Ista non fuit carta Zendeboldi, sed fuit Henrici imperatoris Romanorum semper augusti.

p. 52. Zendebaldus Dei gratia imperator Romanorum dedit istas villas, Wallina scilicet, Mellanc, Cherligen, Chettingen cum omnibus appendiciis suis, quas abbas et monachi Sancti Arnulphi in concambium dederunt pro quibusdam aliis villis, sicut percipietur in littera Heinrici regis sub hac forma[9].

p. 53. Epitaphium Rothaidis, filie Pipini regis gloriosi, que[f] in isto loco iacet[10].

p. 54. Item epitaphium alterius filie Adeleidis nomine, que eciam in isto loco tumulata est[11].

Epitaphium Hildegardis regine, que eciam in loco isto tumulata est[12].

p. 55. Epitaphium filie Karoli Magni Adeleydis nomine, que nata de thalamo[g] eius est, quando isdem Italiam subegit[13].

Item epitaphium Hildegardis, filie cuius supra[14].

Hic Ludovicus imperator magnus et pius sepelitur.

p. 56. Ann. Fuld. (Mett. 840). Anno ab incarnatione Domini 838. Ludoicus, filius imperatoris, partem regni trans[h] Renum quasi[i] iure sibi debitam affectans, per Alamanniam facto itinere, venit ad Francenvort, ad se multorum orientalium Francorum animis prudenti consilio conversis Quo comperto, imperator de Aquitania[k] infecto negocio redire compulsus, Drogonem archicapellanum et Adalbertum comitem cum aliis multis premisit ad tuendum litus occidentale Reni fluminis. Ipse vero sequutus, in Aquisgrani pasca celebravit. Hiis temporibus per aliquot[l] noctes rubor aeris nimius apparuit[m], ita ut unus trames ardens ab euro, alter ab circio exorientes, in conum coirent et quasi[i] coagulati sanguinis speciem in summitate celi monstrarent. Post pasca autem imperator collecto exercitu, filium per Turingiam usque ad terminos barbarorum persequitur. Exclusumque a finibus regni per Sclavorum[n] terram cum magno labore Baioariam redire compellit. Ipse vero, rebus in partibus illis ordinatis, ad Salz villam regiam reversus, dies letaniarum[o] et ascencionis Domini celebravit

a *deest c.* b) ipsum *c.* b*) *supple:* fuit ut. c) anullum *c.* d) apend. *c.* e) *haec in rasura.* f) qui *c.* g) tunulo *vel* timulo *c.* h) tras *c.* i) quasy *c.* k) Aquittannia *c.* l) aliquos *c.* m) apar. *c.* n) pars clavorum *c.* o) letaniorum *c.*

1) Böhmer, Kar. 119; Sickel 99. 2) Böhmer, K. 1094. 3) Ib. 1060. 4) Ib. 1094. 5) Ib. 1536. 6) Ita subscriptum: *Idus Augusti anno — domni Karoli pii imper. indict. 3. Actum Magoncia civitate.* 7) Ib. 853. 8) Ib. 1761. 9) Stumpf Nr. 2864, sed legitur: 17. *Kal. Septembris.* 10) Pauli G. Mett. p. 265. 11) Ib. p. 266. 12) Ib. p. 266. 13) Ib. p. 267. 14) Ib. p. 267.

solempnia. In ipsa autem vigilia ascencionis Domini, hoc est in quarto Idus Maii, eclipsis solis circa septimam et octavam horam diei facta est tam valida, ut eciam stelle propter obscuritatem solis vise sint rebusque color in terris mutaretur. Ann. Fuld. (Mett.) 840. Imperator vero illis diebus morbo correptus[a], egrotare cepit et per Menum fluvium navigio ad Franconofurd, inde post dies paucos in insulam *quandam Reni fluminis in Inglibim[b] delatus, morbo invalescente, 12. Kal. Iulii diem *p. 57. ultimum clausit. Corpus vero eius Metis civitatem perlatum, in basilica sancti Arnulphi confessoris honorifice sepultum[c] est in capitulo. Postea cum ecclesia fuit fabricata de novo, tunc a monachis fuit positum in plaga australi iuxta altare beati Stephani prothomartiris Christi, qui locus est proximus Hildegardis regine.

Sepelitur Drogo, frater eius, archiepiscopus Metensis.

Drogo, filius Karoli Magni imperatoris, archiepiscopus Metensis sedit annis 32 sub apostolicis Valentino, Gregorio IV, Sergio. G. Mett. c. 40. Hic archiepiscopatus honore sublimatus est et sacri palacii moderator extitit. Hic levavit corpus ab humo sancte Glodesindis virginis. Plurima egit magnifica, sicut qui vicem apostolicam gerebat cis Alpes per totam Galliam. Obiit in Burgondia anno Domini incarnationis 813, 6. Idus Novembris; corpus eius inde relatum sepelitur in ecclesia sancti Iohannis euvangeliste Metensis, ubi et Lodoicus Pius imperator, frater eius, quiescit feliciter cum matre sua Hildegarda regina.

Incipit exitus canonicorum regularium et introitus monachorum nigrorum p. 57
in ecclesia sancti Arnulphi Metensis. Preceptum Ottonis regis de monasterio sancti Arnulphi, ut monachorum ordo ibi perpetualiter servetur.
Hic incipit monachorum ordo[1].

Preceptum Otthonis regis de abbatia sancti Arnulphi Metensis[2]. p. 58.

Carta ac preceptum dompni Adelberonis pontificis de monasterio sancti Arnulphi, ut religio monastica ibi devote servetur[3]. p. 59.

Carta Adelberonis pontificis de terra Sancti Arnulphi de mansis undecim et terris circa monasterium iacentibus et de dagla una Purnedo sita, que omnia dompnus Adelbero pontifex dedit; concedimus eciam usum censuale, quod est in festivitate egregii confessoris Christi Arnulphi[4]. p. 60.

Carta de Layo, qualiter Eva comitissa et filius suus Udelricus Dei gracia Remorum archiepiscopus dederunt Sancto Arnulpho[5]. p. 63. 950.

Item carta alia comitisse Eve de Layo quomodo datum fuit in elemosina[6] Beato Arnulpho. p. 65. 9(50).

Carta[7] optima de Layo[8]. p. 67. 958.

Quomodo Arnulphus comes a matre sua est in ecclesia sancti Arnulphi tumulatus. p. 72.

Generosa etenim beati Arnulphi prosapia longe lateque diffusa[d] adeo est divinitus[e] exaltata, ut regni Francorum obtineret[f] sceptra. Ex horum germine nobili comes prodiit Arnulphus, clarissimi comitis quondam Hugonis filius, qui paci iusticieque studens, dum obviat nocentibus, innocenter est trucidatus. Cuius corpus mater eius venerabilis Eva nomine procurans diligentissime, ad beatissimi basilicam Arnulphi Mettim devexit illicque sepulture contradens, castrum sui iuris quod dicitur Layum pro filii sui [anima[g]], qui requiescit[h] ibidem, ut in carta continetur, delegavit. 950.

Assumptio[i] sancti Clodulphi, fratris eiusdem[9] Arnulphi, in ecclesia Layensi[10].

Processu vero temporis, domino Udelrico Remensi archiepiscopo, dicti[k] superius defuncti germano, optinente, et Metensi episcopo venerabili Adelberone, eorum cognato, id libenter annuente, beatissimi ossa sancti Clodulphi ab ecclesia sancti Arnulphi, priori loco capite reservato, apud Layum sunt translata, et ex beati *Arnulphi cenobio fratres deputati, *p. 73 qui iugiter ibidem divino insisterent famulatui[l]. Fuit autem hec translatio facta temporibus predicti Udelrici Remensis archiepiscopi et dompni Adelberonis Metensis episcopi quadragesimo anno, dominice incarnationis nongentesimo 59, 8. Idus Septembris. Dignum sane 962–969. 959.

a) corept. c. b) Imuglibim (?) c. c) sepulptum *corr.* sepultum c. d) difusa c. e) dimunitus *corr.* divinitus c. f) obtinent c. g) f. suorum c. h) requie c. i) Asumpsio c. k) e *corr.* c. l) famulatu c.

1) Dipl. Ottonis I, Stumpf Nr. 94. 2) a. 948. St. 166. 3) Calmet edit. 2. II, p. 188. 4) Ib. p. 185. 5) Ib. p. 196. 6) Ib. p. 198. 7) Udelrici, filii Eve comitisse. 8) Calmet p. 207. 9) Sancti Arnulfi episcopi. 10) Lay.

fuit, ut, ubi existeret armorum tumultus, adesset Dei cultus, et locus beati Arnulphi ortu laudabilis sancti corpore Clodulphi fieret venerabilis. Qua deinceps potenti signorum virtute sanctum suum Dominus[a] dignatus est honorare, pro nostri modulo ingenii inseramus lectioni. Elapso ergo prolixo temporis curriculo, vir venerabilis Richerus ex illustri comitum Barensium prosapia ortus, predicti monasterii, videlicet Sancti Arnulphi Metensis, abbas, necnon et religiosus vir Renerus eiusdem cenobii monachus et custos ecclesie Layensis, quod ad predictum cenobium spectare dignoscitur, cum magna veneratione ossa beatissimi Clodulphi, que in cassa lignea longo tempore fuerant reposita et observata[a*], in feretro auro et argento ex ipsorum sumptibus et expensis confecto, margaritis[b] et gemmis aliis mirifice adornato, gloriose et honorifice collocarunt. Actum anno dominice incarnationis 1215.

1215.

De miraculis sancti Clodulphi[c].

1051–1069. Contigit dompni Udonis Leucorum presulis tempore, ut populo peccanti pluviam denegaret[d] nubes celi et tellus arida rara fere germina [daret[e]]. Ecclesiasticis cum[e*] populo attonitis hoc periculo consilium fuit, in communi precibus placare iram Dei, et quia de qualitate diffidebant[f] meritorum,[g] suffragia sanctorum. Dies itaque indicitur, omnibus adesse precipitur; sanctorum corpora cum letaniis educuntur ab aditis et in huius conspectu ideo[h] faciei presentantur Conditoris, ut eorum meritis mortalium parceret delictis.

De receptione Clodulphi in medio eorum[i].

Est prope Layum ancillarum Dei monasterium perpetue virgini Marie dedicatum, ad quod erat dispositum sanctorum deducere lipsanum. Quo in loco cum per dies aliquot pervocassent[k] omnipotentisque Dei misericordiam sperarent, quorundam fuit petitus, ut beatus eciam illuc deferretur[l] Clodulphus. Verum presumptio ceca quorundam minime adquiescens, presencium sufficere sanctorum merita dicens, statuunt cum sanctorum gestamine ad propria redire. Iam a predicto procul monasterio procedentes, ad fluminis pontem prompti decurrentis[m] venerant, et ecce reliquias portancium gressus solo herebant divinitus. Videris[n] turbarum mentes fluctuare et de ignotis varia referre. At quidem venerandus memoria Wigericus abbas cenobii Sancti Apri, illuminatus, ut fas est credi, celitus, iussit[o] circumstantibus: 'Sanctorum, dilectissimi[p] fratres, dilectio, qua sociantur Deo in excelsis, ita est indissolubilis[q], ut omnes offendantur in quo uni derogatur, nisi correctio competens subsequatur. Quocirca quod contemsit quorundam insolencia, fraterna devote compleat concordia. Mittatur Layum nuncius, et omni cum obsequio sanctus istuc deferatur Clodulphus'. Hoc cum[r] placuisset omnibus, dispositis in subselliis[s] sanctorum pignoribus[t], legatus velociter mittitur, et beati feretrum Clodulphi cum populi frequencia educitur. Nec mora, ecce sanctorum loculi pontificum Mansueti atque Apri venerabilium, qui ample superpositi fuerant tabule, non sine ammiracione astancium separati sunt. Alteruter tanquam veluti applaudentes compari locum prebuerunt in medio sui.

De receptione Clodulphi in medio eorum.

Quid, fratres karissimi[1], quid in hoc ammovemur facto, nisi quod hiis locus est in celo, qui fraternitatis obsequio pre ceteris student in mundo, proximorumque iniurias pacienter ferunt pacem sectando, sine quibus impossibile est Deo placere. Tanto perculsi miraculo, peccatricia[u] tondentes pectora, Ihesu laudabant magnalia. Verum et cum magna esset celi serenitas[v], ymbriferarum repente supervenit nubium densitas, vicinaque velocitati repetencium tecta occurrit[w] pluvia, et non solum vias platearum, verum et vestes hominum cerneres[x] fluere torrentes aquarum. Igitur reliquiis aquarum mole vexatis, sanctorum geruli a iaculis nullibi[y] protecti, ecclesiam beati Martini sibi contiguam[z] petebant; sed sancti feretri confessoris Clodulphi vectes sese cum fragore sursum ter attollentes, templum sancte Dei genitricis Marie adire compulerunt portantes. Iam vero pluviarum lentescens paululum impetus omne prosequitur vulgus; honor sanctis, laus Deo exibetur; altari perpetue virginis Marie sanctus Clodulphus cum suis comparibus superponitur; orationi denuo ab omnibus insistitur. Gratiarum actione Deo et sanctis pro effectu relata, res agitur de reditu[a] ad propria. Ceteris ad iter peragendum levatis, Clodulphus remanebat inmobilis. Nostri merebant, alii stupebant. Dum siquidem astancium mens in diversa se devolveret, repentina ecce choruscacio apparuit, Mosaici temporis respondens exemplo, exauditas esse[b] populi preces in tempore opportuno. Hinc admoventes manus, sanctum levant; tanto levius levant, quanto prius herebat forcius. Signis omnibus talibus iocundati[c], rediere ad singula singuli. Terra sufficienter compluta, eodem deinceps die ad autumnum[d] usque illa hora singulari stillatur[e] rore celi. Tua sunt ista, o arbiter equitatis, fons et origo pietatis, qui tua inenarrabili[f] gratia tales assumendo effecisti[g] de roris[h] massa, per quos et tua cognosceretur bonitas et humana tibi reconciliaretur[i] fragilitas!

a) *suprascript. c.* a*) obserata? b) margaritas *c.* c) Codulphi *c.* d) denegaretur *c.* e) *deest c.* e*) ꝯ *saepius c.* f) difid. *c.* g) *sic distinguendum videtur; fortasse supplendum* implorare. h) idus *c.* i) *rubrum delet manus recens (saec. XVI) et addit in marg.:* De separatione sanctorum Apri et Mansueti. k) pernoctassent? l) deferetur *c.* m) decurentis *c.* n) Videns *c.* o) iusit circūst. *c.* p) dillectissimi *c.* q) indisolubilis *c.* r) ꝯplacuisset *c.* s) subseliis *c.* t) pigneribus *c.* u) pecatricia *c.* v) cerenitas *c.* w) occureret *c.* x) cernentes *c.* y) nubi *c.* z) contingam *c.* a) redditu *c.* b) ecce *c.* c) iocunditati *c.* d) ātumnum *c.* e) stillart *c.* f) inenarabili *c.* g) efecisti *c.* h) roꝗ *c.; vocabulum deesse videtur.* i) reconsil. *c.*

1) Haec certe ex alio transscripta sunt libro.

Miraculum contra siccitatem.

Secundo eciam dignitati et dignationi placuit divine terrigenis declarare, quanta in celesti curia Clodulphus fulgebat gloria et in superni Regis aula cum civibus Domini polleret gratia. Propter inobedienciam siquidem populi nubes denegabant[a] officium pluendi, et necessitas mortalium precibus querebat sanctorum divinum complacare vultum. Ad superius erigitur[a*] iam dictum beate Dei genitricis templum; cum patronorum reliquiis suorum Tullenses adsunt, Layenses cum protectore singulari pariter occurrunt[b]. Mirabile visu: cum sancti Clodulphi feretrum[c] teneretur ante altare, tanti ponderis fit repente, ut ultra minime valeret procedere. Cumque omnes mirarentur, subito superadveniens coruscatio presentes ferme reddidit exanimes et baiulos humi prostratos; loculus in aere pependit[c*] longissime. Sibimet ipsis tandem redditis, feretrum imponunt altari, orationeque completa, deliberant redire[d] ad sua. Sed sancti Clodulphi non valent[e] levare lipsana, reliquorum sanctorum levata[f]. Meror nostros cum stupore, gemitus et lacrime circumstabant. Undique conferuntur munera, nec movetur, donec iniuria eidem facta coram omnibus recognoscitur; abbatissa namque ipsius loci apud Tumbulas quandam sancti terram vendicabat: sibi tandiu sanctus mansit inmobilis, quousque satisfecit culpabilis.

Est presagium in patrono. p. 76

Est et in presenti patrono venerabili . . . .

De eodem presagio. p. 77.

Alio rursus contingit tempore . . . .

De quodam[g] milite Bernardo nomine.

Bernardus miles[h] de castro Asinancia nostris plurima inferebat iniusta, et ea contigit tempestate, ut pro superiori necessitate sanctus ad predictum Clodulphus[i] deferretur castrum. Certatim castrenses accurrebant[k] milites et oblatione facta gaudebant secum vehere pignora . . . .

Similiter quidam Gerardus. p. 78.

Simili modo eiusdem gravantur gestamine qui ex ipsius aliquid rebus violenter noscuntur invasisse. Gerardus siquidem militaris de Dompni-Martini-villa quandam sancti confessoris vineam iniuste vendicabat parti sue. Casu accidit, ut per eandem sanctus deveheretur Clodulphus, idemque gerulus[l] Gerardus videbatur esse . . . .

De privilegio Clodulphi episcopi.

Multi adhuc superstites assertionis[m] mee assunt testes, quia . . . .

De laudabili Anthonio monacho, et de lapidibus qui ceciderunt infra turbam nec nocuerunt eis propter meritum sancti Clodulphi. p. 79.

Laudabilis memorie Anthonius vir in constructione et in ecclesie Dei decore admodum studiosus, qui eciam postmodum Senoniensibus abbas fuit datus[1], prepositure officium Layensis strenue amministrabat providus. Huic Deo auspice visum fuit, quatinus sanctissimi Clodulphi confessoris [monasterium[n]] productius atque amplius fieret et senio iam labile repararetur elegantiori opere. Instabat igitur in ceptis, et cancello perfectioni imposito, confessorem sanctum a monasterio veteri eductum placuit transferre in novum. Concursus undique adest populi, quidam devotione, quidam visus novitate. Itaque cum inducerent sanctum, compressione multitudinis ex impulsa machina statuarum, que operi novo serviebat, tres lapides quadri non modice quantitatis deciderunt in medio turbe, et improviso attoniti iam sibi putant atria patere mortis. Sed meritum sancti omnes protexit, quorum adventus causa ipse extitit. Confusio tandem clamoris cedens silencio, expertum est in sancto, quanta presentibus affuisset protectio.

De muliere ceca et sanata.

Eodem quoque die quedam cum reliquis mulier aderat . . . .

De alia muliere curvata. p. 80.

Alia similiter femina . . . .

De quodam milite cuius domus fuit succensa et liberata.

Domus erat militi cuidam Lamberto eiusdem ville indigene in eiusdem monasterio, quam intempeste noctis hora subito corripuit[o] flamma . . . .
Maximis maiora prosequuntur. Crux aurea Karoli Magni cum eiusdem speciei calice metalli in eadem domo archa inerant inclusa. Unde quidam[p] pertimescentes dum ad vicem conquererentur[q] gementes, unus de populo repente prosilit, in medio flammarum et carbone inmersus ardenti, predictam cum calice

a) dampnabant *c.* a*) dirigitur? b) occurunt *c.* c) *post hanc vocem scriptum erat* imponunt altari, orationeque completa deliberant redire ad sua, *sed deletum.* c*) perpendit *c.* d) reddire *c.* e) vallent *c.* f) *quaedam deesse videntur.* g) quodem *c.* h) milles *c.* i) Clodulphum deferetur *c.* k) acurebant *c.* l) gevillus *c.* m) asertionis *c.* n) *deest c.* o) coripuit *c.* p) quidem *c.* q) conquerentur *c.*

1) a. 1098, mortuus a. 1136; Gall. chr. XIII, p. 1386.

crucem illesus[a] revexit linteamine cum integro, unde fuerant involuta, archa undique combusta, in qua fuerant reposita. Nec mirum, quia, ut post patuit, preclara sanctorum pignora ne frangerentur, gloriosa fides principis iam dicti ad tutelam[b] suique salutem quondam tali metallo includi iussit.

Carta de Dei villare.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos Burgulfus, Thonellus milites et comites[c] *dedimus — — iussimus assignari*[d].

p. 82. ### Carta de Champegnuelles.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Albolfus comes — — iussimus insigniri.

Carta de Til optima[1].

p. 84. ### Carta de Maurivilla[2].

p. 86. ### Privilegium de Maurivilla[3].

p. 87.[e] ### Carta de predio in loco Bibera dicto data a Conrardo rege[4].

p. 88. Piscarie[f] de villis Sancti Arnulphi hee[f*] sunt: Rumuliacus[5] ad mensam fratrum, Camenetum, Maceriolas et Nugaredum, Vigeyum et Cuniber[g] Sirici fontana, Vacarias et subtus curtem Cavasiam, Murunilonem[h], Calciacum, Iuviniacum, Flaviniacum cum Arx, Iussiacum, Nugacivilla, Reomagus, Mart.

Carta de Bibera.

Domino cooperante — — quod dominus meus Udilo mihi Friderundi — — anno dominice incarnationis 1025, *anno vero domini Conradi regis secundo.*

Carta de rebus quas dedit Sancto Arnulpho[i] matrona quedam Rothildis in villa Racheringas et in villa Bermeringas.

In Christi nomine Benedictus sancte Metensis ecclesie presul humilis — — omnimodis revertatur.

p. 90. ### Arnulphus comes de Chyneyo dedit ecclesiam sancte Walburgis, que est sita in castro de Chyneyo[6].

p. 91. ### Ruthbertus Metensis episcopus[7].

p. 92. ### Carta Aldeberonis episcopi Metensis de terra Sancti Arnulphi in Calvomontisse sita[8].

p. 94 ### Privilegium de Maurivilla factum sub Iohanne abbate[9].

p. 95. ### Carta dompni Adelberonis Metensis episcopi de terra Sancti Arnulphi in Calvomontisse.

In nomine sancte et individue Trinitatis — — incunctanter et c. ut supra duo folia[10].

p. 96. ### Carta dompni Theoderici pontificis de Vigeyo et de villa Reumaga, quam Sancto Arnulpho reddidit[k].

Teodericus sancte Metensis ecclesie Christi favente clementia presul — — participes erunt.

a) illesam? b) tutellam *c.* c) comittes *c.* d) asignari *c.* e) *debebat esse* 88. f) Piscure *c.* f*) hec *c.* g) *haec nomina corrupta videntur; neque certa verborum distinctio proponi potest.* h) *vel* Murimilonem. i) Arnupho *c.* k) redidit *c.*

1) 'Hist. de Metz' IV, 1, p. 68. 2) Ib. p. 71. 3) Ib. p. 78. 4) Stumpf Nr. 1856. Datum 9. Kal. Novembris. Subscriptio cancellarii deest. 5) Partem harum villarum recenset carta Leonis IX, Calmet II, p. 306. 6) 'Hist. de Metz' IV, 1, p. 103. Anno 1297 (pro 1097) adscriptum. 7) Ib. p. 46. 8) Ib. p. 63. 9) Eadem quae p. 86. 10) Eadem quae p. 92 (l. l. p. 63).

Carta dompni Adelberonis iunioris episcopi de ecclesia in villa Villare posita et 4 mansis ibidem iacentibus a se Sancto Arnulpho datis. p. 97.

Adelbero gratia Dei sancte Metensis ecclesie presul — — submonemus atque precamur.

Carta dompni Adelberonis episcopi Metensis. p. 98

In nomine sancte et individue Trinitatis. Adelbero Dei gratia sancte Metensis ecclesie episcopus — — anno ab incarnatione Domini 1070, *indictione* 8, *regnante Henrico rege quarto, anno ordinationis nostre* 24.

Carta Hermanni episcopi[1]. p. 99.

Carta Herimanni venerabilis episcopi[2]. p. 100.

Carta de Aulegia, quam Theodericus Virdunensis episcopus dedit Sancto Arnulpho pro remedio anime sue[3]. p. 102.

Fuit enim temporibus abbas qui vocabatur Symon et vendidit prioratum illum, qui abbas fuit ex illis antequam abbas[a] deficeretur, nec potuit vendere, quia monachi erant dispersi. Abbas ille vero Symon nomine fecit cautionem talem, quod sibi solverent decem solidos in festo sancti Pacientis aut perderent ecclesiam, et reverteretur in manibus monachorum sancti confessoris Christi Arnulphi.

Carta Pibonis Tullensis episcopi de ponte Buxer[4]. p. 103.

Carta dompni Stephani Metensis episcopi, de villa nomine Falz sita in foreste qualiter privilegiavit[5]. p. 104.

Carta dompni Bertramni Metensis episcopi, qui dedit fratribus de Falz 7 solidos annuatim pro anniversario suo. p. 106

In nomine sancte et individue Trinitatis. Berthramnus Dei gratia Metensis episcopus — — anno dominice incarnationis 1210, *indictione* 14, *epacta* 23, *concurrente* 4, *aureo numero* 14, *pontificatus vero nostri anno* 31. *Amen. Amen.*

Carta dompni Conrardi Metensis ac Spirensis episcopi ac domini primicerii, decani tociusque Metensis capituli de confirmatione ecclesiarum, scilicet de Camineto, de Romeliaco et de Mariolas. p. 107.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Primicerius, decanus totumque Metensis ecclesie capitulum — — anno dominice incarnationis 1221. *— — in presencia domini Theoderici venerabilis Treverensis archiepiscopi et domini Iohannis Virdunensis episcopi in facie tocius ecclesie.*

Cunegundis matrona nobilis, que dedit Sancto Arnulpho in terris et pascuis omnia que habebat apud Caresiacum[6]. p. 108.

a) *locus corruptus videtur.*

1) 'Hist. de Metz' IV, 1, p. 97. 2) Calmet III, p. 6. 3) 'Hist. de Metz' IV, 1, p. 88. 4) Calmet II, p. 348. 5) Meurisse p. 402. 6) Praebet quaedam peculiaria, quare hic eam exhibendam duxi: *Noverit posterorum memoria, quod domna Cunegundis matrona nobilis post deditionem sui iuris quod habebat apud Caresiacum in silva, terra, hominibus atque banno, rogata a domno Wallone Sancti Arnulphi abbate atque fratribus loci, extra condicionem portionis aliorum, singulari hereditario iure dedit Sancto Arnulpho quandam feminam de sua meliori familia nomine Richildam, ea scilicet determinatione, ut, si heres de ea generetur, si terram teneat*[a], *liber esset a censu, sin autem, ubicumque maneret,* 5 *denarios Sancto Arnulpho persolveret atque feminam Sancti Arnulphi libere uxorem duceret, ubicumque sibi competeret. Actum est hoc Metis apud monasterium Sancti Arnulphi anno incarnationis millesimo centesimo* 12, *indictione quinta, tradente nobili matrona pro se suorumque requie, sub testibus Odelrico presbitero, Ebroino et fratre eius, Alberto de Danubrio, Hugone villico, Thiezolino milite*[b], *primo scabinione, Theoderico, Lamberto de Sancto Arnulpho, Blihero de Chamineto et multis aliis tam*[c] *de familia Sancti Arnulphi quam de familia eiusdem matrone.*

a) teneaī *c.* b) millite *c.* c) tām *c.*

p 109 Carta Matfridi, qui dedit Sancto Arnulpho ecclesiam de Wico[1].

p 110 Ego Petrus advocatus Metensis et uxor mea Demudis dedimus Sancto Arnulpho villam de Cormus cum ecclesia de Salley.

Ego Petrus advocatus — — optineat firmitatem. Actum etc.

p 111. Ego Leo servus servorum Dei omnibus inspicientibus hanc cartam vobis notum facere volumus, quod ego pro honore meo et parentum meorum, scilicet viri venerabilis Pipini ducis Aquitanensis et Drogonis, filii eius, necnon et trium filiorum suorum, scilicet Arnulphi, Hugonis et Godefridi ducis, et illorum qui processerunt de eo, scilicet Karoli Magni et ceterorum qui processerunt ex eius stemmate[a], dedi ecclesie Sancti Arnulphi quitquid ipsi dederunt; omnia dubitalia confirmavi, et nullus sit, qui eorum dona violare presumat[2].

Quando mutatus fuit ordo, id est canonici regulares in ordinem monasticum, tunc factus est Albertus primus[a*] in ecclesia sancti Arnulphi.

p 115. *Ego Albertus monacus Gorziensis notum vobis facio, quod Otto[b] divina providencia imperator et Adelbero[c] Metensis episcopus, expulsis canonicis regularibus, me abbatem Sancti[d] Arnulphi constituerunt. Quapropter furoris stimulo veluti de paternis redditibus accensi, quidam eorum adierunt regem seniorem nostrum, videlicet Ottonem, vanam super hoc garrientes[e] declamationem, quod iniuste proprium abstulissem[f] et veluti hereditarium locum. Cumque, ut egeram, prefato seniori totum indicassem, illorum floccipendens[g] rationem, ut sapiens et iustus rex, ne in reliquum querimoniis inibi Deo famulantes[h] molestarentur invidorum, tunc et ipse quod feceram confirmavit testamento regie auctoritatis, precipiens, ut pari consensu ad corroborationis auctoritatem idemptidem nostra sentiret ecclesia. Quod iuxta desiderii ardorem exequens, ut dehinc sicut statuimus, maneret, cum consensu ducis nostri, Otthonis videlicet, tociusque ecclesie nostre, hoc preceptum confirmationis scriptum manibus propriis roboravimus, et roborandum tam predicto duci[i] quam coepiscopis nostris fidelibusque dedimus,*
*p 116. *in *Deum et propter Deum omnes successores[k] nostros humiliter postulans, ut, sicut diffinivimus, utque volunt sua que[l] diffinierunt[m] rata habere, consentiant nostra. Propterea ego Arbertus talem suscipio curam propter[n] Deum et pro hiis qui me deprecati sunt, scilicet curam pastoralem, quatenus michi et monachis proficiat in eternum.*

Iste non tenuit nisi duobus annis ecclesiam pastoralem.

Post[o] hunc[p] suscepit officium dompnus Ansteus[q].

Nec dignum est preterire silentio dompnum Ansteum[q] monachum et abbatem gloriosissimum monasterii Sancti Arnulphi. Hic in habitu seculari[r] predicto patri[s] socius et sanguinis cathena coniunctus, post relictis facultatibus, eius enim secutus vestigia, ex archidiacono in pauperem Christi vere commutatus, est factus monachus. Iste sapiencia et eloquencia in tantum effloruit, ut ab eo, velut ab optimo rethore, continuo, cum esset necesse, sermonum mella discurrerent[t]. In architecture quoque pericia[u] non modicum valuit. Hic primo in monasterio Gorziensi[v] decanus effectus, opere et exemplo monstravit, quantum sanctitate et rerum amministratione floruerit. Meritis itaque exigentibus, abbas efficitur in monasterio Sancti Arnulphi post Arbertum egregium[w], qui primus eidem loco a dompno Adelberone pontifice, clericis[x] inde submotis, regulari monachorum ordini prefectus est. Ansteus iste monasterium, quod[y] multa laborabat inopia, copiosis ampliavit facultatibus. Cuncta fratrum habitacula infra quadriennium complevit[z]. Abbatiam, opem domno Adel-

a) stegmate *c.* a*) pr. abbas *Mart.* b) Ottho *M.* c) Adalb *M. semper.* d) *deest c.;* in a. S. Arn. *M.* e) garientes *c.* f) attulissem *c.* g) flocip. *c.* h) famulancium *c.* i) p. nostro d. quamque *M.* k) sucess. *c.* l) quo *c.* m) definiverint *M.* n) propter — curam *des. M.* o) Et post *M.* p) hinc *c.* q) Austeus *in c. ubique legi videtur.* r) singulari *corr.* seculari *c.* s) pā ei *c.*; p. ei s. *M.* t) dec. *M.* u) q. p. quoque *c.* v) G. *c.* w) virum egr. *M.* x) prebente *ante* clericis *del. c.* y) qui *c.* z) expl. *M.*

1) Calmet III, p. 24. 2) Calmet II, p. 306; Jaffé, Reg. inter spuria CCCLXXXII.

berone pontifice prebente, per menses 4, quod[a] est mirabile dictu, ...[b], nisi regni impedisset dissensio, que erat inter Otthonem tunc regem, post cesarem, et filium suum Liutulfum et generum Conrardum. Proxima tamen[c] estate Christo iuvante opus inceptum perfecit. Nec propter curas exteriores pastoralis minuebatur sollercia. Omnibus dominicis *et *p. 117 precipuis festis missas publice cantabat, et in unaquaque quarta[d] feria privatim cum summa devotione et lacrimis multis in ieiuniis, in vigiliis, in orationibus, in humilitate, in cura infirmorum fratrum, in hospitalitate[e] et ceteris operibus misericordie[f] clarissimus extitit. Cursum igitur consumans in fine, sancte perseverancie[g] laboribus exactis per annos 16, pridie nativitat. Dei genitricis, devotorum virorum frequentia[h], domno et venerabili Adelberone pontifice munus exequiarum explente, ex parte aquilonari[i] basilice depositus est in tumulo, anno Domini 960.

Post abbatem Ansteum secundum elegerunt monachi Sancti Arnulphi Iohannem abbatem tertium.

Post Ansteum suscepit Iohannes officium pastorale Sancti Arnulphi. Huius temporibus, primi Otthonis magnifici famosissimique imperatoris, genitoris secundi eiusdem nominis, qui pro defensione[k] sancte Dei ecclesie contra Saracenos in Apulia prelium totis seculis memorandum commisit, erat comes palacii nomine Teubertus[l], opibus florens, vir in divinis atque[m] humanis rebus strenuissimus omnique bonitate conspicuus. Hic ex Emertrude[n] coniuge feminini[o] sexus prolem susceperat; sed quia masculini deerat, creber in orationibus persistens, a Deo sibi filium dari deposcebat[p]. Hiis intentus, accidit, ut quadam die monasterium Sancti Arnulphi ea de causa adiret diuque humi stratus ante sacrosanctum altare orationem protelaret[q]. Iohannes autem abbas eiusdem loci ante valvas basilice stabat immotus, donec comes palatinus exiret. Cui ab ecclesia digredienti[r] post salutationem oscula prebens[s]: 'Letare', inquit, 'virorum nobilissime, tuasque orationes auditas a[t] Deo cognosce'. Cumque ille rei novitate horrore[u] perfusus venerabundus astaret, rogans, unde id sciret: 'Illo', ait, 'cui mencium secreta patent, revelante didici[v], te masculinam prolem iam diu a Deo precatu quesitam promeruisse. Nanque[w] brevi stirps virilis ex casto tibi matrimonio erit vocabulo Benedictus, *ab eo, qui vocat ea que non sunt tanquam ea que sunt, per *p. 118. omnia benedicendus. Cave ei nomen immutes, quod qui cuncta ex nichilo[x] creavit dedit; natumque Deo sanctoque[y] Arnulpho nutriendum sub regulari proposito trade, cuius quandoque propagator enitescet longe lateque'. Credulus ille viri Dei affatibus, domum pro responso accepto reversus est letus. Interea non multis elapsis diebus, mater quem[z] auspice Christo conceperat prospere enixa[a] est. Genitor vero clam matre sumptum puerum una cum nutrice ad monasterium superius dictum abbati Iohanni defert[b], postulans, ut ab ipso[c] cathecuminus efficiatur. Non renuit vir sanctus, quin[d] quod comes rogarat[e] actutum[f] implevit nomenque imposuit. Expletis hiis, comes puerum[g] pallio[h] purpureo involutum ecclesie infert, atque altari superponens, Deo sanctoque obtulit[i] Arnulpho, abbate fratribusque astantibus[k]. Sublatus inde de[l] abbate, nutrici ad nutriendum redditur sicque domi refertur. Matrona denique post incommodum convalescente[m], ubi congruum vidit, viro suo ait: 'Christi sacramentis nostram, si vestre placet celsitudini, sobolem tempus instat ut iubeatis iniciari et ab[n] linea proavorum titulum sumere nominis'. 'Nuperrime hoc actum est', comes inquit. Illa, quo vel a quo, sciscitante: 'Apud cenobium beati Arnulphi', inquit, 'a Iohanne [loci[o] ipsius abbate], qui et eum Benedictum nominari iussit'. Contristata matrona: 'Hoc', ait, 'vocabulum solis seculo renunciantibus monachis est congruum, a sancto Benedicto ad eos derivatum'. 'Hoc', inquit comes, 'et ipse in processu temporis erit'. Quo audito, illa: 'Tantam infamiam', inquit, 'Deus nostro non sinat generi illatum iri, ut ex me natum puerum videam umquam professionis huius ferentem[p] habitum'. Quam comes blande corripiens, simulque viri Dei prophetiam denuntians, non solum ab intencione revocavit, sed eciam gratulabundam ex dono sibi a Deo concesso reddidit.

a) quid *c.* b) *quaedam deesse patet.* c) proximatū *c.* d) f. q. *M.* e) hospitate *c.* f) *deest M.* g) perseverencie *c.* h) fequentia *c.* i) aquilonarii *c.* k) defenssione *c.* l) Teoctbertus *M.* m) et *M.* n) Ermentrude *M.* o) feminimi *c.* p) posc. *M.* q) procelaret *c* r) egred. *M.* s) prelibens *c.*; prelibans *M.* t) a D. exaud. agn. *M.* u) horore *c.* v) didisci *c.* w) *ita c.* x) nichillo *c.* y) et s. *M.* z) quae *M.* a) filium e. *M.* b) differt *c.* c) eo *M.* d) q̄m *c.* e) rogaverat *M.* f) actum *M.* g) *e corr c.* h) palluo *c.* i) Arn. o. *M.* k) abst. *c.* l) ab *M.* m) inval. *M.* n) a *M.* o) *ita M., des. c.* p) ferente *c.*

*p. 119 Iste Iohannes, qui pastor est ecclesie huius sancti Arnulphi, * multis fulsit miraculis[1]. Subiectionem utique et obedienciam abbati suo, cum esset Gorziensis, sine mora[a] obediebat. Abbas tantum subditus erat spiritualibus. Iohannes abbas Sancti Arnulphi cuncta exteriora provide, cum esset claustralis, procurabat consilio domini[b] abbatis: sepe dum ista dicebat abbas[c]: 'Manifestis operibus indicat nobis frater Iohannes, quante religionis floreat studio[d]; miror quantum[e] eius humilitatem, ieiuniorum observanciam, sapientiam atque constantiam; ad probandam eius patienciam[f] diversa sibi iniunxi officia, nunc ista, nunc illa; ipse numquam contradicens, omni studio singula perficit. Contumelias et obprobria plurima iniuste illata a quibusdam fratribus nostris patientissime tolerat[g]. Vere amicus Christi est et discipulus nostri patris Benedicti'. Sic abbas enim Iohannem, absentem tamen, frequenter commendabat. Beatus itaque Iohannes fervens studio religionis, latrinas fratrum sepe mundabat. Mira humilitas! Cum erat ebdomadarius, coquine ipse collo suo asportabat aquam et infundebat caldariis et cibum coquebat. Sepe solus, puerulo aquam infundente, farinam trium modiorum commiscuit, fermentavit[h] et inde panes confecit. In cibis, vestibus, lecto, in balneis, in medicinis spernendis, in cura fratrum, in studio lectionum vere sanctus comperiebatur. Imitabatur[i] pro posse Ambrosium[k] sanctissimum in constancia, beatum Martinum in humilitate, Iohannem Alexandrinum in elemosinarum largitionibus. In excercenda iusticia, cum pro causa monasterii ageretur, maxime strenuus. In molendinis, fluminibus, vinariis, armentis, gregibus, avibus ad usum fratrum sollicitus[l] et optimus acquisitor[m]. Magistris artium diversarum conductis, fortissimo muro[n] monasterium circumdedit. Officinas quoque, que ruinam nimia[o] vetustate minabantur, refecit, pallia vero et cortinas albas, infulas, tabulas aureas, in singulis altaribus calices, cruces, ampullas[p], coronas et pulpitum, ubi euvangelium legitur, et cetera aurea et lampades diversis[q] distinctas ordinibus et cetera beneficia non possum verbis evincere. Contigit autem eo in tempore, quoniam episcopus Adalbero[r] subtraxit beneficium solitum fratribus Gorziensibus[s]. Sed divina inspirante gracia Gorziam venit, Iohanne insinuante, et villam, que condam ad ius pertinebat monasterii, ipsis reddidit, que vocatur Warigisus-villa[t, 2]. Iohannes eciam ivit ad tirannum Bosonem[t*], filium Richardi principis Burgondionum[3], ut restitueret fratribus Gorziensibus[s] predia, que iniuste eis abstulerat[u]; qui sibi primitus satis superbe respondit, et minas necis[u*] sibi imposuit. At ipse Iohannes nichil pertimescens, sed viriliter contradicens, sub multo[v] discrimine latronum, nichil sibi tamen nocere queuncium[w], ad claustrum rediit[x]. Statimque tirannus arreptus gravi morbo, Gorziam nuncios misit et cuncta ablata restituit. Fecit eciam peticiones multas beatus Iohannes ab episcopo Adelberone, qui cum prius acquiescere nollet, postmodum visionibus sancti Petri territus, cuncta perficiebat[4]. Post hoc sciendum, quoniam Abdelram[y] tunc rex Saracenus Yspaniorum misit suos legatos ad Othonem serenissimum imperatorem, amiciciam petens, sed contra fidem multa describens. Ad quem missus est beatus Iohannes abbas noster ad predicandum baptisma et errorem commutandum[5]. Iste enim fuit prudens in factis; bene arguit subditos et monuit, ut omnibus vite eorum temporibus semper regulam custodirent.

Iohannes iunior successit post Iohannem in regimine quartus.

Iohannes a fratribus Sancti Arnulphi postulatus, ut eorum pastor fieret, benignissime consensit. Statim eorum loci famam iam ubique[z] celebrem studio litterarum adeo nobilitavit, ut non solum ex proximis[a] civitatibus, verum ex Saxonie[b] atque Baioarie partibus undecunque ad eius magisterium quam[c] plurimi confluerent, ex quibus nonnullos et vite merito et sapiencie excellencia post ad episcopatus apicem vel ad regenda monasteria electos fuisse cognovimus. Inter coevos suos et morum elegancia et ingenio capax laudabilis
*p. 121. eminebat[d]. Hic denique pie memorie Iohannes inter perplura que intra gimnasium[e] *sophie

a) *deest c.* b) *deest M.* c) *e corr. c.* d) studeo *c.* e) quam *M.* f) sapienciam *M.* g) tollerat *c.*; tolerabat *M.* h) farmentavit *c.* i) Imultabatur *c.* k) s. A. *M.* l) solic. *c.* m) aquis. *c.* n) mo̊ *c.* o) nimiam *M.*; nim. — p. vero *des. c* p) ampulas *c.* q) diversas *c.* r) *ita hoc loco c.* s) Go. *c.*; Gorziae *M.* t) Warigis-villam *M.* t*) Boson|nem *c.* u) astul. *c.* u*) neci *c.* v) mult) *c.*; multis *M.* w) q̄ūcium *c.*; *deest M.* x) reddiit *c.* y) Abderatom *c.*; ad liberationem rex *M.* z) ibique *c.* a) primis *M.* b) Saxone *c.* c) q. pl. *des. M.* d) immin. *M.* e) guimasium *c.*

1) Iohannem Gorziensem etiam S. Arnulphi abbatem fuisse, auctor sibi finxisse videtur. 2) Cf. Mir. S. Gorgonii c. 10, SS. IV, p. 241; Vit. Iohann. Gorz. c. 99, ib. p. 365. Sed de Iohanne hoc nihil refertur. 3) Cf. Vit. Iohann. c. 104—109, p. 367. 4) Cf. ibid. c. 110. 111. 5) Cf. ibid. c. 119 sqq.

peregit exercitia, responsoria beate virginis et martiris Lucie autentica modulatione composuit, necnon et beate Glodesindis vitam cum officio nocturnali. Vitam vero antecessoris dompni Iohannis[a] abbatis scribere aggressus[b], imperfectam inmatura morte prereptus[c] reliquit.

Epitaphium Ludovici regis et imperatoris, filii Karoli Magni, qui in isto loco iacet[1].

Imperii fulmen, Francorum nobile culmen,
  Erutus a seculo, conditur hoc tumulo,
Rex Lodowicus, pietatis tantus amicus,
  Quod Pius a populo dicitur et titulo.
Hildegart soboles, Karoli Magni pia proles,
  In pacis metas colligit hunc pietas.
Rumelicum villam quitquidque refertur ad illam
  Arnulpho Sancto contulit huicque loco,
Stirps a quo procerum regumque vel imperatorum,
  Quorum muneribus sistitur iste locus.

Epitaphium Drogonis archiepiscopi Metensis, filii Karoli Magni, qui in isto loco iacet[2].

Conditur hoc busto presul Drogo, marmore sculpto.
  Spiritus in requie letus ovat Abrahe.
Filius hic Magni Karoli fuit imperatoris,
  Vir pius et prudens, vir probitate cluens.
Aule regalis moderator, pastor ovilis
  Metis et ecclesie, iure pater patrie.
Hic presul, preses, dominus primasque cis Alpes;
  Eius iudicio pacta[d] fuit regio.
Iste Glodesindis solempniter ossa levavit
  Condigneque loco condidit eximio.

DEDICATIONES ECCLESIAE S. ARNULFI.

Quod bonus omnis amet, presens descriptio prefert. p. 122

Fere post passionem Domini centesimo et nono, cum vix adhuc rudis populus christianorum pullularet per orbem terrarum, quartus Metensis urbis sanctus antistes nomine Paciens, edificato monasterio in australi parte eiusdem urbis, in principali eius altari, licet non multas, tamen venerabiliores cunctis reddidit reliquias, dentem[e] scilicet sancti Iohannis dilecti[f] Domini et duodecim particulas de indumentis 12 apostolorum, cum quibus eciam duo ab eodem reposita sunt ossa sanctorum, quorum nomina et quedam[g] de eis scriptura ita penitus sunt pre longa vetustate abolita, ut, quanquam per diligentissimam inquisitionem[h], nullam quiverim[i] hactenus habere sciendi cognitionem. Prolixo denique processu temporis, cum iam predictum suo defecisset gravi senio monasterium, et ipsum nec mora vir Deo devotus[k] dominus abbas eiusdem loci Warinus in nobilliori atque honorabiliori reedificasset, ut inpresenciarum cernitur, statu, procedentem ab urbe Romana et Gallie partes petentem adiit sanctum nonum papam Leonem et ab eo expetiit, nostram Deo dedicare basilicam. Qui libentissime assensum prebens, utpote ei carissimus existens, ut peregit propter que venerat et per que ex parte ierat, dedicavit mox non solum cum qua decebat honorificencia et reverencia predictam basilicam, sed eciam cum se condigna largiendi munificencia; nam obtulit obtimum pallium, quod ab apostolica sede delatum dandum quolibet erat, quod nobis contigit pro apostolica benedictione. Albatis[l] denique coram designatis antiquioribus reliquiis repertis, cum nullus esset ad credendum promptus pre stupore nimie admiracionis, precipue pro sancti dente Iohannis, et astruerent non debere credi, quitquid usquam est terrarum aliquid de eius corpore haberi, cum quo descendit in defossum sepulture sue locum; quod et *si posset haberi, non esset tamen adeo *p. 123.

a) a. I. *M.* b) agressus c. c) preceptus *c.* d) paca *c.*; pacta *pro* pacata? e) denten *c.* f) dillecti *c.* g) quedem *c.* h) inquisionem *c.* i) quiverint *c.* k) devotius *c.* l) *ita c.*

1) Editum Bouquet VI, p. 267, et ex cod. Bruxellensi 'Jahrb. d. Ver. v. Alterthumsfreunden im Rheinlande' L et LI, p. 224. 2) Editum Brower, Ann. Trev. I, p. 410.

noster celebris locus, ut tale deberet[a] promereri munus. Tunc sanctus papa, diu volvens ad se respicere et de se pendere causam huius negotii, inter se dissidentes[b] sic revocat ad pacis et veritatis concordiam pontifices, Alinardum scilicet Lugdunensem, Hugonem Besunsiensem[1], Everardum Treverensem, dominum nostrum Adelberonem Metensem, Theodericum Virdunensem, necnon et tres Ytalie episcopos sibi in itinere coniunctos[2]: 'Non est nostrum invicem decidere[c] atque errare, sed alios revocare ab erroris caligine, et appropinquantes[d] Domini pedibus[e], accipere de dono[f] eius que propinemus omnibus. Si ergo verum est, quod quecunque voluit Dominus fecit in celo et terra, nil discutiendo veneremur, venerando[g] laudemus, laudando amemus, amando serviamus. De hiis vero divinis et sanctis, que in manibus tenemus, audite sentenciam mei cordis. Si Deus fecit omnia et potest, si misericors ad redemptionem nostram se carne vestivit, si mirabiliter condidit hominem et mirabilius reformavit, si patrocinari voluit apud se peccatoribus sanctorum suorum precibus — innumerabilia et inenarrabilia[h] dici possunt hiis consimilia —; si ad extremum piis meritis sancti Pacientis episcopi huius Metensis urbis Dominus hoc, de quo sermo est, munus[i] tam spiritualis amoris contulit, dentem sancti Iohannis, quod instat explere non differamus in Domini laudem, in sanctorum honorem, in nostram salutem'. Hiis cum nullus reniteretur[k] assertionibus, devotissime et honorificentissime reconditis in altari[l] reliquiis, missarum peregerunt solempnia, gratias referentes Deo grata leticia. Postquam[m] vero fames exempta est epulis preferendis Assueri quondam regis, dominus papa rediens ad cubiculum sibi ut decebat apparatum ad quiescendum, dum super quosdam gradus, quibus in criptam[3] descenditur, cum magna multitudine hominum pergeret, quidam[n] cancellarius[4]
p. 124 nomine Herbertus, boni operis et sancte opinionis homo, tamen eo die incredibiliter et infirmiter resistens[o] omnibus, super ipsos cadens gradus, dum fracto crure vocem magni doloris atque dire vocis emisisset, increpatus a cunctis de obstinacione, confessus est, se et male errasse et vere penitere. Per omnia benedictus Deus, quod, unde mulcet pios, terret impios! Hec[p] dicta de prima et secunda edificatione et dedicatione nostre ecclesie a sancto nono papa Leone facta dulciter complectantur[q] in omni posterorum memoria; et devotio sancti supradicti pape augmentum a nostris semper accipiat, et omnium bonorum speculum abbas Warinus in perhempni vita sanctis connumerandus, post circulum anni in sui obitus die ecclesiastico more ex debito et merito solempnioribus veneretur obsequiis, quod et domum Deo dignam ad sibi serviendum construxit et celeberrimo effectui mancipavit. Duo denique predicta ossa, que quorum sint cuiusque meriti, demonstravit scedula[r] secus inventa per nomina et scripturam, [nota[s]] non sunt cum quibus fuerunt reliquiis reposita, destruente hoc infanda et detestanda, execranda et perniciosa[t] oblivione. Scriptura vero, quam diximus, tante quantitatis, quante sunt duo versus Davitici carminis, licet ignoretur quod certi continuerit, tanto tamen mirabiliora et incredibiliora habuit, quanto preter hec non fuerunt pignora, quibus pre admiracione adiungi necesse fuerit aliqua exceptis nominibus scriptura[u]. Non enim dicimus mirabiliora propter apostolos et preciosissimos[v] martires, sed pro tempore incredibiliora. Nam cum a tempore dominice passionis usque ad pontificium sancti Pacientis nullum credamus vixisse, cuius hec pignora astruamus existere, fideliter et fidenter dicimus, quod, sicut de corpore sui dilectissimi[w] Iohannis euvangeliste, ut voluit, Dominus fecit nos habere, sic de numerosa multitudine sanctorum dignatus est apud nos recondita esse aliqua pignora prophetarum; aliorum enim existere, nulla ratio permittit credere. Numquid magnum est Deo, sanctos suos, quos pre ceteris voluerit honorare, ...[x] in terris, quod
*p. 125. *dat omnibus habundanter in celis, quorum propter se sanguis innocens[y] effusus est in circuitu Iherusalem, et non erat qui sepeliret? Numquid, cuius miserationes sunt super omnia opera eius, indiguit querere, ut disponeret iuxta cuiuslibet velle? Sed dicit aliquis, nos istud proferre pro nostri loci privilegio; quasi Deus indigeat mendacio et non perdat omnes qui loquuntur mendacium. Olosericum vero, quo involuta sunt, et scedula[r] inscripta iuxta reperta dant bene credendi experimentum, ea pignora antiquorum et maximorum credenda et veneranda esse sanctorum. Quodsi fides rata ab auctore habenda, si sanctus Paciens antistes et sanctus si dentem Iohannis habuit et vere recondidit in argentea pixide honore et gracia veritatis, et si porciones de singulis apostolorum indumentis iuxta composuit, et ista, de quibus sermo est, pignora sanctorum serico involuta iuxta recondidit cum scedula continente de eis quedam[z] scripta; si[a] que de sancto Paciente et sancti Iohannis dente et indumentis apostolorum relata sunt, vera sunt; ergo et de istis pignoribus et de scriptura non minus vera. Utrum vero ea melius fuerit indiscusse esse recondita, ut prius cum aliis, necne, Deus viderit, sed omnis homo mendax non inde iudicare ydoneus erit. Hec nos a maioribus et religiosioribus nobis discentes[b], et non passi ignave oblivioni, sed fidelium tradere noticie, pignora crebro memorata inclusimus ligneo brachio, cooperto deaurato argento; non quasi deceat illorum dignitatem, quorum habitatio est[c] in celestibus regnis, sed quia paupertatis onus nequit efficere melius, sperantes per id mitigari nobis tormenta Averni, si tamen[d], quod absit, indigni fuerimus, gaudia perhempnis vite adipisci. Deus, qui iussit de tenebris lumen splendescere, faciat nos misericorditer in suo regno lucere!

---

a) deberet *c.* b) diffidentes *c.* c) discedere? d) apropinquantes *c.* e) pedes *corr.* pedibus *c.* f) duo *c.* g) venerendo *c.* h) inenarab. *c.* i) minus *c.* k) renittéretur *c.* l) alltari *c.* m) Posquam *c.* n) quidan *c.* o) resistes *c.* p) h⁰ *c.* q) complactantur *c.* r) sedula *c.* s) *deest c.* t) pernuciosa *c.* u) scripta *c.* v) preciosissumos *c.* w) dillect. *c.* x) *quaedam deesse videntur.* y) inocens *c.* z) quedem *c.* a) sed *c.* b) dicentes *c.* c) habitåne *c.* d) sitamur *c.*

1) i. e. Vesontiensem. 2) In altera huius miraculi historia, post p. 137, legitur: *Hugo Crisopolitanus archiepiscopus altare beate Dei genetricis et perpetue virginis Marie atque Adelbero noster Metensis presul, per omnia laudabilis vite, altare sancti Arnulphi pii protectoris nostri dedicavere.* 3) p. 132: *super gradus cripte in sinistra monasterii parte.* 4) Post p. 132. dicitur: *Berbertus Romarici montis cancellarius, licet pie religionis et conversationis, tamen incredule mentis.*

Principale altare consecratum est in honore sancti Iohannis euvangeliste et sanctorum Petri et Pauli p. 126 et omnium apostolorum atque euvangelistarum. Hoc altare consecratum est a sancto papa Romano Leone nono. A quo eciam concessum est in eodem missam celebrare omnibus episcopis, omnibus abbatibus et monachis[a] septem de eodem monasterio et canonicis tribus de domo Sancti Stephani, scilicet decano, archidiacono et corepiscopo.

Altare sancti Arnulphi consecratum est in honore ipsius et sanctorum Goerici, Papoli, Godonis, Clementis et Felicis.

Altare sancti Stephani in ipsius honore et sanctorum Vincencii martiris[b] et levite, Georgii, Christofori, Gengulphi, Sixti pape et omnium martirum.

Altare Dei genitricis in ipsius honore et sancti Iohannis baptiste et sanctarum Lucie, Eugenie, Anastasie, Cecilie et omnium virginum.

Altare sancti Martini in honore ipsius et sanctorum Gregorii, Hylarii, Nicolai[c], Bricii et omnium confessorum.

Altare sancti Benedicti in honore ipsius et sanctorum Clodulphi, Maioli, Mauri et omnium monachorum.

Altare sancte Crucis in honore domini Salvatoris et victoriosissime crucis et sancti Pacientis et sanctorum Innocencium[d].

In principali altari, quod est consecratum in honore sancti Iohannis euvangeliste et 12 apostolorum, continentur he reliquie: De ligno Domini pixis plena; de sepulchro eius pars non modica; item pixis plena de barba et capillis sancti Petri et particula de digito ipsius; pars de flagiale sancti Pauli; dens sancti Iohannis dilecti *Domini in pixide argentea inclusus; reliquie sancti Bartholomei; de vestimentis *p. 127. 12 apostolorum[e] singulorum; reliquie sancti Iohannis, sancti Laurencii, sancti Georgii, sancti Anastasii, sancti Simpliciani martiris, sancti Victoris martiris, sancti Sergii martiris, sanctorum Crispini et Crispiniani et Aviti martiris[f]; dens sancti Fabiani pape et martiris; reliquie sancti Vincencii episcopi et martiris; item Vincencii martiris et levite; sanctorum Prothi et Iacincti martirum; de capite sancti Blasii martiris; reliquie sanctorum Primi et Feliciani; sancti Sebastiani martiris; de costa sancti Simphoriani martiris; reliquie sancti Gorgonii martiris, sancti Gregorii martiris Spoletini; de veste sancti Privati martiris; reliquie sanctorum Mauricii sociorumque eius; sancti Gengulphi martiris; sanctorum Cosme et Damiani, sanctorum Innocencium, Quirini martiris, Nichomedi martiris, Stephani pape et martiris, Pancracii martiris; reliquie sancti Arnulphi episcopi et confessoris, patroni nostri; reliquie sancti Glodulphi, filii eius; sancti Pacientis episcopi; sanctorum confessorum et episcoporum Clementis, Celestis, Felicis; sancti Silvestri pape; dens sancti Hylarii episcopi; dens sancti Severini Coloniensis episcopi; dens sancti Sulpicii episcopi; reliquie sancte Lucie virginis et martiris; de velo sancte Glodesindis; reliquie sancte Waldrade virginis.

In altari sancti Arnulphi continentur ossa plurimorum sanctorum non modice quantitatis, quorum nomina pre vetustate legi non potuerunt: Reliquie sancti Arnulphi episcopi et confessoris; sancti Glodulphi, filii eius[g]; sancti Clementis episcopi; sancti Eukarii episcopi; sancti Terentii episcopi; sancti Ruffi; sancti Fromini episcopi; sancti Pacientis episcopi; sancti Papoli episcopi; sancti Goerici episcopi; sancti Godonis episcopi.

In altari sancti Stephani prothomartiris continentur reliquie ipsius, sancti Sixti pape et martiris; sancti Gengulphi martiris; sancti Carporii martiris; sancti Vincencii *levite et martiris; sancti Florencii *p. 128. martiris; sancti Mimatis martiris; sancti Victorini martiris; sancti Buticetis martiris; sancti Maronis martiris; sancti Ascloputatis martiris; sancti Ianuarii martiris; sancti Ferrucii martiris; sancti Innocencii martiris; sancti Speraci martiris; sancti Eustachii martiris; sancti Nicholay martiris; sancti Crispiniani martiris; sanctorum Thebeorum Victoris et Ursi; sancti Wanzelai martiris[h]; sanctorum martirum Dyonisii, Rustici et Eleutherii[i].

In altari sancte Marie continentur reliquie de pallio[k] eius, quod ipsa manu propria fecit; reliquie sancti Iohannis baptiste; sancte Eugenie virginis; reliquie de corpore unius Innocentis; reliquie sancte Lucie virginis et martiris; sancte Petronille virginis; sancte Cecilie virginis et martiris; sancte Eustine virginis; sancte Scolastice virginis; sancte Bethule virginis; de capillis sancte Waldrade et de ligatura capitis eius; reliquie sancte Menne[l] virginis; sancte Godeberge virginis; sancte[m] Pelagie virginis; sancte Brigide virginis; sancte Gertrudis virginis; de velo sancte Glodesindis; dens sancte Apricie virginis; reliquie sanctorum Christofori et Cucufatis.

In altari sancti Martini continentur he reliquie: De sudario et vestimento eius; de sudario sancti Apri; de ossibus sancti Clodulphi episcopi; reliquie sancti Clementis episcopi; sancti Celestis episcopi; sancti Helpidii; sancti Fortunati Tudertine civitatis episcopi; sancti Danielis confessoris; sancti Moysi confessoris; sancti Uderici confessoris et episcopi; sancti Bertulfi confessoris; sancti Maximini confessoris et episcopi; sancti Symeonis Treverensis; sancti Bricii episcopi.

In altari sancti Benedicti abbatis continentur reliquie de maxilla eius; reliquie sancti Clodulphi episcopi; sancti Maioli abbatis; sancti Symeonis Treverensis; de baculo sancti Arnulphi; de sedili sancte Brigide; de ligno sancte crucis; reliquie sanctorum Innocentium.

In altari sancte Crucis continentur reliquie de presepio *Domini; de ligno Domini; de monte Oliveti, *p. 129. ubi Dominus oravit; de vestimento Domini; de columpna montis Syon; de monte Calvarie; de terra unde Dominus ad celos ascendit; de valle Iozaphet; de sepulchro Domini; de petra digito Dei scripta; de mensa Domini; de sepulchro sancte Marie; de sepulchro sancti Zacharie; de eucaristia[n], quam dompnus

a) monachiis *c.* b) martirẏ *c.* c) Nicollai *c.* d) Inocencium *c.* e) apostorum *c.* f) m̄r *saepius c.* g) eis *corr.* eius *c.* h) m̄rẏ *c.* i) Eleucharii *c.* k) palio *c.* l) Mēne *c.* m) s[i] *c.* n) eucastia *c.*

Bonefacius consecravit; de pulvere qui conficitur a presule Iherosolimitano in sepulchro Domini sancto die sabbati; reliquie sanctorum Innocentium; de terra ubi Dominus crucifixus est; reliquie sanctorum confessorum Pacientis, Arnulphi et Clodulphi.

In altari sancti Andree continentur reliquie sanctorum: beati Petri apostoli; de veste et dalmatica sancti Iohannis euvangeliste; articuli de corpore sancti Pacientis; de casula sancti Remigii; de planeta eius; de dalmatica et palla ipsius; de terra de qua collectus est pulvis sepulchri eius; de sandalis eius; reliquie sancti Hylarii episcopi; sanctorum martirum Primi et Feliciani; reliquie sancte Menne.

In altari sanctorum Prothi et Iacincti continentur reliquie ipsorum et sanctorum Gengulphi, Quintiani martiris.

In altari sancti Bricii continentur reliquie ipsius et sanctorum episcoporum Betulfi[a] et Papoli.

In altari sancti Laurencii continentur he reliquie: Euticetis martiris; Florenciani martiris; Carpophori martiris; Stephani pape et martiris; Bricii episcopi; Glodesindis virginis; Waldrade virginis.

In altari sancti Vincencii continentur reliquie ipsius, et sanctorum martirum Christofori, Mimatis sociorumque eius, et sanguis Thebeorum martirum Victoris et Ursi; et de stola sancti Dyonisii martiris, de casula eius, cum qua decollatus[b] est; de dalmatica eius; de casula sancti Rustici presbiteri; de ossibus sancti Gorgonii.

p. 130. Altare sancti Andree consecratum est in honore ipsius et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et sanctorum martirum Blasii, Gengulphi, Mauricii sociorumque eius, et sanctorum confessorum Gregorii, Nicholay, Augustini, Romarici.

Altare sanctorum Prothi et Iacincti est consecratum in honore ipsorum et sancti Gereonis sociorumque eius.

Altare sancti Bricii est consecratum in honore ipsius et sanctorum Galli, Terencii et Damasii.

Altare sancti Laurencii est consecratum in honore ipsius et sanctorum Stephani pape et martiris, Georgii, Christofori.

Altare sancti Vincencii est consecratum in honore ipsius et sanctorum Gorgonii, Pancracii, Primi et Feliciani.

In altari sancte Crucis, quod consecratum est a fratre Iohanne episcopo de ordine fratrum Predicatorum tempore Innocencii pape quarti, continentur he reliquie: De sepulcro et ligno Domini; de pallio sancte Marie et de lacte eius; de ossibus sancti Christofori et sancti Nicholay et sancti Arnulphi; reliquie sancti Laurencii martiris; de barba sancti Petri apostoli; reliquie sancti Mauricii martiris; de cruce sancti Petri; de ossibus sancti Vincencii martiris et levite; reliquie sancti Clementis confessoris; reliquie de sancto Stephano prothomartire, scilicet pars iuncture ipsius manus dextre; de brachio sancti Clementis pape et martiris; de pannis ubi Dominus fuit involutus; os sancti Gengulfi. Consecratum fuit hoc altare anno Domini 1240.

Anno dominice incarnationis 1084. a Sywyno Coloniensi et Hermanno Metensi presulibus facte sunt commutaciones pocessionum duorum locorum, Sancti videlicet Arnulphi atque Cuniberti, dantibus invicem que videbantur remotiores et recipientibus sibi viciniores et ob hoc per multa commodiores pocessiones. Quod iam prius diutissime protactum et diligentissime[c] perquisitum, ne quelibet pars aliquod detrimentum quereretur[d] sibi illatum, tandem sponte approbatum[e] et libenter atque celeberrime constat confirmatum apud Prumiense cenobium, solempniter facta donatione per manus utriusque loci advocatorum. Post Hugo de Port., qui accepit donum predii Sancti Arnulphi de manu liberi advocati Girardi, posuit super altare Sancti Arnulphi in presencia domini Herimanni presulis et abbatis ipsius loci. Cuius rei isti sunt testes: Richerus, Girvoldus, Rucelinus arcbidiaconus, Malfridus, Girardus de Thibercurt et Waltherus, frater eius, Walterus de Richiscurt, Widricus de Rans et Albertus, frater eius, Luidolfus et Bertaldus, frater eius, Gumbertus et Widricus, Ulricus de Rut, Girardus de Floris[f].

Qui recte fidei lector testaris haberi,
Subter descriptis faveat devotio mentis,
Quod propter corpus dens nobis sufficit eius,
Quem fratrem Domini mater dat virgo vocari.
Herbertus testis datus est divinitus istis.

Opere precium est noticie posterorum intimare miraculum, quod in consecratione huius ecclesie Dominus dignatus est declarare. Nam cum sanctissimus papa nonus Leo legeret manu scripto[g] sacras quas in altari a se dedicato erat repositurus reliquias, reperit, in argentea pixide contineri dentem sancti Iohannis euvangeliste. Qui dum cum tribus metropolitanis et sex adstaret episcopis solicitus, ad quam partem

f 138. preberet sui consensus[h] *auctoritatem, quia — — — in Iohanne privilegio amoris, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum *[eadem historia quae supra p. 546 sq.]*.

a) Bertulfi? b) decolatus *c*. c) dilligent. *c*. d) queretur *c*. e) aprobatum *c*. f) Flo *c*. g) manu sacro? *c*. h) concensus *c*.

Reliquie sancti Simphoriani, reliquie sancti Ascleopiodotis, reliquie sancti Theoderi martiris reliquie, sancti Victorini, reliquie sancti Gregorii Spoletini, reliquie sancti Crispiani martiris, reliquie sancti[a] Mimatis sociorumque eius, reliquie sancti Gengulfi, reliquie sancti Vincencii [levite[b]] et martiris, reliquie sancte Pelagie[c] et sancti Danielis, reliquie sancti Alberti martiris, reliquie sancti Carpori martiris, reliquie de capitio sancti Maioli[d] abbatis, reliquiesancti Goerici episcopi, de terra super quam decollatus est sanctus Mauricius, dens sancte Apricie virginis, reliquie sancti Stephani pape et martiris, reliquie sancti Florentini martiris, reliquie sancti Fromini episcopi, os de corpore sancti Moysi confessoris, de dalmatica sancti Eucherii, de sancto Wandregisilo[e], de wanto sancti Andree apostoli, reliquie sancti Vincencii martiris et levite: iste et quedam alie reliquie continentur et venerantur[f] in brachio ligneo, quod est in hoc monasterio cooperto deaurato argento. Quorum sit presibus[g] nos perdere nexus.

Explicit iste liber; scriptor sit crimine liber,
Et sibi gaudium det Deus in eternum!

a) sanct Mimamatis *c.* b) *deest c.* c) Pellagie *c.* d) Maiolis *c.* e) Wadreg. *c.* f) veneantur *c.* g) *locus plane corruptus.*

LAMBERTI ARDENSIS HISTORIA COMITUM GHISNENSIUM.

EDIDIT IOH. HELLER.

Chronici res in extremo angulo Gallorum et Germanorum confinii gestas enarrantis, quod iam lectoribus proponimus, auctor Lambertus circa a. 1194. *sacerdotali functus est officio in oppidulo Ardensi (Ardre)*[1]*, in pago Boloniensi haud procul a Calaisiaco ad orientem versus sito. Ipse se magistrum ac presbyterum eiusdem ecclesiae fuisse profitetur*[2]*. Neque vero ita alienum esse puto, quin coniiciatur, familiam Lamberti hereditario quodam iure sacra Ardensis ecclesiae procurasse, quoniam non patrem solum, etiam filios Balduinum et Wilhelmum sacerdotalibus muneribus occupatos videmus*[3]*. Cum ipsis Ardeae dominis noster affinitatis vinculo coniunctus erat; etenim Christianam, filiam Lamberti, Arnoldus quidam, nepos Arnoldi Iuvenis, Ardensis quondam domini, in matrimonium duxerat*[4]*. Neque minus amore et gratia Balduini comitis Ghisnensis, cuius tempore ipse vivebat, usus est. Quam gratiam cum quando amisisset, ut denuo sibi conciliaret, maximam sibi dicit causam fuisse, cur historiam Ghisnensium et Ardensium scribendam susceperit*[5]*. Nam cum Arnoldus, filius Balduini, propter dirutum cuiusdam viduae molendinum censura ecclesiastica perculsus, ne a matrimonio cum Beatrice castellana Broburgensi contrahendo impediretur, ecclesiae satisfecisset: Balduinus Lamberto mandavit, ut tanquam signum absolutionis quam citissime campanas sonaret. Qui neque certior factus, sicut tenor ecclesiastici ordinis exposcebat, et Arnoldum rite absolutum penitus ignorans, campanas sonare paullulum differebat. Qua re comes valde iratus Lambertum rebellem vocavit neque unquam postea eodem ac prius favore amplectebatur. Ut plenam igitur Balduini recuperaret gratiam, noster, ut ipse testatur, opus suum aggressus est. Sed hanc sibi 'maximam', non 'primariam' causam fuisse ait*[6]*. Ab Arnoldo enim, filio illo Balduini, se crebris postulationibus excitatum fuisse tradit, ut historiae quam volvimus scribendae periculum faceret. Quibus postulationibus cum denique succubuisset, opus, ad quod exsequendum Arnoldus eum evocaverat, ipsi dicavit, eiusque nomen sibi praecipue gloriandum et praedicandum esse, non negat*[7]*. Quare non mireris, si auctor comites, quorum res gestas celebrandas sibi proposuit, summis laudibus cumulat.*

1) c. 149: *qui* (scil. Lambertus) *licet indigni in Ardensi ecclesia tunc temporis* (circa a. 1194) *sacerdotali fungebamur officio.* 2) c. 134: ... *Christianam magistri Lamberti Ardensis ecclesie quandoque presbiteri filiam.* 3) c. 149. 4) c. 134. 5) c. 149. 6) Cf. c. 149: *Sed nunquam postea ut prius nisi in pertractandis negotiis suis nobis faciem suam iocundam aut iocosam ostendit; sed nec vultum quidem adeo placatum. Hec est autem maxima causa, nec tamen primaria, quare ad recuperandum videlicet eius amorem et gratiam huic operi insudare concepimus.* 7) Vide prologum.

Neque tamen plane silentio praetermittit, quae vituperanda observavit, vel si quis morum pudori et vitae sanctitati minus studuerit. Ipsum Arnoldum — ut exemplum afferam — graviter reprehendit et exagitat, quia decimas ad debellandos Terrae Sanctae inimicos datas 'voluptuose et prodigaliter vivendo' dispersisset[1].

Sicut de vita auctoris, etiam de tempore, quando ad historiam Ghisnensium scribendam se accinxerit, nihil praeter ea quae ex ipso opere concludere licet compertum habemus. Iam supra retulimus, Lambertum eodem fere tempore, quo Arnoldus matrimonium cum Beatrice contraxit, scribendi consilium cepisse. Arnoldum autem non multo post annum 1194. *Broburgensem illam castellanam uxorem duxisse, constat*[2]. *Cum hoc conveniunt quae noster alio quodam loco prodit: se* 233 *fere annis postquam Sigfridus apud Ghisnas comes extiterit calamum operi accommodavisse*[3]. *Quod si Lambertus fabulosum illum comitem adhuc Arnulfo Magno comiti Flandrensi hominium fecisse narrat, idque haud ita multo ante mortem Arnulfi, i. e. ante a.* 965, *factum esse existimare videtur*[4], *apparet, eum circa a.* 1194. *vel paullo post, at certe non post a.* 1198. *calamum sumsisse. Sed per complures annos nostrum scripsisse patet, cum rerum gestarum notas usque in mensem Augustum a.* 1203. *deduxerit*[5], *quo anno obsidionem Radipontis castelli per Philippum II. Augustum factam et a Lamberto in ultimo quod exstat operis capitulo memoratam contigisse constat. In duobus autem ultimis quae codicibus iam desunt capitulis filum narrationis ultra hoc tempus protractum fuisse, si indicem capitulorum respicio*[6], *non putarim. Neque alio quovis loco posterioris temporis indicium invenies. Etiam Mariam, uxorem Balduini comitis Flandrensis, quae a.* 1203. *maritum in Terram Sanctam secuta est ibique mense Augusto a.* 1204. *obiit, adhuc in Flandria morantem noster commemorare videtur*[7]. *Quare verisimile esse apparet, eum sub finem a.* 1203. *pennam deposuisse. Nec tamen eo quod per complures annos scripserit, statuendum est, Lambertum ultimos annos operi iam absoluto postea adiecisse; sed omnia uno eodemque tenore concepta et scripta videntur.*

Initium libri sumsit Lambertus ab Arnulfo Magno comite Flandrensi (a. 918*); sed aliquoties res altius repetens usque in saeculum septimum ascendit*[8]. *De quibus temporibus, scilicet antiquissimis, utpote nullis fere praesidiis munitus, sed veterum famam, ut ipsius verbis utar*[9], *secutus, nihil fere nisi fabulas venditat. Atque etiam postea ex populi rumore, ex carminibus vulgaribus nonnulla in historiam suam recepit*[10]; *nec paucis locis eum mimarum carmina excerpsisse videmus. De prima expeditione*[11] *in Terram Sanctam facta ex carmine illo Richardi peregrini de expugnatione Antiochiae*[12] *quae narrat sibi petivit, neque minus quae de pugna Casletensi affert, carmen quoddam iam deperditum indicare mihi videntur*[13]. *De illis autem quae de comitibus Boloniensibus tradit, de Eustacio*[14] *et Regemaro*[15] *et de cygno phantastico*[16], *quaeque aperte fabu-*

1) c. 95. 2) c. 149. 3) V. prolog. 4) c. 10. 5) c. 154. Sed Philippus Radipontem bis obsedisse videtur, frustra per octo dies m. Iulio a. 1202 (Matth. Paris. hist. Angl. ed. Madden II, 92), deinde m. Augusto a. 1203. ubi castellum post tres septimanas cepit (Rigord. ap. Bouquet XVII, p. 57; Guill. Armor. ibid. p. 77). Utram obsidionem Lambertus intelligat, distingui nequit. 6) Rubra duorum ultimorum capitulorum haec sunt: 155. *Apostrophatio ad invidos.* 156. *Continuatio et adaptatio principii ad finem et perfectionem tocius operis.* 7) c. 154. versus finem. 8) c. 3. mentionem facit donationis Adroaldi, quam a. 648. factam esse, constat. Cf. Folquin. in chart. Sithiens. lib. I, 3 (ed. Guérard p. 18). 9) — *et cum veterum famam magis quam rem visam nisi circa finem operis disserere complectimur.* Prolog. 10) c. 61. de morte Beatricis; c. 85. de morte Christianae. 11) c. 130. 12) 'La chanson d'Antioche composée au commencement du XII. siècle par le pelerin Richard, renouvelée sous le règne du Philippe-Auguste par Graindor de Douay, publiée par Paulin Paris. Paris 1848. (Romans des douze pairs de France XI et XII'). 13) c. 27. 14) c. 19. 15) c. 20—22. 16) c. 16.

las Romanenses sapiunt, longius hic disserere non nostrum est. Alio loco ipse profitetur, se multa ex ore fabulantium audivisse[1]*. Laudat quendam* Robertum dictum Constantinensem, qui de Romanis imperatoribus et de Karlomanno, de Rolando et Olivero et de Arthuro Britannie rege *eum instruxerit, et* Philippum de Mongardinio, qui de terra Iherosolimorum et de obsidione Anthiochie et de Arabicis et Babilonicis et de ultramarinarum partium gestis, *et* Walterum de Clusa dictum, qui de Anglorum gestis et fabulis, de Gormundo et Ysembardo[2], de Tristanno et Hisolda, de Merlino et Merchulfo et de Ardentium gestis et prima Ardee constructione *multa narraverit*[3].

At limpidiores quoque fontes sunt, ex quibus noster hausit. Sigeberti semel fit mentio[4]*, sed nihil ex eo exscripsit. Econtra Flandriam Generosam de stemmate comitum Flandrensium secutus est*[5]*. Altero loco propius ad Lamberti librum accedit*[6]*, quare aliam quandam Flandrensium genealogiam nostro ad manus fuisse coniici licet*[7]*. Necnon genealogias comitum Buloniensium*[8] *et Ghisnensium*[9] *aliorumque iam deperditas Lamberto haud ignotas fuisse putarim. De donatione Adroaldi vitam Bertini*[10]*, de Walberto et Pharone vitam quandam Pharonis*[11]*, quae iam non exstat, prae oculis habuisse mihi videtur. Nec dubium, quin aliis quoque auctoribus*[12] *hic illic sive annum sive locum*[13] *mutuatus sit. Attamen paucissimi sunt, et certe nullum ad verbum exscripsit. Saepius chartas adiacentium coenobiorum et ecclesiarum in auxilium vocavit. Disertis enim verbis profitetur, se de illarum quoque fundationibus, si locus et tempus permitteret, narraturum esse*[14]*. De fundationibus igitur ecclesiarum Ardensis*[15]*, Casletensis*[16]*, coenobiorum Andrensis*[17]*, Watinensis*[18]*, sanctimonialium apud Ghisnas*[19]*, Sanctae Mariae de Capella*[20]*, aliorum*[21]*, haud pauca affert. Quibus omnibus deductis, multa tamen et ea magni momenti restant, quae ex rerum cognitione aliunde hausta scripta esse, cuique librum pervolventi perspicuum erit. Quaecumque de comitibus Ghisnensibus narrat, accuratissime comperta habet. His fuit amicus; comitum domui et ipse coniunctus; Arnoldi precibus excitatus opus susceperat, eiusque et patrum eius gloriam et nomen ut propagaret et celebraret, praecipue in historia conscribenda sibi proposuerat. Quid mirum? Ab eisdem Lambertum haud pauca de genere eorum et possessionibus et rebus gestis comperisse, coniici licet. Quam rem ut ipse quasi clarius patefaciat, Walterum de Clusa, nepotem Arnoldi*[22] *domini Ardensis, de*

1) c. 96. 2) *Gurmundus et Hysenbardus* etiam c. 6. memorantur. 3) Cf. ‘Histoire littéraire de France’ XV, p. 502. 4) In prologo; eodem loco antiquiores Sigeberto auctores nomine laudat: *Antiquiores nostri auctores, quorum primus invenitur et precipuus Eusebius, post quem imitator eius Ieronimus, post quos Prosper et Sigebertus monachus et venerabilis presbiter Beda . . . duo milium trecentorum nonaginta quinque annorum et fortasse plurium cursum suis temporibus scribendo digesserunt. Illi enim multorum regnorum, Hebreorum videlicet, gentilium et Latinorum, chronographiam edocuerunt.* 5) c. 1. et 2. 6) c. 11. 7) Quae noster c. 1. ex Flandria Gener. affert, se hausisse ait *ex commendaticiis Flandriae chronicis*; cf. c. 130: *ex chronicalibus Flandriae scriptis*; Prolog.: *secundum diligentem Flandrensium chronicorum computationem*, sed quod narrat non invenitur in aliqua Flandrensium quae iam exstat genealogia. 8) c. 31. 9) Cf. c. 7; c. 15. 10) c. 3. 11) Cf. c. 6. quo tradit, se *historiam Meldensium* sequi, qua voce vita quaedam Pharonis episcopi Meldensis intelligi mihi videtur. Cum vita Pharonis, quam Mabillon, AA. SS. II, p. 610 sqq., publici iuris fecit, quae narrat non plane conveniunt. 12) Cf. c. 29. 30. de Rotrude. Quae c. 73. de Maria filia Stephani regis Anglorum dicit, cum Wilhelmi chron. Andrensi c. 60. fere ad verbum concordant. — Quae ibidem de translatione sacrarum virginum ab urbe Colonia ad Lischas prodit, unde hauserit, indagare non potui. — c. 101. *chronicalia Furnensium* memorantur. 13) c. 130. de tempore concilii Claromontensis, et c. 142. de loco ubi Francorum exercitus in expeditione in Terram Sanctam facta se congregasset, cum eo concordat quod solus Albricus, quod sciam, postea tradidit. 14) In praefatione: *. . . interserentes loco et tempore de quarundam ecclesiarum tam Ghisnensium quam adiacentium fundationibus.* 15) c. 32. 115. 16) c. 28. 17) c. 30. 18) c. 28. 19) c. 51. 20) c. 31. 21) c. 38. 39. 40. 41 etc. 22) Cf. c. 105.

rebus Ardensibus loquentem inducit[1]. *Ita enim librum suum instituit, ut primum res gestas Ghisnensium, dein res Ardensium*[2], *postremo cum comes Ghisnensis et dominus Ardensis unius eiusdemque essent familiae, res amborum, i. e. patris et filii simul, enarret. De quorum genealogiis quae affert, magni sunt pretii; neque minoris faciendum, quae de Gandavensibus, Broburgensibus, Alostensibus, aliis, quibuscum illi coniuncti erant, tradit. Quarum rerum fides historica quamquam non facile diiudicanda est, quoniam solus Lambertus nos de illis certiores fecit: chartis tamen hinc inde petitis, multa, immo plurima vera esse aut certe veris non repugnare, intelligimus. Quin etiam quae de possessionibus dominorum Ardensium, quas a.* 1066. *a Wilhelmo rege in Anglia adepti sunt, prodit, libro quem Angli* Domesdaybook *vocant paene omnia confirmantur*[3]. — *Versus finem libri multa ex ore patrum quoque et fide dignorum se audivisse tradit*[4]. *Postremorum vero ipse testis oculatus fuit*[4]; *alia a videntibus comperit. De personis non in Flandria viventibus, de papis*[5], *regibus Anglorum*[6], *ducibus Lotharingiae*[7] *aliisque*[8] *saepe fallitur; neque in annorum computatione errores vitavit*[9]. *De rebus extraneis pauca affert; imperatorum Romanorum nullam facit mentionem; res Germanicas rarius idque leviter attingit. Econtra permulta praebet, quae locis cognoscendis et moribus eius aevi illustrandis conducunt.*

Eruditionis specimina crebra sunt. Maximum studium Lambertus poetarum Latinorum carminibus contulisse videtur. Horatii[10], *Ovidii*[11], *Vergilii*[12], *Lucani*[13], *Statii*[14] *sententias libro inseruit; sed eaedem sententiae bis terque occurrunt*[15]. *Homerum*[4] *et Herodianum*[4], *Daretem*[4] *et Pindarum*[4] *fabulatores nomine laudat. Veterum mythologiae cognitione bene instructus erat*[16]. *E patribus ecclesiasticis Hieronymum*[4], *e grammaticis Priscianum*[4] *legit*[17]. *Oratio luminibus e sacra scriptura petitis referta est. Occurrunt voces e lingua Romana sumtae*[18]; *etenim linguam Romanam et libros Romanensium se cognoscere, tanquam specimen eruditionis et elegantiae suae auctor non occultat*[19]. *Sed vocabula Germanica non desunt; praecipue nomina locorum et voces populares*[20] *originem e lingua Flandrensi traxerunt, quam utpote in regionibus illis usitatam*[21] *etiam Lamberto commodiorem fuisse putarim*[22].

Dicendi genus vix laudibus efferendum duxerim. Tumidum est et quaesitum, audacius quam verius, et offusum docta obscuritate. Nimia occurrit copia et ubertas verborum, ubi brevitati et concinnitati aptior fuisset locus. Sed magis dolendum, etiam ad rerum exornationem nostrum valde inclinasse. Sane! eum vera dicere, falsa repudiare voluisse, vix negabis. Ipse testatur, se 'lucidiori veritatis radio illustratum' eis quae ab aliis inventa sint quaeque credulos

1) c. 96. 97 sqq. Walterum non revera hanc historiae partem conscripsisse, iam auctores Historiae litterariae Gallorum (Hist. littér. XVI, 529) reiecerunt: *'Mais c'est peut-être une pure fiction de Lambert, imaginée pour jeter quelque mouvement dans son ouvrage. Alors même que Wautier aurait débité de vive voix ce qui se lit dans ces quarante-quatre chapitres, ce serait toujours Lambert, qui les aurait rédigés depuis. Il est sûr au moins, que le style ne change pas, que la latinité est de part et d'autre tout aussi barbare; les constructions et les expressions demeurent les mêmes'*. 2, c. 97—146. 3) c. 113. 4) Prolog. 5) c. 30. 6) c. 50. 7) c. 82. 115. 8) c. 37. 40. 65. 97. 9) c. 30. 51. 10) Prolog, c. 60. 11) Prolog., praefat., c. 19. 82. 96. 12) c. 9. 19; alludit versui Vergilii c. 85. 13) c. 29. 146. 14) c. 108. 15) c. 29. 146; c. 26. 37. 16) c. 70. 72. 76. 78. 83. 108 etc. 17) Cf. auctores in bibliotheca Balduini comitis praesentes (c. 81). 18) c. 4. *dunio;* c. 109. *mota;* c. 110. *gernobadatus;* c. 124. *ronchinus;* c. 130. *ministralis* (minstrell); c. 143. *trutannus* etc. 19) Linguam Romanam in his regionibus non nisi viris nobilibus vel doctis quibusdam notam fuisse, ex c. 81. apparet. 20) E. gr. c. 13. *Bredenarda;* c. 36. *Colvekerlos.* 21) Quod evidentissime apparet ex Wilelmi chron. Andrensi; cf. infra praefationem nostram. 22) c. 106: *in condensitate nemoris quod usque hodie dicitur Dickebuch;* c. 99: *ab inversa tunica accepto vulgariter cognominato Crangroc;* c. 100: *a pastura, ut aiunt incole, in vulgali dicebatur Arda.*

occuparint hominum animos obviaturum esse[1]. *Attamen hoc magis voluit quam fecit. Iam supra retulimus, nostrum fabulas, quales de origine comitum Ghisnensium ferebantur, minime aspernatum; sed compluribus locis etiam absurda commenta pro veris nobis venditat*[2]. *Ita factum est, ut per Lambertum fabulae et mendacia in historiam irreperent, quae a Iohanne Iperio, qui solus*[3] *e posteris nostrum tanquam fontem adiit, recepta huc illuc divulgata sunt.*

Codices, quorum notitiam habemus, hi sunt:

1) *Codex* ***Vaticanus*** *Christinae Nr.* 696, *membr. in* 4[0] *maiori*, 123 *foliorum, pulchra saeculi XV. manu binis columnis exaratus. Primum folium excisum est. Folium, quo auctor Walterum de Clusa de rebus Ardensibus narrantem inducit*[4], *pretiosissime auro et variis coloribus exornatum. Textum praebet optimum, quamquam non omnibus mendis liberum. In verbis scribendis saepius Gallicae loquelae vestigia monstrat. Recentior manus quaedam nec tamen multa correxit. Ipse contuli. Ex hoc codice descriptum esse videtur*

2) *Apographon a.* 1586. *in Audruicq oppido, haud procul a Calaisiaco ad orientem versus sito, exaratum et subscriptum a Franchois de Robins ballivo oppidi et Ioachim Noel magistro scholarum. De apographo hoc iam deperdito nil compertum habemus praeter ea quae in codicibus qui de hoc fonte fluxerunt adnotata leguntur. Sunt:*

2a) *Codex* ***Guelferbytanus*** *Helmst. Nr.* 468, *fol. chart. saec. XVI. ex. seu XVII. in., foliorum* 114. *Olim* ex bibliotheca Nicolai Ioseph Foucault comitis consistoriani, *sub quo in primo folio adnotatum:* venit auctionis lege in bibl. J. P. de Ludewig. *Ex hoc codice Ludewig in Rell. mss. tom. VIII, p.* 369 *sqq., historiam Lamberti publici iuris fecit (a.* 1727*). Post* ex libris Fr. Dom. Haeberlin; *denique in bibliothecam Helmstadiensem migravit. — Liber accurate descriptus arctissime cum* 1. *cohaeret*[5]. *Codicem V. Cl. de Heinemann nobis benevole Berolinum transmisit.*

2b) *Codex* ***Boloniensis*** *Nr.* 148, *chart. in* 4[0] *maiori, foliorum* 112. *Continet, ut in prima pagina legitur:* Lamberti Ardensis opera super Ghisnensium historiam et super Arnoldum de Ghisnis, conscripta a Carolo Ludovico Forte, pastore Ardensis, 1745. *Textus scatet erroribus librarii, attamen codici* 2a *proxime accedit. Hunc codicem et omnes sequentes praeter Parisiensem in itinere Gallico ipse evolvi.*

1) Prolog. 2) c. 9. 18. 3) Willelmus in chronico Andrensi (Dachery, Spicileg. IX, 338 sqq.; ed. alt. II, 781 sqq.; et infra nostra editio) hic illic Lambertum propius accedit; attamen librum Lamberti non cognovisse videtur. Cf. c. 29. 30. 33. 43. 45. 50. 51. 4) c. 97. 5) In fine codicis 2[a] manu librarii scriptum legitur: *Collation faicte a certain liure en parchemin, au commencement duquel sont depainctes les armes du roy de France avec le colleau de l'ordre de sainct Michiel, dependant unes aultres armes cy devant specifiez avecq semblens colleaux et celles du conte de Guisnes, auquel liure se trouve concorder de mot a aultre, par Franchois de Robins, bailly d'Audruicq et pays de Bredenarde, et Ioachin Noel, maitre de escolle dudit Audruicq, le mois de janvier* 1586. *F. de Robins. Noel.* — Quod certificatum scribam ex archetypo suo (2) descripsisse, patet. Eodem modo in prima pagina exaravit, quae in principio codicis 2 invenit: *Ces trois escussons ou armes sont depainctes au commenchement dudit volume, scavoir ceux de France notoires a tous a trois fleurs de lis dor et camp dazur, la courdue et escalippes dor joinctes et attachies ensamble avecq ung fil de soie rouge entrelachie de noudz damour et embas ung sainct Michiel dor. Ici est le st. Michiel, comme est lordre despeinctes, de France* (in marg. depicta sunt tria insignia). *Les armes esquarteles, comme est ici le pourtraict, sont une croix de sable en ung camp dor et lautre est une petite croix d'argent de camp de queules ayant le coleau de lordre st. Michiel comme dessus. — Ces armes sont celles du comte de Guisnes dont les cattoires, quy sont ici de sable ou noires* (quaedam abscisa) *estre d'azur de ung camp dor sans aucun coleau de chevalier* (quaedam abscisa). *Soubz lesdits armoires estoit depainct ung personage avecq riches accoustremens ayant ledit ordre qui est au coste droict, lequel se presume la figure du comte. Au coste sinistre et soubz les armes du comte de Guisnes sont depainct ung personage avecq longue robe, le bonnet en la main gauche et en la droictes ung liure quel presente ledit personage, qui se presume estre ledit comte de Guisnes, comme dit est, et l'autre a longue robe ceslui qui a composé ce liure.*

2c) *Codex Audomarensis Nr.* 814, *chart. in* 4⁰. *minori. Exhibet foliis* 1—239. *opus Lamberti a G. de Whitte descriptum a.* 1616[1]. *Codici deest index capitulorum. Hic illic G. de Whitte quaedam ipse emendavit et notas in margine adscripsit.*

2d) *Codex Audomarensis Nr.* 773, *chart. in* 4⁰, *saec. XVII. Continet prologum et prima* 56 *capitula. Cetera desunt.*

2e) *Codex Bruxellensis Nr.* 7813, *fol. chart. saec. XVII*, 128 *foliorum. Recentior manus aliquoties mendas scribae correxit.*

2f) *Codex Parisiensis Nr.* 5996, *fol. chart. saec. XVI. ex.; olim* Iac. Aug. Thuani. *Praefatio et index capitulorum desunt. Post prologum leguntur:* Collectanea ex Lamberto ecclesiae Ardensis presbitero super Ghinensium historiam et Arnoldum de Ghisnes. 'Ait se incipere — procerum Ardensium'. *Quibus epitomator quidam denuo lectoribus proposuit, quae auctor in prologo narrat. Textus partim decurtatus; mendas et lacunas librarii manus alia correxit. V. Cl. Schweitzer codicem inspexit.*

2g) *Codex Ambianensis Nr.* 501 (397), *fol. chart., tribus manibus saeculi XVI. ex. exaratus. Post praefationem et prologum praebet eadem* Collectanea *quae in codice Parisiensi leguntur. In fine idem certificatum quod in cod.* 2a. *Recentior manus nonnulla correxit et adnotavit alias lectiones. Cf. Bethmann in Annalibus nostris, tom. VIII*, 401.

Hi codices ex apographo 2 *descripti sunt, testibus lacunis et erroribus qui apud omnes pariter inveniuntur*[2]. *Neque dubium, quin*

2*) *Codex Brugensis Nr.* 434, *fol. chart. saec. XVII, ex eodem fonte fluxerit. Proxime ad codicem Audomarensem* 2c *accedit, quamquam ex eo descriptus esse non potest. Etiam is praeter praefationem et prologum* Collectanea *illa, quae in codd.* 2f. 2g *inveniuntur, praebet. Quibusdam locis procul dubio interpolatus est*[3], *ita ut praeter lectionem familiae* 2 *rectiorem codicis* 1 *vel hic illic solam codicis* 1 *habeat lectionem. Ex quo facile intelligitur, codicem Brugensem codice quodam familiae* 2 *cum codice* 1 *rursus collato tanquam fundamento usum esse. Textus etsi mendis librarii scatet, tamen aliquoties leviores codicis* 1 *maculas iam correctas exhibet. Quae lectiones non*

1) In ultima pagina manus Guillelmi de Whitte adnotavit: *Explicit chronica Ghisnensis et Ardensis, quam imperfectam et mutilatam*[a] *mss., tamen Petri Morage ballivi Alderwicani ope recuperatam descripsit ad authographum tabellionis manu scriptum (anno* 1586) *dominus Guilielmus de Whitte, religiosus S. Bertini in Sithiu, a.* 1616. — *Tabellionis porro testimonium hoc fuit gallice redditum: 'Collation faicte à certain liuure en parchemin, au commencement duquel sont depeinctes les armes du roy de France avec le colleau de l'ordre de s. Michel, dependant une autres armes cy devant specifies, qui sont ung escusson esquartelé au premier quartier d'or à la croix de sable et au* 2. *de queulles au saultoir en filet d'argent aiant pareillement le colliau de s. Michel, et celles du comté de Guisnes, auquel liuure se troune concorder de mot à autre par Francois de Robins, bailly d'Audruicq et pays de Bredenarde, et Ioachim Noel, maistre d'escolle dudit Audruicq, le* 4. *de Janvier* 1586. *Signé F. de Robins et J. Noel. — Les armes du comté de Guisnes sont vaires d'azur et d'or, regardant lesdits d'azur les peinctes en haut. Les armes de France avec le collier. Les armes du comte avec le collier s. Michel. Les armes du comté sans collier. Soubz les armoiries du costé droict estoit depeint un personage avec riches acoustrements aiant ledit ordre, qui faict à presumer que ce fust la figure du comte. Car a gauche soubz les armes de Guisnes estoit depeint un personage à longue robbe, le bonnet en la main gauche et en la droicte ung liuure quil presentoit audit personage du coste droict, qui fait coniecturer que ce fust l'autheur qui composat le liuure'.* 2) Exempli gratia: c. 58. desunt verba *et castellanum et suos abscessisse cognovisset;* eadem lacuna in 2* invenitur. 3) E. g. c. 69. *factus vocatus* pro *factus;* c. 85. *vel nichil* pro *vel.*

a) *manus Guillelmi de Whitte postea in margine exaravit*· Similem imperfectum vidi ad Bononiam Galliae a. 1628, Augusti 29, apud aedes domini decani cathedralis ecclesiae, abbatis Belli-loci.

ex alio quodam codice, sed potius ex animo docti alicuius librarii manasse mihi videntur. — In ultima pagina recentior, ut videtur, manus exaravit: L'original chez l'abbé de S. Bertin anno 1630. *Qua adnotatione codicem* 1 *intelligi, putarim. Hunc enim post a.* 1586, *et antequam in bibliothecam Christinae reginae migravit, adhuc in hac regione fuisse, ex eo coniici licet, quod Duchesne opus Lamberti inter 'Probationes historiae comitum Ghisnensium' editurus*[1] *codicem Parisiensem* (2f) *ex codice quodam oppidi Audruicq correxit*[2], *quem nullum alium fuisse ac* 1 *multis concordantibus lectionibus docemur.*

Quodsi indicia quaeris, quibus fulti diximus, apographon 2 *ex codice* 1 *emanasse videri: formam operis quam codices familiae* 2 *praebent arctissime cum codice* 1 *cohaerere, multis probari potest exemplis. Errores in quos librarius codicis* 1 *incurrit apud diversos familiae* 2 *codices repetuntur, aut si non repetuntur, a scriba proprio periculo emendantur, necnon praeterea vix inter se differunt. Primum quidem folium, quod testibus codicibus* 2a. 2c. 2g *in archetypo codicis* 2 *cum imaginibus comitis Ghisnensis et auctoris librum suum offerentis, tum insignibus regum Francorum comitumque Ghisnensium depictum erat, iam in cod.* 1 *desideratur: excisum, ut putarim, per impium quendam picturas illas nimis amantem. Sed codicem* 1 *in primo folio pretiosissime illustratum fuisse, ex exornationibus cernitur in illo quo Walterus de Clusa narrationem incipit folio.*

Editionem nostram igitur ita instituimus, ut codice 1 *tanquam fundamento uteremur, sed mendas librarii, ubi aperto calami lapsu erravit, corrigeremus; hic illic levioris erroris emendationem iam a docto scriba in codice aliquo familiae* 2 *factam*[4] *in partem vocare licuit; alia vitia propria coniectura tollenda erant. In verbis scribendis codicem* 1, *quocum miro modo codices* 2 *conveniunt, secutus sum, reiectis tamen quae usu temporis posterioris in codicem irrepsisse videntur; e. gr.* c (t) *pro* s *inter se mutantur,* consilium *pro* concilium, serevisiam *pro* cerevisiam, mensio *pro* mentio —, n *pro* m, on *pro* um *ponuntur.*

Primus qui historiam Lamberti, multis tamen omissis[5], *prelo submisit est Duchesne inter 'Probationes historiae comitum Ghisnensium'. Integrum opus ex codice nunc Guelferbytano publici iuris fecit Ludewig in Rell. mss. VIII, p.* 369 *sqq. Editionem Duchesnii cum editione Ludewigii collatam receperunt Bouqueti continuatores, qui fragmenta quaedam tomo XI,* 299 *sqq., XIII,* 423 *sqq., XVIII,* 583 *sqq., collectionis suae inseruerunt*[6]. *Postea integrum opus denuo in lucem edidit a.* 1855. *Gothofredus marchio de Menilglaise, qui, quamquam omnes codices praeter Guelferbytanum prae oculis habuit, pretium eorum minime intellexit. Attamen explicandis locorum nominibus haud paucam operam navavit, ita ut ego quidem non possem, quin virum doctum in cognitione geographiae patriae suae valde versatum saepius consulerem.*

Scribebam Berolini, mense Novembri 1876. *Ioh. Heller.*

1) 'Histoire généalogique des maisons de Guines, d'Ardres, de Gand, de Coucy etc. par André Duchesne', Paris 1631. 2) Praef. 3) Fortasse codex 2^{*} ex Duchesnii manuscripto emanavit, ita ut e codice Parisiensi vel alio descriptum post cum cod. 1 collatum sit. 4) Praecipue Guillelmus de Whitte (2^{c}) haud pauca correxit, quae postea cod. 2^{*} accepit; e. gr. c. 41. praebet 2^{c} *officium et misterium* pro *misterium*, 2^{*} *officium.* 5) Omisit prologum, praefationem et capitula 5. 21. 22. 27. 28. 31. 32. 38. 39. 40. 41. 68—70. 147 et finem capitum 122. 127. 6) De Lamberto disputaverunt Foppens, Bibl. Belg. II, 795; Fabricius (ed. Mansi) IV, 236; 'Hist. littér. de la France' XVI, 528—531.

INCIPIT[a] PROLOGUS ARDENSIS ECCLESIE PRESBITERI LAMBERTI SUPER[b] GHISNENSIUM HISTORIAM ET ARNOLDUM DE GHISNES[c].

Licet familiaris cure prepediti negotiis implicemur, quominus scribendi officio vacare debeamus, vestris tamen, militum strenuissime, crebris succumbentes postulationibus, Ghisnensis Arnolde, qui nobis patricius estis et dominus, arduum quidem opus, si prospicui stemmatis materiam, aggredimur. In cuius rei perceptione presumptionem nostram non ignoramus, presertim cum ad tanti operis executionem nostri parvitatem ingenii minus sufficientem perspicimus, et lividis oblatrantium nobis dentibus emulorum nos dilacerandos (cf. Hor. Ep. 5, 47.) prenosticamus, maxime cum nominatissimi Ghisnensis terre clerici huius operis materiam dudum intactam et illibatam reliquerunt, et cum veterum famam magis quam rem visam, nisi circa finem operis, disserere complectimur. Non enim tantum visa, sed quanta audivimus et recognovimus et patres nostri narraverunt nobis, commemorare intendimus. Et quod quorumdam apocriforum scriptis, inter autenticas quidem scripturas et divinas in librorum marginibus vel extremitatibus hic illic aut in paginulis aut in cedulis particulariter aut breviter et corrupte annotatis et inventis, lucidiori veritatis illustrati et certificati radio, obviare non abhorremus aut curamus; et quod plana et aperta tacere, minus plana subtexere et elucidare curantes, invidis aut sciolis argumentantibus — nimie nos brevitati nunc insistere, nunc dispendiose prolixitati incubare et sic a vero plerumque dissentire — nos increpandos et discerpendos, eo quod omnibus malivolam in nos linguam exacuentibus presentiam nostram exhibere et chronicas regionum et provinciarum annotationes et locorum opiniones singulis enodare et ad singula respondere non sufficimus, non dubitamus. Opponent enim nobis forsitan, quod Ghisnensium historiam tractaturi, cur a comite Flandrie Arnoldo Magno vel Vetulo[1], immo a quodam Walberto[d] Pontivi[2] et Tervannici populi vel Sancti-Pauli[3] et Ghisnarum quondam comite, qui ante Arnoldum Magnum fere ducentis annis extitit, narrationis sumamus exordium; cum idem Walbertus secundum diligentem Flandrensium chronicorum computationem[4] ducentis annis et amplius Ghisnarum dominio prefuit ante Sifridum[5], qui Ghisnensis nobilitatis post Walbertum auctor autumatur et dicitur. Hic enim Sifridus de eiusdem Walberti cognatione progenitus non dubitatur, et demum post multos annos in hereditatem paternam apud Ghisnas, longa expectatione repromissus, ignorante Flandrie comite Arnoldo Magno vel Vetulo, cum gaudio est receptus. Nec admiratione hoc dignum esse arbitramur, cum et Dachi[6] simili expectatione prestolantes, post aliquot annorum spacia in Anglorum regnum, quod olim quandocumque quomodocumque obtinuerunt, restitui et reformari sperant et expectant. Opponent etiam nobis tot annorum curricula inter Walbertum et Sifridum interiecta. Opponent etiam[e], quibus auctoribus freti quasi de dubiis temere diffinire et tante nobilitatis genealogiam tanto tempore prudentioribus, immo simplicioribus occultam et incognitam commemorare audeamus, cum Sifridus ducentis ferme triginta tribus annis, antequam huic operi scribendi calamum accommodaremus, apud Ghisnas comes extiterit[7], comes vero Walbertus ante Sifridum, sicuti iam prediximus, ducentis annis et amplius. Quibus licet improbranter opponentibus et indignantibus et, unde hoc acceperimus vel ubi, vociferantibus et nobis, clamore represso, immurmurantibus, cum pacientia iuxta apostolum subportantes, licet inter malleum et incudem constituti medii, (cf. Eph. 4, 2.) respondemus: Moysen legiferum, Israelitice plebis ductorem et doctorem mundique creationis descriptorem, quis nesciat in tempore Pharaonis post multos annos a cataclismo progenitum, et demum per totam Egiptum ingenio et divina floruisse gratia? Ipse tamen divinam genesim tractandam suscipiens, ab Adam, qui ante diluvii tempora duobus milibus ducentis quadraginta duobus annis secundum diligentem et infallibilem Hebreorum com-

a) Incipit — Et quod plana et *des.* 1, *primo folio exciso.* b) super comitum Ghisnensium historia ad Arnulphum comitem 2c. c) Ghisnis 2b. c. d) Waberto 1. 2a. e) et 2. 2*.

1) Regnavit c. a. 918—965. 2) Ponthieu, départ. Somme. 3) St. Pol, départ. Pas-de-Calais. 4) Non exstat, quod sciam, Flandrensium comitum chronicon vel genealogia, quae huiusce Walberti mentionem fecerit. Attamen occurrit iam in chartulario Sithiensi apud Folquinum et in Vita Bertini auct. Folcardo. De quo cf. quae ad calcem cap. 3 adnotavi. 5) Vide infra c. 7. 6) i. e. Dani 7) i. e. circa a. 961. vel paullo post, cum non ante a. 1194. Lambertum scribendi periculum fecisse, ex c. 149. appareat. Cf. praefationem p. 551.

putationem et veritatem ad imaginem et similitudinem Dei creatus est, incipit et dicit: Gen. I, 1 *In principio fecit Deus celum et terram.* Et sic post primi hominis creationem et multorum posteritatis eius hominum multiplicationem ad ipsum Pharaonem tractatum suum usque perducit et altius evolat atque ascendit. Nec invenitur in numero sapientum unus qui legendo querat, ubi tante divinitatis acceperit eloquium vel archanum, cum divinus spiritus hoc ei insufflaverit, et digito Dei sibi scriptum aliis intimaverit ac dictitaverit. Ovidius quoque in tempore Germanici Cesaris studuit et libros composuit. Qui tamen ut eiusdem Cesaris gratiam, a qua peccando pusillum quandoque declinaverat, recuperare mereretur, a nobilitate generis eum commendare intendens, altius orditur, et cosmographiam tractaturus, a mundi principio incipiens, post propositionem, uti moris est auctorum, et invocationem infra narrationem suam continuans incipit et dicit:

Ov. Met. I, 5–7 *Ante mare et terras et quod tegit omnia celum*
Unus erat toto nature vultus in orbe,
Quem dixere chaos.

Divinorum autem spirituum invocans auxilium dicit:

ib. I, 2–4. *Dii, ceptis*
Adspirate meis primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Et sic ad ipsum Germanicum, quem laudare intendit et cuius gratia tantum opus incipit, convenienter ascendit.

Nec tamen est aliquis dampnans opus Ovidianum;
Sed legit et relegit, docet et colit et veneratur:
ib. I, 1–2 *In nova fert animus mutatas dicere formas*
Corpora.

Sic et ille, ille quem poetarum eximius et doctissimus in divina Eneide pedetentim imitatus est ad unguem, Homerus multis annis, teste Cornelio Affricano[1], immo Pindaro[2] et Phrigio Darete, post excidium Troianum natus est, qui tamen Troianum sufficienter vel eleganter tractavit et docuit excidium. Nec querit ab aliquo Virgilius, ubi tante veritatis fabulam invenerit vel acceperit Homerus. Sic et Priscianus noster artigraphus Appolonii et Herodiani se imitatorem esse gloriatur[3], qui tamen multo tempore ante Priscianum in arte grammatica apud suos in Grecia floruerunt. Sic et innumerabiles multi. Nec enim hoc antiqui cura- cf. Ps 89, 4. verunt auctores, quibus mille imputabantur anni in scribendo tanquam dies hesterna que preteriit. Sic audacter et confidenter de preteritis multo tempore veterum gestis tanquam de presentibus tractaverunt et scripserunt, dictante et operante in eis uno et eodem Spiritu, I. Cor. 12, 11. qui, ubi vult et quando vult, dividit singulis prout vult. Verissimo tamen siquidem[a] credimus vaticinio, emulationem malignam non modice nobis obstrepere et subsannationis rugas in nostri innocentiam nominis certatim replicare, eo quod ducentorum ferme triginta trium annorum temporis cursum metiri suscipimus. Sed non attendunt, quod antiquiores nostri auctores, quorum primus invenitur et precipuus Eusebius, post quem imitator eius Ieronimus, post quos Prosper et Sigebertus monachus et venerabilis presbiter Beda — nec tamen

Meme nominibus furiosus confero tantis —

duo milium trecentorum nonaginta quinque annorum[4] et fortasse plurium cursum suis temporibus scribendo digesserunt. Illi enim multorum regnorum, Hebreorum videlicet, gentilium et Latinorum, chronographiam sufficienter edocuerunt. Nos autem augustissimi comitatus tantum, nisi propter quedam suscepte narrationis accidentia a nido nostro pennam scribendo aut longe tamen incidenter extenderimus, illustrium comitum simul et procerum gesta breviter et succincte perstringimus. Qui si malignitatis zelo perstiterint et nos inaudita commemorare vel etiam nova cudere aut fictitare contenderint, dicimus: Si qua vetera et sibi inaudita aut incognita audierint, que nos furtim a commentariorum libris excerpsisse nobis oblatraverint, vicimus, vicimus, et exclamando dicimus, quia maxima virtus est clavam

a) si quid[5] idem *corr.* si quid 1; si quidem idem *corr.* si quid idem 2[a]; si quid idem *ceteri codd.* (si quidem 2[c]).

1) Cornelium intelligit noster, cui epistola illa attribuitur, quam ante Daretis historiam de excidio Troiae invenies; in qua legitur: *Anne Homerum credendum, qui post multos annos natus est quam hoc bellum gestum fuisset?* Cf. Daretem Phryg. e recens. Meister. (bibl. Teubn.) Lips. 1873, p. 1. 2) Pindaro nimirum fabulatore, cui *Epitome Iliados Homericae* attribuitur. Vide Lachmann, 'Monatsberichte der Berl. Akad.' 1841, p. 3. 3) Cf. Prisciani opp., prooem. init. 4) Hic numerus neque cum Beda neque cum Sigeberto concordat.

Herculis ab eo quoquo modo extorquere ad minuendas, immo dilatandas novi operis et suscepti laboris vias. Preiudicium igitur velint nolint nobis faciunt, ut aliquorum auctoritatibus scriptorum fulciamur. Si autem nova nos cudere, quod omnino negare non possumus, iterum clamaverint, et temporum ordinem, quod multis de causis plerumque contingere solet, verso narrandi ordine, commutatum et preposteratum, vel et nomina principibus aut rebus quidem congruentia quasi exterius assumpta vel etiam ficta nobis coniectaverint: si quid est quod dentium rubiginem marcescat in eis, quibus nemo nisi qui vel omnino scri- (cf. Ov. art. am. 1, 515.) bere vel dictare consuevit satisfacere potest, ab ipsis verum diligenter inquirant, a quibus nichil nisi verum quandoque libavimus. Vel si quid displicet, ut a quodam audivimus, ulterius legendo non procedant. Et tamen

Quandoque bonus dormitat Homerus, (Hor. de a. p. v. 359)

et eloquentissimum, ut ait Ieronimus, poetam aliquando vix loquentem invenire sufficimus. Qua in re lectorem pie rogamus et artius attestamur, quatinus hoc opus prius inspiciat quam iudicet, prius iterata vice epiloget quam condempnet. Inconsulta enim, ut dicitur, facilitas iudicantis suo privat honore sententiam et iudicem exactorat. Vobis igitur, amantissime princeps et domine, qui estis suscepti laboris principium, finis et premium; vobis qui estis gloria mea; vobis qui exaltatis caput meum super inimicos meos; vobis qui estis (cf. Ps. 3, 3.) clipeus et protector meus; domine, vobis, inquam, commendamus et devovemus hoc opus in sudore vultus nobis arreptum, ut, si qua in eo inventa fuerit legendo gloria, 'non nobis, (Ps. 113, 9) domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam'. Non enim propriam nobis querimus gloriam, sed vestram et gloriosissimi nichilominus patris vestri et nobilis eius prolis et vestre, ut ab omnibus et in omnibus glorificetur Pater et Filius et Spiritus sanctus, unus Deus et dominus (cf. Eph. 4, 6.) omnium, qui magnificat salutes regum et glorificat in magnificentia et gloria per omnia (cf. Ps. 17, 51.) secula seculorum. Amen.

EXPLICIT[a] PROLOGUS.

INCIPIT PREFATIO EIUSDEM LAMBERTI ARDENSIS ECCLESIE PRESBITERI SUPER GHISNENSIUM HISTORIAM AD EUNDEM ARNOLDUM.

Considerantes igitur et ad memoriam reducentes, quod

Eunt anni more fluentis aque, (Ov. art. am. III, 62–64)
Nec que preteriit hora redire potest,

omnia autem que sub celo sunt, nisi literarum commendentur apicibus, caduca esse in tempore et transitoria, et que modo mortalium capit noticia, versa manu in ictu oculi labuntur a memoria, memorabilium virorum et illustrium[b] Ghisnensium videlicet comitum nichilominus et Ardentium procerum digne memoranda nomina simul et gesta, languenti scriptorum invidia vel fortasse negligentia a frequenti recordatione, proh pudor! fere deleta, ad eorundem nobilium virorum et memorabilium successorum non minus quam modernorum et vestri potissimum, amantissime princeps et domine Ghisnensis Arnolde, cui insudamus, laudem et gloriam, quantum sufficimus et veridice testimonio relationis agnovimus, interserentes loco et tempore de quarundam ecclesiarum tam Ghisnensium quam adiacentium fundationibus, memorare, scribere, gloriosum duximus, honestum ac necessarium.

EXPLICIT[a] PREFATIO.

INCIPIUNT CAPITULA IN GHISNENSIUM HISTORIAM.

1. De Baldevino Calvo, et de divisione Flandrensis et Boloniensis terre.
2. De Arnoldo Magno, eiusdem Baldevini filio.
3. De comite Walberto.
4. Quod Sancti Bertini monachi coniectant, totam Ghisniam suam esse elemosinam.
5. De edificatione celle et constructione ecclesie apud Scalas.
6. Quod Ghisnensis terra desolata et a propinquioribus heredibus destituta, in manus Flandrensium sit contracta.
7. Quomodo Sifridus de Dachia in Ghisniam venit.
8. Quomodo Sifridus apud Ghisniam dunionem fecit et fossata circumcinxit et firmavit.
9. Quomodo Arnoldus Magnus egre tulit, cognito quod Sifridus apud Ghisnas dominaretur.

a) E. P. *des.* 2. 2*. b) illustrensium 2. 2*.

10. Quod facti sunt amici Arnoldus Magnus et Sifridus.

11. Quomodo Sifridus impregnavit Elstrudem et apud Ghisnas mortuus est.

12. Quomodo Arnoldus, Balduini[a] filius, curam egit amite sue Elstrudis et filii eius et Sifridi, Ardolphi; et quomodo ei totam Bredenardam in filiolagium contulit.

13. Descriptio Bredenarde.

14. Quomodo Ardolphus Boloniensis comitis Erniculi filiam Matildim duxit uxorem.

15. Confutatio illorum qui dicunt, quod Erniculus tribus filiis suis terram suam distribuerit.

16. Quomodo Radulphus natus est et Gisnensis[b] factus est comes.

17. Quomodo Radulphus duxit Rosellam, filiam comitis Sancti-Pauli, et ex ea, scilicet Rosella, genuit Eustachium.

18. Quomodo Radulphus populo suo iniuriosus et odiosus nimis prodigaliter vivens, per imprecationem eorum non matura, sed miserabili morte defunctus est.

19. Quomodo Eustacius comes factus mitissimus in populo apparuit et fuit.

20. De Regemaro comite Bolonie.

21. Quomodo Regemarus Odrensem Henfridum interfecit.

22. Quomodo Odrenses Regemarum interfecerunt.

23. Quomodo Eustacius duxit Susannam, filiam camerarii Flandrie.

24. Quomodo, mortuo Eustacio, successit ei Balduinus.

25. Quomodo Balduinus duxit Lothariensis Florentini filiam Adelam, nuncupatam Christianam, et ex ea genuit filios et filias.

26. Quod Balduinus proposuit aliquod edificare monasterium.

27. Quod Richildis Flandriam in servitutem redigere voluit.

28. Quod, devicta Richilde, comes Robertus Watiniensem fundavit ecclesiam et Calletensem.

29. Quomodo comes Balduinus et Lileriensis[c] Engelramnus peregre profecti sunt apud Sanctum Iacobum.

30. Quomodo comes Balduinus instauravit cenobium Andrie.

31. Quomodo Ida Boloniensis comitissa fundavit monasterium beate Marie de Capella.

32. De constructione Ardensis ecclesie.

33. Quomodo, Balduino mortuo, successit ei Manasses.

34. Quomodo comes Manasses genuit Aelidem, matrem Balinghenieusium.

35. Quomodo comes Manasses duxit comitissam Emmam.

36. De Colvekerlis.

37. Quod comes Manasses proposuit cenobialem construere ecclesiam.

38. Quod Robertus Cum-barba apud Lischas quatuor canonicos instituit.

39. Quod episcopus Morinensis Milo primus apud Lischas Premonstratenses canonicos instituit.

40. Quomodo Eustacius Senex de Fielnis ecclesiam de Bello-Loco fundavit et in ea Arroasiensis ordinis canonicos instituit et introduxit.

41. Quomodo Oilardus instauravit Sanctorum-Campum, qui et Sanctinghevelt dicitur.

42. Quomodo comes Manasses genuit Rosam, et Rosa Beatricem.

43. Quomodo comes Manasses neptem suam Beatricem Albrico Apro desponsavit uxorem.

44. De Arnoldo Gandavense.

45. Quomodo comes Manasses dedit nepoti suo Gandavensi Arnoldo Tornehem cum appendiciis eius.

46. Quod Willermus Audomarensis castellanus duxit in uxorem Millescendam, filiam vicedomini de Pinkinio.

47. Quomodo Arnoldus Gandavensis duxit uxorem Mathildem, Audomarensis castellani filiam.

48. De procreatione filiorum Arnoldi Gandavensis.

49. Quomodo comes Manasses mortuus est.

50. Quomodo Henricus Broburgensis castellanus nunciavit Alberto Apro mortem comitis Manassis.

a) Bald'i 1. b) *ita* 1. c) Liberiensis *codd.*

51. Quomodo comitissa Emma instauravit cenobium sanctimonialium apud Ghisnas et ibi demum mortua est et sepulta.

52. Quomodo Gandavensis Arnoldus apud Tornehem consiliariis et fautoribus suis consilium suum aperuit[a].

53. Quomodo Balduinus, Ardensis domini filius, se ad Arnoldum Gandavensem transtulit.

54. Quomodo Arnoldus Iuvenis in Fulberti-nemore a clientibus suis morti datus est.

55. Quomodo Arnoldus Gandavensis Broburgensem castellanum Henricum apud Alderwicum bello lacessivit.

56. De Almari-vallo.

57. Quomodo Broburgensis castellanus Henricus carpentari fecit castellum apud Broburgum et Almari[b]-vallo adaptavit.

58. Quod Ardensis dominus Balduinus ad Florem sive ad Almari-vallum in capite sagittatus est.

59. Quod Broburgensis castellanus Henricus totam Ghisniam devastavit.

60. Quomodo Albertus Aper et Beatrix separati sunt et Beatrix Ardensi domino Balduino desponsata est.

61. Quomodo Beatrix mortua est.

62. Quomodo Gandavensis castellanus Winemarus mortuus est.

63. Quomodo Samurensis Galfridus Ghisnensem comitatum habere voluit.

64. Quomodo comes Arnoldus suos ad se vocavit, honoravit et exaltavit.

65. Quomodo Ardensis dominus Balduinus Ierosolimam peregre profectus est.

66. Quomodo Markiniensis vicecomes Arnoldus Ardee dominus effectus est.

67. Quomodo Balduinus Ghisnensis, comitis Arnoldi filius, desponsavit Christianam, Ardensis domini filiam.

68. De constructione turris et muri apud Colvidam, et de edificatione[c] infirmarie apud Lodebarnam.

69. De instauratione infirmarie apud Spellecas.

70. Quomodo femine leprose apud Lodebarnam et homines leprosi apud Spellecas collocati sunt.

71. Quomodo Balduinus Ghisnensis, comitis Arnoldi filius, genuerit Mabiliam de Chisonio et Arnoldum, filium suum primogenitum, prius Ardensem dominum, et postea nichilominus Broburgensem castellanum.

72. De procreatione filiorum aliorum, Willelmi videlicet, Manassis et Balduini clerici.

73. De morte comitis Arnoldi.

74. Quod Balduinus Ghisnensis comes effectus est.

75. Quomodo comes Balduinus capellam sancte Katherine apud Montorium instauravit.

76 Quomodo domum rotundam apud Ghisnas edificavit.

77. Quomodo turrim apud Tornehem reparavit et edificia et vivarium et carcerem turri inhumavit.

78. Quod forum de Sutkerka apud Alderwicum transtulit et ibi festum in pentecoste constituit, et firmitatem edificiis[d] et capella decoravit, et villam fossato[e] cinxit, et mariscum desiccavit et arabilem fecit.

79. Quomodo nati sunt Egidius et Sigerus, Adelina et Margareta et Mathildis, et quibus coniugibus matrimonio copulati.

80. De sapientia comitis Balduini.

81. Quomodo translatari fecit multos libros.

82. Quomodo Egidium de Hasebroec de manu Reinoldi Boloniensis comitis liberavit.

83. Firmatio Sangate et eius descriptio.

84. Quomodo comes Boloniensis Reinoldus apud Ostrowicum firmitatem facere voluit.

85. Quomodo comitissa Christiana mortua est et Ardee sepulta.

86. Quomodo comes Balduinus pre dolore de morte uxoris sue concepto in gravissimam incidit egritudinem, et quomodo convaluit.

87. Quanta liberalitate Remensem archiepiscopum Willermum Ardee hospitem susceperit et sanctum Thomam Cantuariensem archiepiscopum.

88. De prudentia comitis Balduini et de negligentia.

a) apparuit *codd.* b) Armari 1. c) constructione 2. 2*. d) edificavit 2. 2*. e) fossata 1. 2[a].

89. De procreatione filiorum post humationem comitisse.

90. Quomodo Arnoldus, filius eius, cum comite Flandrie Philippo mansit.

91. Quomodo idem Arnoldus effectus est miles.

92. Quomodo Arnoldus Ardee dominus effectus Eustacium Rasorium in commilitonem suscepit et socium.

93. Quomodo Arnoldus torniamenta frequentando propter nimiam eius liberalitatem Boloniensi comitisse Ide placuit.

94. Quomodo Reinoldus de Dominio-Martini, relicta uxore sua, sorore Waltheri[a] de Castellione, Boloniensem comitissam Idam in Lothoringiam duxit.

95. Quomodo Arnoldus de Ghisnis causa Boloniensis comitisse Ide in Lothoringiam profectus apud Viridonium captus est.

96. Quomodo Arnoldus de Ghisnis a Verduno reversus ad voluntatem patris se habuit et continuit.

97. Quomodo Walterus de Clusa Ardentium narrat historiam.

98. Quomodo Adela de Selnessa omnia allodia sua resignavit in manu Morinensis episcopi et ea mox ab eodem episcopo resumpsit in feodum.

99. Quomodo Herredus duxit uxorem Adelam de Selnessa.

100. Quomodo villa Ardee primo constructa est, et unde nomen accepit.

101. Quod fuerunt quidam falsarii qui dicerent Herredum de Pepelinghes oriundum.

102. Confutatio eorum falsa opinantium.

103. Quomodo, Herredo mortuo, Adela Bergensi Elbodoni desponsata est.

104. Quomodo Elbodo apud Selnessam manens, vivarium Ardee constituit et molendinum.

105. Quomodo Arnoldus, filius eius, primus Ardensis dominus nominatus, genuit Radulphum canonicum et Libertum Bottectorum patrem et auctorem; et de morte Adele Selnesse domine.

106. De capellula sancti Quintini de Capelhova.

107. Quomodo Fielnenses et Ellemboninses ab Ardensibus sua requisierunt allodia, et quomodo Elbodo mortuus est.

108. Quomodo Arnoldus, filius eius, senescalcus factus est comitis Bolonie Eustacii, factus etiam[b] dominus Hinniaci et Excluse.

109. Quomodo idem Arnoldus super dunionem Ardee factum de Selnessa omnia sua transtulit edificia.

110. Quomodo Arnoldus duxit Mathildim, filiam Gonfridi de Marchisia[c], et ex ea genuit filios et filias.

111. Quomodo Arnoldus villam Ardee opidum fecit liberum et pares in eo duodecim constituit et scabinos et forum rerum venalium iuramento confirmavit.

112. Quare hic Arnoldus dictus sit advocatus, et quomodo Mathildis, uxor eius, obiit.

113. Quomodo Arnoldus, filius Arnoldi, terram conquisivit in Anglia.

114. Quomodo primus Arnoldus viduam comitis Sancti-Pauli duxit in uxorem.

115. Quomodo primus Arnoldus Ardentium ecclesiam instituit et canonicos instauravit.

116. Quomodo Morinensis episcopus Drogo liberam confirmavit Ardentium ecclesiam cum eius appendiciis.

117. Quomodo Arnoldus multorum sanctorum reliquias in Ardensem ecclesiam collocavit.

118. Quomodo Arnoldus maiorem ecclesiam in Ardea construxit et in ea canonicos transtulit.

119. Quomodo idem Arnoldus unus de paribus Flandrie factus est, et quomodo bannitos possit detinere.

120. Quomodo, mortuo Arnoldo, filio eius Arnoldo Hinniacenses et Exclusenses homagium facere noluerunt.

121. Quomodo Arnoldus Senex dedit Gonfrido, fratri suo, terram de Markisia et Gonfridus reliquit ei partem terre sue in Anglia.

122. Genealogia Broburgensium, et quomodo Broburgenses et Ardenses ab Alostensibus in parte duxerunt originem.

a) Walcheri *codd.* b) est *codd.* c) *ita* 1. 2[a].

123. Quomodo Arnoldus Senex duxit Gertrudem in uxorem.

124. Quomodo idem Arnoldus scurram suspendit in equuleo.

125. Quomodo pax confirmata inter Ardenses et Fielnenses.

126. Guerra inter Ardenses et Ghisnenses, et quomodo Arnoldus Senex fossato magno et longo villam Ardee firmavit et boscum.

127. Quomodo Arnoldus magnam domum et excelsam fecit in castello Ardee, et eiusdem descriptio domus.

128. Quare furnagia dantur Ardee.

129. De severitate Gertrudis.

130. Quomodo Arnoldus Senex circa ecclesiam Dei devotus, tandem crucem sibi baiulans dominicam, in Anthiochiam devenit.

131. Quomodo Arnoldus Iuvenis Eustacium de Hinniaco ad singulare bellum de proditione provocavit.

132. Quomodo Arnoldus Senex, ab Anthiochia reversus, filias suas maritavit.

133. Genealogia Markiniensium, et de morte Gertrudis.

134. Quomodo Arnoldus Senex mortuus est et Arnoldus Iuvenis Ardensis dominus est effectus.

135. Quomodo Arnoldus Iuvenis a nequissimis servis et siccariis interemptus est.

136. Quomodo Baldevinus[a], frater eius, Ardensis dominus effectus est.

137. Quomodo, vulnerato Balduino, abbas de Capella Theodericus ad eum accessit, et quomodo Balduinus eidem abbati ecclesiam Ardee dedit et previlegiavit[b].

138. Quomodo abbas Theodericus ecclesiam Ardee a quibuscumque opus erat personis previlegiari sibi et confirmari perquisivit et impetravit.

139. Quomodo Balduinus Ardensis dominus vendidit abbati de Capella molendinum de Bramis cum adiacentibus terris et marisco et etiam piscariam.

140. Quomodo monachi manserunt iuxta molendinum apud Bramas.

141. Quomodo Ardensis dominus Balduinus Ierosolimam peciit.

142. Quomodo Balduinus mortuus est in itinere, et in mari proiectus, suis postea non comparuit.

143. De pseudoperegrino, qui se Balduinum de Ardea simulavit.

144. Iterum, quomodo Markiniensis vicecomes Arnoldus de Colvida nominatus Ardee dominus effectus est.

145. Quomodo idem Arnoldus a Bramis monachos Ardee transtulit et post pusillum temporis ab Ardea expulsos iterum apud Ardeam revocavit.

146. Quomodo Balduinus de Hondescote personatum ecclesie de Hondescote ad tempus obtinere impetravit.

147. Quomodo, audita Ardentium historia, et cessantibus pluviis, Arnoldus de Ghisnis spaciatum digressus audit Marchum de Bosco occisum et mortuum.

148. Litigium super Ardensi ecclesia inter Arnoldum et monachos.

149. Quomodo Arnoldus duxit Broburgensem castellanam Beatricem.

150. Quomodo castellana peperit filias suas et Balduinum, et de obsidione Sancti Audomari.

151. Quomodo quidam milites hinc comitem Bolonie, hinc comitem Ghisnensem guerriaverunt.

152. Quomodo Arnoldus de Ghisnis magno fossato circumcinxit Ardeam.

153. Quomodo Flandrie regina Portugalensis Mathildis Furnenses domare volens, ab ipsis Furnensibus et Blavotinis exsuperata est.

154. Quomodo Ghisnensis comes Balduinus a calcata et fossato inter Axlas et Nivenna Mercuriticos removit et confecit.

155. Apostrophatio ad invidos.

156. Continuatio et adaptatio principii ad finem et perfectionem tocius operis.

Ad laudem igitur et gloriam et honorem Ghisnensium comitum et Ardentium procerum a quodam Arnoldo narrationis sumentes exordium, in quendam Arnoldum, videlicet in eum cui scribimus, cui operis gloriam attribuimus, qui nobis, ut iam diximus et quamdiu nobis

a) *ita* 1. b) *ita* 1. 2a *saepius*.

loqui dabitur semper dicturi sumus, patricius est et dominus, suscepti operis laborem terminare decrevimus. Sed ut competentius ad propositi negocium descendamus, ad alia quedam proposito quidem nostro non aliena, licet altiora, stilum convertamus.

1. De Balduino Calvo et de divisione Flandrensis et Boloniensis terre, et cetera.

Sicut igitur ex commendaticiis Flandrensium chronicis perpendere licet et advertere — non enim alia quam ea que in annalibus chronicorum libris legendo quandoque reperimus vel ab autenticis et grandevis patribus et veridicis didicimus, vel que oculis fine tenus aspeximus, autenticis ficta miscendo et sic sudori sudorem accumulando, nostro appingimus
Fl. Gen. 318 1. opusculo — defuncto Flandrie simul et Bolonie et Tervannici populi comite Balduino Calvo, filii eius, Arnoldus videlicet, de quo iam mentionem fecimus, cognomento Magnus vel Vetulus, et Ardolphus terram patris sui triplici distinctam nomine inter se diviserunt. Arnoldus itaque, qui maior erat natu, Flandriam, Ardolphus vero Boloniensem terram et Tervannicam simul suscepit. Sed Ardolpho absque liberis et herede corporis defuncto et apud Sanctum Bertinum tumulato, Arnoldus comitatum eius in manu recepit.

2. De Arnoldo Magno, eiusdem Balduini Calvi filio.

Hic siquidem Arnoldus, ut iam diximus, cognomento Magnus vel Vetulus, a Balduino Ferreo tercius, a Lidrico autem Harlebeccense, qui ab incarnatione Domini anno septingentesimo nonagesimo secundo Flandrie comes factus et constitutus est primus, in genealogie linea sextus computatur comes et palatinus. Qui super universas Flandrie partes manus extendens, etiam Ghisnensium predia sue dominationis continuavit imperio. Sic enim et predecessores sui prius fecerant post Lidricum[2].

3. De comite Walberto.

Comes enim Walbertus, ut in vetustissimis invenitur paginulis, qui Pontivi comitatum et Sancti-Pauli totamque terram — nec excepto Sythiu fundo, quem predives quidam Adroaldus
648. nomine beato contulit Audomaro, Morinensis ecclesie tunc episcopo[3] — ab Archis[4] usque ad Scalarum[5] terminos ab utroque latere ad mare occidentale hereditaria possessione olim occupaverat, beate recordationis viro sancto Bertino, qui comitis iam dicti Walberti filium de fonte baptismatis levavit et in filium recepit adoptionis Bertinumque ei nomen indidit et nominavit, Archas vel Archarum villam cum eius appendenciis[a], Sithiu etiam et Longonessam, Kelmas quoque et Acquinum et Coekas cum Audenfordio[6] et Scalis et multis aliis in liberam contulit elemosinam[7]. Et se ipsum una cum filio suo Bertino apud Sithiu in monasterio in honorem apostolorum Petri et Pauli nuper constructo sub beati Bertini custodia Deo placentem obtulit hostiam et monachum constituit.

4. Quod Sancti Bertini monachi coniectant, totam Ghisniam suam esse elemosinam.

Unde etiam occasione sumpta, iam dicti loci cenobite, quasi omnia predia sua — que nunc Ghisnensis terra nominatur — eidem loco et sibi funditus contulerit idem comes Walbertus[8], non audentes palam proferre, verbum absconditum mutuo loquuntur et annuunt oculis,

a) appendiciis 2. 2*.

1) SS. IX. 2) Fortasse in animo habet auctor quae Genealogia Generosa p. 317. de Lidrico comite tradit: *Videns Flandriam vacuam et incultam ac nemorosam, occupavit eam.* Ceteroquin de initiis comitatus Flandrensis nihil fere constare, satis notum. 3) Immo consilio Audomari contulit Bertino; cuius donationis exemplum exstat ap. Folquinum in chartul. Sithiens. lib. I, c. 3, ed. Guérard p. 18. Sed noster non Folquinum, sed Vitam s. Bertini auct. Folcardo c. 2 (Mabillon, AA. SS. III, 1, 109) secutus esse videtur. 4) Arques, cant. St.-Omer. 5) Escales, prope Cap Blancnez. 6) Longuenesse, Quelmes, Acquin, Coyecques, Audenfort, omnes prope St.-Omer. 7) De hac Walberti traditione nil certum habemus. In Vita Bertini c. 7. legitur, Walbertum Arecas et multa alia praedia Bertino tradidisse; Folquinus lib. I, c. 48 (ap. Guérard p. 67) narrat, eandem villam, quae iam Otlandi episcopi tempore (c. a. 800) unum de principalibus abbatiae membris fuisset, anno 952. ab Arnulfo comite Wicfrido abbati redditam esse, senioribus idem quod in Vita legitur referentibus (p. 147). Postea traditio Walberti a comitibus Balduino (a. 1056) et Roberto (a. 1093) confirmata est. De Longonessa ceterisque villis, num a Walberto ecclesiae S. Bertini traditae sint, nil constat, nisi quod iam sub Adalardo abbate (obiit a. 861) in possessione erant monachorum. Cf. Folquini chart. Sith. p. 97 sqq. 8) Iam d. 20. Iun. a. 877. confirmat Karolus II. imp. monachis possessionem villae Gisna (Folq. II, c. 56, p. 125) et d. 23. Mart. a. 1093. Urbanus papa eisdem possessionem ecclesiae de Gisnes (Simon II, c. 8, ap. Guérard p. 214). Cf. enumerationem possessionum monasterii ap. Folq. II, c. 32, p. 105.

maxime quia terras et rapeia et silvulas decimasque et redditus aliasque possessiunculas nunc in Ghisnensi terra possideant; precipue tamen eo quod in memoriam et venerationem patris eorum et patroni sancti Bertini fundata est et constructa Ghisnensis oppidi mater ecclesia; magis vero precipue et quasi valentiori causa, quod Ghisnarum dunionem[1], utpote Ghisnensis comitatus caput et principium, cum quibusdam licet paucis adiacentibus terris annua pensione pro uno fiertone vel pro quinque solidis ab ipsis hereditario iure tenere debeat Ghisnensis comes. Unde tamen tam vana supersticio minusque provide et inconsiderate huius opinionis emerserit et emanaverit surculus, verum inquirentibus et sane credentibus dicimus: quod ab antiquo comitis Walberti tempore quendam villicum vel prepositum, quem antiquiora eorum scripta vassum suum appellant, in terra Ghisnensi habebant, qui de omnibus decimis et possessiunculis, quas in eadem terra possidebant, eis ut villicus sufficienter respondebat. Hic super iam dictam terram censualem iuxta Ghisnensis oppidi dunionem multo tempore mansit. Sed cum postea Ghisnensis nobilitatis et generis[a] auctor Sifridus[2] Ghisnensis oppidi munitionem sive dunionem fossato duplici circumcingere voluisset, nec ei ad perficiendum in propria terra locus sufficeret, de tota terra censuali iuxta dunionem tunc existenti villico concambium dedit, et sic demum fossatum perfecit. Et sic de terra illa censuali, que fere octoginta iugera sive geometricalium perticarum mensuras[3] continet, singulis annis unum fiertonem vel quinque solidos iam dictis reddidit[b] cenobitis. Ghisnensis comes factus, Sifridus villicaturam sive prepositturam villico et suis reliquit heredibus, a quibus denuo Ardensibus usque hodiernum diem villicatura sive prepositura successit dominis. Unde et Ardensis instaurator ecclesie egregius Arnoldus in quibusdam previlegiis suis et nostris invenitur advocatus vel prepositus eorum, in terra videlicet Ghisnensium, appellatus[4], et ob huius rei gratiam circa finem vite apud Sanctum Bertinum monachus effectus, demum ibi mortuus est et sepultus.

5. De edificatione celle et constructione ecclesie apud Scalas.

Unde ergo est, quod — quasi interiacentem terram ab Archis circumquaque usque ad Scalas, quam videlicet villam cum Audenfordio, sicuti iam diximus, sepedictus et nichilominus dicendus comes Walbertus ipsis similiter erogavit, sub iam dicte conditionis dono continue habere debeant — in fine quasi possessionis sue in huius rei monimento vel munimentum sub honore et patrocinio patris eorum et patroni sancti Bertini sibi habitaculum et cellam non longe ab Oceani littore edificarunt et ecclesiam. Sed quoniam stultorum, quorum infinitus est numerus, est de dubiis diffinitam[c] dare sententiam, super iam dictis et cf. Eccl 1, 15
minus sufficienter definitis scrupulosius inquirentibus diffiniendum[c] illis relinquimus, qui in venerabilis patris Walberti abbatis et comitis confessionibus apud Luxonium, quod ipse propter inhabitantium sanctitatem dicit Lux ovium, quandoque vere legerunt et studuerunt[5]. Nos autem, prout Deus donavit et ex veri relatione cognovimus, rerum ordinem prosequamur.

6. Quod Ghisnensis terra desolata et propinquioribus heredibus destituta in manibus Flandrensis sit contracta.

Postquam igitur amande et digne recolende memorie comes Walbertus, in Sythiu monasterio monachus effectus et presbiterii sublimatus honore, apud Burgundie Luxonium post sanctum Austasium est abbas a Deo electus et constitutus, heredibus suis propinquioribus, de quibus nostri non refert propositi dicendum de singulis per singula, quorum tamen multorum certe nomina in celo scripta esse non ambigimus, cum filio Walberti Bertino aliquamdiu conversantibus et, sicut scrupulosius investigantibus clarius patet, hinc illinc dispersis et obeuntibus; postquam sanctus Pharo, frater eiusdem Walberti, episcopus factus postea Meldensis, et[d] residuum terre a fratre sibi relicte iure propinquitatis ei successit et apud Stronas[6] Britannicum secus portum qui ab albedine arene vulgali nomine appellatur

a) sanguinis 2. 2*. b) *deest* 2. 2*. c) defin. 2. 2*. d) *fortasse* in *corrigendum*.

1) Francogallis *donjon*. 2) De hoc Sifrido vide infra c. 7. 3) 'On compte encore en Artois par mesures de terre, équivalant à peu près à l'arpent'. MENILGLAISE. 4) Vide infra c. 112. 5) Confundit noster supradictum Walbertum et Walbertum Luxoviensem, postea episcopum Meldensem, quam confusionem iam ante Lambertum in quibusdam sanctorum vitis, Bertini scilicet, Agili aliorumque repertam reiecit Mabillon, AA. SS. II, 619; III, 1, 115. 6) Estrouanne, villula maritima inter Wissant et Escalles.

Witsant, sicuti vere contestatur hystoria Meldensium[1], monachorum construxit monasterium, quod postea, peccatis exigentibus, bellantium exercitu in persecutione Gurmundi et Hysenbardi[2] commolitum est et eversum funditus, cum beata Phara virgine, sorore sua, Deo spiritum reddidit, ossa solo, nullis ab eis relictis liberis: multorum annorum labente curriculo, Ghisnensis terra rectore et domino recto quasi desolata et destituta in manus Flandrensium magna in parte contracta est. Unde et Audomarensia predia, que ab Adroaldo[a] sancto sunt Audomaro celitus commissa et collata, et Archarum nichilominus predia cum eorum appendenciis[b], a comite Walberto sancto Bertino pie in Domino commendata et distributa, quasi de corpore Flandrie a Ghisnensis terre integritate separata, Flandrie partibus indivisibiliter usque hodie continuata sunt atque coniuncta. Sperlekentia[3] predia[c] Boloniensi comiti a Flandrensibus comitibus in feodum data, Elchekensia[4] predia Audomarensi castellano, Minthekensia[5] et Quadhemensia[6] predia in manus Warennensis[7] comitis resignata et ab eo, nullo adhuc presente et contradicente, in feodum suscepta; aliaque perplura a baronibus et militibus terre ipsius similiter in feodum sunt accepta. Multa quoque in ecclesiis in elemosinam largita et ab ecclesiis precio comparata, in perpetuam possessionem previlegiata. Alia autem omnia que infra Ghisnensis terre ambitum continebantur predia, quasi desolata et ab herede legitimo pro nichilo reputata, usurpavit sibi et vendicavit Flandrie comes Arnoldus cognomento Magnus vel Vetulus. Sic enim, ut iam dictum est[8], et predecessores sui[d] fecerant a tempore Lidrici Flandrensis comitis primi. Qui, postquam comes Walbertus seculo valedixit et terram simul cum seculo dereliquit, Ghisnensem terram Flandrensium terre continuavit et sibi usurpavit et in terra Ghisnensi in loco suo prepositum substituit. Tempore autem illo, quo sepe dictus Flandrie comes Arnoldus Magnus Flandrensibus imperavit[9] principibus et populis, misertus dominus Deus ad se devote clamantis Ghisnensis populi, tandem Ghisnensibus recta et hereditaria successione prodeuntem procuravit heredem.

7. Quomodo Sifridus de Dachia in Ghisniam venit.

928. Anno igitur dominice incarnationis nongentesimo ferme vigesimo octavo, dum iam dictus Arnoldus Magnus Flandrensibus imperaret et pie recordationis episcopus Stephanus[10] pastoralem baculum in Morinorum baiularet ecclesia, vir quidam animo nobilis et genere spectabilis, a sepedicti Walberti Pontivi quidem et Teruannici populi sive Sancti-Pauli atque Ghisnarum comitis sanguine — licet negligentibus et nobis emulantibus longa retro series videatur, veritatis autem genealogiam scripto recordantibus et verum verisimile adhuc in memoriam conservantibus satis memorabile pro certo cognoscatur et teneatur — ducens originem, nomine Sifridus[11], qui eo quod regi Dachorum[12] plurimis servivit annis agnominatus est Dachus, vir quidem in bellicis apparatibus admodum strenuus et per totam Dachiam, utpote nepos et cognatus germanus regis et colateralis et a rege secundus, famosissimus extitit et nominatissimus. Cum diutino diucius sustinuisset et hinc illinc in auribus, fame rutilante penna et verissima scripti genealogici assertione[13], de predecessore suo, comite videlicet Walberto, et filio eius Bertino necnon et de fratre eiusdem Walberti[e] Pharone et Phara sorore similiter eorum rei percepisset eventum, et Flandrie comitem Arnoldum Magnum, sicuti et predecessores suos, Ghisnensis terre comitatum, quem hereditaria suc-

a) Adroalto 1. 2^a. b) appendiciis 2. 2^*. c) predia: Boloniensi 1; predia et Boloniensi $2^{a.b}$, et *corr.* etiam 2^c; etiam 2^*. d) prius *inserunt* 2. 2^*. e) Waberti 1. 2^a.

1) Cum Vita Pharonis, quam Mabillon, AA. SS. II, 610 sqq., publici iuris fecit, haec non plane conveniunt; fortasse aliam noster Pharonis vitam secutus est. 2) Cf. Dümmler, 'Geschichte des Ostfränkischen Reiches' II, 153. 3) Eperlecques, cant. Ardre. 4) Nord-Ausque, cant. Ardre. M. 5) Mentque, cant. Ardre. 6) Cahem prope Licques (cant. Guines). M. 7) Secundum Menilglaise fortasse comites de Warenna, départ. Seine-Inférieure. 8) Vide supra c. 2. 9) a. 918—965. 10) Obiit a. 935. Cf. Folquin. lib. II, c. 72, p. 138. 11) Arnulfum Magnum multa et magna proelia cum Danis et Nortmannis commisisse, Flodoardus aliique docent; sed huius Sifridi solus Lambertus mentionem fecit Nec dubium, quin noster fabulosam comitum Ghisnensium originem ni penitus excogitaverit, tamen primus in lucem protulerit et exornaverit. Lambertum postea Iohannes Iperius c. 27, p. 2 sqq., secutus est, qui tamen, utpote monachus S. Bertini comitibus inimicus, gloriam eorum valde detrectavit. 12) Ita semper pro Danis. 13) Lambertus an hic et aliis quibusdam locis (cf. c. 15 ex.) ex genealogia aliqua, fabulosa nimirum, comitum Ghisnensium hauserit?

cessione ad se spectare et pertinere didicerat, iniuste sibi usurpasse et adhuc in sua ditione tenere cognovisset: relicta Dachia et regalis honore curie, congregatis militibus et satellitibus tam sui generis quam alieni, terram Ghisnensem, utpote suam et hereditario iure sibi ab antecessoribus relictam et debitam et ad se iustissime pertinentem et ad hec ipsum expectantem, licet adhuc silvestrem et incultam et paucis habitatoribus habitatam, nullo habito Pontivi aut Teruannici[a] sive Sancti-Pauli comitatus respectu, properanter adiit et occupavit.

8. Quomodo Sifridus apud Ghisnas dunionem fecit et fossato circumcinxit et firmavit.

Et cum predecessorum negligentia terram videret immunitam et hostium quorumlibet circumquaque assultibus perciperet expositam, et cum Ghisnarum oppidum nullius valli aut firmitatis aggere vallatum fuisset aut munitum, in eo firmissimum munitionis aggerem primus elevavit et fossato duplici circumcinxit et sepivit, et inconsulto Flandrie comite, de quo inprimis mentionem fecimus, Arnoldo Magno, totam terram Ghisnensem sibi, nimirum ut debuit, appropriavit et sue dominationis vendicavit arbitrio.

9. Quomodo Arnoldus Magnus egre tulit, cognito quod Sifridus apud Ghisnas dominaretur.

Audiens autem Flandrie comes Arnoldus Magnus sive Vetulus, Sifridum Ghisnarum preesse dominio, admodum stomachatus et amaritudinis et indignationis zelo tumefactus, vix impunitum patitur Sifridum. Sed primo accelerans nuntios, eum ad se accersiri fecit. Susceptis igitur Flandrensis domini cum iocunditate et exaltatione[b] nuntiis, Sifridus non obturatis auribus nuntiorum audiens legationem et tanti principis aliquatenus iam intelligens indignationem, uti moris est viri sapientis, cum prudentioribus terre loquitur, consulens diligenter ab eis quid facto opus sit. Collectis igitur[c] iuxta prudentium et maioris auctoritatis seniorum consilium cognatis et amicis suis propinquioribus, vel sibi conscius Sifridus aut timens, sed in domino Deo et in potentia virtutis eius semper gestans fiduciam, Flandrensis dominationis principem confidenter adiit imperterritus et eum in villa Sythiu, ubi frequenter idem princeps conversationem habebat, inter primos provincie proceres exultantem invenit et ludicris intendentem. Quem ut vidit Sifridus et agnovit, ad memoriam revocans quod 'audaces fortuna iuvat' — o digne memorandam animosi viri audaciam! — Verg. Aen. X, 284. audacter in medium prosiliens, satis eleganter et urbane, submisso ob reverentiam principis capite, ei valedixit et suis. Milites vero simul et Flandrensis curie proceres, quos Sifridus ut prudens et providus in suum asciverat et premunierat adiutorium, nichilominus et herilis memorati principis comitatus, benigno favore virum recipientes et venerationis attentionem ei exhibentes, studiose cautela sedulitatis suo eum commendare principi satagebant[1]. Quippe Dachorum regis frater quidam Cuntus[2] nomine, Sifridi nepos et cognatus germanus et amicus proximus, cui Sifridus, dum adhuc in Dachia maneret, sedulum sepius exhibuerat obsequium, coram principe cum aliis astans militibus, cum eis opitulationem pro eo fudit ad principem, adeo ut, mitigata principis ira et indignationis eius furore fugato, digne venerationis viro Sifrido propicium et pacificum vultum exhibuit, et apprehensa eius dextera, vicem salutationis ei rependit et suis.

10. Quod facti sunt amici Arnoldus Magnus et Sifridus.

Facti sunt itaque sub illa die amici, et Sifridus Flandrensium principi super Ghisnensis terre dominio debita cum reverentia primus prestitit hominium. Adeptusque est tantam eius gratiam, quod ab eo in socium detentus honoris et familiaris eius est effectus et domesticus. Et quoniam consilio discretus erat, prudentia clarus, largitate perfusus et in universa morum honestate perspicuus, in tota curia Flandrensi post primum et re et nomine annumeratus est secundus. Tandem reverentissimo Flandrie comite Arnoldo Magno de medio

a) Teruannenci 1; Teruannensi 2. 2*; *correxi*. b) exultatione *corr.* exaltatione 1 *et ita ceteri codd.* c) ergo 2. 2*.

1) Haec omnia prorsus ficta esse a Lamberto, nemini fugiet. 2) Cunt pro Cnut etiam codex Vindobonensis (1) Adami Bremensis; cf. SS. VII, 271.

965. facto[1], remansit Sifridus cum Balduino, filio eius[2]. Et quia pater eius eum ferventi dilexerat amore et in multis et pre multis honoraverat, ipsum ampliori venerabatur dilectione, ardentiori diligebat affectu.

11. Quomodo Sifridus impregnavit Elstrudem et apud Ghisnas mortuus est.

Habuit autem iam dictus comes Balduinus mire pulchritudinis sororem, a Balduini Ferrei[3] quondam uxore Elstrude nominatam Elstrudem[4], cuius Sifridus nimio languebat amore; cui post multa amoris colloquia furtivaque ardoris oblectamenta demum nolenti velle, immo nolle volenti, sine vi ludendo vim intulit et eam clanculo impregnavit. Re autem in propatulo habita et manifestata, Sifridus sibi metuens et comitem et dominum prestolari non audens, in patriam reversus est et Ghisnas usque pervenit. Ubi aliquamdiu morbo languens occulto et intemperato eius quam reliquerat amore, alterum Andream exhibens Parisiensem, miserabili morte defunctus est[5]. Balduinus quoque Flandrie comes, dominus eius, paucis interiectis diebus concepto variole morbo, mortuus est et apud Sanctum Bertinum sepultus est. Hic siquidem Balduinus heredem reliquit Flandrie Arnoldum, qui pater fuit Balduini Barbati, a filia Heremanni Saxonum ducis Mathilde conceptum et progenitum[6].

12. Quomodo Arnoldus, Balduini filius, curam egit amite sue Elstrudis et filii eius et Sifridi, Ardolphi, et quomodo ei totam Bredenardam in filiolagium contulit.

Hic ergo Arnoldus adhuc adolescens cum cognovisset amitam suam Elstrudem impregnatam[a] et Sifridum Ghisnensem miserabili morte defunctum, terram Ghisnensem occupavit, et amite sue Elstrudi compatiens, curam eius egit. Peperit autem Elstrudis filium, quem Arnoldus Flandrie comes de fonte levavit et nomen ei Ardolphum indidit et imposuit, eiusque omnimode curam egit et matris. Crevit itaque puer, et in presagium futuri Ardolphus appellatus est Ghisnensis. Factus igitur adolescens Ardolphus et in robur accelerans virile, matre eius iam defuncta, in amorem Flandrensis comitis Arnoldi, cognati sui germani et patrini, in tantum excrevit, quod eum militaribus implicans sacramentis militem fecit et comitem Ghisnensem sustinuit, insuper et terram eius ampliavit et fines eius dilatavit.

13. Descriptio Bredenarde.

Fuit enim diebus illis locus quidam pascuus, amplus admodum et latus[7], inter flumen quod dicitur Vonna ab orientali plaga[8] et Neleios vel Nileios fontes[9] ab occidentali, et inter flumen quod a re veris, id est amenitatis effectu, vel a rei vero Reveria[10] nuncupatur a meridie usque in oppositam marisci partem spaciosi ad aquilonem longe lateque diffusus et extensus, pecoribus et armentis nutriendis propter herbarum fertilitatem circummanentibus, licet adhuc paucis, admodum necessarius. Hec siquidem terra a latitudine pasture vulgo Bredenarda[11] dicta est, raro frequentata habitatore, paucis vel nullis adhuc exculta colonis. Hanc igitur terram memorandus Flandrie comes Arnoldus, ut iam diximus pater Balduini Barbati, ad honoris sui et nepotis augmentum et ad Ghisnensis terre fines dilatandos, in feodi quoque crementum, cognato suo germano et filiolo libere possidendam et in perpetuum hereditario iure tenendam contulit Ardolpho.

a) esse i. 2. 2*.

1) Obiit d. 27. Mart. 965. 2) Errat auctor; Balduinum iam ante patrem Arnulfum a. 962. obiisse, constat. 3) Balduini Calvi potius, qui fuit filius Balduini Ferrei et duxit uxorem Elftrudem, filiam Alfredi Magni, regis Anglorum. 4) Huius Elstrudis primus Lambertus fecit mentionem, quem exscripsit Iohannes Iperius. 5) Haec fabulam redolent. Intelligere videtur Andream aulae regiae Francorum capellanum, qui a. 1170. 'Amatoria' edidit; cf. Fabricius I, 91. 6) Non dubium, quin verba *variole morbo* — *progenitum* ex genealogia quadam desumta sint; sed propius Genealogiae Lamberti quam Genealogiae Generosae accedunt, quamquam etiam cum illa non plane conveniunt. Quare aliam comitum Flandrensium genealogiam, fortasse deperditam, nostrum exscripsisse credam. Cf. praefat. p. 552. 7) 'Petit pays d'environ 3 lieues carrées, faisant aujoud'hui partie du canton d'Audruick, et comprenant les communes d'Audruick, Nortkerque, Polinchove et Zutkerque. Il avait sa coutume particulière'. M. 8) 'Vonna aujourd'hui le canal de St. Omer'. M. 9) 'La rivière de Nielle coulant de Sud au Nord a encore son embouchure dans le canal'. M. 10) 'La rivière de Hem, qui part d'Ecuoeilles, canton de Desvres, passe à Tournehem, ettombe dans le canal de Saint-Omer à Calais'. M. 11) 'Breite erde'.

14. Quomodo Ardolphus Boloniensis comitis Erniculi filiam Mathildem duxit uxorem.

Ardolphus igitur post aliquot dierum spacium paterne flagrans hereditatis desiderio, accepta a domino cognato et patrino Flandrie comite Arnoldo licentia, in patriam suam ad Ghisnensium partes se transtulit, ubi aliquantisper cum libere dominaretur et tranquille securitatis pace gloriaretur, famosissimi Bolonie comitis Erniculi[1] filiam Mathildem duxit uxorem.

15. Confutatio eorum qui dicunt, quod Erniculus tribus filiis suis terram suam distribuerit[a].

Nec enim audiendi sunt illi qui somniando dictitant, quod ille quem iam Bolonie comitem nominavimus Erniculum, qui apud Sanctum Vulmarum de Nemore vel de Silviaco[2] Ernuldus nominatus cum duobus filiis suis, Ernulpho videlicet et Eustacio, in eodem loco sepultus esse dicitur, unquam terram Boloniensem et Sancti-Pauli atque Ghisnensem simul in eodem tempore tenuisset, et quod pro qualitate affectionum trium filiorum suorum et studio terram portionaliter iuxta studii et affectionum ipsorum convenientiam competentem ipsis distribuisset. Ghisnensium enim terra, circumspectis, lectis et relectis omnibus tam Flandrie quam Bolonie chronicis, si qua sunt, autenticis, auditis etiam et intellectis plurimorum narrationibus antiquorum et fabulis, nunquam et nusquam Boloniensis terre portio vel appendicium invenitur aut auditur, sed Flandrensis dignitatis ditioni post comitem Walbertum totaliter inclinata et subiecta[3]. Si autem queratur, unde huius opinionis surculus diu sopitus demum in populo ventilatus surrepserit et emanaverit, dicimus, quod a quodam vero quoddam verisimile simplicibus et facile credentibus prodiit et in fabulam subiit. A verissimo enim rei eventu commutatum est a Boloniensibus, immo commentatum, ad sue consolationis et delectationis fabulam. Sicut enim in veterum annalibus legimus et a grandevis patribus quandoque audivimus, multorum annorum labente curriculo, postquam pie recordationis et colende memorie comes de quo iam dicimus Walbertus, qui Pontivi et Sancti-Pauli Ghisnensiumque preerat et principabatur terre, facta secundum Dei voluntatem in terris dispensatione, carnis debitum solvit, fuit quidam de nobilissimo Francorum oriundus genere in Pontivo prepotens comes nomine Willermus[4]. Qui cum virtute corporis non minus quam nobilitatis genere famosissimus existeret et longe lateque admodum polleret et fama personaret, cumque sibi sua non sufficerent, sed in adiacentia multa vi et fortitudine manus extenderet, et Boloniensium vastitatem suis subiugavit et continuavit intersticiis. Qui etiam cum ex veterum relatione cognovisset, quod antiquus predecessor suus comes Walbertus olim tante virtutis extitisset, quod usque ad mare occidentale sive iuste sive iniuste sue dominationis extendisset et exercuisset potentiam, hoc idem concepit et, quoad ipse potuit, sue satisfecit et obtemperavit voluntati. Hic siquidem Willermus cum quatuor haberet filios, primogenito, eo quod circa militiam in equis et armis glorioso iocundaretur affectu, utpote digniori digniorem et excellentiorem sue dominationis partem, que nunc Pontivorum[5] terra nuncupatur, distribuit. Secundo vero, eo quod venatorie occupationis studiis applicuisset animum et nichil sine canibus iocundum esse assereret et delectabile,

a) diviserit 2. 2*.

1) Die 1. Febr. a. 972. subscripsit *Arnulphus Boloniensis comes* diplomati Arnulphi II. comitis Flandrensis pro monasterio Blandinio. Cf. Duchesne, 'Histoire généalogique des maisons de Guines, Ardres etc., preuves' p. 47. 2) Samer-au-Bois in agro Boloniensi. 3) Post Erkangarium comitem Boloniensem (cf. Vit. Bertulfi c. 25, Mabillon, AA. SS. III, 1, p. 54) Balduinus Calvus comitatum occupaverat; Balduino autem mortuo, filii terram inter se diviserunt: Arnulfus Magnus Flandriam, Adalolphus Boloniam et regionem Tarvennicam, cuius pars erat Ghisna, suscepit. Post mortem Adalolphi Arnulphus totam markam tenebat. Cf. Folquin. II, c. 73, p. 140. 4) De Willermo testimonia Lamberto antiquiora non exstant. Nihilominus Benedictini ('l'Art de vérifier les dates'. Paris 1818. T. XII, p. 321) omnia ut certa et vera retulerunt. Iam Malbrancq, De Morinis (Tournay 1639) II, p. 594, haec et quae sequuntur fabulae loco reponenda esse demonstravit. 5) De comitatu Pontivi haec comperta habemus. Post mortem comitis Erluini occupavit Arnulfus Magnus comitatum, quam Rotgarius, filius Erluini, ei eripere non potuit. Cf. Flod. ann. a. 951; Hariulfi chron. Centulense (ap. Dachery ed. alt. II.), lib. III, c. 22. Arnulfo a. 965. mortuo, Lotharius rex terram invasit, sed de comitibus denuo institutis nil audimus. E contrario legitur apud Hariulfum lib. IV, c. 21: *Nostra haec provincia non comite utebatur, sed regiis militibus hinc inde praepositis conservabatur.* Postea tempore Henrici regis advocatus invenitur Hugo, cuius filius Angelrannus primo advocatus, dein comes nominabatur, teste Hariulfo IV, c. 12. et 21.

nemorosos terrarum saltus, qui nunc Boloniensis terra dicuntur, feodalem contulit dominationem[a]. Tercio autem, quia circa agriculturam et in frumentis colligendis et servandis curiosus existebat, Teruanensium fines, qui usque hodie Sancti-Pauli vocantur comitatus, in feodum dedit perpetuum[1]. Quarto etiam nichilominus, eo quod in armentis et pecoribus nutriendis totam perfunderet intentionem, terram in parte monticulosam et rapeis et bosculis obsitam, agros etiam pascuos et gurgitosam marisci planiciem, que nunc temporis Ghisnensis terra nominatur, cum se daturum disposuisset, audiens Sifridum a generoso comitis Walberti sanguine prodeuntem de Dachia nuper advenisse et Ghisnensium fines, ipso ignorantiam simulante, in manu forti viriliter et iuste obtinere, sibi timuit, et mutato sapienter consilio, Sifridum in pace sub Flandrensis comitis Arnoldi Magni protectione permittens, filio suo, videlicet quarto, filiam Reinaldi de Sancto[b]-Walarico[2] desponsavit uxorem. Hec igitur de veterum annalibus, non de opinione vulgali contra Bolonienses dicta sufficiant.

16. Quomodo Radulphus natus est et Ghisnensis comes factus.

Iuncta igitur comiti Ghisnensi Ardolpho Boloniensis comitis Erniculi filia, Mathildis concepit et peperit ei filios Radulphum et Rogerum. Quorum prior natu Radulphus, Ardolpho iam defuncto, Ghisnensis terre factus est comes; iunior vero, antequam pubesceret, iuvenis defunctus est. Radulphus igitur Ghisnensis comes factus et fastuosam tam Flandrensis quam Boloniensis gerens nobilitatis superscriptionem, animosus extitit, acer et bellicosus. Quippe cum a Flandrensibus, qui ab imperatorie nobilitatis sanguine, a regibus quoque et ducibus[3] descenderunt et originem duxerunt, et a Boloniensibus, quorum auctor cicni[c] non phantastici, sed veri et divini, ducatu[4] celitus advectus Boloniensibus generose propaginis et divine nobilitatis originem indidit, divine scilicet et humane generationis stemmate polleret, gladiaturam[5] pomposi nominis heres et geniture ob nativitatis insigne preconium cum extollentie fastu in longis et remotis terrarum tractibus et finibus sub nobilibus regibus[d]
cf. 2. Tim. 4, 2 et principibus oportune et importune, studiose, diligenter, immo ardenter exercuit.

17. Quomodo Radulphus duxit Rosellam, filiam comitis Sancti-Pauli, et ex ea scilicet Rosella genuit Eustacium.

Duxit autem Radulphus iste filiam comitis Sancti-Pauli, militis strenuissimi Hugonis, a roscido odore vel a roseo colore nominatam Rosellam. Ex qua suscepit nobilem virum Eustacium aliosque in bellicis armis et apparatibus patris non degeneres filios et venuste faciei et laudatissime forme filias. De quibus fastidium vitantes[e] et dispendium, nostri non refert propositi, nec locus est dicendi singulariter per singula de singulis. Enimvero cum de eis nichil[e] dicere proposuimus, pennam subtrahimus, ut morosius Eustacio primogenito scriptoria penna observiamus.

18. Quomodo Radulphus populo suo iniuriosus et odiosus nimis prodigaliter vivens, per increpationes eorum non matura, sed miserabili morte defunctus est.

Hoc addito de Radulpho, quod tam proflue prodigalitatis nota perfusus dicebatur, ut ei quod habebat sufficere non posset. Unde cum ei non sufficeret de suo quod suis distribuere valeret commilitonibus, in subiectos, nimirum ultra modum iniustas exactiones faciendo, iniuste calumniando, vi opprimendo et plerumque rapiendo, seviebat. Factum est autem[f] in una dierum, ut ad execrabiles nundinas, quas torniamenta vocant, properaret in Franciam. Et veniens ad montem iniqui vel fullonis vel etiam Philonis, qui vulgo Monfelon[6] dicitur, iuxta Surcas, invenit maximam pastorum multitudinem propter pasture amplitudi-

a) donationem 2. b) defuncto 2 (*corr.* de sancto 2a). c) *in rasura* (ci...) cini 1; cini 2; cicni 2'. d) nobilibus et regibus *corr.* nobilibus regibus 1. e) *e corr.* 1. f) *deest* 2.

1) De comitibus Sancti-Pauli ante medium saeculum XI. nihil compertum habemus. Cf 'l'Art de vérifier les dates' XII, p. 380. 2) Saint-Valery-sur-Somme, arrond. Abbeville. 3) Balduinus Ferreus duxit (a. 863) Iudith, filiam Karoli Calvi, postea imperatoris; Balduinus Calvus Elftrudem, filiam Alfredi Magni; Balduinus, filius Arnulfi Magni, Mathildem, filiam Herimanni ducis Saxonum. 4) Comites Bolonienses a cygno originem duxisse, fabula narrat, cuius fabulae primus, quod sciam, Guillelmus Tyriensis ('Recueil des historiens des croisades', tom. I, p. 371) mentionem fecit. Guillelmum Helinandus, Vincentius, alii secuti sunt. Cf. Reiffenberg, 'Monuments de Namur, Hainaut etc. IV. (Chevalier au cygne I), introduction et appendix' p. 1. 5) hastiludia, turnier. 6) 'Derrière l'église de Surques est une colline dite le mont Pinsard, sur laquelle est un tertre dit le Mouflon'. M.

nem ibi congregatam[1]. Ubi cum dissimularet suos et se ipsum ficto verborum idiomate, ne ab eis agnosceretur, averso vultu transfiguraret: 'Heus', inquit, 'pastores' — non premisso vale — 'quid dicitur de comite Ghisnensi, si valet, ubi est, aut quo tendit'? Pastores vero, ut erant nimie simplicitatis, ratione et sermone tenues, nodum in scirpo non querentes, sed rationem ex affectu animi cum responso confundentes, responderunt: 'O mortiferum terre sue virum, qui, dum Herculi, Hectori vel Achilli coequari nititur, excoriando et torquendo suos et flagellando sevit in suos, et cum non ignoraret debellare superbos, misere[a] novit parcere subiectis miseris. Quomodo enim ei hoc terre tantillum sufficere posset, cui totus non sufficeret mundus? Ecce iam recessit, ut aiunt, a loco suo et in Franciam ire parat, ut suam dilatet famam, suum gentibus innotescat nomen et magnificet. Sed utinam, antequam revertatur, in profundum aque Secane vel Ligeris[b] demergatur, vel occulto bello vel[c] telo oculi eius eruantur, ne ad nos amplius redire queat puniendos, vel etiam alicuius quirini hasta perforentur viscera eius, ut effundatur sanguis eius noxius et in abissos Inferni defluat'! Hoc idem omnes

cf. Verg. Aen. VI, 854.

Conclamant socii vocemque loquuntur eandem;
Annuat, et dicunt, precibus Ramnusia nostris[d]!

Quod cum audisset comes, stomachatus admodum murmurando recessit. Cum ergo ventum est ad locum gladiature vel torniamenti, iusto Dei iudicio actum est, ut in primo belli concursu, accepto in umbilico vulnere, comes de vita periclitaretur[e]. Cum autem inter sagittarios quasi mortuus deportaretur, veniens ab opposito sagitta dextrum eius perforavit oculum; et prevaluerunt in oppositam sagittarii partem, et semivivum apprehendentes comitem, eum despoliaverunt et plagis impositis in preterfluentis Secane alveum, nulla moti misericordia, immisericorditer precipitaverunt, ubi ulterius nusquam comparuit. Sic sic plerumque fit, ut, iusto Dei exigente iudicio, iniusti, iniuriosi indignationem Dei et populi maledictionem meritis suis exigentibus consequentes, inmatura morte de vita, licet inviti, periclitantur. Audiens igitur Eustacius, patrem suum Radulphum miseranda et inopinata morte vitam exalasse, fremuit spiritu. Sed circa doloris affluentiam modificationis induens temperantiam, omni dilatione postposita, in Franciam properavit et circumquaque patrem quesivit. Sed cum eum nullatenus invenire potuisset, repatriavit. Et accepta de morte patris consolatione, et dolore prudenter aliquantulum mitigato, in Flandriam usque maturavit, et hominio Flandrie principi Balduino, videlicet Barbato[2], cum reverentia rite exhibito, in patriam remeavit.

19. Quomodo Eustacius comes factus mitissimus in populo suo apparuit et fuit.

Factus igitur comes Ghisnensis Eustacius,
Est patris ingenui dictus non degener heres,

excepto quod in populo suo per omnia mitissimus apparuit, et quod peramplius et perfectius, quantum iusticie rigor et rectitudo permisit, studuit

Parcere subiectis et debellare superbos. Verg. Aen. VI, 854.

Hic siquidem Eustacius tam benignus, tam paciens et benivolus dictus est inter suos extitisse, quod quodam futuri presagio hoc nomen Eustacius ei inditum esse credebatur, eo quod semper et ubique stare diceretur in bono. Unde et sui sepius ei applaudentes dicere solebant:

'Ex re nomen habes[3]; vivas comes hic et in evum;
Sic bonus esto tuis;

ne sicut patrem tuum quandoque

te mala damna sequantur,

et per imprecationes subditorum corporis detrimentum et anime periculum sustineas'[4]. Unde et quandoque inter prandendum in solemnibus sancte incarnationis Christi domini nataliciis apud Ghisnas consulta intentione mortem Boloniensis comitis Regemari ipsum ad memoriam revocare monebant. Ille

a) miserere *corr.* misere 1. b) *e corr.* 1. c) ve *in ras.* 1. d) vestris *corr.* nostris 1. e) periclitaret 1.

1) Auctor hic et in sequenti capitulo carmen fabulosum de comitibus Ghisnensibus excerpsisse videtur. 2) Obiit d. 30. Maii a. 1036. 3) Alludit huic versui Ovidiano: *Ex re nomen habet.* Amor. I, 8, 3. M. 4) Quae sequuntur ut figmentum fabulatoris minutioribus litteris exprimenda esse duximus.

vero, ut erat benignus et erga suos pie omnimode gestans viscera, nullam commotus in iram, diligenter, quasi ignarus et scienter nescius, sciscitabatur ab eis, quisnam fuisset ille de quo loquerentur Reghemarus, et qualiter occubuit. Consurgens igitur senex quidam in medium et manu indicens silentium, facto silentio, dixit:

'Pace tua loquor, o comitum mitissime, nec te moveat, et tamen moneat, si in eo de quo loqui incipio Reghemaro quandoque patrem tuum transsumptive intelligas.

20. De Regemaro comite Bolonie.

Reghemarus igitur Bolonie comes extitit, qui in suos ultra morem seviens, nobiles terre[a] viros, quantum poterat et audebat, quasi sub pedibus conculcans, deprimendo despiciebat, ignobiles, proh pudor! converso laudandi moris ordine, venerabatur, exaltavit et ad honores usque provexit; audiens quando-
Luc. 1, 52. que, sed male cum Iudeis ad litteram intelligens: *Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles.* Regie tamen potestati totus inclinatus, cum superioribus extra terram largitate diffusus apparuit et munificus, in patria vero cum subditis[b] et minoribus avaricie estibus pallebat et arefiebat. Hic rapiebat, illic talliabat aut rebus expoliabat. Isti iniuriosam obiciebat calumniam, illi sine spe redeundi exulare precipiebat; istum squalori carceris mancipavit, illum furcarum afflixit et affixit patibulo. In milites efferus et amaricosus, in cives acerbus et contenciosus, in familiares truculentus et tirannus, in servientes quasi super abstractis insidiosus. Unde et timentes eum ultra modum quasi Sathanam de celo iusticie cadentem et deficientem servientes, nimirum et ipsi in populos sevientes, cum tirannicis preceptis mallent obedire quam iuri intendentes iudicium facere: hic Bolonie verberatur, hic apud Devernas[c, 1] collaphizatur; hic apud Calaisiacum[2] ab ecclesia raptus membratim discerpitur et, genitalibus abscisis, ad modum ludi pile a puellulis et mulieribus ludificatur[d]; hic apud Mercuricium, non succurrentibus Oianis[3], proximorum gladiis occubuit. Illic incusatores more porcelli ad macellum morte afficiuntur. Unde in furorem conversus omnem accendit iram Reghemarus. Et Bolonienses exosos habuit et odio iniquo persequitur. Calaisiacensibus onerosum pondus imponit, ut videlicet in perpetuum exulent vel ei super infinita pecunia qualemcumque pacem componant. Mercuricios plectitur, collumbaribus onerat et in Hardrei locum[4] incarcerat. Ganapensium[5] domos gravi incendio destruit et devastat. Chaiotensibus[6] probriis et contumeliis insultat et eos tedio et angore lacessit. Odrenses[7] pre omnibus et per omnia infestat, afficit et affligit. Et quasi de iure terram comitum iniquissimus, licet in milicia strenuissimus, non possideret, in prenosticum futuri alicuius videlicet aliunde adventantis et advolantis comitis suis hec subditis et populis et hiis[e] similia et intollerabilia mala et damna, trepidantibus vicinis et circummanentibus populis, irrogabat.

21. Quomodo Regemarus Odrensem Henfridum interfecit.

Ut igitur in omnibus furoris truculencie saciem[f] daret, ut etiam vite sue terminum non promerite[g] hominis sui mortis inferentia coangustaret, impetu quodam amaricati animi debriatus barbarico, in necem Odrensis Henfridi, in quo caput omnium et principatus Odrensium consistebat, grassatur. Excogitata igitur et inventa mortis causa, arrepto tempore et loco, Henfridum truncato capite diminuit et morte inopinata trucidat. Manifestato autem opere nephandissimo et palam facto verbo, uxor eius muliebri sexui virilem interserens animum, viro interfecto interulam sive camisiam virulentam et sanguinolentam — o virtutis feminam! — viriliter detraxit et eam non sine animi commotione ad tempus reservavit, et filiis suis non sine amaricati gutturis singultibus ad vindicandi patris instigationem eam sepius ostentans, ipsos ad ulciscendum patrem provocavit et animavit. Sed quoniam nulla potencia longa est, factum est in una dierum, ut Reghemarus, appropinquante die mortis sue, divina urgente ultione, venatorio deditus studio cum venatoribus et canibus Bolonie forestam iuxta Makinghehem[8] incautus ingrederetur, cum Odrensium mater — o ineffabilis[h] fatorum series et dispositio! — eadem via forte pertransiens, comitem vidit et invidit. Et calcaribus, ut quod desiderabat expletum redderet, urgens equos, citius quam credi potest domum usque pervenit. Et inventis ad nutum et votum eius filiis, simul et Caiocensibus, eiulatu et planctu lacrimabili totam commovit domum et familiam. Et nullam passa moram viri sui camisiam filiis et familiaribus suis ostendens, rei eventum de comite et locum, ubi cum aliquantis venaretur, insinuavit et ipsos, quantacumque potuit instigatione, ad ulciscendum patrem irritavit.

22. Quomodo Odrenses Regemarum[i] interfecerunt.

Insurgentes igitur Odrenses, Caiocensibus sibi associatis, quia et causa eorum communis cum eis erat similiter et privata, saltus hinc nemoris et inde pertranseunt, et comitem circumquaque quesitum et demum inventum et usque petreiam vel petrarum quadraturam marchisie persequentes et tandem consequentes et comprehendentes, vi superant, et voto suo saciem dantes, gladiis enecant, et venatoribus

a) sue *ins.* 2. 2*. b) subiectis 2. 2*. c) Deunas (5 *supra* u) 1. 2a; Deunas 2b. 2*, *corr.* Devernas 2c. d) *sic* 2c. 2*; ludificatus 1. 2a. b. e) *deest* 2. f) faciem 2. 2*. g) pro merite *codd.* h) ineffalibilis 1. i) Gheremarum 1.

1) Desvres, arrond. Boulogne. 2) Calais. 3) Oye, cant. Audruick. 4) 'Hardelo, vieux château, 8 kilom. S. de Boulogne'. M. 5) 'Sans doute les gens de Guemps, commune du canton d'Audruick'. M 6) Cayeux, qui vicus S. Walarici (Saint-Valéry) oppido proximus est versus occidentem. Mabillon, AA. SS. II, p. 26. 7) 'Ordre, 1 kilom. N. de Boulogne'. M. 8) Macquinghem, cant. Boulogne.

nimirum vociferantibus et canibus simul oblatrantibus, quasi cervum enecatum et membratim discerptum relinquunt'.

His dictis, metuunt comitemque tuentur
Inque vicem referunt: 'Satis[a] est hec fabula nota'.
Sicque tacere senex nutu signisque iubetur,
Atque audit: 'Satis est! digito compesce[b] labellum'.

Postquam igitur senex moralem rei eventum de comite Reghemaro comitem prudenter et sufficienter edocuerat et proceres, comes geste rei non surdus auditor in paucis seni applaudens, respondit et dixit:

'Vive, precor, venerande senex; tua seria captant,
Moralem messem morali falce secari.
Vivat in eternum Reghemarus, vivat et ipse
Qui me progenuit; Christo conregnet uterque!

Ego autem, cui Reghemarum meo opponis et innuis in patre intelligendum, Christo domino michi favente et propicio, in meos seviendo vel in extraneos unquam similem mortem promeruisse memorabor in posteros'. Hiis dictis, comes non sine verbi nota subticuit.

De virtute igitur in virtutem gyganteis, ut ita dicam, passibus procedens Eustacius, bonum sibi nomen et famosum tam in remotis quam vicinis terre partibus acquisivit.

23. Quomodo Eustacius duxit Susannam, filiam camerarii Flandrie.

Duxit autem in uxorem Flandrie camerarii nobilissimi Sigeri de Gherminiis[1] filiam nomine Susannam. Que concepit et peperit ei Balduinum, Willelmum et Reinelmum[c], Adelam et Beatricem. Quos omnes liberalibus literarum studiis adprime imbuendos tradidit pater eorum Eustachius, filios autem militaribus elementis inter primos Flandrie iuvenes erudivit et ad unguem edoceri procuravit. Qui quoniam vir sanguinum nullatenus erat aut [cf. Ps 54, 24.] dolosus, non dimidiavit Deus dies eius, et quia annos eternos in mente semper habuit, pro- [cf. Ps. 76, 6.] cessit in diebus suis, et plenus dierum carnis debitum solvens, matura morte vitam finivit[2].

24. Quomodo, mortuo Eustachio, successit ei Balduinus.

Mortuo autem Eustacio, successit in Ghisnensis terre comitatum filius eius pie recordationis Balduinus[3], miles quidem strenuissimus et in omni morum probitate preclarus. Qui quamvis milites miro venerabatur affectu, circa miliciam tamen prudens fuit et modestus. Miles enim ipse circa milites suos et subiectos nullo dominationis supercilio se extollendo efferebatur, sed ut parem sese ipsis in ministrando sociumque coequavit. Orphanorum quidem consolator, viduarum in tribulationibus pius adiutor. Nichil a subditis, militibus vel plebe, nisi quod de iure habere debuit, exegit aut violenter extorsit. Ecclesiasticis vero viris et religiosis cum omni diligentia tocius prestitit venerationis obsequium et assidua protectione et defensione munivit. Qui, utpote literarum eruditus apicibus, eo devotius atque ferventius Deo sedulum exhibuit obsequium, quo frequentius in sacris scripturis lectitando a pio et christianissimo patre bone indolis disciplinacius intellexerat et acceperat documentum. Nimirum in atriolo pectoris sui sagaciter reservavit, quod a pii patris sui visceribus olim disciplinabiliter suxit.

25. Quomodo Balduinus duxit Lothariensis Florentini filiam Adelam, nuncupatam Christianam, et ex ea genuit filios et filias.

Duxit autem in uxorem summi et incomparabilis viri Lotharie et milicie ducis florigeri Florentini filiam, Adelam[4] propria appellatione vocatam, sed non sine altioris rei misterio ob meritorum videlicet insignia et mirifica virtutum magnalia, suppressa appellatione propria, certiore vocabulo Christianam nuncupatam. Decuit namque et divini muneris actum

a) *ita Memlglaise;* satis in hec 1. 2[a. b]; *corr.* s. hec mihi 2[c], *et ita* 2*. b) compescere *corr.* compesce 1. c) Reinelinum 2 *saepius.*

1) 'Probablement Grimmingen, arrond. Audenarde'. M. 2) Quod Duchesne, 'Hist. généalog. de Guines', pr. p. 15, 'ex chronico S Bertini' affert: 'a. 1052. Eustacium elevationi s. Bertini interfuisse', non invenitur apud Simonem in chartul. Sithiens. I, c. 11 (ap. Guérard p. 180), sed ab Iohanne Iperio postea additum est. De Eustacio aliunde nihil compertum habemus. 3) Anno 1065. subscripsit iste *Balduinus comes de Gisnes* inter alios nobiles diplomati a Philippo I. rege Francorum Balduino marchioni Flandriae dato pro coenobio Hasnoniensi: *Actum Corbeiae in basilica b. Petri apostoli anno ab inc. Dom.* 1065, *ind.* 3, *epacta* 11, *regnante Philippo rege anno* 6, *episcopante Lietberto Cameracensi anno* 17. Cf. Duchesne, 'Histoire généal. de Guines', pr. p. 19 sqq. 4) Nescimus, quem intelligat auctor nisi Florentium comitem Hollandiae (a. 1049 – 1061), sed de filia eiusdem Adela sive Christiana nihil compertum habemus.

esse credimus largitate, ut christianissimis oriunda natalibus ecclesiastici federis mercimonio christianissimo copularetur viro Adela, et re et nomine, ut dictum est, dicta Christiana. Ex qua suscepit iam dictus et nichilominus digne dicendus et nominandus Balduinus famosissime nobilitatis sobolem, Robertum videlicet, qui, ut tunc temporis erat consuetudo et adhuc plerumque tenetur, binomius erat, sed suppressa vocationis proprietate, invalescente usus assuetudine, dictus est Manasses, postea Ghisnensis comes; Fulconem[1] in terra promissionis comitem apud Baruth, ibique demum sepultum; Guidonem comitem de Forois[2], sed in Andria sepultum; Hugonem Morinensis ecclesie archidiaconum, sed postea militem et in Andria similiter sepultum; Adelidem quoque Samurensem et Ghislam Gandavensem. Quarum prima, Adelidis videlicet, Parisiensis episcopi Guiffridi[3], Boloniensis comitis Eustacii fratris, cuius erat cognata et consanguinea, opitulatu Samurensi[4] domino Galfrido, qui ob insigne probitatis preconium in tota Burgundia, brachata videlicet, comata et manuleata, longe lateque quasi sol emicuit, legitimo coniuncta est matrimonio. De qua genuit Galfridum, patris non degenerem filium, tocius Burgundie militem strenuissimum, aliosque filios et filias. De quibus quoniam nichil scribere proposuimus, ne livoris obtrectatione nobis aliquid de aliquo emuli immurmurent Samurenses, Samurensibus scriptoribus, si quid expedit, scribendi calamum accommodamus. Ghislam vero postea uxorem habuit viris et viribus vir inclitus et genere, Gandavensis oppidi castellanus nomine Winemarus[5]. Qui ex ea genuit primogenitum, ad quem tendimus, de quo grandis sermo, Arnoldum[6]; Winemarum quoque et Sigerum; et Balduinum[7] Sancti Petri Gandavensis primo monachum, postea militem et demum a Liskensibus, dum militem quendam protegeret et de morte liberare intenderet, miserabili et inopinata morte enecatum; et unam filiam nomine Margaretam, que post nupsit Gandavensi militi Stepponi[8].

26. Quod Balduinus proposuit aliquod edificare monasterium.

Balduinus igitur Ghisnensis comes, ut nostri nichil ei desit officii, oculis ac manibus in celum semper intentus, circa ecclesias aut circa religiosorum monasteria totum suspendit animum pernoxque in orationibus, in vigiliis et ieiuniis, et in caritate non ficta et in elemosinarum distributionibus totus desudavit et devotus. Prosperatus igitur in lege Domini, temporibus[a] messis fructum iusticie percipere cepit in tempore suo. Unde et de die in diem virtutum insignis titulo, divino, ut dignum erat, afflatus spiritu, magis celestia quam terrena capescebat desideria; inter cetera tamen pietatis opera se felicem et Deo proximum fore arbitrans et existimans, si infra terram suam ecclesiam Dei fabricare et virorum Dei habitacula construere et edificare in vita sua sufficeret. Ad huius ergo desiderii et voti Deo cari et devoti excitationem et perfectionem dominus Deus, suorum non immemor ubique famulantium, occasionem obtulit et pie devotionis exacuit stimulum et affectus accendit incrementum.

cf. 2. Cor. 6, 6.

27. Quod Richildis Flandriam in servitutem redigere voluit.

Audivit etenim et aure non surda suscepit, quod Richildis, Montensis comitis filia[9] et Flandrie comitissa, inconsueta et inaudita et indebita a Flandrensibus presumeret exigere tributa[10]. A quolibet enim ostio et lecto nichilominus sive culcitra quatuor denarios per

a) tempore 2.

1) Filii Balduini comitis memorantur in privilegio eiusdem pro monasterio Andrensi a. 1084: *Concedentibus filiis eius Manasse, Fulcone, Widone, Hugone* (apud Dachery IX, p. 346 sq.; ed. alt. II, p. 783 sq.). De Manasse vide infra c. 33. — Fulco et Hugo archidiaconus testes leguntur in diplomate Manassis a. 1097. pro eodem monasterio (Duchesne, 'Histoire généalogique', pr. p. 38); Fulco et Wido subscribunt secundum Duchesnium (l. l. p. 39) circa a. 1117. privilegio monasterio S. Leonardi in suburbio Ghisnensi dato. 2) Num Forest, départ. Pas-de-Calais, arrond. Béthune? 3) Sedit c. a. 1061—1095. 4) Semur-en-Brionnais, départ. Saône-et-Loire, arrond. Charolle. 5) Occurrit in tabulis publicis a. 1088—1138. 6) Vid. infra c. 44 sqq. 7) De hoc Balduino vide quod coniecit Reiffenberg, 'Monuments de Namur, Hainaut etc. IV, introduction' p. 181. 8) Huius Stepponis filius Sigerus subscripsit in diplomate quodam Philippi comitis Flandriae a. 1171; cf. Duchesne, 'Histoire généalogique', pr. p. 77. 9) Erat filia hereditaria Reginari IV. comitis Hanoniae, uxor Herimanni comitis Montensis, post cuius obitum denuo nupsit (a. 1051) Balduino VI. comiti Flandriae. 10) Cf. Wilhelmi Malmesb. Gest. reg. Anglorum II, 256 (SS. X, p. 473): — *novaque a provincialibus tributa exigens.* Vide etiam Flandr. Gener. c. 18, SS. IX, p. 322.

universas Flandrie partes turpiter et proterve et irreverenter exigebat. Et cum Ghisnas eadem sub intentione penetraret, pius et prudens prudenter sustinuit Balduinus, donec, sepe et sepius vocato et demum in Flandriam adventante comite inclito Roberto Frisone[1], relictis in pace et securitate libera Ghisnensibus, in Flandriam repedavit Richildis. Cui occurrens cum omni exercitu suo comes Robertus, impetum fecit in illam iuxta montem Wouhe, qui vulgali nomine dictus est Wombergh, monti adiacens Casletensi[2]. (1072. Febr. 20.) Ubi cum pulverem incantatum[3] super comitem Robertum et eius exercitum manu proiecisset sacrilega, mutato ad nutum Dei vento, pulvis in ipsam recidit Richildem et suos.

28. Quod, devicta Richilde, comes Robertus Watiniensem fundavit ecclesiam et Caletensem.

Richildis igitur Dei nutu se cause succumbere et bello victam iam se esse intelligens et respiciens, locum dedit comiti. Sicque devicta et bello exsuperata, interfecto ibi filio suo Arnoldo, qui ante maius altare in ecclesia sancti Audomari apud Sithiu sepultus est[4], in Hainonia non sine multa strage suorum a Flandria turpiter abscessit et in Flandriam ultra nunquam comparuit. Ob cuius facti mentoriam[a] et memoriam comes Robertus, adepto tocius Flandrie principatu, in honorem beatissime semperque virginis Marie Watiniensem fabrefecit ecclesiam et triginta regulariter viventium canonicorum deserviri instituit obsequio[5]. Nec contentus eo, quoniam quidem in die, qua sancti Petri apostolorum principis solemnis habetur cathedra[6], meritis et intercessione eiusdem apostolorum principis, cui se et suos ipso die conflictus et belli commendaverat, divina semper preeunte gratia, de Richilde victoriosum diem exultaverat: in parrochia sancte Marie virginis apud Casletum in eminentiori montis excelsi crepidine infra muros castelli et firmitatis eiusdem loci in honorem apostolorum principis sancti Petri fabricavit et fundavit ecclesiam et viginti clericorum sive canonicorum secularium frequentari procuravit obsequio.

29. Quomodo comes Balduinus et Lileriensis Ingelramnus peregre profecti sunt apud Sanctum Iacobum.

Intelligens igitur[b] timoratus Dei famulus comes Ghisnensis Balduinus et divinum accipiens responsum super divinis et digne memorandis Flandrensis comitis Roberti operibus, de libertatis videlicet Flandrie acquisitione et ecclesiarum — quo ampliori augebatur desiderio — restauratione, cepit cogitare, qualiter et ubi competencius et oportunius cenobialem restaurare posset ecclesiam. Interea simillimo pie devotionis ardentem desiderio sancte peregrinationis sibi confederavit socium et collegam Engelramnum Lileriensis[7] castri dominum; et peregre proficiscens vir Dei ad Sanctum Iacobum[8], non eventu fortuito, sed divino ductus vaticinio, ad sancti Salvatoris Carofensis[9] devenit monasterium. Ubi parvam moram faciens, eiusdem monasterii abbati Petro[10], videlicet huius nominis secundo, contrito et humili corde in confessionem suos edidit excessus: et peregrinationis susceptionem et pie devotionis circa ecclesiam Dei fervorem. Et accersito capitulo, indicavit omnibus quod

a) mentionem 2c. 2*. b) autem 2. 2*.

1) Frater minor natu Balduini VI. Balduinus comes Ghisnensis partes secutus est Richildis et filii eius Arnulphi secundum Flandr. Gener. c. 19, SS. IX, p. 322. 2) Cassel, arrond. Hazebrouck, a St.-Omer ad orientem. 3) Haec fabulam redolent. Iam auctor Flandriae Generosae non multo post a. 1164. scribens carmen quoddam de pugna Casletensi nunc deperditum excerpsit. Cf. Bethmann in praefatione SS IX, p. 313. Nostrum Iohannes Iperius c. 38, p. 3 (Martene, Thes. III, p. 583) exscripsit. 4) Idem fere refert Flandr. Gener. c. 21, SS. IX, p. 322: *Prosternitur etiam filius eius ... Ernulfus et ad monasterium S. Audomari defertur tumulandus.* Sed in codice auctoris nostri Audomarensi (2c) manus Guillelmi de Whitte in margine adnotavit: *Haec falsa sunt, cum abunde constet sepultum in ecclesia S. Bertini. Sed parcendum auctori, qui Bertinienses non multum amasse cernitur.* Econtra Simon in chartul. Sithiens. lib. I, c. 21 (ap. Guérard p. 197) mortis quidem Arnulphi mentionem facit, de sepultura tamen penitus silet. 5) Secundum Chronicon Watinense c. 5 sqq. et c. 41 (Martene, Thes. III, p. 801 sqq. et 816) clericus quidam Odfridus a. 1072. coenobium Watinense fundavit et primus abbas exstitit; dein Robertus et Adela, mater eius, omnes donationes in ipso exordio fundationis factas d. 8. Iunii a. 1072. confirmaverunt. Cf. etiam chartam Roberti ap. Miraeum, Op. dipl. II, p. 1311. 6) i. e. Febr. 22. Alii laudant Febr. 20. (Order. Vital. SS. XX, p. 56) vel Febr. 19. (Albricus). 7) Lillers, départ. Pas-de-Calais, arrond. Béthune. 8) Santiago di Compostella. 9) Charroux in dioecesi Pictaviensi, départ. Vienne, arrond. Civray. 10) Fulrado potius, cui successit Petrus II. circa a. 1088. Cf Gall christ. II, p. 1281.

diu conceperat votum, et quod in terra sua cenobialem construere pridem decrevisset ecclesiam[1]. Sanctissimi igitur patris et abbatis saluberrimoque monachorum omnino acquiescens consilio, in elemosinam eis contulit liberam capellam beate Marie virginis, quam propriam et liberam habebat in castro suo apud Ghisnas, cum appendiciis eius decimamque et terram et silvam apud Hautinghem[2], decimam etiam de Spellekis[3] et quicquid[a] apud Suaukas[4] tunc temporis possidebat; hac siquidem conditionis nota, quod, quantocius in patriam veniret, et tempore et loco invento et preparato ad construendum cenobium, ad divinum celebrandum officium et misterium ei mittere monachorum satagerent etiam cum abbate conventum. Quod in pactum suscipiens venerabilis comes, facto peregrinationis itinere, prospero cursu remeando pervenit ad patriam. Ut quantocius voto suo saciem[b] daret, ecclesie Morinensis episcopo venerabili Gerardo[5] loquitur, et ad salutiferum venerandi presulis consilium et voluntatem cum discretione et reverentia per omnia et in omnibus faciens, ecclesiam sancti Medardi Andrensis sibi liberam acquisivit[6]. Quo[c] facto, cognito quod

Luc Phars. 1, 281. *Semper nocuit differre paratis,*

missis cum festinatione apud Carophum nunciis, abbatem qui primus dicitur in Andria Gislebertum, simul et monachorum conventum, inter quos vocatione et sanctitate[d] fuerunt primi venerabiles viri monachi religiosi Everardus et Henfridus de Betberga, iuxta quod condictum et in conditionis pactionem fuerat positum, in leticia et exultatione solemniter
1084. introduxit in Andriam.

30. Quomodo comes Balduinus instauravit cenobium Andrie.

Sicque voti compos et propositi, voluntate et adiutorio simul et consilio cuiusdam divitis indigene, Balduini[e] videlicet Bochardi[7], ad quem in parte spectabat fundus electus et preelectus in habitaculum Dei monachorum locus, venerabili Calixto[8], huius nominis papa secundo, qui liberam eis[9] concessit sepulturam, mundi monarchiam sub apostolorum Petri et Pauli protectione gubernante, Philippo autem Francorum regnum procurante, comite Roberto Flandrensibus imperante, episcopo Gerardo Morinensium cathedram et baculum baiulante, qui ab Urbano papa postea depositus apud Patheram[10] urbem sepultus est, anno dominice incarnacionis 1084. pie recordationis comes Ghisnensis Balduinus, Flandrensis comitis Karoli cognatus et fidelis amicus[11] et Flandrensium karissimus, Andrensis ecclesie cenobium instauravit et monachos instituit. In quorum ecclesia corpus beate Rotrudis virginis divinitus, evidentissimis miraculorum ostentionibus prodentibus, sibi collatum non sine maximo nobilium simul et plebis honore et reverentia in magnificentia cum iocunditate collocavit et gloria. Huius autem reverentissimum sanctissime virginis corpusculum populo demonstravit et inferetravit[f] venerabilis ecclesie Morinensis episcopus Milo secundus[12], Arnoldo comite Ghisnensibus dominante et imperante, tempore Petri[13] Andrensis eccle-

a) e. q. etiam 2. 2*. b) faciem 2. 2* (*corr.* saciem 2a). c) Quod 2 (*corr.* Quo 2c). d) vocationis et sanctitate 1. 2a; vocationis et sanctitatis 2b; *corr.* vocatione et sanctitate 2c; *ita* 2*. e) Bald'i 1; Balduini 2. 2*. f) *in ras.* 1.

1) De fundatione huiusce ecclesiae Andrensis cf. Willelmi Gesta abb. Andr., quae infra denuo vulgavimus. Chartas, quas Willelmus Gestis inseruit, vid. ap. Dachery IX, p. 344 sqq.; ed. alt. II, p. 781 sqq. 2) Autingues, cant. Ardre. 3) Prope Guisne. M. 4) Zouafques, cant. Ardre. — De his donationibus vide authenticum fundatoris et confirmationem Gerardi episcopi apud Willelmum. 5) Sedit circa a. 1083—1097. 6) Paullo aliter fundationem narrat Willelmus. 7) Secundum Willelmum c. 5. hic Balduinus Bochard, Andrensis pagi dominus, fundationi valde inimicus exstitit: *Verens infelix, ne eius possessiones paulatim labefactarentur et ad ius ecclesie redigerentur.* Quam rem ut impediret, de libello de vita b. Rotrudis conscripto multum detraxit, utque iudicio ignis subiiceretur, impetravit. 8) Potius Gregorio VII. 9) i. e. comitibus Ghisnensibus, neque tamen Calixtus vel Gregorius concessit, sed Paschalis II. in privilegio, quod Reinaldus abbas adeptus est: *Sepulturam vero eiusdem loci omnino liberam esse sancimus, ut tam supradictorum comitum progenies quam barones omnes, qui pares castelli vocantur, iuxta votum et deliberationem suam ibidem sepeliantur.* Will. Gest. Andr. c. 18, Dachery IX, p. 388 (ed. alt. II, p. 794). 10) Cf. Simonem in chartul. Sithiens. lib. II, c. 54 (ap. Guérard p. 265). — Gerardum postea in Monte-S.-Eligii prope Attrebatum vixisse, constat; de sepultura eius apud Patheram (?) solus Lambertus tradit. 11) Rursus homines et tempora confundit noster. Balduinus comes Ghisnensis obiit circa a. 1100; Karolus, filius Kanuti regis Daniae, postea dux Flandriae, natus est circa a. 1084. Cf. Wegener, 'Om Carl Danske greve of Flandren' (Havniae 1839) p. 8. 12) Sedit a. 1159—1169. 13) De hac translatione circa a. 1164. facta vide infra Willelmum c. 54.

sie abbatis. Ubi autem gloriosissimum huius sacrosancte virginis corpus sumptum fuerit vel unde delatum, questionem provocantes, si quibus memorandissimi patris et abbatis Petri libellulus sive tractatus[1], in Andrensi ecclesia positus et in solemnitate eiusdem virginis 22. Iun.
ad prandium singulis annis in refectorio convescentibus recitatus, non satisfecerit, a Marcianensibus[a] — licet, verum vel verisimile cum quodam ridiculo dissimulantes, cavillatorie Andrensibus in hac parte insultare consueverunt — si quid expedit, scrupulosius inquirant[2]. Constructo itaque Andrensis ecclesie monasterio, honeste sanctissimeque vite Deo carus et preclarus Ghisnensis comes Balduinus plerisque aliis in ecclesiarum constructionibus et in hospitalium domorum edificationibus — non tamen in sua, sed in aliis adiacentibus terris — pie et sancte imitationis reliquit exemplum et pium circa ecclesiam Dei fervorem et devotionis incussit amorem.

31. Quomodo Ida Boloniensis comitissa fundavit monasterium beate Marie de Capella.

Unde ad tam pie operationis imitationem Lotharie ducis Godefridi[3] quondam filia, Boloniensis comitis Eustacii[4] quandoque vidua, Godefridi et Balduini — in Iudee regno sancta Ierosolimorum civitate, ab Arrabicis et Sarracenis aliisque gentibus alienigenis et incredulis in manu forti et brachio extento cum Antiochia viriliter expugnata, penitus Ez 20,33
liberata — regum Ierosolimorum et Eustacii nobilissimi Bolonie comitis mater, nomine[b] et vite sanctitate venerabilis Ida, Boloniensis comitissa, in confinio Mercuricii in villa Brucham olim nominata sub honore beate et gloriose semperque virginis Marie fundavit ecclesiam et insigne religionis monasterium instauravit[5]. Et in eadem ecclesia, quos ab Hibero rege Ansculpho non sine maximo labore et studii diligentia perquisierat et impetraverat, eiusdem beate virginis Marie super aurum et lapidem preciosum preciosissimos undecim recondidit capillos et collocavit et cum aliis innumerabilibus sanctorum reliquiis sancto loco oblatos pre omnibus instituit honorari; simulque agium monachorum conventum, in Hamensi[6] monasterio ab Engelramno Lileriensi domino nuper constructo cum venerabili viro Ravengero abbate sumptum, aliosque honeste vite et religiose fratres in memoriam sancte Dei genitricis semperque virginis Marie et venerationem imperpetuum extollendam perhenni Deo perhenniter et iugiter servituros instituit et in preparatum Dei introduxit habitaculum. Hic siquidem locus sancte Marie celeberrimus, dum nova adhuc et tenera sancte religionis ibi pullularet infancia, virtutibus insignis, miraculorum frequentia gloriosus, caritate et religione sanctissimus, rerum habundancia admodum locupletatus, personis morum compositione et liberalium arcium non minus quam theologice scripture informatione cuiuslibet honoris sublimatione et prelatione dignis habundantissimus, fame — absit omnis invidie lividitas! — preconio nominatissimus, omnibus locis eminebat et preeminebat adiacentibus, utpote quem divina indesinenter sua Deus illustravit presentia, et quem ea qua olim perfusa est beata virgo celesti visitavit gratia et pie poscentibus ibi innumera prestitit beneficia. Tanti ergo nominis et venerationis fuisse creditur locus ille, quod quidam adiacentis terre nobiles aliique Christi fideles populi, si quas habebant eccle-

a) *sic* 2[a]; Marcionensibus *cet. codd.* b) n. v. et s. 2.

1) Will. Gest. Andr. c. 5: — — *Petrus huius loci abbas quintus, prudens, discretus et litteratus, in suo tractatu plenius describit.* Et paullo post: *Denique per prefatum Balduinum Bochard vita beate Rotrudis discerpta et demolita, licet plurimis postmodum claruerit signis aliorum more sanctorum, pauca penes nos ipsius gestorum habentur insignia, exceptis illis que a memorato et merito memorando abbate Petro veraci et etiam eleganti stilo sunt composita.* 2) Lambertus, ut etiam postea Willelmus c. 2. et 3, confundit Rotrudem Andrensem et Rictrudem in monasterio Marchianensi sepultam, quem errorem refutavit Henschen, AA. SS. Iun. IV, p. 255. 3) Secundi seu Barbati (a. 1044—1070). 4) Eustacii II, cui nupsit Ida d. 2. Dec. a. 1057. Eustacius obiit circa a. 1093, Ida d. 13. Aug. 1113. 5) Exstat charta Eustacii III. (sine die et anno), qua confirmat omnes donationes abbatiae Sanctae Mariae de Capella a matre sua concessas: — *adhuc superstite matre et commorante in monasterio quod ipsa, annuente et confavente patre meo, construxit in villa quae olim Burchain, nunc Capella sanctae Mariae dicitur. Omne suae donationis beneficium, quod eidem monasterio parentes mei contulerunt, premonitus et iussus a matre mea non modice mihi dilecta ratum habeo, approbo et concedo. — — Actum in villa Merch a. d. inc.* 1100, *domino Iohanne Morinorum episcopatum tenente, Lodewico regnante in Gallia, Balduino principante in Flandria.* Miraeus, Op. dipl. II, p. 1311 sqq. Cf. etiam Gall. christ. X, p. 1583. 6) Ham, dioec. Tarvanensis, arrond. Béthune.

siolas vel aliqua alia ecclesiastica beneficia vel etiam prediola, aut eidem loco ex integro et toto conferre aut aliquo subiectionis titulo innodare et subiugare satagebant, putantes et reputantes, immo pro certo credentes et cognoscentes, suas ecclesiolas liberiori stare et militare proventu, si tam sancto et venerabili loco aliquo subiectionis nodo[a] subicerentur, quam[b] si in propria qualicumque, prout constitute sunt, libertate persisterent et permanerent. Sic enim ipsis et hoc ipsum adiudicantibus meliori nomine militarent, et amplioris titulo auctoritatis radiarent. Locus enim ille ab omni turpitudinis et exactionis et indebite consuetudinis obiectu liberrimus esse cognoscitur. Unde et Capella dicitur, capella inquam summi pontificis, videlicet domini pape, in honore beate Marie virginis constructa. In cuius libertatis auctoritatem et memoriam illius liberi loci ecclesia singulis annis ecclesie Romane debet duodecim denarios. Quos simul collectos post quinquennium vel decennium abbas loci illius sanctissimi mittit Romam ad sue libertatis, ut diximus, cognitionem. Habet autem abbas illius loci in Romana talem dignitatem ecclesia, quod, si ipsum abbatem in Romana ecclesia ad missam domini pape presentem esse contigerit[c], librum tenere debet subdiaconi, dum idem subdiaconus epistolam pronunciaverit. Sed ne in dispendium militibus nobis immurmurantibus verba protrahamus, de hoc sanctissimo loco et monachis inhabitantibus religiosis hoc tantillum dixisse sufficiat, quousque maiori et ferventiori studio, loco et tempore, ad alia quedam interserenda ad ipsos scriptoriam pennam convertamus.

32. De constructione Ardensis ecclesie.

Interea autem Ghisnensium, etsi ad imitationem Flandrie comitis Roberti Frisonis, qui, ut iam dictum est, Watinensem ecclesiam fundavit et Casletensem[1], monasterium Andrie a Balduino Ghisnensium comite constructum et monasterium beate Marie de Capella ab Ida Boloniensi comitissa edificatum a primis post memorabile venerandi consulis Flandrie Roberti Frisonis factum in ordine constructionis, evidentissimis et sufficientibus causis intervenientibus, preposuimus, et penna crepitante et quasi iniuriante, hec duo monasteria prius fundata paravimus: tamen, ut veritatis historiam omnino veraciter prosequamur, a primis inter primos Ghisnensium procerum heroes heros primus Ardensis oppidi heres et dominus Arnoldus, qui animi nobilitate et milicie nomine et titulo Sancti-Pauli adeptus est comitatum[2], ad tam pii operis memorandi comitis Flandrie Roberti Frisonis imitationem sub honore beati Audomari in castro Ardee, ubi nunc est cimiterium et cella monachorum, 1069. constituit ecclesiam et in eadem decem canonicos seculares Deo in eadem ecclesia imperpetuum servituros procuravit. Que ecclesia postea a Balduino eiusdem oppidi domino Theoderico abbati et monachis de Capella sancte Marie virginis, que olim, ut dictum est, villa Brucham nominabatur, collata est. Sed de illius fundatione ecclesie et eiusdem de clericis sive canonicis secularibus ad monachos commutatione vel transsumptione, loco et tempore, cum de Ardentium procerum gestis iuxta quod proposuimus aliquid epilogando replicabimus, lacius et sacius disseremus[3]. Sicut enim ex earum, de quibus intendimus et iam diximus, ecclesiarum previlegiis perpendere[d] licet, Ardensis ecclesia fundata est anno dominice incarnationis 1069, postea Andrensis anno 1084, postmodum ecclesia sancte Marie de Capella anno 1091.

33. Quomodo, Balduino mortuo, successit ei Manasses.

Completa igitur carnis dispensatione, vita venerabilis et nomine Ghisnensis comes Bal- c. 1100. duinus mortem pertulit temporalem, et in spem vite eterne in ea quam fundavit ecclesia cum christianissima uxore sua Adela[4], quam nuncupative Christianam appellatam diximus[5], non sine planctu nobilium virorum et monachorum simul et universe plebis terre, cum duobus etiam filiis suis Widone et Hugone, Andrie sepultus est[6]. Robertus itaque, filius eius, qui invalescente usu, sicuti iam diximus[7], nuncupative quoque dictus est Manasses, ei successit et Ghisnensis terre populum regere suscepit. Qui tanto digne memorandi patris

a) modo *corr.* nodo 1. b) *e corr.* 1. c) contingerit 1. 2a. d) *sic* 2c. 2*; prependere 1. 2a. b.

1) Vide supra c. 28. 2) V. infra c. 114. 3) V. infra c. 115 sq. 4) Obiit post a. 1093, ut concludi potest ex Willelmi Gest. Andr. c. 9. 5) V. supra c. 25. 6) Obiit non ante a. 1100. secundum Willelmum l. l. 7) V. supra c. 25. Cf. Willelmum c. 9: *Manasses, filius eius, qui et Robertus, a Roberto Flandrie comite sic vocatus.*

virtutibus fervencius efferbuit, quanto magnanimitas eius insignia, hinc et hinc rutilante fama, in auribus frequencius accepit. Et licet quandoque temporalium curis immersus fuisse memoratur, spiritualium tamen non immemor misteriorum, loco et tempore mundanas exuens curas, suave sonantis ecclesie misteria propensius patulo capescebat auditu. Et quos pium patrem suum in vita sua honorasse cognoverat, ipse quoque non dissimili affectu et studio honorare satagebat. In nundinis etiam[a] et bellicis illusionibus promptus inventus est et studiosus. Sed mundum cum inani gloria quandoque decipiens, se ipsum multociens cum militibus inanem gloriam petentibus indeceptum non permittebat.

34. Quomodo comes Manasses genuit Adelidem, matrem Balinghenensium.

Interea cum quadam eminentissime pulchritudinis puella apud Ghisnas oriunda rem habuit, ex qua genuit filiam unam nomine Adelidem, quam nuptam dedit Eustacio, filio Heremari de Balinghehen[1]. Qui ex ea genuit quinque filios: Eustacium primogenitum, qui factus miles iuvenis mortuus est; Hugonem, qui duxit Mathildem puerili nomine Matham appellatam, filiam Laurette de Hammis[2], ex qua genuit Adelidem Ernulpho[3] de Caiou primo desponsatam, postea Danieli, fratri Sigeri castellani de Gandavo; Gregorium etiam Andrensis ecclesie monachum et in abbatem electum[4], sed ante benedictionem sponte depositum; Frumoldum quoque et Simonem, et filiam unam nomine Havidem, que nupsit Balduino Seni de Ermelinghen[5], Bolonie constabulario. De quibus Balinghenensibus videlicet magna et notabilia gesta cognovimus et in parte perspeximus: ut in omnibus et per omnia servatus sit modus in rebus, servata propositi narratione ex accidenti de eis tractatum producendo aliquid scribere, exhausto corniculo, pennam siccam subtrahimus.

35. Quomodo comes Manasses duxit comitissam Emmam.

Comes autem Manasses non immerito toto orbe terrarum longe lateque in magnificentia et gloria nominatissimus extitit et notissimus. Notus itaque in Francia, notus in Normannia, notissimus autem in Anglia. Unde cum frequentatione regis Anglorum Willelmi[6] in Anglia sepius conversationem haberet, duxit Emmam, filiam Roberti camerarii de Tancarvilla[b, 7] in Normannia, viduam Odonis de Folkestane[8] in Anglia.

36. De Colvekerlis.

In diebus illis fuerunt homines quidam clavati sive clavigeri, quos vulgo colvekerlos nominatos audivimus, in terra Ghisnensium habitantes. Qui clavati sive clavigeri a clava dicebantur agnominati, eo quod non licebat eis aliquod genus armorum nisi tantum clavas baiulare. Hii siquidem quadam impropiciationis specie ab Hamensibus dominis quasi sub servilis conditionis iugo constricti tenebantur. Cogebantur enim singuli per singulos annos Hamensibus singulos reddere denarios, in nuptiis quoque et in morte nichilominus quatuor[9]. Hoc autem in feodum perpetuum susceperunt Hamenses pridem ab antiquo Ghisnensi comite Radulpho, qui hec et his similia suis subditis ingerebat mala et obprobria. Concessit enim eis et in feodum confirmavit, quod, quisque[c] advena in terra Ghisnensi aliunde advolaret et annum unum et diem unum in terra sua perendinaret vel morosius et diucius inhabitaret, simile obprobrium simul[d] et pensionem obprobriosam incurreret et quasi de iure persolveret. Factum est autem, ut liber quidam veteranus sive vavassorius nomine Willelmus de Bochordis[10] vavassorissam quandam de Fielnis[11] similiter liberam nomine Havidem duceret uxorem. Que maritalis lecti spondas apud Bochordas vix attigit, cum venientes Hamensium satrape ab ea colvekerliam exegerunt. Illa vero pre timore et pudore aliquantisper colore mutato facta rubiconda, quid sit colvekerlia penitus ignorare, se autem omnino liberam et a liberis se protestatur ortam natalibus. Inducias autem sue liberationis[e]

a) autem 2. 2*. b) Cancarvilla *corr.* Tancarvilla 1. c) *ita* 2. 2*; quique 1. d) sil' 1. e) liberationis *corr.* deliberationis *man. rec.* 1.

1) Balinghem, ab Ardea ad occidentem. 2) Vicus ab ecclesia Hamensi ad septentrionem. 3) Occurrit apud Willelmum c. 113. et 114 (ad a. 1196. et 1197). 4) Sedit a. 1157—1160, de quo cf. Willelmum c. 46. 5) Hermelinghem, cant. Guines. 6) Secundi (a. 1087—1100). 7) Tancarville, départ. Seine-Inférieure, arrond. du Havre. 8) Folkstone. 9) De similibus censualium generibus vide Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' V, p. 227 sqq., 239 sqq. Cf. etiam Warnkönig, 'Flandrische Staats- und Rechtsgeschichte' I, p. 245. 10) Boucres, cant. Guines. 11) Fiennes, cant. Guines.

per quindecim dies vix a satellitibus impetrans, demum ad diem sibi prefixum cum cognatis et amicis suis apud Hamas[a] Hamensibus dominis se presentavit, asserens se a liberis vivis et defunctis, presentibus et absentibus ortam natalibus et omnino liberam, et viva voce et constante et libera contra quoslibet improbantes et reprobos se paratam comprobare. Sed invalescentibus Hamensium vocibus et rationibus, non tantum qualis Hamis accessit a curia mox recessit, sed notabiliori penitus confusa domum repedavit obprobrio, turpitudine et infamia. Tandem altiore habito et secretiore consilio, cum venerandi nominis Ghisnensis terre domina et comitissa Emma clanculo loquitur, indicans ei suum et tocius terre Ghisnensis longe lateque predicatam infamiam et obprobrium, et nisi caute et mature interveniat et subveniat, nobiles ut ignobiles non dissimili sanctione pactionis in servitutis conditionem redigi et involvi et colvekerliam simili ratione pari edicto et insolentia non dissimili, irreverenter et insolenter debere solvere compelli. Compatiens igitur virago nobilis non tantum mulieris, immo digne recolende memorie matrone infamie, quantum tocius obprobrio terre, loquitur cum comite, amplectitur virum, indicans ei et deflens Ghisnensis terre miserias et obprobrium. Comes igitur admodum factus deprecabilis, iuste et pie petentis et deprecantis uxoris et mulieris condescendit postulationibus, et Hamenses dominos quantocius accersiri fecit. Et in voluntate eorum colvekerliam et terre dedecus et obprobrium omnino perimens et extinguens, in recompensationem colvekerlie et incrementum feodi ad quinque carrucas Hamensibus contulit terram circiter Elembom[1] et Pithem[b, 2] et Santingheveld[3] portionaliter iacentem. Mulier itaque de Fielnis apud Bochordas, ut iam dictum est, maritata in domum suam restituta est libera, simulque omnes colvekerli manumissi sunt et imperpetuum liberi facti et emancipati. Quoniam etiam ex rei eventus incidentia quantumcumque aliquid a propositi via deviavimus, ne colvekerlis morosius insistamus, ad proposuimus accedamus. Comes igitur Manasses elegantissime forme specie laudabilis, essencie statura gyganteus apparuit et personalis auctoritate grandevus, facie decorus et aspectu, immo virtute robustus, omnibus amabilis, solis Ardensibus, qui ei plerumque contumaces fuerunt et rebelles, despicabilis et invidiosus. Sed de illorum cervicositate et contumacia ad tempus differamus.

37. Quod comes Manasses proposuit cenobialem construere ecclesiam.

Vixit autem comes Manasses Ghisnensis cum omni modestia in tranquillitate et pace et
2. Cor. 6, 6. in caritate non ficta. Sed cum omnium in terra sua ecclesiarum curam gereret et reverentiam exhiberet, in illius ecclesie, quam pie recordationis pater eius Balduinus Andrie fundaverat, promotionem speciali quadam prerogativa affectuosius insistebat et impensius[4]. Et iam in mente conceperat, immo venerabili uxori sue Emme et aliis quibusdam consiliariis suis detexit et aperuit[c], quod ad pii patris imitationem aliquam in terra sua cenobialem construere decrevisset ecclesiam; sed causis intervenientibus, quod ipse pie proposuit et ad complementum usque perducere non sustinuit, pia eius uxor Emma summa postmodum cum devotione supplevit[5].

38. Quod Robertus Cum-barba apud Liskas quatuor canonicos instituit.

Videntes igitur barones terre populique fideles piissimam pii comitis circa ecclesiam Dei devotionem, ceperunt et ipsi, divina in eis crescente gratia, circa ecclesiam Dei et viros ecclesiasticos, in quantum suppetebat facultas, simili fervore debriari. Unde et Robertus quidam de Liskis[6] Cum-barba vel Barbatus nominatus, eo quod tunc temporis qui prolixam non haberet barbam effeminatus diceretur et in derisum et despectum haberetur, contemporaneus et quandoque conscolaris Ardensis fundatoris ecclesie Ernulphi sive Ernoldi, apud Liskas in honore beate Marie virginis quatuor instituit canonicos seculares, quibus totidem prebendas imperpetuum dispensante habendas, et se ipsum quintum et prepositum constituit. Illas autem prebendas successor eius Balduinus, similiter Cum-barba vel Barbatus nominatus,

a) Hammas, Hammens. *nonnumquam* 1. b) Pichem *corr.* Pithem 1. c) *ita* 2c; apparuit 1. 2a. b; apperuit 2*.

1) Alembon, cant. Guines. 2) Pihen, cant. Guines. 3) Saint-Inglevert, cant. Marquise (a Guines ad occidentem). 4) Cf. privilegium a Manasse comite monasterio Andrensi datum apud Willelmum c. 9 (Dachery IX, p. 353; ed. alt. II, p. 803). 5) Falsum; ipsum Manassem adhuc viventem monasterium Sancti Leonardi, quod intelligit noster, fundavisse, satis constat; de qua re v. infr ac. 51. 6) Licques, cant. Guines.

in venerationem Domini sepulcri cum quatuor filiis suis, clericis quidem et in iam dicto loco canonicis, Ierosolimam pie peregrinationis iter arripiens, regularibus Watinensis ecclesie 1096.
canonicis contulit et subiugavit.

39. Quod episcopus Morinensis Milo primus apud Liskas Premonstracenses[a] canonicos instituit.

Sed et eandem Liskensem videlicet cum appendiciis eius ecclesiam religiosissimus ecclesie Morinensis antistes Milo, primus abbas infulatus cappa, regularibus postea canonicis albi velleris Premonstracensibus in cenobialis ecclesie constructionem et restaurationem[b] perpetuo possidendam in plena Morinensis ecclesie sinodo, presentibus, sed non, ut quidam garriunt, contradicentibus et in appellationis vocem prorumpentibus, immo benivolum assensum prebentibus Watinensis ecclesie canonicis, previlegiavit. Et assumptum in sancti Martini Laudunensis ecclesia venerabilem patrem abbatem Henricum cum candidato regularium canonicorum conventu in Liskensem perpetuo frequentandam feliciter et solemniter anno dominice incarnationis 1132. introduxit et intronizavit ecclesiam[1].

40. Quomodo Eustacius Senex de Fielnis ecclesiam de Bello-loco fundavit et in ea Arroasiensis ordinis canonicos instituit et introduxit.

Fuit autem diebus illis magnanimus quidam veteranus sive vavassorius, qui ab Ardensibus in parte originem traxit[2], et qui tunc temporis Fielnensibus preerat eisque principabatur, nomine Eustacius, cum additamento Senex, qui filios habebat: Eustacium videlicet, qui, cum Ghisnensis comitis Arnoldi filiam Margaretam duxisset uxorem, non relicto ex ea semine obdormivit in Domino; Engelramnum quoque, qui, cum nobilem de Tingreio[3] Sibillam, Willelmi Faramus[c] sororem, duxisset uxorem et ex ea Willelmum, Thomam et Eustacium et filias genuisset, cum comite Flandrie Philippo[4] Ierosolimam peciit, reprobisque probitatis heros congressus Sarracenis, impetum fecit in illos, sed cum amplius non redisset, suis ulterius nusquam comparuit; Gillebertum etiam de Belkinio[5] et piissimum Dei famulum Radulphum, qui venerabilem Henrici de Campania[6] et Adelidis facundissime mulieris de Contevilla[7] filiam Adelidem, prius Eustacio de Calquella[8] desponsatam, duxit uxorem; filias quoque, quarum unam, Adelidem videlicet, Balduinus de Hamis[9], qui in milicie gloria toto mundo resplenduit, duxit uxorem: ex qua concepit paterne nobilitatis et milicie prolem non degenerem, Eustacium videlicet, Engelramnum et Balduinum. Hic siquidem Eustacius Senex de Fielnis audiens et pie intelligens, quod vicini circumquaque manentes nobiles spiritu timoris Domini agitati et gracia preventi pro possibilitatis sue modulo in terris suis novas conderent ecclesias et nova conderent monasteriorum domicilia, in propitiationem anime sue et predecessorum successorumque suorum, et maxime pro salute et redemptione anime cuiusdam militis de Pontio[10] in Pontivio domini, quem in torniamento interfecerat, nominatim pro quo tenebatur hoc facere, in Bello-loco[11] sub honore beate Marie virginis conventualem instauravit ecclesiam. In ea Arroasiensis[12] ordinis canonicos, in ecclesia beate Marie de Nemore sumptos cum venerabili eorum patre et abbate Willelmo, Deo imperpetuum servituros tempore Boloniensis comitis Willelmi[13] et Ghisnensis comitis Manassis[14] collocavit et solemniter instituit.

a) *sla* 1. 2a. b) e. r. *in marg.* 1. c) *in marg.* 1; sororem Faramus 2; *deest* 2*.

1) Cf. privilegium Milonis episcopi pro ecclesia Liskensi: *Actum Terbanne anno* 1132, *indictione* 10, 9. *Kal. Augusti* (Gall. christ. X, instr. p. 400 sq.), quod cum nostro convenit. Abbas Henricus compluribus subscripsit chartis Theoderici comitis Flandriae, Milonis, aliorum. Cf. Gall. christ. X, p. 1618. 2) V. infra c. 102. 3) Tingry, arrond. Boulogne, cant. Samer. 4) Philippus in Terram Sanctam profectus est a. 1190; obiit ante Acron a. 1191. 5) Blequin, arrond. St.-Omer, cant. Lumbre. 6) Campagne, a Guines ad meridiem. Henricus obiit secundum Willelmum c. 51. 53. ante a. 1161; de Adelide v. ibid. c. 53. 7) Conteville, prope Boloniam. 8) Cauquelle, prope Calais. Eustacius obiit a. 1193. secundum Willelmum c. 101. 9) *Balduinus de Hammes, militia famosus*, laudatur apud Willelmum c. 53. 10) Ponche-Estruval, départ. Somme, arrond. Abbeville. M. 11) Beaulieu, a Bolonia inter septentrionem et orientem. 12) i. e. ordinis sancti Augustini congregationis Arroasiensis (Arrouaise, départ. Pas-de-Calais, cant Bapaume). De altera narratione recentiori et fabulosa fundationis Belli-loci cf. Gall. christ. X, instr. p. 419. 13) Regnavit a. 1153—1159. 14) Arnoldi potius, qui regnavit circa a. 1140—1169.

41. Quomodo Oilardus instauravit Sanctorum-campum, qui et Santinghevelt dicitur.

Oilardus quoque, eodem divino videlicet afflatus desiderio, pauperum apud Santingheveld[1] restauravit xenodoxium, refugii asilum, recreationis tugurium. De cuius sancte hospitalitatis domus instauratione incolarum veridica tradicio et sancti loci asserunt fratres, quod miles quidam de Wemelio[2], inclitis oriundus parentibus, nomine Oilardus, videns et animo prospiciens, quod in prosperis eventibus sibi satius applausisset huius fallibilis mundi decursus, relinquens se ipsum et sua simul cum sibi blandiente, immo pestiferam peccatorum scabiem sibi ingerente mundo, sponte pauper effectus mundo, dives celo, qui prius peccatorum mole premebatur, nunc ad Dominum conversus, sanctis insudare operibus et Deo, quamdiu viveret, militare, immo servire decrevit. Audivit igitur et cognovit, eo quod non longe esset nemorosus inter Ghisnas et Wisant in invio et non in via insidiosus, a nephario sontium, hoc est nocentium, opere Sontium-campus, vulgo autem Sontinghevelt non incongrue appellatus. In illo etenim loco, si quid vero creditur, inspiliatores, propter quos tributum apud Ghisnas, ut aiunt, primo constitutum est et solutum, olim in concavis terre locis et in absconditis latitantes et transeuntibus quibuslibet insidiantes, aliis onus decuciunt, aliis gestatoria diripiunt, aliis mortem comminantur, nonnullis etiam, ablatis rebus, rumpheis et occultis spatulis vel canipulis sicut siccarii, immo vere siccarii, mortem ingerunt. Veniens igitur[a] Dei famulus ad succurrendum Christi fidelibus in illius campi planiciem, locum sibi vendicavit et ab indigenis prece et precio comparavit ad habitaculum quidem pauperum, immo quorumlibet transeuntium et pie in Domino postulancium receptaculum faciendum. Videntes autem indigene, quod vir Dei pietatis et caritatis operibus insudando Deo cotidie sedulum exhiberet obsequium viteque sanctitate de die in diem Deo approximaret, prediola sua aliaque plura temporalium facultatum beneficia liberaliter in elemosinam ei contulerunt. Quamobrem ad divinum celebrandum misterium, quantumcumque decentius potuit, in eodem loco Dei edificavit ecclesiam. Sic sic divine providit dispositionis intuitus, ut, ubi erat frequens innocentium a sontibus facta sanguinis effusio, ibi cotidiana in perpetuum a christicolis sacerdotibus in salutis nostre misterium Christi corporis et sanguinis fieret immolatio; ubi erant sontium insidie, ibi Deo servientium celebrarentur vigilie; ubi transeuntibus cotidiane mortis imminebat dispendium, ibi aperto tugurio pauperibus patefieret securitatis asilum et recreationis solatium; ubi erat campus morientium, ibi foret locus et habitatio in Christo quiescentium. Unde et posuit[b] campus denominativum sontium et induit sibi vocabulum sanctorum. Itaque Sontingheveld locus a conversatione sanctorum Santingheveld denominatus est. Illa autem hospitalitatis domus abbati et canonicis Arroasie quandoque commendata est; sed invalescentibus in canonicos fratribus laicis, canonici regressi sunt in Arroasiam, et domus in pristinum statum restituta est hospitalitatis.

42. Quomodo comes Manasses genuit Rosam et Rosa Beatricem.

Cognovit autem Ghisnensis comes Manasses uxorem suam Emmam et ex ea genuit filiam unicam proprie Sibillam, nuncupative vero Rosam nominatam. Que postea, nubilibus poscentibus annis, nupta data est glorioso castellano Broburgensi[3] Henrico[4]. Que concepit et peperit unicam similiter filiam nomine Beatricem. Qua vix progenita, mortua est, proh dolor! mater eius Rosa, immo Sibilla, et non sine lacrimabili suorum planctu in monasterio beate Marie de Capella ante altare sancti Benedicti sepulta est.

43. Quomodo comes Manasses neptem suam Beatricem Alberto Apro desponsavit uxorem.

Senuit itaque Ghisnensis comes Manasses, et capillis suis in caniciem albescentibus, dolore de morte filie sue concepto non minus quam etate confectus, in angore et tedio senilem produxit etatem; maximeque de neptis sue Beatricis vita, eo quod calculosa erat et morbida, desperabat. Unde et sibi metuens, et in posterum quantacumque[c] potuit providen-

a) autem 2. 2*. b) *sic* 2*; *e corr.* 2c; potuit 1. 2a. b. c) quantaɔque (*sed* ɔque *postea in marg. et in rasura*) 1; quantaque 2.

1) Saint-Inglevert, cant. Marquise, a Bolonia ad septentrionem. 2) Wimille, a Bolonia ad septentrionem. 3) Bourbourg, prope Gravelines. 4) Filio Theinardi castellani, qui Theinardus occisus est cum Karolo comite Flandriae a. 1127. Cf. Walteri vit. Karoli c. 28, SS. XII, p. 550. Nomen Henrici occurrit in tabulis publicis usque ad a. 1151.

cie cautela sibi, immo toti terre Ghisnensi precavens, ne, de corpore suo nullo relicto semine, Ghisnensis terra ab alicuius sororis sue[a] — eo quod fratres sui, ut iam dictum est[1], omnes sine corporis sui herede mortui fuerint et sepulti — quasi ab alieno semine heredem quandoque mendicare debuisset, uxoris sue Emme consilio, eo quod notiori familiaritate quandoque conversationem habuit in Anglia quam in alia terra, et gloriosi Broburgensis castellani Henrici patrocinante adiutorio, neptem suam Beatricem calculosam, ut dictum est, et morbidam nobili viro Alberto Apro desponsavit in Anglia[2]. Ut igitur proposito nostro omnimode satisfaciamus et Ghisnensium genealogiam comitum ex integro aperiamus, ut operis executioni expedicius instare valeamus, de nobilissima gloriosissimi viri Ghisnensis comitis Balduini filia Ghisla, Gandavensis castellani Winnemari uxore, quedam necessaria epilogare necessarium duximus. De tribus igitur Gandavensis castellani Winnemari et Ghisle filiis et filia, quoniam ad propositum nostrum non faciunt, obmittentes, de solo Arnoldo prosequamur.

44. De Arnoldo Gandavense.

Arnoldus igitur Gandavensis miles in armis fuit strenuissimus[3]. De cuius milicie preconio non necesse fore scribere vel aliquid fictitare arbitramur, cum, cessante nostre sedulitatis opera, totus ei consonet mundus in laudis et honorificentie gloriam. Videns igitur Arnoldus comitem Ghisnensem Manassem avunculum suum senio gravatum et quasi absque liberis vitam tedio et senio confectam propagantem atque degentem, de Ghisnensis terre comitatu in animi sui concepit angulo, quod postea arrepto tempore reddidit expletum. Nec mora, mentis conceptum rebus accommodans, acceptis Arnoldus aliquantis[b] de cognatione sua in quibus tanquam sibi ipsi confidebat militibus, Ghisnas adiit et cum Ghisnensi comite, avunculo suo, humiliter et pacifice loquitur. Nec enim ei totam cordis sui aperit intentionem. In sermonis tamen superficie tangens que omnibus scire non dubitavit, palliat, que nulli nisi secreti sui consciis manifestare curavit. Enimvero, ut verum profiteamur, in abdito cordis sui cubiculo intendebat, ut, si quo modo aliqua feodali sublimatione Ghisnensis terre finibus appropriare et in ea pedem figere potuisset, facilius ad mentis conceptum, ad tocius videlicet terre dominationem, pertingere posset et accedere. Quod ubi a quibusdam huius secreti abditi consciis — nichil enim absconditum, quin sciatur — venerando seni (cf. Matth. 10, 26) perlatum est, egre tulit, sed occulte sustinuit. Nec tamen amaricato gutture in nepotem linguam exasperat, nec in eum turpiloquio aut turpibus invehitur obiectis, sed ad tempus omnia suffert, omnia sustinet. (cf. 1. Cor. 13, 7) Arnoldus autem omnino ignarus, quod avunculus suus de cogitatu suo aut conscientia aliquid sciret, aut premonitus vel premunitus de secreto suo consilio quicquam cogitaret, ad eum viriliter accedit et prudentis more, non arrogantis, cum modeste humilitatis mansuetudine ab eo peciit, ut infra terram Ghisnensem in sustentationis solatium et honoris sui promotionem aliquod sibi impartiri dignetur beneficium.

45. Quomodo comes Manasses dedit nepoti suo Gandavensi Arnoldo Tornehem cum appendiciis eius.

Venerabilis vero senex, ultra quam aure capescere fas est, nepotis voluntate et intentione — licet insidiosam Samurensium[4] expectationem non ignoraret aut ambigeret — bilibri lance summa cum discretione ad stateram appensa[c], pensavit hinc magnanimi nepotis sui Arnoldi in armis strenuitatem, hinc neptis sue Beatricis calculose de die in diem exaggerare et ingravescere infirmitatem; hinc Arnoldum ipso vivente iam terre insidere parantem, hinc Albertum languescente uxore de vita eiusdem uxoris et de terra etiam[d] desperantem; hinc rebellium et in se frementium Ardensium contumaciam, hinc Samurensium cum Ardensibus confederatam virtutem et proprie — ob quam causam maiori constringebatur angustia — virtutis impotentiam. Quamobrem omnium quosque[e] dissimulans incursus, elegit pru-

a) marito *vel simile verbum supplendum videtur.* b) *e corr.* 1. c) appensam 2. d) *sic* 2c. 2*; ob iam 1. 2a; obviam 2b. e) quoque *corr.* quosque 1.

1) V. supra c. 25. 2) Cf. Willelmum c. 42: *Albericus cognomento Aper, natione Anglus, eiusdem comitis* (scil. Manassis) *neptem nomine Beatricem ex filia Sibilla, que et Rosa, ducens* . . .; et ibid. c. 53. De Alberto vel Alberico aliunde nil certi compertum habemus. 3) Subscripsit iam a. 1127. privilegio oppido Sancti Audomari concesso, cf. Duchesne, 'Hist. généal.', pr. p. 91; sed nota, quod Duchesne paullo alium textum praebet ac Warnkönig, 'Flandrische Staats- und Rechtsgeschichte' I, 'Beilagen' p. 30. 4) Manassis comitis soror Adelidis nupsit Galfrido domino Samurensi; vide supra c. 25.

denter, quamdiu vivere posset, in pacis tranquillitate vitam degere, quam suspectum super se nepotem et ad insistendum terre semper paratum cum odio et indignatione crudelitatis exacerbatione a se, immo a terra repellere. Dedit ergo ei ut nepoti, ut militum inter milites strenuissimo et circumquaque notissimo, Tornehem cum appendiciis eius in foedum[1] et in pacis et perpetue dilectionis amplitudinem et in corporalis sustentationis consolationem. Arnoldus itaque, adepto tantille dominationis in terra Ghisnensi beneficio, et altero pede comitatum appropinquante, quam[a] in mente conceperat et in domino Deo et in potencia virtutis eius constituerat spem ad meliora perquirenda et capescenda suscitat. Unde cum pro accepto huius muneris et feodi beneficio, pro quantitate doni cum reverentia gratias egisset et reddidisset avunculo, videns avunculum iam iam morti appropinquantem et neptem suam nichilominus morbidam et ad mortem languescentem,

Acer, atrox, in equos acuens calcaribus iras,

quanto citius potuit, castellanum de Sancto Audomaro Willelmum[2] adiit et pre omnibus eum asciscit sibi et conciliat et confederat amicum, maxime eo quod terre, ad quam tota cordis intentione aspirabat, ei loco propinquior esset et parentibus inclitis et amicis habundantior et ad propositi spem in rei effectum producendam in subveniendo prestantior.

46. Quod Willelmus Audomarensis castellanus duxit in uxorem Milesendam, filiam vicedomini de Pinkinio.

Hic enim Willelmus — nec in hoc a proposito digredimur — uxorem pridem duxerat de nobilissima regis Francorum Karoli Magni stirpe et familia progenitam, Ernulphi vicedomini de Pinkinio[3] filiam nomine Millesendam. Ex qua genuit nobiles filios, Willermum videlicet postea Audomarensem castellanum, Hostonem[4], Gerardum ecclesie sancti Audomari prepositum[5], Hugonem de Falkenberga[6] et Walterum[7] Tiberiadis vel Tabarie principem, filias quoque ad magne generationis sobolem procreandam progenitas. Quarum precipua et prima dicta est Mathildis, que ad nostrum principaliter operatur propositum; secunda Eufemia, que nuptui data est Balduino de Balliolo[8], qui ex ea genuit filios Gerardum et Hostonem, et filias Adelidem de Comminiis[9], Mathildem in Anglia abbatissam de Warewella[10], Ylessendam et Margaretam; tercia Gisla de Monasteriolo[11]; quarta et quinta Luchgardis et Beatrix in Astromensi[12] monasterio sanctimoniales.

47. Quod Arnoldus Gandavensis duxit uxorem Mathildem, Audomarensis castellani filiam.

In multis igitur Arnoldus Gandavensis cum iam dicto Audomarensis burgi castellano Willelmo prelocutus, duxit tandem tante nobilitatis viri filiam nomine Mathildem et Tornehem cum eius appendiciis ei concessit in dotem. De cuius procreatione filiorum, licet nunc continue dictando prosequimur, multa tamen interim acciderunt, que, ut postmodum luculentius clareant, prepostere posita subsequuntur.

48. De procreatione filiorum Arnoldi Gandavensis.

Processit ergo Mathildis in diebus suis et concepit a viro suo Gandavense Arnoldo et peperit ei Balduinum, quem comes Ghisnensis Manasses, avunculus eius, de fonte baptismatis in filium recepit adoptionis; et Willelmum[13] de Ghisnis vocatum, qui Flandrinam, comitis Sancti-Pauli Hugonis[14] neptem[15], uxorem duxit; et Manassem et Sigerum[16] et Arnol-

a) quem 2. 2*.

1) *Arnoldus, Gandensis castellani filius, cuius idem comes Manasses fuerat avunculus, quique ab ipso comite villam et castellum de Tornehem et omnia eius appenditia, ipso vivente, iure feodali fuit adeptus* ... Willelmus c. 51. 2) Nomen Willelmi occurrit in tabulis publicis a. 1114—1125. 3) Piquigny, départ. Somme, arrond. Amiens. 4) Hosto frater maior natu fuisse videtur; subscripsit privilegio a Willelmo comite Normanniae a. 1127. oppido S. Audomari concesso; cf. Warnkönig l. l. p. 30. — Willelmus occurrit in chartis a. 1127—1145; cf. Warnkönig l. l., et Duchesne, 'Hist. généal.', pr. p. 92. 5) Gerardus occurrit in tabulis publicis a. 1142—1151; cf. Duchesne l. l. pr. p. 91 sqq. 6) Fauquemberg, arrond. St.-Omer. 7) Galterus castellanus subscripsit chartis quibusdam a. 1150—1151; cf. Warnkönig l. l. p. 32, et Duchesne pr. p. 93 sq. — Eundem principem de Tabarieh (ab Akre inter meridiem et orientem) fuisse, aliunde non compertum habemus. 8) Bailleul, départ. Nord, arrond. Hazebrouck. 9) Comines, départ. Nord, arrond. Lille. 10) Wherwell (Hampshire). 11) Montreuil, départ. et arrond. Pas-de-Calais. 12) Estrun, départ. Nord, arrond. Arras. 13) Occurrit in chartis a. 1177—1218; cf. Duchesne pr. p. 101 sqq., et Willelmum c. 180. 14) Hugo, cognomine Candavena, regnavit c. a. 1083—1130. 15) Erat filia Beatricis, filiae hereditariae Hugonis, et Roberti de Boves; cf. 'l'Art de vérifier les dates' XII, p. 382. 16) De quo disserit Duchesne p. 301.

dum adolescentem mortuum. Qui cum ad sepeliendum cum fratribus suis Manasse et Sigero ad monasterium deferretur Andrie, requievit in colle super Bramas[1] in invio iuxta quadrivium vel compiti locum. Ob cuius rei memoriam delata est ibi crux lignea et elevata, et albellus[2] cum tilia iuxta crucem ad peregrinorum et quorumlibet viatorum ibi plantata est requiem et pausidium. Postea vero ab opposito veniens vis valida venti crucem a loco suo removit, et aclivis — ut adhuc ad oculum patet — albello[a], ne totaliter corruat, sustentatur. Hos siquidem quinque filios ex ea genuit Arnoldus et octo filias: Margaretam[3] videlicet, primo Eustacio de Fielnis, postea Rogero Curtracensi[4] castellano desponsatam; Beatricem, primo Willelmo Faramus de Tingreio[5], postea castellano de Bellomanso[6] Hugoni traditam uxorem; Adelidem, primo Insulensi[7] castellano Hugoni — prius Sancti Piati Seclinensis preposito[b] —, postea Roberto de Waveriaco[8], fratri Hellini Flandrie dapiferi[9] sive senescali, in dote sua apud Senghiniacum matrimonio copulatam; Eufemiam et Luthgaudam, in monasterio Sancti Leonardi apud Ghisnas primo sanctimoniales, postea in eodem loco abbatissas — Luthgauda[10] videlicet successive post Eufemiam —; Mathildem quoque Balduino, filio Willelmi Moranni de Hondeschote[11], datam uxorem; Ghislam etiam de Ag[12] sive Aqua Waltero de Pollario[13] matrimonii lege desponsatam; Agnetem etiam consilio nepotum suorum, filiorum[c] videlicet supradicti Walteri Tyberiadis vel Tabarie principis, in terra promissionis maritatam. Que in voluntate patris, ut famosissimam in longis et remotis terrarum tractibus extenderet prosapiam, relicto dulci solo naturalisque patrie loco, pro honore, ut inclitam et fastuosam patri, ut iam diximus, procrearet sobolem — o gloriosissimi patris affectum! o per omnia predicandam filie subiectionem! — commutavit exilium. Sed veneno, ut dicitur, in cibis accepto, vel potibus inherbata, ibi statim mortua est et sepulta. Prelibatis igitur quibusdam necessariis et cum quadam narrationis anticipatione explanatis, ut proposito nostro fideliter inserviamus, ad supra posita suppositis continuanda pennam officiosam referamus.

49. Quomodo comes Manasses mortuus est.

Senex itaque factus et decrepitus quondam facie decorus et corpore prestans venerande memorie comes Ghisnensis Manasses, multaque circa senium eger et egrotus cum pacientia perpessus, que iuvenis tollerare vix aut egre sustinuisset, cum rerum circumstanciis undique sibi oblatrantibus et adverse insidiantibus aliqua sui corporis vel animi virtute superstare aut resistere nullatenus ulterius potuisset, viribus corporis omnino cepit destitui, gravique febrium correptus egritudine et in mortis lectulum collocatus, multa de nepte sua Beatrice, plura de nepote suo Arnoldo, multoque pluriora de tocius terre desolatione queritando suis premonens, demum obdormivit[14] cum patribus suis, et in Andrie monasterio, ubi c. 1137.
omnes Ghisnensis terre comites et eorum filii — ut eorum qui eidem loco deservire tenentur monachorum autentica scripta testantur[15] — sepeliri debent, cum eisdem patribus honorifice in spe beate resurrectionis sepultus est.

50. Quomodo Henricus Broburgensis castellanus nunciavit Alberto Apro mortem comitis Manassis.

Audiens igitur Broburgensis castellanus Henricus Ghisnensis terre comitem Manassem universe carnis viam nuper ingressum, genero suo nunciat Alberto mortem comitis simul

a) albello *corr.* albellus 1; albella 2. 2*. b) prepositi 1. 2a. c) fil. suorum *codd.*

1) Brêmes, prope Ardre. 2) aubel, weisspappel. 3) Occurrit in chartis usque ad a. 1215; obiit a. 1222. secundum epitaphium apud Duchesne pr. p. 110. 4) Subscripsit chartis a. 1150—1187. 5) Tingry, arrond. Boulogne, cant. Samer. Subscripsit diplomati ap. Duchesne pr. p. 97. 6) Beaumetz-les-Laires, arrond. St.-Omer, cant. Fauquemberg. 7) Lille. Potius Reinaldo, fratri Hugonis, Adelidem nuptam fuisse, coniecit Duchesne p. 65, cum Ermentrudam quandam Hugonis uxorem fuisse constet. 8) Wavrin, départ. Nord, arrond. Lille. De Roberto cf. Gisleb. Gest. com. Hanon, SS. XXI, p. 574. 9) Obiit in Terra Sancta a. 1192; vide Sigeb. contin. Aquicinct., SS. VI, p. 428. 10) Praeerat adhuc mense Martio a. 1211; cf. Gall. christ. X, p. 1607. 11) Hondschoote, départ. Nord, arrond. Dunkerque. Hic Balduinus subscripsit a. 1176. diplomati a Philippo comite Flandriae monasterio Claromaresch dato; cf. Gall. christ. III, instr. p. 120. 12) Aa prope Bruxellam; cf. Butkens, 'Trophées de Brabant' II, p. 105. 13) Pollaer, prope Alost (Aalst) in Flandria Orientali Walterus occurrit in chartis a. 1164—1175. Anno 1191. eum iam mortuum fuisse, testatur Ghisla, vidua eius, in charta ap. Butkens, l. l. p. 106. 14) Obiit secundum Willelmum c. 39. non multo ante Petrum episcopum Andrensem, qui circa a. 1142. mortuus est. Petrus eum sepelivit *presente nobili Emma comitissa et procerum suorum multitudine ... in navi prioris ecclesie.* Cf. etiam infra c. 61 n. 1. 15) Cf. Willelmum c. 18.

et tocius rei eventum, et quod fieri timescebat, iam quasi factum predicat: Arnoldum videlicet Gandavensem Ghisnensi terre hiulcum et insidiosum, et nisi mature sibi et terre subveniat, terre munitiones simul cum terra nec sine terre depopulatione ipsum iam iamque quodam pronostico rei future vaticinio occupaturum fore, denunciat. Finis igitur mandati sub his verbis includitur, ut videlicet ab Anglia in Ghisnensem terram quantocius veniens, Ghisnensi comiti Manassi mortuo iam et sepulto recto ordine et iure hereditario succedat et instituatur. Albertus igitur, quamvis in negociis Anglie regis Willelmi[1] circa ipsum honorifice detentus militaret, Broburgensi tamen castellano, socero suo, et mandatis eius acquiescens, in Ghisnensem terram quam citius potuit pervenit, simulque Flandrie principi Theoderico[2] hominio rite exhibito, Ghisnensium comes effectus est. Sed in terra Ghisnensi parvam moram faciens[3], relicta uxore sua Beatrice socero suo Henrico Broburgensi castellano, in Angliam pro susceptione terre, que in Anglia ex parte uxoris sue ei exciderat, ad regem properavit. Ubi impetrato a domino rege quod iuste postulaverat, spontanee voluntati sue quandam necessitatis opponens inferentiam, morosius cum rege perhendinavit. Intelligebat enim uxorem suam languidam et calculosam et sibi matrimonii debitum solvere pertimescentem. Ingravescente autem in uxore sua Beatrice solito uberius langore, sepius a socero suo mandatus, adventum suum distulit et in Ghisnensem terram venire renuit.

51. Quomodo comitissa Emma instauravit cenobium sanctimonialium apud Ghisnas, et ibi demum mortua est et sepulta.

Interea vidua venerabilis Ghisnensis comitissa Emma divini amoris fomitem, quem erga virum suum, comitem videlicet Ghisnensem Manassem, interius pridem accenderat, pia cordis intelligentia reformat plenius foris et resuscitat et votum, quod pius eius maritus, lecti et devotionis eius consors, pridem Deo voverat, mature Deo reddere disposuit. Audivit
Ps 75, 12. 13. enim aliquando in psalmo et bene intellexit: *Vovete et reddite domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius offertis munera, terribili et ei qui aufert*[a] — votivum Deo — *spiritum principum.* Sicut enim in supradictis quandoque premisimus, Dei amicus Ghisnensis comes Manasses, ut domum non manufactam habitaret et possideret cum superis in celis, domum manufactam in terris construere et aliquam[b] alicubi conventualem instaurare, dum adhuc in prosperitate vigeret et gloria, decrevit ecclesiam. Sed cum sancta comitis vota cause prepedissent multiplices, et in operis effectum iuxta animi affectum non processissent, vidua venerabilis et per omnia Deo laudabilis pro se et pro viro suo vota domino Deo reddit et solvit[4]. Instauravit igitur apud Ghisnas, in propitiationem anime sue et viri sui Ghisnensis comitis Manassis et predecessorum successorumque suorum, de redditibus mense sue sancti Leonardi confessoris et episcopi ecclesiam et cenobii claustrum, cui sanctimoniales in Astromensis[5] ecclesie monasterio sumptas Deo imperpetuum servituras adhibuit. Quibus et religiosissimam prefecit abbatissam nomine Sibillam vel Sibiliam, de genere et cognatione Adele Ghisnensis quondam comitisse, quam superius Christianam nuncupative nominatam diximus[6], in Lotharia regione sumptam; eamque in ecclesiam sancti Leonardi Ghisnensis super sanctimoniales ibi nuper introductas dominice incarnationis anno 1102.[7] intronizavit. Cui prima successit Mathildis Campaniensis. Cui Adela de Mardica[8]. Cui venerande nobilitatis genere et sanctitatis nomine femine, immo matrone, eiusdem loci sanctimoniales: Eufemia nominis appellatione bonam feminam non obliterans, et post eam successive, sicuti iam diximus, Luthgarda, corpore et sanguine soror eius germana, sanctitatis et religionis nomine in Christo filia, Ghisnensis comitis Arnoldi filie[9]. Post Ghisnensis igitur cenobii instaurationem non multo interiecto temporis spacio, venerabilis

a) offert *codd.* b) aliquando 2. 2*.

1) Minime; fortasse Stephani, qui regnavit a. 1135—1154. 2) Regnavit a. 1128—1164. 3) Cf. Willelmum c. 42: *Albericus . . . domino Manassi in comitatu succedens, raro in hac patria, frequenter in Anglia degens, nec aliquid huic loco dedit, nec ab aliis datum confirmavit.* 4) Falsum; ipsum Manassem una cum Emma, uxore sua, a. 1117. monasterium S. Leonardi in suburbio Ghisnensi condidisse, docet charta fundationis, quam affert Duchesne pr. p. 38. Cf. etiam privilegia a. 1120. eidem monasterio a Manasse data ap. Duchesne pr. p. 39 sq. 5) Estrun, départ. Nord, arrond. Arras. 6) V. supra c. 25. 7) Hunc annum falsum esse, luce clarius est. Iohannes Iperius (c. 42, p. I), qui Lambertum exscripsit, addit: comitissam dicto monasterio magnam hereditatis suae partem, quam in Anglia obtinuerit, donavisse, quod cum charta ap. Duchesne pr. p. 39. convenit. Postea autem, scilicet a. 1132, coenobium monachis S. Bertini ad regendum fuisse commissum. 8) Mardick, départ. Nord, arrond. Dunkerque. 9) V. supra c. 48.

matrona et domina Ghisnensis comitissa Emma, assumpto et induto sanctimonialium indumento et habitu, apud Ghisnas carnis debitum solvit, ibique solemniter ut sanctimonialis, immo vere sanctimonialis, a sanctimonialibus decantata et pie in Domino deplorata est et honorifice sepulta[1].

52. Quomodo Gandavensis Arnoldus apud Tornehem consiliariis et fautoribus suis consilium suum aperuit.

Audiens autem Arnoldus Gandavensis, et iuxta quod diligenter exquisierat, satis intelligens, quod Albertus de vita uxoris sue non minus quam de Ghisnensis terre comitatu desperaret, et ob hoc[a] in Ghisnensem terram sepe et iterum et iterato sepius a Broburgensi castellano Henrico mandatus, de die in diem adventus sui diem dilatando cum quadam negligentia vel animi desidia venire supersederet, de sua promotione nimirum sollicitus admodum et ambiciosus, Audomarensis castellani Willelmi, soceri sui, et sororiorum suorum consilio cum aliquantis secreti sui consciis in castellum suum apud Tornehem, propositum suum quantaque potuit calliditate dissimulans, introivit. Ibique cum suis quantulamcumque moram faciens, sub interminatione vite suis predicebat et precipiebat, ut, quicquid in[b] mente concepisset et ipsis in consilio aperiret, occultum inter eos haberetur et absconditum et Arnoldum Comestorem de Hammis omnino lateret. Hunc siquidem Arnoldum de Hammis Comestorem appellatum, filium Roberti, comes Albertus in Angliam proficiscens baillivum in terra Ghisnensi substituerat et totam terram ei custodiendam commendaverat. Barones autem universe terre adventum comitis Alberti diucius prestolantes, cum[c] circumquaque tremefactum conspexissent et pertimescentem populum, missis iterum ut[d] sepe sepius et sepissime in Angliam nuntiis, viris videlicet autenticis et consilio plenis, cum scriptis valentibus et prestantibus et ut ad subveniendum terre cito veniat eum excitantibus, in Ghisnensem terram accedere omnino refutavit. Huius ergo rei prescius Arnoldus Gandavensis interim apud Tornehem residens et moram faciens, missis per universam Ghisniam exploratoribus et satrapis, si quos habere potuit fautores ad sue voluntatis expletionem et adiutores, diligenter et sollicite perquirit. Acceptis itaque a quibusdam terre baronibus epistolis, audit et intelligit, quod mentem eius aliquatenus exhilaravit. Loquitur ergo secreto cum quibusdam baronibus, quibus consilium suum communicavit et publicavit, et eorum communicatis sibi viribus, satellitibus qui Ghisnas custodiebant precibus et precio simul et promissis corruptis et ad sibi obtemperandum et satisfaciendum allectis et attractis minisque nichilominus et verbis et verberibus afflictis et convictis et ad id quod nolebant sine difficultate coactis, et a firmitate quasi in hac parte infirmis sponte propulsis, Ghisnas impiger insilit et munitiones viriliter occupat imperterritus. Quod cum intellexisset Markiniensis[2] vicecomes Arnoldus, licet strenuissimos milites haberet fratres Simonem de Markinio et Iordanum, promptissimum in armis et audacissimum, aliosque magni nominis et virtutis innumerabiles ei coherentes, magis magisque sibi timuit. Et convocans fratres suos et notos et amicos, consulit ab eis, quid facto opus sit. Ad quorum consilium, vellet nollet, Gandavensi Arnoldo per internuncios spopondit, quod, si comes Albertus infra quadraginta dies ad Ghisnensis terre subventionem non veniret, ei sponte ut terre comiti hominium, si alii eius compares et terre barones hoc idem facerent, exhiberet.

53. Quomodo Balduinus, Ardensis domini filius, se ad Arnoldum Gandavensem transtulit.

Balduinus autem, Ardensis domini filius, cum nichil adhuc vel parum terre in terra possideret et Ghisnenses comites, ut olim predecessores sui, eo quod Ghisnensibus comitibus nullam exhibere subiectionem dignarentur aut reverentiam, semper exosos haberet et suspectos, cum audisset Gandavensem Arnoldum Ghisnis insidentem, ad ipsum sponte convolavit. Similiter et alii quidam de viribus suis non presumentes neque confidentes et de comitis Alberti adventu et de terre subventu iam desperantes, Gandavensi Arnoldo se iungebant et

a) *deest* 2 (id *inser.* 2c). b) *deest* 2. 2*. c) et 1. 2; et cum 2*. d) *fortasse* vel *corrigendum.*

1) Cf. Willelmum c. 39: *Comitissa quoque monasterio monialium extra Gisnas a marito suo fundato tamquam prudens virago viriliter insistens et inter moniales religionis habitum religiose vivendo assumens, in sancto viduitatis proposito ibidem diu vixit, et post peractam penitentiam in spe sancte resurrectionis diem ultimum clausit et in ecclesia sancti Leonardi sepulturam accepit.* 2) Merck, inter Calais et Guines.

ei manus in auxilium sponte offerebant, et fidem, licet in perfidia, preferentes, promittebant. Quid amplius? Omnes fere Ghisnensis terre barones sibi ascivit et confederavit Gandavensis Arnoldus et alligavit preter Arnoldum Hamensem, qui totam terram Ghisnensem, ut iam dictum est, a comite Alberto custodiendam acceperat. Ille ergo Arnoldus Comestor agnominatus, cum accepisset Arnoldum Gandavensem, propulsis satellitibus suis, Ghisnis insidentem et barones terre consentientes et eum expellere non intendentes, sed ei iam iam fere aperte favorabili subventione viros et vires in bello, si opus acciderit, adminiculantes et administrantes, a castro quod olim a veterum vico Alderwicum[1] dictum est, cui cum viris et viribus insistebat, missis quantocius nunciis, Broburgensi castellano Henrico factum rei indicat et Arnoldum Gandavensem Ghisnis insidentem terre Ghisnensi omnium baronum sibi conciliasse favorem.

54. Quomodo Arnoldus Iuvenis in Fulberti nemore a clientibus suis morti datus est.

Interim autem dolor lacrimabilis et obprobriosum in sempiternum dedecus accidit in
Dec. 28. terra. Cum enim Arnoldus Gandavensis in solemnitate sanctorum innocentium cum Balduino, Ardensis domini filio, et aliis militibus suis et satellitibus, satrapis et vernulis, Ghisnis ad vescendum discubuisset, ecce nuncius celerius advolat, qui Arnoldum Iuvenem Ardensis oppidi dominum in Fulberti nemore iuxta Norhout[2] a servis suis prostratum — proh pudor! — et iugulatum, immo morti datum esse nunciat. Surgens igitur Arnoldus Gandavensis quantocius a mensa et munitionem castri Ghisnensis fidelissimis suis sub periculo honoris et vite monendo et districte precipiendo commendans, Balduinum Ardensem iam sibi confederatum quantocius introducit in Ardeam et ei portas aperiri fecit et castellum et Ardensis honoris et dominii principem eum constituit et dominum.

55. Quomodo Arnoldus Gandavensis Broburgensem castellanum Henricum apud Alderwicum[a] bello lacessivit.

Broburgensis autem castellanus Henricus, cognito literis non minus quam nunciis et fama in Ghisnensi terra facto rei eventu, apud Alderwicum cum militibus et armata plebium multitudine in iram et in indignationem frendens ocius advolat[2]. Quod audiens

Impiger Arnoldus, collecto milite, clamat
Ingeminans: 'Arma, arma, viri! bellare necesse est'!
Bella manu, bella ore gerens; nichil est sine bello,
Quod facit aut dicit; tanta est sibi gloria belli,
Tantus amor belli, tanta est fiducia belli,
Tantaque spes tangit Ghisnensis eum comitatus!
Sed neque dissimulat, quod pridem mente recepit,
Quin comes esse velit. Tantum confidit in illis,
Cum quibus a primis servandum fedus inivit;
Et vires proprias alienis viribus auget.
Advolat Ardensis dominus, simul Audomarensis;
Hinc socer, hinc soceri nati proceresque propinqui;
Hinc populus peditat, qui solo nomine guerre
Sponte subit vel adit tanti discrimina belli.

Assumptis igitur secum quotquot habere potuit equitibus et peditibus, apud Alderwicum, ubi primus belli motus accidit, festinat Arnoldus Gandavensis et castrum simul cum Broburgensi castellano et Arnoldo Hamensi cum fautoribus et adiutoribus suis, militibus videlicet supradictis et satellitibus, viriliter obsidet et bellis accingit.

Hic igitur[b] Gradivus adest; pugnatur utrinque.
Namque Broburgensis Henricus castra tuetur
Interiora, suos exhortans recta tueri,
Et iustam causam denunciat, altera castra

a) Auderwicum 2. 2*. b) ergo 2. 2*.

1) Audruick, arrond. St.-Omer. 2) 'Il y a entre Nielles-les-Ardre et Ardre une petite ferme que les paysans nomment Nortou, et qui rappelle ce lieu'. M. 2) De hac pugna noster fortasse carmen nunc deperditum excerpsit; cf. quae supra ad calcem c. 27. de pugna Casletensi diximus.

Fasque piumque monens confundere, iure perempto.
Sicque sagittiferos monitis animavit, et imber
Telorum cecidit super hostes grandinis instar.
Extera castra movens Arnoldus, nil nisi bella,
Nil nisi bella cupit; sociis ad bella vocatis
Premia promittit, secure vivere posse,
Dummodo sit victor; dominari non cupit ipsis,
Sed socius fieri, promissaque premia fictis
Verborum phaleris obnubilat organa vocis.
Tota cohors reboat, vocemque loquuntur eandem
Assensumque manu prebent. Sonat undique Mavors,
Et certant superi, cuinam victoria cedat.
Henricum sors prima iuvat; nam recta tuendo
Iustius arma tulit; vires Astrea ministrat
Virgo Broburgensi. Frendens Gradivus in hostes
Et Bellona potens Arnoldia castra tuentur.

Arnoldus igitur turrim ecclesie militibus munit et armis et cum eis eandem turrim quasi bellicum machinamentum viriliter ingreditur. Et inde belli inquietudine cum eos qui infra firmitatis vallum erant, Broburgensem videlicet castellanum Henricum et Arnoldum Hamensem et eorum fautores, fere ad deditionem compulisset et coegisset, Henricus sibi metuens et suis, cum Hamensi Arnoldo apud Broburgum nocte secessit et munitionis vallum sine viris et viribus — proh pudor! — desolatum reliquit. Arnoldus autem munitionis aggerem corripit et vallum impiger insilit et universe Ghisnensis terre partibus singulariter dominatur ut comes et universas terre munitiones militibus, quotcumque opus est, munit et satellitibus. Henricus vero tantam sibi illatam iniuriam tamque notabile et notorium sibi obiectum dedecus et obprobrium egre sustinet et indignanter accipit. Tocius itaque malignitatis spiritu debachatus, bilis amaritudinem suscitat omnemque iram accendit et indignationem et ad miserrime Ghisnensis terre depopulationem et subversionem totum suspendit animum. Sed cum Arnoldus omnes universe terre Ghisnensis sibi subiecisset, ut iam diximus, et vendicasset munitiones, nec haberet Henricus, ubi secure pedem figere posset in ea, cogitavit, si quo modo Almari-vallum vel -aggerem firmare et aliquo bellico machinamento munire posset: per illius firmitatis munitionem totam Bredenardam et sic universas terre Ghisnensis partes sibi subiugare non dubitaret.

56. De Almari-vallo.

Fuit autem predives quidam in Bredenarda de genere Echardentium oriundus nomine Almarus, qui tantum in suis confidebat viribus et amicis, quod contra Ghisnensem comitem a septentrionali parte Alderwicensis ville aggerem presumeret elevare et dunionem firmare. Sed cum propter temeritatis contumaciam et rebellionis presumptionem a terra propulsus esset Almarus — nec immerito — a Ghisnensi comite, machinamentis bellicis et apparatibus super aggerem et ab Almaro prius elevatis a comite postea dirutis et convulsis et ad terram prostratis, remansit agger[a] sua spoliatus munitione et vallo. Unde et multo tempore post locus ille Almari-vallum vel -agger non sine rei causa appellatus est.

57. Quomodo Broburgensis[b] castellanus Henricus carpentari fecit castellum apud Broburgum et Almari-vallo adaptavit.

Misit ergo Henricus castellanus Broburgensis secreto geometricos et carpentarios ad Almari-vallum vel -aggerem, ut locum cum geometricalibus particis ambirent et ad mensuram aggeris proportionaliter metirentur et pro quantitate loci, ignorantibus Arnoldo et Ghisnensibus, apud Broburgum turrim et bellica propugnacula aliaque machinamenta clanculo construerent et Almari-vallo in intempeste noctis silentio non sine militibus, viris et viribus adaptarent. Dixit ergo Henricus, et ecce facta et parata sunt omnia et suo in[c] loco in sublime erecta et collocata. Munitionis autem illius castrum Ad-Florem nominavit, non quod[d] in summitate turris erecta stetisset lancea et in summitate lancee flores campi circum-

a) ager *codd.* b) Broburgensis — adaptavit *eras.* 1; *des.* 2a. b; *suppl. ut videtur ex indice* 2c. 2*. c) *deest* 2. 2*. d) quia 2. 2*.

ligati fuissent, ut quidam garriunt, sed quia in illius castri munitione militum et sagittariorum aliorumque bellatorum florem et electuarium ad Ghisnenses debellandos intromisit. Surgens ergo mane Arnoldus, et videns turrim et propugnacula cum ceteris bellicis machinamentis in Almari-vallo subite et inopinate erecta atque elevata, universam commovit in arma patriam. Advenerunt itaque Ghisnensis omnis terre quos sibi asciverat barones aliique multi et innumeri a pluribus locis evocati. Qui, postquam simul convenerunt in unum apud Alderwicum, castellum, quod Ad-Florem nominaverunt, obsederunt. Et egressi quidam de Broburgensibus Ghisnensibus obviam, non sine multo utriusque partis sanguine Gossonem de Norhout interfecerunt et multos hinc inde captivos abduxerunt. Sed cum Broburgenses Ghisnensium turmas in fortitudine prevalere conspicerent, in castro suo apud Almarivallum, quam citius potuerunt, recepti sunt.

58. Quomodo Ardensis dominus Balduinus Ad-Florem sive ad Almari-vallum in capite sagittatus est.

Ubi cum persequerentur Ghisnenses et Broburgensium castellum convellere et destruere se prepararent et accingerent, exclamaverunt Broburgensium sagittarii, et ecce a parte Broburgensis castellani ab obliquo veniens sagitta stetit in capite Ardensis domini Balduini et ad cerebrum usque penetravit. Arnoldus autem et omnes simul Ghisnenses, pro eo quod tante dominationis princeps tam graviter fere usque ad mortem vulneratus esset, condoluerunt et in gemitibus eum planxerunt inenarrabilibus. Rectracto igitur pede, recessit Arnoldus a loco et sui; et non sicut superbum, sed sicut vulneratum, Ardensis oppidi dominum in Ardeam detulerunt Balduinum. Quomodo autem idem Balduinus, suscepto vulnere, in periculo mortis cum venerabili de Capella sancte Marie abbate Theoderico super
1144. Ardensis ecclesie prepositura colloquium et secretum habuit consilium, ad tempus scribere differimus[1]. Broburgensis castellanus audiens Ardensis oppidi dominum Balduinum ad mortem vulneratum, non audens Ad-Florem ulterius moram facere, cum suis apud Broburgum iterum turpiter abscessit. Arnoldus vero cum suis calido pede persequitur. Sed cum Ad-Florem devenisset et[a] castellanum et suos abscessisse cognovisset, turrim et tabulata lignorum et propugnacula cum vallo funditus prostravit et ad terram deiecit et hinc illinc dissipavit et apud Alderwicum maxima in[b] parte deferri fecit. Sicque Almari-vallum vel -agger ut quondam usque hodie a suis turribus et machinamentis bellicis desolatus remansit et spoliatus.

59. Quomodo Broburgensis castellanus Henricus totam Ghisniam devastavit.

Ab illo autem die non cessavit Broburgensis castellanus Henricus Ghisnensem impetere
cf Ex. 20,33. et oppugnare terram. Sed veniens in manu forti et brachio extento, collectis viris, collectis viribus propriis et alienis, ad miserrime Ghisnensis terre depopulationem et depredationem, nulla motus insontium pauperum prece vel calamitate, subinfertur et ingreditur; et oppida diruit, villas vastavit, ecclesias in favillam convertit, homines captivavit, bestias et predam abduxit. Convaluit autem Ardensis dominus Balduinus, et a vulnere sincere curatus et egritudine, pro recuperata corporis sanitate plenas in sancta ecclesia Deo retulit gratiarum actiones et iam iuxta consilium venerandi patris et abbatis Sancte Marie de Capella Theoderici[2] adiutorii vires cum Gandavensi Arnoldo ulterius non communicavit, nec cum eo iam ad consilium contra castellanum ambulavit. Quod audiens Broburgensis castellanus congaudebat ei et congratulabatur admodum, et missis ad Ardensem Balduinum legatis cum epistolis, multas ei gratias egit, quod iustas ulterius iusto partes amplius oppugnare non intendat. Balduinus autem verisimiliter de promotione sua corde sollicitus et animo, cum videret Albertum desidem et terre nullatenus appropinquantem neque subvenientem, remissis nunciis similiter cum litteris et epistolis ad castellanum, sciscitatur ab eo, si neptem suam ab Alberto separare et eam sibi iusto et ecclesiastico ordine copulare voluerit: se ipsum tanquam Eustacium filium cum suis omnimode possessionibus et amicis devotum sibi fore, et cum omni diligentia et reverentia sincerum sibi exhibere servicium et Arnoldum Gandavensem a terra repellere et terram ab eodem Arnoldo liberare iactat, concedit et compromittit. Quod audiens et percipiens castellanus, iocundior admodum effectus, remissis nunciis

a) et — cognovisset *des.* 2. 2*. b) ex 2. 2*.

1) V. infra c. 137. 2) Sedit c. a. 1141—1149.

quantocius ad Balduinum, omnia, sicuti ipse dixerat et postulaverat et in re voluerat, per omnia se ad voluntatem suam ita velle, ei indicavit, rescripsit et renunciavit.

60. Quomodo Albertus[a] Aper et Beatrix separati sunt, et[b] Beatrix Ardensi domino Balduino desponsata est.

Misit ergo castellanus Bernuinum de sancti Audomari ecclesia presbiterum aliosque simul presbiteros et milites cum nepte[1] sua ad Albertum; et exposita ei vie causa, egritudinem uxoris sue cum aliis sufficientibus causis ei pretulerunt. Accepto die et statuto iudiciario ordine et ecclesiastico, separati sunt Albertus et Beatrix. Et Alberto in Angliam remanente, Beatrix ad patrem suum apud Broburgum reversa est. Quod ut perlatum est Arnoldo Gandavensi, rem uti potuit dissimulans, sibi suisque timuit. Nam quod solum verebatur, in proximo accidit. Balduinus etenim Ardensis dominus Broburgensis castellani[c] filiam Beatricem maritalis lege matrimonii, comite Flandrensi Theoderico assensum prebente, iam sibi copulavit uxorem[2]. Facti sunt itaque Broburgensis castellanus et Ardensis dominus quasi pater et filius, quasi cor unum habentes et animam unam. Unde et coniurati Arnoldias partes lacescentes et inquietantes, miserrime conditionis pauperes rebus quantilisque cum minutis spoliantes et depredantes, nichil Arnoldo nisi in castris et munitionibus illibatum aut intactum reliquerunt. Arnoldus ergo sibi timuit, et tamen infra terre munitiones et oppidorum receptacula solito diucius obseratus et detentus, constanter in proposito perseverabat. Una autem dierum cum apud Ghisnas in Capella beate Marie redemptionis nostre misterium audiret et clericos simul cum capellano suaviter et dulciter decantantes graduale quod est: *Iacta cogitatum tuum in Domino et ipse te enutriet*, et ei admodum complacuisset, Ps. 54, 23.
quesivit a fratre suo Balduino monacho, tunc tamen milite, tam delectabilis cantus misticam interpretationem. Quod cum ad litteram ei sufficienter exposuisset, addidit ei fidus interpres: 'Frater mi et domine, spera in Domino, et ipse faciet. Ne timueris! ecce enim, ecce iam cf. Ps. 48, 17.
iamque dives factus eris homo, et ecce, ecce iam iamque multiplicata erit gloria domus tue. Nunquam audistis, quoniam

Grata superveniet, que non sperabitur, hora, Hor. ep. I, 4, v. 14.
Et iam dives erit, qui modo pauper erat'.

61. Quomodo Beatrix mortua est.

Adhuc eo quasi spiritu prophetico loquente, et missa iam finita et decantata, advolat ecce nuncius, et magno clamore ad portam vociferans[d], dixit Ardensem dominam Beatricem hac in nocte mortuam,

Addens, ut[e] mos est, etiam mendatia veris;

et quod[f] sero in vespere, cum lac gustasset pinguedine concretum,

hausto cum lacte veneno,
Vix talamum[g] subiens, mortis discrimen inivit.
Sic ait. Atque aliquis clauso submurmurat ore
Et sibimet loquitur, nobis hec verba relinquens:
'O subitos casus fortune! sydera tangens
Labitur ad terram; nunc hunc, nunc provehit illum.
Huic similis facta[h] est mundi labentis ymago;
Mane etenim floret, sed vespere durat et aret'.

Vixit igitur Beatrix ista paucis diebus cum Ardensi domino viro suo Balduino. Nam sicuti sepe superius diximus, quia calculosa fuit et diutino languore macerata et confecta, Ardee miserabili morte defuncta est. Et in capitulo monasterii beate Marie de Capella, quia in locum cimiterii Ardensis ecclesie nondum subrogati erant in loco canonicorum vel introducti monachi, non sine lamentabili suorum eiulatu et planctu, ut in novissima tuba in sanctorum precibus monachorum expiata inveniatur, honorifice sepulta est. Super cuius sepulcrum soror eius, venerabilis matrona Broburgensis abbatissa nomine Mathildis, post aliquot anno-

a) Albertus — est *eras.* 1; *des.* 2a. b. b) et quomodo Ardensi domino desp. est 2c. 2*; *supplevi ex indice capitum.* c) *sic* 2c. 2*; Broburgensem castellanam 1. 2a. b. d) *sic* 2c. 2*; portam tam vociferans 1. 2a. b. e) etiam u. m e. m. 2. f) cum 2. g) calamum 1. 2. h) factus 1, *corr.* facta 2a; *sic* 2b. c. 2*.

1) Filia potius. 2) Willelmus Andrensis c. 51. haec proelia leviter tantum adtingit.

rum spacium marmoream laminam superponi fecit. Mortua itaque Beatrice et a patre et a suis multum diuque lamentata, cum castellanus comprehenderet et intelligeret, quod nichil aliud superesset, nisi quod, pro qua pugnaverat cause et quam diu desideraverat terre eum omnino cedere oporteret, nulla Ghisnensis comitatus expectatione aut vana spe ulterius in terra delectatus aut retentus, postquam fere per quinquennium[1] terram Ghisnensem inquietaverat, per mediam terram Ghisnensem cum facibus et armis transitum faciens, apud Broburgum in sua tandem receptus est et in terra Ghisnensi ulterius — o provida fati fixa et immota manens series! — non comparuit.

62. Quomodo Gandavensis castellanus Winemarus mortuus est.

Interea autem mortuus est Gandavensis castellanus Winemarus[2]. Sed dum Arnoldus, filius eius, nimium intentus et sollicitus in acquirendo, immo iam adepto et acquisito apud Ghisnas detineretur comitatu, Flandrensis honoris comes et princeps Theodericus, inconsulto Gandavensi, immo iam Ghisnensi comite Arnoldo, Gandavensis burgi castellariam Curtracensi vicecomiti Rogero ad tempus concessit[3] et commisit habendam. Quam postea in pace degens comes Arnoldus, ut filiam suam Margaretam uxorem duceret Curtracensis vicecomes Rogerus, ei[a], quamdiu viveret, in pace tenere spopondit. Quod et verbo simul et opere firmavit.

63. Quomodo Samurensis Galfridus Ghisnensem comitatum habere voluit.

Arnoldus itaque, adepto non sine multo labore Ghisnensis comitatus honore, hominio Flandrensium comiti rite exhibito, etiam in Ghisnensi terra pacificatis sibi baronibus et in securitatis fide sibi allectis et in pace compositis, [cum[b]] in pacis tranquillitate vivere iam putaret[c], insurrexit in eum Samurensis cum infinita cognationis sue multitudine Galfridus, germanus eius consanguineus et cognatus, ut vere dicere possit Arnoldus: 'Nusquam tuta fides, sollicitumque aliquid letis intervenit'. Iactavit igitur Galfridus in medio et dixit, quod iure propinquitatis avunculo suo, comiti videlicet Manassi, Ghisnensium comitatui hereditaria successione iustius deberet accedere et succedere, quam Arnoldus, eo quod Ghisla, mater Arnoldi, et Adelidis, mater sua, sorores fuerint[d], et Ghisla, mater Arnoldi, iunior extiterit quam mater sua Adelidis. Super quo, licet superius de hac Adelide et eiusdem Adelidis liberis, quasi respirantes et alterum Herculem, dum spiritum attrahat Athlas, supponentes, scribendi calamum Samurensibus accommodaverimus[4], ne aliud tamen de alio, Samurensibus in nobis sublatrantibus, in Ascrea valle[5] somniasse videamur: excitati fama facti verumque a veridicis et nichil fictitantibus prosequentes, dicimus, quod, Samurensis Galfridi matre Adelide dudum mortua et sepulta, sorore autem eius Ghisla Gandavensis Winemari uxore adhuc vivente, et liberis eius, Arnoldo videlicet, de quo sermo est, et aliis in flore iuventutis vernantibus adhuc et virescentibus, et utriusque — Galfridi videlicet Samurensis, Arnoldi quoque Gandavensis — avunculo Manasse Ghisnensi comite universe carnis viam ingresso, et filia eius Rosa et eiusdem Rose filia Beatrice mortuis simul et sepultis, nullo quoque e corpore comitis Manassis in terra Ghisnensi relicto semine, Samurensis Galfridus non attendens matrem suam Adelidem dudum mortuam et sepultam, amitam vero suam Ghislam Gandavensem adhuc vivam esse et superstitem — proh nefas! quasi recto procedente ordine hereditario iure avunculo suo succedere deberet in Ghisnensis terre comitatum — impudenter[e] et irreverenter conspiravit et in cognatum suum germanum, Arnoldum videlicet, cuiuslibet ambiguitatis relegato scrupulo iam Ghisnensem comitem, temerario modo calumniam fecit. Sed ad semet ipsum quandoque reversus Galfridus, eadem facilitate qua Ghisnensem terram impudenter et iniuste prius calumniaverat, accepto super iniuria sua consilio, iustissimum Ghisnensis terre heredem Arnoldum simul cum terra, sicuti oportuit

a) et 2 (*corr.* ei 2c). b) *deest codd.* c) cogitaret 2. d) fuerunt 2. e) non impudenter 1. 2.

1) Arnoldus nomine *comitis Ghisnensis* primum anno 1142. diplomati Theoderici comitis Flandriae una cum Henrico Broburgensi aliisque nobilibus subscripsit (Gall. christ. III, instr. p. 118). Ex hoc fortasse concludas, Manassem iam circa a. 1137. obiisse (v. supra c. 49 n. 14, et quae adnotavi ad Willelmum c. 40). 2) Occurrit in chartis usque ad a. 1138. 3) Prima charta, cui Rogerus nomine *castellani Gandensis* subscripsit, occurrit a. 1151; Duchesne pr. p. 93. 4) V. supra c. 25. 5) Patria Hesiodi.

et iuste debuit, in pace reliquit. Amplius de Samurensibus, si quid expedit, ad Samurenses recurrite.

64. Quomodo comes Arnoldus suos ad se vocavit, honoravit et exaltavit.

Comes igitur Arnoldus post multas altercationes, post multos bellorum incursus et tumultus, edomitis et pacificatis atque mitigatis tam exteris quam in terra conversantibus adversariis suis omnibus, demum Ghisnensem comitatum obtinens, in terra secure et in pace resedit; et quoniam plerisque

Fit mage grata quies post longos sepe labores,

paci, quantoque potuit studio, intendebat et insistebat. Suos in terram Ghisnensem ad se evocabat et confovebat; istos secum in domo et familia colligebat et manutenebat; illos in terra maritabat. Pre omnibus et in omnibus in gloriosa liberorum iocundabatur propagine, et in eorum promotione ferventiori nimirum stimulo et sollicitudine animum irritabat atque urgebat.

65. Quomodo Ardensis dominus Balduinus Ierosolimam peregre profectus est.

Interea Ardensis dominus Balduinus cum Francorum rege Ludovico et cum Flandren- 1146.
sium comite Theoderico et cum aliis Flandrie baronibus Ierosolimam peregre profectus est, dominice videlicet incarnationis anno 1146.[1] Hic siquidem Balduinus terram suam et Ardensis precipue castri curam Arnoldo Gohel de Surkis, qui et castellanus Ardee dicebatur et erat, commendavit et eum in rebus suis disponendis, usquedum rediret, ballivum constituit atque prepositum. Arnoldus autem Markiniensis vicecomes, qui sororem eiusdem Balduini duxerat, Adelinam videlicet, et ex ea filiam unicam iam adolescentulam et pulcritudinis vernantem lilio genuerat, indignabatur et egre tulit, quod ei terram suam commendatam non reliquisset. Sed dum pacienter ad tempus sustinuit, fama volat et nunciat Ardensem dominum Balduinum nunc apud Sathaniam[2] fame periclitatum, nunc in mari submersum, nunc inimicorum Christi gladiis trucidatum, sic autem vel sic, sine spe redeundi finaliter mortuum et sepultum.

66. Quomodo Markiniensis vicecomes Arnoldus Ardee dominus effectus est.

Quo audito, Markiniensis vicecomes Arnoldus, conciliato sibi et comparato tam Flandrensis quam Ghisnensis comitis amore et benivolencia, Arnoldo Gohel consenciente aliisque Ardensis oppidi paribus hoc ipsum adiudicantibus, Ardee dominus effectus est. Stephanus igitur, Elenardi de Sinninghehem[3] filius, videns et intelligens, Markiniensem vicecomitem Arnoldum in Ardensis honoris dominium[a] provocatum esse et exaltatum, vidensque eiusdem Arnoldi filiam unicam et tanti honoris et dominii hereditaria successione heredem in tempore futuram, ad eiusdem filie coniugium aspiravit. Unde et hinc illinc concurrentibus et delatis viris et verbis, eam tandem in uxorem sibi fiduciavit et spopondit. Quod audiens Ghisnensis terre comes Arnoldus, sibi metuens, immo sibi, ut prudentis est, et posteris summa cum discretione precavens et premuniens, pensavit hinc, si iam dictum contractum et confirmatum foret matrimonium in perpetuam iam pacificate terre discordiam, et eiusdem terre in brevi fore obventurum exidium; illinc animo deliberans, si iam dictam iuvenculam filio suo primogenito Balduino acquirere et lege matrimonii copulare posset, se ipsum et suos in terra perpetua posse pace gaudere, arbitrabatur[b]. Humiliatus itaque comes prudentissimus iuxta prudentium et seniorum consilium inclinavit se ad pacem, et secreto cum Ardensi domino Arnoldo et eius uxore Adelina prelocutus, brevibus verbis eis[c] vie causam exposuit et intimavit.

67. Quomodo Balduinus, Ghisnensis comitis Arnoldi filius, desponsavit Christianam, Ardensis domini filiam.

Gratificati ergo Ardensis dominus et eius uxor[d] et admodum facti letabundi, filiam suam ad consensum eius postulandum convocaverunt. Audivit itaque filia quod audire non displicuit, et ecce iam presens astitit, et hilaritate vultus iam assensum exprimens, et ad sciscitantis[e] de consensu vocem patris et matris erectis auribus inclinata nullique libencius unquam[f]

a) dominum 2. b) arbitratur 2. c) ei 2. d) u. ei. 2. 2*. e) sciscitatis 2. f) inquam 2.

1) Ludovicus VII. demum a. 1147. profectus est. 2) Satalieh in Anatolia. 3) Seninghem, a St.-Omer ad occidentem.

responsura sono. Complacuit igitur utrique parti utriusque partis sermo, et vox omnium una erat et voluntas dicentium: 'Fiat! fiat'! Duxit igitur Balduinus, Ghisnensis comitis Arnoldi primogenitus, Ardensis domini Arnoldi filiam, virtutum titulo et proprii appellatione nominis Christianam; fitque gloria in altissimis Deo, et in terra Ghisnensi pax omnibus hominibus. (cf. Luc. 2,14.) Sic enim, sicuti iam diximus, ut perpetua pace gauderet et sui, minoratus et humiliatus paulo minus ab altitudine dignitatis et nominis Ghisnensis comitis primogenitus et iam iam Ghisnensis comes futurus, ad similitudinarium multorum exemplum et imitationem nobilium, ducum videlicet, regum et imperatorum, se humiliantium et propter similem causam sic uxorantium, inclinavit[a] se ad hominis sui filiam lege matrimonii in uxorem dignanter et ovanter suscipiendam.

68. De constructione turris et muri apud Colvidam, et de constructione infirmarie apud Leodebernam.

Interim autem Ardee dominus Arnoldus de Markinio, postquam in nemore, que[b] a carbonibus lignorum vel a cultura sive a colore forme Colvida nomen accepit, turrim suspendit et elevavit in aere gloriosam et muro super fossatum circumcinxit undique et edificiis decoravit locumque per capellam ad serviendum Deo fabricatam Deo gratificavit: omnia sibi videns ad votum accidisse in prosperitatem — cum esset dives mundo, euangelici divitis non immemor volens Deo placere, qui per omnia secularibus et mundo placuerat — instinctu et rogatu uxoris sue, venerabilis matrone Adeline, infirmariam sive infirmancium tugurium et capellam extra Ardeam supra viam tunc temporis regalem et populosa transeuntium multitudine frequentatam apud Leodebernam[1] instauravit redditusque ad sustentandos infirmos sive leprosos, nichilominus et capellanum eidem loco procuravit et universe terre nobiles et populum ad benefaciendum miserrime conditionis congregationi verbis efficacibus animavit et exemplis.

69. De instauratione infirmarie apud Spellecas.

Sub eodem[c] temporis cursu comes Arnoldus, non dissimili penes Christi pauperes a membrorum compagibus destitutos et leprosos factos miseratione compunctus, videns, Ardensem dominum, prius Markiniensem, nunc autem de Colvida vocatum, Arnoldum domum infirmorum apud Lodebernam redditibus et infirmis instaurasse, instauravit et ipse pauperum cenodoxium et leprosorum extra Ghisnas apud Spellecas[2]. Quod postea filius eius Ghisnensis comes factus[d] Balduinus ampliavit et capella decoravit et muro circumcinxit et decimis et redditibus et quod superest adiutorio et assidua protectione et visitatione et elemosinarum largitione frequentavit et fecundavit.

70. Quomodo femine leprose apud Lodebernam et homines leprosi apud Spellecas collati sunt.

De illis autem duabus infirmariis sive infirmorum hospitalibus in tempore eiusdem Balduini Ghisnensis comitis facti et filii eius Arnoldi de Ghisnis, Ardee iam domini et Broburgensis castellani, ita decretum est et satis rationabili et convenienti providentia accuratum et statutum, quod omnes femine per universam Ghisniam leprose facte apud[e] Leodebernam deportarentur atque confluerent et in ea sustentationis panem, quoad vivere possent, acciperent; masculini vero sexus quotquot per universam Ghisniam similiter lepra contacti[f] vel contaminati invenirentur, apud Spellecas deportarentur, ubi raucisona voce cotidie mortem invocantes, panem doloris, quoadusque spiritum exalarent, perciperent atque comederent. Comes autem Arnoldus et Ardensis dominus de Colvida nominatus Arnoldus in tantam amicicie coniuncti sunt confederationem, ut unum par amicicie et quasi novi et nuper in vitam revocati Theseus et Perithonus predicarentur; et quemadmodum due manus ad unius adhibite sunt homini corporis sustentationem, sic et isti duo corpore quidem non, animo coniuncti sunt in una animi voluntate, quasi in uno corpore, ad tocius terre Ghisnensis consolationem et defensionem. Letantur igitur omnes hinc et hinc Arnoldiade, et iam cessaverunt omnium undique persecutorum insidie; letatur et exultat in pace Ghisnia, congaudet et congratulatur ei Ardensis dominationis curia. Nec iam certant hinc Ghisnenses et hinc Ardenses, utri utris deferant[g] aut parere debeant, cum alteri alteris vicario modo

a) et i. 2. b) quem 1. 2; quod 2*. c) e. autem 2. d) vocatus 2; factus vocatus 2*. e) et a. 2. f) contracti 2. g) deferantur 2; deferuntur 2*.

1) 'Entre Louches et Ardre'. M. 2) 'Paroisse et faubourg de Guines. Ce nom n'existe plus'. M.

deferre contendant. Quippe cum dominus comes sue dominationis dignitatem temperet erga sibi subiectum hominem, et homo non attendens antiquam in Ghisnenses comites rebellionem, debite subiectionis famulatum et reverentiam omni loco et tempore non dedignatur exhibere suo domino, suo principi et comiti. Facti sunt itaque comes Arnoldus et Ardensis dominus de Colvida, ut iam diximus, nominatus Arnoldus quasi cor unum et anima una; cf. Act 4,32. nec erat inter eos per universam Ghisniam aliqua in dignitate differentia, nisi quod alter dicebatur comes et alter dominus. Sed cum extra patriam sepissime dominus diceretur comes, tamen ubique in integritate sui nominis et in honore sue dignitatis manens, semper quod erat et predicabatur et vere erat comes.

71. Quomodo Balduinus, Ghisnensis comitis Arnoldi filius, genuerit Mabiliam de Chisonio et Arnoldum, filium suum primogenitum, prius Ardensem dominum et postea nichilominus Broburgensem castellanum.

Cognovit autem Ghisnensis comitis Arnoldi filius Balduinus uxorem suam Christianam, que concepit et peperit Ardee Mabiliam, Iohanni, filio Petronille de Chisonio[1], desponsatam uxorem. Concepit autem postea et peperit similiter Ardee Arnoldum de Ghisnis, quem nobis dominum a principio operis invocavimus et patricium, propter quem et ad quem et de quo sudor in hoc opere nobis est et sermo.

Hic est, cuius amor mea[a] gloria, gratia grato
Gratuitoque facit me numine vivere gratis.

In cuius laudibus ampliori stilo morosius insistere non necesse fore arbitramur, cum omnia, que in eius operis contextu dicta sunt aut dicenda, eius laudi per omnia concinent[b] et glorie.

72. De procreatione filiorum aliorum, Willelmi videlicet, Manassis et Balduini clerici.

Peperit etiam venerabilis matrona Ardee, ubi — et[c] compendioso verum perstringamus eloquio tocius et tante propaginis — omnium suorum mater effecta est liberorum: Willelmum, strenuissimum quidem militem, sed in flore iuventutis apud Colvidam abmortuum et Andrie cum patribus suis in assumptione beate Marie virginis honorifice sepultum; Aug. 15. Manassem[2] quoque, qui ob insignem sapientie eius et prudentie virtutem singularis quodam privilegio amoris post Arnoldum, eius primogenitum, in tantam pre ceteris acceptus est patris gratiam, ut ei Rorichoniam[3] cum appendiciis et marisci spaciosi amplitudine aliaque empta et precio comparata perplura contulit beneficia; Balduinum etiam clericum[4], Morinensis ecclesie canonicum, et Neleiorum[5], non Nestoris arvorum, sed ecclesie sancti Petri apostolorum principis iuxta Montorium[6] procuratorem et personam[7], et ecclesiarum in Anglia apud Steventoniam[8] et Stistedas[9] et Malingas[10] et Baigtoniam[11] similiter provisorem et personam.

73. De morte comitis Arnoldi.

Per idem autem tempus contigit, quod comes Arnoldus iam etate maturus et senio gravis, ut in rebus suis disponendis sibi provideret et terre, in Angliam proficisceretur. Ubi cum apud Niventoniam[12] in propria mansione, que cum pertinentiis eius ex parte Ghisnensis quondam comitisse Emme ei contigerat et exciderat, per aliquod dierum spacium moram faceret, gravi correptus egritudine, diem autem mortis sue appropinquare non nescius, de salute anime cogitans, domui sue disposuit. Convocatis itaque ecclesiasticis viris et familiaribus, ut in eterna quandoque recipi mereretur tabernacula, testamentum in

a) in ea 1. 2a. b, *corr.* ea 2c; ea 2*; *correxi.* b) continent 1. 2a. b; attineant 2c. 2*; *correxi.* c) *ita* 1. 2; et ut 2*.

1) Cisoing, départ. Nord, arrond. Lille. 2) Occurrit in chartis a. 1202—1222; cf. Duchesne pr. p. 131; Willelmum c. 225. 3) Roricboniam re vera in possessione comitis Manassis fuisse, etiam ex chartis apparet, quas affert Duchesne pr. p. 136. Hoc castellum teste Menilglaise iam non exstat. 4) Obiit c. a. 1229. secundum Willelmum c. 248. 5) i. e. Nielles-lez-Ardre prope Ardre. 6) La Montoire, cant. Audruick inter Cressonière et Nielles-lez-Ardre. M. 7) Clerici qui beneficia ecclesiastica obtinent — sed maxime ii qui beneficia seu ecclesias per vicarios deserviri curant, dum ipsi potiori redituum parte fruuntur. DUCANGE. 8) Stevington in confinio comitatuum Essex et Cambridge. 9) Stisted in comitatu Essex prope Braintree. 10) Town-Malling in comitatu Kent prope Maidstone. 11) Num Baicton in comitatu Oxford prope Bicester? 12) Newington in comitatu Kent prope Folkstone.

1169. Domino sibi statuit et fecit eternum. Dispersit igitur et dedit non lenonibus aut scurris nomen suum mundo predicantibus, sed Christi membris et pauperibus. Ubi cum multis in elemosinam multa dedisset, apud Santingheveld, ubi sepulturam sibi pridem elegerat, bellica arma et equum, canes et volucres et quecumque ludicra habebat secularia, erogavit. Mortuus est itaque comes Ghisnensis Arnoldus, et a Niventonia apud Santingheveld delatus est[1] et honorifice sepultus dominice incarnationis anno 1169. Quo anno regis Stephani quondam filia[2], quandoque Bolonie dicta comitissa, habitum religionis apud Meschinense[a, 3] monasterium resumpsit, et ecclesie, que pro ea interdicte fuerant, absolute. Quo etiam anno sacrarum virginum ossa apud Lischas[4] ab urbe Colonia delata sunt.

74. Quomodo Balduinus Ghisnensis comes effectus est.

Balduinus igitur, in omni secularitatis sapientia eloquentissimus et in milicia pro quantitate corporis nulli per Flandrensium circuitum secundus aut posthabitus, adeo ut merito diceretur patris non degener heres, accepta — uti moris est sapientis viri — de morte patris consolatione, hominio[a] Flandrensium comiti Theoderico rite exhibito[5], Ghisnensium comes effectus est. Cuius honoris mox ut obtinuit dignitatem, iusticie rigore per universam Ghisniam resplenduit, adeo ut iustis in iudicio quasi iudex iustus et iudiciarius et iniustis terribilis et nichilominus laudabilis diceretur atque iudicia faciens mirabilia. Qui licet in adolescentia, antequam in comitatus proveheretur honorem et sollicitudinem, plerumque etatis dissolutus incuria, plerumque corporalis sustentationis et rerum constrictus penuria, penes vite necessaria minus providus aut curiosus haberetur et cum insipientibus minus sapiens apparuerit vel insipientiam simulaverit, in comitatus tamen sublimatus honorem, mox, quasi novum indutus hominem, insipientes et malignos, qui semper oderunt sapientiam, ut iniquos odio habuit.

75. Quomodo comes Balduinus capellam sancte Catherine apud Montorium instauravit.

A primis igitur inter prima pietatis opera capellam sub honore beate Catherine martiris instinctu et rogatu christianissime uxoris sue Christiane apud Montorium construxit et edificavit, et in eadem capella oleum eiusdem Catherine martiris et sancte virginis et reliquias beatissimi Thome martiris, cui specialem et pre aliis propriam exhibere decrevit, immo debuit reverentiam, eo quod militaribus eum applicuisset sacramentis et militis ei nomen imposuisset et officium[6], collocavit. Et sub eiusdem capelle titulo venerabilem virum et litteratorie professionis instructissimum, de Lothesia[7] oriundum, Michaelem, quondam Ardee magistrum, quem idem gloriosissimus martir, Cantuariensis ecclesie archiepiscopus Thomas, presbiterum ordinavit, primum capellanum instituit et omnia, que ad capellam fore necessaria edoctus est et ad capellanum tam in libris quam in ceteris ornamentis, eidem loco sufficienter, immo copiosissime procuravit.

76. Quomodo domum rotundam apud Ghisnas edificavit et capellam.

Deinde apud Ghisnas super dunionem domum rotundam lapidibus quadris edificavit et excelsam in aere suspendit. Quam in superiori parte machine planam fecit et equatam, ita ut plumbea tectura trabibus et transtris superposita pinnaculis edificii sederet et ex alto prospicientibus non compareret. In ea autem domo[b] cameras, habitacula et diversoria multa preparavit et diverticula, ita ut a laberinto, Dedalica videlicet domo, parum discrepare videretur. Porro extra domum ante portam edificii miro lapidum et lignorum tabulatu Salomoniace glorie capellam edificavit. Exteriorem vero oppidi firmitatem muro lapideo circumcingere cepit. Sed et introitus portarum bellicis turribus et machinamentis munivit et decoravit.

a) *in rasura* 1. b) domos 2.

1) Cf. Willelmum c. 58, qui paullo fusior est. 2) Maria, uxor Matthaei Alsatici, comitis Boloniae. Cf. Willelmum c. 60, qui haec eisdem fere verbis narrat. Utrumque ex eodem fonte hausisse, putarim. 3) Messines prope Ypres. *Apud Monasteriolum* (Montreuil) Willelmus c. 84. 4) Licques, cant. Guines. 5) Theodericus iam a. 1168. e vivis excesserat. 6) Vide infra c. 87. 7) Louches prope Ardre.

77. Quomodo turrim apud Tornehem reparavit et edificia et vivarium, et carcerem turri inhumavit.

Postea vero apud Tornehem turrim, quam predecessores sui pridem construxerant, iam rimis fatiscentem et hiulcam et, lapidibus obrutis et a compaginibus disiunctis et dissolutis, ruinam minitantem, reparavit et reformavit, ita ut sibi ipsi, salva dialecticorum[a] pace, a primo statu dissimilis videretur in reparationis factura. In ea quoque laberintini formam edificii exprimens et gradalia superedificans meicula, cameram camere superposuit et diversoria in diverticulis Meandrici fluminis instar illusit. In ea etiam, immo sub ea per quasdam occultas fundamenti cataractas infernalis cacabi instar ad miseros reos terrendos et, ut verius loquamur, plectendos in imis terre faucibus carcerem inhumavit, in quo miserrimi penis addicti mortales horrendi diem examinis prestolantes, in tenebris cum vermibus in scalore et sordibus panem doloris acciperent et odibilem vitam sustentarent. In exitu autem turris in testudine lapidea capellam inclusit, cui Sigerum attitulavit capellanum et prefecit. Muros autem, infra quorum ambitum pugiles et atlethas sepius conflictantes adspeximus, renovavit, erexit et propugnaculis ordinavit, exacuit et exasperavit. Fossato autem munitissimo atque firmissimo conversa[b] parte templi[1] villam circumcinxit et firmavit; ab occidentali vero parte ville Reverie fluminis aquas obiectu molis terre et lapidum in modum excluse[2] non sine magno labore et expensa obstruxit et vivarium magnis plenissimum piscibus certis limitibus obsignavit.

78. Quod forum de Sutkerka apud Alderwicum transtulit et ibi festum in pentecoste constituit et firmitatem edificavit[c] et capella decoravit et villam fossato cinxit et mariscum desiccavit et arabilem fecit.

Forum autem, quod apud Sutkercas[3] in die dominica non provida quidem consideratione, sed eventu fortuito ab antecessoribus suis institutum fuerat frequentandum, loco prudenter mutato, sed die iuxta ecclesiastici et apostolici tenorem consilii non alterato, apud Alderwicum transtulit; ubi et adiacentium parcium villanos ad communem quasi civium habitationem invitavit, coegit et adunavit. Et ibi festum in diebus pentecostes magis civiliter quam theologice solemnizari et ab universo populo, mercatoribus et aliis gentibus propter rerum venalium copiam ibi confluentibus frequentari, instituit, indixit et iuramento confirmavit. Villam quoque duplici cinxit fossato et aggerem in medio domibus et necessariis edificiis edificavit et capellam in introitu interioris valli, sicuti sanctorum decet et docet tabernaculum, cum omni diligentia et reverentia in honore sancti Nicolai porte superedificavit. Cui sanctissime vite presbiterum cum libris et ceteris ecclesiasticis ornamentis ad sufficientiam, immo ad supernorum civium gloriam Stephanum prefecit et procuravit capellanum. Sic sic eiusdem loci mariscum, multiplicibus Idre capitibus amputatis, Herculina calliditate desiccavit.

79. Quomodo nati sunt Egidius et Sigerus, Adelina et Margareta et Mathildis, et quibus coniugibus matrimonio copulati.

Interea sub eiusdem fere temporis decursu venerabilis matrona Ghisnensis comitissa Christiana concepit et peperit Egidium[4], prius quidem litteratum, postea militem, qui nobilis viri et prudentissimi Eustacii de Mongardinio filiam Christianam duxit uxorem; deinde Sigerum[5], qui similiter nobilis viri Henrici de Seltunio[6] iuxta Memerim in divisionem terrarum, unde nomen accepit, a gentilibus[d] olim constructam, filiam Adelidem duxit in uxorem. Peperit etiam Adelinam, Balduino de Engoudeshen vel de Markisio, de Caiocho tamen nominato, prius desponsatam uxorem, postea vero militum strenuissimo Hugoni de Malo- sive Molli-Alneto[7]; Margaretam quoque, Rabodoni de Ruinis[8] desponsatam uxorem; et Mathildem, Willelmo, filio Claremboldi de Timbonia[9], traditam uxorem, que sine corporis herede vitam finivit.

a) dialeticorum 1. b) *fortasse* a *supplendum*. c) edificiis 2. 2*. d) gentibus 2. 2* (*corr.* gentilibus 2a).

1) umgang, apsis. 2) écluse, schleuse. 3) Zudkerque, cant. Audruick. 4) Occurrit in tabulis publicis a. 1200—1227. 5) Egidium et Sigerum laudat Willelmus c 139 (ad a. 1205). 6) Mongardinium et Seltunium castella teste Menilglaise iam non exstant. 7) 'Malaunoy, les ruines existent sur le territoire de Bourecq, arrond. Béthune'. M. 8) 'Je ne vois pas ce nom de lieu dans la contrée; il faut lire peut-être Hamis, ou Busnis (entre Lillers et St. Venant)'. M. 9) Thiembronne, arrond. St.-Omer, cant. Fauquemberg.

80. De sapientia comitis Balduini.

Comes autem studiosissimus omnium indagator nullius sapientie Minervam intactam reliquit, et licet omnino laicus esset et illiteratus — o ineffabilem et mire capacitatis et ingenii virum et cuiuslibet philosophie alumnum et filium eruditissimum! — liberalium tamen, ut iam diximus, omnino ignarus artium, liberalibus sepe et sepius usus instrumentis, non refrenans linguam suam aut cohibens, contra artium doctores disputabat. Et quoniam theologice scripture non surdus erat auditor, prophetarum oracula et historiarum divinarum et euangelice doctrine non solum superficiem, sed et misticam virtutem patulo capescebat et avertebat auditu. Unde et clericos miro venerabatur affectu. Ab illis enim divinum accepit eloquium, et eis, quas a fabulatoribus accepit, gentilium nenias vicario modo communicavit et impartivit. Sicque plerumque fiebat, ut a suis eruditoribus in questiunculis diligentissimus auditorum conservator comes instructus et eruditus, quasi literatus suis adprime respondebat et alios ad respondendum provocabat. Et merito, a clericis ultra quam necesse erat in multis edoctus, clericis in multis obviabat et contradicebat. Sic autem eos plerumque provocabat et mire calliditatis, qua in multis eminebat, eloquentia ludificabat, ut tamen eos post disputationis altercationem mira veneraretur honoris magnificentia. Unde et multi eum audientes et super obiectionibus et responsis eius in admirationem prorumpentes, sepe de eo dixerunt: 'Quis est hic? et laudabimus eum; dicit enim mirabilia. Sed quomodo scit litteras, cum non didicerit?' Propter hoc secum clericos et magistros retinebat et eos in multis interrogabat et diligenter eos audiebat.

81. Quomodo translatari fecit multos libros.

Sed cum omnem omnium scientiam avidissime amplecteretur et omnem omnium scientiam corde tenus retinere nequivisset, virum eruditissimum magistrum Landericum de Wabbanio[a. 1], dum Ardensis honoris preesset comes dominio, Cantica canticorum non solum ad litteram, sed ad misticam spiritualis interpretationis intelligentiam de Latino in Romanum, ut eorum misticam virtutem saperet et intelligeret, transferre sibi et sepius ante se legere fecit. Euangelia quoque plurima et maxime dominicalia cum sermonibus convenientibus, vitam quoque sancti Anthonii monachi a quodam Alfrido[2] diligenter interpretatam diligenter didicit. Maximam quoque phisice artis partem a viro eruditissimo magistro Godefrido de Latino in sibi notam linguam Romanam translatam accepit. Solinum autem de naturis rerum non minus phisice quam philosophice proloquentem, quis nesciat, a venerabili patre Ghisnensi magistro Symone de Bolonia[3] studiosissima laboris diligentia de Latino in sibi notissimam Romanitatis linguam fida interpretatione translatum et, ut eius captaret et lucrifaceret, immo dudum sibi comparatam refocillaret gratiam, ei presentatum et publice recitatum? Sic sic divinos ei libros et in ecclesia ad cultum et venerationem Dei necessarios scribi fecit et parari et in capellis suis hic illic collocari. Unde etiam organica musice artis instrumenta ad divini cultus excitationem et delectationem apud Ghisnas sanctimonialibus contulit et comparavit. Quid plura? Tot et tantorum ditatus est copia librorum, ut Augustinum in theologia, Areopagitam Dionisium in philosophia, Millesium Talem[4] fabularium in neniis gentilium, in cantilenis gestoriis sive in eventuris nobilium sive etiam in fabellis ignobilium ioculatores quosque nominatissimos equiparare putaretur. Quis autem nisi expertum et auditum crederet Hasardum de Aldehen[b] omnino laicum ab ipso simili modo omnino laico litteras didicisse et litteratum factum? Ipse enim, quem iam diximus Hasardum, totam comitis bibliothecam retinens et custodiens, omnes eius libros de Latino in Romanam linguam interpretatos et legit et intelligit. Quid amplius? Ipso quoque preceptore et monitore magister Walterus Silens sive Silenticus nominatus, dum Ardee dominaretur et in Ardea forum causarum et mercatorum ghilleolam[c] nuper edificasset et plumbeo tabulatu contexisset, librum, quem ab agnominatione sue proprietatis Silentium sive romanum de Silentio nominavit, tractavit, composuit et exornavit. Pro quo ei comes equos et vestes et multa contulit remunerationis munuscula.

a) Walbanio 2. 2*. b) Alheden 2. c) *forlasse* ghildhalam *corrigendum vel certe intelligendum.*

1) Num Waben, cant. et arrond. Montreuil-sur-Mer, an Walogne in Normandia? Cf. 'Hist. littér. de la France' XV, p. 502. 2) De hoc Alfrido cf. quae disseritur in 'Hist. littér. de la France' XIII, p. 114. 3) De Simone cf. 'Hist. littér. de la France' XV, p. 500—503. 4) Immo Aristidem.

82. Quomodo Egidium de Hasebroc de manu Reinaldi Boloniensis comitis liberavit.

Egidium quoque de Hasebroech[1], qui Boloniensibus sub duce Lotharie Balduino[2] in voluntate et consilio venerandi comitis Flandrie Philippi prefectus erat, a Stapullis[3] — vellet nollet de Dominio-Martini[4] Reinaldus, qui ignorante iam dicto Lotharie duce Balduino comitatum Bolonie sibi nuper usurpavit — in manu forti liberavit et abduxit et in sua reduxit. Qua in re Reinaldus, licet ei et suis semper insidiosus extitisset et infestus, de eo sub eius memorande actionis articulo lingua veritatis et magnifica caput Dei iuramento contestans asseruit, quod nunquam tante probitatis et virtuose magnanimitatis usquam oculis prospexerit homiculum. In cuius superbia dicti et extollentia, licet nomine diminutivo usus sit detractorie, non obticuit in eo probitatem magnificentie. Quod accipiens comitum prudentissimus, non in iram concitatus est aut turpiloquium, sed hanc moralitatis sententiam protulit et dixit: c.1190.

'Sepius audivi, quod fas sit ab hoste doceri; cf Ovid Met IV, 428.
Fas commendari, fas est ab hoste probari'.

83. Firmatio Sangate et eius descriptio.

Armiferam autem turrim et celo contiguam quis nesciat apud Sangatam[5] ab eodem comite Balduino firmatam et fossatis circumcinctam et ericiis et propugnaculis munitam et hostibus magis invisam quam expositam? Ut autem locus Sangaticus ab aliquibus nuper audientibus et loci situm ignorantibus notioris nominis et ob hoc maioris habeatur auctoritatis, eiusdem loci, Withsandicis[a] et Calaisiticis nobis, immo loco in hac parte immurmurantibus, descriptionem ponimus. Fuit igitur ab antiquo locus quidam harenosus, Britannici occeani littori contiguus, iuxta Scalas[6] Bertiniacas, nec longe a Walteri saltu[7], inter Withsandicum portum et Calaisiacum[b] fere medius, ubi quondam per medium dunarum sive harenose molis dorsum maris estus quodam naturali suo impulsu et violencia ad solidam usque irrumpens terram, subterfluentis in modum lacus portum fecit et securissima naves in stacione recepit. Ubi cum inter dunas et Sliviatice[c. 8] soliditatis oras hinc illinc sepius impulsa liberum non habens in mare meatum stagnaret aqua, inter dunas et terram solidam mariscum fecit profundissimum, ita ut ab indigenis gentilium puteus putaretur et eiusdem appellationis nominaretur proprietate. Sed cum postea Thetios unda vage obiectu arene, fluctuantis estu maris coadunate[d], fluctivagantis salsuginem[e] maris iam dicto portui invideret et subtraheret, dunarum dorso aquarum impetu prius erupto, assidua nunc arene ventilatione in molem conglutinato et consolidato, seclusus est mariscus ab occeano. Unde quoniam maris estus, sicuti iam diximus, dunarum ibi pridem penetravit et perforavit arenam, loco iam dicto harenoso harene foramen, vulgo autem Sangatam indigene nomen indiderunt. Mariscum quoque sub eiusdem appellationis proprietate nominaverunt et villam[f]. Hunc ergo sine nomine quandoque locum nominatissimum fecit magnanimus et magni nominis comes Balduinus. Cum enim pater eius, comes videlicet Arnoldus, in villa, que causa iam dicta Sangata dicitur, habitationis vix haberet domicilium, ubi salvo honore et dignitatis reverentia caput reclinaret, memorande memorie[g] comes Balduinus in eodem marisco, invito Bolonie comite Reinaldo, et Boloniensibus hinc, inde Withsanticis et Calaisiticis simul et omnibus Mercuritici territorii populis grunnientibus, firmissimum fixit et firmavit castellum

a) Wichsandicis 1. 2 *(et infra lin. 23)*. b) Calaisiatum 1, *corr.* Calaisiacum 2[a]; Calaisiaticum 2[b. c], 2*. c) fluu...... 1 *(ante rasuram ut videtur* fluuiatice); fluvii 2. 2*. *Vid. p.* 600, *lin.* 14. d) coadunante 2. 2*. e) salsugine 2. f) Mariscum quoque — villam *in margine* 1. g) *sic* 2[c], 2*; memorate 1. 2[a. b].

1) Hazebrouk, a St.-Omer ad occidentem. 2) Immo Henrico duce Brabantiae, qui Mathildem, filiam natu minorem Matthaei comitis Boloniae, fratris Philippi comitis Flandrensis, in matrimonium duxerat. Cf. Gisleberti Gest. com. Hanon., SS. XXI, p. 571: *Tunc temporis* (a. 1190) *ipse dux Lovaniensis terram Boloniensem per vires comitis Flandrie possidebat.* 3) Etaples, départ. Pas-de-Calais, arrond. Montreuil. 4) Dammartin, départ. Seine-et-Marne, arrond. Meaux. Reinaldus Idam, filiam hereditariam Matthaei comitis Boloniae, contra voluntatem Philippi Flandrensis uxorem duxerat. Cf. 'l'Art de vérifier les dates' XII, p. 358 sqq. 5) Sangatte, villula maritima a Calais ad occidentem. 6) Escales, a Calais inter meridiem et occidentem. 7) Cap Blanc-Nez. 8) 'Il y avait jadis près de Sangatte une église de Saint-Martin de Sclive. Le mot Sclive, Slive, veut dire entaille, ouverture. cren. Dans le langage du pays on appelle cren les ouvertures faites dans les dunes ou falaises par les ruisseaux qui se déchargent à la mer'. M.

et gloriosam turrim ab abisso terre in aerem suspendit. Hec autem turris propugnaculis et machinamentis bellicis munitissima quot habet lapides tot[a] hostes. Unde et Troianum Ylium, si pro quantitate regni et negocii tot et tantis viris armiferis cum sufficientibus munitum fuisset expensis quot et quantis Sangatica turris, staret adhuc in gloria:

Gloria Troiugenum nec equo decepta fuisset,

nec palacium Priami nec regnum corruisset, nec adhuc Greci, devictis Phrigiis, diem exultassent victoriosum!

84. Quomodo comes Boloniensis Reinaldus apud Ostrowicum firmitatem facere voluit.

Enimvero cum Boloniensium comes Reinaldus Sangaticam turrim edificari et Ghisnensem comitem Balduinum militibus et armis, deliciosis epulis et conviviis in ea frequenter exultare et insolito more gloriari videret et invideret, sibi non minus quam terre sue metuens, omnem accendit iram et indignationem, et coadunatis universe terre sue[b] militibus et populis apud Ostrowicum[1] iuxta Sliviacas[c] oras secus Sangaticam firmitatem, ut nomen et firmitatem Sangate deleret et destrueret, in constructionem, si quo modo posset, castelli fodere cepit et firmare. Hic ergo fossarii, ligoniste, oneratores et bucharii aliique firmitatis et fossati operatores et magistri, circumstantibus principibus et universe terre militibus, operantur et terram quantum possunt in aggerem elevant et fossatum in aggeris munitionem fodiunt atque firmant. Quod videntes Ghisnenses et Sangatici, viri fortes et bellicosi, pre indignatione intumuerunt et exclamantes eorum balistarii mortiferos pluunt in eos quadrillos et sagittas, adeo ut expergefacti et conterriti adversariorum et adverse partis operarii, principibus et militibus in fugam conversis, non sine multa sanguinis effusione opus relinquentes, uti usque hodie patet, imperfectum, turpiter abscesserunt. Hec de situ Sangate et eius firmitate nostre sedulitatis paravit opera, ne quando vetustatis situs Sangatice fundationis primordia a perhennitatis deleat et abstergat memoria.

85. Quomodo comitissa Christiana mortua est et Ardee sepulta.

Mortuo autem Ardensium domino Arnoldo de Colvida et nobili eius uxore Adelina, unius anni revoluto cursu, Ghisnensis comitissa Christiana cum in lectulo egritudinis, sicuti mos est parturientis, postquam ultimo peperit, accubaret, et vir eius comes Balduinus in Anglia in disponendis rebus suis moram faceret: acceptis et auditis nunciis gravissimam usque ad mortem egrotantis comitisse infirmitatem nuntiantibus, vix ad ipsam ubi Ardee iacebat pervenit comes, cum phisici et magistri eius, Heremannus videlicet et Godefridus, de vita eius desperantes, eam comiti servandam et consolandam, immo in proximo lugendam atque plangendam reliquerunt. Chalasticis[d] ergo medicamentis nil ei[e] proficientibus, sed et eam in mortem provocantibus, ah! mortua est christianissima Ghisnensis comitissa [1177. Iuli 2.] Christiana dominice incarnationis anno 1177, 6. Nonas Iulii, et ad pedes matris sue venerabilis matrone Adeline Ardee, eo quod in Ardea nata fuerit et demum in morte resoluta, Andrensis ecclesie monachis ad petitionem Ardentium acquiescentibus et consentientibus, in macerie templi apposita est ad patres suos et honorifice sepulta, presentibus et funebrem cantilenam cum lacrimis celebrantibus venerabilibus abbatibus Godescalco[2] Sancti Bertini, Algero[3] beate Marie de Capella, Petro[4] Andrensi, Roberto[5] Lischensi, et aliis presbyteris, clericis et laicis innumeris. Ibi ergo meror[f] et luctus omnium et planctus.

Hinc comes, hinc nati nateque equitesque propinqui
[cf Verg. Aen V, 228.] Lamentantur eam; resonat clamoribus ether.
Quippe manus manibus contendunt[g], ora cruentant,
Et clamant dominam. Miseris ululatibus instant
Ardenses miseri, solique piacula luctus
Uberiora ferunt, imbrescunt fletibus ora.
Nam quanto propius succenditur ignis amoris,
Hoc magis hic maior miseros dolor urget alumpne.

a) tost 1. b) *deest* 2. c) fliuiacas 1; fluuiacas 2; fluñcas 2*. d) qui nasticis *corr.* quodnasticis 1; quod nasticis 2. 2*; quo drasticis *M.*; chalasticis *(cf. Sor. gyn. c. 64. Erm.) coniecit V. Cl. Rose.* e) n. e. *in ras.* 1; vel ei 2; vel nihil ei 2*. f) *ita* 2*; memor 1. 2. g) contundunt 2b. c. 2*.

1) Teste Menilglaise iam non exstat. 2) Sedit a. 1163—1177. 3) Subscripsit chartae a. 1166; cf. Gall. christ. X, p. 1585. 4) Sedit a. 1161—1195. 5) Sedit a. 1164—1183.

Sepulta igitur nobili matrona Ghisnensi comitissa Christiana et lamina marmorea honorifice contecta, hos versus pro epitaphio in macerie super eam scripsimus:

Hic comitissa iacet, florenti stirpe creata,
Parque viro sociata pari, Christiana vocata.
Iulius in sexto Nonarum mense notetur,
Sicque dies obitus in secula longa scietur.
Annus millenus centenus septuagenus
Septimus a Christo stat in eius funere plenus.

86. Quomodo comes Balduinus pre dolore de morte uxoris sue concepto in gravissimam accidit egritudinem, et quomodo convaluit.

Comes autem Balduinus de sibi amantissime uxoris morte nullam admittens consolationem, in lectum egritudinis immoderate per multos dies incidit et pre nimio dolore et infirmitate sic mente consternatus fuisse dicitur, ut nec se ipsum nec alium per multos dies agnosceret, sed nec bonum a malo nec honestum ab inhonesto distingueret aut discerneret. Unde et phisici eius Hermanus et Godefridus neminem ad ipsum accedere permittebant nisi Willelmum de Podonia et Willelmum de Colvida et paucos alios ei in infirmitate sua obsequentes. Fleverunt igitur sui milites et populi vicini et remoti, et dolor omnium pro morte comitisse habitus in miserabili comitis egritudine omnibus renovatus est. Tandem Dominus precibus populi sui pulsatus et humilitatem eius respiciens, comiti, immo servo suo suam ostendit misericordiam et salutare suum ei concessit et sanitatem. Convaluit igitur (cf. Eph. 4, 23) comes de infirmitate et renovatus est, sicut aquila, spiritu mentis sue in agnitionem corporis (cf. Col 3, 10) Christi et ecclesie. Concaluit ergo cor eius erga omnes, maxime autem erga domesticos, (cf. Ps. 38, 4) penes innumera pietatis opera. Factus est enim orphanorum piissimus auditor et consolator, viduarum contra adversarios propicius defensor. Porro et nobilium orphanos a parentibus desolatos et orbatos et in prodigalitate eorum vel parentum a suis plerumque hereditatibus et possessionibus destitutos, quantacumque potuit sedulitate et caritate, in suas hereditates revocavit et reformavit. Quorum etiam multos penes se detinuit et honoravit et exaltavit et matrimonio legitimo in diviciis et honoribus magnis uxoribus copulavit. Quid plura? In recipiendis et colligendis hospitibus per terram suam iter agentibus aut transeuntibus, regibus, ducibus, comitibus, militibus, burgensibus, archiepiscopis, episcopis, archidiaconis, abbatibus, prioribus, prepositis, archipresbiteris, presbiteris, canonicis, clericis et cuiusque[a] professionis ecclesiarum personis et prelatis omni fuit liberalitate et largitate atque hilaritate perfusus et perspicuus. Quod ut omnibus erga omnes et in omnibus exhibitum facilius credatur et veritatis[b] exemplo comprobetur, de uno memorandi nominis hospite, Remorum videlicet archipresule Willelmo, Francorum regis Philippi avunculo[1], quanta liberalitate et hilaritate eum Ardee hospitem collegerit, et quanto cordis desiderio et humanitatis diligentia ei obsequium prestiterit et suis, aperiamus.

87. Quanta liberalitate Remensem archiepiscopum Willelmum Ardee hospitem susceperit et sanctum Thomam Cantuariensem archiepiscopum.

Igitur cum venerabilis et digne recolende memorie Remensis archiepiscopus Willelmus, Campaniensis comitis Theobaldi filius, sanctam sanctissimo martiri Cantuariensi[c] archipresuli Thome peregrinationem quandoque exhibuisset, et a memorande memorie comite (1178.) Ghisnensi Balduino rogatus, in aula Ardee ad convescendum discubuisset, et ferculis innumerabilibus ad affluentiam liberaliter appositis et hilariter acceptis, et vino altero et altero, Ciprico et Niseo, pigmentato et clarificato[2], hic illic per aream in cuppis fluctuante, rogantibus Francigenis et postulantibus vivas fontis aquas, ut vini virtutem aliquantisper refrenarent et temperarent: ministri et servientes a pincernis, immo a comite edocti et instructi, in phiolis et in vasculis Authisiodoricum vinum preciosissimum, aquam se afferre mentientes, clericis ignorantibus et militibus omnibusque in gaudio convescentibus, cifis infuderunt. Quod[d] ut venerabili et pio domino archipresuli tandem innotuit — nichil enim opertum, quod (cf. Math. 10, 26) non reveletur — pene gratiam, quam in obsequendo promeruerat fidelis comes et dispen-

a) *in ras.* 1; cuiuscumque 2c. b) veritas 2. c) Cantuarieñ 1. d) Quo 1.

1) Willelmi (a. 1175—1202) soror Alix nupsit Ludovico VII. regi Francorum. 2) 'piment, clairette; würzwein'.

sator prudens, liberalitatis et largitatis manu modum excedendo in ingratitudinem commutavit. Sed cum venerabilis pontifex etiam convescens apostolicum ad memoriam eructuaret
1. Petr. 4, 9. verbum: *Hospitales invicem sine murmuratione,* accersito ad se comite, rogavit eum, ut sibi vasculum aque afferret, ut sapiat et, quasi rei nescius, comprehendat aque et puri elementi liquorem. Comes autem, quasi venerandi presulis obtemperans iussionibus, subridens recessit et omnes idrias aquarum, quotquot invenire poterat, ante famulos, pedites et gartiones confregit et pedibus conculcavit et pre gaudio exultatione[a], ut in omnibus hilaris et ob reverentiam et presentiam archipresulis iocundus appareret et iocosus, pueris et ebriis ebrium se simulavit. Venerabilis vero pontifex et conviva tantam viri et comitis liberalitatem prospiciens et hilaritatem, in voluntate eius omnia quecumque vellet facere promisit. Hec autem nobis de unius acceptione persone vel hospitis dixisse sufficiat, ut audientes quilibet ex manifestis et autenticis colligant et intelligant, eundem comitem aliis innumeris pro quantitate personarum et dilectione similis acceptionis et hospitalitatis impendisse beneficium. Tandem vero cum recederet pius pastor et re et nomine vocari dignus archiepiscopus, obtulit ei comes et in memoriam sui ei contulit duas phiolas balsami liquore plenas. In simili, ut iam diximus, hilaritatis vultu, prout expedire scivit et voluit, multos in hospicio recepit et secum perendinare vel hospitari fecit et coegit. Proinde non necesse scribere arbitramur, quanta diligentia quantave honoris reverentia, in quanta magnificentia et gloria sanctissimum Thomam Cantuariensis[b] ecclesie archiepiscopum ab exilio in locum martirii revertentem apud Ghisnas hospitem collegerit. Si enim venerabili Remensis civitatis archiepiscopo Willelmo, ut domino, ut patri archiepiscopo[c], ut glorioso Francorum genere nobilitato[d], immo et multis tante sedulitate venerationis hominibus non adeo dignis, hilarem vultum exhibuit et iocundum: qualem putandus vel credendus est exhibuisse hilaritatis vultum et liberalitatis viro recte sapienti, quem verbis et operibus iam cognovit edificasse domum suam supra petram, viro Deo caro, viro sancto et pudico, viro reprobis in scandalum nato, viro in exaltatione sancte ecclesie elevato, viro qui fecit magnalia in terra Egipti, terribilia in mari, mirabilia in celo et in terra, viro qui monstra placavit, viro qui minas persequentium inimicorum non timuit, viro in omnibus a Domino exaudito, viro, inquam, viro — o super omnes et in omnibus magnitudinis virum et pre ceteris sanctum archipresulem Thomam! — qui eidem comiti dudum in signum milicie gladium lateri et calcaria — o per omnia predicande in eximio Christi sacerdote humilitatis virtutem! — sui militis pedibus adaptavit[1] et alapam collo eius infixit, quam tamen in ipso militatorie promotionis eius die variis redemit munusculis et lautioribus quam regalibus expensis? Ei quoque ne accepti beneficii immemor habeatur, ne tanti muneris et honoris quandoque ingratus iudicetur et indignus, ut gratiam sancto viro pro gratia non gratis, sed meritorie rependat, sicuti debuit, se ipsum qualis erat exhibuit, qualem nulli antea, sed nec quidem postea exhibere voluit[e]. Sanctus igitur archipresul Thomas exultabat[f] uberius in hilaritate et vultu et liberalitate comitis, et cum gratias egisset, transfretavit in Angliam[2], ubi post
1170. Dec. 28. paucos dies in ecclesia et pro ecclesia martirium suscepit et sustinuit.

88. De prudentia comitis Balduini, et de negligentia.

In concilio[g] vero principum adeo prudens dictus est idem comes in consilio et iudicio discretus, quod in corona regni Francie quasi gemma radiaret preciosa et in diademate

a) et exultatione 2*. b) Cantuariensem 1. 2a. c) vel archiepiscopo, *sed* vel *deletum* 1. d) nobilitati *codd.* e) noluit 2. f) exultabatur 2. 2*. g) consilio 1. 2.

1) Cf. Willelmum c. 56: *Balduinus . . . a beato Thoma, adhuc cancellario, cingulo militie decoratus.* Quod, cum Thomas munere cancellarii a. 1163. privatus sit, inter a. 1157—1163. factum fuerit oportet. Cum hoc convenit, quod Iohannes Saresberiensis iam autumno a. 1163. in prima epistola, quam Thomae ex Gallia misit, reverentiam comitis erga Thomam laudat (Opp. ed. Giles I, p. 187): *Partes attigi Cismarinas . . . Egredientem vero de navi servientes comitis Gisnensis ex mandato eius, procurante Ernulpho nepote ipsius, honorifice susceperunt, et mihi et meis domum et terram comitis pro vestra reverentia exponentes, liberum ab omni consuetudinis onere perduxerunt fere usque ad S. Audomarum.* De ipso Thoma paullo post in Galliam fugiente narrat Willelmus Steph. (Vit. Thom. ap. Robertson III, p. 77): *Ibi* (apud S. Bertinum) *equi, capella, vestimenta et omnia necessaria sibi et suis . . . munificentia comitis* (Flandriae Philippi), *liberalitate abbatis et vicinarum personarum ad plenum ministrantur.* 2) Cf. Willelmum c. 60, qui reditum Thomae per terram Ghisnensem fusius describit.

regis Anglie quasi carbunculi petra choruscaret preciosa. Quid ultra? In tanti comitis laudibus, cum eius innumerabilia et mira sint opera, si ad unguem persistere et scribere satageremus, prius nos destitueret vita quam conveniens ad laudandum de eo materia, prius atramentum desiccaret in penna, quam mirifica eius scriptorem destituerent opera. In omnibus igitur et per omnia laudabilem eum virum iure predicamus. Emuli tamen eius et nostri, quasi verum dixerint, hoc ei improperant, quod rubescente[a] aurora promptiori animo corniculum auscultat venatoris quam campanam sacerdotis, avidius vocem leporarii[b] quam capellani vel eius vicarii, priusque a somno excitat aucupes quam templi custodes, et magis applaudit accipitri[c] vel falconi aerem giranti et verberanti quam presbitero sermocinanti. Addunt igitur et vera, quasi nichil a vero dissentientes, et ob intemperatam renum eius commotionem inpacientis libidinis a primis adolescentie motibus usque in senilem etatem eum extitisse, convincere nituntur et iam quasi convincunt.

89. De procreatione filiorum post humationem comitisse.

In tantum etenim, ut aiunt, in teneras exardescit puellas et maxime virgines, quod nec David nec filius eius Salomon in tot iuvencularum corruptione similis eius esse creditur, sed nec Iupiter quidem, dummodo sophistica in puellulas eius cessent blandimenta. Hec in ipsum et in nobis malignantes emuli. Sed absit a mentibus discretorum, hoc acceptum sibi esse vel conveniens, quod inimici nostri subsannationis rugas in nos replicantes unquam nostri iudices sint aut nominentur. Sub eodem autem fere temporis cursu, quo Ghisnensis comitissa Christiana mortua fuit et sepulta, genuit apud Ghisnas Guffridum Morinensis et 1177.
Brugensis ecclesie canonicum et in Anglia multarum personam et procuratorem, Boldekinum quoque bastardum, Eustacium et Willelkinum et re et nomine bastardum, Eustacium etiam clericum, Ardensis oppidi alumpnum, aliosque filios innumerabiles et filias multigenas, nobilibus hic illic viris provisoria patris industria et cautela maxima in parte coniugatas. De illis autem, genuina[d] probitatis eorum poscente natura, alii moribus et actibus se milicie preparant et accingunt, alii ludicris et tenere indulgent etatule, alii pedagogis servandi commendantur, alii scolis magistrorum cura traduntur erudiendi, alii hic illic nutricibus aut etiam matribus relinquuntur nutriendi. De quibus quoniam certum numerum non habemus[1], quandoquidem nec pater eorum nomina novit omnium, de eis aliquid dicere supersedemus. Si enim de eis veritatis historiam omnino prosequeremur, magis offendere formidaremus quam placere.

90. Quomodo Arnoldus, filius eius, cum comite Flandrie Philippo mansit.

Ad Arnoldum igitur, eius filium primogenitum, ad quem nobis sermo est, stilum convertamus. Postquam igitur Arnoldus, puerilibus annis in patria cum patre detentus transactis, in robur adolescere cepit virile, et hic illic bohordicia frequentasset et torniamenta, tandem venerando et digne memorando principi Flandrensium comiti Philippo[2] moribus erudiendus et militaribus officiis diligenter imbuendus et introducendus commendatur. Cum quo primus inter primos Flandrensis nobilitatis iuvenes et merito nominatus est et numero. Licet enim militarem nondum recepisset alapam, in armis tamen strenuus, moribus et probitate prospicuus, in omni curiali facecia preclarus, servitio promptus, largitate ausim dicere fere prodigus, vultu hilaris, facie super omnes in curia coevos decorus, mitis erga omnes et affabilis, per omnia et in omnibus ab omnibus dicebatur et erat gratiosus. Interea revolutis aliquot annorum curriculis, exigentibus eius annis et future, immo instantis probitatis eminentia, cum iam militaribus ascribi decrevisset et applicari sacramentis, volens per omnia et pre omnibus patri placere et ei milicie sue novitatem et gloriam reservare, licet reverentissimus princeps et principalis Flandrie gloria Philippus eum militem facere et militarem sumptibus et armis honorem cum reverentia omnino exhibere voluisset, accepta prudentis et bone indolis more ab eo licentia, ad patrem in patriam apud Ghisnas cum suo de Salperwico[3] Eustacio convolavit.

a) ei rub. 2; in rub. 2*. b) leporaru *corr. postea* leporarii 1; leporarum 2. c) *sic* 2*; aucipiti 1 *(in ras.)* 2. d) gemina 2.

1) Vide Willelmum c. 139: *Denique retulerunt nobis quidam totius successionis sue notitiam habentes, quod sepulture sue interfuerunt triginta et tres filii et filie, quos de comitissa Christiana genuerat et quos post mortem eiusdem comitisse alibi acquisierat.* 2) Regnavit a. 1168–1191. 3) Salperwick, a St.-Omer ad septentrionem.

91. Quomodo idem Arnoldus effectus est miles.

Comes autem, recolende memorie pater eius, quanto pro eius adventu gestivit gaudio, manifestissimis demonstravit indiciis. Convocavit enim filios suos et notos et amicos in curiam suam apud Ghisnas in die sancto pentecostes et ei militarem non repercutiendus dedit alapam et militaribus eum in virum perfectum dedicavit sacramentis dominice incarnationis anno 1181. Cum quo Eustacium quoque de Salperwico et Symonem de Nelis et Eustacium de Elcecho et Walonem de Preuris militaribus honoravit instrumentis et sumptibus et sacramentis, et diem solemnem in lautissimis et delicatissimis cibis et potibus, sempiterni diem gaudii[a] quanto potuerunt gaudio effigiantes et prosequentes, peregerunt. Arnoldus itaque militaribus vix indutus vestimentis prosiliit[b] in medium et ministralibus, mimis, nebulonibus, gartionibus, scurris et ioculatoribus omnibusque nomen eius invocantibus et predicantibus satisfecit, adeo ut in remunerationis premium laudem eorum consecutus est et gratiam. Cum enim, quecumque habere poterat vel perquirere, liberalitatis manu quasi dissipando tribuisset et in prima Porphirii pagina[1] quasi in nudis et puris constitisset intellectibus, dando maxima cum minutis, dando sua et a suis accommodata et ab alienis commutata, vix se ipsum sibi reliquit. Postera autem die[c] Ardee in sua[d] cum processione, campanis sonantibus, monachis et clericis *Summe Trinitati virtus*[e] *et honor* in eius laudem in leticia Deo concantantibus et populis nichilominus pre gaudio vociferantibus et exultantibus, receptus est in ecclesia. Ab illo ergo die torniamenta frequentando, multas provincias et multas regiones fere per biennium non omnino sine patris auxilio et patrocinio circuivit, et comes ei individuus semper adhesit Salperwicensis Eustacius.

1181. Mai. 24.

92. Quomodo Arnoldus Ardee dominus effectus Eustacium Rasorium in commilitonem suscepit et socium.

Philippus autem de Mongardinio[2], consiliarius eius patre eius invito comite, infra patriam fuit. Qui et ipsum frequenter, immo indesinenter instigabat, ut Ardeam et ea que ex parte matris ei[f] contingebant[g] patrem postularet et repeteret. Quod ut demum, multis tamen prius interiectis sermonibus, diebus et collocutionibus, ad effectum perductum est, postquam Ardeam et Colvidam cum quibusdam nec tamen omnibus appendiciis obtinuit: patre prius ei aliquantulum ingrato, nunc paterno ei affectu mitigato, ad consilium patris et Flandrensis comitis Philippi nobilem virum, armis doctum, consilio prudentem et discretum, Arnoldum de Chaioco[3] in torniamentis et in rebus suis disponendis consiliarium et quasi didascalum secum suscepit et monitorem. Qui quoniam[h] cum eo semper et impretermisse et ubique stacionarius esse nequivit, strenuissimum in armis nepotem suum, Henrici[4] iuvenis Anglie pridem commilitonem et consocium, reliquit et armorum preceptorem commendavit et eruditorem. Cui post paucos dies, inconsulto patre suo et fratribus, Heldebedinghen iuxta Liskas in perpetuum contulit feodum. Eustacius quoque de Salperwico et Hugo de Malnis inseparabiles eius fuerunt socii et commilitones. Sed et Henricus, filius Henrici de Campaniis, et omnes Ghisnensis terre torniatores ad ipsum, ut ad dominum et ad principale capitis membrum, confluebant. Quibus omnibus, in quantis potuit et ultra, liberalitatis manum porrexit et ad torniamenta deduxit et reduxit. Philippus autem de Mongardinio infra patriam cum eo conversationem habuit et eum iocis et ludicris ad moralia provocavit.

93. Quomodo Arnoldus torniamenta frequentando propter nimiam liberalitatem Boloniensi comitisse Ide complacuit.

Arnoldo igitur de Chaioco, ut iam diximus, in custodiam et curam a patre commendatus Ghisnensis Arnoldus, et Eustacio Rasorio et Eustacio de Salperwico et Hugoni de Malnis, domesticis suis et collateralibus, et Henrico de Campaniis et aliis multis nobilibus militibus et illustribus associatus, elegit pocius in aliis partibus propter torniamentorum studium et gloriam exulare, quam in patria sine bellicis deliramentis ociis operam dare, maxime ut gloriose vivere et ad secularem honorem posset pertingere. Factus est itaque

a) gaudii *corr. postea* gaudium *man. al.* 1; *ita* $2^{a.b}$. b) prosilit 2. 2^{*}. c) in d. 2. 2^{*}. d) *ita codd.* e) et v. h. 1. $2^{a.b}$; et v. et h. 2^{c}; h. et v. 2^{*}. f) *deest* 2. g) contingebat 2. h) Quandoquidem 2. 2^{*}.

1) Intelligit librum Porphyrii 'De abstinentia' (ed. Nauck, Lips. 1860), quem fortasse ex Boethio cognovit. Cf. Holstenius, De vita et scriptis Porphyrii, Cantabr. 1655. 2) V. c. 79. 3) Quem *probitate militie toto orbe famosum* fuisse, testatur Willelmus c. 113. 4) filii Henrici II.

in tanti probitate nominis Ghisnensis heros et gloria Arnoldus, ut, qui in multis regionibus famosum sibi nomen acquisivit et accepit, nimirum Boloniensi comitisse Ide in noticiam
venit et mentem. Hec enim Boloniensis comitis Mathei filia, patre iam defuncto[1], comitisse 1173.
nomen accepit et dignitatem. Que prius quidem Ghelrie comiti Gerardo[2], postea Saringie 1180.
duci Bertulpho[3] ad consilium venerandi comitis Flandrie Philippi, patrui sui, desponsata, 1183.
causis subintervenientibus sub illius articulo tempestatis ab utroque destituta et quasi sine 1186.
viro relicta, corporis voluptatibus et secularibus deliciis indulsit. Unde et Arnoldum de Ghisnis venereo amore dilexit et sibi, prout potuit, illexit vel feminea levitate et deceptione simulavit. Intercurrentibus itaque nunciis et signis occultis certi amoris indicium hinc illinc portendentibus, Arnoldus simili vicissitudine amoris vel eam amavit vel virili prudentia et cautela eam amare simulavit. Ad terram tamen et Boloniensis comitatus dignitatem veri vel simulati amoris obiectu, recuperata eiusdem comitisse gratia, aspiravit.

94. Quomodo Reinaldus de Dominio-Martini, relicta uxore sua, sorore Walteri de Castellione, Boloniensem comitissam Idam in Lothoringiam duxit.

Interea Reinaldus, filius Alberti de Dominio-Martini[4] comitis, relicta uxore sua[5], sorore
Waltheri de Castellione[6], qui iam duxerat uxorem filiam[7] Hugonis comitis Sancti-Pauli, 1196.
missis et remissis ad eam[8] nunciis, non dissimili attemptatione et expectatione eam nimis procaciter appetiit et ad amorem suum allicere nimia curiositate studuit et elaboravit. Illa vero feminee levitatis quantocius accensa et inflammata amore, voto suo et Reinaldo saciem dedisset, si patruum suum Flandrie comitem Philippum ad consentiendum facilem invenisset et propicium. Sed cum reverendi animi comes prudentissimus Philippus Boloniensis terre comitatum procuraret et in manu teneret fructusque in voluntate sua dispensaret atque perciperet et Francigenas semper suspectos haberet et infestos, sciens, Reinaldum esse verbosum et regi Francie auricularium et consanguineum et in beneplacito eius per omnia et in omnibus ei[a] assidentem et obsequentem; cum cognovisset Francorum regem sibi quidem pacatum, non tamen placatum, neptem suam alicui Francigene, Reinaldo minus, qui ei nunquam complacuit, matrimonio copulare omnino dedixit et abnegavit. Illa vero, ut erat feminee imbecillitatis levitate plena, desperans sibi posse amorem conciliare Reinaldi, in amorem Ghisnensis Arnoldi iterum incaluit et accensa est. Misit igitur sepe pro eo apud Devernas[9], sepius apud Mercham sive Mercuricium[10], ubi in cameris et in locis abditis secretum de secretis habuerunt consilium. Sed nec quidem hoc ei saciem dedit. Cum enim ut heri et nudius tercius ad eum misisset apud Ardeam, contigit, secreti eius nuncium et conscium in lectum cecidisse egritudinis et tandem in eodem loco morti succubuisse. Quod audiens comitissa, occasionem habuit, ut Arnoldum de Ghisnis in sua videret Ardea, et ut mortuum suum illic sepeliret famulum. Arnoldus autem comitisse presciens adventum, solemniter eam recepit et, sepulto eius mortuo, eam secum prandere fecit, et in multis collocuti, recessit comitissa. Detinuisset autem eam Arnoldus, sed credidit mulieri se ad ipsum in brevi reversuram spondenti. Interim vero, dum Arnoldus cum venerabili Flandrensium comite super hoc et alio locutus fuisset negocio et ei super petitione sua facilem et propicium se fore comes compromisisset, Reinaldus autem semper vigilans et Arnoldum Ghisnensem in omnibus et pre omnibus metuens, occulte ad eam cum suis fautoribus accessit et — o feminee levitatis fidem, immo perfidiam! — ei prout voluit volenti sine viribus vim intulit et, inconsulto Flandrie comite Philippo, in Lotharingie partes apud Riste[11] opidum transportavit et abduxit. Illa autem — o feminei machinationem doli! — sibi renitenti et invite vim a Reinaldo illatam contestans, pro Arnoldo de Ghisnis clanculo misit, nuncians ei, quod, si pro ea venire satageret, Reinaldum relinquere et ei nubere compromisit et affirmavit.

95. Quomodo Arnoldus de Ghisnis causa Boloniensis comitisse Ide in Lothoringiam profectus, apud Viritonium captus et prisionatus est.

Arnoldus itaque apologum aviam minus prudenter intelligens, femineam credidit esse fidem, et associans sibi fidelissimos amicos et socios Eustacium de Salperwico et Hugonem

a) eis 2.

1) Obiit a. 1173. 2) Gerardo III, qui duxit eam a. 1180. et obiit a. 1183. 3) Obiit a. 1186. 4) Dammartin, départ. Seine-et-Marne. V. c. 82. 5) Maria. 6) Châtillon-sur-Marne. 7) a. 1196. Elisabetham, heredem comitatus Sancti-Pauli. 8) scilicet Idam. 9) Desvres, arrond. Boulogne. 10) Merck, a Calais ad orientem. 11) *Castrum quod dicebatur Rista in dyocesi Metensi* laudat Albricus, SS. XXIII, p. 903. Secundum Scheffer-Boichorst: Riche, départ. Meurthe, arrond. Château-Salins.

de Malnis milites, Balduinum de Malnis et Engelramnum de Brunesbergh[1] armigeros, Thomam etiam Bach rerum et sumptuum provisorem, Drogolinum quoque et Willemotum Anglicum gartiones, arrepto itinere in Lothariam apud Viridonium[2] usque pervenit. Ubi instinctu et rogatu Reinaldi, adventus eius, dictante et prodente comitissa perfida, prescii, a Metensi principe sive princerio vel primicerio[3] — consentiente, immo stimulante et hoc ipsum machinante Viridonensis civitatis in episcopum electo[4] — captus est et sui, et firmis in compedibus ut captivus diu detentus. Quod obprobrium et infortunium ei accidisse, non dubitamus, immo vere credimus, eo quod Ghisnensis terre decimationem[a], quam ipse crucis Christi gerulus ad serviendum Deo viventi in terra Ierosolimorum cum reverentissimi Ludovici filio Francorum rege Philippo et nobilissimo Flandrie comite eiusdem nominis Philippo et aliis innumeris multarum gentium nobilibus et ad debellandos crucis Christi inimicos et effugandos spurcissimos a sepulcro Domini paganos nuper[5] acceperat, et eam[6], peregrinationis itinere nec peracto nec arrepto, sed nec ipso quidem a suscepte peregrinationis cf Ps.111,9 voto absoluto, voluptuose et prodigaliter vivendo dispersit, sed non dedit egenis et pauperibus. Sed de pecunia ad dominici sepulcri visitationem et liberationem collecta, si quid a mundanis et secularibus illecebris et sumptibus, cum omnino tunc temporis propter dominici sepulcri peregrinationem in toto orbe terrarum interdicta fuissent torniamenta, in superfluitate commessandi superfuit sibi aut vestiendi, alii simul centum marcas, alii totidem libras, alii calicem capelle sue argenteum, alii cifos suos similiter argenteos, alii scutellas metalli similis cum calicibus, alii vestium mutatoria[b, 7], alii pictas culcitras et tapetia[c] et hiis similia, aliis et aliis arma in servicium Dei preparata et equos irreverenter et imprudenter distribuit. Dispersit igitur et seminavit vir imprudens propter mundum, ubi tamen nichil unquam messurus[d] erat aut collecturus nisi inanem mundi gloriam aut favorem. Non enim illi, quos propter favoralem mundi auram secum quasi usque in mortem detinuerat, nec etiam alii, quibus sua nimia prodigalitate in multis distribuerat, apud Viridonium in compedibus irretito et illaqueato succurrere potuerunt. Dominus autem Deus, qui filium quem cf. Hebr 12, 6. diligit castigat quando vult et verberat, sui tandem misertus filii et famuli, interveniente reverentissimo Remensium archiepiscopo Willelmo et opitulante et pro eo efficacissime virtutis litteras ad Treverensem archiepiscopum transmittente, cum idem Treverensis archiepiscopus[8] apud Viridonium ad Albertum eiusdem civitatis electum in episcopum consecrandum boni more pastoris accessisset et pro Arnoldo Ghisnensi constantissime rogaret electum, et electus pre dolore archiepiscopo respondere obmutesceret, nunquam ab eo sacrari potuit aut promeruit, quoadusque Arnoldus de Ghisnis et sui integraliter liberi fuissent et absoluti. Sicque liberatus Arnoldus et sui, Reinaldo et suis ingemiscentibus, in patriam remeavit. Et occurrentibus ei militibus et universe terre populis, in suam cum gaudio receptus est Ardeam. De Reinaldo autem, qualiter, comite Flandrie Philippo Ierosolimam proficiscente[e], in Boloniensis terre comitem, ignorante Lotharie duce Balduino[9], receptus est, quia hoc quidem nostri nichil refert propositi, Boloniensibus scriptoribus inrotulandum relinquimus.

Ut igitur proposito nostro, quantum sufficimus, satisfaciamus, quoniam huc usque Ghisnensium gesta qualicumque stilo paravimus, ad Ardensium historiam iuxta propositi nostri ordinem disserendam et quodam artificiali ordine narrandi Ghisnensium hystorie interserendam et continuandam et demum, prout gesta exigunt, quasi in unum corpus et in unius operis perfectionem copulandam, effectum affectui accommodantes, scriptoriam pennam transferamus.

a) declinationem 2. 2*. b) imitatoria 1. 2. c) capecia 1. 2a. d) *sic* 2c. 2*; missurus 1. 2a. b. e) *sic* 2c; autem proficiscente 1. 2a. b. 2*.

1) Brunembert, arrond. Boulogne, cant. Desvres. 2) Verdun. 3) a. 1173–1197. Hugo quidam primicerius erat; cf. Gall. christ. XIII, p. 808. 4) Alberto, qui electus est a. 1186. et confirmatus a rege Henrico VI. a. 1189. 5) a. 1188. rex Francorum crucem assumpsit; a. 1190. in Terram Sanctam profectus est. 6) Nota anacoluthon. 7) Cf. Ducange IV, p. 592. 8) Folcmarus. 9) Immo Henrico duce Brabantiae, de quo v. supra c. 82. Cf. Gisleb. Gest. com. Hanon. ad a. 1191, SS. XXI, p. 574: *Tunc temporis de benevolentia et consensu comitis Hanoniensis Ida Boloniensis comitissa, que novo nupserat marito, Rainaldo comiti de Danmartin in Goela, terram suam Boloniam, quam dux Lovaniensis per aliquot tempus occupaverat et per voluntatem comitis Flandrensis detinuerat, recuperavit, excluso duce Lovaniensi cum suis* etc.

96. Quomodo Arnoldus de Ghisnis a Viridonio reversus ad voluntatem patris se habuit et continuit.

Postquam igitur Arnoldus de Ghisnis ad se ipsum reversus muliebrem deprehendit inconstantiam et fallaciam, postquam relictis Viridonensium finibus in patriam devenit, patri pacatus et placatus, ad voluntatem patris per omnia se habebat, excepto, quod plures dicebatur habere commilitones quam pater, et quod plures lautiores expensas faciebat, quam rerum suarum facultas exigebat, eo quod maioribus donativis insistebat, quam patris consilium expetebat aut docebat. Plus enim donabat, quam habebat vel quam retinebat. Torniamenta enim cum militibus, quos miro venerabatur affectu, ubicumque poterat, frequentabat. In patria autem a torniamentis quandoque rediens, sepe Colvide, sepius Ardee morabatur. Ubi cum militibus et familiaribus ludicris et iocis, prout iuvenilis exigebat etas, indulsit. Unde et iuvenes et coevos cum eo conversantes diligebat. Senes autem et decrepitos, eo quod veterum eventuras et fabulas et historias ei narrarent et moralitatis seria narrationi sue continuarent et annecterent, venerabatur et secum detinebat. Proinde militem quendam veteranum Robertum dictum Constantinensem[1], qui de Romanis imperatoribus et de Karlomanno, de Rolando et Olivero et de Arthuro Britannie rege eum instruebat et aures eius demulcebat; et Philippum de Mongardinio, qui de terra Ierosolimorum et de obsidione Anthiochie et de Arabicis et Babilonicis et de ultramarinarum partium gestis ad aurium delectationem ei referebat; et cognatum suum Walterum de Clusa[2] nominatum, qui de Anglorum gestis et fabulis, de Gormundo et Ysembardo, de Tristanno[a] et Hisolda, de Merlino et Merchulfo et de Ardentium gestis et de prima Ardee constructione, eo quod ipse Arnoldus de Ghisnis, de cuius cognatione et familiaritate erat idem Walterus, ab Ardensibus, sicuti iam superius diximus, in parte originem traxit, diligenter edocebat, familiares sibi et domesticos secum retinebat et libenter eos audiebat. Factum est autem in una dierum sub eodem ferme temporis cursu, quo idem Arnoldus de Ghisnis Hugonis Candentis- vel Campestris-Avene dicti, Sancti-Pauli comitis, filiam nomine Eustochiam vel Eustachiam affidaverat[3], cum apud Ardeam moraretur idem Arnoldus, et hiemalibus increbrescentibus pluviis et Eolicis[b] apertis utribus, in aere conflictarent invicem nubes et venti in altissimis perflarent et per terram evagarent cuiuscumque sibilantes; cum in domo Ardee cum militibus et familiaribus propter aeris inclementiam per duos dies detineretur Ghisnensis Arnoldus et unam noctem et multa audisset de Romanis imperatoribus et de Arthuro a Roberto Constantinensi multoque plura de terra Ierosolimorum et de Antiochia a Philippo de Mongardinio: tandem rogatus ab eo et a nobis omnibusque familiaribus Walterus de Clusa, ut de Ardensibus et de Ardensium gestis aliquid revolveret nobis et explicaret, pluviis nondum cessantibus, sed ventorum rabie aliquantulum quasi auscultandi causa nobis pacificata atque mitigata, coram omnibus et nobis hoc ipsum audientibus, apposita ad barbam dextera et, ut senes plerumque facere solent, ea digitis insertis appexa et appropexa, aperto in medium ore incipit et dicit:

cf. Ov. Am. III, 12, v 29.

97. Quomodo Walterus de Clusa Ardentium narrat historiam[c].

'Quoniam igitur vestre deposcit intentionis affectus, patres reverentissimi et domini, ut Ardensium historiam et gesta narratione presenti, dum cessent pluvie, ad memoriam revocare satagamus, sicut audivimus a patribus nostris et cognovimus, fuit quidam reverende memorie pater ecclesie Morinensis episcopus nomine Framericus[4]. Siquidem hic Framericus habebat magni nominis et famosi neptem in terra Ghisnensi in loco qui antiquo nomine usque in hodiernum diem dicitur Selnessa[5] iuxta mariscum in confinio predii Sancte Marie de Capella degentem, de indigenis inclitis ortam natalibus, prediis quidem et possessionibus admodum locupletem, sed consilio et viri solatio et auxilio, parentum licet nobilium maxime negligentia, solam et desolatam, nomine Adelam. Hec siquidem Adela parentum, ut iam

a) Tristranno 1. $2^{a. b}$. b) eolocis 1. 2^{b}; colocis 2^{a}; coloris 2^{c}; celicis 2^{*}. c) *hoc folium, quo incipit Walteri narratio, deauratum ac coloribus et picturis pretiosissime exornatum est ap. 1.*

1) Coutances, départ. Manche, arrond. Coutances. Cf. 'Hist. littér. de la France' XV, p. 502. 2) l'Ecluse, départ. Nord, arrond. Douay, cant. Arleux. 3) Quam deseruit Arnoldus circa a. 1194; vide infra c. 149. 4) Sedit c a. 975—1004. 5) Haud procul ab Ardea inter septentrionem et orientem, sed iam non exstat. M.

diximus, destituta et orbata solatio, cum a Ghisnensium comite Eustachio[1] de die in diem sollicitaretur, ut ad consilium suum nuberet et virum, qui ei non competebat, acciperet, non audens[a] omnino comitis refutare petitionem, quantumcumque potuit acquiescere distulit et diem post diem in multos dies protelavit.

98. Quomodo Adela de Selnessa omnia allodia sua resignavit in manu Morinensis episcopi et ea mox ab eodem episcopo resumpsit in feodum.

Cum autem a iam dicto comite, cuius erat consanguineus ille, pro quo tam districte petebatur, plus quam decens erat et honestum, immo plus quam dignum et iustum erat, impeteretur et ad nubendum maiori stimulo quasi, vellet nollet, perurgeretur, illa, ut erat virgo sapiens et una de numero prudentium, ad consilium parentum suorum et ecclesiasticorum virorum omnia predia, que ubicumque tenebat et possidebat, in nomine Domini, nullo modo habito alicuius carnalis cognationis respectu, in manu Morinensis ecclesie episcopi, sui tamen avunculi Framerici, resignavit, et ei hominio facto et exhibito, eadem omnia ex integro perpetuum ab eo recepit in feodum. Audierat enim sepius et a patribus suis didicerat, quod antiqui nobiles multi in Ghisnensi terra manentes, postquam reverende et digne memorie memorande Pontivi quondam et Sancti-Pauli atque Ghisnarum comes Walbertus seculo valedixit et terram Ghisnensium infirmis et imbecillibus dereliquit heredibus, a viris nobilibus, sive episcopis sive abbatibus sive prepositis vel etiam quibuscumque ecclesiarum prelatis aut personis, ut maioris militarent nominis auctoritate et sub maiorum protectione in secura pace viverent, similis conditionis dono sua in feodum susceperunt predia. Hec autem fuerunt ea que per eundem et ad eundem episcopum de allodiis sive prediis in feodum commutavit Adela: quicquid habebat in Pipelinghen[2], sive terram sive decimam; quicquid habebat in Belinghem iuxta Witsandum; quicquid habebat in Ghimiaco[3], in Walainis[4] et in Helcecho[5]; altaria quoque de Boninghis et de Suavaca[6], non exceptis decimis ullis, quas in terra Ghisnensi vel tenebat vel que ab ea feodaliter teneri contingebant; quicquid habebat etiam in Hondescoto[7], sive terram sive mariscum vel morum sive altare. Sed sciendum, quod hoc quod in Hondescoto possidebat cuidam predecessori suo quondam contulit abbas Sancti Vedasti Attrebatensis, eo quod duelli certamen pro quadam hereditate Sancti Vedasti conservanda quandoque subiit. In quo, hereditate ecclesie Sancti Vedasti conservata et honore recuperato, eiusdem fidelis factus ecclesie victoriosum diem exultavit.

99. Quomodo Herredus duxit uxorem Adelam de Selnessa.

Episcopus autem devotionem videns et intentionem attendens femine christianissime et Deo care, nichilominus et neptis sue, Adele, memorande nobilitatis et probitatis virum, qui ipsam et terram suam sub patrocinio Morinensis episcopi contra Ghisnensis terre comitem protegere atque defendere et in quieta pace conservare sufficeret, militem quidem fortem atque strenuum, de Flandrensis ortum prosapia nobilitatis, inter Furnenses[8] primum et precipuum, nomine apud suos Herebertum, apud nostros Herredum, a pueris in puericia, dum pueriles degeret annos, ab inversa tunica accepto vulgariter cognominato[b] Crangroc, ei maritalis lege matrimonii copulavit. Insuper et feodum eius, non tantum pro eo quod nep tem eius uxorem duxerat, quantum pro eo ut in Ghisnensi terra, sed et ubique Morinensis[c] ecclesie fidelis existeret, ampliavit et augmentavit. Dedit ergo ei in feodum Clarcas[9] et Cormetas[10] et Boulinghem[11] cum appendiciis eius, Bochout quoque iuxta Acquinium[12], quam villam scilicet Bochout Ghisnensis comes Balduinus huius nominis secundus[13] postea Wil-

a) *in ras.* 1 (aud.ens). b) cognomento 2b. c. 2*. c) Morinensis *corr.* Morinensi 2a; *ita* 2c. 2*.

1) A Radulpho potius, patre Eustacii, hoc factum fuisse, coniecit Menilglaise, quoniam Framericus iam c. a. 1005. obierit, Eustacius autem c. a. 1030. comitatum adeptus sit. Certe plurima, quae noster de Adela narrat — exceptis quae in c. 98. 99. de traditionibus leguntur — fabulam redolent. 2) Peupelingue, a Calais inter meridiem et occidentem. 3) Guemy, prope Tournehem. 4) Welles, ab Ardea inter meridiem et orientem. 5) Ubi hodie Nord-Ausque, ab Ardea inter meridiem et orientem. M. 6) Zouafques, ab Ardea inter meridiem et orientem. 7) Hondschoote, départ. Nord, arrond. Dunkerque. 8) Furnes in Flandria Occidentali, a Dunkerque ad orientem. 9) Clerques prope Ardre. 10) Cormette prope St.-Omer. 11) Bouvelinghem, a St.-Omer ad occidentem. 12) Acquin, a St.-Omer ad occidentem. 13) Qui comitatum tenebat tempore Lamberti; obiit a. 1205.

lelmo, fratri suo, ad confirmandam inter eos pacem, annuente filio eius Arnoldo primogenito, cui hereditaria successione ex parte matris contingere atque pertinere debebat, in perpetuum donavit feodi donum. Helbodeshen[1] etiam, villam videlicet iuxta Longum-Villare[2] ab eodem Helbodone in ipsa donatione ab incolis dictam, dedit idem episcopus Framericus sub feodalis conditionis dono Herredo et Adele, et quasdam terras et decimas in terra Boloniensium, quas Stephanus et Anselmus de Chaiocho et heredes sui ab Ardensi domino in feodum tenere debent. Sicque eum Morinensis curie parem[3] constituit et baronem, hoc ad eius promotionem et honorem addito, quod ipse et heredes sui ad incathedrationem Morinensis episcopi ipsum episcopum ab electionis loco cum aliis ad hoc ipsum deputatis ministerium et consimilis feodi comparibus usque in cathedram suam deferre et transportare debeat. Quare autem ab inversa tunica tante nobilitatis auctor Herredus, iustiori tamen appellatione digne nominandus Hercules, vulgali agnomine Crangroc agnominatus fuerit, causa est, non quia, postquam nobilem duxit uxorem Adelam, rerum suarum fidelis et prudens procurator in ferialibus diebus parceret vestibus et deferret adeo, ut quidam Ardensis nobilitatis emuli iactando somniant, quod propter vestium parcitatem et laboriosi operis expeditionem tunicam inverteret atque succingeret; sed ideo quod, cum pater suus, dum adhuc adolescentes degeret annos, Herredus, immo Hercules, circa canes studiosissimus fuerit in venando, et propter idem studium pater eius quandoque summo consurgeret diluculo filiumque suum, ut secum in saltus et dunas secus mare iuxta Furnas veniret, sub estivo tempore somno gravem excitaret, Herredus adhuc somnolentus, cum ad vocem patris surgeret, ignorans quid aut quemadmodum se indueret, tunicam inversam vestivit. Sicque cum ad patrem perveniret, et inversa eum, hoc ipsum ipso ignorante, vestitum tunica conspicerent[a] socii, ab inversa tunica, ut iam diximus, vulgali nomine eum Crangroc vociferantes inclamaverunt. Unde usque hodie propter hanc causam eum Crangroc appellatum cognovimus et denuntiamus. Herredus igitur, accepta uxore sua Adela, ut in terra[b] Ghisnensi[c] pervenit, ad consilium venerandi presulis viriliter se habuit et apud Selnessam, ubi uxoris sue predecessores et ipsa sua uxor prius manserant, manere cepit; et Ghisnensi comiti Eustacio, mediantibus amicis suis et parentibus et Morinensis civitatis presule, reconciliatus, hominio ei super quibusdam tenementis[4] Ardee adiacentibus rite exhibito, amorem eius et gratiam demum recuperavit. Mansit igitur Herredus, ut iam diximus, apud Selnessam inter silvam et mariscum in eo loco, ubi usque hodie inveniuntur quasi reliquie gentilium, rubee videlicet tegule, teste vasorum minii coloris et fragmenta vasculorum vitreorum, ubi nunc sulcante aratro reperitur pita[5] sive via dura et lapidea a marisco in silvam calcata.

100. Quomodo villa Ardee primo constructa est, et unde nomen accepit.

Locus autem, qui nunc Ardensium populoso frequentatur accessu, pascuus erat et raro cultus habitatore. Mansit tamen ibi in medio agri pascui secus viam in loco, ubi nunc Ardee forum rerum frequentatur venalium, quidam cervisie[d] brasiator[e] vel cambarius, ubi rustici homines et incompositi ad bibendum vel ad cheolandum[6] vel etiam herliandum[f] propter agri pascui largam et latam planiciem convenire solebant. Ille autem adhuc sine nomine locus, eo quod usque ad montem qui Agomelinda ab indigenis nomen accepit pascuus erat, denominative a pastura, ut aiunt incole, in vulgali dicebatur Arda. Dicebant enim pastores ad invicem et alii, qui illuc convenire consueverant, nomen tabernarii vel inhabitati loci ignorantes, alteri alteros instigantes et ad ludendum provocantes: 'Eamus, eamus et conveniamus in pasturam, hoc est in Ardam'. Postea vero convenientes in eodem loco alterius incolatus homines, ibi[g] manere ceperunt. Crescentibus autem ibi populis indigenis simul et advenis, locum habitationis in villam tandem contraxerunt. Postmodum autem transitum per eundem locum facientes quidam Italici, ut in Angliam suam facerent negotiationem, cum[h] interrogassent et audissent nomen loci, putantes villam Arduam vocatam, respexerunt et viderunt volucrem quandam, videlicet ardeam, versus mariscum ad

a) conspiceret 2. 2*. b) terram 2b. c. 2*. c) Ghisneñ 1. 2a; Ghisnensem 2b. c. 2*. d) servisie 1. e) brassator 2. f) *sic codd.*; herkandum *Duchesne;* herpandum *coniecit Ducange* III, *p.* 603. g) et ibi 2. 2*. h) et cum 2. 2*.

1) Hubersent (vel Beussent?), arrond. Montreuil. M. 2) Longvilliers, arrond. Montreuil. 3) Cf. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' V, p. 433 et 434. 4) Francogallis: 'tenement'. 5) 'piste', spur. Cf. Ducange V, p. 271. 6) i. e. follem pedibus propellere, 'cheoller, choulier'. Cf. Ducange II, p. 324.

aquilonem volitantem. Exclamantes igitur Italici ab Ardea civitate Turni oriundi et egressi a sue civitatis nomine vel ab ardea, quam viderant, loco nomen hoc indiderunt: Ardea. Multiplicato itaque ibi populo, crevit loci magnitudo, crevit ville situs et amplitudo, crevit et Ardensis nominis bonitas et fama, adeo ut Herredus iam iam a Selnessa illuc sua transferre disposuit edificia. Sed cum Furnenses Selnessensis situm loci, munitionem circumquaque fere marisco spacioso et profundo silvarumque densitate circumcinctam et conclusam, considerantes, aliique, parentes eius et amici, utpote viri fortes et bellicosi, ausim dicere Blavotinorum patres et auctores, ipsum Herredum ab illo revocarent proposito, remansit in sua firmissima Selnessa cum uxore sua Adela in diviciis deliciose vivendo.

101. Quod fuerunt quidam falsarii, qui dixerunt Herredum de Pepelinghis oriundum.

Sed sciendum est, quod, quamvis Herredum de Furnis oriundum verissime, sicut chronicalia Furnensium protestantur scripta, cognovimus et pro certo asseruimus, fuerunt tamen aliqui, quibus quasi parva de Herredo monimenta reliquit antiquitas, qui de Herredo veritatis ignorantes historiam, propter quoddam verisimile poeticis quibusdam figmentis verum obnubilantes et involventes, assererent et dicerent, ipsum Herredum de Pepelingis iuxta Calquellam[1] esse oriundum. Dixerunt enim nobis, immo veriloquis patribus immurmurantes, quod fuerit quondam apud Pepilingas quidam dives eiusdem ville dominus nomine Hernulphus, qui duos dictus erat habuisse filios, Herredum et Hackum, et ab Herredo Ardensium dominos et ab Hacko Pepelingensium Hacketcos sumpsisse generationis exordium. Mortuo autem Hernulpho, diviserunt filii hereditatem patris et allodia in duas non tamen equales portiones: maior[a] pars cessit Herredo utpote maiori natu, minor vero Hacko iuniori. Isti vero duo fratres cum constantissime constringerentur hinc a Ghisnensium comite, hinc a Boloniensi, ut de prediis suis facerent et ipsis in subiectionis signum exhiberent hominium, maior natu[b] Herredus neutri comitum se inclinans aut consentiens, ad Morinensis ecclesie episcopum subito cursu permeavit et ab eo, quicquid in Pepelingarum dominatione possidebat, sive terram sive decimam, perpetuum et hereditarium recepit in feodum. Alter vero, videlicet Hackus, magis homines reveritus quam Deum, invito fratre ad Boloniensem comitem convolavit, et ei hominio exhibito, ab eo terram suam, fratre suo Herredo presente et hoc ipsum omnino contradicente, eo quod tocius terre Pepelingarum comitatus et universi iuris et dominationis potestas ad ipsum pertinebat, quomodo potuit, in feodum recepit. Sed et huius portionis terre dominationem, quam Boloniensis comitis nec nomine quidem digni Herredo, immo domino Deo et episcopo, quandoque surripuit et sustulit immanitas, Boloniensis comitis alterius religiosissimi, videlicet Eustacii, sanctissime domine et matrone Ide viri[2], postea Cluniacensibus monachis in edificationem monachalis celle vel prioratus
c. 1105. apud Wastum[3] pia demum contulit et larga benignitas. Illum autem Herredum Pepelingarum dominum tam parcum tamque tenacem extitisse, asserunt, quod stivam aratri vel caudam producendo, tante dominationis immemor, tunicam propter vestium parcitatem inverteret atque succingeret. Unde et ab inversa tunica nomen eius haud[c] immerito blasphemantes, agricole ipsum vulgali nomine Crangroc nominaverunt. Hunc ergo Herredum ad Ardensium dominationem lege matrimonii quandoque accessisse, verisimiliter referentes mentiuntur.

102. Confutatio eorum falsa opinantium.

Sic sic verum fabulis quasi veris involventes, Ardensis nobilitatis argumentantur emuli, mentiuntur adversarii. Sed et hec in sua loca abeant, et huiuscemodi fabula tenues vane-
cf. Ov. Her. I, v. 7. scat in auras[d]. Absit igitur a mentibus sane credentium, ut dubia pro certis, immo ficta qualiacumque qualicumque vero involuta pro veris suscipiamus: sane cum Herredus noster, dignissime nominandus Hercules, nec Herredus quidem apud suos, ut iam diximus, sed Herebertus nominatus est; sed nec ab inversa tunica propter vestium parcitatem, sed propter fortuitum, ut iam memoravimus, rei eventum nominationem accepit. Nec enim recto proce-

a) et maior 2. 2*. b) maior natus 1. 2a. c) aut *codd.* d) auras *corr. postea* aures 1.

1) Prope Calais. 2) Eustacii II, qui obiit circa vel paullo ante a. 1095; sed Eustacii III. potius liberalitate hanc donationem factam esse, coniicere licet, quoniam Eustacium III. una cum Ida matre Cluniacensibus multa suae proprietatis contulisse, satis constat. Cf. 'l'Art de vérifier les dates' XII, p. 353. 3) Le Waast, a Bolonia ad orientem

dente ordine aut iudicio, sciolis et verum emulantibus data est unquam aut dabitur veritatis cuiuspiam certitudinem investigandi facultas, sed piis et benevolis, sine labe et contagione tabescentis invidie veriloquos patres recto tramite prosequentibus. Herredus igitur, ut verum vero prosequamur eloquio et testimonio, sicuti iam premisimus, nobilitate et sanguinis natione Furnensis, incolatus autem[a] habitatione factus Selnessensis, cum in tranquilla pace et in deliciis, iuxta quod[b] de eo superius diximus, apud Selnessam viveret, cognita uxore sua Adela, genuit ex ea duas filias, primam a nomine matris Adelam, alteram vero Adelidem nominatam. Quarum prima Eustacio huius nominis primo, senis Eustacii[1] de Fielnis patri, legitimo copulata est matrimonio; secunda Elemboninsi domino Roberto cognominato Putepeliche[2], Elemboninsium patri et auctori. Cui successit Wido[3], ante Ghisnas, eo quod Ghisnensem comitem cum Ardensibus infestabat, interfectus. Cui etiam Wido secundus, quem comes Ghisnensis Manasses capitalem fecit subire mortis sentenciam. Cui tercius quoque Wido, pater videlicet maioris Widonis et iunioris. Sed post multas inter duos Widones altercationes tam in ecclesiasticis quam in secularibus curiis, tandem maiore Widone mortuo, remansit Wido iunior[4], Elemboninsium heres et dominus.

103. Quomodo, Herredo mortuo, Adela Bergensi[c] Elbodoni desponsata est.

Paucorum itaque dierum transcurso spacio, Herredus mortuus est. Et Adela non per multos dies remanens vidua, ad consilium Morinensis episcopi et aliorum amicorum suorum cuidam viro nobili, Bergensis[5] castellani fratri Elbodoni, amplius non nuptura nupsit. Que prima, ut aiunt, nocte cognita viro, mox concepit et peperit Arnoldum, non minus animo quam genere nobilem atque spectabilem, aliosque filios et filias. De quibus — Arnoldo tamen locum accommodantes, quoniam de eo in sequentibus lacius tractaturi sumus — scribere supersedemus.

104. Quomodo Elbodo apud Selnessam manens vivarium constituit et molendinum.

Elbodo igitur nobilis[d] prolis fecunditate iocundatus, inter virilem etatem et senium fere constitutus medius, cum proclivem magis et magis in senium etatem iam sentiret sibi adproximantem[e], postquam secularibus ludicris abrenunciavit et torniamentis, in domo apud Selnessam et circa domum cum familiaribus et circa familiam residens et intendens, in rebus suis disponendis fidelis extitit et prudens procurator et provisor. Unde et a patria se nullatenus, in quantum deferre sive differre potuit, elongare voluit. Sed plerumque apud Selnessam cum uxore sua et filiis et familia moram faciens, pia sollicitudine liberos salutaribus instruebat documentis aut in rerum suarum procuratione provisoria sollicitudine fines sue deambulabat terre pro sui honoris non minus quam sue gentis conservatione. Sed quoniam a domesticis suis quandoque audivit, predecessorem suum Herredum accepisse in proposito, ut a Selnessa apud Ardeam sua transferret edificia et ibi novam edificaret mansionem, et ipse simili quoque correptus voluntatis intentione, extirpato alneto a fonte sancti Folquini — ibi enim requievit olim venerandus confessor Morinensis ecclesie pontifex[6], dum episcopatus sui partes et ecclesias pius pastor more pastorali visitaret et circuiret sanctus Folquinus — usque ad pedes atrii primitive matris ecclesie sancti Audomari Ardensis, ibi in primis clusam[7] sive terreum molis dorsum in medio marisculi constituit. Ubi congregatis a fonte sancti Folquini et a fontibus aliis aquis et collectis atque retentis, vivarium fecit profundissimum et in propiore ville margine cluse, quanta potuit calliditate et rerum providentia, molendinum fabrefecit et adaptavit.

a aut *codd.* b) quid *man. rec. in ras.* 1. c) Bergensis 1 *(in ras.)* 2a. b; Bergensi 2c. 2* (?). d) *ita* 2. 2*; nobili 1. e) appropinquantem 2. 2*.

1) Invenitur a. 1107—1137. in chartis apud Willelmum (Dachery IX, p. 359 -430; ed. alt. II, p. 787 —805). 2) i. e. 'puante pelisse, stinkender pelz'. 3) Occurrit a. 1084. in charta ap. Willelmum c. 8 (Dachery IX, p. 352; ed. alt. II, p. 784). Ad a. 1119. *Widonis de Elenbom* mentionem facit Simon in chartularii Sithiensis lib. II, c. 35 (ed. Guérard p. 247). 4) Huius Widonis vel eius patris nomen legitur ap. Willelmum c. 112. 114 (ad a. 1196. et 1197; cf. Dachery IX, p. 511. 514; ed. alt. II, p. 826). — *Wido Iunior de Elembom miles* occurrit apud eundem c. 236 (ad a. 1225; cf. Dachery IX, p. 653; ed. alt. II, p. 865). 5) Bergues, arrond. Dunkerque. 6) Sedit a. 817—855. 7) i. e. exclusa; 'sluyse, schleuse'.

105. Quomodo Arnoldus, filius eius, primus Ardensis dominus nominatus, genuit Radulphum canonicum et Libertum, Bottectorum patrem et auctorem; et de morte Adele Selnesse domine.

Arnoldus autem, filius eius, a torniamentorum gloria, cui totus inherebat, quandoque rediens in patriam ad patrem, ut iuvenilis illa assolet etas, cum quadam Audomarense puella pulcherrima lusit et illusit et ex ea genuit Radulphum, Audomarensis et Ardensis ecclesie postea canonicum. Ille vero Radulphus genuit Radulphum, militem fortem et nominatum, qui postea ab amore separatus Ardensium, cum Philippo, Ardensis domini filio, ipsos Ardenses auxilio Reinaldi de Sancto-Walerico[1] infestavit et eorum predas, quoad ipse amorem eorum recuperavit et ipsis denuo reconciliatus fuit, sepius abduxit. Genuit etiam suprataxatus Radulphus canonicus Eustacium, Ardensis ecclesie canonicum, et Walterum cognomento Militem, patrem Raulini de Bosco sive de Nemore, et Evam, et Adelam, si non pigeat auscultare, vobis[a] ista referentis matrem. Cum autem redisset iterum idem Arnoldus ab Anglia in patriam et venisset per Bokerdras[2], invenit sibi[b] prestantissime forme puellam; quam cum devirginasset, genuit ex ea Libertum, patrem Drogonis Bothetci, qui genuit Eustachium Bothetcum, patrem Willani Bothetci, qui duxit Agnetem, filiam Willelmi de Colvida, in uxorem. Postea vero Selnessensis domina mortua est Adela, et ubi prius elegit et debuit, in cimiterio Sancti Audomari Ardensis honorifice est sepulta.

106. De capella Sancti Quintini de Cappelhova.

Porro Sancti Quintini capellula, que erat in loco qui usque hodie dicitur Cappelhova[3], et eiusdem capellule atrium, ubi antiqui Selnessenses sepeliebantur, constructa apud Ardeam ea quam nunc inhabitant monachi ecclesia, et cimiterio facto, nulla cleri vel populi frequentatione colebatur. Ab illo enim tempore remansit locus ille desolatus et nullis hominum accessibus frequentatus, et nullum remansit ibi antique venerationis et religionis vestigium, nisi quod inter condensa silvarum inveniuntur ibi magni lapides in modum altaris dispositi[c] et sine cimento coniuncti et super altare vetustissime sanctorum imagines et figure. Postea vero in hoc antique religionis locello, inter condensa veprium et spinarum relicto solo et desolato, conversationem habuit quidam sanctissimi nominis heremita nomine Abraham, qui Norhoutensis domini filium iam decennem et sine baptismo patrum negligentia ad gentilis imitationem squaloris adhuc permanentem et usque ad hoc et ob hoc Paganum vocatum baptizavit et eum nomine suo vocavit Abraham. Qui tamen[d], quamdiu vixit, Paganus de Norhout vocatus est. Post hec autem, postquam ille sanctissimus heremita, propter ranarum, buphonum et lacertarum et aliorum immundorum vermium horrorem et immundiciam quasi in secretiorem et mundiorem atque securiorem locum confugiens, apud Selnessam in condensitate nemoris, quod[e] usque hodie dicitur Dickebuch, usque in finem dierum suorum latitavit, venerunt ad pretaxatum sanctissime venerationis locellum due religiose sorores de Capella beate Marie et locum per aliquot annorum spacium, ut sanctimoniales heremiticam vitam et solitariam ducentes, occupaverunt et inhabitaverunt, donec propter vermium horrorem et immundiciam ipse quoque, necessitate urgente, ad locum unde venerant repedaverunt.

107. Quomodo Fielnenses et Elemboninses ab Ardensibus sua requisierunt allodia, et quomodo Elbodo mortuus est.

Mortua igitur Adela et sepulta, accesserunt ad Elbodonem et ad liberos eius Fielnenses[4] et Elemboninses, de allodiis, que ex parte Adele, a qua originem duxerant, sibi contingere debebant, portionem querentes. Sed cum Helbodo et sui, se nulla habere vel obtinere Adele allodia, cum Adela dudum omnia allodia sua a manu Morinensis episcopi in feodum suscepta[f], ut iam diximus[5], omnino dicerent et constanter assererent, Elemboninsibus acquiescentibus, Fielnenses immurmurantes et ad tempus sustinentes in locum suum recesserunt. Postmodum autem Elbodo etate maturus, senio confectus et plenus dierum, universe carnis viam ingressus migravit a seculo. Cuius corpus iuxta maceriem templi sancti Audomari

a) nobis 2. 2*. b) *ita codd.*; ibi *M.* c) disposite 1. d) tandem 2. 2*. e) *deest* 2a. b; que 2c; qui 2*. f) *ita codd.*

1) Saint-Valery-sur-Somme. 2) Boucres prope Guines. 3) Teste Menilglaise iam non exstat. 4) Fiennes prope Guines. 5) V. c. 103.

Ardensis non sine lacrimabili suorum tam Bergensium quam Ardensium fletu et planctu sepultum est. De omnibus igitur fere filiis Elbodonis et filiabus, quasi non fuerint, obmittentes, soli Arnoldo, ut dignum et iustum est, obsecundantes, quod concepimus prosequamur.

108. Quomodo Arnoldus, filius eius, senescalus[a] factus est comitis Bolonie Eustacii, factus etiam dominus Hinniaci et Excluse.

Arnoldus itaque, patre suo Elbodone iam defuncto, postquam in Ardensis promotus est dominationis honorem, Hectorino animo circumquaque provincias circuivit et regiones, et quasi ubique clamans ingeminet cum Tideo: 'Arma, arma, viri'! nichil in torniamentis se adeptum esse profitebatur laudabile, nisi in se ipsum solum torniamentorum conversum predicaretur pondus et gloria. (cf. Stat. Theb. III, 348) Torniamenta ergo diligendo et ardentissime frequentando multis in regionibus notus, Boloniensium comiti Eustacio[1], nobilissime prolis Eustacii, videlicet Gaudefridi et Balduini, auctori et patri, notissimus fuit et familiarissimus. Unde propter eminentem eius in milicia fortitudinem, temperantiam atque sapientiam eum in loco suo universe terre sue senescalum[a] et iustitiarium sibi substituit atque ballivum. In cuius ministerii officio non tantum populis et Boloniensium comiti, sed et regibus, Francorum videlicet et Anglorum, aliisque terrarum principibus et ducibus carus fuit, notus et gratiosus. Sic autem principabatur in terra aliena, ut non oblivisceretur, quomodo sua se haberet Ardea. Nam quecumque in extraneis partibus acquisivit munuscula, loco et tempore summa cum devotione in sue collocavit terre et Ardee vicinia. Comes autem iam dictus Eustacius Lensim[2] tenebat et Hinniacum Letardi[3] et Exclusam[4] iuxta Duacum. Sed cum in Hinniaco et in Exclusa nichil proprium haberet idem comes Bolonie preter homagium, et Hinniaces et Exclusenses efferi essent homines et Boloniensium principatui superbi et rebelles, quicquid in Hinniaco vel Exclusa iuris habebat, senescalco suo Ardensi domino Arnoldo, hominio accepto, in servicii sui remunerationem in perpetuum concessit ei et dedit feodum. Eustacius itaque[b] Hinniacensis dominus et Balduinus de Exclusa ei hominium fecerunt et ad voluntatem comitis Bolonie ei servicium spoponderunt. Unde et quidam Hinniacensium incole et Duacensium necnon et Exclusensium ad ipsum Arnoldum, eo quod propicium eum sibi invenissent dominum, apud Ardeam sponte confluxerunt et ad nutum eius cum Ardensibus perpetuam sibi habitationem elegerunt. Sed dum contra illos rixarentur et decertarent quandoque Ardenses, adventicios illos et servilis conditionis obprobrio notabiles esse, verborum obiectione turpium improperaverunt. Inde est, quod ipsorum heredes et successores propter solam olim factam patribus in ira et litigio improperii et obprobrii appellationem, licet iniuste et immerito, servorum nomen contraxerunt et obprobrium[5].

109. Quomodo idem Arnoldus super dunionem Ardee factum de Selnessa omnia sua transtulit edificia.

Videns ergo Arnoldus, quod omnia sibi arriderent et quasi ad votum in prosperitatem succederent, in marisculo apud Ardeam iuxta molendinum exclusam quasi[c] in iactu lapidis fecit et aliam exclusam. Inter quas in media limosi marisculi et gurgitosi profunditate, adiacentis fere secus radicem collis, motam[6] altissimam sive dunionem eminentem in munitionis signum firmavit et in aggerem coacervavit. Cuius firmitatis dunionem quidam, ut aiunt incole — o mortalium industriam! o indomitarum mansuetudinem bestiarum! — domesticus ursus, non ille pro quo furnagia exiguntur, inter eam[d] altitudinem et molem aggeravit[e]. In cuius aggeris secretissimo latibulo felicis ominis[f] portendiculum, lapillum super aurum optimum, perpetuo mansurum inhumatum asserunt. Exterioris vero spacium valli, incluso interius molendino, fossato cinxit firmissimo. Mox, iuxta quod pater suus olim proposuerat, convulsis atque dirutis omnibus apud Selnessam edificiis, Ardensem dunionem pontibus, portis et necessariis communivit edificiis. Ab[g] illo ergo die, magno Selnescensium mansionis loco commolito et contrito, edificiisque apud Ardeam contractis atque delatis deleta est cum castello memoria etiam Selnescensium, adeo ut ab Ardea etiam ubique predicaretur et nominaretur Ardensium protector et dominus.

a) *ita his locis* 1. b) quoque 2. 2*. c) quasi — exclusam *in marg.* 1. d) *in ras.* 1. e) aggāvit 1. 2a; aggregavit 2c. f) hominis *codd.* g) A. i. e. m d 2. 2*.

1) Obiit c. a. 1093. 2) Lens, départ. Pas-de-Calais, arrond. Béthune. Cf. 'l'Art de vérifier les dates' XII, p. 351 et 353. 3) Hennin-Lietard, ibidem. 4) L'Écluse, départ. Nord, arrond. Douay. 5) Neminem fugiet, haec fere omnia fabulam redolere. 6) i. e. 'motte, schanze'.

110. Quomodo Arnoldus duxit Mathildem, filiam Gonfridi de Marchisia, et ex ea filios genuit et filias.

Postquam Arnoldus suam munivit Ardeam qualicumque firmitate et castello, Markisie[a, 1] domino Gonfrido[b] mortuo, ad consilium Boloniensis comitis, cui dudum militaverat, Eustacii videlicet Gernobadati[2], et aliorum amicorum suorum, duxit in uxorem Mathildem, eiusdem Gonfridi filiam, quam post se reliquit unicam et totius terre sue heredem. Et accepta cum multis a comite Bolonie muneribus licentia, cum uxore sua Mathilde suam secessit in Ardeam. Cognovit autem Arnoldus uxorem suam et ex ea genuit Arnoldum, postea dictum Senem, et Gonfridum, postea Markisie dominum, patrem videlicet senis Balduini de Markisia, cuius filius Balduinus postea duxit in uxorem Adelinam, Ghisnensis comitis Balduini filiam. Genuit etiam Arnoldus Ermentrudem, Norhoutensium matrem et dominam, et Heilewidem, Odrensium[3] domino Henfrido desponsatam uxorem, et Iocastam sive Ivisiam, Brunesbergensium[4] domino Stephano copulatam uxorem, et Emmam seni Iohanni de Bereborna[5] legitimo coniunctam matrimonio.

111. Quomodo Arnoldus villam Ardee opidum fecit liberum et pares in eo duodecim constituit et scabinos et forum rerum venalium iuramento confirmavit.

Hic autem Arnoldus, postquam in corona Anglie non minus quam Francie omnium torniamentorum gloriosum nomen adeptus est et laudis preconium, in sua securus residebat Ardea, Ardeam quantocumque nomine et honore extollere posset, prudenter examinans et diligenter excogitans. Petiit igitur a Balduino Ghisnensium tunc comite, Andrensis ecclesie videlicet instauratore, quod et impetravit, ut scilicet de villa sua Ardea liberum, immo liberrimum facere castellionis, licet exiguum, posset opidulum. Quo concesso, et plenissimo denariis modio comiti iam dicto liberaliter oblato, et a comite in gratiarum actione pro omnibus quecumque ab eo postulaverat accepto, Ardensis dominus Arnoldus duodecim pares vel barones castro Ardee appenditios instituit et, fossato extra vallum in circuitu quasi corona firmissimo preparato, rerum venalium forum in medio collocavit et in quinta feria in perpetuum servandum et frequentandum iuravit. Et scabinos eidem loco ordinavit et eorum iudicia secundum iurisdictionem et institutionem Audomarensium[6] scabinorum et burgensium tenenda et in perpetuum servanda, cum duodecim Ardensis opidi paribus, vavassoribus, militibus, burgensibus et plebe, tactis sacrosanctis, in ecclesia sancti Audomari Ardensis[c] iuravit et confirmavit[7].

112. Quare hic Arnoldus dictus sit advocatus, et quomodo Mathildis, uxor eius, obiit.

Siquidem hic Arnoldus, cum villicaturam sive preposituram Sancti Bertini in terra Ghisnensi hereditario iure a tempore venerabilis patris et comitis Walberti ab antecessoribus suis accepisset[8], maximam cum eiusdem loci monachis familiaritatem consecutus est, adeo ut per omnia ecclesie sue fidelem et in terra Ghisnensi eum advocatum suum dicerent et constituerent. Unde et ubique terrarum advocati nomen accepit. Huius ergo nominis impositionis causa et certitudine in multis Ardensis, Bertinensis, Audomarensis, Morinensis, Boloniacensis, Hinniacensis ecclesie necnon et Sancti-Pauli scriptis autenticis et privilegiis Arnoldus invenitur advocatus[9]. Nominatus fuit autem propter supradictam causam, eo quod Corilisium[10] et quasdam terras circa et intra burgum Sancti Audomari et Wachkinghen[11] et quedam alia de abbate teneret, eiusdem abbatis, videlicet Sancti Bertini, fidelis et hominii debitor et conservator. Mathildis autem, uxor eius, in Ardea tempore residens quodam, appropinquante hora partus, vix puerum in dolore et in mortis angustia edidit, cum et ipsa simul mortua est cum puero et Ardee in[d] planctu et gemitu sepulta.

a) Markise 2. 2*. b) Confrido 1. c) euangeliis *mser.* 2c, 2*. d) cum 2. 2*.

1) Marquise, a Bolonia inter septentrionem et orientem. 2) De hac voce v. infra c. 122. 3) Ordre prope Boloniam. 4) Brunembert, a Bolonia ad orientem. 5) Bellebrone, a Bolonia ad orientem. 6) St.-Omer. 7) De hoc capite cf. quae disseruit Warnkönig, 'Flandrische Staats- und Rechtsgeschichte' I, p. 337 sq. 8) Vide supra c. 4. 9) Iam non exstant privilegia, quibus Arnoldus nomine *advocati* subscripsit, praeter illud quod ipse Lambertus infra c. 116. affert. 10) Prope St.-Omer, sed iam non exstat. M. 11) A Bolonia ad septentrionem.

113. Quomodo Arnoldus filiis Arnoldi conquisivit in Anglia terram.

Arnoldus autem, filius eius, adolescentes iam exsuperans annos, in robur cepit crescere virile; et iam factus miles, patris sui Arnoldi per omnia mores sequens et vestigia, a patre parum aut nichil in milicie gloria discrepare videbatur. Fuit igitur Arnoldi filius Arnoldus miles in armis strenuissimus. Unde et, opitulante Boloniensi comite Eustacio, inter commilitones Anglorum regis Willelmi, qui Angliam bello et armis et in virorum viribus debellavit 1066. et acquisivit, annumeratus est primus et ei plurimis servivit annis. Vocatus est autem et ab eodem rege Willelmo Gonfridus, frater eiusdem Arnoldi; qui simul sub Hectorine probitatis clipeo diucius ei servierunt. Servientes igitur ambo fratres, Arnoldus videlicet et Gonfridus, iam dicto regi, tantam eius adepti sunt gratiam, quod preter cotidiana stipendia et munuscula, que ipsis contulit innumerabilia, contulit etiam eis et in perpetuitatis concessit feodum Stevintoniam et pertinencias eius, Dokeswordiam, Tropintoniam, Leilefordiam, Toleshondiam et Hoilandiam[1]. Interim autem, dum in Anglia[a] in servicio regis moram faceret, Arnoldus tres filios in tribus puellis genuit. Quorum Elinantus[b] et Willelmus milites fuerunt; sed Anselmus in ultramarinas tendens et perveniens et moram faciens partes, tandem a Sarracenis captus, legem christianam et fidem et paternas apostatavit traditiones. Sed cum post multos annos manus evasisset Sarracenorum, tandem in patriam ad parentes rediens, cum eis ad tempus commoratus est. Sed tamen, cum christianis manens parentibus, omni[c] die nisi excepta sexta feria carnibus utebatur nec se dissimulabat quandoque apostatum et in Sarracenismas[d] olim prolapsum immundicias. Unde et christicolis parentibus odiosus ab Ardea in transmarinas secedens iterum partes, ulterius suis non comparuit. Ad patrem autem rediens quandoque Arnoldus, apud Lothesiam[2] in nobili puella genuit Philippum quidem militem, non minus armis quam genere nobilem. Hic siquidem Philippus, Ardenses cum ei debitum cognationis iure beneficii denegarent contubernium, adiunctis secum satellitibus et predonibus, eosdem Ardenses predationibus plerumque lacessivit et armis.

114. Quomodo primus Arnoldus viduam comitis Sancti-Pauli duxit in uxorem.

Igitur dum Arnoldus et Gonfridus, frater eius, memorato regi Anglorum gloriosissime militarent, pater eorum Arnoldus, postquam filias suas pretaxatis viris desponsavit uxores, per totam Franciam, Angliam et Normanniam, Burgundiam nichilominus quam per Flandriam, famosissimus fuit et notissimus. Fuit enim in consilio Nestor et calliditatis prescientia, licet alicuius solatium non haberet Penelopes, alter Ulixes, in iudicio — tantum absint Veneris insidie — pastor Alexander[3], in pulcritudinis elegantia, quantum permisit adhuc invida et satis spectabilis etas, Absalon, in milicie gloria non Triptolemus, sed Achilles se ipsum in armis suis contra quosque hostes exhibens, in sapientia, quod superest, et dominandi continentia Salomon, ut magis appareret regni heros, quam Ardensis heres. Interea Teruannici populi vel Sancti-Pauli comite Hugone, videlicet Sene, susceptis de uxore sua Clementia liberis[4], universe carnis viam ingresso, cum adhuc filii eius imbecilles essent et c. 1070. custodia indigerent: propter eminentiam, qua omnibus commilitonibus prepollebat in sapientia et in milicie gloria, virtute, iuxta consilium baronum Francie et Flandrie, opitulante Bolonie comite[5], divina quoque semper preeunte gratia, Sancti-Pauli comitissa Clemencia Ardensi domino Arnoldo legitimo coniuncta est matrimonio. Sic et Balduinus, nobilis advocati Roberti de Betunia filius, quandoque propter eminentem in milicia, qua multis excellebat, nobilitatis et probitatis laudem et gloriam, mortuo Albemarle[6] comite[7], impregnatam 1191. eius viduam, opitulante, immo iubente Anglorum rege, cui diutius militaverat, Ricardo, duxit uxorem et Albemarle factus est comes et nominatus. Arnoldus itaque Sancti-Pauli factus c. 1070. comes, in omnibus Christo domino, tanti muneris et honoris auctori et opifici, quantas potuit

a) Angliam 2. b) Elmantus 2. c) omnium 2. d) *ita codd.*; Sarracenicas *coniecit M.*

1) Secundum 'Domesdaybook' recepit *Ernulfus de Arda Docheswordc*, *Trupintone* (comitat. Cantabrig.) et *Stiventone* (comit. Bedford.) a comite Eustachio Boloniensi, qui illa feoda tenuit a Willelmo rege; econtra *Toheshunt, Hoiland, Leleford* recepit ab eodem comite *Adelolfus de Merc* (prope Calais). Cf. 'Domesdaybook' (London 1783) vol. 1, p. 196 col. 1; p. 211 col. 2; vol. II, p. 32 col. 1; p. 33 col. 1. 2) Louches prope Ardre. 3) i. e. Paris. 4) Tribus, scilicet Widone, Hugone, Eustacio. Cf. 'l'Art de vérifier les dates' XII, p. 381. 5) Eustacio II. 6) Aumale, départ. Seine-Inférieure, arrond. Neufchâtel. 7) Gaufrido, a. 1191. ante Acron. Cf. Albricum, SS. XXIII, p. 868; 'l'Art de vérifier les dates' XII, p. 433.

gratias egit et exhibuit. Qui licet, meritis suis exigentibus, ad tanti comitatus sublimaretur honorem, non in laudem aut gloriam est elatus humanam; sed tanti honoris magnitudine summa cum discretione librata et conservata, humilem in rigore iusticie et rigidum in humilitatis virtute, prout temporis oportunitas exigebat et personarum actio postulabat, se exhibebat. Audivit enim quandoque et didicit: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Non enim tirannicam in subiectos exercuit rabiem, sed cum omni mansuetudine et benignitate, quanto potuit studio, populo terre quasi sę hereditarium imaginavit comitem et dominum. Quamobrem nec collecta, sicuti supervenientium mos inolevit, dispersit, sed dispersa, quanta potuit sollicitudine, colligere curavit. Et cum audisset quandoque: 'Non parcit populis regnum breve', quasi in comitatu cum heredibus suis perpetuo sessurus et permansurus, eundem comitatum rigido sollicitudinis gladio rexit et protexit. Nec tamen a sue perculit memorie cellula, quomodo subsistet et quomodo sua se habeat et contineat Ardea, quomodo filii sui in Anglia quomodove filie in quacumque conversentur patria. Quocirca nunc in Teruannicorum patria, nunc conversationem habet in Ardea; nunc apud Letardi Hinniacum, nunc in Exclusa suspendit itineris gressum; nunc consolationem de filiis accipit in Anglia, nunc diligentiam adhibet circa filias et earum liberos; nunc Teruannicorum girans patriam, vices comitis diligenter exequitur. Uxori autem pre omnibus et in omnibus venerationem exhibens, non tantum ut uxori, sed ut domine reverentiam exhibuit et obsequium, et, sicut decuit, ei congaudebat et merito congratulabatur. Sed quoniam Sancti-Pauli comitatum ad suos non posse neque debere transferri heredes[1] non ignoravit, quicquid salva honoris sui reverentia potuit, de assumpto loco in sue proprietatis locum apud Ardeam transportare curavit. Sic ergo secularia circumquaque procuravit negocia, ut cotidie sciret, quid in sancta ageretur ecclesia.

Eccl 3, 20.

115. Quomodo primus Arnoldus Ardensem ecclesiam instituit et canonicos instauravit.

Cum igitur omnis ei applauderet populus et fere totus ei in prosperitate arrideret mundus, iuxta sapientis consilium sua cepit cogitare novissima. Unde et divino tandem accepto responso, cum felicis memorie Morinensis ecclesie episcopo Drogone[2] tractare cepit, qualiter et quomodo suam apud Ardeam conventualem facere et instaurare posset ecclesiam[3]. Erat autem tunc temporis in Ardea quidam sub Morinensis episcopi presidio substitutus personator sive persona, nomine Walterus, qui etiam Nelensis[4] et Altinghensis[5] ville simili professione procurabat ecclesiam. Loquens ergo cum hoc Waltero ad quecumque disponere in Ardensi decrevisset ecclesia, voluntatem eius omnimodam sponte sibi vendicavit et inclinavit. Habebat autem Arnoldus quendam, sicuti iam diximus, filium nomine Radulphum, in burgo Sancti Audomari et progenitum et nutritum et iam in eodem burgo in ecclesia sancti Audomari canonicum. Huius autem Radulphi simul et iam dicti Walteri consilio ad supra nominatum ecclesie Morinensis accessit antistitem Drogonem, locutusque multisque diuque cum eo simul et cum eiusdem loci capitulo, quasdam in eadem ecclesia constituit prebendas. Unde et optatis[a] ab eo et capitulo potiora recepit. Premonitus enim et premunitus ut cognovit episcopus, quod in Ardea conventualem facere disponeret ecclesiam, ad hoc ipsum faciendum ei facilem et propicium prebens assensum, Ardensis ecclesie personatore Waltero presente et hoc ipsum annuente, Ardensis ecclesiole altare cum eiusdem omnibus altaris pertinenciis totamque eiusdem loci ecclesiolam ad instar ecclesie sancte Marie[6], in qua requiescit corpus beati Audomari, ei liberam reliquit. Arnoldus igitur gaudens uberius et exultans in Domino, cum supradictis duobus et aliis quibusdam Morinensis ecclesie canonicis in suam gressus acceleravit Ardeam et quantocius filios suos et filias simul et terre sue nobiles, clericos quoque et viros religiosos convocavit; intransque ecclesiolam, cuius parietes vetustissimi novo nunc continuantur et coaptantur operi vel capiti, coram Deo et sancto Audomaro, in cuius nomine ab initio illa fundata erat ecclesiola[b], et coram omnibus sanctis et coram omnibus presentibus et astantibus assensumque prebentibus in substentationem decem clericorum sive canonicorum secularium Deo et sancto Audomaro in eodem loco imperpetuum servire destinatorum super eiusdem ecclesiole altare

cf Eccl 28, 6

a) oblatis 2c. 2*. b) ecclesia 2.

1) Sed ad filium Clementiae Guidonem, qui post obitum Clementiae (a. 1078) regnavit usque ad a. 1083. 2) Sedit a. 1030—1078. 3) Vide supra c. 32. 4) Nielles-lez-Ardre prope Ardre. 5) Autingues prope Ardre. 6) i. e. supra laudata ecclesia s. Audomari, nunc cathedralis Audomarensis (St.-Omer).

pervirentis olive ramum in vexillo sancte crucis appensum obtulit et in liberam ei contulit elemosinam: in primis eiusdem loci altare in ea, qua idem altare prius a Morinensi impetraverat et acceperat episcopo, libertate cum eiusdem altaris pertinenciis totamque tocius parrochie decimam terrarum tam novalium quam ab antiquis excultarum, non excludens vel excipiens nemus aut mariscum, sed totum includens, quicquid sacri canones et sanctorum decreta patrum decimari decreverunt et constituerunt; decimam quoque de Frelinghen et de Rolinghen et de Wallainis et in eadem villa molendinum et iuxta molendinum curtillum unum; et in Elcecho terram ad carrukam unam liberam; altaria quoque de Suavekis et de Boningis; altare quoque de Hondescoto et subsilles circa eiusdem ville atrium et morum sive mariscum; et in Blendeka terram ad carrukam unam liberam. Que terra cum nescitur ab Ardensis ecclesie tunc temporis possessoribus ubi sit vel quomodo ab ecclesia Ardensi alienata fuerit, opinantur quidam, quod in commutatione canonicorum eiusdem ecclesie ad monachos quasi oblita latuerit, et cum tandem ad quendam Boidinum decanum quasi hereditario iure successerit, cum cognovisset ab antecessoribus, eandem terram ad ecclesiam Ardensem pertinere, et eam, ut debuit et forte noluit[a], cum non potuit Ardensi reddere ecclesie et restituere, sibi conscius, quasi saniori adepto consilio, super eandem terram instauravit sanctimonialium cenobium, quod nunc dicitur Sancte Columbe[1], in quo tandem se ipsum cum tota terra fratrem et quasi canonicum vel monachum constituit. In Ardea etiam terram de cruce et molendinum ab orientali parte castelli, et unicuique canonico in villa stationario sive etiam non stationario iuxta atrium unum concessit curtillum liberum. Accedentes etiam alii terre nobiles et barones tam Ghisnensis quam Ardensis ditionis, similis fervore devotionis in substituendis canonicis terras suas et si quas habebant decimulas vel prediola obtulerunt: hic unum polkinum vel bustellum frumenti, hic duos vel plures, hic quantumcumque avene, hic quotque[b] denarios, hic quantamcumque possessiunculam, hic quemcumque terre alicuius comitatum. Quo facto, vocavit primo Walterum, qui prius Ardensi preerat personator ecclesiole, et in nomine Domini et sancti Audomari ei primam dedit prebendam, secundam Radulpho, filio suo, et sic aliis equaliter omnibus tribuens. Tandem, ibi presentibus filiis et filiabus suis et nobilibus multis et clero et populo, omnibus Deum et sanctum Audomarum invocantibus et vocem laudis in assensum in excelsum extollentibus et iubilantibus, decem canonicos instituit et instauravit, ut, quicquid contra decem precepta legis per secularem 1069.
negligentiam et mundanos commisit excessus, per preces decem canonicorum, opitulantibus apud Dominum meritis et intercessione beati Audomari, expietur. Sicque facti sunt et instaurati Ardensis ecclesie decem canonici, Francorum rege regnante Philippo, Roberto Frisone Richilde triumphata Flandriam procurante[2], Balduino comite Ghisnensi principante, ipso Arnoldo sive Arnulfo advocato Teruannici comitatus preside et Ardensibus dominante, Drogone Morinensis ecclesie baculum baiulante, dominice incarnationis anno 1069.

116. Quomodo Morinensis episcopus Drogo liberam confirmavit Ardensem ecclesiam cum eius appendiciis.

Drogo itaque Morinensis episcopus ecclesie, acceptis ab Arnoldo privilegiis et confirmationis ecclesie Ardensis litteris, eidem Arnoldo et eius successoribus et canonicis in iam dicta ecclesia imperpetuum servituris eandem ecclesiam cum pertinenciis et appendiciis eius et possessionibus in plena privilegiavit synodo et confirmavit in hunc modum:

In[3] nomine Patris et Filii et Spiritus sancti unius veri Dei. Ego Drogo gratia Dei Teruannensis ecclesie antistes notificari volo fidelibus tam presentibus quam futuris, me concessisse precibus cuiusdam fidelis nostri, Arnulfi scilicet advocati, non abnuenda petentis, altare de Arda libertatis ad instar sancte Marie, in qua requiescit corpus sancti Audomari, ea scilicet conditione, ut sub patrocinio eius successorumque eius perpetuo omnis debiti exactione solutum maneat, dum tamen nobis successoribusque nostris duos solidos in cena Domini Teruanne annuatim persolvant[c]. Due autem partes oblationum eiusdem altaris deputabuntur canonicis ibidem Deo servituris, tercia vero cum cera tota ad luminaria et ad restaurationem ecclesie.

a) *ita* 2. 2*; voluit *corr.* noluit 1. b) quoque *corr.* quotque 1. c) persolvat' 1; persolvat 2; persolvant 2*.

1) Sainte-Colombe de Blendecques prope St-Omer. 2) Errat auctor; d. 17. Iul. a. 1070. Balduinus Montensis comes Flandriae obiit, ac demum d. 22. Febr. a. 1071. Richildis contra Robertum Frisonem apud Casletum bellavit et victa est. 3) Hoc diploma ex Lamberto depromptum publici iuris fecit Miraeus, Op. dipl. I, p. 158.

Hec igitur sunt, que idem Arnulphus pro anima sua et uxoris sue et filiorum suorum et patris et matris et antecessorum et successorum suorum ibidem Deo et canonicis dat: decimam eiusdem ville de omnibus; totam terram ad carrucam unam liberam; unicuique canonico curtillum unum liberum in eadem villa; decimam de Frelinghem et Rolinghem; in Pepelinghem decimam eiusdem ville et terram liberam ad carrucam unam; decimam de Wallainis et molendinum unum et curtillum unum liberum; in Elcetho[a] *terram ad carrucam unam liberam; altaria quoque de Hondescoto et de Boningis et de Suavekis, que erant de beneficio eius, pro quibus ad honorem nostri et successorum nostrorum quinque solidi dabuntur in substituendo decano qui ad synodum veniet; molendinum quoque quod est in orientali parte castelli Ardee et pratum cum terra apud Bladringhem*[1] *et in Blendeka terram ad carrucam unam liberam. Si quis ergo contra hoc nostrum*[b] *venire temptaverit, iram Dei primum incurrat legeque coactus decem libras auri persolvat. Actum Teruanne anno incarnationis Domini* 1069, *indictione secunda*[2], *regnante rege Philippo, astantibus idoneis testibus, quorum nomina subscribentur. Signum Drogonis episcopi; s. Huberti, s. Warneri archidiaconorum; s. Geroldi decani; s. Grimolandi cantoris; s. Iodonis; s. Odonis; s. Ernulfi; s. Walteri; s. Richarii; s. Gehardi; s. Arnulfi advocati; s. Sichardi Descoches; s. Gerardi Godnach; s. Adelonis; s. Regeneri; s. Balduini de Uphem; s. Ernulfi; s. Hiberti; s. Galandi; s. Frumoldi; s. Eustacii.*

Hic igitur, quantum meminimus, tenor et forma privilegii Morinensis episcopi Drogonis. Nec miremini, patres et domini, et vos maxime capellani et clerici, si privilegium de Latino in maternam linguam vobis quandoque reseratum interpretatum minus proprie minusque concinne aperuerimus. Sed quod lingua nostra loqui non sufficit laicalis, vester[c] capiat in ostensione verborum qualicumque et comprehendat capax intellectus et attentio discretionis vel certe discretio rationis. Simili modo ab archiepiscopo Remensis civitatis et ab summo Romane civitatis pontifice privilegia perquisivit et in voluntate pie devotionis impetravit[3].

117. Quomodo Arnoldus multorum sanctorum reliquias in Ardensem[d] ecclesiam collocavit.

Post hec Arnoldus multas circuivit ecclesias, et multorum perquirens et acquirens reliquias sanctorum, quotquot habere potuit, in Ardensi ecclesia collocavit. Audomarenses itaque canonici de capite beati Audomari, patris eorum et patroni, dentem extrahentes ei dederunt, quem in auro purissimo et lapidibus preciosis obtexit et in sua summa cum reverentia collocavit ecclesia; abbas[4] autem Sancti Bertini, cuius fidelis dicebatur et erat, cruciculam unam, in qua recondite erant quedam abscisiuncule capillorum et vestimentorum beate Marie virginis et de barba sancti Petri apostoli et de manna Domini et de pulvere sancti Iohannis baptiste; dedit etiam ei idem abbas brachium sancti Pancracii martiris et maximam partem reliquiarum sanctorum martirum Nerei et Achillei; pro quo asserunt eundem Arnoldum abbati et monachis Sancti Bertini retribuisse redditus et prebendas, unde quattuor monachi possent sustentari imperpetuum, in ecclesia quoque sancti Audomari apud Sythiu totidem canonici. Ab ecclesia vero sancti Pauli[5] per consensum quorumdam canonicorum atque episcopi multorum sanctorum reliquias, veteris testamenti libros et passionarium et quosdam alios libros et multa ecclesiastica ornamenta in suam Ardee transtulit ecclesiam. Sicque dum sub hac intentione plurimas circuiret ecclesias et de reliquiis et ornamentis hic
1078. illic acceptis suam ditaret ecclesiam, mortua est uxor eius nobilis comitissa Clementia.

118. Quomodo Arnoldus maiorem ecclesiam in Ardea construxit et in ea canonicos transtulit.

Mortua igitur uxore sua Clementia et in ecclesia sancti Pauli sepulta et officiosissime deplorata, Sancti-Pauli satis prudenter valedicens et relinquens comitatum, suam apud Ardeam se transtulit Arnoldus. Et novam ibi in medio fori ante portam interioris valli in honore beate Marie virginis et sancti Audomari confessoris et Morinensis episcopi necnon et sanctorum quorum perquisierat reliquias magnam edificavit basilicam. Et ab ecclesia cimiterii cum suis evocavit sacrariis et reliquiis omnibusque ecclesie libris et ornamentis

a) Elcecho 2c. 2*. b) decretum *inserunt* 2c. 2*. c) vr̄e 1; vestre 2a. d) Ardensi ecclesia 2c. 2*.

1) Blaringhem, cant. Hazebrouck. Ceterae villae iam antea occurrunt. 2) immo septima. 3) Iam non exstant. 4) Heribertus. 5) In oppido St.-Pol.

canonicos et in nova basilica quasi in sua capella Deo imperpetuum servire constituit; ecclesie tamen cimiterii presbiterum Deo imperpetuum serviturum et pro fidelibus missam celebraturum procuravit. Cuilibet igitur canonico in villa conversanti et stationario circa forum et circa novam ecclesiam mansum dedit et liberum concessit. Postquam vero suos in novam suam ecclesiam introduxit canonicos, statuit et tam proprie manus quam capituli canonicorum iuramento confirmavit, quod nullus canonicorum, qui in propria persona in ecclesia sua suam non deserviret prebendam, de prebenda amplius obtineret quam centum solidos, vicarius autem eius quicquid amplius valeret; nec canonicus aliquis forensis suum ibi substitueret vicarium, sed tantum ecclesie decanus iuxta consilium canonicorum in ecclesia cotidie conversantium.

119. Quomodo idem Arnoldus unus de paribus Flandrie factus est, et quomodo bannitos possit detinere.

Sciendum est autem, quod Arnoldus vel Arnulphus advocatus dictus et Ardensis ecclesie instaurator et prepositus, quandoque Sancti-Pauli comes, dum Ghisnensium comiti Balduino huius nominis primo ut domino parere dedignaretur et respueret et ob hoc a Ghisnensium comite sepius impeteretur et causis persequeretur et armis, consilio Arnoldi, filii sui, et quorumdam aliorum Ardensis castelli dunionem et alia quedam allodia sua a Flandrensium comite Roberto, qui postea, debellata Antiochia, cepit Iherusalem[1], Roberti, de quo iam diximus, Frisonis filio, in feodum suscepit et ei hominium fecit et subiectionem compromisit. Unde et Flandrensis comes ei concessit, ut hereditario iure cum duodecim Flandrensis curie paribus et baronibus sedeat et iudicet et ut honoris eorum et dignitatis per omnia se comparem glorietur et participem. Concessit etiam ei et in feodum dedit hereditarium, ut quemlibet pro quacumque causa bannitum per annum unum et diem unum contra quoscumque sue ditionis homines Ardee sustinere posset, dum non in corpus Flandrensis comitis vel comitisse quicquam in propatulo moliretur aut machinaret[a]. Quodsi iuri stare noluisset bannitus, in quamcumque sue dominationis curiam coram quibuscumque iudicibus eum secure producere potuisset, et sic, quamdiu iudicio stare noluisset, eum in terram suam reducere et in terra sua retinere potuisset. Sic ergo mundanas actiones cum secularibus satis laudabiliter disponens in seculo, egrotare cepit. Et cum vocasset ad se abbatem Sancti Bertini, convocatis etiam filiis suis ad se et ecclesie sue clericis, coram[b] omnibus valedicens seculo, monachus effectus et apud Sanctum Bertinum delatus est. Ubi per aliquod dierum spacium suorum in penitencia deflens negligentias peccaminum, exuens et relinquens molem carnis simul et miserias, omni dubitatione remota sedes receptus est in ethereas. Cuius corpus a monachis in claustro est honorifice sepultum et in mausoleo per secula memorando studiosissime contectum.

120. Quomodo, mortuo Arnoldo, filio eius Arnoldo Hinniacenses et Exclusenses homagium facere noluerunt.

Mortuo autem Ardensi domino et preposito Arnoldo sive Ernulpho advocato, Eustacius de Hinniaco[2] et Balduinus de Exclusa[3] ad Flandrensem comitem Robertum convolaverunt et homagium sive hominium, quod Ardensi domino Arnoldo facere debuerant — o iniquorum perfidia comitum! o subditorum perfidas manus! o perpetuum Hinniacensium obprobrium et Exclusensium! — Flandrensi comiti, nichil impudentes, nichil in obsequio verecundantes, exhibuerunt. Et licet propter tanti perfidiam criminis multi illos increparent et redarguerent et in obprobrium reproborum et perfide delinquentium in ipsos conspuerent, Boloniensi tamen comiti aut Ardensi domino aliquo subiectionis aut obligationis titulo amplius innodari constanter abdicaverunt. Unde et in iram conversus Ardensis dominus Arnoldus, filius Ernulphi, si quos habebat accolas Hinniacenses vel Exclusenses apud Ardeam commorantes, in despectum et obprobrium Hinniacensium perfidorum et Exclusensium dominorum perfidos reputavit et in servilis conditionis detrusit et inclusit obprobrium.

a) machinaretur 2. 2*. b) cum coram *codd.*

1) Regnavit a. 1093, Oct. 13 — 1111, Oct. 5. Balduinus Ghisnensis, contra quem Arnoldus hoc foedus cum Roberto iniisse dicitur, non ante a. 1100. obiit; cf. quae adnotavi supra ad calcem c. 33. 2) Hénin, arrond. Béthune. 3) L'Écluse, arrond. Douay.

121. Quomodo Arnoldus Senex dedit Gonfrido, fratri suo, terram de Markisia, et Gonfridus reliquit ei partem terre sue in Anglia.

Arnoldus, filius autem eiusdem Arnulphi advocati, cognomento Senex vel Vetulus[1], accepta satis prudenter de morte patris consolatione, Ardee dominus effectus est et Ardensis ecclesie prepositus. Et commutata quantocius a fratre suo Gonfrido et comparata, quam pro milicie servicio munus et munium a rege supranominato Anglie[2] in Anglia perquisierant et simul acceperant, terra, fratri suo Gonfrido terram Markisie[3] cum pertinenciis eius, que ex parte matris eius ei contigerat, hereditario iure concessit habendam. Sicque Gonfrido et heredibus eius deputata est Markisia. Arnoldus igitur Ardee factus dominus et Flandrensis curie compar et socius, Flandrensem curiam frequentavit. Flandrensium nobiles quanto potuit studio honoravit, ut eorum opitulatione Hinniacenses et Exclusenses ipsum — proh pudor et perfidie nefas! — dedignantes et in illum contumaces et rebelles apud Flandrensem comitem maxime sibi acquireret et subiugaret. Ad quorumdam igitur subsequentium declarandam et elucidandam obscuritatem, ut videlicet Ardensis dominationis nobilitatem, prout concepimus, ex integro aperiamus et Broburgensium genealogiam, prout nostre adiacet narrationi, minus provide intactam non relinquamus, cum nec in hoc a narratione nostra vagantes digredimur aut discurrimus, ad quedam alia narrationi quidem nostre non aliena, sed affinia, tam Ardensibus quam Broburgensibus domestica, a veriloquis premoniti et edocti patribus, Ardenses simul et Broburgenses ab Alostensibus[4] in parte duxisse originem, doceamus

122. Genealogia Broburgensium, et quomodo Broburgenses et Ardenses ab Alostensibus in parte duxerunt originem.

Fuit igitur quidem in terra Braibandorum nobilis quidam Alostensis dominationis heres et dominus Balduinus cognomento Grossus sive Magnus[5], qui habuit uxorem nobilibus ortam natalibus nomine Mathildem, a viri sui grossitudine vel magnitudine simili appellatione Grossam vel Magnam nominatam. Siquidem hic Balduinus Grossus habuit fratrem Inglebertum nomine de Petinghem[6] et sororem pulcerrimam nomine Gertrudem, Ardensium domino Arnoldo Seni sive Vetulo propter Arnoldum, filium suum, Iuvenem sive Iuniorem dictum, nominato quandoque desponsatam uxorem. Genuit autem Balduinus Grossus ex uxore sua Mathilde Grossa Balduinum Luscum, propter barbe prolixitatem dictum Gernobodatum[7], Alostensis terre postea dominum, et Ivenum de Gandavo nominatum. Balduinus autem Gernobodatus ex nobilissima de Grembergio[8] oriunda Luthgarda genuit Beatricem.
1127. Oct. 24. Balduino autem Gernobodato universe carnis viam ingresso et sepulto[9], Ivenus, frater eius, non considerans iustum aut honestum, — fratris[a] sui filiam Beatricem vivam et heredem adhuc esse et superstitem —, violenter irrupit et, quomodocumque Flandrensium comite Theoderico consentiente, immo assensum prebente[10], obtinuit[b]. Sed et neptem suam Beatricem, Balduini videlicet fratris sui filiam, adhuc tenellam et iuvenculam et rei eventus ignaram et sciolam et, quid de ea ageretur, minus consulte previdentem, Broburgensi castellano Henrico[11], Deinardi[c] filio, relicta sibi minima allodiorum que ex parte matris sue Luthgarde in terra Braibandorum ei contingebant portiuncula, Wercia videlicet et Meinthia, copulavit uxorem. Siquidem hic Broburgensis castellanus Henricus, patre suo pridem Broburgensi castellano Deinardo in ecclesia sancti Donatiani Brugensis cum Flandrensi comite Karolo ante altare sancti patris Basilii ad orandum genua flectente et a Brugensibus traditoribus
1126. Mart. 2. inopinate mortis gladio interempto[12], cum comiti succurrere vellet nec posset, simul enecato, Ghisnensis comitis Manassis filiam unicam, nomine proprio Sibilam, nuncupativo Rosam, que in partu vitam exalavit, prius duxerat uxorem. Hic ergo Broburgensis castel-

a) h. aut fratris s. 1; h. aut fructuosum filiam 2. 2*. *Locus corruptus videtur.* b) hereditatem *vel simile verbum supplendum.* c) Deinardi aut Themardi 2c. 2*.

1) *Arnoldus Senior de Arda* occurrit a. 1117. in charta apud Simonem in chart. Sithiensis lib. II, c. 46 (ed. Guérard p. 258). 2) Willelmo; cf. supra c. 113. 3) Marquise prope Boloniam. 4) Aalst in Flandria Orientali. 5) Obiit in Terra Sancta circa a. 1099; cf. Duchesne p. 117 sq. 6) Peteghem prope Audenarde in Flandria Orientali. 7) i. e. 'guernon, schnurrbart'. 8) Grimbergen prope Dendermonde iuxta Scaldim. 9) 9. *Kal. Novembris, feria secunda ante festum s. Amandi, Baldewinus ex Alst obiit.* Passio Karoli com. auct. Galberto c. 92, SS. XII, p. 607. 10) Huius maxime Iveni vel Iwani — qui Lauretam, Theoderici filiam, in matrimonium duxerat — auxilio Theodericus comitatum Flandriae adeptus erat. Cf. Flandr. Gener. c. 30 sqq., SS. IX, p. 324; Gisleb., SS. XXI, p. 509. 11) V. supra c. 42. 12) Cf. Walteri vita Karoli c. 28, SS. XII, p. 550.

lanus Henricus ex Alostensi Beatrice genuit septem filios, Balduinum videlicet, Walterum et Henricum, Gillebertum et Rodulphum, Sigerum et Walterum, et quinque filias, Mabiliam scilicet, Mathildem, Luthgardem, Adelidem et Beatricem. Balduinus itaque prior natu, patre suo Henrico mortuo[1] et apud Sanctum Bertinum sepulto, Broburgensis effectus castellanus, postquam de Alostensium terra, que, sicuti iam demonstravimus, hereditario iure ex parte matris sue sibi contingebat, in expectationem maioris recuperationis et gratie a Flandrensi comite Philippo Torthonium perquisierat et Longam-Markam[2] et Bekescotium[3], et ad tempus maiora repetere protelavit et distulit, duxit in uxorem Iulianam Duracensem[4] comitissam. Sed nec ex eo concepit aut peperit, sed sine liberis ex eo conceptis mortua est et sepulta. Postea vero cum duxisset idem Balduinus in uxorem Elizabeth, filiam advocati Roberti de Bethunia, sine liberis mortuus est et in ecclesia sancte Marie Broburgensis, in qua et omnes Broburgenses castellani sepulti sunt preter Henricum primum, qui apud Sanctum Bertinum, honorifice sepultus est. Primus autem Walterus adolescentulus mortuus est; Henricus autem iam miles factus obiit; Gillebertus vero, quia in torniamentando aciem perdiderat oculorum, castellanus fieri refutavit[5]; Rodulphus autem et Sigerus facti clerici multas obtinuerunt prebendas et ecclesiasticas dignitates. Quorum Rodulphus Noviomensis[6] ecclesie factus decanus[7], cum in Noviomensis ecclesie iam iamque raperetur et eligeretur episcopum, mortuus est et Perone sub choro ecclesie sancti Fursei cum summa veneratione sepultus. Sigerus quoque non multo tempore post mortuus est et in ecclesia beate Marie Broburgensis sepultus. Septimus igitur in omnibus iunior fratribus Walterus demum factus castellanus Broburgensis, duxit in uxorem advocati Roberti de Bethunia filiam Mathildem, sororem Elizabeth, quam Balduinus, frater eius, dudum duxerat uxorem, et ex ea genuit Henricum et Beatricem. Sed Waltero mortuo, filius eius adhuc puer Broburgensis castellanus effectus est. Soror autem eius Beatrix apud Broburgum in claustro sanctimonialium non tam nutrienda quam moribus erudienda et liberalibus studiis imbuenda tradita est. Ut autem iuxta enumerationis ordinem de quinque filiabus Broburgensis castellani Henrici huius nominis primi veritatis historiam prosequamur: prima, videlicet Mabilia, Balduino de Bailliolo[a,8] desponsata, facta est Yprensis vicecomitissa. Secunda, scilicet Mathildis, studiis primo liberalibus tradita, honestate vite et meriti sanctitate inter Broburgensis ecclesie filias et sanctimoniales sanctimonialis et ipsa et sanctimonialibus rapta et illecta, pocius[b] electa, abbatis senomen accepit et officii dignitatem. Tercia vero Luthgarda cuidam nobili viro super Rhenum degenti, Arnoldo de Cuerthedra, copulata est uxor et desponsata. Quarta Adelidis nobili viro Stephano de Sinninghem[9] legitimo coniuncta est matrimonio. Quinta, videlicet Beatrix, omnibus fere prestancior, audiens et intelligens, quia bona est vita coniugalis, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis,

Virgo permansit in evum,
Cui laus et gloria nunc et in evum.

Hec igitur morum honestate, vite sanctitate, rerum largitate, innata bonitate, divina caritate clero quidem grata, Deo commendata, mundo predicata, sanctos imitata, Christo desponsata, sine habitu religiosa, sine nomine et dignitate abbatissa, officii tamen sedulitate in omni sanctitate et religione sanctimonialium non tam officialis quam pedissequa, in propria domo residens, propriis contenta possessionibus et redditibus, post mortem sororis sue venerabilis matrone et abbatisse Mathildis[c] in loco abbatisse, presente tamen abbatissa, vices abbatisse diligenter exequitur et oportune. Ad eius enim nutum et voluntatem et dispositionem omnes sanctimonialium disponuntur actiones et negocia, necnon et eius providentia omnes eiusdem loci cenobiales tam servientes quam sanctimoniales proteguntur, gubernantur et procurantur[d]. Hec ad subsequentium declarationem de Alostensibus et Broburgensibus et Bethuniensibus breviter et succincte tacta et propter quedam narrationi nostre incidentia succincte decursa dicta sufficiant. Nunc autem, ut susceptam narrationem ad finem producamus, ad Ardenses redeamus.

a) Balliolo 2. b) potius quam 2c, 2*. c) nobilis 2c, 2*. d) procreantur 1. 2.

1) Invenitur in tabulis usque ad a 1151. 2) Lang-Mark prope Ypres. 3) Bixscote prope Ypres. 4) Duras prope St.-Trond. 5) De his fratribus vide quae affert Duchesne p. 132 et pr. p. 204. 6) Noyon, départ. Oise, arrond. Compiègne. 7) Cf. diploma abbatiae Claromarisco concessum a. 1172. ap. Duchesne pr. p. 204. 8) Bailleul, départ. Nord, arrond. Hazebrouck. 9) Seninghem, a St.-Omer ad orientem.

123. Quomodo Arnoldus Senex duxit Ghertrudem in uxorem.

Cum igitur Ardensis dominus Arnoldus, avus meus, cognomento Senex, Flandrensem curiam frequentaret et magnitudinis eius fama ad universos regni Francorum proceres pertingeret et de eo veriloqua voce bonum predicando personaret, ad[a] Alostensis domini Balduini Grossi [aures[b]] nomen eius innotuit et milicie decus et magnificentia. Unde cum quadam die de quodam torniamento, quod in confinio Tornacensis provincie famosum extiterat et gloriosum, ubi tocius pondus et gloriam belligerantis diei et torniamenti, invidis etiam acquiescentibus, sustinuerat et sibi comparaverat, Alostensis Balduinus Grossus eum secum hospitari fecit et solemniter eum et suos lautissimis procuravit cibis et potibus[1]. Mane autem facto, in multis prelocuti sunt sermonibus, et Arnoldus duxit et legitimo sibi copulavit matrimonio nobilem nobilis viri sororem nomine Gertrudem. Cum qua simul et eius accepit allodia, que in castellaria Burgensium[c] possidebat, apud Rodembergum et Ostbergium et circa Isendikam[d] et Vulendicam et Caternessam[e,2]. Veniens itaque Arnoldus cum uxore sua Gertrude suam apud Ardeam, solemniter campanis sonantibus, a clero et populo in sua receptus est ecclesia, et ibi oratione facta brevi, in sue simul cum gaudio recepti sunt mansionis castellum. Ubi triduo quasi triatherica Bachi effigiantes, cibis vacantes et potibus, in ludicris et iocis cum iocunditate et exultatione solemnes celebraverunt nuptias. Ad quas hoc memorabile, immo dictu mirabile fecit Arnoldus.

124. Quomodo idem Arnoldus scurram suspendit in eculeo.

Cum enim inter multos et multigenas confluentium ad nuptias populos scurra quidam, cervisie — ut tunc temporis mos exigebat — bibitor, in domo cum convivantibus discumberet, iactabat et in medium proclamabat, quod tantus esset bibitor, quod, si dominus sponsus ronchinum[3] vel equum quemlibet ei dare vellet, maius dolium, quod in cellario suo haberet, cervisia plenissimum, dolii tappo extracto et foramini ore semel apposito et usque ad evacuationem dolii non retracto, totum ebiberet et etiam feces exhauriret, parato sibi tantummodo loco et aptato, ubi per virilem virgam effutire, dum biberet, vel emittere posset urinam. Quod cum in pactum suscepisset sponsus, quemadmodum predixerat scurra et in pactionem acceperat, hauriendo, gluciendo et bibendo, simul et urinam faciendo — o bibitorum ingluviem! o indiscretam principum prodigalitatem! — dictis facta compensans, dolium evacuavit. Quo exhausto, prosiliens in medium scurra et in signum iocularitatis, immo ingluviei, tappum dolii evacuati gestans in ore, quem in pacto et bibendo lucrifecerat equum, clamosa voce et victoriosa constanter et audacter exigere cepit. Sponsus vero ardentibus eum intuens oculis, ei equum ad pactionem sterni et ei quantocius dari precepit. Satellites vero mox prosilientes et de conscientia domini satis sagaciter premoniti, concisis in patibulo arboribus, eum in eculeo suspenderunt. Cognovit autem Arnoldus uxorem suam Gertrudem et genuit ex ea Arnoldum cognomento Iuvenem sive Iuniorem, Manassem et Balduinum et Hugonem monachum, Adelinam, Agnetem et Alaisam.

125. Quomodo pax confirmata est inter Ardenses et Fielnenses.

Cum autem idem Arnoldus, avus meus, Ardee dominus, ad differentiam, sicuti superius memoravimus, filii sui Arnoldi Iunioris appellatus Senex, in pacis tranquillitate et in prosperitate viveret et, indignantibus Ghisnensium comite et Balinghemensibus multisque aliis, vivorum aquas fontium apud Bramas[f,4] instagnaret et includeret et vivarium efficeret et vivario molendinum superedificaret et construeret: insurgentes iterum multa vi et fortitudine Fielnenses, allodia, que in Ardea sibi contingere et ad se spectare coniectabant hereditaria, repostulabant. Sed cum Ardenses cum indignatione responderent, se nulla Fielnensium obtinere predia vel allodia, recedentes et in iram conversi et iterum accedentes Fielnenses et impetum in Ardenses facientes, eos lacessere ceperunt et fortiter inquietare. Ardenses vero non dissimiliter Fielnenses in prelium irritantes et provocantes, predas eorum sepius abduxerunt. Convocatis autem exercitibus, Fielnenses — quid enim verum dissimulare iuvat[g]? — non tantum suas, sed et Ardensium predas secum sepius cum suis reduxerunt. Porro et Ardensis dominus, avus meus, Arnoldus atrium Frelingheninsium, ut

a) ab 2. b) *deest codd.; suppl. M.* c) Bergensium 2*. d) *ita* 2*; Isenditam 1. 2. e) Cuternessam 2. f) Brancas 2a. b. 2*; Branchas 2c. g) *ita* 2c. 2*; iuvatur 1. 2a. b.

1) Nota anacoluthon. 2) Aardenburg (vel Rodenburg), Oostburg, Yzendijke, Gaternesse, a Brügge ad septentrionem. Vulendicam non invenimus. 3) 'roncin, ross'. 4) Brêmes prope Ardre.

sua securius conservare possent[a] animalia, firmo circumcinxit fossato. Quod postea in dedicatione ecclesiole in eodem atrio constitute solo equatum est. Sic autem per multum temporis invicem decertantes, invicem provocantes et utrimque alteri alterutrum partim[b] lacessentes, fremebant dentibus opposite partis alteruter in alterutrum. Sed post longam inter hos et illos altercationem et guerrantium utriusque partis assultus tandem mediantibus utriusque similiter partis amicis pace inter eos composita, amici facti sunt et in consanguinitatis amorem confederati. Predia enim Ardensium, que apud Fielnas cum inhabitantibus servis ab atrio cimiterii per medium forum circumquaque usque ad castellum continue iacebant, Fielnensibus in partem cesserunt hereditatis et permanserunt; predia vero Fielnensium, si qua habebant apud Ardeam, in perpetuam permanserunt Ardensibus hereditatem.

126. Guerra inter Ardenses et Ghisnenses, et quomodo Arnoldus Senex fossato magno et longo villam Ardee firmavit et boscum.

Post hec autem cum Arnoldus, filiis suis tam in venere delectationis conceptis quam de nobili uxore Gertrude procreatis militibus factis et in flore iuventutis vernantibus et Flandrensis curie nobilitate tumescentibus, Ghisnensi comiti Manassi servire supersederet et ei iuxta hominii tenorem non tantum devotus non existeret, sed etiam contumax et rebellis ei parere et obsequi contempneret: comes eum nimirum in multis infestavit et in multis molestavit, adeo ut comes eum sepius in suam, vellet nollet Arnoldus, effugaret — nec enim verum dissimulamus — et non sine multa utriusque[c] partis sanguinis effusione recluderet et obsideret Ardeam et ville domos et simul ecclesiam — o nephandam persequentium rabiem inimicorum! — in favillam converteret et in cinerem redigeret. Cum autem eum usque in castelli munitionem effugatum perurgeret et eum nec se convincere nec ad deditionem cogere potuisset, cum sentiret comes milites circumquaque in auxilium Ardentium confluentes et ob hoc ab Ardea recederet, exeuntes et in iram conversi et in furore ardentes Ardenses, associatis supervenientibus[d] in auxilium sibi militibus, comitem in Ghisnas, multis utrimque cesis hostibus, effugaverunt. Involuntate tamen utriusque partis treugis utrimque concessis et acceptis, et fide in pacem ad tempus utrimque data et accepta, Arnoldus, reparato exterioris Ardensis munitionis valli fossato et amplificato et sepibus et ericiis consepto et constipato, turribus et bellicis machinamentis supererectis et in defensionem[e] contra hostium impugnationem preparatis, fossatum magnum et profundum et amplum extra villam et cimiterium a superiori parte vivarii usque in Fulberti boscum vel nemus extendit, communia populi sui asiamenta et planiciem camporum non minus quam tocius Ardensis ville domos infra concludens atque muniens, et super fossatum quercus et alias simul arbores, uti usque hodie patet, plantari fecit atque precepit. Sub eodem autem temporis cursu fecit Hugonem, filium suum, in ecclesia sancti Bertini monachum deditque cum eo eiusdem loci abbati et monachis in liberam elemosinam, quicquid Bertinensis ecclesia c. 1117. usque in hodiernum diem possidet apud Rolinghem[1]. Unum est autem, quod in transcursu verborum ponimus tam mirabile quam memorabile, quod videlicet, cum inter Ghisnenses et Ardenses maior esset decertationis guerra, et Ardenses, quamdiu in terra Ghisnensium morabantur, semper comiti Ghisnensium et suis rebelles et contumaces non tantum debitum ei obsequium denegabant, sed cum indignatione eum et suos persequebantur et infestabant, et Ghisnensis comes nichilominus et sui, cum in terra Ghisnensi conversationem haberent, simili infestatione et persecutione Ardensibus insidiabantur et eos infestabant. Tamen cum extra Ghisnensem patriam in quemcumque locum, in quamcumque curiam vel aulam vel etiam in quocumque torniamento vel hospicio hii cum illis conveniebant, Ardenses, quo amplius in terra Ghisnensi comiti et suis rebelles extiterunt et contumaces, eo amplius in extraneis partibus eis[f], comiti suisque[g] Ghisnensibus, in servitio fuerunt promptiores et in fide non ficta devotiores; Ghisnenses vero, quanto in patria quantocumque iure vel merito fuerant Ardensibus truculentiores, tanto in externis locis, ubicumque simul conveniebant, illis placatum et quasi pacatum vultum exibentes, eis apparuerunt mitiores et omnimode

a) posset 2. 2*. b) *e ras.* 1 c) u. p. *des.* 2. d) su. si. i. a. m. 2. 2*. e) munitionem 2. 2*. f) eisque 1. 2a. b; *deest* 2c; eidem 2*. g) suis 1. 2a. b; suisque 2c; et suis 2*.

1) Huiusce donationis confirmatio a Balduino comite Flandrensi Bertiniensibus a. 1117. data exstat apud Simonem in chartularii Sithiensis lib. II, c. 46: *Terram etiam de Rolingehem, quam Arnoldus Senior de Arda et filius suus Arnoldus post eum ecclesie sancti Bertini tradiderunt, ego, quia ad feodum meum pertinere a quibusdam dicitur, prefate ecclesie possidendam concedo.*

cf. Rom. 12, 10. benigniores. Honore igitur invicem prevenientes, exibebant in alterutrum, quod alterutri debebant, spontaneum devotionis beneficium.

127. Quomodo Arnoldus magnam domum et excelsam fecit in castello Ardee, et eius descriptio hec est.

Postea vero, pace inter Ghisnensem comitem Manassem et Ardensem dominum Arnoldum facta et confirmata, super dunionem Ardee miro carpentariorum artificio domum ligneam [fecit[a]], simul materie tocius Flandrie domos tunc temporis excellentem. Quam quidem Broburgensis artifex vel carpentarius, in huius artis ingenio parum discrepans a Dedalo, fabrefecit et carpentavit, nomine Lodewicus. Et de ea fere inextricabilem fecit laberintum et effigiavit, penus penori, cameram camere, diversorium diversorio concludens, promptuaria sive granaria cellariis continuans et capellam in convenientiori loco ab orientali parte domus in excelso superedificans. Triplicem autem aream in ea constituit et solium solio longe a solo quasi in aere suspendit. Prima autem area fuit in superficie terre, ubi erant cellaria et granaria, ciste etiam magne, dolia et cupe et alia domus utensilia. In secunda autem area fuit habitatio et communis inhabitantium conversatio, in qua erant penora, hinc panetariorum, hinc pincernarum, hinc magna domini et uxoris sue, in qua accubabant, camera, cui contiguum erat latibulum, pedissequarum videlicet et puerorum camera vel dormitorium. Hinc in magne secretiori parte camere erat quoddam secretum diversorium, ubi summo diluculo vel in vespere vel in infirmitate vel ad sanguinis minutiones faciendas vel ad pedissequas vel ad pueros ablactatos calefaciendos ignem componere solebant. In hac etiam area coquina domui continuata erat, in qua erant due aree. In inferiori area hinc porci ad impinguescendum positi sunt, ad[b] nutriendum hinc anseres, hinc capones et alia volatilia ad occidendum et ad vescendum semper parata. In altera autem coquine area conversabantur tantum coci[c] et coquine provisores, et in ea preparabantur esce dominorum delicatissime et multimodo coquorum apparatu et labore confricate et ad vescendum parate. Ibi etiam familiariorum et domesticorum esce cotidiana[d] provisione et laboris officio preparabantur. In superiori[e] domus area fuerunt facta solariorum diversoria, in quibus hic filii, cum volebant, illic filie, quia sic oportebat, domini domus accubabant; illic vigiles et ad custodiendam domum servientes positi et constituti et semper parati custodes quandocumque somnum capiebant; hic gradalia et meicula de area in aream, de domo in coquinam, de camera in cameram, item a domo in logium, quod bene et procedente ratione nomen accepit — ibi enim sedere in deliciis solebant ad colloquendum — a 'logos', quod est sermo, derivatum; item de logio in oratorium sive capellam Salomoniaco tabernaculo in celatura et pictura assimilatam. Hec autem vobis, patres et domini, de hac domo, quam videtis, in qua et residetis, non propter vos tantum, quantum pro quibusdam extraneis nobiscum hic accumbentibus memoravimus. Nec mirum, si hospites et extranei omnia huius domus diversoria non considerent, cum multi in hac domo ab infancia educati et in virilem etatem producti, numerum etiam portarum, ostiorum, ostiolorum, fenestrarum comprehendere et scire non potuerunt.

128. Quare furnagia dantur Ardee.

Facta autem Salomoniace glorie domo, secessit in Angliam, ubi per aliquos dies cum Rege moram faciens, mire magnitudinis ursum ab eodem rege impetravit. Quem, provisis[f] et bene dispositis per terram suam in Anglia rebus, secum reduxit in Ardeam. Quo adducto et coram populo demonstrato et canibus oblatrato et fere usque ad internitionem discerpto et depilato, mirati sunt universi et in spectaculo leti facti et iocundi. Postea vero cum populus in festis diebus eum canibus oblatrari libenter inspiceret et desideraret et ursarius instinctu domini quandocumque renuerat[g] et ad comestionem ursi a populo panem exigeret — o simplicis populi insipientiam! o imperpetuum lacrimandam Scillea sonoritate domini concretam avariciam! — insipiens populus, non etiam vavassores aut clerici, sponte domino pollicitus est et compromisit, de quolibet opidi furno ad quodlibet furniamentum ad procurandum[h] ursum et pascendum panem unum ursario se daturum, et sic ludum ursi et spectaculum singulis diebus festis ad placitum suum haberent et conspicerent. Sed ve ursi ludo, per quem Ardensis

a) *deest codd.* b) et ad 2. 2*. c) *in ras.* 1. d) quotidiane 2. e) s. vero 2. f) bene pr. 2. g) quandoque renueret 2c. 2*. h) procreandum 1. 2.

populus illusus est et ludificatus et in malum usum et pravam consuetudinem attractus et corruptus! Tantum enim huius ursiaci exactio furnagii execrabilem subrepsit in consuetudinem, ut a posteris usque in sempiternum, nisi subvenerit Dei misericordia et vestra, misericordissime pater et domine[1], gratia, sine ludo ursi, velit nolit miserabilis populus, ursiacus ille panis et a dominis exigatur et iure consuetudinis extorqueatur, et sic panis ille panis doloris habeatur, quem quasi de iure habere debeat dominus; pro iure in Ardea in quibusdam locis ad hoc ab antiquitate retentis et annotatis usque in hodiernum diem furnagia perquirit, exigit et extorquet.

129. De severitate Ghertrudis.

Gertrudis autem, Ardensis domini Arnoldi uxor, licet nobilibus orta natalibus nobilitate generis gloriaretur et fastuosa verborum et actuum continentia nobilitaret et se efferret et extolleret, rerum tamen et diviciarum ambitiosa, cupiditatis vicio et avaricie infamia notabilis extitit et famosa. Unde, ut de aliis et de aliis de ea taceamus, quadam die, ut ad instaurationem berquarie[2] per terram Ardensis potestatis agnos rogare fecisset et congregare, et cum iam aliquos, immo multos congregassent[a] satrape agnos, venerunt ad cuiusdam pauperrime muliercule domunculam, in qua residebat eiusdem domicilii muliercula cum septem puerulis suis, lacrimans et queritans, quod nichil haberet, quod et ipsis quoque lacrimantibus ad manducandum apponeret. Et cum accederent servientes satrape quibuslibet servis nequiores, illudentes muliercule quasi agnum aliquem ab ea exigentes, respondit mulier simpliciter, se nec habere ovem aut bovem, sed, si vellent ipsi secum deportare puerulum unum domine sue, libenter presentaret ad nutriendum sive pascendum. Cum autem abscessissent servi nequissimi et pervenissent ad dominam et ei de muliercula[b], non tantum muliercule illudentes, sed et eam apud dominam serviliter accusantes et maligna loquentes, remissis ad mulierculam gartionibus, puerum sibi promissum exigebant; et exactum, vellet nollet muliercula, tandem obtinens domina, eum nutriri fecit et pro suo in locum agni adoptari. Sed cum puellula — feminini enim sexus erat puer exactus — ad nubiles iam accederet annos, eam, proh pudor! iam ancillam factam et ancille nomen, immo notamen habentem viro copulavit et servili conditioni cum suis heredibus deputavit et in perpetuum detrusit et demersit. Hec eadem Gertrudis cum quosdam secum, ut aiunt, liberos de terra sua, videlicet de Ostburgo, ad sibi ministrandum et serviendum apud Ardeam adduxisset, in ira et in furore verborum eos quandoque corripiens, ipsos ingratos, infideles atque servos — o crudelitatis matrem et matronam! — nominavit. Unde et a quibusdam posteris posteri eorum viles reputantur et servi. Sed et eadem Gertrudis, cum quedam[c] iuvencula admodum pulcra nomine Eremburgis, cum a quodam compatriota, serviente suo, quem secum similiter a Flandria duxerat, appostata[3] esset, ut a multis, et eum in maritum habere vellet, et ipse renueret et quasi indignam refutaret, et ipsa ad dominam[d] accurrens, et, ut servientem suum renitentem in virum accipere et habere mereretur, oblatis ei in servicium manibus, licet eam omnino refutaret uxorem, tamen vellet nollet ab ipso est desponsata, utrumque servum constituit cum suis successoribus in perpetuum. Hos tamen et alios supradictos et posteritatis eorum successores servilis conditionis obprobrio olim quacumque de causa annotatos Balduinus, pater meus[4], Ardensis domini Arnoldi et eiusdem Gertrudis filius, post aliquos annos Ardensis et ipse factus dominus, cum Iherosolimam proficisceretur, coram Deo et omni populo suo in manu abbatis beate Marie de Capella Theoderici manumisit et liberos resignavit, dum ipsi et ipsorum posteri et successores abbati iam dicto et eius successoribus annua pensione singulos redderent denarios, et in nuptiis et in morte quatuor.

130. Quomodo Arnoldus circa ecclesiam Dei devotus, tandem crucem sibi baiulans dominicam, in Anthiochiam devenit.

Arnoldus autem licet a secularibus aliquantulum haberetur in seculo secularis, Deo tamen devotus erat et in eius servitio promptus. Unde, licet capellam haberet in castello suo quasi ad succurrendum factam[5], eam[e] tamen nullus nisi in voluntate canonicorum Ardensis ecclesie deservire vel ministrare poterat aut debebat capellanus; et licet proprium

a) congregasset 2 (*corr.* congregassent 2c). b) retulissent *vel simile verbum supplendum videtur.* c) quadam 1. 2a. b. 2*. d) dñm 1. 2a; dominum 2b. c. 2*. e) cum *codd.*

1) i. e. Arnoldus comes Ghisnensis, cui auctor librum dicavit. 2) Locus berbicibus alendis idoneus. DUCANGE. 3) i. e. postposita, violata. 4) Walteri de Clusa; cf. praefat. p. 552. 5) i. e. capellam succursalem.

in domo sua semper haberet capellanum, cui etiam vestes deputavit in Anglia ad eos qui nunc in vestiarium ecclesie beate Marie de Capella deputantur redditus, tamen in ecclesia canonicorum semper, quantum seculares ei permiserunt actiones, divinum audiebat servicium, et non tantum in die, sed in nocte. Et cum ad matutinas vel etiam ad alias aliquas horas absentem aliquem sciret canonicum vel vicarium, more boni pastoris ut prepositus leniter aut rigide eum corripiebat. Sic itaque circa ecclesiam Dei et viros ecclesiasticos, quantum humane fragilitatis conditio[a] permittebat, se devotum exibebat et officiosum. Unde, sicuti in chronicalibus Flandrie scriptis[1] quandoque audivimus, cum dominice incarnationis
1095. Nov. 18. anno 1096[2], 14. Kal. Decembris, sedisset consilium[b] apud Clarum-montem, et in eo consilio[c] Urbanus papa tocius orbis populum auctoritate apostolica invitaret cum bellico apparatu adire Ierosolimam de manibus Sarracenorum et Turcorum liberandam, ipse Arnoldus, vide-
Matth. 16, 24. licet Senex, huius euangelice non surdus auditor veritatis: *Qui vult venire post me, abneget semet ipsum et tollat crucem suam et sequatur me,* signum crucis Christi in humeris suis affixit, et aptissime et devotissime tam in armis et in equis et sociis quam in sufficientibus
1096. expensis sub eodem incarnationis anno cum Francorum rege Philippo[3] et cum Flandrensi comite Roberto, Roberti Frisonis filio, peregre proficiscens et Ierosolimam adiens, pervenit et advenit Antiochiam. Ubi cognita omnibus et probata eius[d] milicie probitate et fortitudine, licet faba unica, ut asserunt, sub eodem exercitu Antiocheno Bizantinum valuisset aureum, et caput asini quinque solidos venderetur Bizantinorum aureorum[4], tamen semper fortis permanens et robustus, cum debellata fuisset a christianis Antiochia et Ierosolima, regnante Godefrido, de manibus Turcorum liberata, venerabili domino et consanguineo suo de Puteolo vel Podio sive Puio opitulante[5], quod solum optavit, feliciter et prospero cursu rediens et voti compos, in ecclesia sua apud Ardeam reportavit. Attulit enim sacri[e] insigne trophei de terra Ierosolimorum, super aurum et lapidem preciosum preciosissimum sanctuarium, scilicet de barba Domini, de ligno Domini, de petra super quam Dominus ascendit ad[f] celum. De Antiochia vero attulit de lancea Domini et reliquias sancti Georgii martiris et multas alias aliorum sanctorum reliquias. Sciendum est autem, quod in hac Antiochenorum expugnatione hic Arnoldus Senex inter[g] multos multarum nationum et gentium proceres animi virtute non minus quam prestantis corporis in milicia probitate cum primis annumeratus est primus. Militavit enim, ut in virtute Dei conspectui placeret divino. Sed dum militando cum militibus Christo militantibus divine complacuisset maiestati, complacuit et militibus, immo et omnibus, qui vel humane laudis vel etiam temporalis lucri ambitione ibi fuerunt congregati. Sed cum innumerabiles sue probitatis actus Deo commendaret, non hominibus, ne a mundanis et secularibus in tempore laudatus, in fine seculorum divine laudis et retributionis premio[h] quandoque sit fraudatus, actus sue probitatis et milicie laudabiles, quantumcumque potuit, occultavit. Mirabilem enim actionum et operum suorum gloriam vel aliis ascripsit et attribuit, vel dissimulando se ipsum Deum magnificavit et glorificavit. Sed cum
cf. Matth. 5, 14. 'non posset abscondi civitas super montem posita', quanto milicie gloriam occultare et extinguere curabat, tanto amplius laudande probitatis fama eum predicabat et in populo personabat. Nam, ut dicitur:

Quo magis occulitur, tanto magis estuat ignis.

Et tamen Antiochene commendator[i, 6] cantilene, avaricie zelo ductus et magis cupidus temporalis lucri retributione quam Arnoldus laudis humane — o gartionum et ministralium[7], immo adulatorum iniuriosa laudatio! o inercium principum indigna et inanis exultatio! — quia

Virtute et probitate per omnia nobilis heros

a) conditionis 1. b) *ita* 1. 2a. b. 2*; concilium 2c. c) *ita idem.* d) *ita correxi;* qui in *codd.*, eius in militia *M.* e) *sic* 2*; sacer 1. 2 f) in 2. g) in *codd.* h) primo 2. i) commendatorum *codd.*

1) Fortasse genealogiam iam deperditam Lambertus ad manus habebat; cf. praefationem p. 552. De die concilii Claromontani cum eo concordat quod Albricus, SS. XXIII, p. 803, tradidit. Sequentia ex carmine Richardi peregrini de expugnatione Antiochiae desumpta sunt. 2) Immo a. 1095. 3) Errat auctor; neque enim Philippum, sed Hugonem, fratrem eius, in Terram Sanctam profectum esse, notissimum est. 4) His similia a multis auctoribus tradita sunt; noster maxime cum carmine Richardi convenit. Cf. 'La chanson d'Antioche, chant quatrième', XXX, p. 245 ('Romans des douze pairs de France XI et XII'). 5) Num Ademarus episcopus Podiensis (Puy, départ. Haute-Loire), de cuius consanguinitate cum Arnoldo nil compertum habemus? Sed Ademarus iam, antequam exercitus crucesignatorum Hierosolymam adiit, Kalendis Augusti a. 1098. Antiochiae obiit, cui Pontius non ante a. 1102. successit. Cf. Gall. christ. II, p. 703. 6) Richardus. 7) 'menestriers, minstrell'.

Arnoldus eidem scurre, qui nullo nomine dignus habetur, duas caligas denegavit scarlatinas, de eo digne promerite laudis preconium et gloriam subticuit et de eo in cantilena sua, in qua ficta veris admiscens multa multorum nichilominus laudandorum gesta sub silentio intacta reliquit, mentionem[a] non fecit. Sed o laudanda et ubique terrarum predicanda Arnoldi milicia! o in omnibus seculis memoranda probitatis eius strenuitas et gloria! o humilitatis eius non despicabilis, sed inenarrabilis in virtutum operibus constancia! qui humanam nullatenus querens gloriam, scurre maluit quantumcumque munusculum denegare, quam ore scurre et nomine indigni, licet omni haberetur laude dignissimus, in orbe terrarum deferri et cum instrumento musicari vel decantari. Sed cum ignominiosus ille concentor[b] nomen Arnoldi extinguere curavit, accensa lampade virtutum fama, extulit et magnificavit. Quod enim avarus ille et cupidus nomen illi subtraxit per invidiam, immo per cupiditatem et avariciam, cognita probitatis eius gloria, ubique terrarum personuit et predicatum est ei in virtutis et laudis magnificentia.

131. Quomodo Arnoldus Iuvenis Eustachium de Hinniaco ad singulare bellum de proditione provocavit.

Arnoldus itaque, filius eius, cognomento Iuvenis propter iam dictam causam sive Iunior, tanto erat per universas corone regni Francie provintias notior et nominatior, quanto omnibus militibus in tota Ghisnia conversantibus in milicia prestantior atque gloriosior. Qui cum quadam die in curia Flandrie coram comite Theoderico[1] Eustacium de Hinniaco conspiceret et eum ardentibus oculis intueretur, eum ad singulare bellum de proditione provocavit, eo quod patrem suum et ipsum defraudasset, cum Hinniacum a comite Flandrie, contempto Ardensis dominationis hominio, indebita iuris insolentia suscepisset. Eustacius vero a comite sustentatus, diffugium tamen querens, sine responso ut proditor turpiter abcessit. Postea vero eundem Eustacium coram comite Bolonie apud Boloniam simili modo propter eandem causam de proditione provocavit ad bellum. Sed cum nichil ei, proh pudor! responderet Eustacius, cum Arnoldus in eum manus mittere se accingeret et pararet, Eustacius per ostiolum a domo digrediens, vix tandem fugiendo et retro non aspiciendo manus eius evasit.

132. Quomodo Arnoldus Senex ab Antiochia reversus filias suas maritavit.

Post hec autem Arnoldus Senex filiam suam Agnetem Franconi de Varneselia et de Harselia domino desponsavit uxorem; que concipiens peperit ei Balduinum aliosque filios et filias. Siquidem hic Balduinus, matre sua Agnete quandoque mortua et fratribus eius Arnoldo, Manasse et Balduino, Hugone quoque monacho facto[2], vivente adhuc Adelina, mortue iam Agnetis sorore, Ardensis dominationis terram habere voluit. Sed cum soror propinquior heres adiudicata est quam nepos, accepta quantacumque ab amita, videlicet Adelina, pecunia, eam et terram absque calumnia in pace reliquit. Deinde aliam filiam suam Adelinam idem Arnoldus Senex Arnoldo vicecomiti de Markinio[3] desponsavit uxorem.

133. Genealogia Markiniensium, et de morte Gertrudis.

Siquidem apud Markinium fuit olim quidam vicecomes, Ghisnensis videlicet comitis, cuius vices in absencia comitis agebat et inde nomen habebat, nomine Elembertus[4]. Hic c. 1084
Elembertus in Anglia duxit uxorem sanctissimi meriti et placite Deo vite, nomine Matildem, postea dictam et revera factam sanctam. Ex qua genuit idem Elembertus Eustacium et Paganum et Adelidem, matrem Henrici, Willelmi et Gufridi[c] de Bello vel Bealloco[5]. Sed Mathilde mortua et ad pedem turris ecclesie Markiniensis honorifice, prout debuit et promeruit, sepulta, cum ad venerabilem eius tumbam sepe et sepius innumera comparuerint[d] miracula, meritis et intercessione pie et Deo care matrone sancte Mathildis superedificaverunt merito filii eius et populus sepulcro eius quandam, ut adhuc conspicitur, capellulam, in qua, dum de ea et per eam maiora contingerent et conspicerent[e] miracula, pausare posset

a) mensionem 1. b) *sic* 2^c; contentor 1. 2^a. 2^*; contemptor 2^b. c) Guifridi 2^b; Gunfridi 2^c; Gonfridi 2^*. d) comparuerunt 2. e) *ita codd.*; conspicerentur *M.*

1) Regnavit a. 1128—1168. 2) V. supra c. 126. 3) Merck prope Calais. 4) *Vicecomes Elembertus de Marcenes* occurrit a. 1084. in charta fundationis monasterii Andrensis; v. Dachery IX, p. 345 sqq.; ed. alt. II, p. 783. 5) Belle, a Bolonia ad orientem.

et requiescere. Huius tamen sanctissime mulieris ossa utrum a parentibus suis, siquidem Anglicis, utrum a Scoticis, ut aiunt quidam, abstracta et alibi fuerint collocata, melius est sub dubitatione quasi nescire, quam dubitando temere quasi pro certo diffinire. Postea duxit idem Elembertus Adelidem, senis Eustacii de Liskis sororem. Ex qua genuit Arnoldum, qui, patre suo Elemberto quandoque mortuo, et fratribus suis, Eustacio videlicet et Pagano[1], altero post alterum in vicecomitatum provectis et sine corporis sui herede mortuis, Markiniensem factum comitem[2] et Ardee dominum; et Simonem de Markinio, patrem Eustacii et Willelmi et Iwiani[a] de Calquella; et Nataliam, Henrico de Ghisnis, patri Guffridi baronis, traditam uxorem; et Windesmodam, Pagano de Norhout, et Clarisciam, Reinaro figulo de Tornehem, et Heilam, Balduino Harscaro de Inderham, et Beatricem, primum Rogero de Basinghem, et Belam sive Elizabeth, Willelmo de Erlehem, et Sarram, Fulconi de Mercuricio, patri[b] Symonis de Calcata, legitimo desponsatas matrimonio. Processit itaque Gertrudis in diebus
c. 1137. suis, et non minimo de morte filii sui Manassis[3] in terra Ierosolimorum mortui dolore concepto, non minus quam etate confecta, macerata et gravis facta, resoluta est in mortem, et a filiis quidem deplorata, sed a populo siccis oculis et labiis vix apertis acclamata et in cimiteriali ecclesia sancti Audomari Ardensis honorifice sepulta.

134. Quomodo Arnoldus Senex mortuus est, et Arnoldus Iuvenis Ardensis dominus effectus est.

Arnoldus vero Senex non multo tempore post, diutino langore correptus et afflictus, cum mortem magis desideraret quam vitam, nec tamen mori quam cicius voluit potuisset, fecit sibi apportari parvam cruceolam, quam in collo suo per argenteam cathenulam appensam de sepulcro Domini reportaverat, in qua pilum unum de barba Domini reconditum vere credebat. Qua allata et collo suo per cathenulam circumligata, vix orationem dominicam post inunctionem olei dicere et finire potuit, cum, circumstantibus filiis suis et amicis et populis, cruceolam manibus amplectens et pacis osculo venerationem ei exhibens et valedicens omnibus, obdormiens in Domino migravit a seculo. Et lugentibus filiis suis et universo populo cum clericis, sepultus est Ardee in templo cimiteriali iuxta sepulcrum uxoris sue Gertrudis. Arnoldus autem, filius eius, Iuvenis sive Iunior sive etiam Rufus nominatus, Ardensis dominus effectus est et prepositus. Qui cum esset corpore plenus, statura inter proceres procerus, facie decorus, miles nominatissimus, rebus opulentissimus, genere preclarus, duxit in uxorem comitis Flandrie Theoderici[4] neptem, virginem quidem tam formosam quam generosam, nomine Petronillam de Buchenio, inclitis parentibus et opulentissimis oriundam. Eodem tempore Balduinus, frater eius, qui et pater meus, cum virgine quadam — pudet iam, et ecce non pudet dicere — patrui sui, Radulfi scilicet canonici, filia, nomine Adela, rem habuit; que concepit et peperit ei filium, ista vobis referentem, me de Clusa Walterum. Postea vero idem Balduinus, pater meus, cum quadam alia eminentis, immo supereminentis forme, generose nobilitatis iuvencula, Roberti canonici et nobilis uxoris sue Adelidis filia, nomine Natalia, virginabat et ex ea genuit Symonem, iam adultum et iuvenem mortuum, et famosissimi nominis puellam nomine Margaretam, ex qua genitus est Balduinus Bastardus, Willelmi[5], fratris Ghisnensis comitis Balduini, filius, et Werinus, Werini Morinensis ecclesie canonici filius. Arnoldus autem Iuvenis, patruus meus, antequam nobilem Petronillam duxisset uxorem, cum puella quadam de Herchem nata nomine Helewide rem habuit et ex ea genuit Robertum, nepotem domine videlicet Adeline quasi appropriato nomine vocatum; qui apud Colsbergium[6] nobilem et opulentam duxit uxorem nomine Matildem; ex qua genuit Arnoldum et fratres eius. Qui videlicet Arnoldus postea duxit in uxorem Christianam, magistri Lamberti Ardensis ecclesie quandoque presbiteri filiam; ex qua genuit Balduinum et fratres eius. Item Arnoldus Iuvenis, patruus meus, cum quadam puella Ardee rem habuit et ex ea genuit Mabilam Rufam, cuidam Iohanni de Oudelando iuxta Liskas desponsatam uxorem; ex qua multos habuit filios Iohannes. Siquidem hic

a) Viviani *corr.* Iwiani 1. b) *sic* 2b. 2*; patris 1. 2a. 2c.

1) *Elembertus cognomento Paganus, scilicet vicecomes de Marcnes*, subscripsit chartae c. a. 1130. ap. Willelmum, Dachery IX, p. 414 sq.; ed. alt. II, p. 801. 2) Nota anacoluthon. 3) Occurrit in charta a. 1116. ap. Willelmum, Dachery IX, p. 395; ed. alt. II, p. 796. 4) Qui factus comes a. 1128. 5) De quo v. supra c. 23. 6) Colembert, a Bolonia ad orientem.

Arnoldus Iuvenis, patruus meus, postquam nobilem duxit uxorem Petronillam, licet extra patriam munificus et liberalis et expensaticus diceretur et circa miliciam, quicquid militantium et torniamentancium consuetudo poscebat et ratio, quasi prodigaliter expenderet, in patria tamen non tam avarus fuit quam parcus. Unde et maximum auri et argenti dicebatur habere thesaurum. Licet enim a subditis parum vel[a] nichil nisi quod ex debito et iure ei debebant exigeret, tamen tam proterve et inhumane redditus et alia debita sua et iura exigebat, ut subditi sui et multi alii eum infestum habebant et odiosum. Uxor autem eius Petronilla, iuvencula quidem Deo placita, simplex erat et timens Deum et vel in ecclesia Deo sedulum exibebat officium, vel inter puellas puerilibus iocis et choreis et hiis similibus ludis et poppeis sepius iuvenilem applicabat animum. Plerumque etiam in estate nimia nimium animi simplicitate et corporis levitate agitata, in vivarium, usque ad solam interulam sive camisiam reiectis vestibus, non tam lavanda vel balneanda quam refrigeranda vel certe spacianda, per vias et meatus aquarum hic illic prona nando, nunc supina, nunc sub aquis occultata, nunc super aquas nive nitidior vel camisia sua nitidissima sicca ostentata, coram militibus nichilominus quam puellis se dimisit et descendit. In his igitur et hiis similibus benignitatis sue modos exprimens et mores, tam viro quam militibus et populo se gratiosam exhibuit et merito amabilem.

135. Quomodo Arnoldus Iuvenis a nequissimis servis et siccariis interemptus est.

Arnoldus autem Iuvenis, vir eius, quanto militibus gratior et acceptior et superioris dominationis principibus Ghisnensibus minus in servitio promptior et devotior, tanto inferioribus et subditis quadam inpropitiationis immanitate truculentior et superbior. Unde et quidam servi eius et subditi, familiares tamen eius et coquinarii, aliique de cognatione eorum exasperante[b] et prava progeniti, ad eum interficiendum coniurati in mortem eius conspiraverunt. Una igitur dierum, cum idem Arnoldus in solemnitate sanctorum innocentium Dec. 28.
mane egressus ab Ardea apud Bramas secessisset, quasi missam saltem extra ecclesiam stando auditurus — nec enim Ardensibus licebat canonicis aut presbiteris divina celebrare misteria eo presente, nec quandiu foret in Ardea, eo quod, in presentia Morinensis episcopi iuri stare citatus, contumax et rebellis obedire contempneret, et ob hoc ecclesiastici rigoris et excommunicationis sententia perculsus[c] —, quidam de traditoribus nequissimis et sceleratis de numero illorum, qui in mortem eius coniuraverunt[d], accurrens ad ipsum et accelerans, perfidissimi et perditissimi proditoris Iude more mentiens, dixit, quod quendam rusticum divitem audisset et vidisset in Fulberti nemore secus viam, que duxit[e] apud Norhout, eminentiorem tocius nemoris quercum abscidentem[f]. Ille vero, ut erat in terra, ut iam diximus, avarus et cupidus et in subiectos truculentus et tirannus, putans et sperans de rustico, qui tamen nullus erat, magnam se adepturum pecuniam, cum solo proditore solus, ne forte percipiatur a rustico, in Fulberti nemus digreditur. Sed cum per angustissimam semitam ad sonitum proditorum in quercum malleantium quasi ad sonitum ascie rustici quercum abscidentis[f] solus cum solo properaret, extrahens clavam sequens garcifer et proditor, quam in nemore ad iam conceptum perpetrandum facinus occultaverat, heu! dominum, heu! militem militarem, immo milicie gloriam, heu! speciosum forma pre filiis Flandrensium in cf. Ps 44, 3
primo ictu capitis ab equo in terram protrahit et prosternit. Et accelerantes alii tante proditionis complices et[g] conscii, manus in eum iniecerunt et, extractis spatulis[h] sive misericordiis[1] immisericordissimis[i], eum immisericorditer iugulaverunt. Equus autem eius apud Ardeam, quasi truculentos metuens siccarios, perterritus auffugit et recurrit Garcifer quoque, qui eum iugulaverat, aliis in mortem domini secum commaculatis hic illic diffugientibus, quantocius potuit, quasi huius rei nescius, in coquinam suam — unus enim erat de coquinariis — adhuc sanguine commaculatus domini recipitur. Videntes autem famuli eius et armiger et equum adhuc insellatum et quasi perterritum ad ipsos confugientem, timuerunt, ne forte dominus suus aliquo casu, non tamen tam maligno, ab equo corruisset. Cum autem ipsum quererent, ecce viatores quidam et alii[k] simul admixti non pedetentim progredientes,

a) aut 2. b) exasperati et prave 2*. c) percussus 2*. d) *corr. postea manus alia* coniuraverant 1, *et ita* 2*. e) *ita* 1. 2a. *V. p.* 634 *l.* 18. f) abscind. 2. 2*. g) *deest* 2. h) patulis 2. 2*. i) immisericordissimi 2*. k) a. quidam 2. 2*.

1) i. e. cultellus brevis. Cf. quam Ducange IV, p. 431, affert chartam communiae Atrebatensis a. 1211: *Quicunque . . . curtam spatulam vel misericordiam . . . portaverit* etc.

sed quantum potuerunt gressum accelerantes, accurrerunt, vocem timentium vel tumultuantium clamore magno vociferantes et ingeminantes: dominum in Fulberti nemore enecatum, morti datum et iugulatum se vidisse referunt. Tunc vero meror et luctus omnium plangentium manibus atque dicentium: 'O ubique predicatum Ardensis loci infortunium! o in omnibus seculis Ardense dedecus, licet immeritum, et obprobrium!'

136. Quomodo Balduinus, frater eius, Ardensis dominus effectus est.

Balduinus autem, frater eius, qui et pater meus, cum apud Ghisnas cum Arnoldo Gandavensi ad vescendum resideret, audita tanti fama infortunii, accepto secum cum aliis militibus Gandavensi Arnoldo, cuius se prius contra Albertum Aprum confederaverat amicicie[1], apud Ardeam ocius advolavit. Et cum fratrem suum de nemore cum luctu et planctu uxoris, fratrum et sororum, militum et populi, in domum suam Ardee in feretro reduxisset, servato et vigilato[a] eo in dolore et lacrimis una nocte, quoniam[b] quidem, eo quod excommunicationis erat vinculo innodatus, ecclesiasticam sepulturam ei exibere non potuit: quod autem potuit faciens, extra atrium antiquioris ecclesie Ardee iuxta magnum fossatum, quod pater suus dudum fecerat ab australi parte templi, eum non sine multorum clamore, planctu et lacrimis collocavit. Mox quesitis mortidatoribus et proditoribus et consciis et consiliariis, et multis inventis, alios inrotavit, alios imparticavit, alios caudis iumentorum protrahendos et discerpendos adhibuit, alios in propriis domibus reclusos igne combussit, alios et alios diversorum diverso genere tormentorum afflixit. Multi vero de afflictorum parentibus pre timore et pudore non audentes[c] palam hominibus in patria comparere, perpetuum hic illic subierunt exilium. Postea vero uxori fratris sui, nobili matrone Petronille, super dotalicio suo omnimode, prout decuit et debuit, satisfaciens pater meus, et eam ad suos apud Buchenium quantocumque potuit honore reducens, Gandavensi Arnoldo non minus quam Flandrensium comiti Theoderico hominio exhibito, Ardee dominus effectus est et prepositus.

137. Quomodo, vulnerato Balduino, abbas de Capella Theodericus ad eum accessit, et quomodo Balduinus eidem abbati ecclesiam Ardee dedit et previlegiavit.

Nec mora, circiter hoc tempus Balduinus, pater meus, apud Alderwicum cum Gandavensi Arnoldo, qui in Ghisniam, vivente adhuc Beatrice, Alberici Apri uxore, progressiva successione Ghisnensis comitatus herede, contra iustum fasque piumque violenter iam irruperat, ad Almari-vallum, quod Ad-Florem nominaverunt Broburgenses, in quo Broburgensis castellanus Henricus eiusque fautores ad Ghisnensis terre defensionem et subventionem contra Gandavensem Arnoldum et suos in castellulo inopinate[d] facto quasi inclusi latitabant, et ad resistendum et oppugnandum parati, properavit. Ubi invicem, hinc assilientes, hinc se defendentes, maximum belli certamen inierunt, cum ecce Broburgensium sagittarii in Arnoldum et suos invalescentes Ardensem dominum, patrem meum Balduinum, in tractu sagitte in capite fere usque in cerebrum graviter vulneraverunt[2]. Vulnerato itaque fere ad mortem patre meo et apud Ardeam in sua tandem reducto, multi nobiles, multi viri religiosi et clerici ad videndum eum et consolandum ad eum convenerunt. Inter quos advenit etiam nominatissimi tunc temporis loci venerabilis abbas beate Marie de Capella Theodericus. Qui inter loquendum cum eo multa, consolandum atque monendum hoc etiam saluberrimum anime suum consilium in verbo mellito et salutifero proponendo aperuit[e] et exhortando insinuavit, quod, cum homo omnino laicus esset et litteras ignoraret, ecclesiastica amministrare beneficia, prebendas dispensare clericis vel altaria, prepposituram aliamve dignitatem in sancta obtinere vel baiulare ecclesia, contradicentibus et super hoc anathematizantibus[f] autenticis scriptis[g] et sanctorum patrum decretis, ei nullatenus liceret; et semel ammonitus, nisi quantocius resipisceret, symoniace pravitatis macula turpiter infuscari et cum Symone Mago in partem societatis apud inferos demum retrudi, saluberrime ammonitionis verbo denunciavit. Balduinus autem, pater meus, libenter audiens et in mente colligens, sed et in accepto vulnere temporalem mortem et in eterne damnationis posse quandoque relabi mortem metuens, repletus mane et mature Dei misericordia et Spiritus

a) iugulato 1. 2b. c. 2*; iugulato *corr.* vigilato 2a. b) quandoquidem 2. 2*. c) audientes 1. 2a. d) inopinante 2. 2*. e) *sic* 2b; apparuit 1. 2a. c; apperuit 2*. f) anathesantibus 1. 2. g) scripturis 2*.

1) Vide supra c. 60. 2) Vide supra c. 58.

sancti paracliti debriatus et perfusus gratia, ad saluberrimum venerandi abbatis et confessoris eius consilium, convocato mox Ardensis ecclesie canonicorum capitulo militibusque et sororibus suis et populo, coram omnibus et hoc ipsum annuentibus et vocem laudis in excelsis Deo extollentibus Ardensis ecclesie prepossituram, immo totam Ardee ecclesiam cum[a] omnibus appendiciis eius et pertinenciis et dignitatibus sub eadem libertate et sub eodem dominandi et possidendi iure quo ipse et predecessores eius eam usque ad hoc tempus tenuerant, in manu iam dicti abbatis et monachorum suorum ibi presentium resignavit et in liberam et perpetuam elemosinam eis et eorum successoribus libere concessit, liberius dedit liberrimeque in hunc modum — nam 1144.

Sensum verborum memini, si verba tenerem —

previlegiavit:

Universis[1] *sancte matris ecclesie filiis B., Dei permissione heres et dominus Ardee ecclesieque sancti Audomari Ardensis dictus prepositus, salutem imperpetuum. Quod ad cultum Dei et ad reverentiorem sancte Dei ecclesie honorem convenire dinoscitur, omnimode executionibus, in quantum sufficimus, promovere necessarium duximus et saluberrimum. Unde cum prepositura Ardensis ecclesie nobis hereditario iure successit*[b] *habenda, hinc clericorum sive canonicorum in eadem ecelesia servientium considerantes negligentiam, hinc periculum et eternum anime pensantes exidium, eo quod prepositura ecclesiastica dispensanda et manu laicali disponenda, nisi nos vani docuere parentes, salutifere nobis nullatenus accidere queat, quedam altiora super Ardensis ecclesie statu altiore consilio destinavimus. Accepto itaque super eiusdem ordinatione ecclesie divino responso sanoque consilio a domino Milone, Morinensis ecclesie episcopo, et abbatibus et multis ecclesiasticis personis et laicalibus, Ardensis opidi paribus et veteranis, Morinensis ecclesie non minus quam Ardensis capitulo annuente et benivolum assensum prebente, concessimus et in quietam possessionem dedimus venerabili abbati Theoderico et monachis sancte Marie de Capella, in villa antiquo nomine Bruquam dicta degentibus, et eorum successoribus omnia iura omnesque dignitates, que in ecclesia sancti Audomari Ardensis nobis hereditario iure successerunt, totamque eandem ecclesiam cum universis eiusdem ecclesie rebus et possessionibus et appendiciis et pertinenciis perpetuo iure possidenda: hoc addito, quod, mortuo uno iam dicte ecclesie clerico sive canonico, succedet ei monachus, sicque, omnibus mortuis canonicis, monachi succedent in locum canonicorum et libere obtinebunt ecclesiam, et quotcumque*[c] *demum abbati placuerit monachi, in dispositione abbatis ecclesiam et possessiones ecclesie dispensabunt. Ut autem hec donatio tractu temporis minime paciatur recidivum*[d] *nulliusque possit malicia vel odio turbari, molestari vel infirmari, presentem chartam scribi et testibus roborari et sigilli nostri appensione communiri fecimus et Taruanne Remisque, uberius*[e] *et Rome confirmandam misimus. Huius rei testes sunt: Domnus Milo Morinensis episcopus, Premonstracensis ordinis canonicus, Philippus et Alulfus archidiaconi totumque Morinensis ecclesie capitulum, domnus Leo abbas Sancti Bertini, domnus Guffridus abbas Andrie, domnus Henricus abbas de Liskis, Balduinus Mondolphus decanus, Arnolphus cantor, magister Richoardus, Eustacius et Robertus canonici totumque eiusdem, Ardensis videlicet, ecclesie capitulum, Hugo et Bernardus, de Wisso, de Bramis presbiteri, Theodericus comes Flandrie et Philippus et Matheus, filii eius, Arnulphus etiam Ghisnensis comes et Balduinus, filius eius, Arnulphus Marciniensis vicecomes,* sororius noster[2], *Drogo Botech, Walo de Ardea, Arnolphus Gohel, qui et castellanus Ardee, Elbodo de Norhout et Paganus, frater eius, Eustacius et Balduinus de Balinghem, Balduinus Walameth aliique multi christianissimi populi. Facta est autem hec transactio in ecclesia sancti Audomari Ardensis et in plena synodo Teruanne solemniter recitata et approbata dominice incarnationis anno* 1144.

Nec moveamini, patres et domini et maxime capellani et clerici, si in recordatione huius privilegii minus plene verba formemus. Nam cum verbo ad verbum de lingua in linguam cuiuslibet etiam diserti vel periti interpretatione verba sumuntur, minus proprie minusque concinne proferuntur, presertim cum laicali lingua quomodocumque bene a cle-

a) *sic* 2^{c}. 2^{*}; et in *corr.* in 1; in $2^{a.\,b}$. b) successerit 2^{*}. c) quodcumque *edd.*; *fortasse* placuerint *corrigendum. Vide p.* 632 *l.* 5. d) reciduum 2^{b}. 2^{*}. e) *ita edd.*; uberimus 1; uberrimus 2^{a}, *sed postea* urbibus *man. al. superscriptum*, urbibus $2^{b.\,c}$. 2^{*}.

1) Hanc chartam ex Lamberto deproptam publici iuris fecerunt Duchesne, 'Hist. généal. de Guines', pr. p. 175; Gall. christ. X, instr. p. 403; Miraeus, Op. dipl. I, p. 179; Ann. Praem. I, p. 187. 2) Verba *sororius noster* ut a Waltero de Clusa, simulato narratore, inserta intelligenda esse, patet.

ricis accepta vel audita reserantur. Hoc autem in pactione huius commutationis canonicorum in monachos positum est, quod, quandocumque canonicorum eiusdem ecclesie aliquis vel moreretur vel prebendam suam etiam vivens, quemadmodum Symon de Houdinghem[a] Ardensis ecclesie canonicus fecit, monachis sponte relinqueret, in loco canonicorum substituerentur monachi et in dispositione abbatis de Capella quotcumque monachi eam obtinerent et ei deservirent.

138. Quomodo abbas Theodericus ecclesiam Ardee a quibuscumque opus erat personis privilegiari sibi et confirmari perquisivit et impetravit.

Abbas itaque et monachi, gratanti animo grato Deo et sibi beneficio gratulanter et ovanter accepto, ad consilium patris mei Balduini et virorum religiosorum nichilominus et Ardensium canonicorum, concessam sibi et ecclesie sue datam et confirmatam a patre meo, et audientibus et assensum prebentibus Ghisnensium comite Arnoldo et Balduino, filio eius, et Flandrie comite Theoderico et Philippo et Matheo, Ardensem cum appendiciis eius ecclesiam in liberam sibi elemosinam libere et absolute imperpetuum possidendam a Morinensis ecclesie episcopo Milone primo et eiusdem loci capitulo et a Remensi archiepiscopo[b, 1] et a summo sedis apostolice pontifice confirmari et privilegiari, impetravit. Hac igitur amoris et gratie vicissitudine inter patrem meum et abbatem et monachos vigente et de die in diem valescente, postquam de vulnere capitis et lesione vere et sincere convaluit et ab infirmitate, facti sunt unum par amicicie, facti sunt quasi cor unum et anima una, adeo ut, quicquid pater meus apud Capellam in ecclesia postularet, monachorum facilem propitiationis sentiebat effectum, bone voluntatis affectum in operis executione percipiebat et efficatia[c]. Unde et similis vicissitudine dilectionis, omnia quecumque vellet aut[d] postularet pie devotionis abbas a patre meo, et pater meus voluntati eius obtemperare non differret.

139. Quomodo Balduinus Ardensis dominus vendidit abbati de Capella molendinum de Bramis cum adiacentibus terris et marisco et etiam piscariam.

Postea vero pater meus, accepta in uxorem Broburgensis castellani nobilis Henrici et Rose, Ghisnensis comitis Manassis filie, filia Beatrice, iustissima Ghisnensis comitatus herede et iam Ghisnensis terre — nec enim verum dissimulare decens est — comitissa[2], ipsaque post paucos dies mortua et in ecclesia beate Marie de Capella quanta potuit honorificentia sepulta, multis implicitus est negociis pater meus et ad plurima plurimis solvenda compulsus est debita. Nam et ea que vel in militando, antequam in Ardensis dominationis promoveretur honorem, contraxerat, vel que satisfaciendo fratris sui uxori nobili Petronille in recompensationem dotalicii sui aliis debitis accumulaverat, vel que etiam terram suam relevando hic illic a terrarum principibus sollicitudinis sue debitis adiunxerat, creditoribus solvere non tantum tenebatur, sed etiam cogebatur. Et cum iam etiam[e] ea, que ipse crucigerulus in sancto peregrinationis itinere quandoque secum differre[f] deberet, provida sollicitudine et vigili curiositate meditando et perquirendo mentem iam quasi dilaceraret et corpus: memorato abbati et monachis de Capella, ut amicis dilectissimis, ut viris religiosissimis et sanctissimis, molendinum de Bramis cum adiacentibus quibusdam terris suis et marisco et piscaria, que in Ardensis aque filo est ab orientali molendino Ardee usque in Houdledam apud Mercuricium defluentem[g], et digna vendidit pecunia et in liberam ei contulit et confirmavit imperpetuum possidendam elemosinam. Unde et abbas[3], cum non sufficeret ei pecunia ad satisfaciendum patri meo super emptione illa[h] tam utili et ecclesie sue necessaria, feretrum beate Marie et quasdam cruces depilavit et ab auro et argento decrustavit et expoliavit. Inde ergo occasione sumpta, quidam ecclesie beate Marie de Capella emuli et adversarii mentiendo in medium iactant, quod pater meus Ardensem cum pertinenciis eius et dignitatibus ecclesiam, symoniace pravitatis et facinoris zelo ductus et seductus et circumventus, iam dicti loci abbati et monachis vendiderit; cum tamen, ante huius molendini, huius[i] terre, huius[i] marisci et piscarie emptionem et solutionem anno uno fere et dimidio transcurso, Ardensem ecclesiam eo quo iam diximus modo divine pietatis et remunerationis

a) Boudinghem 2. b) archiepiscopi 1. 2a. c) efficatiam 2c. 2*. d) et 2*. e) *fortasse* circa *corrigendum vel addendum.* f) deferre 2*. g) deficientem 2. h) ista 2. i) *deest* 2c. 2*.

1) Samson sedit a. 1140—1161. 2) Cf. supra c. 60. 3) Theodericus sedit c. a. 1141—1149.

intuitu, non eandem ecclesiam deprimendo, sed altioribus et dignioribus personis honestando et in altioris ordinis statum et gradum convertendo et producendo, non alicuius Symoniace machinationis emulatione ab eadem Ardensi ecclesia canonicos expellendo vel removendo, sed in omni sanctitate et religione viros sanctos et religiosos et heremitice et apostolice vite monachos in ea introducendo, libere et absolute in liberam contulit eis et confirmavit elemosine possessionem.

140. Quomodo monachi manserunt iuxta molendinum apud Bramas.

Abbas autem, mox ut obtinuit apud Bramas molendinum et terram adiacentem cum marisco et piscaria, misso apud Bramas venerabili viro Caradocho, postea in ecclesia beate Marie de Capella abbate[1], iuxta molendinum domos edificavit et capellam et fossato circumcinxit et sepibus inclusit et sic ibi monachorum cellam construxit; ubi et dominus Caradochus primus constitutus est prior. Venerabilis itaque vite Caradochus et quidam alius nomine Basilius iuste et pie in omni sanctitate et religione ibi solitariam et quasi heremiticam vitam degentes, Deo omnimode placere intendebant et hominibus. Quapropter, ut vel sic, sicut et in aliis quibuscumque[a] poterant actionibus, patri meo complacere possent, dominum Arnoldum Iuvenem sive Iuniorem[b], fratrem eius, extra atrium Ardee imbloccatum[2], ad cellam suam apud Bramas adduxerunt et eum ita imbloccatum extra parietes capelle sue, eo quod ibi non esset atrium adhuc benedictum neque cimiterium, quam propius potuerunt, collocaverunt.

141. Quomodo Ardensis dominus Balduinus Ierosolimam peciit.

Post vero circiter huius temporis decursum cum pater meus Balduinus, preparatis omnibus in sancte peregrinationis itinere sibi necessariis, sanctum iter arripere deberet, ut Ierosolimam peteret, venerabilis abbas Theodericus, ne magnifici ab eo accepti beneficii quandoque ingratus inveniretur, iuxta viri sapientis ethicam accepti non immemor beneficii, optimum equum ferrandum, non alicuius Symoniace malignitatis recordatione premonitus aut premunitus, ut quidam monachorum emuli garriunt, sed solo divini amoris intuitu et in auxiliarem sancti itineris sustentationem liberaliter obtulit et gratis, immo gratuito munere presentavit. Preparatis igitur omnibus in itinere sibi necessariis, pater meus Balduinus, sociatis sibi terre sue militibus, Balduino videlicet Wallaviecto et Marchilio de Bredenarda et quibusdam aliis, cum Flandrie comite domino suo Theoderico et cum multis Flandrie baronibus, sub patrocinio et ducatu nobilissimi regis Francie et sanctissimi Ludovici cum multis Francorum baronibus, militibus etiam et innumeris populorum milibus[c], Ierosolimam petiturus, iter arripuit et, ut dominicum venerari et, quod tamen nunquam visurus erat, sepulcrum videre mereretur, quanto potuit mentis[d] et corporis affectu, properavit. Profectio autem ista facta est dominice incarnationis anno 1146[3], mense Maii. Commen- 1147.
daverat autem prius et servandam dederat terram suam Arnoldo Gohel seniori de Surkis, eo quod castellanus Ardee dicebatur et erat, et quia eum prudentem virum cognoverat et sibi fidelem, Arnoldo tamen, sororio suo, Markiniensium vicecomite, super hoc magis grunniente et immurmurante quam benivolum prebente assensum.

142. Quomodo Balduinus mortuus est in itinere et in mari[e] proiectus suis postea non comparuit.

Proficiscentes igitur per terram et Romaniam ingredientes, pervenerunt tandem Con- 1147.
stantinopolim, ubi multa perpessi incommoda, cum Constantinopolitanum sibi iam sensissent imperatorem infidelem et insidiosum, in Propontidis sinum devenerunt. Inde in Sathaniam vel Seteliam[f. 4] Francorum totus congregatus et extensus exercitus, multa sustinuit mala et infortunia. Multi enim fame, multi aeris inclementia, multi adversantium insidiis et ictibus, multi invalitudine corporis, multi qualicumque infirmitate correpti, interierunt[5]. Inter quos

a) quibusdam 2. b) *ita* 2. 2* *et semper antea;* minorem 1. c) militibus 1. 2; millibus 2*. d) meritis 1; meritis *corr.* mentis 2a. e) mare 2b. 2* *saepius.* f) *ita correxi;* Secliam 1; Secliam 2a; Secliam 2b; Seciliam 2c, Siciliam 2*.

1) Qui sedit abbas post Theodericum c. a. 1149—1166. 2) i. e. insepultum relictum et non nisi tumultuaria lapidum congerie opertum. Cf. Ducange III, p. 765. 3) Potius a. 1147; cf. supra c. 65. 4) Satalieh in Pamphylia; cf. Albricum ad a. 1149, SS. XXIII, p. 839: *Quando autem fit aliqua mentio istius expeditionis christianorum — — expeditio de Setelia vulgariter appellatur propter civitatem Seteliam sub soldano Yckonii, ad quam per mare delapsi sunt, et ibi alios, qui per Constantinopolim abierant, exspectabant.* 5) Cf. Sigeberti contin. Praemonstratensem, SS. VI, p. 453.

et pater meus non, ut mentiuntur quidam, fame deperiit, sed invalitudine corporis debilitatus et totis viribus destitutus, morti succubuit; et, sicuti prius rogaverat, in mari proiectus, suis amplius nunquam comparuit.

143. De pseudoperegrino, qui se Balduinum de Ardea simulavit.

Fuerunt tamen quidam, qui tricesimo, postquam huius sancte peregrinationis iter susceperat pater meus, anno apud Plancas iuxta Duacum[1] eum vidisse assererent. Anno
1176. enim dominice incarnationis 1176. fuit quidam pseudoperegrinus religiose conversationis habitum gerens, qui sub specie religiose sanctitatis, sub ovina simplicitate, incautos et simplices forsitan ut prius et postea multos facilius ludificare et decipere posset, Duacum advenit, ubi sub albi velleris vestibus[2] circuiens vicos et plateas, penitentie vestes, saccum et cilicium, quasi non sponte piis et simplicibus ostentans hominibus, penitencie scalorem sub nivea barba et prolixa et reverenda capitis canicie simulavit. Addidit etiam, sed tamen quasi se ipsum quis esset occultare volens, quod Ardensis opidi quondam fuisset heres et dominus Balduinus, sed ut Christum lucrifaceret, in abiectis vestibus exulare et piis operibus insudare, quam in suam Ardeam redire et hereditariam domum et possessionem iterum subire, se pocius elegisse, mendaci lingua et fallaci asseruit. Hic igitur quicumque vel qualiscumque Balduinus cum iam dicti loci burgensibus[a] necnon et adiacentis provincie principibus loco et tempore locutus, ad consilium eorum viam, que a Duaco duxit[b] ad Plancas, viatoribus ad transeundum admodum gurgitosam et difficilem, transitivam et transmeabilem terrea mole et lapidibus facere et in calcatam construere percepit[c]. Et super eam mansiunculam et domicilium faciens, operantibus in via operariis necessaria procuravit. Ipse vero asino vectus, terre principes, abbates et burgenses et universum adiacentis terre populum in auxilium vie multa rogavit et multa perquisivit. Et ut[d] populi sibi venaretur et acquireret favorem, multa in oculis populi — o subdolum hominem et ypocritam! — pauperibus quasi dispersit et erogavit, multa vero sibi et suis complicibus reservavit. Tandem vero notus et immo quasi notus factus, abbati et canonicis Hinniacensibus se Balduinum Ardensem nominavit. Prior ergo domus nomine Guffridus, ut audivit ipsum et se Balduinum Ardensem nominantem, apud Ardeam, eo quod ipse prior de Ardensis terre partibus oriundus esset, ocius advolavit, indicans Ghisnensi comiti et Ardensi domino Balduino et uxori sue Christiane, quod avunculus suus Ardee dominus Balduinus adhuc viveret et apud Plancas iuxta Duacum quasi peregrinus maneret. Addidit etiam multa alia, que ab eo didicerat et audierat et viderat. Comes vero Balduinus rem quasi fantasticam audiens, Balduinum Ardee dominum dudum in sancta peregrinatione Ierosolimitana mortuum et in mari proiectum fuisse, constanter, ut vere potuit, affirmavit et dixit; istum autem Balduinum, qui apud ipsos nuper emerserat, trutannum[3] esse et populi seductorem et pseudoconversum, non ambigeret[e]. Unde ad ipsum ire neque mittere curavit. Ego autem ut audivi, patrem meum vivere, non fixo modo credidi, sed tamen, assumptis mecum aliquibus amicis meis senioribus, qui patrem meum olim bene agnoverant, quasi nescientibus comite et comitissa, ad ipsum perrexi; locutusque cum eo multa, quandoque cum solo solus, quandoque cum aliquibus adiunctis, nichil in eo percipere potui, sed neque qui mecum ad ipsum venerant socii, unde certiores de eius noticia esse potuimus. Imputatum est tamen michi a plerisque et improperatum, eo quod invicem alter alteri applausissemus, quod multa dedisset michi munera, ut eius filium me assererem. Tandem vero ab eo recedentes, vix in patriam ad comitem redivimus, cum ipsum a loco Plancarum secessisse et maximum thesaurum asportasse et ipsum vere trutannum fuisse audivimus et vere cognovimus.

144. Item quomodo Markiniensis vicecomes Arnoldus de Colvida nominatus Ardee dominus effectus est.

Balduino igitur, patre meo, apud Sathaniam verissime mortuo et in mari proiecto, fama volat et eius mortem Markiniensi vicecomiti Arnoldo de Colvida, sororio suo, denuntiat. Markiniensis igitur vicecomes impiger Arnoldus Ghisnensis comitis Arnoldi amorem sibi conciliavit, et hominio ei exibito, ad Flandrie comitissam Sibilam, Cibelem sive Cebiliam nominatam properavit. Comes enim Flandrie Theodericus Ierosolimam peregre profectus

a) brugensibus 1; burgensibus e *corr.* 2a. b) ducit 2*. c) precepit 2b. c. 2*. d) ubi 2 (*corr.* ut 2c). e) ambigere 2b.

1) Douay. 2) i. e. in vestibus monachi Praemonstratensis. 3) i. e. 'truand'.

nondum rediit[1]. Cum igitur Arnoldus Markiniensis terram, que in ministerio sive in castellaria Brugensium, et alia, que in Ardea ex parte uxoris sue Adeline sibi a Balduino, sororio suo iam mortuo, exciderant et contigerant, a iam dicta Flandrie comitissa repostularet et relevare, uti adhuc moris est et consuetudinis usus, vellet, surrexit Balduinus de Varneselia et de Harselia dominus, dicens, se Ardensis dominationis et honoris propinquiorem esse heredem, quam Markiniensis Arnoldus. Sed cognita tandem rei veritate, cum mater Balduini de Verneselia[a] Agnes, soror siquidem Ardensis domini quondam Balduini et Adeline, Markiniensis Arnoldi uxoris adhuc vive et superstitis, dudum mortua esset, ut dignum utique[b] et iustum erat, propinquior heres adiudicata est Ardensis quondam domini Balduini soror Adelina, quam sororis eius Agnetis filius Balduinus de Varneselia. Ad consilium tamen amicorum suorum centum marchis Balduino de Varneselia datis, et pace inter Arnoldum et Balduinum confirmata, Markiniensis Arnoldus, iam dicte Flandrensi comitisse, uti mos inolevit et debuit, hominio exibito, Ardensis honoris factus est heres et dominus. Congratulabantur ergo ei Ardensis opidi pares et tocius Ghisnie barones, congratulabantur et alii milites et universe terre populi. Principibus enim superioribus in[c] terrarum magnatibus extra patriam, prout maiestati eorum convenire et expedire discreta consideratione novit et debuit, cum reverentia servivit in magnificentia et gloria. Paribus autem se socium exibuit et militibus commilitonem mitem et affabilem, milites vero miro venerabatur affectu. Unde etiam in terra sua residens, decem milites, nunquam vero pauciores, familiares sibi et semper collaterales, capellanum quoque et clericos et honestissimam secum in omni liberalitate et munifica sufficientia detinuit familiam. Talem igitur se non solum in terra sua, sed etiam extra terram suam exibuit, quod in rei munificentia et reverendi principatus continentia magis videretur et plerumque diceretur comes quam inferioris alicuius dominationis princeps aut dominus.

145. Quomodo idem Arnoldus a Brammis monachos Ardee transtulit et post pusillum temporis ab Ardea expulsos iterum apud Ardeam revocavit.

In primis igitur monachos, qui apud Bramas manebant, cum omnibus edificiis suis apud Ardeam transtulit et ibi eos iuxta ecclesiam, que sita est in cimiterio eiusdem loci, manere fecit, ubi usque hodie mansionem habent et conversationem. Alaisam autem, uxoris sue Adeline sororem, adhuc puellam et usque in finem dierum suorum, ut dicitur, virginem, sed et innuptam, ad petitionem uxoris sue Adeline apud Welenas iuxta Tournehem manere fecit; et quamdiu viveret, eiusdem ville redditus in sustentationem et procurationem ei concessit. Primus igitur Ardee prior venerabilis nominis et vite monachus Caradocus, mox ut in Ardea manere cepit, ad consilium venerabilis abbatis sui Theoderici, et reverendo patri et domino Morinensis ecclesie episcopo Miloni primo super excessu, quo Ardensis quondam dominus Arnoldus Iuvenis sive Iunior ei obligatus tenebatur, pro quo et imbloccatus adhuc sine honore fuerat super terram, omnino satisfaciens, eundem Arnoldum a Bramis apud Ardeam transtulit[2] et reduxit eum in cimiterio [et[d]] in claustro sub macerie et australi parte templi honorifice sepelivit. Postea vero cum venerabilis pater Theodericus ad regendum Bergensis ecclesie, unde assumptus fuerat, monasterium revocaretur et in eodem, Bergensi videlicet, 1149. monasterio fuisset resumptus abbas et constitutus, venerabilis memorie Caradocus in ecclesia beate Marie de Capella assumptus est abbas et constitutus, et dominus Basilius Ardee prior effectus est secundus. In cuius tempore cum turris ecclesie, que sita est in foro Ardee, corruisset, Ardee dominus Arnoldus de Colvida, raptis et violenter extortis Ardensis ecclesie redditibus et monachis omnibus, excepto solo Henrico Boterello de Bredenarda, qui in ipsa persecutione solus utcumque latuit et remansit, ab Ardea effugatis et propulsis, eandem turrim reparari fecit. Sed cum monachi eundem dominum Arnoldum, eo quod ipsos exagitaverat et ab ecclesia sibi data et concessa sine causa turpiter expulerat, excommunicatum tenerent, non sustinuit ulterius Arnoldus, sed fere per triennium exulatos et demum, ut oportuit et debuit, revocatos in ecclesia sua monachos restituit et ablata in voluntate eorum

a) *ita hoc loco* 1. b) utrique 2. 2*. c) et *corrigendum videtur.* d) *deest* 1. 2a

1) Rediit paullo ante ebdomadam paschae (April. 3.) a. 1149. secundum Annales Cameracenses, SS. XVI, p. 517.
2) i. e. ante annum 1149, quo anno Caradocus Theoderico in abbatia successit; v. supra c. 140.

restauravit. Post hec autem cum recessisset ab Ardea Basilius, factus est Ardee prior tercius Willelmus de Leda. Post quem Boldekinus de Rolinghem quartus, liberalis quidem monachus et dilectus hominibus principibusque terre et ecclesiarum prelatis per omnia placens et laudabilis.

146. Quomodo Balduinus de Hondescoto personatum ecclesie de Hondescoto ad tempus obtinere impetravit.

Eo itaque tempore, quo idem Balduinus[1] monachus prioratum Ardee procurabat, mortuo Willelmo Moranno de Hondescoto, accessit ad eundem priorem Balduinum Balduinus, eiusdem Willelmi Moranni filius, et personatum ecclesie de Hondescoto, quem pater suus Willelmus Morannus per unum annum vel duos ab Ardensibus canonicis et a monachis pro quocumque censu annue pensionis prius tenuerat, repostulavit. Et ad memoriam revocans et reducens, quod

Luc Phars I, 281 *Semper nocuit differre paratis,*

datis ilico in restaurationem iam dicte turris centum solidis, eundem personatum, inconsulto abbate et monachis de Capella, eo pacto quo ipsum pater suus prius tenuerat, presentibus tamen et contradicentibus Ardensis ecclesie monachis et canonicis quibusdam adhuc superstitibus, a priore Balduino recepit et usque hodie quasi hereditario iure tenet, immo detinet. Et quicquid Ardensis ecclesie possessores monachi de iniuria sive violentia sibi ab eo illata calumniando vel reclamando dictaverint[a],

Nutibus et motu capitis digitoque minatur
Et sibimet loquitur: 'Teneo longumque tenebo;
Queque pater tenuit, nunquam nisi morte relinquam'.

147. Quomodo, audita Ardensium historia et cessantibus pluviis, Arnoldus de Ghisnis spaciatum digressus, audit Marcum de Bosco occisum et mortuum.

Hactenus Ardensis Walterus nobilitatis
Gesta refert, laudantque senem, laudatur origo
Ardensis generis tanteque propaginis auctor,
Pre cunctis dominus, de cuius munere vivunt.
Et cessant pluvie, celoque serenificato,
Ad se Raulinum dominus vocat et Simonettum,
Et iubet, ut secum veniant, sociisque relictis,
Cum pueris graditur puerilia facta recensens,
Et dicit: 'Veteres veteres mirentur avosque;
Sed nos, qui iuvenes iuvenilibus utimur armis,
Laudemus iuvenes et nostri temporis annos
Et nostros socios. Quod enim Rasoreus Hugo,
Eustacius, comites alii fratresque tacentur,
Laudantur veteres; sed quam[b] meruere moderni,
Laude tamen careat, qui nostros iudicat annos'.
Accedunt dictis fratres vocemque loquentis
Voce favorali laudantque probantque vicissim,
Alternis vicibus iuvenesque senesque probantes.

Quoniam igitur Ardensem historiam, quanta studii sedulitate competentius potuimus, Ghisnensium historie, ut a primo huius operis exordio proposuimus, Melebeico[c, 2] more inseruimus et continuavimus, ad ea que restant Ghisnensium gesta, in quibus et caput et finis nostri consistit operis, recurramus.

Arnoldus igitur de Ghisnis, ingruentibus pluviis in domo diutius cum sociis detentus, licet in ore cognati sui Walteri Ardensem historiam, in qua se ipsum cognosceret, libenter audisset, cessantibus mox Hyadum fluctuationibus aereque sereno facto, prosiluit, et quasi ab ergastulo carceris dissolutis vinculis egressus, in aeris serenitate admodum letificatus, cum sociis suis et commilitonibus per villam spaciatum a domo digreditur[d]. Et ecce nuncius advolat, qui Marchum de Nemore sive de Bosco, patris sui servientem, apud Montorium

a) dictaverunt 2c. 2*. b) quem *codd.* c) in elebeico *codd.* d) egreditur 2.

1) Idem qui supra *Boldekinus* nominatur. 2) Verg. Eclog. I.

ad mensam comitis residentem et in scutella Manassis, filii comitis, convescentem, barbata Willermi Pragoti de Nileis sagitta in corde inopinate suscepta, interemptum et mortuum denunciat.

148. Litigium super Ardensi ecclesia inter Arnoldum et monachos.

Parvo autem postea interiecto temporis spacio, Arnoldus de Ghisnis ad consilium patris sui Ghisnensis comitis Balduini et quorundam aliorum, Romanam videlicet curiam frequentantium clericorum, Hugonem abbatem et monachos de Capella beate Marie de[a] Ardensis ecclesie prebendis et de monachis ab Ardea removendis et de canonicis in eodem loco restituendis, cum litteris per magistrum Philippum de Nemore et per magistrum Adam, Morinensis ecclesie quandoque canonicum, et per quosdam alios cursorios, in Romana curia notos clericos et magistros, ab Alexandro, Lucio et Clemente, summi pontificatus et apostolice sedis rectoribus, ut potuerunt, acquisitis et impetratis, coram delegatis tandem a summo pontifice Clemente iudicibus, Hugone Cameracensi et Iohanne Attrebatensi decanis et magistro Gerardo Cameracensi canonico, ad altercandum et litigandum provocavit. Sed pace inter eos quacumque qualicumque modo coram iam dictis iudicibus composita et conformata, monachi ut prius in loco suo usque hodiernum diem Ardee remanserunt. Hoc autem super Ardensis ecclesie in pristinum statum revocatione inter Ghisnensem comitem Balduinum et Arnoldum, filium eius, ex una parte, et Hugonem abbatem et monachos de Capella beate Marie ex altera parte factum est altercationis litigium Cameraci in domo episcopi coram supradictis iudicibus et multis tam Cameracensis quam Attrebatensis ecclesie et aliarum episcopalium ecclesiarum archidiaconis, decanis, canonicis, clericis, abbatibus quoque et prioribus et prepositis, simul et monachis et multis aliis ecclesiasticis personis, dominice incarnationis anno 1190, pridie Kalendas Novembris[1]. 1190.

149. Quomodo Arnoldus duxit Broburgensem castellanam Beatricem.

Succedente itaque tempore, post quatuor fere annorum decursum curriculum nobili 1194. puero Broburgensium castellano nobilissimi Walteri filio Henrico, nondum iuvenilibus attactis annis, sine corporis sui herede circiter festum sancti Michaelis mortuo et in ecclesia Sept. 29. beate Marie Broburgensis, prout decuit, honorifice sepulto, Arnoldus de Ghisnis, relicta et postposita Eustochia sive Eustachia, comitis Sancti-Pauli Hugonis Candentis-Avene dicti, quam prius affidaverat, filia[2], ad consilium patris sui Ghisnensis comitis Balduini adhuc superstitis et benevalentis, opitulantibus nobili advocato Willelmo de Bethunia et fratribus eius domino Canone[b] et Albemarle comite Balduino[3] et venerabili postea[4] Cameracensium episcopo Iohanne et Henrico nichilominus de Balliolo, ad cuius nutum Broburgensis tunc temporis disponebatur castellaria, strenuissime nobilitatis iuvenculam, nobilissimi stemmatis et prosapie virginem, liberalibus eruditissimam disciplinis atque docibilem, moribus et vita, prout tenera adhuc exigebat etatula, gloriosam, eminentissima prestantissimi corporis specie Cassandre vel etiam Helene invidiosam, in omni sapientia Minerve consimilem, in rerum copiis Iunoni coequatam, unicam et iustissimam Broburgensis castellarie heredem, nobilissimi pueri Broburgensis castellani Henrici iam mortui et sepulti sororem[5], etiam Broburgensem castellanam, acquiescentibus venerabilibus sancte matris ecclesie rectoribus, Remensium videlicet archiepiscopo Willelmo[6] et Morinensis ecclesie antistite Lamberto[7], legitimam uxorem legitimo sibi adiunxit et copulavit matrimonio, et Ardeam et Colvidam cum omnibus Ardee simul et Colvide appendiciis et pertinenciis in dotem ei[c] concessit. Verumtamen cum ad tante nobilitatis contrahendum matrimonium viri nobiles iam dicti prepotentes et discreti convenissent, et Arnoldus de Ghisnis propter quoddam cuiusdam vidue, Agnetis videlicet de Skibborna, molendinum apud Pepelinguas[8] dirutum et convulsum ecclesiastica dudum perculsus extitisset censura et excommunicationis sententia auctoritate Remensis archiepiscopi Willelmi innodatus fuisset et involutus, mandavit pater eius Ghisnensis comes Balduinus, per insufficientes quidem et sine autentico nuntios, ignorantibus immo nobis, qui licet indigni in Ardensi ecclesia tunc temporis sacerdotali

a) ñ̄ *superscr.* 1; et 2. 2*. b) *ita codd.* c) eis *codd.*

1) Haec Lambertum ex charta sumsisse, patet.
2) Vide supra c. 96. 3) De quo v. supra c. 114.
4) Electus a. 1200. 5) Quorum mater erat Mathildis, soror Willelmi de Betunia; vide Duchesne p. 134. 6) Sedit a. 1175—1202. 7) Sedit a. 1191—1207. 8) Peupelingue prope Calais.

1194. fungebamur officio, sicut ecclesiastici tenor ordinis exposcebat et ratio, ipsum sufficienter vidue et sancte satisfecisse ecclesie et per Stephanum Romanum, Audomarensis ecclesie canonicum et Remensis archiepiscopi Willelmi officialem, omnino esse absolutum: quatinus in signum absolutionis filii sui Arnoldi, Ardensis domini et Ardee conversantis parrochiani, campanas sonare nullatenus ecclesie differremus. Sed quoniam ipsum, ut iam diximus, alicuius autentici viri auctoritate absolutum nondum didicimus aut certo modo cognovimus et ob hoc sub aliqua presumptionis temeritate sonare et eius voluntati obtemperare, plus quam ei complacuisset, nec tamen ad duarum discursum horarum, quousque videlicet nostram ad consilium eius per omnia facturi ei presentassemus presentiam, distulimus: ante portam venerabilis viri et locupletissimi Mathei de Sutkerka, coram filiis suis Arnoldo et aliis multisque militibus et populis, nobis quasi rebellibus nobisque eius voluntati obedire et obtemperare dedignantibus et contemnentibus inclamavit et intonuit adeo, ut in tonitruo verborum eius contumelias et terrores, obprobria et improperia nobis intonancium et fulmine oculorum ad instar carbonum in innocentiam nostram scintillantium et inflammantium attoniti et stupefacti, ab equo qualicumque ad pedes eius in extasim, ingemiscentibus et miserescentibus filio suo Arnoldo et fratribus eius omnibusque hoc ipsum audientibus et videntibus, prolapsi sumus et corruimus. Milites vero comitem corripientes, nos, virum despicatum, virum dolorum et exanimem, virum vix spiritum recolligentem, super equum, ut potuerunt, restituerunt, et invicem in via et mutuo tantum comiti locuti sunt, quousque[a] apud Alderwicum pacatum nobis comes exhibuit vultum. Sed nunquam postea ut prius, nisi in pertractandis negociis suis, nobis faciem suam iocundam aut iocosam ostendit, sed nec vultum quidem adeo placatum. Hec est autem maxima causa, nec tamen primaria, quare ad recuperandum videlicet eius amorem et gratiam huic operi insudare concepimus. Desponsata igitur uxore sua nobili Beatrice Broburgensi castellana, Arnoldus de Ghisnis apud Ardeam solemnes fecit nuptias, quales nec antea nec postea in tota Ghisnia factas esse vidimus aut audivimus. In primo autem vespere, quando sponsus et sponsa in uno collocati fuerunt lecto, comes, divini spiritus repletus zelo, vocavit nos et filios nostros Balduinum et Willelmum et Robertum presbiterum Alderwicensem, innuens nobis et volens, ut aqua benedicta expergeremus sponsum et sponsam, simul et lectum eorum thuris et aromaticis gummis et pigmentariis ad hoc ipsum preparatis ambiremus et incensaremus[1] ipsosque benediceremus atque Deo commendaremus. Quod ut ad voluntatem comitis devotissimam in omnibus et per omnia, quanta potuimus sedulitate et officiosa devotione, peregimus, dum recederemus, comes in divini adhuc perseverans amoris devotione et spiritualis virtutis gratia, elevatis in celum oculis et manibus, addens aiebat[b]: 'Domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus, qui benedixisti Abraham et semini eius et gratiam benedictionis ipsis contulisti, effunde super nos misericordiam tuam et benedicere dignare hos famulos tuos lege sancte copulationis et matrimonii rite coniunctos, ut in amore tuo divino vivant et concorditer perseverent, et multiplicetur semen eorum in longitudinem dierum et infinita secula seculorum'. Et respondentibus nobis: 'Amen', subiunxit: 'Tibi autem, fili karissime et primogenite Arnolde, super omnes filios meos michi amantissime, si qua consistit patris in filium benedictionis gratia, si qua est ab antiquis patribus michi relicta benedicendi copia et gratia, eandem benedictionis gratiam, quam quondam Deus pater patri nostro Abrahe, Abraham filio suo Ysaac, Ysaac autem filio suo Iacob et semini eius contulit, si qua est fidei nostre devotio, tibi confero'. Et coniunctis manibus, et inclinato ad patrem capite, et Deum patrem pio murmure Arnoldo invocante, subintulit comes expressius loquens et benedictionem confirmans: 'Tibi benedico, salvo iure fratrum tuorum; tibi, si quam habeo benedictionem, relinquo hic et in secula seculorum'. Et respondentibus omnibus: 'Amen', a camera omnes quisque in sua digrediuntur.

150. Quomodo castellana peperit filias suas et Balduinum, et de obsidione Sancti Audomari.

Concepit igitur in progressiva temporis successione nobilis castellana Broburgensis et Ardensis domina vere beata Beatrix a viro suo nobili Arnoldo de Ghisnis et peperit Beatri-

a) quoque *codd.* b) agebat 1. 2.

1) i. e. 'encenser, beräuchern'.

cem, Christianam et Matildem. Postea vero cum Flandrie comes et Hainonie Balduinus, 1198. gloriosissimi quondam Flandrie comitis nepos Philippi[1], dominice incarnationis anno 1198. obsedisset burgum Sancti Audomari, et Ghisnensis comes Balduinus partes eiusdem Flandrie comitis Balduini contra potentiam regis Francie Philippi et contra Audomarenses infra muros suos inclusos omnimode confoveret[2], Arnoldus de Ghisnis foras muros Audomarensium in tractu balistarii, non longe a porta versus Boloniam dirigente, unde et Boloniensis dicitur, cum Broburgensibus populis simul et Ardensibus suis in papilione vel tentorio residens glorioso, bellici machinamenti turrim, Babylonice turri in altitudine coequatam, super omnes in Audomarensis burgi excidium turres machinatas longe eminentem, turribus et virgarum transtris et sepibus cum omnibus in tantis assultibus necessariis pertinenciis edificavit. Et per eam et ex ea, quantis potuit viribus, Audomarensium muros, licet amantissimum sibi consanguineum[3] Willelmum Audomarensem castellanum in eis sub rege Francie Philippo omnibus prefectum ad defendendos Audomarenses et protegendos vere cognosceret, Boloniensium comite Reinaldo Falkembergam et omnem adiacentem eiusdem castellani Willelmi terram interim devastante, mirifice lacessivit, assiluit[a] et insultavit, adeo ut in tantam Flandrensis comitis Balduini incideret gratiam, ut idem comes Flandrie de doliis auro et argento plenis, ad guerriandum regem Francie sibi ab Anglorum rege Richardo collatis, infinitam pecuniam denariorum esterlingorum ad redimenda vadia sua ei distribuit. Post hec autem Audomarensibus ad deditionem compulsis et coactis, Flandrensium principis Balduini familiarissimus permansit et amicus precipuus. Unde cum idem Flandrie comes Balduinus Ierosolimam peregre proficisceretur[4], ad redimenda vadia sua et debita solvenda 1201. ducentas marcas liberaliter ei contulit et in perpetue dilectionis signum dedit. Et de terra Alostensium, que ex parte uxoris sue nobilis Beatricis, hoc ipsum non ignorantibus omnibus Flandrie baronibus, ei contingebat, in expectationem maioris recuperationis et gratie terram de Moro et de Iatheca[b] imperpetuum retribuit possidendam. Circiter autem huius temporis cursum concepit iterum virago nobilis et prepotens matrona Broburgensis castellana et Ardensis domina inter beatas beatissima Beatrix et peperit Ardee mellifluum puerum Balduinum, quem catecizavimus et ad percipiendam nove legis et sacri baptismatis gratiam et nove regenerationis sacramentum in sacro fonte baptizavimus. Peperit et Ardee Adelidem et secundam Beatricem, quas similiter consignavimus[5] et ad veteris hominis expiationem in novi hominis candidationem, Christo mediante et baptismi gratiam et sacramentum confirmante, baptizavimus.

151. Quomodo quidam milites hinc comitem Bolonie, hinc comitem Ghisnensem guerraverunt[c].

Intumescentibus[d] terrarum longe lateque principibus, et increbrescentibus guerris, adeo ut milites quidam hic illic terrarum principes et comites lacessere et infestare non pertimescerent, Eustacius de Hammis, multum in probitate et virtute corporis sui multumque in nobilitate generis confisus, Boloniensi comiti Reinaldo in multis irrogavit. Multa enim ei, raptis predis, captis hominibus, damna intulit, maximum dedecus et perpetui[e] signum obprobrii impressit. Sed tandem Eustacius Boloniensi comiti Reinaldo in virtute generis sui et milicie — generationem enim eius, immo milicie probitatem quis enarret? — reconciliatus, Ghisnensem comitem Balduinum, non tamen simili mente vel simili modo, infestare cepit. Sed pace inter eos demum facta et confirmata, comes ei perpetue pacis vinculum, firmissimi et continui amoris subsidium, sororis sue Ghisle et Walteri de Pollario filiam nomine Matildem desponsavit uxorem. Guydonem autem de Campis quis nesciat Ghisnensi comiti Balduino[f] sepius insultasse, et homines suos captivos abductos, et predas a Scalis et Helbedinghem abstulisse, Engelramnum quoque de Erninghesem quasi latrunculum in terram[g] Ghisnensium[h] clanculo et nocte accessisse et terram[i], ut potuit, proh pudor! depredasse? Econtra Hugo de Walo apud Minthechas et Symon de Calcata[k,6] iuxta eandem Calcatam[l],

a) assilivit 2. 2*. b) *ita codd.*; Iacbeca *M.* *(Iacbeke ad fluvium Scaldim)*. c) guerriaverunt 2. 2*. d) I. igitur 2. e) perpetuum 2. 2*. f) Balduini 1. 2a. g) terra 2. h) Ghisnen 1; Ghisnensi 2. i) et in terram 1. 2. k) Caltata 1. 2a. l) Caltatam 1. 2a.

1) Balduinus comes Hanoniensis comitatum Flandriae iure uxoris hereditavit, quippe qui duxisset Margaretham, filiam Theoderici, sororem Philippi comitis Flandrensis († a. 1190. ante Acron). 2) Cf. Flandr. Gener. contin. Claromar. c. 9, SS. IX, p. 329; Willelmum Andr. c. 121. 3) Vide c. 46. 4) a. 1201. in Terram Sanctam profectus est; cf. Flandr. Gener. contin. Gislen., SS. IX, p. 326. 5) Confirmationis sacramentum impertiri baptizato. DUCANGE. 6) La Chaussée prope Calais.

Nivenna[1] et alibi in terra Boloniensium comiti Bolonie Reinaldo irrogantes et damna inferentes, nichilominus fecerunt infra[a] quam potuerunt. Tempore illo Manasses, Ghisnensis comitis Balduini huius nominis secundi filius, mariscum et pasturam, ab antiquo omnibus in Andrensi parrochia conversantibus Ghisnensis quondam comitis Balduini huius nominis primi, Ardensis cenobii restauratoris, munificentia factam et concessam et datam communem, et monachorum eiusdem loci quendam similiter mariscum, ut aiunt, proprium perfodi fecit et in turbas[2] dissecari. Cui cum obloqueretur Radulfus de Fielnis et iniuriam Deo sibique et suis omnibusque in parrochia conversantibus et manentibus illatam detestaretur, vix impune tulit. Unde et in iram commotus ab Andria ad tempus recedens, cum Fielnensibus ceterisque parentibus suis ad tempus conversatus est. Abbas[3] vero et Andrensis ecclesie monachi, immo et tocius Ghisnensis decanatus presbiteri, omnes in iam dicto marisco vel pastura per violentiam fodientes vel in turbas dissecantes, fautores, operatores et eorum defensores auctoritate Morinensis episcopi Lamberti anathematis vinculo innodaverunt.

152. Quomodo Arnoldus de Ghisnis magno fossato circumcinxit Ardeam.

Intumescentibus igitur, uti iam diximus, hinc Ghisnensi comite Balduino et suis, illinc Boloniensi comite Reinaldo et suis, et altero in alterum quantas in posse erat opponente insidias, cum Arnoldus de Ghisnis patrem suum Ghisnensem comitem Balduinum omnia castella sua omnesque munitiones suas, licet firmas et munitas, communientem conspiceret et refirmantem, ad consilium patris sui et Ardensis opidi parium simul et burgensium Ardeam suam, eo quod in umbilico et in meditulio Ghisnensis terre sita aliis Ghisnensis terre castellis et opidis opulentior iam cepisset fieri et indignantibus adversariis invidiosa, et ob hoc maiori curiositate eam conservare intenderet, validissimo ad instar Audomarensis fossati conclusit et ipse et circumcinxit fossato, quale nunquam in Ghisnensi terra conceperunt manus aut conspexerunt oculi. Fuerunt igitur ad iam dictum faciendum et fodiendum fossatum operarii non pauci, licet asperitate temporis et famis inedia magis[b] quam labore diei et estus afflicti: operarii tamen invicem confabulantes et iocosis verbis plerumque laborem sublevantes, famem temperabant. Ad tanti autem spectaculum fossati multi multis de causis conveniebant. Pauperes enim, qui nec erant operarii, in delectationem perspecti operis rerum penuriam non sentiebant. Divites vero milites et burgenses et plerumque presbiteri et monachi non tantum semel in die, sed pluries ad tam mirificum cotidie in delectationem corporis conveniebant spectaculum. Quem enim, nisi pigrum et etate vel curis emortuum, tam doctum geometricalis operis magistrum Symonem fossarium cum virga sua magistrali more procedentem et hic illic iam in mente conceptum rei opus non tam in virga quam in oculorum pertica geometricantem domosque et grangias convellentem, pomeria et arbores florentes et fructificantes concidentem, plateas non tam festis quam profestis diebus ad omne omnium transeuntium asiamentum summo studio et labore paratas conspicantem, curtilos[4] cum oleribus et linis fodientem, sata ad restituendas vias diruentem[c] et conculcantem, licet a quibuslibet indignantibus et ingemiscentibus et ei sub silentio maledicentibus, non delectaret aspicere? Hic enim rustici cum bigis marlatoriis[5] et carris[d] fimariis calculos trahentes ad sternendum in via, in moffulis[6] et scapulariis se ipsos ad laborem invicem animabant. Hic et fossarii cum fossoriis, ligoniste cum ligonibus, picatores cum picis, malleatores cum malleis, novaculatores[7] sive rasores cum rasoriis, paratores quoque et wallatores et deuparii[8] et hiatores[9] cum convenientibus et necessariis armamentis et instrumentis, oneratores etiam et buttarii[10] cum hoccis, et cespitarii cum cespitibus oblongis et mantellatis[11] ad placitum magistrorum in pratis quibuscumque concisis et convulsis, servientes etiam et cachepoli cum virgis et asperis virgis, operatores invicem provocantes, invicem ad laborandum instigantes, preeuntibus semper operis magistris et geometrice scrupulantibus, operantur. Et in opus nunquam nisi in labore et erumna, in horrore et dolore finiendum operarii impelluntur et angariantur.

a) infracturam? b) magni 1; magnae 2. c) *ita* 2*; durientem 1. 2. d) curtis *codd.*

1) 'Le Nieulet, cours d'eau qui suit les marais depuis Ardre jusqu'à la mer et donne son nom au fort Nieulet' (prope Calais). M. 2) Francogallis 'tourbe', nostris 'torf'. 3) Iterius. 4) 'courtil, garten'. 5) Gallis 'marle', nobis 'mergel'. 6) 'moufle, muff' (fausthandschuh). 7) Qui agrum novalem (brachland) ad cultum redigunt. 8) Quid hoc verbo sibi velit, nescio. 9) 'hier, einrammen'. 10) 'butte, erdhügel'. 11) Francogallis 'mantelet', nobis 'mantel, schutzwehr'.

153. Quomodo Flandrie regina Portugalensis Mathildis Furnenses domare volens ab ipsis Furnensibus et Blavotinis exsuperata est.

Interim autem Flandrie quondam comitis Philippi uxor et comitissa, Therasia apud suos Portugalos[1], apud nos Mathildis cognomento regina dicta[2], cum apud Flandrensis ditionis castellum sive burgum Insulas[3] dictum in dote sua[4] resideret et sibi per omnia fideles et obnoxios Broburgenses exosos haberet et infestos, eo quod multa ab eis exigeret, que nec ipsi nec predecessores sui nunquam[a] dare consueverant, et Furnenses[5], eo maxime quod Blavotinos 1201. [6] nunquam domare vel subiugare potuit, congregatis exercitibus suis et universis dotalicii sui militibus, et non tantum in terra sumptis[b] populis sed et extra sumptis, in subversionem Broburgensis non minus quam Furnensis territorii populorum in manu forti et brachio extento cf. Deut. 5, 15 cum universo exercitu suo per Poperingas[7] transiens, apud Audomarensis prepositi villam nomine Alverinchem[8] circiter festum sancti Iohannis superba resedit et eandem, Iun. 24. nimis laxatis licentie frenis, foraginando, depredando, modum excedendo devastavit. Broburgensis vero castellanus Arnoldus de Ghisnis cum suis Broburgensibus et Ardensibus simul et Ghisnensibus in terra Broburgensium residens, dominam suam reginam in marginibus Broburgensis terre prestolabatur, non ut in eam insurgeret, sed, si quid violenta[c] depredatione vel devastatione in terra Broburgensi audere presumeret regina vel interciperet, se et terram Broburgensium viris et viribus defendere omnino paratum exiberet. Sed cum regina barbarico impetu in Furnenses cum omni potentatu suo temere insurgeret, insurrexit et quidam Blavotinorum dux et princeps nomine Hebbenus vel Herebertus[9] et Walterus de Hondescote et alii quidam cum suis fautoribus et adiutoribus Blavotinis et aliis simul admixtis in reginam et suos et infinitam multitudinem exercitus regine in fugam perverterunt, et alios vulnerando, alios a principalibus membris detruncando, alios more suo iugulando, alios alio genere mortis perimendo, alios captivos ducendo, alios incarcerando, alios in satis et in fossatis semivivos relinquendo, alios in ore gladii ante se fugando, ab[d] aliis predas quas ab innocentibus plebibus abduxerant diripiendo, ipsa regina, cum paucis hominibus in castellum suum apud Furnas et abhinc nocte apud Dunkerkam aufugiente, vix evadente, bello confecerunt, superaverunt et exterminaverunt. Broburgensis autem castellanus Arnoldus de Ghisnis, non tam gaudens et exultans quam de facto quod opus esset sollicite cogitans, cum semper domine sue regine fidelis esse et obnoxius et in fidelitate semper disposuisset perseverare, iuxta patris sui consilium, ad postulationem et preces ipsius regine, ipsam reginam cum quibusdam, quos secum habebat, militibus usque in sua securitatis con ductum amminiculavit.

154. Quomodo Ghisnensis comes Balduinus a calcata et fossato inter Axlas et Nivenna Mercuriticos removit et confecit.

Sub eiusdem fere temporis cursu cum Boloniensis comes Reinaldus Ghisnensi terre semper invideret et Ghisnensibus, eo quod Ghisnensem comitem Balduinum in magno marisco et spacioso, qui dicitur Regis-mariscus, qui etiam, ut aiunt, utramque terram, Ghisnensem videlicet et Boloniensem, suis abscidere[e] debet intersticiis, et circa margines utriusque terre et divisiones et in firmatione Sangate multa in ipsum et de ipso presumpsisse assereret: ad preceptum eiusdem comitis Bolonie Reinaldi, in expeditionem[f] regis Francie 1203. Philippi contra Iohannem Anglorum regem in Normannia apud Radepontem[10] commorantis, Eustacius monachus de Cohorte sive de Cursu[11], Bolonie tunc senescalus, populum Mercuritici territorii et tam equites quam pedites convocavit, et eis sub interminatione et periculo

a) unquam 2*. b) in trā sumptis 1; in transumptis 2 (*corr.* intra sumptis 2c). c) violentia 2. d) et 2. 2*. e) abscindere 2b. c. 2*. f) expeditione 2. 2*.

1) Filia Alphonsi I. regis Portugaliae. 2) Ita etiam dicta ap. Gislebertum, SS. XXI, p. 551. et saepius; Flandr. Gener. c. 13 et 14, SS. IX, p. 330 sq.; Vit. Alberti ep. Leod. c. 2, SS. XXV, p. 140. 3) Lille. 4) Cf. Flandr. Gener. c. 9: *Alteram vero partem* (scil Flandriae) *donaverat idem comes propter nuptias uxori sue Mathildi, hoc est Insulam et Duacum et plures ac bonas villas hinc inde iacentes, Casletum, Watenes, Bergas, Burburgium totamque maritimam regionem.* 5) Furnes in Flandria Occidentali. 6) Easdem discordias narrat Willelmus Andrensis c 130. 7) Poperingue, ab Ypres ad occidentem. 8) Alveringhem, inter Furnes et Ypres. 9) *miles Herbertus nomine de Vulfringhem* Willelmus l. l. 10) Radepont, départ. Eure, arrond. les Andelys. — De tempore cf. quae disputavi in praefatione p. 551 n. 5. 11) Course prope Samer, départ. Saône-et-Loire, arrond. Charolles.

honoris et vite et omnium que habebant, ut ad firmandam terram Mercuriticam cum armis et armamentis, cum fossoriis et aliis necessariis instrumentis et cum sufficientibus ad triginta dies expensis apud Axlas iuxta calcatam, que duxit apud Nivennam[a] et inde apud Calaisiacum, statuto die convenirent et ibi ex utraque parte calcate foderent et maximo fossato terram Mercuriticam concluderent et contra Ghisnenses communirent, indixit et auctoritate domini sui Boloniensis comitis Reinaldi precepit. Qui, iuxta quod indictum et predictum ipsis a iam dicto senescalo[b] fuerat, in statuto die cum armis — semper enim Ghisnensem comitem et suos pertimebant Ghisnenses, ne forte superveniret et eos in valitudine et in[c] manu fortium ab opere removeret — et aliis necessariis instrumentis in iam dictum locum convenientes, in primis arbores quasdam, que in comitatu Ghisnensis comitis — sicut testimonium perhibet circummanentium[d] veritas — plantate erant, abscidere ceperunt. Deinde in terra, que in eiusdem, Ghisnensis comitis videlicet, extendebatur comitatu, fodere ceperunt et Ghisnensibus nec presentibus nec quidem audientibus insultare et apum sive etiam formicarum more in marisco passim currere et recurrere et terram in terra et[c] mariscum in marisco cum fossariis[a] in fossatum scripulare et perfodere et in altum, cum superba indignationis voce 'hii'![e] invicem in alterutrum in derisum et despectum Ghisnensium provocantes, iactitare. Audiens autem Ghisnensis comes Balduinus tantum excessum et tantum dedecus tam turpiter et inopinate illatum sibi, misit ad eos, indicans eis et monens, ut ab iniquo et iniusto cessarent incepto et proposito et quantocius abirent et discederent. Sed cum resipiscere nollent, sed magis et magis in cepto efferverunt[f] opere, Arnoldus de Plancis, Flandrensis comitisse, Marie scilicet, uxoris Balduini in terra Ierosolimorum commorantis[1], ballivus, ex parte eiusdem Flandrensis comitisse hoc ipsum interdixit, ut videlicet ab opere cessarent et, quoadusque comes Bolonie Reinaldus in terram veniret, fodere desisterent. Sed cum nec Flandrie comitisse ballivo Arnoldo de Planchis[a] acquiescerent, sed magis ei et Ghisnensibus illuderent et insultarent, cum indignantium et invicem instigantium voce 'hii'![g] operantes: Ghisnensis comes Balduinus, collectis viris universe Ghisnie et viribus — Arnoldo de Ghisnis, filio suo, in terra Braibandorum apud Lovaniam in presentia Lotharie ducis Balduini[2] super quadam terra, quam uxoris sue Broburgensis castellane Beatricis amita Beatrix quibusdam monachis, ipso inconsulto[h] et invito, vendere intendebat et volebat, placitante et litigante — iuxta Sliviatas[i] horas cum armata manu residens, mandavit iterum et iterum, ut vel iam abscederent. Sed cum a loco nullatenus recedere vellent, sed constantissime in stulto proposito persisterent et perseverarent, ad nutum comitis in monte prestolantis Willelmus de Colvida et Daniel de Gandavo, Balinghemensium tunc temporis dux et dominus, cum Ardensibus turmis et paucis aliis in ipsos irruerunt et impetum in adversarios unanimiter fecerunt. At illi in fugam turpiter conversi et confusi, sine bello debellati, sine sanguine devicti et exsuperati, relicto opere, ubi potuerunt occultati sunt. Ardenses vero ardenti animo Mercuriticos iam miseros iamque effugientes pedetemptim persequentes et consequentes, alios in via, alios in fossato, alios in marisco hic illic dispersos, alios circa Nivenna in domos suas pro securitate tendentes et properantes aut cum signis suis et armis et baneriis in Ardensi ecclesia in signum victorie adhuc dependentibus captos abduxerunt, aut, marsupiis emunctis et universis eorum spoliis et armamentis ablatis, miseros aufugere permiserunt. Comes vero Ghisnensis Balduinus in monte iam dicto residens et rei eventum ab alto prospiciens, populi sui impetum cohibere non potuit. Insurrexit igitur omnis Ghisnensium exercitus populus quasi vir unus in miseros Mercuriticos, et si quid in ipsis et[k] . . . .

a) *ita hoc loco codd.* b) senescalco 2. c) *deest* 2. d) *ita* 2*; circummanantium 1. 2, *sed ap.* 1 a *in ras.* e) *sic* 1. 2a; hu 2b. c (?); hy 2*. f) effervercnt 2c. 2*. g) hi 2b; hy 2*. h) in consilio 1. 2a. b. i) *sic* 1; fliviatas 2. 2* (flaviatas 2b). *Vid. supra p.* 599, *lin.* 27. *et p.* 600, *lin.* 14. k) *finis deest codd.*

1) Maria anno 1203. maritum suum in Terram Sanctam secuta est. Cf. Cont Berg., SS. VI, p. 438; Willelm. Andr. c. 132; Geneal. Gener. contin. Claromarisc., SS. IX, p. 330. 4) immo Henrici ducis Brabantiae; v. supra c. 82.

HISTORIA BREVIS MONASTERII SALEMITANI.

Fundationem monasterii Salemitani, ad Aham rivum inter Constantiam et Ueberlingam siti, et nonnulla tam de consecratione altarium quam de donationibus primis annis ecclesiae factis memoriae tradidit is qui c. a. 1215. *chartas tunc superstites colligendas suscepit. Liber nunc in archivo Carlsruhano asservatus et a summo eius praefecto V. Cl. Roth a Schreckenstein benevole hic transmissus, membr., fol. min., fol.* 37 *(olim fol.* 1*) hanc continet narrationem; quam excipiunt chartae et traditionum notae, primum eadem manu, post ab aliis additae. Quibus tamquam a nostro consilio alienis omissis, ea tantum exhibemus quae historico ritu scripta sunt, primum a Mone ('Badische Geschichtsquellen' I, p.* 177*) edita; qui etiam de monasterii bonis accuratius egit ('Zeitschr. für Gesch. d. Oberrheins' I, p.* 315*). Novam vero fundationis et traditionum editionem nuper paravit V. Cl. Baumann ('Z. f. Gesch. d. Oberrheins' XXXI, p.* 49 *sqq.), a quo notas geographicas mutuatus sum. G. W.*

DE FUNDATIONE CLAUSTRI SALEMITANI[a].

Naturale est, ut ille res minus curentur, quarum origo non cognoscitur; nam et in Esdra f. 1. legitur, quod 'quidam querentes scripturam genealogie suae et non invenientes de sacerdotio proiecti sunt', 1. Ezd 2,62. et filii incerti, quorum videlicet patres[b] legitimi ignorantur, qui manzeres nuncupantur, sine hereditate ignominiose vivunt. Eapropter, ne supervenientibus loci huius exordia ignota remaneant, et primordiorum suorum tempora non cognoscentes, generationi altere et filiis, qui nascentur et exsurgent, rationem poscenti reddere nequeant, compendiose, vel quando vel a quibus personis hoc cenobium initiatum sit, volentibus cognoscere significabimus.

1. Novum itaque monasterium, quod et Cistercium dicitur, anno incarnationis Domini millesimo nonagesimo octavo feliciter fundatum est. Ab huius fundatione 36. anno, scilicet ab incarnatione Domini 1134, hic locus in abbatiam ordinis Cisterciensis a nobili viro Guntrammo 1134? de Adilsriuti[1] venerabili patri Christiano Lucilensi[2] abbati oblatus et ab ipso susceptus est, et tercio post demum anno, anno videlicet[b] incarnationis Domini 1137, in abbatiam per eundem promotus est. Direxit enim huc cum venerabilibus personis tam monachis quam conversis abbatem nomine Frŏwinum, virum prudentem et industrium, Romane sedi tunc presidente papa Innocentio, Romanum imperium eodem tempore gubernante rege Lothario necdum imperatore, in Constantiensi ecclesia pontificatum gerente domino Ŭlrico, qui non multo post[3] episcopatum monachatu apud Sanctum Blasium commutavit, et per idem *tempus ducatum Sueviae tenente domino Friderico. *f. 1'

2. Hiis igitur temporibus, prefatis eciam principibus ac pontificibus, huc post pentecosten[c] 1137. Mai. 30. anno quo diximus venientes, capellam honorificam quidem, sed vetustate pene

a) Sal. *post add. c.* b) *post add. c.* c) pentecostes *corr.* pentecosten *c.*

1) Adelsreute prope Ravensburg. 2) Lützel in Alsatia superiore. Hic vero non ante a. 1136. abbatis dignitatem suscepisse dicitur; cf. Janauschek, Orr. Cisterc. p. 51. 3) a. 1138.

collapsam, beatae Verenae virgini[a] sanctoque Cyriaco martyri dicatam, et terrae tam culte quam inculte ad duodecim fere aratra cum silvis et pratis, quae adhuc cernuntur, invenerunt. Hiis initiis in exordio radicati, post aliquod annos cum comprovincialium auxilio monasterium, quod nunc est, cum officinis claustralibus, orientali videlicet latere et occidentali, sub primo abbate lapidibus constructis, aliis etiam forinsecis officinis pro posse edificatis, adoleverunt. Monasterium etiam octo altarium constructione decoratum subscriptis sanctorum reliquiis taliter est illustratum. Nam duo altaria claustralis absidis a domino Adilgozo
Sept. 13. Curiensi episcopo[1], ordinis nostri, una die consecrata sunt in Ydibus Septembris. Quorum primum, videlicet dormitorio proximum, in honore sancti Benedicti patris nostri et omnium confessorum dedicatum est. In quo et heae[b] reliquiae continentur: Gregorii, Benedicti, Calixti, Paulini, Corbiniani, Galli, Othmari. Alterum vero altare choro proximum in honore sancti Petri apostoli dedicatum est et omnium apostolorum. In quo hee reliquiae continentur: Iacobi apostoli, Timothei, Dionisii martyris, Desiderii episcopi, Darii, undecim milium virginum, de loco Calvariae. Primum autem altare in abside hospitum dedicatum est a venerabili Constantiensi episcopo Hermanno[2] in honore omnium martyrum. In quo hee reliquiae continentur: cineres sanguinis Domini, de ligno sancte crucis, reliquiae sancti Iohannis baptiste, Andreae apostoli, Stephani prothomartyris, Laurentii, Dyonissi, Viti, Georgii, Prothi et Yacincti martyrum, Martini, Nycolai, Galli, Agnetis, Emeritae virginum.

r 2. 3. Anno vero ab incarnatione Domini 1174, octavo Kal. Octobris, dedicata sunt tria
Sept. 24. altaria a venerabili Frisiensis ecclesie episcopo Adilberto, duo in absida hospitum, unum in absida conversorum. In absida hospitum medium altare dedicatum est in honore sanctae Verenae virginis, in cuius honore primitiva huius loci aecclesia dedicata fuit; in quo heae[b] reliquiae continentur: Vincentii martyris, Zenonis episcopi, Verene virginis, Margarete virginis, undecim[c] milium virg., Dariae virg. Extremum vero altare eiusdem abside dedicatum est in honore sancti Cyriaci martyris, Erasmi martyris, Ferreoli et Ferrucii martyrum. Ex parte autem conversorum altare illud consecratum est in honore sanctae Mariae Magdalenae. In quo heae[b] reliquiae continentur: Chŏnradi episcopi, Egidii abbatis, Mariae Magdalenae, de capillis sanctae Agnetis.

4. Post haec itaque rebus crescentibus, anno ab incarnatione Domini 1179.[d] sub abbate Christiano dedicatum est ipsum, quod nunc* est, monasterium a venerabili episcopo ordinis nostri nomine Berone[3], presente et conivente domino Bertholdo Constantiensi electo,
Iun. 14. 18. Kal. Iulii, in honore sanctissime Dei genitricis Mariae cum duobus altaribus, maiori scilicet et sanctae Crucis. Et heae[b] reliquiae continentur in maiori altari: de spinea corona Domini, de cruce Domini, de tunica Domini, reliquie apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Philippi et Iacobi, Bartholomei, Thomae, Iohannis baptiste, Stephani prothomartyris, Cornelii papae et martyris, Alexandri papae et martyris, Marcelli papae et martyris, Adriani papae et martyris, Gregorii papae, Georgii martyris, Ypoliti mart., Vincentii mart., innocentium, Gordiani et Epymachi m., Gereonis m., Prothi et Iacincti
*f. 2 m., Valeriani m., *Rustici et Eleutherii m., Ferroli et Ferrucii m., Eustachii m., Pancratii m., Fabiani et Sebastiani m., Cyriaci m., Laurentii m., Viti m., Alexandri m., Genesii m., de sepulchro sanctae Mariae virg.; reliquiae confessorum Martini, Nycolai, Benedicti, Antonii abbatum, Columbani, Galli, Mariae Magdalenae, Christinae virg., Afrae m., Agathae v., Tecle v., Gerdrudis v. Heae[b] reliquiae continentur in altari sanctae Crucis: de presepio Domini, de sepulchro Domini, de vestimentis sanctae Mariae v., Iohannis baptiste, Bartholomei apostoli, Philippi apostoli, Lucae euang., Blasii episcopi et m., Dyonisii Ariopagite, Gordiani et Epymachi m., Theodori m., Laurentii m., Valeriani m., Cyriaci m., Felicis m., Quiriaci m., Pelagii m., Ypolyti m., Crisogoni m., Dyonisii m., Cypriani m., Martini episcopi, Anastasiae vi., Gertrudis v., Afre m., de lecto Thomae apostoli, de virga Moysi.

5. De cruce Domini. De sanguine Domini. De cineribus sanguinis Domini. De spinea corona Domini. De sepulchro Domini. De loco nativitatis Domini. De presepio Domini. De cunabulis Domini. De representatione Domini. De loco ubi Dominus ieiunavit 40 dies et noctes. De harena Iordanis ubi Dominus baptizatus est. De loco ubi Dominus oravit sudans guttas sanguinis. De loco Bethfage ubi Dominus sedit super pullum asinae. De Getsemani. De loco ubi Martha occurrit Domino supplicans pro Lazaro. De lapide ascensionis Domini. De Golgota. De loco nativitatis Iohannis baptiste. De monte Synai. De virga Moysi. De capillis sanctae Mariae v. De vestimentis eius. De sepulchro eius. Reliquiae
*f. 3. patriarcharum Abraham, Ysaac et Iacob, Iohannis baptiste, Petri et Pauli, Iacobi apostoli, *Iacobi fratris Domini, Philippi apostoli, Thomae apostoli, Bartholomei apostoli, Andreae apostoli, Marci euangelistae, Lucae euang., Stephani prothomartyris, innocentum, Clementis papae et m., Alexandri papae et m., Cornelii papae et m., Calixti papae et m., Sergi papae et m., Blasii episcopi et m., Leonardi episcopi et m.,

*) *m. posteriori (s. XIV?) additum:* tunc erat, quia nunc est aliud monasterium inconperabiliter sollempnius.

a) virginis *c.* b) heę *c.* c) undeci *c.* d) LXX *e corr. c.*

1) a. 1151–1160. 2) a. 1139–1165. 3) Sucrinensi a. 1158–1191.

Laurentii m., Vincentii m., Georgii m., Sebastiani m., Pancratii m., Iusti m., Theodori m., Cyriaci m., Gordiani et Epymachi m., Eustachii m., Mauricii m., Ypoliti m., Valeriani m., Prothi et Iacincti m., Leodigarii m., Apollinaris m., Cypriani, Adilberti m., Constantis m., Rustici et Eleutherii m., Ursi m., Dyonisii Ariopagite, Pantaleonis m., Quiriaci m., Candidi m., Dionisii m., Castorgii m., Meginradi m., Felicis m., Erasmi m., Marini m., Abundi m., Felicis m., Fisciani m., Mauroniani m., Tetradii m., Genesii m., Sulpitii m., Serviliani m., Victoris m., Candidi m., Innocentii m., Thebeorum m., Crisogoni m., Corporii m., Viti m., trium puerorum, Iohannis et Pauli m., Sergi et Bachi m., Crisanti et Dariae m., Gervasii et Prothasii, Iacincti m., Gereonis m. sotiorumque eius, Vincentii presbiteri cardinalis, Quintini m , Abdon et Senne m., Primi et Feliciani m., Demetrii m., Hermetis m., Oswaldi regis, Primi m., Donati m., Prothi m., Felicis m., Victoris m., Felicis et Adaucti m., Pelagii m., Cosme et Damiani m. Reliquiae confessorum: Silvestri papae, Gregorii papae, Leonis papae, Hilarii episcopi, Damasi papae. De vase sancti Benedicti abbatis. Martini episcopi, Nycolai episcopi, Adelhardi episcopi, Agritii episcopi, Servatii episcopi, Godehardi episcopi, Burchardi episcopi, Auctoris episcopi, Gregorii Nazanzeni, Severi episcopi, Germani episcopi, Herberti episcopi, Symeonis, Brandani, Ieronimi, Gebehardi, Cŏnradi episcopi, *Ůdalrici episcopi, Valeriani episcopi, Aurelii, Dionisii *f. 3'. avunculi Afrae, Augustini episcopi, Bonnosi episcopi, Columbani, Galli, Othmari. Egidii abbatis, Eusebii conf., Antonii abbatis, Lucii regis et conf., Thurine conf., Iohannis heremitae, Macharii abbatis. De veste Petri Tharentasiensis archiepiscopi, Mariae Magdalenae, Mariae Egyptiace, Agathe v., Ceciliae v., Luciae v., Margarete v., Gerdrudis virg., Othiliae v., Anastasiae v., Brigide v., Agnetis v., Liciniae v., Eutropiae v., Eulaliae v., Eunomiae v, Emerite v., Fuscinulae v., Hylariae, Afre m., Waltpurge v., Florentiae v., Fortunate v., Romulae v., Fidis v., Digne v., Wibrade v., Pelagiae, Iustine v., Felicitatis cum 7 filiis, Potentianae v., Scolasticae v., Barbare v, Christinae v. De collegio undecim milium virginum, sancte Berhtun, Tecle v., Verenae v., Nonni episcopi, Erhardi episcopi.

6. Anno ab incarnatione Domini 1185, Kal. Octobris dedicatum est altare sancti Nycholai in cripta a venerabili Chŏnrado Maguntinensi archiepiscopo in honore sancti Nycolai et omnium confessorum. In quo continentur reliquiae sancti Nycholai episcopi, Gregorii papae, Augustini episcopi, Ŏdalrici ep., Cŏnradi ep., Gebehardi ep., Galli, Columbani, Othmari, Egidii abbatum, Cornelii, Cipriani, Blasii martyrum, Mauritii, Pankratii m., Margarete, Gerdrudis, Eutropiae, Odiliae, Emerite virginum.

7. Dilatante autem Domino terminos nostros et conventum multiplicante sub venerabili f. 4. Ebirhardo abbate, construxit idem abbas capellam infirmorum, fratre suo comite Manegoldo de Rordorf[1] eandem[a] dotante et, ut lumen indefitiens omni nocte inibi arderet, cum predio suo disponente. Anno ab incarnatione Domini 1192, 8. Kal. Aprilis a venerabili Diethalmo Mart. 25. Constantiensi episcopo dedicata est eadem cappella in honore sancti Thome Canthuariensis archiepiscopi et martyris. In qua sunt reliquie eiusdem sancti Thome necnon et sancti Iohannis baptistae, Mathei apostoli, de sanguine sancti Stephani protomartyris, Laurentii m., Blasii, Mammetis m., Silvestri pape, Gregorii pape, Nicolai episcopi, Petri episcopi, Galli conf., Mariae Magdalenae, Agnetis v., Anastasiae v., Eunomiae v., Chŏnradi ep. et conf.

8. Anno ab incarnatione Domini 1210. consecratum est altare sancti Iohannis euangelistae in absida hospitum 7. Kal. Augusti a venerabili Chŏnrado Constantiensi episcopo Iul. 26. secundo in honore sanctae Dei genitricis Mariae et omnium sanctorum et sancti Iohannis euangelistae. In quo continentur reliquie sancti Iohannis bapt., de ymagine Domini, de presepio Domini, Iohannis eu., de pulvere sancti Iacobi apostoli fratris Domini, Luce euangel., de loco nativitatis Domini, Panthaleonis m., Silvestri papae, Martini ep., Ioseph ab Arimathia, Florentiae v. filiae Tetradii.

9. Augmentata autem servitute Dei in prefato loco, et ordinato ibi abbate primo Frŏ- f. 4'. wino a predicto Lucilense abbate Christiano secundum ordinem Cisterciensem et regulam sancti Benedicti, predictus Guntrammus letatus hoc videns, addidit donans sollempniter locum qui dicitur Bebinwilær[2] et alium Adilsriuti et Witinwilær[3], [Warperc[b]], Waltprehtiswilær[4], Bŏsinwilær, cum duabus aecclesiis, unam Salmmanniswilær cum dote ac decimis suis, alteram Adilsriuti cum dote ac decimis suis et appenditiis predictorum prediorum.

10. Accedente autem tempore et notificato Dei servitio in predicta aecclesia, multiplicatisque fratribus tam monachorum quam conversorum, predictus Guntrammus, in posterum previdens et mala et versutias hominum in futuro precavens, donationes tam aecclesiastico quam forensi iure sollempniter et rationabiliter factas in generali et publico placito comitis Heinrici [de[c] Sancto-monte] in Lehstetin[5] 'in der dincstete' confitendo et confirmando eas publice manifestavit, presente eodem comite Heinrico et fratre suo Cŏnrado advocato, Liupoldo de Mersburc[6], Alberto et filio eius Alberto de Sevelt, Hermanno de Marcdorf, Růperto de Otolviswanc, Liupoldo de Teccinhusin, Heinrico de Bŏzhasil, Alberto

a) eadem *post corr.* eandem *c.* b) *post in marg. add. c.* c) *rec. manu in loco raso c.*

1) Rohrdorf prope Meskirch. M. 2) Behweiler, praefecturae Tettnang. Cf. de his locis Mone Z. 1, p. 316 sqq. 3) Fortasse Bettenweiler eiusdem praef. BAUM. 4) Walpertsweiler, praef. Ueberlingen. 5) Leustetten, praef. Ueberlingen. 6) Meersburg — Seefelden — Markdorf — Otterswang — Deggenhausen — Boshasel. M.

et filio eius Burchardo de Vrickingin[1], Eigilwardo de Nůzdorf, Hugone de Ůtindorf, Liutfrido Waltpotone et altero Liutfrido de Bondorf, Ůlrico et Burcardo de Buvinkovin, Burcardo de Ŏbirriedin, Hartmanno et Heinrico de Miminhusin, Wernhero et Riperto de Bondorf, Alwico et Heinrico de Menniwanc, Wernhero de Burg, Ebirhardo de Pharribach, Gotfrido
*f. 5. de Rordorf, Růdolfo *comite de Phullindorf, Geroldo de Buvinanc.

11. Communicato rursum consilio, coram duce Friderico 'in der dincstete' Kůnigistŏle[2] iterando confessus est et confirmavit preterita omnia dona, presente comite Růdolfo[a] Pregantino, comite Růdolfo de Ramsperc[3], Ebirhardo comite de Nellinburc, Burcardo, Eginone, Gŏtfrido, Friderico comitibus de Zolr, Marcquardo comite de Veringin, Diepoldo et fratre eius Rapotone comitibus de Berge, Ebirhardo et Hartmanno comitibus de Kilhperc[4], Luduwico comite de Wirtinberc, Hugone comite palatino de Tuwingen, Bertoldo de Ebirstein, Ůlrico et Alberto comitibus de Ahchalm, Alberto et Hartmanno comitibus de Kuiburc, Heinrico comite et Cŏnrado, fratre suo, advocato de Sancto-monte, Wernhero, Chůnone, Arnoldo comitibus de Badin[5], Humberto, Ůlrico, Růdolfo, Arnoldo comitibus de Lenzeburc, Wernhero comite de Habisburc, Manigoldo de Rordorf, Lamperto de Husin[6], Hugone de Ůtindorf, Eigilwardo de Nuzdorf.

12. Evoluto vero non modico tempore, accedente Cŏnrado rege Constantiam, sepe-
1142. dictus Guntrammus dona prescripta coram ipso rege Conrado[7] omnia pariter confessus est et confirmavit, nullo contradicente, in regali curia, presentibus principibus tam aecclesiasticis quam secularibus Tietwino cardinale, Romanae sedis legato, Einbrico[b] Herbipolensi episcopo, Ottone Frisiensi episcopo, Hermanno Constantiensi episcopo, Cŏnrado Curiense episcopo, Fridelo Augense abbate, Wernhero abbate de Sancto Gallo, Friderico Suevorum duce, eius fratre[8] Friderico, Cŏnrado Burgundionum duce, Matheo duce Lotharingie, Růdolfo Pri-
*f. 5'. gantino comite, *Růdolfo comite de Ramsperc, Hermanno marchione de Badin, Friderico et Burcardo fratribus et comitibus de Zolre, Marquardo comite de Veringen, Ebirhardo comite de Kilhperc, Wernhero comite de Habisburc, Arnolfo cancellario.

13. Haec sunt data et acquisita. Cŏnradus et Hartmannus nobiles viri de Mimminhusin, nullas tunc habentes uxores vel filios vel filias, beneficio accepto ab episcopo Adilgoto Curiense, 60 wercchase[9] et dimidia colonia in villa quae dicitur Nunnunwilær[10], coloniam quae adiacet Cumpoldisriete[11] dederunt aecclesiae Salmanneswilær 'in der dincstete'[c] Lehsteten. Testes horum sunt Heinricus comes de Berge et Cŏnradus advocatus, frater eius, et filius eius Cŏnradus, Hermannus et filius eius Bruno de Marchdorf, Rupertus de Tivingen[12], Burcardus et filius eius Albertus de Vrichingen, Geroldus et filius eius Geroldus de Buvinanc, Burcardus de Obirriedin, Wernherus de Burc, Alwicus et frater eius Heinricus de Mennewanc, Liupoldus et filius eius Waltherus de Hangentenwilær[13], Albericus et filius eius Růdolfus de Sicgingin[14], Geroldus de Wattinberc[15], Cŏnradus 'der waibil', Heinricus de Behinŏwe. Eadem autem colonia quae dicitur Gumpoldisriet inbeneficiata erat a Cŏnrado et Hartmanno Heinrico cuidam militi de Wildorf[16]. Ob hoc fratres de Salmanneswilær dederunt predicto Cŏnrado et Hartmanno carratam vini, ut eam a Heinrico redimerent, Heinrico autem dederunt 8[c] libras, ut eam resignaret Cŏnrado et Hartmanno, et hoc factum est. Cŏnradus et Hartmannus idem dicti fratres de Mimminhusin tria iugera terrae cum palude que dicitur Cumpoldisriet aecclesiae de Salem pro Deo dederunt. Testes huius rei sunt Cŏnradus et Burcardus, ministri eorum.

Anno[d] Domini 1138, in die sancti Martini obiit strennuus miles Guntrammus, primus fundator monasterii in Salem, qui requiescat in pace.

a) comite *add. sed del. c.* b) *ita c.* c) *superscr. c.* d) *manu s. XV. fol.* 6 (47).

1) Frickingen — Nussdorf — Ittendorf — Bonndorf — Bunkhofen — Oberrieden — Mimmenhausen — Mennwangen — Burg prope Oberhomberg — Pfärrenbach — Rordorf — Pfullendorf — Baufnang. M. et B. 2) De cuius situ non constat. 3) Ramsberg, praef. Pfullendorf. 4) Kirchberg prope Ulmam. 5) in pago Aargau. 6) Hausen, ut videtur, praef. Meskirch. 7) Cf. Conradi diploma d. 19. Mart. 1142; Stumpf nr. 3441. 8) lege: *filio*. Cf. Stälin II, p. 77. 9) Vocabulum ignotum; cf. *werchuobe*, Lexer III, p. 772. 10) Nonnenweiler, praef. Saalgau. 11) Inter Salem et Frickingen, ut videtur. BAUM. 12) Tüfingen. 13) Inter Mennwangen et Ober-Unter-Siggingen, praef. Ueberlingen, situm fuisse videtur BAUM. 14) Siggingen. 15) Wattenberg, praef. Pfullendorf. 16) Weildorf, praef. Ueberlingen.

HISTORIAE AUGIENSES.

Monasterii S. Petri in Augia (Weissenau) prope Ravensburg siti, ordini Praemonstratensium addicti, fundatio, altarium dedicationes, bonorum acquisitiones, abbatum gesta saeculo XIII. memoriae tradita sunt a compluribus auctoribus, quorum opera nunc in uno volumine membranaceo, minoris formae, compaginata sunt, quod exstat in bibliotheca publica Sangallensi (Vadiana) sub Nr. 321, *diligenter et accurate a V. Cl. Baumann nuper descripto*[1].

Codicis prima parte, p. 5 *sqq., narratio de fundatione claustri, de dedicatione altarium et de bonis acquisitis necnon chartarum collectio continentur. Quae prima manu exarata sunt non ultra a.* 1220—1224. *progrediuntur, aliis post ad a. usque* 1232. *adiectis*[2]. *Et multa quae rebus Suevicis saec. XII. et XIII. non parum lucis afferunt*[3] *hic occurrunt, pleraque tamen ita constituta, ut potius inter bonorum traditiones quam inter rerum scriptores sint referenda. Reliquiarum in singulis altaribus depositarum catalogis minus lectores delectabuntur. Etiam fundationis narratio, ad exemplum, immo ipsis verbis Salemitanae historiae scripta, aridior est.*

Quadraginta fere annis post brevis monasterii confecta est historia, praecipua abbatum gesta recensens, quorum bene gnarus auctor fuisse videtur. Addidit et ipse notas quasdam de ecclesiae dedicationibus, quibus partim deletis postea alius alia substituit.

Hermannus praepositus, cuius tempore[4] *primus historiae auctor eam enarrandam suscepisse videtur, anniversaria benefactorum, meritis eorum breviter indicatis, scribi fecit, quae ille libro suo subiunxit; quare initium tamquam supplementum hic quoque exhibere placuit. Praeterea in appendice saltem duos locos ex prima codicis parte addidi, qui historico ritu res memoria dignas referunt.*

Codicem integrum diligenter typis mandari fecit V. Cl. Baumann a. 1877. *Eundem a V. Cl. Dierauer, bibliothecario Sangallensi, dum concilium historicorum Helveticorum ad villam Stans convocatum ante aliquot hebdomadas visitabam, benevole illuc adportatum, paullo post Lucernae in aedibus V. Cl. Lütolf iterum evolvi et leviora quaedam emendavi.*

4. *Non. Sept.* 1878. *G. W.*

1) 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XXIX, p. 1 sqq. 2) Baumann p. 3 sqq. 3) Haec annotasse sufficiat p. 215 (ed. p. 59): *Tunc temporis erat quidam Arnoldus in Uberlingen, qui procurationem habebat regis Friderici undique in terra ista. Propter potestatem vero sibi commissam* etc.; p. 223 (ed. p. 63): *Hermannus de Umendorf, mars[c]alcus domini regis Friderici, dum iaceret in procinctu itineris ad transfretandum cum domino suo rege, venit ad Altorf;* p. 244 (ed. p. 72): *Tempore autem quo Fridericus Romanorum imperator esset cruce signatus et multe fierent commutationes et venditiones possessionum ab hiis qui etiam volebant cum eo transfretare* etc. Alia vide ap. Stälin II, p. 162 n. 170 n. 636. 4) Ubi regiminis annos indicat post *XX* numeris addendis locus relictus est. Quae in fine de eius resignatione referuntur, post addita esse videntur.

I.

FUNDATIO ET DEDICATIONES.

PARS I.

1. De fundatione claustri.

Hist. Sal. Naturale est, ut ille res minus curentur, quarum origo non cognoscitur; nam et in Esdra legitur, quod 'quidam querentes scripturas genealogie sue et non invenientes de sacerdotio proiecti sunt', et filii incerti, quorum videlicet patres legitimi ignorantur, qui manzeres nuncupantur, sine hereditate ignominiose vivunt. Eapropter, ne supervenientibus loci huius exordia ignota remaneant, et primordiorum suorum tempora non cognoscentes, generationi altere et filiis, qui nascentur et exurgent, rationem poscenti reddere nequeant, conpendiose, vel quando vel a quibus hoc cenobium initiatum sit, volentibus cognoscere significabimus.

Novum itaque monasterium, quod et Premonstratum dicitur, anno ab incarnatione Domini 1118. feliciter fundatum est. Ab huius fundatione . . .[a] anno, scilicet ab incarnatione Domini 1145, hic locus in abbatiam ordinis Premonstratensis a nobile viro Gebezone de Ravenspurc venerabili patri Oten Rotensi abbati oblatus et ab ipso susceptus est, et non post longum tempus in abbatiam ad honorem beati Petri apostoli per eundem promotus est. Ad maiorem autem cautelam vel forte ad maiorem reverentiam ipsi principi apostolorum, beato scilicet Petro, locus iste tunc factus est censualis Romane ecclesie, ita ut singulis annis unum sibi solvat bizantium[1]. Post canonicam vero prefati Gebizonis donationem et venerabilis Oten abbatis Rotensis susceptionem predictus abbas direxit huc cum venerabilibus personis tam canonicis quam conversis prepositum nomine Hermannum, virum prudentem et industrium, Romane sedi tunc presidente papa Eugenio, Romanorum imperium eodem tempore gubernante rege Chônrado.

Hiis igitur temporibus, prefatis etiam principibus, huc in nomine Domini venientes, locum incultum, paludibus circumdatum, modicis attinentiis adiacentibus, invenerunt unum tantum mansum. Tres tamen curtes, Herwigesriuti et Rinwinsperc[2], Mulebruke, cum omnibus attinentiis suis, agris, silvis et pratis, in prima fundatione ab ipso fundatore nobili Gebizone sunt ad honorem beati Petri Augie collate. Hiis initiis in exordio radicati, post aliquot annos, anno scilicet ab incarnatione Domini 1156, indictione quarta, tunc presidente Adriano papa, regnante Friderico rege anno regni sui 3, cum conprovincialium auxilio monasterium, quod nunc est, cum officinis claustralibus, orientali videlicet et occidentali latere, sub primo preposito non[b] pluribus lapidibus constructis, aliis etiam forinsecis officinis pro posse edificatis, adoleverunt.

2. De* constructione monasterii.

Post hec itaque rebus crescentibus, monasterium etiam sex altarium constructione decoratum subscriptis sanctorum reliquiis taliter est illustratum. Anno ab incarnatione Domini 1172, indictione 5, 2. Idus
Sept. 12. Septembris, sub venerabili preposito Hermanno dedicatum est quod nunc est monasterium a venerabili Ottone Constantiensi episcopo, anno ordinationis eius 8, in honore gloriosissime virginis Marie et beati Petri apostoli cum duobus altaribus, maiori et altero in absida iuxta secretarium. Et hee reliquie continentur in maiori altari: de vestimento eiusdem[c] gloriose virginis Marie; de[d] reliquiis eiusdem sancti Petri, Pauli, Andree, Iacobi, Bartholomei; de sepulchro Domini, de vestimento Domini; de virga Aaron; de sanguine Abel; reliquie sanctorum martirum Iohannis baptiste, Stephani prothomartiris, innocentum, Cornelii pape[e] et martiris, Liberii pape[e] et martiris, Iohannis et Pauli, Laurentii, Pancratii, Mauricii, Primi et Feliciani, Exuperii, Gervasii et Prothasii, Theodori, Cristofori, Florentii; reliquie sanctorum confessorum Silvestri pape[f], Gregorii pape[f], Damasi pape[f], Nicolai episcopi[f], Odalrici episcopi[f], Fulgentii archiepiscopi[f], Othmari, Egidii; reliquie sanctarum virginum Marie Magdalene, Margarete virginis[g] et martiris, Agathe virginis[g] et martiris, Agnetis virginis[g] et martiris, Cristine virginis[g] et martiris, Verene virginis[h], undecim milium virginum.**

*) *Eadem in altera codicis parte p. 295. ita narrantur:* Anno Domini 1172, ind. 5, pridie Id. Sept. dedicatum est monasterium in Augea a ven. domino O. C. ep. cum maiori altari ad laudem et honorem domini nostri Ihesu Christi eiusque gloriosissime genitricis semper v. M. ac b. P. ap., reverendo domino Hermanno, primo huius ecclesie preposito, hanc dedicationem procurante. De reliquiis que continentur in maiori ecclesia *(cuius loci lectiones 2 signavi).*

**) *In marg. manu saec. XIII. additur:* Item de ligno Domini, de lacte beate virginis, de crinili beate virginis, de pallio beate virginis, apostolorum Petri, Pauli, Iohannis baptiste, Andree apostoli, Lau-

a) *numerus deesse videtur.* b) *in ras. c.* c) *deest* 2. d) de — sepulchro D. *des.* 2, *ubi infra post* Abel: reliquie sanctorum apostolorum Petri — Bartholomei. e) p. et m. *des.* 2. f) *deest* 2. g) v. et m. *des.* 2. h) *deest* 2.

1) Cf. chartam Honorii III. papae in 'Wirt. UB.' III, p. 79. 2) Rahlen, usque ad a. 1525. Herwisreute vocatum; Rimmersberg; Mühlbruck. BAUM.

Hee sunt reliquie que continentur in altari sancti Iohannis euangeliste.

Dedicatum est vero altare iuxta secretarium in honore sancti Iohannis euangeliste et sancti Leonhardi confessoris. *In quo et hee reliquie continentur: reliquie eiusdem sancti Iohannis *p. 10. euangeliste et eiusdem sancti Leonhardi, de cruce Domini, de vestimento sancte Marie; reliquie sanctorum apostolorum Iacobi, Bartholomei; reliquie sanctorum martirum Iohannis baptiste, Xixsti pape et martiris, Alexandri pape et martiris, Ciriaci, Pancratii, Megenhardi, Viti, Agapiti, Eustachii, Ypoliti, Vigilii; reliquie sanctorum confessorum Nycolai episcopi, Donati, Hilarionis; reliquie sanctarum virginum Agathe virgini et martiris, Cristine virginis et martiris, Fidis virginis, undecim milium virginum.

3. Altera vero die post sollempnem dedicationem monasterii et duorum altarium sancti Petri et sancti Iohannis dedicata sunt tria altaria ab eodem Ottone venerabili Constantiensi episcopo, id est Idus Septembris, unum in monasterio extra chorum, alterum in absida iuxta pomarium, tercium in absida conversorum. In monasterio extra chorum dedicatum est hoc altare in honore sancte crucis. In quo hee reliquie continentur: *de ipsa cruce Domini, sanctorum *p. 11. apostolorum Pauli, Iacobi, Bartholomei, de sepulcro Domini, de harundine qua flagellatus est Dominus; reliquie sanctorum martirum Stephani prothomartiris, Primi et Feliciani, Pelagii, Theodori, Ciriaci, Victoriani, Ypoliti, sanctorum Thebeorum 40 martirum, Cosme et Damiani; reliquie sanctorum confessorum Stephani pape, Nycolai episcopi, Egidii; reliquie sanctarum virginum Cecilie virginis et martiris, Iuliane virginis et martiris, Walpurge virginis, undecim milium virginum.

Altare quod est versus pomarium in absida dedicatum est in honore sanctorum confessorum Augustini et Nicolai. In quo hee reliquie continentur: ipsius sancti Augustini, ipsius sancti Nicolai, de cruce Domini, sanctorum apostolorum Andree, Bartholomei, de virga Aaron; reliquie sanctorum martirum Alexandri, Laurentii, Sebastiani, Pancratii, Ciriaci, Gordiani, Celestini, Sigismundi, Wolfgangi, Abundi; reliquie sanctorum confessorum Odalrici episcopi, Sebastiani episcopi, *Erasmi episcopi, Longini, *p. 12. Pauli, Theophili, Petri, Galli, Rusticionis; reliquie sanctarum virginum Margarete virginis et martiris, Fidis virginis et martiris, Brigide, Panafrete, undecim milium virginum.

Hee reliquie continentur in altari sancti Martini.

Altare vero quod est in absida conversorum dedicatum est in honore sanctorum Martini et Stephani. In quo hee reliquie continentur: ipsius sancti Martini confessoris, ipsius sancti Stephani prothomartiris, de cruce Domini, de presepi Domini, sanctorum apostolorum Pauli, Bartholomei; reliquie sanctorum martirum innocentum, Alexandri, Georgii, Pancratii, Pelagii, Leodegarii, Desiderii, Constantis, Quiriaci, Sulpicii; reliquie sanctorum confessorum Lucii regis, Briccii episcopi, Gothehardi episcopi, Galli, Egidii; reliquie sanctarum virginum Cristine virginis et martiris, Cecilie virginis et martiris, Emerite, Climarie, Verene.

4. Anno ab incarnatione Domini 1215, 4. Kalendas Septembris dedicatum est altare in Aug. 29. absida versus domum hospitum a venerabili Cŏnrado *Constantiensi episcopo, anno ordina- *p. 13 tionis eius sexto, in honore sancti Iohannis baptiste et sancte Marie Magdalene. In quo hee reliquie continentur: ipsius sancti Iohannis[a] baptiste, ipsius sancte Marie Magdalene, de cruce Domini, sanctorum apostolorum Pauli, Bartholomei; reliquie sanctorum martirum Sebastiani, Georgii, Adelberti, Alexandri et Constantis, Laurentii, Vincentii; reliquie sanctorum confessorum Othmari, Egidii, sanctarum virginum Marthe, Cecilie, Afre, Brigide.

5. De claustro sororum.

Augmentata autem servitute Dei tam in sororibus quam fratribus in prefato loco, et ordinato ibi pre- c. 9 posito primo Hermanno a predicto Rotensi abbate Oten secundum ordinem Premonstratensem et regulam sancti Augustini, placuit preposito et fratribus huius loci, claustrum sororum longius ab eis removere, et impetrato predio in Meisentale[1] a quodam nobili viro Ortolfo de Bisenberc, ecclesia cum aliis edificiis fundata, sorores ibi locaverunt.

6. De dedicatione ecclesie in Masentale.

*Anno ab incarnatione Domini 1146, indictione 14, 7. Idus Novembris dedicata est *p. 14. eadem[b] ecclesia in Meisintale a venerabili[c] Ottone Constantiensi episcopo ordinationis[d] eius Nov. 7.

rencii, Stephani prothomartiris, Vincencii, Victoris martiris, Marci euvangeliste, Marcelli martiris, Martini episcopi, Cŏnradi episcopi, Galli confessoris, Gebhardi episcopi, Lucie virginis et de veste eius, Brictii confessoris, Agathe virginis, Margarete virginis, de oleo beate Katerine virginis et de pallio eius, sancti Crisogoni, de mura quam optulerunt magi Domino. Hee reliquie apposite sunt reliquiis maioris altaris.

a) Iohis *c.* b) est e. in Maisuntal 2. c) v. domino 2. d) o. e. a. pr. *des.* 2.

1) Nunc Marienthal, praef. Ravensburg.

anno primo, in[a] honore sancte et gloriose[b] virginis Marie et sancti Nycolai confessoris. In[c] qua continentur hee reliquie: ipsius gloriose virginis Marie, ipsius sancti Nicolai confessoris; de ligno sancte crucis, sanctorum apostolorum Petri, Andree, Bartholomei, Iacobi[d]; reliquie sanctorum martirum Georgii, Adelberti episcopi et martiris, Gereonis, Ianuarii, Felicis; reliquie[e] sanctorum confessorum[f] Magni, Sebastiani episcopi, sanctarum virginum Regule, Margarete, Cecilie, undecim milium virginum.*

c. 7. 7. Dilatante** autem Domino terminos nostros et conventum multiplicante, sub venerabili Alberto[g] preposito constructa est capella iuxta capitulum, maxime infirmis fratribus, qui sunt in infirmitorio, ad solatium. Cui capelle, ut lumen indeficiens omni nocte inibi ardeat, Olricus de Lindagia cognomine *p. 15. Iuni 18. *Alter de bonis suis disposuit. Anno ab incarnatione Domini 1180, indictione 3, 14. Kalendas Iulii dedicata est eadem capella a venerabili Hermanno Constantiensi episcopo, anno ordinationis eius tercio, in honore gloriosissime Dei genitricis Marie. In[h] qua sunt hee reliquie: de capillis eiusdem virginis Marie, de vestimento eius, de vestimento Domini, de sepulcro Domini, de loco Calvarie, de presepio Domini, de petra ubi Dominus oravit, de bysso Domini, de fimbria Domini, Abrahe patriarche, Iohannis baptiste; reliquie sanctorum apostolorum Petri, Pauli, Andree, Iohannis euangeliste, Iacobi, Bartholomei, Mathei, Thome, Philippi, Iacobi, Mathie, quatuor euangelistarum; reliquie sanctorum martirum Stephani prothomartiris, Cornelii, Calisti, Sixti, Marcelli, Fabiani, Iohannis et Pauli, Cosme et Damiani, Blasii, *p. 16. Laurentii, Georii, Sebastiani, Pancratii, Tiburtii, Gangolfi, Oswaldi, *Bonifacii, Cristofori, Gereonis, Gervasii et Prothasii, Dionisii, Thebeorum martirum, Pelagii, Alexandri et Innocentis, Viti, Cassii et Florentii, Coronati, Mauricii, Vincentii, Theodori, Victoriani, Alexandri, Eventii, Theodoli, Quiriaci, Nicomedis, Constantii, Ursi, Iustini, Potiani, Erasmi, Kiliani, Colmanni, Totmanni, Exuperii, Innocentii, Eberhardi, Adelberti, Abundi, Pamphili, Capophori, Dionisii, Genesii; reliquie sanctorum confessorum Gregorii pape, Liberii pape, Leonis pape, Celestini pape, Augustini, Martini, Nycolai, Severi, Odalrici, Cônradi, Roperti, Valerii, Germani, Aurelii, Theodori, Burchardi, Gebehardi, Antonii, Galli, Magni, Leonhardi, Othmari, Alexii, Altonis, Zenonis, Arsenii, Benedicti, Pauli primi heremite, Brandani, Meginradi, Heinrici regis; reliquie *p. 17. sanctarum virginum: de corpore *et de capillis sancte Marie Magdalene, de crinibus Elisabet, Margarete, Petronelle, Verene, Anastasie, Cecilie, Pelagie, Iustine, Agathe, Rote, Brigide, Crisanti et Darie, Gerdrudis, Berthun, de crinibus Yrminburgis, Afre, Hylarie, Eunomie, Eutropie, Pelagie, Agnetis, undecim milium virginum.

Hee sunt reliquie que sunt extra altare.

De ligno sancte crucis, de loco Calvarie, de presepio Domini, de vestimento sancte Marie, de opere manuum eiusdem gloriose virginis, de virga Moysi, Iohannis baptiste, Iohannis euangeliste, de baculo sancti Petri, Stephani pape et martiris, Georii, de craticula sancti Laurentii, Adelberti episcopi et martiris, Ciriaci, Pancratii, Victoriani, Antonini, Genesii, Quintiani, Meinradi; reliquie sanctorum confessorum Nycolai, Martini, Odalrici, Magni; sanctarum virginum Marie Magdalene, Felicitatis, Brigide, Iustine, Rote, de crinibus Elisabet, de crinibus Yrminburgis, undecim milium virginum.

p. 18. Hee sunt reliquie extra altare.

De sanguine Domini, de ligno crucis Domini, de capillis sancte Marie, de vestimento Domini, de vestimento sancte Marie, de virga Moysi, sanctorum Abraham, Ysaac, Iacob, de crinibus Elisabet, Iohannis baptiste, sanctorum apostolorum Petri, Pauli, Andree, Iohannis euangeliste, Iacobi, Thome, Bartolomei, Philippi, Iacobi, Mathie, Thatei, Marci euangeliste; reliquie sanctorum martirum Stephani prothomartiris, innocentum, Xixsti pape, Calisti pape, Fabiani pape, Adelberti episcopi et martiris, Georii, Laurentii, Vincentii, Mauricii, Iohannis et Pauli, Cosme et Damiani, Sebastiani, Dionisii, sanctorum Thebeorum, Gervasii et Prothasii, Primi et Feliciani, Theodori, Ciriaci, Cristofori, Pancratii, Pantaleonis, Gereonis, Vitalis, Gangolfi, Viti, Gordiani et Epymachi, sanctorum Maurorum, Victoriani, Antonini, Capofori, Genuini, *p. 19. Abundi, Genesii, Constantis et Alexandri, Meginradi, Castorii, Orsiti, Panphili, Theonisti, *Fortunati, Flaridi; reliquie sanctorum confessorum Silvestri, Gregorii, Liberii, Celestini, Martini, Nycolai, Odalrici, Cônradi, Hilarii, Valerii, Galli, Othmari, Benedicti, Magni, Mauri, Leonhardi, Arsenii, Pauli primi heremite, Zenonis, Altonis, Heinrici regis; reliquie sanctarum virginum Marie Magdalene, Agathe, Agnetis, Cecilie, Margarete, Lucie, Petronelle, Brigide, Potentiane, Iustine, Rote, Othilie, Pelagie, Afre, Hylarie matris eius, Digne, Eunomie, Eutropie, Tecle, Fortunate, Yrminburgis, Berthe, undecim milium virginum.

c. 10. 8. Adhuc[i] quasi in prima fundatione huius loci, et dum iam res incepta circa eundem locum prosperum haberet undique processum, predictus Gebizo, in posterum previdens et mala et

*) 2 *add.:* Facta est hec dedicatio sub domino Hermanno primo huius ecclesie preposito.

**) *Haec p.* 300. *codicis ita leguntur* (2): De dedicatione sancte Marie virginis iuxta capitulum. A. D. 1180. — — dedicata est capella sancte Marie virginis a ven. domino H. C. ep. sub reverendo domino Ortolfo preposito ad laudem et honorem d. n. Ihesu Christi eiusque sancte genitricis virginis Marie.

a) ad laudem et honorem domini nostri Iesu Christi eiusque s. genetricis semper v. M. sanctique Nic. episcopi 2. b) *in marg. suppl. c.* c) In altari sunt he r. De ligno sancte crucis, beate M. v., s. ap. 2. d) *deest* 2, *qui pergit:* s. m. Georgi, Ad., Ger. e) *deest* 2. f) c. sancti Nicolai episcopi, Seb. ep., Magni 2. g) *in rasura alia manu s. XIII.* h) In altari vero sunt hee reliquie: De vest. Domini etc. 2, *ubi ordine mutato eadem fere recensentur.* i) Adhuc — processum *in rasura alia manu s. XIII.*

versutias hominum in futuro precavens, donationes tam ecclesiastico quam forensi iure sollempniter et rationabiliter sepius factas ad ultimum in Merseburc coram rege Friderico et domino suo Heinrico duce tam Bawarie quam Saxonie, qui tunc ibi cum multis principibus pentecosten celebrabant, 1125. Mai 19. confitendo et confirmando publice manifestavit[1]. Erant autem ibi multi presentes, sicuti in curiis regum solent esse. Hos vero precipue, quia maiores erant, nominamus: Swein rex de Tenemark, Welfo nobilis dux, Cŏnradus marchio, Adelbertus marchio, Fridericus palatinus comes, Adelfus comes, Heinricus de Arnestein[a].

PARS II.

De[b] dedicatione altaris sancti Andree[c]. p. 2.

Anno incarnationis Domini 1241, 4. Nonas Ianuarii dedicatum est altare sancti Andree Ian. 2. apostoli et omnium sanctorum ad laudem et honorem* Dei omnipotentis et salutem omnis hominis in Christo viventis. Hee vero reliquie in ipso altari sunt recondite: Iohannis baptiste, Petri et Pauli, Andree et Mathei, Symonis et Iude apostolorum, Stephani prothomartiris, innocentum, Tyburcii et Valeriani, Georgii et Gereonis, Laurentii et Theodori, Agapiti, Marci et Marcelliani martirum; Martini, Nycolai, Silvestri, Benedicti, Udalrici, Galli, Magni, Růperti et Theodori confessorum; undecim milium virginum. Facta est itaque hec dedicatio altaris et consecratio a reverendo et magnanimo Hainrico Constanciensi episcopo, de castro Tanne exorto, sub religioso Hermanno huius[d] ecclesie preposito.

De dedicatione altaris sancte Katherine et sancti Laurentii[e]. p. 3.

Post dedicationem sex altarium in monasterio et septimi in capella transactis quinquaginta annis et duobus, tempore quo Ulricus prepositus prefuit, fundatum est altare inter illa duo altaria sancti Augustini et sancti Iohannis baptiste, et dedicatum est a venerabili Chůnrado episcopo Constantiensi anno 1232, 2. Idus Aprilis in honore sancti Laurentii et sancte Apr. 12. Katherine. Hee sunt reliquie que continentur in ipso altari: Laurentii martiris, Katherine virginis, de cruce Domini, Iohannis baptiste, Andree, Symonis et Iude apostolorum; martirum Dionisii martiris, Clementis pape et martiris, Lamperti episcopi et martiris, Nichomedis martiris, Chosme et Damiani martirum, Ypoliti martiris, Theodori martiris, Valentini episcopi et martiris, Alexandri martiris, Procopii martiris, Georgii martiris, Candidi, Martiani martirum; confessorum *Martini, Nycholai, Ůdalrici, Othmari, *p. 4. Felicis episcopi, Corbiniani episcopi, Galli, Lucii regis, Germani[f] episcopi, Ruperti episcopi; virginum Emerite, Ursule, Afre martiris, Helene virginis, Eufemie virginis, Iustine virginis, Eutropie martiris, undecim milium virginum, Limpidorie virginis, Gerdrudis virginis.

De[g] innovatione maioris altaris et translatione dedicationis Augensis, ecclesie, que facta est ex precepto reverendi in Christo domini Eberhardi Constantiensis episcopi. p. 296.

Anno Domini 1253. innovatum est altare publicum Augiensis ecclesie et a venerabili p. 297. domino Eberhardo Constantiensi episcopo rursus est dedicatum et consecratum in honorem et laudem domini nostri Ihesu Christi eiusque sancte genetricis semper virginis Marie sanctique Petri apostoli et omnium sanctorum in die que sic intitulatur: quarto Kalendas Iulii, indictionis undecime. Eodem quoque anno auctoritate predicti domini Eberhardi episcopi translata est dedicatio Augiensis ecclesie a mense Septembre in mensem Iulium unâ cum maioris altaris dedicatione in diem que sic intitulatur: quinto Idus Iulii. Procurata[h] est vero translacio dedicationum prelibatarum a religioso domino Hermanno, preposito huius nominis secundo, propter multiplicia sanctorum[i] festa et dominicalia officia in mense Septembre concurrencia, quibus dedicationis octava sepe prebebat[k] offendicula.

*) 2 *(p. 305) pergit:* eorundem a venerabili domino Hainrico Constantiensi episcopo, tempore domini Hermanni Augensis ecclesie prepositi huius nominis secundi, *ubi reliquiae desunt.*

a) *sequuntur chartae sub titulo:* Incipiunt capitula privilegiorum. b) *eadem fol.* 305 (2). c) apostoli et omnium sanctorum 2. d) p. h. e. *corr.* h. e. p. *c.* e) Larentii *c.* f) Gemani *c.* g) *haec in altera codicis parte leguntur, folio post adiecto.* h) *haec antea ab historiae auctore ita scripta erant* (1): Facta est huius dedicationis translacio sub rel. i) *deest* 1. k) prestabat 1.

1) V. chartam Heinrici ducis, 'Wirt. UB.' II, p. 61.

De secunda dedicatione ecclesie sancte Cristine virginis et martyris.

p. 298. Iun. 29. Anno 1253, indictione undecima, 3. Kalendas Iulii ecclesia sancte Cristine[1], que fuerat incendio et vetustate dilapsa ac de novo constructa et renovata, dedicata est a venerabili domino Eberhardo Constantiensi episcopo ad laudem et honorem domini nostri Ihesu Christi eiusque matris semper virginis Marie sancteque Cristine martiris et omnium sanctorum. Facta est hec dedicatio sub reverendo domino Hermanno preposito Augensi huius nominis secundo. Et sciendum, quod auctoritate predicti domini E. episcopi eadem dedicatio sancte Cristine translata est in proximam dominicam, que semper occurrit post festum sanctorum apostolorum Petri et Pauli, in perpetuum celebranda.

p. 303. De dedicatione capelle in Bernloch.

Iun. 18. Anno Domini 1194, 14. Kalendas Iulii dedicata est capella in Bernloch a venerabili domino Hartwingo Augustensi episcopo ad laudem et honorem domini nostri Ihesu Christi eiusque matris semper virginis Marie sanctique Geori martiris et omnium sanctorum. Sciendum namque est, quod iam dictus episcopus H. de genere libertinorum erat progenitus, qui tunc temporis in castro Hohenstain residenciam habebant et dominium illius partis Alpium tenebant[2].

De dedicatione altaris in Mancelle[3].

Anno Domini 1150. . . . .[a] innovatum est altare in Mancelle et a venerabili domino
*p. 304. . . . . .[b] Constantiensi episcopo consecratum in venerationem sancte *crucis, domini nostri Ihesu Christi eiusque genetricis semper virginis Marie et omnium sanctorum[c].

De dedicatione altarium que subnotata sunt.

Sept. 12. Anno[d] Domini 1172, pridie Idus Septembris dedicatum est altare sanctorum Iohannis euvangeliste et sancti Leonhardi confessoris ad laudem et honorem eorundem et omnium sanctorum a venerabili domino Ottone Constantiensi episcopo.

Crastina quoque die eodem anno et ab eodem episcopo dedicata sunt tria altaria, scilicet altare sancte Crucis, altare sanctorum Stephani et Martini, et altare sanctorum confessorum Augustini et Nycolai ad laudem et honorem eorundem et omnium sanctorum.

De dedicatione altaris sancti Iohannis baptiste et sancte Marie Magdalene.

p. 305 Aug. 29. Anno Domini 1215, quarto Kalendas Septembris, dedicatum est altare sancti Iohannis baptiste et sancte Marie Magdalene ad laudem et honorem eorundem a venerabili domino Cunrado Constantiensi episcopo, tempore domini Cůnradi Augensis prepositi.

De dedicatione altaris sancti Laurentii et sancte Katherine.

Apr. 12. Anno Domini 1232, pridie Idus Aprilis dedicatum est altare sancti Laurentii martiris et sancte Katherine virginis ad laudem et honorem eorundem a venerabili domino Cunrado Constantiensi episcopo, tempore domini Ůlrici Augensis prepositi.

---

a) *dimidia linea vacua c.; fortasse de a. 1250. cogitandum est.* b) *spatium vacat c.* c) *quatuor et dimidia lineae vacuae relictae c.* d) Ann. *c.*

1) 'capellam sancte Christine in apice montis Ravinspurc sitam' donavit dux Philippus a. 1197; W. UB. II, p. 320. 2) Quod minus recte dictum esse, notavit Baumann. 3) Manzell prope Friedrichshafen. Anno 1229. capella haec monasterio donata; v. W. UB. III, p. 245.

II.

HISTORIA MONASTERII.

1. De[a] fundatore et fundatione Augiensis ecclesie sancti Petri apostoli. p. 274

Sancta Trinitas unus Deus, ex quo om[nia[b], per] quem omnia, in quo omnia, ipsi honor et gloria sit in seculorum secula! Qui Deus summe bonus nulla bonorum nostrorum indigencia, sed sola bonitatis sue gratuita clemencia habitaculum canonicorum Premonstrati ordinis regulam profitencium Augea dictum hoc in loco ubi nunc cernitur fieri disposuit atque permisit ad laudem et gloriam nominis sui suorumque sanctorum, ad redimenda quoque peccata hominum et salutem animarum. Quos autem super omnia bonus Deus bone voluntatis sue executores[c] habuerit in fabrica istius cenobii et cooperatores tam spirituales quam seculares, breviter recitabitur.

Anno regni domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo quadragesimo quinto, Eugenio papa apostolice sedi presidente, (cf. Fund.) *Cůnrado quoque rege Romanam rem publicam gubernante, (*p. 275) fuit quidam prepotens miles et valde dives nomine Gepzo. Qui in castro Ravenspurgensi residenciam nobiliter constructam habebat, in qua et residebat; qui in tantum diviciis habundabat, ut cum adiectivo nominis sui vocaretur dives Gebizo. Hoc vero solum de diviciis eius notari libet, quod annuatim de reditibus suis mille quingenti porci bene pasti mense ipsius deferebantur. Et cum omnibus conmilitonibus suis honorabilior ac dicior estimaretur et esset, dubius tamen non sine molestia erat, cui divicias congregaret vel conservaret, cum heredes filios non haberet. Unde concepit animo et proposuit filios generare spirituales, quos sibi heredes adoptaret partemque illis substancie sue divideret *ac donaret. (*p. 276) Sub eodem quoque tempore ecclesie ordinis Premonstrati velud flores et novelle plantaciones in iuventute sua odorem bone opinionis et sancte religionis ubique in circuitu sparserunt atque dederunt. Cum autem idem dominus Gebizo audisset et vidisset, certatim a nobilibus viris ecclesias Urspergensem[1], Rotensem, Roggenburgensem et alias plures ordini Premonstrati construere, conplacuit etiam sibi claustrum eiusdem religionis in allodio suo[d] edificare. Hac quippe de causa accersivit discretum virum, dominum Ŏten abbatem Rotensem, cuius ecclesia tunc temporis ceteris sanctitatis religione preminebat. Cui accersito obtulit predia subscripta, scilicet curiam in Herwisrutin, curiam in Riwinsberc, curiam in Mulbrugge et unum *mansum in Maggenhart[2] et unum mansum in Adoltsberc et (*p. 277) unum mansum isto in loco ubi nunc positum videtur claustrum. Hiis prediis domino abbati exhibitis et oblatis, predictus Gebizo suppliciter ab eo peciit, quatenus in uno prediorum istorum claustrum instrueret et informaret secundum formam ac disciplinam ecclesie sue et ordinis sui. Sed quamvis dominus abbas de Rota predia sibi oblata pauca quidem estimaret et parva quantum ad subsequentem materiam et fundatoris magnam substantiam, sano tamen usus consilio, predictis prediis cum graciarum accione receptis, devovit, se velle satisfacere cum Dei adiutorio fundatoris desiderio, transmittendo personas honestas et idoneas ad locum istum, qui ceteris plus aptari et *conpetere claustrali tunc estimabantur (*p. 278) fabrice.

Anno igitur Domini 1145. venerabilis dominus Ŏten abbas de Rota elegit quendam canonicum nomine Hermannum de gremio Rotensis ecclesie, virum industrium et fortunatum, quem prefecit et prepositum constituit primordiis Augensis ecclesie construende, adhibens sibi in adiutorium personas probatas, litteratas et inlitteratas, tales que[e] utiles esse possent promotioni novelle ecclesie fundande. Qui cum translati essent ad locum istum, primo ceperunt facere sibi mansiunculas, tuguria et oratoria lignea, in quibus plurimis degebant annis, evellentes et plantantes ac terminos suos quantum poterant dilatantes. Locus namque iste in primo fratrum adventu *erat omnino hispidus et spinosus, paludosus (*p. 279.) et incultus ac fructetis undique plenus. Hac certe de causa propter sui vastitatem longo tempore Owe vocabatur. Et revera 'O we' dicitur, quia ab inicio nascentis huius ecclesie

a) *haec alia manu scripta.* b) *haec iam deleta.* c) exsec. *corr.* exec. *c.* d) *bis scriptum c.* e) e *e corr. c.*

1) Ursberg, Roth, Roggenburg. 2) De cuius situ non constat; v. W. UB. II, p. 183 n. Adoltsberc alibi haud nominatur.

ultra centum annos, sicut intellexi et vidi et etiam diu experiencia didici, semper in ea 'o' et 'we' incole resonabant, vel propter nimiam pauperitatem, vel propter prelatorum nimiam austeritatem, necnon propter rerum habitarum violentam detractionem. Latino vero eloquio hec ecclesia Augea est dicta, eo quod dominus fortunatis successibus in rebus mobilibus et inmobilibus et honestis edificiis tempore procedente eam adauxerit.

*p 280. Anno denique Domini 1152. dominus[a] Gebizo, fundator huius ecclesie, *quia ministe- cf. Fund. c. 8. riali condicione et fidelitate annexus erat domino Hainrico duci Bawarie et Saxonie, accessit ad ipsum in Saxoniam in civitatem Merseburc, ubi illustris rex dominus Fridericus huius nominis primus primo regni sui anno cum rege Dacie et nobilioribus regni sui pentecosten celebrans sollempnitatem, negocia rei publice pertractabat. Cumque predictus dominus Gebizo coram regibus et principibus assisteret personaliter, de voluntate et consensu domini sui H. ducis Saxonie et Bawarie ecclesiam Augensem cum prediis suis adquisitis et adquirendis manumisit et libertati donavit eamque de ancilla liberam fecit et hanc libertatem privilegio domini sui confirmavit. Quo peracto, dominus Gebizo ad propria rediit et eventu *p 281. miserabili *ad mortem usque properavit. Quadam namque die mercationis in foro Ravensburgensi inter mercatores lis et discordia magna est suborta, ad quam sedandam sepe iam dictus Gebizo simul cum aliis adcurrit et heu! heu! inter tumultuantes stans a quodam rustico, quem aliquando molestaverat, furtive ac dolose est transfixus cuspide, sicque, domo sua et rebus non dispositis nec ordinatis, cum magno luctu plangencium eum, vitam finivit et in ecclesia Winigartensi, in qua tunc nobiles terre solebant tumulari, est tumulatus. Idcirco autem in ecclesia ista, quam fundavit, non est sepultus, quia propter sui novitatem *p 282. nondum habebat cimiterium *consecratum. Sic[b] denique ecclesia Augensis est viduata suo fundatore, a quo sperabat sublimari valde et ditari, sed spei efficacia est privata, quia bona sperata et promissa subtraxit mors ipsius subitanea et insperata. Pro collatis vero ab eo huic ecclesie beneficiis et eius bona, licet inperfecta, voluntate anima eius semper requiescat in pace!

2. De constructione templi.

Anno Domini 1156. fundamenta templi huius lapidea primo sunt posita, et abhinc crescebat numerus fratrum ac sororum, simul etiam proventus laborum ipsorum. Ceperunt quoque claustrales officine limitari[c] et edificari et predia circumquaque conparari et appli- *p. 283. cari. Bene *enim prosperatum est opus in manibus operancium, quia Deus erat adiutor eorum.

3. De primo prelato Augensis ecclesie et eius successoribus eorumque virtutibus.

Venerabilis dominus Hermannus primus Augensis ecclesie prepositus prefuit eidem triginta annis in virtute et honestate. Monasterium, dormitorium et refectorium clericorum cf. Fund. c. 5. muro perfecit. Capellam in Maisuntal et claustrum sororum construxit. Curiam in Bernloch emendo innovavit[1]; predia conquisivit. Novalia plura fecit. Ecclesiam sibi commissam Deo et hominibus sanctitatis odore graciosam reddidit eamque lactantem[d] educavit, adolentem promovit et adultam Deo conmisit ipsamque moriendo dereliquid, mortuusque in capitulo nostro sepultus in pace requiescit.

p. 284.

4. De[e] domino Ortolfo Augensi preposito.

Anno gracie 1175. defuncto bone memorie domino H. huius ecclesie preposito primo, successit sibi quidam canonicus eiusdem nomine Ortolfus, vir bonus et mansuetus, suis omnibus et[f] comprovincialibus satis dilectus. Hic dum quinque annis ecclesiam gubernasset, reliquid pastoralem curam simul et ecclesiam transivitque ad Roggenburgensem ecclesiam ibidem sub obediencia moraturus.

5. De domino Alberto Augensi preposito.

Anno Domini 1180. ecclesie Augensi pastore vacanti prior eiusdem ecclesie nomine Albertus, vir pius, humilis et modestus, eidem est in pastorem electus. Et cum tribus tan-

a) d. G. *in ras. c.* b) *bis scr. c.* c) ri *e corr. c.* d) lactentem *c.* e) *haec bis scripta sunt; prima vice omisso vocabulo* Augensi. f) et c̄o *e corr. c.*

1) De decimis in Bernloch (praef. Münsingen) ipsi attributis v. chartam W. UB. II, p. 137.

tum annis regnasset, resignavit curam pastoris et honoris. Plus enim iocundabatur in claustrali quiete quam in seculari actione.

6. De domino Ůlrico Augensi preposito. p 285.

Anno Domini 1183, cum ecclesia Augensis destituta esset rectore, quidam canonicus de Rota nomine Ůlricus electus est eidem in rectorem. Qui quidem de nobili genere, dominorum scilicet de Tanne, erat progenitus, sed nobilitatis virtutem non imitabatur moribus. Erat enim gravis fratribus et valde ingratus; et dum octo annis ecclesie prefuisset et eidem non multum profuisset, dimisit prepositeram simul et ecclesiam et redivit ad illam de qua evocatus fuerat, scilicet Rotensem ecclesiam.

7. De domino Ortolfo bis facto preposito.

Anno Domini 1191, cum fratres Augenses non haberent prepositum, altera vice elegerunt[a] dominum Ortolfum, qui, ut supra dictum est, dimissa prepositura, transierat ad Roggenburgensem ecclesiam. Quem revocatum *iterum eundem sibi constituerunt in prelatum. *p. 286 Huius temporibus constructa est capella sancte Marie iuxta capitulum et capella in Bernloch et cellarium ac granarium lapideum. Et cum esset homo fortunatus et hominibus dilectus, adaucta sunt predia et edificia, et numerus fratrum ac sororum supra facultates eorum excrevit, in tantum ut haberentur in loco persone religiose, scilicet viginti quatuor litterati et sexaginta conversi et nonaginta sorores, et magna familia famulancium. Et idcirco, quia persone superhabundabant, incredibilem penuriam sustinebant. Non enim de labore manuum suarum et proventuum sustentari valuerunt. Dominus quoque O. prepositus cum esset inveteratus ac naturaliter mansuetus et ideo minus providus, eius temporibus *religio omnis et *p 287. disciplina ita est dissoluta, ut nulla eius in ecclesia tenerentur vestigia. Cum ergo dictus prepositus videret, se hominum malicie et nequicie constanter non posse obviare, reliquid dignitatem prelature et administracionem Marte et adhesit pocius ocio Marie.

8. De domino Cůnrado Augensi preposito.

Anno Domini 1203. quidam canonicus Madelbergensis[1] ecclesie nomine Cůnradus, virtutibus bene adornatus, ad regimen Augensis ecclesie est electus. Qui fuit vir prudens et discretus, constans et strennuus ac ordinis sui zelator fervidus. Cui Satan plurima suscitavit scandala, quia timebat, per eum auferri sua spolia, que tulerat de Augensi ecclesia. Accidit namque primo eius regiminis tempore, * ut conversus canonicum diaconum securi *p 288 occideret, et non longe post quidam canonicus simul et conversus quendam nobilem laicum gladiis interficerent. De quo facto ecclesia plura pericula est perpessa. Insuper curia in Bernloch igne est cremata, oves simul et armenta cuncta sunt ablata. Unde ecclesia magnam sustinebat penuriam. Ad hec gravissimas persecuciones diversas et inauditas ab iniquis et falsis fratribus est passus. Que mala omnia vultu leto et constanti animo et dissimulabat et tolerabat. Interim tamen regulares disciplinas diu oblivioni traditas et quasi incognitas et renovavit et observari precepit. Libros ordini conformes fecit conscribere et secundum *artem musice cantare. Opus latericium primus inchoavit et promovit. Ecclesiam Augen- *p 289. sem 14 annis rexit eamque ad hoc virtutum culmen erexit, ut esset ceteris ecclesiis religionis forma et discipline scola, que prius fuerat omnium peripsima[2] et viciorum sentina. Ob virtutum vero eius merita provectus est ad altiora. Translatus enim est in Franciam, ubi sub nomine abbatis tres gubernavit ecclesias, scilicet Vallem-secretam[3] quatuor annis, Premonstratensem duodecim annis, Cussiacensem[4] quatuor annis; in qua etiam octogenarius vitam finivit et in pace quiescit.

9. De domino Ůlrico Augensi preposito.

Anno Domini 1217. dominus Ůlricus, Sancti Lucii[5] prepositus, ad Augensem ecclesiam est translatus et ibidem in prelatum confirmatus rexitque * eandem annis 20 strennue satis *p 290. et provide. Hic ordinis sui extitit fervidus zelator et rigidus observator, idcirco a suis fratribus, verum etiam a ceteris ecclesiarum prelatis et a subditis valde honorabatur et reverebatur. Libris quoque ecclesiasticis et indumentis purpureis, verum etiam edificiis pluri-

a) elegierunt *corr.* elegerunt *c.*

1) Adelberg praef. Schorndorf. 2) i. e. περίψημα. 3) Val-Secret. 4) Cuissy. 5) Curiensis.

mis ecclesiam gloriose perornavit. In acquirendis et augendis et conservandis ecclesie rebus agilis supra modum erat et fidelis[1]. Unde eius conamine et gracia Dei arridente temporibus suis proventus ecclesie et reditus excreverunt, ut 70 libras annuatim valere estimentur. In alienis negociis tamquam in propriis explicandis delectabatur, qua de causa extraneorum benivolenciam consequebatur et graciam. In omnibus tamen que agebat non tantum eum *p. 291. naturalis iuvit sciencia vel artificialis *quantum fortuna et sollicitudo inportuna. Et, ut dicitur, quod caret alterna requie durabile non est, curarum molestiis et nimiis laboribus demum fatigatus[2], lassari cepit et egrotare, sicque pusillanimitate animi victus et tempestate officium prepositure sue reliquid et resignavit. Postea brevi vivens tempore, beato fine quievit in pace.

10. De domino Hermanno preposito huius nominis secundo.

Anno Domini 1237. quidam Augensis ecclesie canonicus religiosus nomine Hermannus ad magnam precum instanciam tam prelatorum quam fratrum ad regendam dictam ecclesiam est vocatus vel, ut verius dicam, adtractus. Quo suscepto, ecclesiam Augensem pio moderamine annis 20[a] rexit et gubernavit. Hic pius, largus et misericors admodum fuit *p. 292 et ad divina ministeria et spiritualia disponenda *cupidus erat et devotus. Ad exteriora vero procuranda segnis extitit et lentus. Et tamen, quia adtendebat, quod pascua gregibus ecclesie alendis angustis terminis concludebantur, summopere curabat, remotas possessiones eiusdem vendendo aut conmutando eidem ecclesie adiungere et contiguas facere, terminosque vicinos satagebat emendo, redimendo et novellando ampliare et dilatare, volens hoc facto prospicere et providere paci pastorum et saluti atque honori provisorum, maxime autem communi fratrum utilitati. Eius quoque temporibus periculosissima emerserunt tempora, ita ut, nemine defendente, res ecclesie tam mobiles quam inmobiles malorum hominum paterent direptioni et prede, in tantum ut curia in Bernloch et curia in Riwinsberc, verum *p. 293. etiam precipue *omnes ecclesie possessiones, animalibus omnibus direptis, sed et meniis distractis vel igne crematis, omnino sint posite in desolacionem. De ipsa quoque ecclesia omnia fratribus in victu et vestitu necessaria minis et precibus sine omni contradictione auferebantur et exigebantur. Primo tamen institutionis eius[b] tempore, Dei gratia arridente, reditus ecclesie sunt adaucti, ad 80 libras estimati. Tandem, ut consequeretur pacem, resignavit suam administrationem.

11. De domino Hainrico Augensi preposito.

Anno[c] Domini 1257. Augensi ecclesia suo pastore viduata, electus est de gremio eiusdem ecclesie quidam canonicus nomine Hainricus iam dicte ecclesie in pastorem et guber- *p. 294. natorem. Hic quidem etate iuvenis, ingenio autem alacer nimis et subtilis, *in consiliis quoque discretus fuit satis et providus. In agendis etiam negotiis et explicandis astutus extitit, promptus et expeditus. Insuper in omnibus sibi obviantibus erat bene capax doli et boni. Hic primus in Augiensi ecclesia adeptus est nomen abbatis et dignitatem et consecrationem. Disciplinam libens habebat et suis metuendus imponebat eisque cum austeritate imperabat. Eius namque sollicitudine et conamine ac Dei gracia prestante adaucti sunt redditus ecclesie et multiplicati, ut annuatim ad estimationem ....[d] marcarum sint computati. Ad hec etiam eius instancia et diligentia ecclesia in Ascah[3] ab advocato, scilicet domino Hainrico de Smalnegge, centum triginta marcis redempta est et liberata.

---

a) xx *spatio vacuo relicto c.* b) eiusdem *corr.* eius *c.* c) *haec alia manu addita esse videntur.* d) *spatium octo litterarum vacat c.*

1) Eius tempore liber de monasterii fundatione et bonis acquisitis scriptus est. 2) In charta Gregorii IX. a. 1228. legitur: *fratres Sancti Petri in Augia Premonstratensis ordinis tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cottidiano defectu iusticie conquerentes.* 3) Obereschach.

III.

APPENDIX.

De anniversariis sollempnibus benefactorum et familiarium nostrorum. p 307.

Frater Hermannus, huius nominis secundus Augiensis ecclesie prepositus, omnibus eiusdem professis in futurum. Fuerunt ab inicio nascentis huius ecclesie diversi ordinis et sexus diverseque dignitatis felicis memorie homines, qui, dum viverent, spe mercedis eterne provocati, sed et naturalis boni freti liberalitate, ecclesiam Augiensem in paupertate fundatam rerum suarum tam mobilium quam immobilium largis elemosinarum suarum beneficiis sublevare curaverunt et augere, verum etiam dicte ecclesie[a] res et personas propensioris dilectionis officio pro posse suo promovere, fovere ac defensare necnon privilegiorum suorum libertate tueri studuerunt. Quapropter *ne ingrati beneficiorum eorundem esse *p. 308. videamur et suffragio nostrarum, si quid valent, orationum illos defraudare vicemque illis non rependere suspecti teneamur, decrevimus anniversarios ipsorum dies solo caritatis affectu sine omni condicionis nota vel titulo cum vigiliis et missis et ampliori fratrum in refectorio procuracione sollemniter celebrare, optantes illis et redibentes pro terrenis celestia, pro temporalibus eterna. Inter plurima vero beneficia, que affectu pariter et bonorum operum effectu nostre intulerunt ecclesie, quedam singula singulorum dona presenti scripto annotare et futuris in posterum cupimus significare.

De venerabilibus dominis Constantiensis ecclesie episcopis.

Notum sit omnibus, quod venerabiles domini Constantiensis ecclesie episcopi, scilicet *Hermannus, Otto, Hermannus, Diethalmus[b], Cůnradus, Hainricus[1], ...[c] *p 309. suis consecrationibus, ordinacionibus, parrochialium ecclesiarum decimarumque concessionibus ac privilegiorum suorum confirmacionibus ecclesiam nostram perornantes, extulerunt et munierunt. Idcirco ipsorum sollempniter celebramus anniversarium.

De episcopis alienigenis.

Sciendum quoque est, quod reverendi domini, scilicet Cůnradus de Urach cardinalis et episcopus 20 marcas, Eberhardus Salziburgensis episcopus 20 marcas, Cůnradus Spirensis episcopus et cancellarius 10 marcas in subsidium ecclesie nostre contulerunt. Unde eciam ipsis pro anniversario facimus plenum cum orationibus officium.

De Romanis imperatoribus.

Sciendum quoque est, quod illustrissimi domini, Romani imperatores Fridericus huius p 310. nominis primus et filius eius Hainricus et huius filius Fridericus ecclesiam nostram huiusmodi gracia et libertate extulerunt, ut quilibet homines suo dominio attinentes se cum suis rebus tam mobilibus quam immobilibus ad nos libere valeant transferre, a pensione quoque thelonei nos absolverunt, ligna etiam in forestis ipsorum succidere permiserunt nosque in tuicionem ipsorum gratis receperunt. Fridericus tamen secundus prebendam in Brigancia et grande pratum in Oinrieth prefatis beneficiis nobis superaddidit. Qua de causa pro anniversario persolvimus eisdem annuatim plenum *in orationibus officium. *p. 311.

De illustrissimo domino Philippo Romanorum rege et Herena regina.

Sciendum quoque est, quod piissimus dominus Philippus Romanorum rex et uxor sua Herena contulerunt nobis ecclesiam Cristine, insuper cycladem auro textam, 10 marcis comparatam. Quorum sollempnem anniversarium cum orationibus annuatim merito peragimus.

De ducibus provinciarum.

Sciendum quoque est, quod liberalissimi domini, duces [tam[d]] Suevie quam aliarum provinciarum, videlicet Hainricus dux Saxonie et Bawarie, Fridericus et Cůnradus duces Suevie, Welpho et Welpho duces Spoleti, eandem quam et imperatores libertatis graciam privilegiis suis cum aliis beneficiis *ecclesie nostre inpenderunt. Welfo tamen dux pre *p. 312.

a) e. r. *in ras. alia manu c.* b) D. C. H. *fortasse alia manu additi.* c) *linea dimidia vacat.* d) *deest c.*

1) Qui sedit inde ab a. 1233.

ceteris predium quod dicitur Vidanishoven nobis adaptavit[1]. Unde et ipsis merito anniversarium persolvimus cum orationibus plenum officium.

. . . .

p. 208. De[2] predio in Honnriet.

Geste rei memoria propagatur in posterum, cum venit auctoritas et robur firmius a
testimonio litterarum. Declaretur igitur tam posteris quam modernis, quod eo tempore,
quo illustris Romanorum rex et Sycilie Fridericus cruce signatus ad suscipiendam coronam
Romam se prepararet et inde, Deo favente, mare transfretaret[a], dum semel in eodem negotio
1219? promovendo apud Winegarten esset, accessit ad eum Ůlricus prepositus Augensis, et inter
alia necessaria exponens sibi, quantam penuriam ecclesia Augensis haberet in feno et
pascuis, multum supplicavit, ut per eius clementiam eorum in hoc subveniretur inopie.
Fuit autem hec peticio in capella sancti Nycolai, dum iam missa celebraretur, et interfuerunt
*p. 209. huic petitioni Anshelmus de Iustingen marscalcus, *Eberhardus de Walpurc dapifer, Cŏnradus
de Winterstetin, Dieto de Eihstegen[3], Bernhardus de Ravenspurc, qui tunc fuit minister
regis. Hii omnes multum cum preposito regi instabant. Rex vero a predictis marescalco
et dapifero et aliis qui aderant cepit querere, ut, si peticioni prepositi vellet acquiescere,
ubi oportunitatem id faciendi posset habere. Responderunt, quod in silva Altorfgensi optime
posset, si vellet, in loco ubi dicitur in Honriet: ibi essent loca paludosa, sibi non multum
utilia et tamen preposito et ecclesie sue ad talem necessitatem, qualem ipse peteret, satis
idonea. Placuit enim hoc regi, et vocato ad se Bernhardo ministro, iussit eum accedere ad
*p. 210. locum sibi denominatum, et ut preposito et *fratribus suis in tantum de eadem silva assignaret, quantum eis ad faciendum novalia sua et prata conpetenter posset sufficere; quod
ita factum est[b]. Statim post discessum domini regis Bernhardus minister, assumptis sibi
custodibus eiusdem silve, qui vulgo dicuntur vorstare, et aliis convicinis eorum, et vocato
preposito et quibusdam fratribus suis, accessit ad locum in Honriet, sicut rex preceperat,
et certis metis et terminis in eadem silva eis assignatis, iussit, ne ulterius procederent et
fossatis partem eorum circumvallarent. Hec sunt autem mete et termini eiusdem predii:
in superiori parte versus Sulbach extenditur spatium in directo a prato regis usque ad viam
*p. 211. que ducit versus Wilare[4], et a loco illo extenditur *aliud spacium per eandem viam usque
ad pratum Heinrici Hunpizen; hec est inferior pars: per viam illam dividitur pars nostra
manifeste in longitudine a silva regis. Quamvis forte non fuit necesse, tamen propter
maiorem cautelam, dum eodem anno iterum dominus rex venisset ad Winegarten, sepedictus prepositus petiit denuo ab ipso, ut donationem, quam gratia sua fecerat ecclesie
sue in Honriet, litteris patentibus et sigillo suo dignaretur confirmare. Obtinuit enim hoc
apud regem, et date sunt sibi littere confirmationis cum sigillo domini regis per manum
Heinrici de Tanne, annotarii et maioris ecclesie Constantiensis prepositi[5].

Qualiter et a quibus fundatum sit cenobium in Scuzzenriet.

p. 212 Que in tempore fiunt cum tempore etiam transeunt. Necesse enim est, ut ea que etiam
transierunt aliquando ad memoriam reducantur, ut per ea melius futura perpendantur; finis
enim cuilibet rei, agnito initio, melius perpenditur. Unde presenti operi duximus annectendum, quomodo cenobium in Scuzzenriet habuit initium et a quo fundatum sit et quando
traditum sit ecclesie Augensi et ordini Premonstratensi. Anno millesimo centesimo octogesimo tercio, regnante Friderico imperatore, erant in Scuzzenriet Beringerus et Cŏnradus,
duo fratres, nobiles milites libere conditionis, qui ex antiqua hereditate iure proprietatis
*p. 213. diu possederant predium hoc in Scuzzenriet cum ecclesia parrochiali *et omnibus suis attinentiis. Habuerunt ibi etiam castrum, in quo fuit eis residentia; nullos habebant filios legitimos nec filias, et satis erant accepti ipsi imperatori Friderico et maioribus Suevie. Dum vero in optima prosperitate essent, et iste mundane res eis bene succederent, divino nutu convenerunt inter se, ut de ecclesia illa parrochiali, que in honore sancti Magni fuit dedicata,

a) transfetaret *c.* b) *vocabulo spatium vacat; sed nihil deesse videtur.*

1) Haec accuratius narrantur edit. p. 19. 2) Edidit hoc cap. Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Friderici II. Vol. I, 2, p. 724. 3) Eichstegen, praef. Saalgau. Hi testes in charta infra laudata afferuntur. 4) Marsweiler prope Sulpach. 5) V. chartam s. l. et d. W. UB. III. p. 109. Alia Friderici imperatoris a. 1220, Ian. 4. Wingarten data est, v. Böhmer, Reg. nr. 318, p. 104.

facerent cenobium alicuius religionis et omnia predia sua illi cenobio conferrent. Hec dum
apud diocesanum et apostolicum confirmassent, accesserunt ad Augensem ecclesiam, cui
tunc prefuit Ůlricus venerabilis prepositus, et petierunt ab ipso et a toto conventu, ut per-
sonas cum aliis necessariis, que ad claustralem disciplinam pertinerent, ad locum *Scuzzen- *p 214
riet pro amore Dei mitterent et ipsam ecclesiam cum prediis et omnibus suis attinentiis
sibi et ordini Premonstratensi subiugarent. Placuit enim hoc preposito et toto conventui, et
non post multos dies personas tam laicos quam clericos cum his que ad ordinem et religio-
nem spectabant ad locum Scuzzenriet direxerunt et sic ecclesiam illam sibi et ordini Pre-
monstratensi subditam fecerunt[1].

De prebenda Brigantie. p. 109.

Superius dictum est[2], quomodo et qualiter illustris rex Romanorum Henricus donaverit
ecclesie Augiensi prebendam parrochialis ecclesie in Prigantia[3]. Nunc dicendum est, quando
et ubi pater suus Fridericus, egregius Romanorum imperator et rex Sicilie et Ierusalem, in
donatione predicte prebende eandem fecisset[a] gratiam ecclesie supra memorate. Tempore,
quo Mediolanenses et alii quam plures Lombardi se manifeste opposuissent imperio, contigit,
quod dominus imperator de Apulia et filius suus rex de Alemannia convenirent apud Aqui- 1232.
legium de eodem facto Lombardorum et aliis imperii negotiis tractandis. Deinde venerunt
ad locum qui dicitur Civitas[4]; ibi ad petitionem domini regis, hoc procurante nuntio
*Augiensis ecclesie, quicquid dominus rex fecerat apud Alemanniam in donatione illius *p. 110.
prebende, dominus imperator ratum habuit, et ipse hoc idem fecit privilegio suo super hoc
dato, sicut in sequenti continetur[5].

a) fecissent *c*.

1) Cf. chartam Diethelmi episcopi Constantiensis W. UB. II, p. 349. 2) Auctor de charta Heinrici regis cogitat, quae legitur p. 78 sqq., edita W. UB. III, p. 203. 3) Bregenz. 4) Cividale. 5) Sequitur privilegium Friderici, editum W. UB. III, p. 307.

HISTORIA MONASTERII MARCHTELANENSIS.

Marchthal, in praefectura Würtembergensi Ehingen ad Danubium situm, iam a. 776. monasterio ab Halaholfo quodam eiusque filiis et nepotibus fundato et cum coenobio Sangallensi ut videtur coniuncto celebre est[1]*. Inter nepotes Bertoaldus recensetur, idem fortasse qui a. 805. Perahtoldus nominatur, cum eius filii Wago et Chadaloh praedia eodem loco sita Sancto Gallo tradebant*[2]*. Centum et quinquaginta annis post iterum Berhtoldi cuiusdam filius comes Adelbertus inde cognominatur, qui a. 954. contra Ungaros prope Augustam gloriosam mortem subiit*[3]*. Saec. X. exeunte vero Hermannus dux Alamanniae 'pro anima beatae memoriae Berhtolfi' ecclesiae Marchthalensi villam tradidit; idemque ex uxore Gerberga filium accepisse narratur, quem 'pro amore' dicti Berhtolfi eodem nomine appellavit, sed post annum amisit*[4]*. Quare matrem Hermanni ex genere illo ortam fuisse, maritoque hoc attulisse praedium, coniicere licet. Filio mortuo, novas ecclesias dux et uxor eius Marchthali construxerunt et antiquae illi tradiderunt*[5]*; filius vero, Hermannus III, canonicos saeculares ibi circa a. 1011. posuisse traditur*[6]*. Sed tempore sequente praebendae in manus laicas transierunt, ita tamen ut comitissa quaedam Bertha eiusque nepos Hugo comes palatinus Tubingensis, qui ex ducum illorum genere originem traxisse dicuntur, plures retinerent. Hic denique a. 1171. ut eas ordini Praemonstratensi traderet adductus est et ita novum quodammodo coenobium fundavit, quod temporis decursu possessionibus auctum, inter Sueviae meridionalis ecclesias non infimum locum obtinuit.*

Haec eius initia saeculo XIII. incipiente frater quidam Walterus describenda suscepit, cuius liber diu tenebris obrutus[7] *ante aliquot annos lucem vidit.*

Codex archetypus nunc asservatur in bibliotheca publica S t u t t g a r t i e n s i, *Hist. Q. 261, foliis constans membranaceis 35, quibus postea plura agglutinata sunt chartacea, sed vacua. Fol. 1. et 35, necnon fragmentum folii lacerati nullo numero signati quaedam ex Historia Welforum continent ab hoc libro plane aliena (de quibus cf. N. Arch. IV, p. 166), sed iam s. XIII. huic volumini coniuncta.*

Ipse liber vero duabus constat partibus. Prior nunc 12 folia explet (p. 3—26), sed post tertium folium unum, post decimum duo sunt deperdita,

1) Wartmann, Cod. dipl. Sang. 81, I, p. 77. Ad Halaholfi genus refert Perhtoldum illum qui saec. X. cum Erchengario fratre contra Conradum I. pugnavit, Baumann, 'Vierteljahrsschrift f. Würt. G.' I, p. 25. 2) Ibid. 186, p. 175. 3) Ann. mai. Sang. 954, p. 79: *Adalbert, filius Perehctolti;* Herim. Aug. 953, p. 114: *Adalperto de Marhtale comite;* cf. Stälin I, p. 546 n. 4) Hist. c. 1. 5) Ibid. 6) Ann. Bebenhus., ap. Stälin l. l. p. 473 n. Cf. Hist. c. 2. 7) Nam nonnisi parva fragmenta de Manegoldo praeposito, a G. Muglino, collegii soc. Iesu Augustani rectore, communicata, edita sunt Acta SS. April II, p. 502. Praeterea fortasse Hugo, Ann. Praemonstr. II, p. 135, sive ipso libro sive notis inde haustis usus est.

ita ut olim 15, vel, primo folio vacuo relicto, duo quaterniones fuisse videantur. Scriptura ad finem usque p. 22. per totum una, perspicua et satis elegans, quam quo minus ipsi auctori tribuas, hoc solum obstat, quod non raro vocabula omissa, sed omnino necessaria, supra lineam vel in margine addita sunt, modo eodem calamo, modo vero simili quidem manu, sed alio certe atramento. Fortasse igitur librarius scripsit, quae auctor postea emendavit. Id ut statuamus praesertim eo adducimur, quod, quae ultima duo folia continent neque uno tempore neque uno calamo exarata esse, primo patet aspectu. Attamen etiam haec a Waltero addita esse, ipse apertis verbis dicit[1]. *Alius vero post, quibusdam erasis, nova chartae intulit.*

Walterus, ex villa Stetten prope Ehingen sita oriundus[2], *quo tempore natus sit vel coenobium intraverit, non constat. Sed c. a.* 1210. *inter canonicos non infimum locum obtinuerit oportet, quippe qui tunc temporis bis Romam, semel Praemonstratum missus sit, ut partes ageret contra praepositum eiusdem nominis, qui annis* 1208—1212. *sedit, hoc vero anno praelaturam abdicare coactus est*[3]. *Postea novo monasterii aedificio exstruendo magister praefectus est; a. vero* 1219. *iterum Romam ivit, et in itinere Viterbii sanctorum reliquias accepit, quas partim suae, partim Ursbergensi ecclesiae detulit; deinde per novem annos pecunias collegit operi illi necessarias. Post tot labores feliciter exantlatos a.* 1229. *praepositus est electus*[4] *et tunc calamum deposuit. Sed non ante a.* 1241. *obiit, postquam novum monasterium exstructum et dedicatum vidit et poenitentiarii officio per totam dioecesim Constantiensem per aliquot annos functus est.*

Historiam vero iam c. a. 1215, *sub Rudolfo praeposito incepit, et primo non ultra c.* 73.[5] *progressus est, in quo capitulorum index libro praemissus desinit, duobus tantum alia manu et sine numeris adiectis. Ultimis vero capitibus nunc maximam partem deperditis non historiam continuasse, sed de statu monasterii accuratius Walterum egisse, argumenta probant feliciter servata. Continuationis vero partem a.* 1220. *adiecisse videtur*[6], *alia post a.* 1226[7], *finem a.* 1229[8]. *Ipso libro de ecclesiae originibus ea retulit quae in veteri libello lacerato invenit, eaque fide satis digna, utpote cum aliis testimoniis convenientia; novam vero fundationem et dotationem ex ipsis chartis descripsit, praeterea quae de praepositis accipere poterat vel ipse viderat memoriae tradidit. In annis indicandis nonnumquam erravit; ceterum res accurrate exposuit, animo aequo, sermone usus simplici. Rebus publicis hic liber parum quidem lucis affert, sed ad familias nobilium et ministerialium Suevicorum eorumque possessiones cognoscendas facit.*

1) c. 78; cf. c. 60. Minus recte in prima libri editione pluribus monachis haec adscribuntur. 2) P. II, c. 1. 3) c. 60. 4) Uno vocabulo minus recte lecto (*fratre* pro *frater*) hunc locum male interpretatus est Schöttle, qui primus hanc edidit historiam, Walterum nostrum tunc monasterium reliquisse vel obiisse, ratus. 5) Fortasse iam c. 69—73. post addita sunt, sed eadem manu. 6) c. 75. 7) c. 80. 8) In parte paginae 26. vacua relicta manus s. XIII. ex. quaedam de decimis monasterii annotavit, quae hic repetere iuvat: *Idcirco humani actus literis commendantur sive scribuntur, ne per oblivionem a mentis memoria cicius labantur. Noverit ergo universa fratrum posteritas, hos esse agros, quorum decimam accipimus in Talhain: ze roggenlande vor harde duo iugera et Hainzen biunde; ze Hoherainun dimidium iuger. Item zem brunnelin unum iuger; ze Stainun unum iuger; zen cruce unum iuger und ain lant; an lant ufen Hohenberge; an lant ufen Gillun; an ruti und an lant in Altunstaige; an hofstat an lant under de hofstat. Item in Westerhoven unum iuger. In Manernstinuntal medium iuger; ob dem tal unum iuger; uf den æthern* 4 *iugera; quatuor iugera in Witenrieth. An Gillun ander haldun duo iugera; der lang acher uf Stegenhaldun; an schonem buhel und an ruhem buhel* 5 *iugera; an Stegenhaldun unum iuger; hinder Hermuotes huse unum iuger cum dimidio an matun, an blezeli; ze Hainzen biund an blezelin.*

Septuaginta annis post continuationem nactus est in eodem volumine quatuor foliis scriptam eadem manu, quae historiae Welforum exemplum fecit. Neque est cur scriptorem et huius opusculi auctorem diversos habeamus. In historia ipsa nusquam nomen indicavit, sed p. 2. et 36. codicis quaedam scripta sunt quae quin eidem tribuenda sint dubitari nequit; ibique littera initiali H. *se designavit*[1], *quare Heinricum recte eum primus libri editor nominasse censendus est*[2]. *Et ipse canonicus Marchthalensis fuit, linguae Latinae bene gnarus, praesertim in sacra scriptura versatus, sed plus verbis et verborum lusui quam rebus intentus. Privilegia revolvere, ut profitetur, ipsi longum erat*[3]; *pauca tantum eiusmodi de Waltero praesertim tradidit; semel ad 'Manegoldi legendam' provocat, sed fortasse ea intelligit quae in Walteri libro exstant; postea quaedam ex auditu accepta refert*[4], *depraedationes et alias ecclesiae calamitates dolet et eos qui haec ausi vel passi sunt acriter castigat; praesertim vero in iis immoratur, quae ad coenandi ordinem in monasterio observatum spectant, praepositorum epulas, fratrum vero parcum cibum multis verbis describens et vituperans; in quo argumento etiam ea versantur, quae postea paginis vacuis eum intulisse, supra dixi. Quamvis igitur ex his narrationibus ipsa historia parum fructus capere possit, ad mores tamen eius temporis cognoscendos faciunt.*

Bene igitur meruerunt qui librum e tenebris eruerunt V. Rev. Woerle, parochus Wachingensis, qui eum in ecclesiae cuiusdam scriniis detexit, et V. Rev. J. Ev. Schoettle, parochus in Seekirch, qui editionem ante decem fere annos curavit ('Freiburger Diöcesan-Archiv' Vol. IV, 1869, *p.* 147 *sqq.). Paullo post vir amicissimus, historiae patriae morte nimis matura ereptus, Chr. Fr. Stälin codicem a bibliotheca publica Stuttgartiensi comparatum mihi ostendit, quem nunc eius successor V. Cl. Heyd benevole Berolinum transmisit, ita ut iam verba genuina ubique proponere liceat. In locorum situ definiendo tum prioris editoris sollerti opera tum annotationibus chartis Marchthalensibus in Codice diplomatico Wirtembergensi subiectis me usum esse, grato animo profiteor.* *G. W.*

PARS PRIMA AUCTORE WALTERO.

p. 3. Capitula sequentis operis.

a) *haec in rasura c.* b) Marhtelēn̄ *c.* c) et p. e. *post addita videntur c.*

1) *Ego siquidem H. nullius ecclesie episcopus.* Edita est haec oratio cum ipsa historia p. 193 sqq. 2) Ita enim etiam praepositum Heinricum scripsit, sub quo vixit et librum composuit. Hunc minime continuationis auctorem esse, primo patet aspectu. 3) c. 4. 4) Ibid.

17. De prebenda domini Swigeri [de[a]] Gundelvingen.
18. De obitu fundatoris et predio in Ambra.
19. De obitu domini Eberhardi primi prepositi.
20. De domino Udalrico 2.[b] preposito.
21. De domino Hainrico de Emeringen Camerario.
22. De obitu domini Walteri de Lapide.
23. De prediolo Otacherhoven.
24. De predio Wettishusen.
25. De quodam predio Niderdahtorf.
26. De obitu domini Udalrici prepositi.
27. De domino Gerloho 3.[b] preposito.
28. De domino Manegoldo 4.[b] preposito.
29. De ecclesia Bilringen.
30. De fratre[b*] Rudigero.
31. De confratribus in Emeringen et[c] de predio eorum.
32. De domino Dietrico et predio eius.
33. De domino Riwino et predio Oberwachingen.
34. De confratribus de Husen et predio eorum.
35. De prebenda domini Cunradi Suevorum ducis.
36. De domino C[unrado] de Emeringen et predio eius.
37. De uxore domini Erphradi.
38. De Ebenturo et cognatione eius.
39. De Hirlicho et Rosseberch.
40. De Vlekonibus et Dahsseberc.
41. De domino Hainrico de Husin et prediis eius.
42. De comite H[ainrico] de Tuwingen.
43. De quodam predio in Ambra.
44. De obitu domini Manegoldi prepositi.
45. De domino Meinhardo preposito 5.
46. De curia Floris.
47. De predio Dahtorf.
48. De discessu domini Meinhardi.
49. De domino Hainrico de Supingen 6.
50. De aque ductu.
51. De quodam predio Niderwachingen.
52. De statuto domini palatini.
53. De domino Swigero de Achen et anniversario eius.
54. De domina[d] Iudinth et anniversario eius.
55. De domino Eberhardo Salzburgensi episcopo.
56.[e] De domino Waltero 7. preposito.
57. De quodam prediolo in Smalsteten.
58. De curia Wilretingeronis.
59. De quodam predio in Tŏgindorf et Dietelhoven.
60. De cessione domini Walteri prepositi.
61. De domino Rudigero 8. preposito.
62. De quodam prediolo Pheternowe.
63. De domino Růdolfo preposito.
64. De quodam prato Dahtorf.
65. De obitu domini H[ainrici] de Supingen.
66. De[f] tribus familiis Marhtelanensibus.
67. De propriis hominibus.
68. De lege censualium.
69.[g] De domino Hugo decano.

a) *deest c.* b) *post add. c.* b*) fratri *c.* c) *haec et alia huius argumenti plerumque supra lineam scripta c.* d) dn̄o *c.* e) 56. 57. 58. *in loco raso c.* f) *reliqua omisit editio, sed alia addidit argumenta ex ingenio facta.* g) *c.* 69—73. *fortasse post addita.*

p. 4. **Incipit prologus de ecclesiis et ducibus et prelatis Marchtelanensibus.**

Cum evanescente tempore omnia evanescant que in ipso geruntur, cum animadverterem quoque, quod Marhtelensis ecclesia multa incommoda sepius a quibusdam emulis subversoribus et scorpionibus, cum quibus habitamus, super quibusdam prediis suis fuerit perpessa, sollicitus fui scire volentibus scriptis propalare et successorum nostrorum memorie commendare, a quibus personis vel sub quibus prelatis et quo tempore predicta ecclesia fundata, dotata, prediis nobilitata et aucmentata exstiterit. Duo namque in hoc opere utilia perpendi: primum quod, cum congregationem eiusdem loci non lateant nomina benefactorum ac etiam beneficiorum sibi ab eis amore Dei collatis[c], sine intermissione pro ipsis orare non cessent; alterum vero, ut, cum supradicti emuli secundum nequissimam consuetudinem suam supradictum locum et fratres inique, ut dixi, super prediis et possessionibus suis molestent et perturbent, ipsi eis obviare veritate et iusticia suffulti, quod iuste receperunt, narratione certa ac fideli possint retinere, nec quicquam falso testimonio perdere iniquorum machinatione. Sed quia primo a fundatoribus est incipiendum, ut, cognito fonte, facilius rivulos eiusdem inveniamus, placuit paucis huic operi annectere, de quibus originem dicti fundatores duxerint et qui dominatum Marhtelensis castelli tenuerint, antequam collatum ordini Premonstratensi fuerit, prout in quodam vetustissimo libello, qui erat de fundatione et constructione [ecclesiarum[d]] eiusdem castri editus, collegi, et presenti pagine annotare.

Explicit prologus. Incipit.

1. De castro Marhtelanensi.

Igitur nobilissimum et amplissimum castrum antiquitus fuisse, adhuc locum ipsum considerantibus patet, munitum turribus quam plurimis et muris altissimis et vallibus profundis, spectaculum habens amenissimum. Erat enim, sicut adhuc, super Danubium fluvium situm, apud quod habebat quendam hortum ferarum, muro circumdatum, in quo cervi, hinnuli, capree, vulpes ac lepores et alie fere aspiciebantur et capiebantur. Insuper ibidem aliis castellis habitatores gaudebant, habundantes agris, pratis, silvis et nemoribus,
*p. 5 aquis et piscibus, et universis *diviciis pollentes.

2. De ducibus et constructione ecclesiarum eiusdem castri.

In hoc castro quidam nobilissimi et prepotentissimi quondam Suevie aliarumque terrarum duces per successionem consederunt, unus nomine Berhtoldus, alter vero nomine Hermannus, multis virtutibus prediti. Et quamvis plures principes eiusdem cognationis fuisse non dubitem, horum tamen solummodo nomina in supradicto antiquo libello utpote confracto et discisso repperi. Ubi sic legitur: 'Hic Hermannus[1] de egregia Francorum natus prosapia, regis Cůnradi filiam de Burgundia nomine Gebirgam, regis Lotharii sororis[2] filiam, de regno et de stirpe Magni Karoli, legittimo suscepit coniugio; cuius rogatu pro anima[e] beate memorie Berhtolphi quandam[f] villam Bettinchovin[3] dictam in mansis quatuor ecclesie beatorum apostolorum Petri et Pauli donavit et clericos serviendum Deo sollempniter[g] addixit. Ipsa vero ducissa eidem duci filium peperit, quem[d] pro amore supradicti Berhtolphum nuncupavit[4]. Is puer, cum esset tantum unius anni et quatuor dierum, heu proh dolor! defunctus est; quem mater, magnis cruciata doloribus, ad latera sancti Petri in oratorio sancti Iohannis baptiste sepelire precepit. Hanc ecclesiolam quidam presbiter Ello

a) *haec post addita numeris omissis.* b) possionum *c.* c) *ita c. pro:* collatorum. d) *post add. c.* e) anime *c.* f) q. v. B. d. *post add. c.* g) sollepn. *c.*

1) Hermannus II. dux Sueviae, qui obiit a. 1003. 2) Mathildis; v. Gen. SS. III, p. 215. 3) Bettighofen. praef. Ebingen. 4) De hoc alibi nihil traditum est. Neque quis senior ille Berhtolfus fuerit, compertum habemus.

nomine, adiutorio domine Gebirgis, cum porticu[a] et sancti Michahelis ecclesiam fabricavit; quam dominus Gebehardus Constanciensis episcopus[1] 4. Idus Februar., crastina vero die ecclesiam beate Marie virginis, ad orientem sitam, dedicavit. Dux vero cum ducissa memorata eandem ecclesiam ad altare beatorum apostolorum Deo et beatis apostolis clericisque inibi degentibus pia largitione tribuerunt. Ad altare vero beati Iohannis mansum unum cum sex mancipiis presenti vico donavit. Unde Deus bona eorum[b] opera cognoscens, dedit illis filium, quem Hermannum nuncuparunt'[2]. Hec tantum de supradicto codice annexa sunt, quia plura scripta non inveni in eo.

3. De septem canonicis vel prebendis secularibus eiusdem loci.

Ex hoc patet, quod ab eisdem ducibus et antecessoribus suis ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli constructa caput istius loci ac mater aliarum ecclesiarum eiusdem[b] castri[b] fuit, sicut et adhuc esse dinoscitur; in qua, sicut certa relatione multorum cognovimus, septem canonici seculares a supradictis ducibus vel antecessoribus suis locati, Deo et sanctis serviebant. Horum itaque septem canonicorum quilibet septimana sua regebat ecclesiam beate Marie virginis, parrochialem *videlicet[c], ad orientem sitam, et populum *p 6.
procurabat. Qualiter vero idem duces vel filii ipsorum decesserint, de hoc diversi diversa locuntur; sed cum tantum de renovatione supradictarum ecclesiarum scribere proposuerim, super hoc michi non est inmorandum, sed ad heredes vel patronos predictarum prebendarum transeundum.

4. De comitissa Clementie et aliis 7 prebendas tenentibus.

De illorum stirpe et cognatione nobiliores Alamannie principes descenderunt; et quamvis postea Marhtelense castrum desolatum fuerit, tamen patronatus 7 prebendarum quibusdam heredibus in eorum[d] dominium iure hereditario cessere[e]. Igitur tres earum quedam nobilissima comitissa de Clementia[3], orta de progenie eorundum ducum, Bertha[f] nomine retinebat. Hec eadem comitissa fuit, que cum comitibus de Chirperch Hiedungeshain[4] viriliter pugnavit, ubi multitudinem magnam utrinque cesam esse, ex multorum relatione 1109?
notissimum est. Acta est hec pugna anno Domini 1108. Quartam vero prebendam dominus Cůnradus, nobilissimus Suevorum dux, qui et ipse de stirpe supradictorum principum descendit, hereditario iure possedit. Quintam exinde prebendam quidam nobilis vir, dominus Swigerus[g] de Gundelvingen[5] sibi[h] ab imperatore Friderico in feudum concessam tenuit. Sextam quidam Ranzo miles de Niuferon[6] qua occasione tenuerit, nescio. Septimam quedam Salome de Anemerchingen[7] tenuit, de qua suo loco plenius dicendum est.

5. Quomodo dominus Hugo Clementiam et quasdam prebendas collegerit.

Igitur supradicta[i] comitissa de Clementia ava erat cuiusdam nobilissimi principis, domini Hugonis palatini comitis de Tuwingen. Que cum alium heredem non haberet, ipsa defuncta, Clementiam cum aliis possessionibus ac reditibus, supradictas etiam[b] tres prebendas possedit. Posthec hanc, quam Ranzo tenuit, pro 50 marcis comparavit. Is palatinus comes idem erat[b], quem Welpho dux nobilis Tuwingen obsedit; quem et ipse versa vice de obsidione turpissime fugavit et, suis ferme omnibus captis aut despoliatis, nobilissimum de hoste triumphum accepit[8]. Annus erat dominice incarnationis 1164, [8.[k] Idus Septenbris]. *Qualiter au- *p.7
tem ordini Premonstratensi predictus locus cum prebendis collatus fuerit, nunc audire licebit.

6. De fundatoribus et fundatione Marhtelensis ecclesie in ordine Premonstratensi.

Cum supradictus palatinus comes iuvenilis esset etatis, duxit uxorem nobilissimam dominam Elisabet, filiam cuiusdam[b] prepotentissimi[l] comitis, domini Růdolfi de Bregantia, ducis Welphonis supradicti sororis[9] filiam. Hec de stirpe et cognatione imperatorum de Stophin et Hanrici ducis Noricorum et aliorum nobilium principum originem duxit. Hec

a) *vocabulum deesse videtur; in cod. nulla lacuna.* b) *eadem manu post add. c.* c) v. ad o. s. *e corr. c.* d) *e corr. c.* e) cesére *c.* f) Berta *corr.* Bertha *c.* g) *e corr. post. ut videtur manus c.* h) sibi — tenuit *e corr. c.* i) dicta *post add. c.* k) *haec post add. c.* l) prepotissimi *corr.* prepotentissimi *c.*

1) Qui sedit a. 980—995. 2) Hermannus III. a. 1163—c. 1178; W. UB. II, p. 143. 178. 3) Kellmünz; v. dipl. Hugonis, Wirt. UB. II, p. 175. 4) Jedesheim; cf. Ann. Weing., SS. XVII, p. 308; Zwif., SS. X, p. 55; Stälin. I, p. 42. 5) Occurrit 6) Neufra ad Danubium. 7) Emerkingen. 8) Hist. Welf. c. 30. 31, SS. XXI, p. 469. 9) Wulfhild; cf. Stälin II, p. 433.

assidius precibus instabat apud prefatum palatinum comitem, maritum ipsius, quatenus locum Marhtelensem cum prebendis sibi attinentibus, que per seculares canonicos iam dudum maxima ex parte prediis hac illacque distractis neglecte fuerant, et ob hoc[a] divina in eadem ecclesia sepius obmiserant, aliquibus religiosis viris conferret, qui ibidem dispersa congregarent et congregata conservarent. Cuius peticioni benignius annuens, considerans, quod ordo Premonstratensis in brevi multum coram Deo et hominibus profecit, optulit ecclesiam sepius dictam cum quibusdam possessionibus, que infra notantur, Rotensi ecclesie[1], petens, ut eundem ordinem inibi propagarent.

7. De domino Otenone Rotensi abbate.

Eodem tempore prefuit Rotensi ecclesie quidam abbas Oteno nomine, pie nimirum et sancte conversationis homo, qui et ipse, cum esset secularis persona, erat de nobilioribus ministerialibus supradicti Bregantini comitis, quique relictis omnibus Rotensem ecclesiam, cum adhuc in nimia paupertate constituta esset, cum aliis servis Dei ac Premonstratensem ordinem suscepit. In qua postea abbas factus, in tantum in spiritali et temporali edificio eadem ecclesia sub ipso crevisse constat, quod sub regimine ipsius plus quam ducenti clerici et laici et sorores quam plures strennuissimam vitam ducebant. Erat enim verus Dei cultor, zelator et amator ordinis sollertissimus. Hic ad peticionem et instantiam multorum nobilium quinque ecclesias nostri ordinis instituisse dinoscitur, Steingademensem[2], Willetinensem, Augensem, Lutrensem; ad extremum vero sepius dicti principis peticioni acquiescens, Marhtelensem ecclesiam in ordine promovendam suscepit.

8. Rescriptum privilegii fundatoris.

[In[b.3] nomine sancte et individue Trinitatis. Notum esse cupimus omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Hugo palatinus comes de Tuwingen cum dilecta coniuge mea Elyzabet et filiis nostris, *p 8. *pro *remedio animarum nostrarum et successorum et parentum nostrorum, ecclesiam in Marthel cum omnibus ad ipsam pertinentibus, videlicet hůbis, decimis, cum curtilibus, edificiis, familiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, viis, inviis, exitibus et reditibus rebusque quesitis et inquirendis, necnon et ecclesiis quatuor, una videlicet in ipsa villa Marthel[4], parrochiali ecclesia, secunda in villa Bilringen, tercia in villa Wachingen, cum omnibus ad ipsas rite pertinentibus, quarta quoque in villa Ambra cum suis decimationibus et aliis ad ipsam spectantibus, prebendam etiam quinquaginta marcis comparatam, Deo et sancte eius genitrici Marie et precipue beato Petro apostolorum principi et aliis sanctis, quorum ibi reliquie continentur, et fratribus inibi Domino sub regula beati Augustini in ordine Premonstratensi militantibus perhenniter in proprium donavimus. Predium quoque in Smalstetin[5], villulam etiam in Bettinkoven in mansis quatuor usui eorum presentibus conferimus et donamus, adicientes, quod omnia superius scripta et nominata liberaliter predicto monasterio elargimur, nullum nobis ac nostris heredibus dominium vel ius et nomen advocatie aliqualiter reservantes, sed quicquid dominii vel iuris nobis in hiis pretaxatis competiit et competere videbatur, pure propter Deum resignamus ac presenti instrumento renunciasse omnimodis profitemur. Acta sunt hec in Tuwingen, anno incarnationis dominice* 1171, *Kal. Maii, indictione* 14, *Alexandro papa tercio Romanam ecclesiam feliciter gubernante, regnante gloriosissimo imperatore Friderico, Ottone episcopo Constantiensem sedem regente, presentibus nostro sigillo eternaliter roboratis].* Sed prius de primo preposito huius loci dicendum est, ut postmodum competentius specialiter possint exprimi predia, que cum fratribus suis possedit.

9. De domino Eberhardo primo preposito.

Primus itaque prelatus dominus Eberhardus institutus ibidem esse dinoscitur, de nobili progenie Wolfeggi exortus. Hic, multis diviciis in seculo relictis, utpote qui erat archidiaconus, potens et dives, Rotensibus iam multis annis erat tam habitu quam sanctissima conversatione associatus. Hic exempla pii patris Otenonis secutus, per omnia laudabilem vitam gerebat, obedientia, caritate, humilitate ac ceteris virtutibus prefulgens. Unde multorum precibus ac maxime obedientia supradicti abbatis, cum non solum preesse, sed etiam prodesse potuisset, convictus, primus, ut dictum est, Marhtelensem ecclesiam in hoc ordine regendam suscepit et cum 12 personis, clericis[c] et laicis conversis, supradicto anno possedit. Nunc placet, ut promisi, propriis vocabulis exprimere possessiones et predia, que fratres nostri ad introitum suum libere ac pacifice possederunt.

a) *post* hoc *voc. erasum c.* b) *haec manu s. XIV. alus erasis scripta sunt.* c) cl. et l. *e corr. c.*

1) Roth, praef. Leutkirch; v. dipl. W. UB. II, p. 165.
2) Steingaden; Wilten; Weissenau (cf. supra p. 648);
3) Editum ex orig. W. UB. II, p. 164.
4) Ober-Marchthal; Kirchbierlingen; Unter-Wachingen; Ammern.
5) Stetten; Bettighofen.
Lautrach.

10. De possessionibus, quas libere possederunt.

. . . .
. . . .[a]

16. [De domino Hugone et Mahtilda uxore eius].

. . . .
*unum ad lapidem cum quibusdam mancipiis et rebus aliis Deo et sanctis in Marhtel in proprium donaverunt[1]. Hunc mansum fratres loci postea cum Seburgensibus inutile concanbium facientes, pro quadam curte in Husin[2] que dicitur Hainrici dederunt. *p. 9.

17. De prebenda domini Swicgeri de Gundelvingen.

Idem[b] prepositus prebendam, quam dominus Swigerus nobilis vir de Gundelvingen, sibi a domino imperatore Friderico in feudum concessam, ut supradictum est[3], tenuerat, pro 70 marcis comparavit, et quamvis ipsam imperatori resignare et per ipsum ecclesie dare iuraverit, morte preventus non consummavit. Unde frater ipsius dominus Cůnradus archidiaconus ecclesiam usque ad tempora domini Manegoldi postea prepositi super eadem prebenda molestavit; sed ab ipso coactus resignavit. Hanc peccuniam ex parte dominus Ůdalricus postea prepositus persolvit.

18. De obitu fundatoris et predio in Ambra.

Igitur fundator ecclesie nostre supradictus gravi infirmitate, utpote senex et grandevus, detentus, donaverat[c] nobis ecclesiolam parrochialem in Ambra, cum agris, pratis, silvis, decimis et rebus aliis sibi attinentibus. Optulit etiam Deo et ecclesie nostre duos mansus in Winolfhein[4]; sed post obitum ipsius advocatus noster dominus Růdolfus palatinus comes, filius eiusdem, cuidam ministeriali suo Heinrico de Sebrunnen[5] in feudum concessit et nobis restituere promisit, sed non persolvit. Defunctus est itaque eadem infirmitate anno Domini 1190[6], 2. Kal. Ianuarii[d], et in Blaburensi cenobio sepultus. Nos vero predictum predium in Ambra possedimus.

19. De obitu domini Eberhardi primi prepositi.

Anno igitur domini nostri Ihesu Christi 1183.[7] dominus Eberhardus prepositus in Marhtil gravissima infirmitate correptus, prelatura bene et sapienter annis 8 administrata, cum omni integritate sensus, plenus Spiritu sancto, 15. Kal. Mai quievit in Domino. Non enim, ut ait beatus Augustinus, poterat male mori qui bene vixerat. Sepultus est itaque in porticu, de quo supra dictum est[8], in quodam sarchofago, pro temporis et loci oportunitate. Sed qualiter postea inde translatus sit, suo loco dicetur[9].

20. De domino Udalrico preposito secundo huius loci.

Quo defuncto, dominus Ůdalricus, canonicus Rotensis ecclesie, de communi fratrum assensu regimen Marhtelensis ecclesie suscepit, vir simplex et rectus et timens Deum ac recedens a malo. Hic primus vineam in Ambra inchoavit *et ex maiori parte consummavit. *p. 10. Preterea quandam rotam argenteam cum imagine beate Marie virginis in parte una, in altera vero beati Petri restauravit, et quendam calicem argenteum fieri iussit, altare nichilominus[e] beati Nicolai et capellulam ipsius fabricavit et altare consecravit; refectorium quoque estivale ligneum paravit et consummavit. [Predium[f] etiam Wagenhaldum pro sex talentis comparavit].

21. De domino Hainrico de Emeringen Camerario.

Temporibus ipsius erat quidam miles de Emeringen[10] Hainricus Camerarius dictus, qui curtem in Husin que dicitur Werinheri pro remedio anime sue et pro 25 marcis Deo et ecclesie perenniter in proprium donavit.

a) *deest folium.* b) Id. p. p. q. d. S. *in loco raso c.* c) *in loco raso alia ut videtur manu c.* d) Ian. *e corr. c.* e) nicholominus *c.* f) *in marg. post add. c.*

1) Charta huius donationis deperdita esse videtur, alias v. W. UB. II, p. 174—177. 2) Hausen prope Munderkingen. 3) c. 4. 4) Wendelsheim, praef. Rottenburg (?). 5) Sebrunn. 6) Obiit a. 1182; Ann. S. Georgii, SS. XVII, p. 297. 7) Iam a. 1179. mortuus erat; v. chart. Hugonis W. UB. II, p. 202. 8) c. 2. 9) c. 44. 10) Emeringen, praef. Münsingen.

22. De obitu domini Walteri de Lapide.

Eodem tempore quidam miles de Lapide[1], frater militum de Seburch, nomine Walterus, defunctus est. Qui sepultus apud nos, tradidit ecclesie dimidium mansum in villa Marhtil cum domo que dicitur Vreronis.

23. De prediolo Otacherhovin.

Prediolum etiam in Otachershoven quedam soror eodem tempore ad nos veniens optulit.

24. De predio Wettishusen.

Erat preterea quidam dapifer in castro Zolrr; qui cum haberet filiam fratris paraliticam, quoddam predium in Wettishusen Deo et ecclesie cum nepte obtulit; que fratres receperunt et predium possederunt.

25. De quodam predio Niderdahtorf.

Igitur dominus Walterus de Lapide, et filii sui de Seburch, eodem tempore quoddam predium in Dahtorf[2], quod a Stezonibus[3] pro 11 talentis comparaverat, fratribus et ecclesie pro 13 marcis donavit.

26. De obitu domini Ůdalrici prepositi.

Igitur dominus Ůdalricus prepositus per aliquod tempus egrotans, cum presensisset, inesse sibi horam exitus sui, ad exemplum domini et magistri sui beati Petri apostoli, oratione facta, fertur manus ad celum ad Deum levasse[a] et dixisse: 'Domine Ihesu Christe, commendo tibi oves, quas tradidisti michi'. Et his dictis, anno Domini 1189, 4. Kal. Marcii quievit in pace. Cum igitur in sarchophago supradicto, ubi et decessor eius dominus Eberhardus sepultus est, et ipse sepeliri debuisset, aperto eodem, invenerunt corpus eius suavi odore repletum, insuper manum eius dexteram, cum qua verus Christi sacerdos corpus dominicum conficere et plebem sibi subiectam benedicere solebat, quasi in benedictione, tribus digitis cruciferis extensis, duobus vero aliis ad manum recurvatis.

27. De domino Gerlobo preposito 3.

Eo ergo ibidem sepulto, fratres loci concorditer et communiter elegerunt quendam
*p 11. priorem eorum nomine Gerlohum. Hic de Lindaugia ortus, *inprimis Rotensibus associatus, cum primis fratribus domum Martehlensem possedit, sanctissime tam in Rotensi ecclesia[a] quam inibi conversatus est. In utraque enim[a] prioratu sapienter et strennue administrato, meruit provehi ad summum eiusdem ecclesie gradum[a]. Erat enim ab infantia innocens manibus et mundo corde, fidelis servus et prudens, scriba in lege doctissimus, solum habens
Prov 3, 12. oculum. Sed, ut dicit scriptura: *Quem diligit Dominus, corripit*, cum 10 tantum septimanis prefuisset, paraliticus effectus est, ac sic 12 annis languens, plenus sanctitate, 4. Idus Iunii de ergastulo carnis sancta illa anima[a] soluta est et in sepulcro prelatorum [anno[b] 1201[4]] sepultus. Hic cum presensisset se non evasurum, fratribus convocatis, dedit illis copiam eligendi rectorem. Qui quendam Rŏdolfum, canonicum Curwaldensis ecclesie, postea Lutrensis[c], prepositum elegerunt. Qui cum videret et cognosceret paupertatem loci, rennuit et abhorruit tam grave iugum subire. Ex hoc fratres loci maximas expensas inaniter super[d] eodem facientes, occasione accepta, ecclesia duobus annis sine rectore et gubernatore permanens, ad summam paupertatem et inopiam pervenit.

28. De domino Manegoldo 4. preposito.

Tandem Dominus de celo respexit, ut audiret gemitus compeditorum; fratribus inspiravit, quod[e] communiter elegerunt quendam virum prudentissimum nomine Manegoldum, Steingademensis ecclesie canonicum. Hic cum adhuc versaretur in seculo, erat capellanus domini Welphonis supradicti ducis et habebat tres parrochiales ecclesias et insuper multis

a) *post add. c.* b) *in marg. add. c.* c) Lutrēn *c., quod etiam* Lutrensem *legi posset.* d) super — accepta *in loco raso alia manu c.* e) *e corr. c.*

1) Rechtenstein; cf. Stälin II, p. 507. 2) Iam a. 805. huius loci mentio fit; Cod. dipl. Sang. 186, I, p. 175, ubi recte monetur, non idem esse ac Datthausen, quod iam a. 776, ib. 81, p. 77. Patunhusum appellatur. 3) Ita codex, non *Steronibus*, de quibus loquitur V. D. Schoettle p. 204. 4) Annus falsus, nisi de corpore post translato dici statuas; nam iam a. 1192. Manegoldus fuit praepositus; v. bullam Coelestini papae, W. UB. II, p. 281.

aliis diviciis pollebat. Preterea cum esset doctissimus, prefuit in Schiltbuirron[1] multis scolaribus, inter quos multos nobiliter educavit[a] et ad summum apicem literarum ac etiam gradum sacerdotalem perduxit. Hic omnino seculum cum decore suo despiciens, omnibus relictis, sancte conversationis habitum Steingaden quesivit et accepit. Completis tantum inibi duobus annis, ecclesiam nostram regendam suscepit. Igitur ad introitum ipsius in tanta, ut dictum est, penuria[b] et egestate ecclesia fuerat, quod 7 boves tantum habebant, quorum unus ipsi et conductoribus suis in prandio expositus est. Hic cum esset prudentissimus, in consilio providus, in bonitate conspicuus, terribilis inimicis ecclesie sue, in multis sibi ipsi et in se ipso ecclesie sue profecisse dinoscitur. Nam, ut paucis comprehendam, utilis dispensator, fidelis et prudens, constitutus supra familiam domini sui, ut det illis in tempore tritici mensuram, domum et ecclesiam suam in prediis et possessionibus et aliis rebus[c] dilatavit et aucmentavit. *Nam in tantum ecclesia[d] sub ipso profecit, quod, post obitum ipsius reditibus computatis, tot ferme proventibus aucmentavit, quot[e] in primordio a fundatore collati fuerunt. Preterea strennuissimus in ordine et conversatione erat, gravis in moribus, potens in opere et sermone coram Deo et omni populo exstitisse dinoscitur. Erat enim in sermone verax, in iudicio iustus, religiosos amplectens et promovens, inordinatos et dissolutos compescens. Propter quod dilectus a Deo et ab hominibus Dei, scilicet episcopis, abbatibus et aliis Deum timentibus, honorificatus est. Manus eius contra omnes iniquos et perversos, et manus horum omnium contra eum. Sed ista de ipso generaliter dicta sufficiant; restat[c], ut quedam ab ipso gloriose acta specialiter narrentur. *p. 12

29. De ecclesia Bilringen.

Erat quidam comes de Berga nomine Ůdalricus[2], qui ecclesiam nostram in Bilringen, que, ut in privilegio fundatoris nostri specialiter[c] supra notatur, nobis ab ipso collata fuerat, ipsam nobis[c] ablatam nobilibus viris Ernestoni et Gerungo de Lapide[3] in feudum concesserat, et insuper dominus Constanciensis episcopus cuidam clerico, domino Cůnrado de Buningen[4] ad presentacionem eorundem nobilium donum altaris commiserat; et quamvis iam multis annis eadem ecclesia sub ditione eorundem posita fuisset, tamen post multos labores et, ut ita dicam, agones et maxima pericula et infinitas expensas, utpote qui quinquies in Romana curia, quindecies[f] Moguntie et multociens Constancie et alibi placitaverat, ecclesiam optinuit et Marhtelensi subegit[5].

30. De fratre Rudigero.

Hic prepositus habebat quendam fratrem carnalem simul et spiritalem, qui in initio conversionis sue eum ad monasterium secutus, in omnibus sibi obtemperans, multa que in hoc loco operatus est ipsius adiutorio et auxilio consummavit. Huius nomen Rudigerus; medicus erat famosus. Hic, ut dictum est, quinquies pro eo Romam ibat et inde multa in thesaurum ecclesie reportabat. Nam privilegium a domino papa Celestino[6] et alias confirmationes, que antea ibidem non fuerunt, optinuit. Insuper cappam de preciosissimo semith[7] et aliam purpuream, terciam nichilominus de cendal[8] et duas casulas preciosas reportavit. Preterea 3 cruces, 2 tabulas, *2 ampullas, duo candelabra, thuribulum cum acerra et cocleari, *p. 13.
pixidem ad corpus dominicum super altare pendens, et hec omnia de opere electri, in thesaurum ecclesie reportavit. Aliam vero pixidem eburneam, argento circumdatam ac berillis ornatam, attulit. In multis etiam aliis, scilicet imaginibus, cortinis et ligneis edificiis ecclesiam[g] ornavit. Preterea equos multos, vestes, argentum et alia multa Deus per illum ecclesie contulit; insuper in multis aliis utilem se exhibuit.

31. De confratribus in Emeringen et predio eorum.

Erant duo milites et confratres in Emeringen, unus Hainricus[9], alter Hartmannus nominatus, qui in villa Marhtil a fundatore nostro feudati non minimum erant. Hii, cum preposito conventione facta, quicquid ibidem in prediis habebant, acceptis ab ipso 70 marcis,

a) duo *vocabula erasa c.* b) penuaria *c.* c) *eadem manu post add. c.* d) *e corr. c.* e) quod *c.* f) in *del. c.* g) *in marg. add. c.*

1) De hoc loco nihil constat. 2) De quo v. Stälin II, p. 357. 3) Ibid. p. 597. 4) De quo cf. 'Freib. Diöcesanarchiv' I, p. 103. 5) Eadem in charta Rudolfi palatini a. 1216, W. UB. III, p. 46, leguntur. 6) W. UB. II, p. 281. 7) i. q. samit. 8) i. q. zendel, zindel. 9) Heinricus de Emeringen a. 1208. testis nominatur; W. UB. II, p. 367.

supradicto palatino comiti domino R[udolfo] resignaverunt, et ipse dominio apostolorum et fratrum in Marhtil perenniter subegit. Hec sunt predia eorundem: due curtes Hôbrennonis et Osungi, Blanchonis, Erchenberti, Trientarii et Tatehuserenses mansiones cum omnibus appendiciis suis, ex quibus maxima ex parte ditati et dilatati sumus agris, pratis, silvis et rebus aliis.

32. De domino Dietrico et predio eius.

Erat et alius miles de Zuiviltun[1] nomine Theodericus, cum quo prepositus concambium faciens, dedit illi quoddam prediolum in wilere Niedermarhtel[2], a quadam sorore oblatum; ipse vero miles dedit ecclesie quandam curtem in villa Marhtil que dicitur Hôberonis cum suis attinenciis, acceptis insuper a fratribus 14 libris monete Constanciensis.

33. De domino Riwino et predio Oberwachingen.

Item erat quidem miles Oberwachingensis[3] nomine Riwinus. Hic habuit quandam curtem ibidem et quoddam predium in Husin. Sed cum esset de familia ecclesie et alienam uxorem duxisset et ex ea filium procreasset, predium in Husin resignavit sub[a] ea conditione, quod dominus prepositus curtem Oberwachingen filio concederet, et sic diebus vite sue teneret. Quod et factum est. Post mortem igitur patris filius gravissima infirmitate detentus est; unde tam se ipsum quam curtem ecclesie tradidit, et usque ad obitum suum nobiscum in ordine permansit. Hec curia dicitur Pellificis[4]; nomen vero conversi Albertus fuit.

p 14 ### 34. De confratribus in Husin et predio eorum.

Erant preterea et alii duo confratres, quorum[b] unus Hermannus, alter Cunradus dictus erat; adhuc matrem habentes in villa Husin, de qua supra dictum est[a]; qui et ipsi cum essent de familia ecclesie, habebant curiam ibidem; qui se ipsos cum matre et curte ecclesie et ordini optulerunt; quos fratres recipientes, predium possederunt. Hec curia dicitur Burcardi, que aucmentata est cum predio supradicti Riwini.

35. De prebenda domini Cunradi ducis Suevorum.

Igitur supradictus Rudigerus, frater domini Manegoldi prepositi, prebendam domini Cůnradi Suevorum ducis, de qua supra dictum est, apud eundem impetravit et perenniter Marhtelensi ecclesie optinuit; et hoc rescriptum privilegii donationis eiusdem:

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Cunradus Suevorum dux. Notum facio omnibus tam futuri quam presentis seculi Christi fidelibus, me ob honorem Dei et sancte religionis cultum auctoritate nostra concessisse[c] et tradidisse cenobio in Marhtil, ut, quicumque ex hominibus sub ditione nostra constitutis, seu sit ministerialis, seu cuiuscumque conditionis homo, aliquid de rebus suis mobilibus vel immobilibus extra lectum egritudinis eidem cenobio conferre voluerit, id licite et libere faciat, cum mea voluntate et licentia. Insuper et ius patronatus, quod habui in una prebendarum eiusdem cenobii, donavi fratribus ibidem Deo servituris, ut et ipsi, sicut promiserunt, solatium confraternitatis et orationum suarum mihi memorabilius inpendant. Actum est hoc anno 1192.

Et notandum, quod fratres priorem clausulam privilegii supra notatam, videlicet de licentia concessa ministerialibus eorum[a] vel etiam[a] hominibus, tam ab imperatoribus Friderico[5] et Hanrico[6], quam a ducibus Friderico et, ut dictum est, Cunrado, et a rege Philippo, pro cautela optinuerunt. Igitur, ut supra dictum est, ipsam prebendam cum altera de Gundelvingen cum omnibus pertinentiis suis tunc primo pacifice possederunt, quintam videlicet et sextam partem parrochialis ecclesie cum quibusdam rebus[a] aliis in Marhtel, mediam quoque[a] partem in Smalstetin[7] et Lutrun et in Underah; nam, ut supra dictum est, alteram partem eorundem prediorum ad introitum fratrum nostrorum ecclesia tenebat. Taliter sex prebende Marhtalensi ecclesie[a] sunt collecte; det Deus, ut et[a] septima fratribus restituatur!

a) *eadem manu post add. c.* b) quorum — erat *post add. c.* c) concessise *c.*

1) Zwiefaltendorf. 2) Unter-Marchtall. 3) Ober-wachingen. 4) Gerbershof. 5) Quod deperditum est. 6) Quod exstat s. XV. W. UB. II, p. 286 (Stumpf nr. 4807) editum, falsum est. Idem de diplomate dicendum quod Philippo duci tribuitur, ib. p. 321. Sed genuina eorum privilegia procul dubio auctor coaevus fere novit. 7) Stetten praef. Ehingen.

36. De domino Cunrado de Emeringen et predio eius.

Erat quidam miles de Emeringen nomine Cŭnradus. Hic, acceptis a fratribus 9 marcis, pratum in ipsa villa Marhtil que dicitur Walteri cum suis attinentiis Deo et fratribus perenniter donavit.

37. De uxore domini Erphradi.

Quedam etiam Mahtild, uxor domini Erphradi, de quo supra dictum est[1], dedit ecclesie quoddam prediolum in Dahtorf pro tribus libris, situm iuxta arborem que dicitur schizbirbon[a]. *p. 15.

38. De Ebenturo et cognatione eius.

Erat quidam miles in Marhtil nomine Walterus Ebenture dictus. Hic cum quodam germano fratre[a] suo nomine Hainrico habebat quandam curiam in Marhtil que dicitur Laceratoris, quam cum omnibus pertinenciis suis per manum domini sui Ŭdalrici iunioris comitis de Berga ecclesie tradiderunt. Idem confratres per manum domini Hainrici Bozzonis de Zwiviltun, a quo feudati erant, tradiderunt ecclesie domum Walteri de Wolcrishein[2] cum attinentiis suis, propter quod fratres eidem Bozoni 4 libras persolvebant. Horum soror nomine Osterlinde domum Benzelini cum[b] attinenciis suis, acceptis a nobis sex libris, ecclesie tradidit. Quidam etiam scolaris de cognatione eorundem nomine Hermannus optulit ecclesie domum Dietrici textoris cum attinentiis suis. Quedam etiam[b] matrona eiusdem progeniei nomine Agnes dedit ecclesie quendam agrum. Antiquis etiam temporibus quidam propinqui eorundem optulerunt ecclesie domum Starzonis cum attinenciis suis.

39. De Hirlicho et Rosseberch.

Erat[c] quidam miles paraliticus in Bussin nomine Cŭnradus, qui pro filia[d] ipsius quadam conversa unâ cum filio ipsius Cŭnrado cognomine Hirlich ac pro remedio animarum eorundem duos mansus et dimidium in Rosseberch[3] ecclesie donavit. Ibidem vero supradictus Walterus Ebenture[e] dimidium mansum de patrimonio Stezonum supradictorum donavit nobis.

40. De Vlekonibus et Dahseberch.

Erant preterea quidam milites de Niuferon Vlekones dicti; qui cum fuissent propinqui heredes supradicti Erphradi et ab ipso iure hereditario possedissent quendam montem qui dicitur Dahseberch[4], cum omnibus pertinenciis suis, scilicet agris, pratis, pascuis, silvis ac rebus aliis, nobis et ecclesie pro 30 libris optulerunt. Super quo quidam confratres de Rutelingen ipsos ac[b] nos[b] molestantes, tandem et ipsi, acceptis a nobis 6 aliis libris, liti abrenunciantes[f], pacifice et quiete predictas possessiones recepimus et obtinuimus.

41. De domino Hainrico de Husin et predio eius.

Fuit etiam quidam miles in Husin[5] parrochie Bilringen nomine Hainricus, qui pro remedio anime uxoris sue[g] mansum in villa Siniechain ecclesie Marhtelensi donavit. Preterea dimidium mansum in Slehtenvelt[6] ecclesie Bilringen[h] ipso vivente optulit, in morte vero ipsius reditus 8[i] solidorum ad lumen eidem ecclesie, ubi et sepultus est, perenniter in proprium donavit.

42.[k] De comite Hainrico de Tuwingen. p 16

Erat quidam comes[h] de Tuwingen nomine Hainricus, filius fundatoris nostri, qui leprosus effectus et ad extrema perveniens, donavit nobis quendam mansum in villa que dicitur Igelswis[7]; quem fratres vendiderunt, et in villa Marhtil alia emerunt.

43.[l] De quodam predio in Ambra. Item de predio in Wettishusen.

In Ambra quoque quidam conversus Albertus nomine apud Swerzeloch[8] quoddam predium pro 14 libris Tuwingensibus comparavit. — Duos[m] preterea mansus dominus prepo-

a*) *ita c.* a) f. s. n. *e corr. c.* b) *eadem manu post add. c.* c) *alio calamo in media pagina pergit c.; numeri capitum* 39—41. *desunt.* d) *e corr. c.* e) Eventure *corr.* Ebenture *c.* f) ren. *corr.* abren. *c.* g) *post* sue *vocabulum erasum c.* h) *post add. c.* i) *e corr. c.* k) 41. *c.* l) 42. *c.* m) *c.* 43. *inc. c.*

1) c. 13, indice teste. 2) Wolkersheim. 3) Russenberg prope Oberwachingen. 4) Dachsberg. 5) Schaiblishausen. 6) Schlechtenfeld. 7) Igilswis. 8) Schwärzloch.

situs in Wettishusin, ubi et prius duos[a] alios habebamus, quos, ut supra dictum est[1], quedam soror nobis optulerat, pro 29 talentis Tuwingensibus comparavit.

44. De obitu domini Manegoldi 4.

Igitur dominus Manegoldus supradictus prepositus in multis domui sue utilis existens, non solum in exterioribus, sed etiam in interioribus ecclesiam sibi commissam studuit exornare. Nam, ut paucis comprehendam, vetus ac novum testamentum in tribus voluminibus ac omelias in tribus aliis, missale quoque librum cum tribus epistolariis, psalterium nichilominus cum duobus matutinalibus libris, moralia quoque Gregorii pape conscribi fecit, insuper sacris vestibus ac multis aliis ecclesie thesaurum melioravit. Decimam quoque vinee nostre in Ambra cum decima vinee in Hirsenhaldun, decimas insuper[b] in parrochia Bilringen, que vulgo minores dicuntur, multis laboribus et sumptibus requisivit et obtinuit. Mirabilis erat apud homines[c], sed mirabilior apud Deum. Ferventissimus zelator et amator ordinis existens, primus tam ordinarium[2] quam instituta ordinis in provintiam istam tulit. Hic post multos agones in Christo desudatos gravissima infirmitate detentus, in qua ferme sex mensibus laboravit, domoque[d] sua bene et sapienter ac strennue annis 14 administrata, plenus Spiritu sancto, habens fiduciam in Domino, anno domini nostri Ihesu Christi 1204, 6. Idus Aprilis, migravit ad[b] Dominum[b]. Fratres itaque recolentes scriptum: *Honora* Matth. 19, 19. *patrem tuum*, convocatis domino Hermanno Zwivildensi abbate et de Rota ac Augia et[b] de Rogginburc[3] prepositis ac fratribus clericis cum deccano suo et aliis multis tam clericis quam laicis, ipsum, honeste sacris vestibus indutum, in oratorio beati Iohannis baptiste sepelierunt, et alios tres prelatos eorum, de quibus supra dictum est[4], de porticu transtulerunt et cum eo in sepulchro suo locaverunt. Eo tempore 20 canonicos ac totidem conversos ac 40 sorores habuimus; habundabamus argento, frumento, animalibus; et hic numerus *p. 17. animalium: 40 boves, 20 vaccas, 33[e] equos indomitos *et[f] 8 domitos, poledres 5, ex quibus tres pro 30 libris venditi sunt, quingentas oves, infinitos porcos, lanam, linum habuimus et ceteris rebus omnique honore ditati fuimus. Et notandum, quod beate memorie dominus Manegoldus tam in morte sua quam etiam ipso sano existente protestatus est, quod de rebus ecclesie nulli umquam amicorum aut parentum suorum quicquam contulerit, preter cuidam cognato suo pauperrimo, cui dedit 5 solidos. Unde Deus mirabiliter ei[b] opes adauxit, in tantum quod, ut supra dictum est, 17 mansus cultos, excepta ecclesia in Bilringen cum suis attinentiis ac tribus incultis ac silvis ac decima vini in Ambra, suo tempore ecclesia acquisivit. Sed ista de ipso dicta sufficiant; restat, ut ad successores suos stilum vertamus.

45. De domino Meinhardo preposito.

Orbati tanto patre fratres nostri, deceptor ille spiritus nequissimus discordiam suam super[g] electione facienda inter fratres seminavit, in tantum quod a multis nobilibus ac religiosis tam clericis quam laicis ad concordiam revocari non poterant. Cumque super hoc multi laborassent et ad effectum perducere non possent, tandem pars una dominum Rûdolfum palatinum comitem adiit; qui cum multitudine magna militum intravit, et maximas expensas[h] ibidem faciens, tandem ipso mediante et precibus ac minis quosdam ex ipsis cogens, elegerunt quendam prudentem virum nomine Meinhardum, Madelbergensis[5] ecclesie canonicum. Hic cum inprimis esset sacerdos secularis, contulit se eidem cenobio, et ibi multum proficiens, institutus a magistro suo fuit in provisorem et procuratorem eiusdem ecclesie. Qui cum a prelatis nostris, ut mos est, ad nos deductus fuisset, a maiori parte fratrum susceptus et honorifice in sede sua positus est. Prior vero loci et supradictus[6] Rudigerus a domo recesserunt; ipse vero in domo sua[b] residens, recepta ab episcopo cura animarum, ecclesiam sibi commissam satis provide et competenter gubernabat. Erat autem ad spiritalia satis ydoneus, ad temporalia dispensator bonus, necessaria administrans, spiritalia reformans.

a) duas *corr. ut videtur* duos *c.* b) *eadem manu post add. c.* c) e *corr. c.* d) que *post add. c.* e) *ita numerum non satis perspicuum legendum puto; certe* ta *superscriptum est, ita ut de* xx *cogitari nequeat.* f) *in nova pagina eodem calamo pergit c. quo prior libri pars scripta est.* g) s. e. f. *add.* 2. h) exspensas *c.*

1) c. 24. 2) Liber continens ordinem divini officii (Ducange IV, p. 726) intelligi videtur. 3) Roggenburg. 4) c. 19. 26. 27. 5) Adelberg, praef. Schorndorf. 6) c. 30.

46.[a] De curia Floris.

Igitur his annis erant quidam milites Werinherus et filii[b] sui de Zwiviltun, qui cum haberent quandam curiam in Marhtel que dicitur Floris, ipsam ecclesie cum omnibus pertinentiis suis pro 40 libris donaverunt. *Hanc peccuniam quidam benefactores nostri de *p. 18. Ulma, dominus Ůdalricus cognomine Buetiez[c] et uxor nomine Iudith, pro nobis persolvebant eisdem.

47. De predio Dahtorf.

Erant et alii milites duo confratres supradicti de Rutelingen, qui cum haberent quoddam predium in Dahtorf, conventione facta, predictum predium cum agris, pratis, silvis ac omnibus pertinentiis suis, acceptis a fratribus 80 marcis, per manum marchionis[1] de[d] Berga domino Philippo Romanorum regi resignaverunt; qui Deo et ecclesie nostre perenniter in proprium donavit. Hanc pecuniam dominus Hainricus, postea prepositus, ex parte persolvit eisdem.

48. De discessu domini Meinhardi.

Igitur prepositus loci inchoavit restaurationem muri Marhtelensis castri per circuitum, domum nichilominus sororum ligneam ex maiori parte, sed brevitate temporis ipsius non consumavit. Nam cum annis 4 tantum prefuisset ecclesie, sepius dictus Rudigerus ac totus conventus, accepta occasione[e] adversus eum[f], per literas quorundam cardinalium[g], qui erant legati apostolice sedis, ipsum traxerunt in causam. Super quo satis laborantes, tandem ipsum prelaturam resignare cogebant. Qui ad domum suam Madilberch[h] regressus, denuo electus in prepositum Steingaden, ubi ferme dimidium annum manens, et inde similiter exiens ac Madelberch rediens, non post multum vitam finivit.

49. De domino Hainrico de Supingen 6. preposito.

Fratres itaque loci concorditer elegerunt quendam concanonicum eorum nomine Hainricum. Hic de Supingen[2] ortus, cum adhuc secularis esset, habebat quandam parrochialem ecclesiolam Mergesingen[3] dictam, et de parva substantia sua operatus est in nomine Domini magna opera, transfretabat mare ac multociens visitabat limina apostolorum Petri et Pauli ac etiam beati Iacobi et alia sanctorum loca. Ad extremum, omnibus in seculo relictis, ad nos devenit et satis laudabiliter multis annis in multa afflictione corporis nobiscum permansit. Hic itaque in prelaturam sublimatus, videns, quia subiectos sibi non posset cohercere et ad bonum statum reformare, timensque periculum, quamvis contra omnium subditorum suorum voluntatem, eodem anno prelaturam resignavit. Hic peccuniam supradictam militibus de Rutelingen pro predio Dahtorf, ut[i] dictum est[4], persolvit.

50. De aqueductu.

*Erat inibi quidam sacerdos et canonicus nomine Hainricus, qui sagaciter cepit investi- *p. 19. gare, si forte posset aqueductum facere et ecclesie Marhtelensi de cetero aquam suis laboribus, quod antea sepius incassum attemptatum fuerat, subministrare. Hic eodem anno[f] hunc aqueductum, qui adhuc videntibus patet, inchoavit et contra spem multorum multis laboribus sui corporis consumavit. Annus erat 1209; compotus expensarum[k] 20 librarum.

51. De quodam predio Niderwachingen.

Quedam soror ad nos de Anemerchingen veniens, quoddam prediolum in Niderwachingen ecclesie optulit, quod eodem anno possedimus.

52. De statuto domini palatini.

Hoc tempore dominus Růdolfus palatinus comes, filius fundatoris nostri, sub quadam conditione infra notata[1] dedit nobis 17 marcas argenti, ex quibus 12 in predio Dahtorf sunt date, post obitum vero ipsius alie 5 superaddite; et hec conditio ab ipso interposita et a capellano ipsius notata:

a) XLII. *c.* b) fratres *eadem manu corr.* filii *c.* c) *ita vel* Buenez *c.* d) de Ber *in marg. c.* e) ocas. *c.* f) *eadem manu post add. c.* g) carnalium *corr.* cardinalium *c.* h) *post add.* 2. i) ut d. e. *post add. c.* k) exspens. *c.* l) notatā *c.*

1) De hoc titulo ex hereditate a. 1212. accepto v. Stälin II, p. 358. 2) Suppingen, praef. Blaubeuern. 3) Mörsingen. 4) c. 47.

Noverit successiva fratrum posteritas, quod comes palatinus R. de Tuwingen canonicis huius ecclesie 17 marcas argenti contradidit sub hac condicionis forma, ut annuatim die statuto, videlicet 3. *Non. Novembris, missam pro peccato canerent et sui vivi memoriam in commemoratione vivorum agerent. Cum vero debitum nature exsolveret, anniversarium diem eius cum vigilia et missa celebri et commendatione concelebrent. Erit autem eo die fratrum et sororum talis consolatio: cuilibet tribuetur suus panis de tritico; quatuor ova; binis et binis scutella piscium; quatuor et quatuor integer caseus; unicuique poculum vini. Septem pauperes eodem die de eadem prebenda reficiantur.*

Ipse vero dominus palatinus idem post hec anno Domini 1219, 5.[a] Idus Aprilis defunctus est et in Bebinhusen cenobio ab ipso fundato sepultus. Sed quia de talibus anniversariis adhuc alia restant dicere, congruum videtur, quamvis diversis temporibus a diversis personis statuta fuerint, ut simul memorie commendantur, ut facilius a lectore inveniantur.

53. De domino Swicgero de Eichein.

Temporibus domini Manegoldi supradicti prepositi erat quidam nobilis vir Swigerus de Aichein[1] dictus, qui et ipse 20 talenta nobis optulit, ea conditione interposita, videlicet quod in honore beati Iohannis baptiste pro remedio anime eius altare faceremus ac[b] lumen
*p 20. ibidem haberemus *et post obitum ipsius anniversarium eiusdem plenarie in missa et commendatione ac vigilia et sollempni servitio in refectorio in albo pane et vino et caseo ageremus. Hic eodem tempore in Kal. Novembris vitam finivit.

54. De domina Iudint et anniversario eius.

Similiter et supradictus[c] Ůdalricus de Ulma, defuncta uxore eius Iudinta, remisit nobis tres libras, quas sibi antea annuatim persolvebamus, sub simili conditione, ut annuatim anniversarium eiusdem sollempniter tam in choro quam in refectorio ageremus. Hec 10. Kal. Ianuar. defuncta est.

55. De domino Eberhardo Salzburgensi episcopo.

Similiter et dominus Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus[2] sub eadem conditione 12 marcas argenti nobis contulit.

56. De domino Waltero preposito.

Igitur domino Hainrico de Supingen, ut supra dictum est[3], prelatura resignante, dominus Walterus concanonicus noster, de Westirvach dictus, regimen Marhtelensis ecclesie suscepit; vir simplex et bonus, qui satis honeste et competenter domui prefuit, tam in temporalibus quam in spiritalibus. Hic sorores a parrochiali ecclesia transtulit et in domo lignea a domino Meinhardo, ut supra dictum est[4], inchoata et ab ipso consummata, locavit. Preterea ecclesiam beate Katerine a fundamentis erexit et quodam concanonico nostro cooperatore nomine Cunrado explevit; quendam insuper librum Speculum ecclesie dictum conscribi fecit.

57. De quodam prediolo in Smalstetin.

Tempore ipsius quedam soror de Nidermarhtil ad nos veniens, quoddam prediolum in Smalstetin ecclesie donavit.

58. De curia Wilretingeronis.

Erat quidam miles de Granehain[5] nomine Hermannus, qui in villa Martel habebat quandam curiam Wilretingeronis dictam; qui ipsam curtem cum quadam alia domo ibidem et omnibus pertinentiis suis, acceptis a nobis 40 marcis, in manus domini Swigeri nobilis viri de Gundelvingen, a quo eandem curtem in feudum acceptam habebat, resignavit; qui et ipse, retenta sibi advocatia eiusdem, illam perenniter ecclesie donavit.

59. De quodam predio in Tůgindorf et Dietelhovin.

Quidam etiam milites, clientuli palatini comitis, Gruezingi dicti, ad nos se conferentes, optulerunt ecclesie quoddam predium in Togindorf[6] ac aliud in Dietelhovin[6]. Sed cum

a) 5. Id. Apr. *post add. c.* b) ac l. i. h. *in loco raso* 2. c) dictus *post add. c.*

1) Illeraichen; Swigerus a. 1181—1193. saepius testis nominatur, W. UB. II. 2) Eberhardus II, qui a. 1200—1246. sedit. 3) c. 49. 4) c. 48. 5) Granheim, praef. Ehingen; Hermannus miles a. 1208. testis nominatur, W. UB. II, p. 367. 6) Daugendorf et Dietelhofen, praef. Riedlingen.

haberent filios[a] duos, petierunt a nobis, ut predium in Dietelhovin illis pro quodam censu prestaremus et post obitum eorundem reciperemus[b]; quod et *fecimus. Preterea optulerunt *p. 21 nobis mansum unum in villa Binehusin, quod ipsis dominus Werinherus miles Sella dictus minus rationabiliter abstulerat. Sed cum idem milites multipliciter predium in Tŏgindorf diversis personis exposuissent ac obligassent, mediante domino Hainrico de Supingen[c], quondam preposito, tandem datis ab ipso diversis personis ferme 12 talentis, ipsum predium quiete ac pacifice possedimus, Bozzoni quoque advocatiam commisimus.

60. De cessione domini Walteri 7. prepositi.

Igitur spiritus malus veniens ab aquilone suscitavit discordiam magnam inter prelatum et fratres loci, et maxime quendam Walterum canonicum, qui et hunc codicem conscripsit; qui, peccatis suis exigentibus, bis Romam ac semel Premonstratum adversus eundem laborare coactus fuerat, ubi et prelaturam, quam[d] 6 annis administraverat, domino Gervasio abbati[1] resignavit, ac non post[e] multum ab eodem in rectorem Celle Omnium Sanctorum[2] promotus, eandem ecclesiam sicut et nostram satis provide et honeste regebat. Annus Domini eo cedente erat 1214.

De silva Gnirsenbuhil.

Tempore[f] insuper ipsius quidam miles de Lapide Bernherus, apud nos sepultus, donavit ecclesie quandam silvam que dicitur Gnirzzenbuhil.

61. De domino Rŭdigero preposito.

Igitur post supradictum prepositum fratres loci communiter et concorditer elegerunt dominum Rudigerum canonicum, qui cum, ut dictum est[3], temporibus beate memorie domini Manegoldi, fratris sui, utilis ecclesie fuisset, sperabant, quod et tunc devotiorem se[f] erga ecclesiam gereret. Sed cum contra spem et consilium fratrum suorum minus utilem se in omnibus exhiberet, coram domino Premonstratensi abbate de hoc ipsum proclamabant. Obligaverat enim quosdam reditus ecclesie et temporalia non administrabat, spiritalia nichilominus in omnibus neglexerat. Unde[g] supradictus abbas in generali capitulo ipsum, cum tantummodo solum annum ac dimidium prefuisset, deposuit. Hic nichil tempore prelationis sue memorie dignum gessit, excepto quod advocatos nostros de Tuwingen et marchionem de Berga pro dampno ecclesie in causam traxit, supradictum marchionem et dominum R[udolfum] palatinum ad satis competentem[h] satisfactionem compulit[4], filium vero eiusdem, dominum Hugonem, cruce signatum, qui maximum dampnum ecclesie intulerat, quasi timore prostratus, *cum dedecore et ignominia ipsius, ad satisfactionem cogere *p. 22. non potuit. Ipse etiam contra voluntatem suam, ex instantia fratrum suorum, quartam partem decimandorum in parrochia Bilringen, laicis in feudum concessis[i], pro 40 marcis comparavit, sed argentum non persolvit. Nam, ut dictum est, a prelatura et a domo anno 1217. cessit, et propter paupertatem et etiam brevitatem prioratus ipsius eam persolvere non potuit.

62. De quodam prediolo Pheternŏwe.

Eodem tempore in Pheternŏwe comparavimus quasdam salices et quandam domum in Talheim[5] a quodam milite Reinbotone de Westirvach, que tradidit ecclesie dux de Teche per manus domini Heinrici de Lapide, ministerialis sui[6].

63. De domino Rŭdolfo preposito.

Igitur post cessionem domini Rudigeri prepositi fratres loci concorditer elegerunt quendam Rŭdolfum, Augiensis ecclesie canonicum. Hic de Ertingen[7] ortus inprimis Schuzzenrieth se contulerat; dein ad Augiam se transtulerat[k], ac inibi sub regimine domini Cunradi prepositi, postea Secrete-vallis[8] abbatis, discretissimi et sanctissimi viri, ubi ordo districtissime tenebatur, et ipse 5 annis districtam vitam ducebat. Qui ad ecclesiam nostram veniens, multis debitis ipsam oneratam, id est 60 marcis, invenit.

a) *post add. manu* 2. b) recep. *c.* c) Supin *c.* d) q. 6 a. a. *in marg. eadem manu suppl. c.* e) m. p. *corr.* p. m. *c.* f) *eadem manu post add. c.* g) *alio calamo pergit c.* h) competetem *c.* i) *ita c. pro* concessam. k) trast. *c.*

1) Praemonstratensi. 2) Allerheiligen in Nigra silva. 3) c. 30. 4) V. Rudolfi chartas a. 1216. W. UB. III, p. 41. 45. 5) Thalheim. 6) Cf. Stälin II, p. 349. 7) Ertingen. 8) V. supra p. 655.

[De[a] curia Leche.

Hic inprimis curiam in Leche a quodam milite qui dicitur B. Vleche pro 24 marcis comparavit. Hanc nobilis vir A.[1] dux de Teche ecclesie tradidit et sic eam, tunc desertam, possedimus].

64. De quodam prato Dahtorf.

Tempore ipsius, annis prenotatis[b] quidam miles nomine Reinhardus in Dahtorf superiori obierat; qui quoddam pratum curie nostre nimis vicinum, quod pro 30 solidis obligaverat, ecclesie pro remedio anime sue donavit.

65. De obitu domini Hainrici de Supingen.

Item tempore ipsius supradictus Heinricus de Supingen, quondam prepositus, mare transfretans, cum portum Accon attigisset, maxima infirmitate detentus, ibidem in Domino presentem vitam finivit et in cimiterio dextera Domini consecrato sepultus est.

66. De tribus familiis Marhtelanensis ecclesie.

Sed quia hec de prediis ac prelatis Marhtelensis ecclesie dicta sunt, restat, ut et de familiis ecclesiarum ipsius loci pro utilitate et cautela communi . . . .
. . . .[c]

[CONTINUATIO].

. . . .

p. 23. 1219 74. Anno prenotato predictus W[alterus][2] ivit Romam et apud urbem Viterbium impetravit a magistro Werainherio priore Sancte Marie de Columpna reliquias sanctorum gloriosissimas, videlicet de sancta cruce, Laurentii, Valentini, Blasii, Benedicti martirum, Lucie, Agathe, Margarite, Eltis, Pitis et Agabis virginum et martirum; quas divisit et partem Ursberensi et aliam partem huic ecclesie detulit. Preterea confirmationem et protectionem personarum et omnium possessionum nostrarum a domino papa Honorio III.[3] et alias commissiones[d] impetravit ac reportavit. Cumque videret, quod supradictum[4] edificium ex inopia rerum non posset proficere, se ipsum ad colligendam elemosinam prefato operi optulit, et infra annos 9[e] satis laboriose, auxilio divino favente, octoginta[f] libras operi collegit.
1220. Mai. 22. Anno igitur Domini 1220, 11. Kal. Iunii, 6. feria pentecosten, locatum est fundamentum. Ipso[g] anno pratum supradictum in Dahtorf pro tribus fertonibus, consentiente preposito ac promittente, quod annuatim fenum eiusdem prati[h] per suos operarios secaret, operi perenniter absolvit et in usus eiusdem operis detinuit.

75. De quibusdam decimis.

Anno insuper Domini 1221, cum sexta pars decimarum in villa Berga pro tribus marcis et dimidia quibusdam esset obligata, ipsam de elemosinis collectis ecclesie persolvit, ea conditione interposita, ut decimatio ad Lapidem et in Talehein, que ad nos spectat, predium quoque in Bruhel cum decimatione per quindecim annos continuos in usus operis cedat, deinceps vero provisor exteriorum percipiat. Pro feno autem in Bruhil magister operis provisori exteriorum in mense Iulio libram unam annuatim persolvet. Preterea eodem anno, cum apud Anemerchingen quedam prata cuidam Ůlrico, qui erat de familia ecclesie, pro quinque libris essent obligata[i], ipsa pro tribus libris[h], eodem consentiente, ex toto operi recollegit. Sed cum idem Ů[lricus] affirmaret, quedam prata ad se pertinere ratione obligationis, quidam vero fratres contradicerent, dominus R[udolfus] prepositus totaliter operi litigium remisit, ut cum alio feno in usus operis perpetuo cedat ac deveniat.

76. De curia Wilaere.

p. 24. Cum igitur dominus prepositus fratrem H., quem, ut supra dictum[5] est, magistrum statuerat operis, removeret, ut ipsum provisorem exteriorum faceret, predictus[k] H. videns,

a) *haec in loco raso manu post. c.* b) anno prenotato *manu quae antecedentia in rasura scripsit corr.* annis prenotatis *c.* c) *duo folia deesse videntur.* d) *in loco raso c.* e) annum . . . . (unum?) *corr.* annos VIIII *c.* f) octo *e corr. c.* g) *alio pergit atramento c.* h) *eadem manu post add. c.* i) obligate *c.* k) p. H. *post add. c.*

1) De Adelberto duce de Teche cf. Stälin II, p. 300 n. 2) Libri huius auctor. 3) V. chartam W. UB. III, p. 86. 4) De quo indice teste c. 73. retulerat auctor. 5 c. 73, ut statuendum est.

quia cottidianis reditibus indigeret, ecclesiam beate Marie operi destinatam detinuit ac pro ipsa operi curiam in Wilaere ex toto operi ac annuatim duas libras de curia Lutrun, consentiente prelato, contradidit[a]. Quod si colonus in Wilare, qui est ecclesie, decedit, provisor exteriorum partem[b] ipsius, magister vero operis partem curie percipiunt. In curia vero Lutrun magister operis nichil preter duas libras annuatim percipit.

[(77). De[c] prediolo in Hundersingen.

Item de consilio sepedicti W[alteri] H. miles dictus de Hizinshusen et A., uxor eius, cum magna devocione obtulerunt ecclesie parrochiali beate Marie domicilium in Hundersingen[1] et 3 iugera cum prato et[b], ut de cetero de nocte lumen inibi ardeat, constituerunt].

(78). De lumine sancte Katherine.

Eodem[d] tempore B. miles de Buzechoven[2] cum fideli coniuge sua A. sex libras Constantiensis monete ecclesie beate Katerine contradiderunt, ea conditione interposita, ut aliquod predium ipsis denariis ad lumen inibi singulis noctibus arsurum comparetur, et sic perpetuo de nocte in honore beate Katerine virginis et martiris pro remedio animarum eorundem ardeat, ut per intercessionem eiusdem virginis dominus Deus lucem eternam eis concedat. Sed quia ex bona consuetudine W[alterus] magister operis eandem ecclesiam antea lumine procurabat, cum etiam ad presens competens predium venale inveniri non poterat, dictus magister operis, consentiente preposito cum fratribus suis, decem solidos[e] de curia in Wilare annuatim pro faciendo lumine eidem militi, et miles ad altare prefate martiris, sicut ius expostulat, contradidit, denarios vero conservandos recepit.

---

(79). De[f] curia Dietrici.

Hec de structura sive de familia ecclesie dicta sufficiant. Nunc ad ceptum opus redeamus. Dominus R[udolfus] supradictus prepositus pro quodam milite H. de Seburch et filiis ipsius curtem quandam in villa Marthel que dicitur Deitrici pro quinquaginta marcis comparavit. Huius mediam partem ab illustri viro H[einrico] Romanorum rege recepimus, aliam vero partem a nobili viro S[uicgero] de Gundelvingen obtinuimus, cum predictus H. ab ipso ea esset infeodatus.

(80). De curia in Oberdahtorf.

Item curiam unam in Oberdathorf a quadam relicta R. militis et liberis eius pro decem p. 25.
et octo marcis comparavit. Cumque proprietas predicte curie ad ecclesiam Sancti Galli spectaret, et predicta vidua et liberi eius nobili viro S[uicgero] de Gundelvingen attineret, predictus S[uicgerus] quasdam possessiones suas ecclesie Sancti Galli tradidit et nobis proprietatem predicte curie a venerabili C[onrado] abbate[3] cum privilegio donacionis, quod infra notatum est, obtinuit; et hoc rescriptum predicti abbatis:

C[onradus] Dei gratia abbas Sancti Galli honorabilibus viris et discretis, R[udolfo] preposito et capitulo de Marthel salutem et in Domino digne ambulare. Possessiones, quas ecclesia nostra apud Dathtorf actenus habuit, presencium auctoritate vobis et ecclesie vestre damus tenere et possidere sine spe recuperacionis, scientes, quod a domino Swicgero de Gundevingen recepimus commutacionem predictarum possessionum.

(81). De novo predio in Ambre.

Temporibus quoque ipsius quidam H. conversus, magister grangie in Ambere, quandam curiam inibi sitam pro viginti quatuor marcis comparavit.

(82). De possessionibus in Billinbrunne.

Erant preterea duo confratres Růdolfus et Ernestus de Munderichingen. Hi[g] cum essent de familia ecclesie Erbipolensis, omnes possessiones suas in Billenbrunnen, Munderichingen et Ehingen ecclesie nostre per manus venerabilis domini sui H[ermanni] Erbipolensis episcopi[4] tradiderunt; et hec forma predicte donationis:

a) contradider̄ *c.* b) *eadem manu post add. c.* c) *haec in loco raso c.* d) *alio calamo pergit c.* e) *post add. c.* f) *alia manu pergit c.* g) Hic *c.*

1) Hundersingen. 2) Beizkofen, praef. Saulgau. 3) Qui a. 1226. electus est. 4) Qui successit a. 1225.

H[ermannus] Dei gratia Erbipolensis episcopus omnibus in perpetuum. Notum vobis facimus universis presentem paginam inspecturis, quod accedens ad nos Ernestus de Munderichingen, fidelis ecclesie nostre, zelo Dei ductus, proprietates suas apud Billenbrunnen et eidem attinencia ecclesie sancti Petri in Marthel ob remedium anime sue, consenciente etiam fratre suo Růdolfo, contulit coram nobis, et quia huic donacioni assensus noster necessarius requirendus fuit, nobis tam ipsi quam predicte ecclesie Domini attencius supplicarunt, ut donacioni eidem assensum nostrum liberaliter preberemus; cui donacioni, quia rationabilis fuit, tam nostrum quam ecclesie nostre assensum inpendimus cum effectu, ipsam auctoritate nostra in nomine Domini confirmantes, ita tamen, quod predicta ecclesia tam nostrum quam venerabilis domini episcopi Ottonis, predecessoris nostri, singulis annis in remissionem peccatorum nostrorum anniversarium celebrabit et aliorum successorum nostrorum memoriam agat. Preterea in festo beati Kyliani duas libras cere custodi Wirceborch presentabunt. Et ut nulla postmodum super hiis ambiguitas habeatur, presentem ipsis paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Acta sunt hec apud Wirzeburch anno Domini 1227, Nonas Iunii, episcopatus nostri anno secundo.

*p. 26. *Igitur predicti confratres postea transmarinaverunt et ibidem decesserunt et tredecim marcas nobis remiserunt, pro quibus orandum est a nobis, ut requiescant in pace.

(78). De cessione R[udolfi] prepositi et institucione W[alteri] prepositi.

Anno Domini 1229, sepedicto R[udolfo] preposito lepra infecto, non sine gravi dampno ecclesie diu resistente auctoritate domini C. Premonstratensis, postea cedente, frater W[alterus], qui hec scripsit, ei canonice successit, et coram octo prelatis et toto conventu
1229. Mai. 3. summa debitorum quinquaginta marcarum fuit expressa in invencione sancte crucis anni prefati.

PARS ALTERA AUCTORE HEINRICO.

p. 27. Ps. 50, 17. 'Domine, labia mea aperies, ut os meum annunciet laudem tuam', quam tibi, o benignissime Deus, fratres monasterii istius tenentur persolvere incessanter; quos utique de Egipto huius mundi in brachio forti tue predestinationis per desertum penitentie et conversionis ad hunc locum in habitum religionis vocasti; et utinam cum sint vocati, sint etiam
Ps. 135, 4 electi! Benedicat igitur anima mea Dominum, et omnia ossa mea dicent: 'Domine, quis
cf. Ps. 90, 13 similis tibi, qui facis mirabilia magna solus', quoniam locum istum inter aspides et basiliscos, inter leones et dracones positum, predones dico, post direptiones rerum[a], post oppressiones nostrorum pauperum colonorum, post angariationes innumerabiles omnium nobilium circumsedentium, montem istum, in quo tuum nomen iugiter invocatur, multhi-
cf. 2 Par. 6, 40 phariam multisque modis misericorditer consolaris. Sint igitur, petimus, oculi tui aperti et aures tue intente super domum istam die ac nocte! Respice, quesumus, o vivificator animarum, de sanctuario tuo, et vide, qualiter et quociens domus ista a malefactoribus perturbatur, quotiens illi qui manducant nostrum panem intus et extra nobis iniuriantur! Sis nobis tandem in labore requies et post naufragium portus quietis[2]! Reprime audaciam iniquitatis eorum, cadat virtus eorum in iracundia tua, protector noster Domine! O sancta manus Dei, benedic omnes habitantes in hoc loco, destrue et confunde nos persequentes! Ego igitur, fratres karissimi, nutritus in isto loco, cupiens librum nostre fundationis usque ad tempora domini Waltheri prepositi, qui decimus fuit in ordine prelatorum, scriptum, sed tunc intermissum, meo scripto et dictamine renovare, timui meam inpericiam; sed tamen confisus in eo, qui aperuit os asine et linguas infantium facit disertas, sic decrevi inchoare exordium mee narrationis.

1. Igitur Waltherus prepositus, pie et semper recolende memorie, natus de Smalstetin, primum argumentum sue probitatis in hoc ostendit, quod comitem Willehelmum de Tůwingen, nostri fundatoris successorem, Rudolfum et Ůlricum, filios suos, per ducentas marcas argenti a dominio nostri cenobii removit omneque ius advocationis, quod se in

a) e corr. c.

1) Cf. Augustini serm. 27. SCH.

nostro monasterio asserebant habere, per predictum argentum ipsis datum et ab eis receptum transtulit in ecclesiam Constantiensem[1]. Quamvis enim Hugo comes palatinus de Tüwingen, noster fundator, per privilegia sua nobis data, que apud nos conservantur, locum istum ab omni dominio cuiuscumque advocationis omnique iugo servitutis absolvisset, tamen posteri sui dominium nostri monasterii ex quadam prava et indebita consuetudine sibi usurpabant, *licet nulla prescriptione temporis tuerentur, quia prelati nostri semper, in *p. 28. quantum poterant, resistebant. Vineam insuper quam habemus in Lustenowe[2] pro centum marcis argenti a quodam milite nomine B.[3], qui in predicta villa residentiam habuit, comparavit. Videns etiam, quod homines et coloni monasterii Zwivildensis, qui in nostra villa habitabant, cum nostris colonis et hominibus continuum conflictum haberent, et quod cottidiana contencio nostro monasterio derogaret tam in personis quam in rebus, universos redditus, quos ipsi Zwivildenses in nostra villa habebant, nostre ecclesie coemit, dans eis tot redditus in villa Togindorf, superaddens argenti marcas nonaginta. Curiam etiam in Tobel[4] pro quinquaginta marcis nobis comparavit. Hec nostro monasterio vir per omnia providus et fortunatus et multa alia, que longum esset enarrare, conquisivit, in tantum ut octingentas marcas pro possessionibus comparandis, edificiis construendis, expendisse comprobetur. Super hec omnia nobilibus nostre terre multum fuit dignus et acceptus, sed precipue domino H[einrico] episcopo Constantiensi[5] et capitulo ecclesie memorate. Qui et ipsi iniunxit officium penitenciarii per totam diocesim. Fuit enim predicator egregius crucis Christi. In signum namque singularis dilectionis dominus episcopus memoratus ei pre omnibus prelatis capellam sancte Marie Magdalene in Constantia dedit per nostrum monasterium perpetuo possidendam. Domum autem capelle contiguam ex integro et de novo, auxilio fratris Sifridi de Warthusen[6], nostri canonici, construxit. Capellam eciam quam habemus in Rutilingen cum area ibidem et curtilibus per suam providentiam habemus et hodierna die possidemus. Ipse enim capellam a fundamentis construxit et multa preclara ibi gessit. Per quam cappellam huic monasterio Dominus postea sepe benedixit; preventi enim postea frequenter sumus in benedictionibus dulcedinis, a fructu frumenti, vini, non dico olei, sed denariorum, ut merito possimus dicere: 'Ecce odor agri pleni, cui benedixit Dominus'. Gen. 27, 27. cf. 28, 3. Crescere te faciat Deus misericors[a] sicut harenam maris! Apportentur nobis inde denarii; adducatur copia vini. Prata, agri, vinee per fideles nobis tribuantur; sed eodem anno vendantur. Celebrentur misse in capella, ut denarios recipiat nostra capsella. Dignum est enim, ut qui altari deserviunt vivant de altari. Dignus est enim operarius mercede sua. Luc. 10, 7. Non enim ideo cantare debemus, ut peccuniam recipiamus, sed idcirco peccuniam debemus recipere, ut possimus fortiter cantare; venter enim inanis non poterit cantare, sed semper cibum desiderare vel cum lupis ululare. *Sed nec hic tantus talisque vir, heu! plenam via- *p. 29. rum Dei noticiam requisivit. Intentus enim circa hospitalitatem, quam pre omnibus prelatis in nostro confinio observabat, licet fratribus in refectorio per omnia displiceret; desiderium quoque ad optinendum favorem principum ipsum ab amore religionis cogebat aliquantulum deviare. Adhuc enim populus immolabat in excelsis, quia ipse prelatus et aliqui cf. 4. Reg. 12, 3. maiores de conventu ingrediebantur in infirmitorium et ibi vivebant in deliciis. Et quando cibaria exquisita in infirmitorio et vinum bonum letificabant cor hominis, aque potus et Ps. 103, 15 cibus insulsus et ineptus in refectorio ministrabant fratribus materiam doloris. Dedicatum est etiam monasterium diebus suis, quod ipse pro maxima parte construxit, a venerabili patre et domino H[einrico] Dei gratia Constantiensi episcopo cum magno istius ecclesie tripudio anno Domini 1239, in crastino Philippi et Iacobi. 1239. Mai 2. Prefuit autem huic ecclesie annis quatuordecim. Obiit vero in Constantia 4. Kal. Febr., 1241. translatusque ad nos, sepultus est in sepulcro prelatorum in capitulo cum ingenti planctu multorum. Nos vero nostre ecclesie secundum, ut ita dixerim, fundatorem, Manegoldum quoque prepositum, diu ante eum in eodem proposito cooperatorem, sicut legenda eius indicat[7], commendemus domino Deo nostro, ut cum eo regnent in perhenni gaudio. Amen.

a) ms (meus?) c.

1) Quod a. demum 1240. factum esse diplomate d. 10. Aug. dato, testatur Stälin II, p. 731. Sed in Cod. dipl. Wirtemb. frustra illud quaeras. 2) Lustnau prope Tübingen. 3) Cf. diploma a. 1231, W. UB. III, p. 295, quo refertur, *quod Wal. prepositus . . . comparavit quasdam vineas a Ber. milite de Lustenowe pro centum marcis argenti, sitas infra civitatem Tuwingen et predictam villam.* 4) Tobel. 5) Sedit a. 1233—1248. 6) Warthausen, praef. Biberach. 7) Cf. praef. p. 662.

2. Iam lucis orto sidere[1], posco a Dei munere, o Dietrice preposite, ut acta tua possim depromere.

Dietricus prepositus, in ordine prelatorum undecimus, huic canonice, prior domus antea existens, successit, de Witenhusen[2] oriundus. Hic sapiens et strennuus, granarium ex parte 1250. dormitorii in loco valde secreto edificavit. Friderico namque imperatore defuncto, Cůnrado rege, filio suo, apud Frankenfurt cum exercitu suo fugato et destructo, Romanum imperium per multos annos vacabat. Unde tota Theotonia, sed precipue Suevia multis bellorum pulsabatur incomodis; quare ipse granarium, ut dictum est, construxit. Hic, quamvis in litteratura non esset eminens, sed competens, tamen divino munere fuit magnus predicator, ut magnis predicatoribus merito preferretur. Ingenio naturali pollebat; domi libenter remanebat, raro exibat, nisi evidenti compulsus necessitate; propter predones, qui tunc invalescebant, sepius equam equitabat, cappa grisea indutus. Ius paternitatis, quod ecclesia ista in Cella Omnium Sanctorum se recognovit habere, propter viarum discrimina resignavit. Debita sexcentarum librarum, in quibus nostrum monasterium fuit obligatum, plene persolvit. Pensiones etiam multas nobis nimis graves qualicumque ingenio, tamen peccunia mediante, *p. 30. compescuit et fugavit integraliter. *Quia vero vacua manus non porrigit, sed recipit, prefatus prepositus suam crumenam cernens vacuam, totis viribus instabat, qualiter ecclesiam a debitis et ab annuis precariis exhoneraret. Vineas igitur et torcular in Uberlingen, possessiones in Althain[3] et in Smiechain, curiam in Tobel aliaque nonnulla vendidit et ecclesiam a debitis et pensionibus totaliter liberavit. Certe non fuit ei imputandum, sed pro maxima prudentia reputandum. Tucius est enim pauca habere in pace et quiete, quam cum multis rebus instantiam creditorum tolerare. Nam multis eget qui usurarum voragine inter Iudeos sordet. Hic propter inportunitates quorundam de conventu prelaturam sponte resignavit, cum annis novem prefuisset. Excelsa[4] non abstulit, quia communis vita hic defuit.

3. Nunc sancte nobis Spiritus[5] sis clemens et propitius, ut Fridericus prepositus accedat duodecimus.

Conventus igitur concorditer elegit Fridericum, nostre domus canonicum, in prepositum. De quo viro propter brevitatem sui regiminis nec bonum nec malum possum scribere, quippe qui nonnisi solummodo annum prefuit huic ecclesie. Cessit igitur a prelatura et a domo et Laurissam abiit; ibique defunctus est. Sermo vero meus de ipso 1251? loquendi finem faciat ipseque recedat, et Heinricus tercius decimus accedat.

4. Rector potens, verax Deus[5], tu adiutor esto meus, ut de Heinrico possim scribere, qualiter hic curavit vivere.

Friderico, ut dictum est, cedente, frater H[einricus], natus de Mundrichingen, ei canonice successit. De quo viro cor meum multa bona parturit dicere, sed quicquid boni dixero de ipso, video minus sufficere. Qui in presentia nobilium verbis suis fuit quasi ioculator iocosus, sed ego in meo carmine ipsius laudator apparebo non ociosus. Denique decorem domus nostre multum dilexit, quando ipsam in temporalibus egregie provexit. In spiritalibus heu! non possum ipsum laudare, quia spiritalia non curavit amare. In temporalibus multum fuit circumspectus, sed a choro raro tectus. Refectorii fuit inimicus, sed infirmitorii bonus amicus. Vitam suam Deo committamus et alia de ipso scribamus, que huic loco comparavit, quando locum istum amavit. Curiam unam in Bruel emit pro quinquaginta libris Hallensium. Curiam in Hitungehai pro viginti quatuor marcis argenti, *p. 31. ambas hic nominatas *pro militibus de Lapide. Partem quandam decime in Volkershain, ut audivi, pro sedecim marcis comparavit aliaque nonnulla, quorum michi memoria non occurrit, quia tedet me privilegia revolvere, in quibus invenitur quid et pro quanto curavit emere. Testor autem Deum, quod diebus vite sue audivi ab ore suo et a quibusdam senioribus, quod monasterium nostrum ditaverit in redditibus triginta librarum. Preterea monasterium nostrum exterius, quod dicitur longum, a superiori parte columpnarum inchoavit ac in tecto et trabium fulcimento totaliter consummavit. Claustrum quoque sororum, excepta capella, per omnia construxit. Heu! multa alia nobis necessaria construxisset, si a quibusdam de conventu impeditus non fuisset. Quorum corpora in terre pulvere modo

1) Verba hymni matutinalis. SCH. 2) Wittenhausen ad Danubium. 3) Altheim prope Ebingen. 4) Cf. c. 1; ita morem praepositorum, non in refectorio, sed seorsim coenandi, significat. 5) Hymni initium.

requiescunt, sed memorie eorundem in ore nostro tepescunt. Si igitur vir iste in observantiis religionis tepidus fuit, nos, qui secreta Dei non debemus nec possumus rimari, credimus, quod diuturna infirmitas et etas decrepita Deum sibi reddiderint propicium et clementem. Purgatorius quoque ignis post mortem solet purificare, que homo hic in se ipso non valuerit emendare. Secundum complexiones etiam hominum pensat Deus cuiusque meritum. Hic prefuit annis quatuordecim, prelaturamque in aliquibus amaricatus sponte resignavit, et postea multis annis nobiscum vixit, in magna debilitate; sicque defunctus est. Hic excelsa diebus sue prelacionis non curavit destruere, quod invitus cogor dicere. Adhuc enim populus in excelsis immolabat, quando communis vita deerat. Omnis homo deposcat, ut Deus ei ignoscat!

5. Rerum Deus tenax vigor, a nobis pellatur rigor demonis horrendi, ne nos comprehendi ab ipso valeamus, sed ipsum devincamus!

Accedat igitur Cůnradus, homo religiosus, in ordine prelatorum quartus decimus. Hic natus fuit de Togindorf[a]; homo simplex ac rectus et timens Deum. A malo semper recessit, quando nulli fraudi cessit. Ipse enim fuit verus Israhelita, in quo dolus non est. Fratres, si invenirem linguas aureas venales, vellem ipsas comparare, ut possem ipsum commendare. Et si non haberem aliud precium, darem pelles et pellicium. Inimicis in malo fuit inimicus, amicis vero fuit bonus et fidus amicus. Oracioni instabat, devotioni vacabat; chorum frequentabat, divina procurabat. In choro alta voce cantabat, quia divinum officium *amabat. Refectorium interdum fugiebat, quando occasionem que- *p. 32. rebat. Hunc Deus flagellavit terribilibus tormentis, non dico corporis, sed mentis. Tantas enim tempestates bellorum nostra provincia sustinuit, quod inexpertis incredibile est et fuit. Regnum enim vacabat, et quicumque poterat, rapiebat quod volebat. Terra fuit deserta et sine colonis et carebat omnibus bonis. Quidam etiam de Winterstetin C[onradus] pincerna dictus[1], abhominabilis Deo et hominibus, terram nostram devastabat et multos homines et nos cruciabat. Dies, tempus vellet me deserere, si omnes nequicias eius vellem repetere. Rapiebat capram, hircum, asinum et bovem, nec reliquit ovem. De Skelkilingen[2] et de Veringen comites fuerunt nostre miserie fomites. Quidam etiam Schedel de Stuzzelingen[3] dictus a multis pravitatibus et rapinis victus rapiebat intus et extra, que nobis fuerunt necessaria. Si vellem scribere, quas passi sumus per eum contumelias, non haberem tempus scribendi per festum et per ferias. Tribulationes ille pertransierunt et nos hic reliquerunt. Ut breviter comprehendam nostrarum pressurarum pondus, notum sit omnibus, quod dampnum, quod passi sumus per quinque annos, quibus prefuit, taxatum fuit ad mille ducentas libras Hallensium. Sed nec talis iactura rerum a promocione nostri monasterii retraxit boni viri animum. Ipse enim comparavit pro quadraginta quatuor marcis argenti curiam quam habemus in Tathusen[4]; molendinum etiam nostrum, sicut adhuc cernitur, non destitit construere; unde pro eo debemus orare. Obiit hic homo Deo carus, quia non fuit vanus, Idus Aprilis, in sepulchro prelatorum in capitulo tumulatus. Quamvis tituli [id[b] est laus] hominis istius litteris aureis essent scribendi, tamen, quia veritas dicere me cogit verum, ne inveniam Deum severum, ultimum preconium, immo verius vituperium, stilo ferreo oportet me scribere, aquam pro auro sumere et sic heu! dicere: Veruntamen excelsa non abstulit; adhuc enim populus immolabat in excelsis. Quod est dicere: Excelsa viciorum quantum ad infirmitorii comestionem non abstulit; adhuc enim ipse et quidam alii immolabant cibaria delicata ventri suo in excelsis.

6. Lucis creator optime[5], defende me munimine, ut possim vera scribere de eo, qui cessat vivere.

Orbati tanto patre fratres nostri concorditer elegerunt Wernherum in[c] prepositum, in ordine prelatorum quintum decimum. Qui supprior nostri conventus ante extitit; vir religiosus, eloquens et morigeratus; de Ehingen natus. *Cuius vexilla virtutum adhuc in *p. 33. nostro monasterio micant, unde anima eius conversetur in templo Dei. Quasi stella maris in medio nebule, sic iste refulsit in medio nostre ecclesie. Ipse enim inter omnes prelatos

a) *in loco raso c.* b) *superscr. c.* c) *post add. c.*

1) iunior, etiam Conradus de Schmalneck dictus; de quo cf. Stälin II, p. 615. 2) Cf. Stälin l. l. p. 359. 3) Alt-Steusslingen. 4) Datthausen. 5) Initium hymni vespertinalis. SCH.

primus excelsa nostra abstulit, cum se et alios de conventu in refectorio unum cibum edere docuit. Nullus sub eo in excelsis immolabat, quia ipse et quilibet nostrum ad refectorium properabat. Cibus, potus, unus erat, nullus alibi comedebat. Idcirca benedicant eum omnes angeli Dei! Miserere quoque Deus ei! Vehemens et preceps fuit in omnibus suis actis ac instabilis in omnibus factis. Parentibus suis, ut fama fuit, intra et extra benefecit; idcirco laus eius aliquantulum defecit. Si permissum sibi fuisset, aliquas possessiones vendidisset. In temporalibus titubavit, propterea ecclesie nichil comparavit. Vendidit tamen[a] duas vineas in Wirtemberch et in Esselingen, quod nullatenus est sibi improperandum; maxima enim caristia in terra fuit, et nos aliquid comedere oportuit. Nos enim esurivimus et idcirco vinearum precium devoravimus. Hic homo valde disciplinatus
c. 1280. ecclesiam nostram rexit fere octo annis, prelaturaque sponte resignata, postea annum et dimidium supervixit, et sic in pace quievit.

7. Te lucis ante terminum[1], Deus, da michi ingenium, ut possim vera scribere de eo, quem vidi diu vivere.

Exod. 1, 8. Surrexit interea rex novus super Egiptum, qui ignorabat Ioseph. Per electionem surrexit Engilherus prepositus in ordine sextus decimus, qui nolebat esse famelicus. Ioseph castimoniam ignoravit[2], quia se ipsum bene pavit. Novit Deus, quod de ipso libenter bona scriberem, si bonam materiam haberem. Sed quia bona materia deficit, idcirco vilis materia hic incipit. Excelsa ex integro restauravit, quia refectorium non amavit. Cum campane pulsabantur, pedes sui foras gradiebantur. Domos in villa perambulabat; ipse scivit, quid amabat. Pira et poma colligebat et pueris distribuebat. Bonam vocem habuit ad cantandum, sed meliorem ad potandum. Denarios sepe numeravit, cum, quod essent, ignoravit. Valde bene potuit dormire, sed ad chorum raro ire. Ad refectorium raro ivit, quia sibi non expedivit. Laudem tamen eius oportet me scripto declarare, quia libertatem nostram studuit dilatare. Ius nempe advocatie, quod dominis de Anemerkingen[3] in nostris possessionibus competiit, pro quadraginta libris Hallensium et septuaginta modiis frumenti impignoravit. Hic, anno sui regiminis non plene expleto, videns se inutilem, prelaturam suam sponte resignavit. Postea aliquamdiu vivens, et valde infirmatus, cum valde bona contritione, invocato Dei nomine, in pace quievit, centenarius existens, perrexitque ad Dominum.*

*p 34 8. *Defuncto Engilhero, conventus noster canonice elegit dominum B[ertoldum], Rotensis ecclesie canonicum, in prepositum, in numero septimum decimum. Qui veniens ad nostram ecclesiam[b], invenit eam tenuem in rebus et in aliis speciebus. Hic excelsa totaliter exstirpavit, et nos in refectorio bene pavit. Homo fuit valde ferus, sed observator ordinis verus. Me et alios docuit terras perambulare, sed ipse bene scivit quare. Domos multas dissipavit, sed alias edificavit. Communem vitam inchoavit, in possessionibus ecclesiam dilatavit. Duas piscationes emit pro viginti duabus marcis. Item quoddam predium in Tathusen pro viginti libris. Pratum insuper quod dicitur geriute pro septuaginta tribus libris. Preterea religionis observantias instituit, sicut adhuc vigent. Diebus suis inter ipsum et quosdam ex conventu fuit magna discordia, licet in omnibus conventibus rara sit bona concordia. Hic prefuit annis 10 et undecim septimanis, prelaturamque suam
cf. Eccli. 11, 30 sponte resignavit. Scriptum est: *Ne laudaveris hominem in vita sua*, sed ego dico: 'neque vituperaveris'. Laudem satis dilatavi, vituperium cavi. Sed nec est vituperandus, quamvis michi non fuisset blandus.

1292? 9. Huic successit frater H[einricus] de Tathusen oriundus, in ordine prelatorum octavus decimus. Hic excelsa ante destructa totaliter odivit, quia ad refectorium semper ivit. Chori lectiones frequentavit et missas per se ipsum cantare amavit. Prebendam valde

*) *In superiori pag. 34. margine post quaedam addita sunt, iam partim a bibliopega abscisa:* ...... preposito ad nos translatum est, et usufructus ipsius ecclesie est septima prebenda, que longo tempore alienata[4], sed tunc per ipsum reducta.

a) *in ras. c.* b) *sequentia usque ad* bona concordia *maximam partem in ras. scripta; sed ita ut eadem quae antea ibidem exarata fuerunt nescio quo casu integibilia facta repetita videantur.*

1) Hymni completor. initium. SCH. 2) i. e. se non a vitio ut Ioseph abstinuit. 3) Emerkingen. 4) Supra pars I, c. 4. 11 rubr. 35.

bonam habuimus, quia in vino multum habundavimus. Frumentum multum nobis crevit et paupertatem nostram delevit. Satis fuit temperatus, licet michi aliquando fuisset iratus. Conventum tenuit in bona disciplina, ne animarum fieret ruina. Laus sua in hoc viguit, quia audivi, quod parentibus nichil tribuit. In Bilringen nova lux illuxit, cum sancto Martino novam ecclesiam construxit. In Enemerkingen et in Wachingen comparavit ecclesie pro prebenda, pro libertatibus, pro iure advocacie, pro decimis, pro iure patronatus, primo pro nonaginta libris minus duabus, postea pro quadraginta libris[a] minus duabus, postmodum pro 7, postea pro 8. Item pro 7 libris. Item in Tathusen pro 12 libris. In Bilringen pro 11 libris. In Wolfgalge pro 30 libris pratum. In Ambra pro 30 libris. Panis penuria fecit, quod aliqua vendidit. Adhuc in prelatura manet, idcirco os meum laudem eius tacet. Si vellem eum vituperare, iuberet me forsitan fustigare. Idcirco ego taceo, vituperium eius aliis relinquo. Cum hec scripta sunt, annis septem prefuerat, annus autem Domini fuit 1299. Illud consilium ei dono: Videat de fine bono!

a) *in marg. post add. c.*

WILLELMI CHRONICA ANDRENSIS.

EDIDIT IOH. HELLER.

Postquam Lambertus presbyter ecclesiae Ardensis res gestas comitum Ghisnensium initio saeculi XIII. uberius descripsit, vix triginta annis interiectis alius quidam illius regionis historiam denuo enarrandam suscepit. Est Willelmus abbas coenobii Andrensis (Andres), quod haud procul ab oppidulo Ardea ad occidentem versus situm[1] *a Balduino I. comite Ghisnensi a.* 1084. *fundatum et monachis Karrofensibus*[2] *e dioecesi Pictaviensi advocatis habitandum concessum est*[3]. *Quod monasterium multis deinceps donationibus cum fundatoris eiusque successorum tum aliorum terrae illius nobilium ditatum*[4] *sub obedientia Karrofensium, a quibus abbates accipiebat, usque ad initium saeculi XIII. floruit, cum monachi, utpote origine et lingua Flandrenses, amplius Pictaviensibus subdi moleste ferentes*[5], *diuturna cum matre ecclesia habita lite (a.* 1207 —1211*)*[6], *tandem abbatem indigenam, nostrum scilicet Willelmum, obtinuerunt, quippe qui causam eorum in curia Romana summa industria et prudentia egisset. Is igitur Willelmus gesta abbatum aliaque 'ab anno fundationis monasterii usque ad faecem sui temporis'*[7], *i. e. ad a.* 1234, *qui erat ultimus regiminis sui, diligenter conscripsit, quo libro etiam de sua vita optime nos edocuit.*

Auctorem enim circa a. 1177. *natum fuisse, ex eo colligas, quod a.* 1207, *ut ipse profitetur*[8], *triginta erat annorum. Puer grammatices et sacrarum litterarum elementis a Manasse monacho Andrensi, 'e castro Ghisnensi oriundo, viro satis et competenter litterato', instructus est*[9]. *Sed iam circa a.* 1193, *cum sextum decimum ageret annum, in monasterium receptus fuisse videtur, cum duos annos sub abbate Petro, qui a.* 1195. *obiit*[10], *se militasse affirmet. Petro mortuo, sub Iterio abbate in coenobio vixit*[11]*; quo ad claustrum Hamense transeunte, ipse mense Februario a.* 1207. *cum Henrico priore ad matrem ecclesiam missus est, cum Karrofensibus de abbate indigena eligendo tractaturus*[12]. *Quod cum ei tam male succederet, ut e monasterio vix impune ei exire liceret, a fratribus curiam Romanam appellantibus ad Innocentium III. legatus*

1) In dioecesi Tarvannensi. 2) Charroux, départ. Vienne, arrond. Civray. 3) c. 4. 4) c. 8. 10. 11. 14 etc. 5) Iam ad annum circiter 1137. narrat Willelmus c. 39: ... *nostri Andrenses Karrofensium dominationem pertesi et graviter ferentes, Flandrenses Pictavensibus subici, utpote qui propter linguarum dissonantiam eis videbantur alieni* etc. — Ex eodem capitulo etiam patet, comites Ghisnenses lingua Flandrensi tanquam lingua materna usos esse. — Monachos Andrenses plerumque linguam Gallicam ignorasse, indicat Willelmus c. 150. Ibidem testatur, iudicia lingua Flandrensi habita esse: *Ex consuetudine quoque patrie nostre in curia nostra per singulas quindenas humanas leges et iudicia mundana constat exerceri, que omnia non nisi Flandrensi idiomate discuti debent et terminari.* 6) c. 147 sqq. 7) c. 108. 8) c. 148: *Eram autem tunc temporis* (mense Februario a. 1207) *tricesimum agens etatis annum.* 9) c. 119: *Hec scripsi de eo huius operis compositor, pro eo quod ipsius notitiam ad plenum habui: grammaticam ab eo in seculo positus audivi, ad religionem ipsius exemplo et domini Petri abbatis documento perveni et sub utroque per biennium militavi.* 10) c. 105. 109. 11) c. 147: ... *qui toto tempore suo ei* (Iterio) *conviximus, per 13 fere annos, quibus huic loco prefuit* etc. 12) c. 148 sqq.

est, a quo libertatem electionis impetravit[1]. *Laetus igitur rediens, ipse d.* 19. *Febr. a.* 1208. *abbas electus est*[2]. *Interim vero cum etiam Karrofenses papam appellavissent, lite recrudescente, noster iterum atque tertium Romanum iter fecit*[3]. *Nihilominus electione sua cassata, quantas tribulationes quantosque labores pro monasterio suo mox in curia Romana mox Parisiis sustinuerit, optime ex ipsius narratione cognoscitur. Postremo res a summo pontifice ita diiudicata est (d.* 23. *Mart. a.* 1211*)*[4], *ut Andrensibus concederetur facultas eligendi abbates aeque e suo gremio atque e Karrofensi, servata tamen abbatibus Karrofensibus obedientia. Quare Willelmus iterum ab Andrensibus electus, a.* 1211. *tandem confirmationem Karrofensium, ad ipsos profectus, impetravit*[5]. *Ex quo curam monasterii sollicite gerebat, usque dum a.* 1220. *a capitulo Hamensi abbas postulatus*[6] *rursus adversus procuratores Karrofenses Romam ire cogeretur, ubi nil effecisse videtur*[7]. *Eodem tempore 'ex electione omnium abbatum Remensis provinciae' Romae 'annuo generali capitulo' ordinis sancti Benedicti interfuit*[8]. *Die* 21. *Iun. a.* 1221. *Andriam reversus, a Manasse comite Ghisnensi necnon a clero et populo sollemni processione receptus est*[9]. *Per tredecim deinceps sequentes annos monasterium non reliquisse videtur, ita ut quaequae notabiliora in Flandria evenerunt facile comperire posset. Multis procul dubio testis oculatus affuit, e. gr. iam mense Aprili a.* 1214. *ipse una cum Willelmo abbate de Capella et Willelmo presbytero Ardensi, pretio ducentarum quinquaginta librarum dato, Reinaldum comitem Boloniensem et Anglos cum eo confoederatos impedivit, quominus Ardeam oppidum comburerent*[10]; *a.* 1221. *translationi Oswaldi regis et Idubergae virginis apud monasterium Sancti Winnoci adstitit*[11]. *Nonnulla quoque ab eis, qui 'strata publica' iuxta Andriam transitum in Angliam faciebant*[12] *vel inde in Galliam ibant, audiebat. Quare nostro quid posteritati traderet non defuisse certe concedes.*

Fundamentum vero operis posuit Willelmus Andreae Marchianensis historiam regum Francorum[13], *cui ea, quae ipse de monasterio Andrensi conscripturus est, tanquam 'incidentia' inserere sibi proposuit, servatis tamen Andreae libris et capitulis*[14]. *Quin etiam, ne liber Marchianensis et ea quae ipse composuerit confundantur et ita illius meritum minuatur, narrationi Andreae in margine signum rubeum se praefixurum esse promittit*[15]. *Quam distinctionem sive auctor sive librarii postea non semper observasse videntur, cum verba* Andreas Marchianensis *nonnunquam etiam eis praeposita sint, quorum apud Marchianensem ne vestigium quidem occurrit*[16]. *Accedit, quod Willelmus disertis verbis testatur, se non solum ex libro Andreae, sed etiam 'ex chronicis Sancti Bertini et vicinarum ecclesiarum' hausisse*[17]. *Facile vero fieri potuit, ut librarius nomen Andreae aliquoties eis praescriberet, quae utpote non ab ipso Willelmo composita*

1) Viterbii d. 3. Iul. a. 1207. Cf. c. 158. 2) c. 166. 174. 3) Ferentini et Romae moratus est a. 1208. a mense Septembri paullo ante festum s. Michaelis (c. 169. 170) usque ad d. 26. Dec. (c. 178); et ab initio a. 1211. usque ad finem mensis Martii (c. 182. 184). 4) c. 184. 5) c. 188. Die 15. Augusti ab Iohanne episcopo Morinensi consecratus est. 6) c. 126. 7) Quod ex verbis concludi potest, quibus Willelmus redux (c. 218) Manassi comiti Ghisnensi, utrum negotium promoverit, interroganti respondit: . . . *de voto crucis sue circa eum esse dispensatum, et hoc sine gravi labore et magnis expensis non esse obtentum.* 8) c. 126. 9) c. 218. 10) c. 194. 11) Quod tradidit Sigeb. cont. Bergensis, SS. VI, p. 440. 12) Cf. c. 60. 249. 13) Ediderunt Raphael de Beauchamps in 'Historiae Franco-Merovingicae synopsis', Duaci 1633; Dachery una cum Willelmo, Spicil. IX, p. 338 sqq.; ed. alt. II, 781 sqq. 14) c. 1. 15) c. 1: *Que omnia dum prudens lector legerit, advertat ea, que a priore memorato composita sunt, titulo prioris in margine signo rubeo prenotata, cetera omnia a nobis composita.* 16) c. 60. 77. 79. 97. 100. Id quod codicibus confirmatur perantiquis qui in bibliothecis Galliae et Angliae exstant. Contulerunt V. Ill. Waitz codices Parisienses 6570 et 8865, Cheltenhamensem 11582; V. Cl. Foltz Atrebatensem 453, Valentianensem 467. 17) c. 108.

negligentius fortasse eodem colore ac Marchianensia insignita erant[1]. *Semel quoque nomen Willelmi ante excerptum ex Continuatione Aquicinctina sumtum legitur*[2]. — *Post a.* 1195, *quo anno opus Andreae explicit, signis supra laudatis noster ea distinguere voluit, ut ipsius verbis*[3] *utar:* vel que oculis vidimus aut manibus tractavimus, vel que ab aliis facta et audita, lecta vel inspecta fideli relatione cognovimus. *Quae tamen distinctiones, sive librarii eas neglexerint sive Willelmus, quod magis credam, cum opus imperfectum reliquerit, eas apponere oblitus sit, versus finem rarius atque rarius occurrunt.*

Libri vero, quos noster praeter Andream adhibuit, hi sunt. In primis excerpsit Sigeberti continuationem Aquicinctinam[4] *usque ad a.* 1201; *sed textum ampliorem habuisse videtur cum continuatione usque ad annum circiter* 1223. *deducta*[5], *quae iam non exstat, cuius tamen reliquiae etiam in Continuatione Bergensi occurrunt. Etenim eidem recensioni, qua Willelmus usus est, monachus Bergensis suas postea notas adiecit. Ipsam autem Continuationem Bergensem a Willelmo exscriptam esse, viro b. m. Bethmann (SS. VI, p.* 438*) ideo concedi nequit, quia Continuatio Bergensis usque ad a.* 1237. *producta est, noster vero iam a.* 1234. *obiit; neque Willelmus ea, quae Bergensia in continuatione illa reperiuntur quaeque ex Continuatione Aquicinctina post a.* 1202. *sumta sunt, recepit; econtra ubi cum monacho Bergensi concordat, plerumque uberiorem narrationem quam hic*[6] *praebet. Utrumque igitur ex communi fonte hausisse, statuamus oportet. — Complura apud Willelmum ex Annalibus Bertinianis iam ignotis fluxisse, facile est intellectu*[7]. *Alia ex aliorum monasteriorum scriptis usibus suis adaptavit*[8]. *Etiam acta concilii Lateranensis a.* 1215. *ad manus habuit*[9]. — *Nescio an nonnulla ex Annalibus Anglicis deprompserit, cum posteriore saltem tempore plurima quae Angliam attinent ipse conscripsisse videatur. Nam homines illius regionis arctissimum habebant commercium cum Anglis*[10]; *e. gr. Andrenses et Bertinienses Cantuarienses praecipue in Galliam et in Italiam proficiscentes inque patriam redeuntes hospitio saepissime excipiebant*[11], *quod quidem illi, utpote Flandrensibus longe ditiores, multis beneficiis compensabant*[12].

Ex vitis sanctorum et aliis huiusce modi scriptis adhibuit tractatum Petri II. abbatis Andrensis de vita et translatione sanctae Rotrudis[13], *qui die Rotrudis fratribus in refectorio convescentibus ad mensam legebatur*[14]; *sed iam non exstare videtur. Ex eodem narratiunculam quandam de reliquiis a Philippo comite Flandrensi a.* 1171. *e Terra Sancta asportatis et postea in ecclesia*

1) Willelmum signa non semper accurate et uno eodemque modo pinxisse, putarim. Etenim cum loco, quem supra ex c. 1. attulimus, non convenit alter c. 108: *Et nos eius* (Andreae) *vestigiis inherentes . . . gesta abbatum . . . verbis eius interserere minime puduit; immo pro merito vite eius, que ab eo scripta sunt, colore rubeo ad honorem auctoris in margine distinximus; que autem a nobis sunt apposita, ne stilus eius deturpari videatur, eodem colore etiam* (ita e corr. 2; *sunt* 1. 3) *nichilominus annotavimus.* Secundum haec verba Willelmus etiam a se ipso conscripta rubeo colore adnotasse videtur. Nota tamen, quod auctor vocem *nichilominus* c. 244. pro *non, nequaquam* adhibet. 2) c. 124. 3) c. 108. 4) SS. VI, p. 436. 5) Usque ad hunc annum congruit textus Willelmi cum Cont. Bergensi. Cf. infra c. 226. 6) c. 179. 181. 187. 191. 194. 200 (ex actis concilii Lateranensis a. 1215). 205. 215. 226. Nota etiam, quod ordo chronologicus apud Bergensem prorsus perturbatus est. 7) c. 65 (ad a. 1176). c. 84 (ad. a. 1182). c. 97 (ad a. 1186). Fortasse ea quae ad oppidum St. Audomari spectant ex eodem fonte fluxerunt. 8) Ita concordat c. 48. cum Cont. Valcellensi; c. 60. 84. propius ad Lambertum Ardensem accedunt. 9) Cf. Winkelmann, 'Jahrb. Otto IV.', Vol. II, p. 512. 10) Cf. Lambertum Ardensem c. 35 (p. 579). c. 43 (p. 583). c. 46 (p. 584). c. 72 (p. 595). c. 113 (p. 615). 11) c. 56. 60. 61. 164. 249. 252. Cf. Lamb. Ardens. c. 87 (p. 602). 12) c. 34. 156. — c. 182. laudat amicitiam magistri R. decani Salesberiensis. 13) c. 5. 54 *(sicut in eius legenda est expressum).* 14) c. 70. Cf. Lamb. Ardens. c. 30, supra p. 576.

sanctae Rotrudis asservatis sumsisse censendus est[1]. — *Semel (c. 6) Vitam Bertae Blangiacensis laudat*[2].

Multo maiorem messem noster ex archivo monasterii fecit. Exemplum fortasse Folcuini et Symonis, celeberrimorum Bertiniensium auctorum, secutus, quascunque invenit chartas, videlicet 'acquisitiones abbatum, elemosinas principum, largitiones et confirmationes pontificum'[3] *operi ordine chronologico inseruit easque brevi inter se coniunxit narratione. Plerumque chartas, quae in priore libri parte nucleus totius operis sunt, ad verbum transsumsit, rarius breviores reddidit. Exscripsit autographa; tunc solummodo, si haec deerant, rescriptis chartarum, quae in tabulario abbatiae 'more solito' asservabantur*[4], *usus esse videtur.*

His vero ipse alia adiecit. Primus exhibet[5] *fabulam de translatione sanctae Rotrudis, cui monasterium dedicatum erat; quam partim ex tractatu Petri II. supra laudato, partim secundum patrum narrationes narravisse videtur*[6]. *Rotrudem Andrensem et Rictrudem Marchianensem, ut iam antea Lambertus Ardensis*[7], *confundit atque scrupulos de discrepanti verbi forma amovere conatur*[8]. *Chartarum seriem secutus quaedam scitu digna de abbatibus et aedificiis coenobii*[9], *de comitibus Ghisnensibus et gestis eorum, de necessitudine Andrensium et Karrofensium affert. Et semper quodam critices studio ductus quae in chartis legit quaeque a senioribus audivit*[10], *an inter se congruant, investigat*[11]. *Inde ab Iterii abbatis tempore (a.* 1195*) testis oculatus est. Accurate tamen indicat, utrum rem bene meminerit necne*[12]; *distinguit quoque, num ea quae suo tempore evenerunt ipse viderit an ab aliis, fide dignis nimirum, audierit*[13]. *De lite in curia Romana contra Karrofenses habita egregie refert; et legis quoque haud imperitus fuisse videtur*[14]. *Quaequae porro in Italia vidit, multitudinem scilicet hominum a.* 1207. *Viterbii confluentium*[15], *festivum Innocentii III. in Urbem reditum (a.* 1208. *Nov.)*[16], *mores tabellionum*[17], *alia diligenter describit. Hic ubique auctor se ipsum loquentem inducit*[18]. *At postquam a.* 1211. *abbas electus est, persona, ut dicunt, tertia utitur*[19] *multoque cautius sua ipsius gesta et monasterii casus pertractat. Attamen Willelmum etiamtunc auctorem esse neque alium illius opus continuasse, ex tota dicendi ratione patet. Ipse etiam in priore libri parte semel iam posteriora sui regiminis tempora tangit, ex quo id saltem concludi potest, se certe non ante a.* 1226. *scripsisse. Narrat enim*[20], *psalmodiam et alia instituta Petri II, qui mense Decembri a.* 1161. *abbas Andrensis electus est, usque ad sua tempora per annos sexaginta quattuor observata esse. At*

1) c. 70. 2) A. SS. Iul. II, p. 50. 3) c. 108. 4) c. 34. 5) c. 2 sqq. 6) c. 2: *quantum audivimus et cognovimus et patres nostri narraverunt nobis.* 7) c. 30, supra p. 577. Cf. A. SS. Mai. III, p. 80; Iun. IV, p. 255 sqq. 8) Putat enim, discrepantiam illam non nisi in Latino occurrere, Gallis autem et Flandrensibus Rotrudem et Rictrudem unum idemque esse verbum, (c. 6) *sicut unum eundemque hominem a quibusdam Arnulphum, a quibusdam Ernaldum, a quibusdam vero Arnoldum nuncupari videmus.* In suspicionem quoque vocatur, quod illa virgo, haec vidua praedicetur. 9) c. 43. de 'librorum antiquorum scriptoribus' agit. 10) c. 34: *sicut ab illis audivimus, qui hoc viderunt et audierunt et usque ad nostra tempora duraverunt;* c. 42: *sicut ab ore eorum audivimus, qui hoc viderunt et audierunt et ipsius contemporanei extiterunt.* 11) e. gr. c. 33. ex chartis concludit, ad quem comitatus terrae olim pertinuerit; c. 34. Radulphum quendam de Dovera recte 'commilitonem et amicum specialem' Manassis comitis Ghisnensis, qui monasterio valde favebat, nominari, ex eo comprobat, quod 'in omnibus scriptis nostris antiquis testis introducitur'. 12) c. 119: *res mira . . . quamvis in suo termino a memoria nostra exciderit.* 13) e. gr. c. 45: *sicut vidimus et audivimus;* c. 56: *quam postea oculis nostris vidimus;* c. 139: *nobis retulerunt notitiam habentes;* c. 150: *dominum Iterium infra annos* 13 *scimus . . . . a domino Petro, predecessore eius, audivimus.* 14) Cf. c. 168. 174. Laudat 'tertiam compilationem inter decretales'. 15) c. 156. 16) c. 170. Cf. Gregorovius, 'Geschichte der Stadt Rom' V, p. 63. 17) c. 12. 18) c. 147 sqq.: *me qui hec scribo.* 19) c. 194 sqq. 20) c. 49: *que ab eo didicimus, usque ad hec nostra tempora per annos sexaginta quatuor observata custodimus.*

cum perpendamus, se etiam res ante a. 1226. *gestas tam accurate tradidisse, ut non nisi rarius ordinem chronologicum disturbet*[1], *vix credas, se haec omnia e memoria narrare potuisse. Verisimilius igitur est, se iam ante a.* 1226. *notabiliora quaeque per annos adnotasse eaque postea secundis curis relegisse et inter se coniunxisse et alia addidisse. Quocum convenit, quod posteriorem praecipue libri partem annalium instar compositam esse, legenti primo quasi aspectu elucebit, quamquam etiam hic nonnulla reperiuntur, quae e posterioris temporis cognitione fluxerunt; e. gr. ad a.* 1220. *Pandulphum, apostolicae sedis legatum, episcopum appellat Norwicensem, qui demum d.* 29. *Maii a.* 1222. *electus est*[2]; *a.* 1228. *mortem Stephani archiepiscopi Cantuariensis referens, non solum electionem Richardi successoris mense Augusto a.* 1229. *factam enarrat*[3], *sed etiam addit, eum duos annos dioecesim rexisse; ad a.* 1229. *profitetur, Balduinum III. comitem Ghisnensem monasterium 'usque ad sequens triennium' iuribus quibusdam privasse*[4]. *Apparet igitur, nostrum libro scribendo et relegendo usque ad finem vitae operam navasse. Agmen claudit electio Edmundi archiepiscopi Cantuariensis d.* 2. *April. a.* 1234. *facta. Eodem anno Willelmum mortuum esse, ex litteris hoc anno datis concluditur, quibus ab abbate Karrofensi confirmatio Thomae successoris postulatur*[5]. *Auctorem morte fortasse inopinato praeventum opus non omnibus numeris absolutum reliquisse, facile intelligitur: aliquoties chartam quam laudavit afferre oblitus est*[6]; *capitula in priore parte accuratius instituta paulatim rarius atque rarius occurrunt, donec versus finem libri prorsus desunt.*

Scribendi genus, licet saepius obscurum est, tamen legentibus fastidium generare non dixeris. Sententiae e sacra scriptura petitae rarius occurrunt. Auctor laudat Hieronymum et doctores ecclesiae[7]. *Semel quoque (c.* 49*), quod videam, affert verbum e Vergilio sumtum.*

Fidem quam maximam Willelmo attribuamus fas est, semperque eum aemulum fuisse veritatis contenderim. Nec solum quae ad monasterium Andrense spectant accurate et diligenter tradit, sed adiacentium quoque ecclesiarum et oppidorum historiae non parum lucis affert. Neque minoris facienda sunt quae de regibus Francorum, de comitibus Flandrensibus et Boloniensibus, de rebus Anglicis narrat. Brevior est de rebus inter papas et imperatores gestis. Curiam Romanam propter nimiam pecuniae cupiditatem acerbis vituperationibus perstringit[8]. *Nonnulla de peregrinationibus crucesignatorum, de regibus Ierosolymitanis, de ordinibus ecclesiasticis prodit. Quare librum, quo Andreae 'chronicam', ut ipse dicit, continuandam sumsit, etiam hoc nomine inscribere placuit.*

Liber e monasterii finibus per medium aevum vix egressus, nonnisi a Iohanne Iperio[9], *quantum sciam, exscriptus est. Neque codex eius aetatis ad nos pervenit.*

Libri manuscripti qui exstant hi sunt:

1) *Codex Ambianensis Nr.* 496, *chart. in fol., manu saec. XVI—XVII.*

1) Willelmus annum more Gallico a paschate inchoasse videtur (c. 84. 97. 249. 252). Attamen cum auctores, quos exscripsit, non omnes eandem computationem secuti sint, et ipse hic illic in errorem cadit. E. gr. c. 147. ad finem anni 1207. narrat, quod in finem a. 1206. secundum morem Gallicum (i. e. in initium a. 1207) ponenda sunt. c. 182. fortasse in a. 1210, c. 185 sqq. procul dubio in a. 1211. reiicienda sunt. — Confusionem annorum, quae c. 238. 239. occurrit, culpam librarii esse, putarim. — c. 253. annum secundum consuetudinem ecclesiae Anglicanae (et provinciae Treverensis) a d. 25. mensis Martii inchoasse videtur. 2) c. 215. Pandulphus iam a. 1213. 'postea Norwicensis episcopus' nominatur. Cf. c. 191. 3) c. 244. 4) c. 246. 5) Ita tradit Gall. christ. X, p. 1606. Litteras laudatas equidem invenire non potui. 6) c. 81. 96. 7) c. 1. 6. 8) c. 240. 244. 251. 9) Martene, Thes. anecd. III, p. 442 sqq. 10) Paucis de Willelmo egerunt Miraeus, Chron. Belg. (Antv. 1636) p. 336, quem sequitur Oudin, Comment. de script. eccl. III, p. 107; Hist. littér. XVIII, p. 131—134; Wattenbach, GQ. II, p. 415.

exaratus[1]. *Praebet opus Willelmi historiae Andreae insertum, cuius tamen duo priores libri et initium libri tertii desunt. Incipit:* Epistola Willelmi abbatis. *Codicem diligenter descriptum contuli Ambianis autumno a.* 1878.

2) *Codex Bruxellensis Nr.* 7655—7657, *chart. fol. saec. XVII. Continet fol.* 1—16'. *fragmentum chronici alicuius ab origine mundi conscripti:* Anni Domini. Curricula annorum reperiuntur — — Rome femina gigante magnitudinis de parentibus mediocris stature nata multis stupori erat. — *Spatio sex linearum vacuo relicto, sequitur fol.* 16'—54. *liber Andreae Marchianensis, cuius initium deest:* . . . ipsum Chilpericum prelio victum fugat *(ed. Duac. p.* 601, *lin.* 1) — — Gerardo Cameracensi episcopo *(ibid. p.* 799*). Deinde adnotavit manus recentior in inferiore parte folii:* Interpositio de fundatione huius cenobii et de adventu sancte Rotrudis ad hunc locum. *Fol.* 55. *exhibet enumerationem rubrorum, paginis codicis adiectis:* Epistola Willelmi abbatis *usque ad* De dono Heinfridi de Pihem; *tunc eadem manus pergit:* In manuscripto libro habebatur: 'Quod hic deficit, quere in fine libri', cum tamen non habeatur. *Fol.* 56. *incipit opus Willelmi:* Epistola Willelmi abbatis. — *Liber minus diligenter quam* 1 *exaratus mendis non caret. Ex* 1 *derivatus esse nequit, cum nonnulla in hoc omissa et hic illic quamvis rarius meliorem lectionem praebeat. Codicem summa cum liberalitate Berolinum transmissum ipse evolvi.*

3) *Huc accedit editio Dacherii (Spicileg. IX, p.* 338—671*; ed. alt. II, p.* 781—871*), quae ex apographo archetypi fluxit. Archetypum, ut subscriptio apographi a Dacherio servata testatur*[2], *ex monasterio Andrensi primum ad collegium societatis Iesu Bergensis, deinde in manus Heriberti Rosweydi Antverpiam delatum est. Hinc a.* 1627. *Insulas venit, ubi, curante Andrea Chesnio*[3], *apographum factum est. Postmodum remissum a.* 1631. *adhuc Antverpiae erat*[4]. — *Editio Dacherii, cui nonnullae chartae desunt, proxime ad* 1 *accedit; sed aliquoties cum* 2 *rectiorem praebet lectionem. — Ex Dacherio quaedam fragmenta luci dederunt Bouqueti continuatores Tom. XVIII, p.* 568 —583.

4) *Denique memoranda est editio Raphaelis de Beauchamps (Duaci* 1632*), qui librum Willelmi ex 'codice Andrensi' hausit*[5]. *Sed codicem non accurate describit; alia mutat et emendat, alia prorsus omittit.*

Novam igitur editionem ita instituimus, ut pro fundamento uteremur codice Ambianensi (1), *cuius menda ex* 2 *et* 3 *emendavimus. Variam lectionem codicis Bruxellensis* (2) *semper et editionis Dacherianae* (3) *tunc tantum adnotare placuit, si vitia non ex manifesta librarii negligentia orta erant. — Chartas plerumque omisimus, lectores ad Dacherii editionem reiicientes: iis tantum exceptis, quae ad litem in curia Romana habitam intelligendam necessariae sunt. Librum*

1) Cf. Garnier, 'Catalogue des manuscrits de la bibliothèque d'Amiens' p. 422. 2) Servavit Dachery IX, p. 674: *Exemplar hoc chronici Andrensis seu Andernensis ex ipsius archetypo in membranis ms., quod prius ipsius coenobii Andernensis fuisse testantur tum historia, tum primo folio his verbis nota apposita: 'Andrensis monasterii. Vixit author* 1211'. *Et versa pagina aliis Gallicis: 'Che libure appartient a l'abaye d'Andernes a Ardres'. Postmodum factum collegii societatis Iesu Bergensis, ut etiam ex inscriptione in ipsius libri initio habetur, R. P. Heriberto Rosweydo eiusdem societatis Antverpiam in usum praeclarorum tum in historiis caeterisque studiorum transmissum, ab eoque Insulas D. Tus. Desbarbieus, et apud illum illud idem exemplar ad verbum menss. Iun. et Iulio anni* 1627. *descriptum a me. Ita testor ego Wallerandus Beghin; et collatum cum eodem archetypo a nobis infrascriptis sacerdotibus. Wallerandus Beghin. Iacobus de Bomy.* 3) Cf. praefationem Dacherii (ed. alt. II, p. 750), cui Franciscus, Andreae filius, apographum suppeditavit. 4) Duchesne, 'Histoire généalogique de Guines', qui fragmenta ex eodem apographo deprompta inter probationes vulgavit. 5) l. l. p. 802.

Andreae Marchianensis alii huius collectionis tomo inserendum hic omisimus; quae ex continuatione Aquicinctina deprompta sunt, usque ad initium et finem resecuimus. In capitum distinctione, quantum potuimus, Willelmum secuti sumus; sed in posteriore praecipue parte ea nostro consilio supplenda erat.

Berolini, mense Ianuario a. 1879. *Ioh. Heller.*

1. Epistola Willelmi abbatis.

Guillelmus Dei miseratione Andrensis monasterii servus dilectis in Christo filiis ac fratribus cum eo et sub eo regularem vitam professis, tam futuris quam presentibus, ad quod anhelant pervenire feliciter. Vir vite venerabilis Andreas, merito et officio prior ecclesie Marcianensis[1], ad honorem bone memorie domini Petri[2] Attrebatensis episcopi de origine gentis Francorum, de fama, virtute et gestis eorum duos libros precedentes eleganter composuit et hunc tertium feliciter inchoavit[3]. Qui, quoniam ad instar beati Hieronymi in diversis diversa legerat et, octogenarius et amplius existens, omnem fere etatem in religionis exercitiis et virorum illustrium gestis legendis et explicandis expleverat, reges sive duces, quos primus liber continet, Merovingos seu Crinitos vocat; in secundo libro reges descriptos Karlenses appellat; tertium vero librum de regni mutatione seu translatione ab Hugone Capet inchoat. Et hunc quidem librum tertium per capitula distinctum sicut et duos priores pre manibus habemus. In cuius medio quedam incidentia, que ad nostrum Andrense monasterium pertinent, more prefati prioris de industria plantavimus, salvis capitulis in precedenti et subsequenti opere, videlicet de statu regni, appositis. Que omnia dum prudens lector legerit[a], advertat ea, que a priore memorato composita sunt, titulo prioris in margine signo rubeo prenotata, cetera omnia a nobis composita.

2. Paulo superius ostensum est in prioris tractatu[4], procurantibus B.[5] comite Flan-
1024. drensium et L.[b, 6] abbate Sancti Vedasti, quod, de monasterio Marcianensi[c] expulsis monialibus, in quo trecentis[d] et amplius annis resederant[e], loco earum congregatio monachorum successit, sicut a tempore beate Rotrudis[7] sub Mauronto et Ionato[8] sanctis abbatibus et eorum successoribus diversis mos inolevit, quoadusque per regni perturbationem et terrarum destructionem tam Marcianis[f] quam alibi quandoque loca sanctorum in multiplicem statum mutata fuerunt et nunc monachis, nunc monialibus, nunc vero clericis secularibus cesserunt, quandoque autem peccatis exigentibus omni habitatore caruerunt. Verum mutationem illam de monialibus in monachos in Marcianensi cenobio factam, etsi a prefato eiusdem loci priore minus expressam, quantum audivimus et cognovimus et patres nostri narraverunt nobis, volumus evidenter exprimere et causam ipsius mutationis memorie posterorum medullitus imprimere.

3. Dum adhuc in ipso cenobio moniales residerent et, sicut eidem sexui est inolitum, in rebus gerendis et disponendis minus provide se haberent, quidam eiusdem loci edituus, quem nostro more custodem vocamus, natione Anglicus, corpus gloriose Rotrudis furtim auferre disposuit et ad natale solum transferre, pro eo quod, miraculis crebro coruscantibus,

a) legit 3. b) V. 3. c) March. 2 *saepius.* d) tr. an. e. am. 3. e) residerant 1. f) Martianis 2.

1) Marchiennes, dioec. Atrebatensis, arrond. Douay. 2) Sedit a. 1184—1203. 3) V. praefationem Andreae Marchianensis, ed. Beauchamps (Duaci 1633), p. 557. 4) Andreae lib. III, c. 2, p. 785: *Anno 28. Roberti regis* (i. e. a. 1024) *de abbatia Sancte Rictrudis Marcianensi expulse sunt sanctimoniales, quam per trecentos et triginta annos possederant, et recollocati sunt ibi monachi per Liethduinum abbatem Sancti Vedasti et Balduinum comitem Flandriarum.* Cf. Gesta epp. Camerac. II, c. 26, SS. VII, p. 461: *Nuper vero iam dictus abbas Leduwinus, Gerardo episcopo et marchione Balduino satagentibus, feminas turpiter viventes mundato loco exturbavit ac monachos, qui melius et religiosius Deo et prelibatae virgini, quae ibidem quiescit, deserviant, constituit.* 5) Balduino IV. (a. 988—1036). 6) Liethduino. 7) Rictrudis potius; confundit enim, ut iam antea Lambertus Ardensis c. 30, p. 577, Rictrudem Marchianensem et Rotrudem Andrensem. Vid. infra c. 3. Cf. quae hac de re bene disseruit Henschen, A. SS. Iun. IV, p. 255 sqq. 8) Ionatus erat primus abbas Marchianensis (Gall. christ III, p. 393); errat tamen noster de Mauronto, qui nunquam monasterio Marchianensi praefuit. Erat filius Adalbaldi ducis et sanctae Rictrudis ac vixit apud Broilum (Bruel). Cf. Vitam Amati Senon. c. 6, A. SS. Sept. IV, p. 129.

de eius meritis nullatenus valuit dubitare. Affectum igitur suum ad effectum perducens et sacrum corpus cum vita nobilis matrone sibi commendatum subripiens, fugam parat, terram circuit et perambulat, Gisnense[1] territorium intrat, et statim occulto Dei iudicio infirmatur; sacrum corpus sub quadam spina beate Rotrudis hactenus nomine vocata ab eo occultatur. Moritur baiulus, et multo tempore venerabilis matrone tam corpus quam vita vel meritum ab huius regionis incolis adhuc raris ignoratur. Tandem huius nostri occidentis tenebras Deus volens Marcianensi lumine misericorditer illustrare, primo quidem per lumen cereorum crepusculo et nocte meritum sub spina quiescentis pastoribus revelavit; postmodum per sompnia et visiones egrotos attraxit et optata sospitate donavit; ad ultimum principem terre, comitem Balduinum[2], huius nominis primum, ad inventionem corporis sacri in corio[a] cervino consuti cum tota terre nobilitate et promiscui sexus universitate coadunavit. Statim omnibus constitit astantibus de merito thesauri inventi, tam per evidentia scriptorum indicia quam per miracula multipliciter patrata. Comes thesaurum iubet[b] sublevari et ad castrum suum Gisnense transferri et in capella sua reponi, nec valet ullatenus a loco sublevari. Suburbium sui castri, ubi modo est[c] abbatia[3] monialium, comes nominat, vovet et sancte donat; et sic iterum conatus attemptat, sed in vanum laborat. Diversis interim diversa sentientibus et multiplex consilium dantibus, de cuiusdam sapientis et antiqui consilio comes de novo bigam iubet preparari, par boum iugo eatenus insuetum bige apponi et preponi, sacrum corpus bige superponi, sine aurige officio subvehendum, ubicumque illud[d] divina providentia dirigi vellet et transferri. Comiti iubenti clientela frequens obtemperat. Thesaurus diu occultatus ex facili subvehitur, plaustro recenti decenter imponitur; solo Deo auriga ad capellam beati Medardi[4], sitam super clivum nunc infra Andrensis monasterii septa conclusum, par boum progreditur et ibidem immobilis Dei nutu tenetur. Thesaurus deponitur et ibi honeste ac devote reponitur, et ita in brevi capella in ecclesiam convertitur. Inchoatam ecclesiam comes de bonis suis[e] ditat et donat, baronum et optimatum nobilitas donis suis comitis donum nobilitat. Diocesanus episcopus[f] quoque Gerardus[5] in facto recenti Deum glorificans, factum approbat, locum veneratur et honorat, ecclesias eidem confirmat et tam comitem quam subditos eius, ut ecclesie promovende viriliter insistant, monet, hortatur et exorat[g].

4. Interea comes, sicut iam pridem in animo conceperat, cum Ingelramno[h] domino Lileriensi[6] et quibusdam Flandrie proceribus ad Sanctum Iacobum[7] iter arripuit. Ad Karrofense[i, 8] cenobium tunc temporis religiosum et ad usus et consuetudines Maioris-monasterii[9] informatum casu fortuito divertit, et ibidem aliquamdiu egrotans et loci religionem et honestatem venerando admirans, de virgulto dominico plantas fructiferas ad natale solum 1084. reportavit, inter quas preminebant dominus Gilebertus[k] de territorio Ambianensi, de Viberio[l] scilicet iuxta Corbeiam[10], oriundus, Everardus quoque et Henfridus de Hethberga[m]. Et hos quidem venerabilis comes in ecclesia de novo plantata servitio dominico mancipavit et priorem eis dictum Gilebertum prefecit; in quo officio per annos aliquot religiose prefuit, et postmodum, exigentibus meritis, auctoritate superiorum et concordi electione fratrum abba- 1093. tis officium strenue et viriliter diu exercuit[11].

5. Crescente paulisper religione, cum bonis spiritualibus temporalia, sicut moris est, creverunt[n], dum non solum de comitatu Gisnensi[o], sed etiam de Boloniensi potentes et nobiles viri et mulieres predia et facultates, nemora, redditus, terras[p] et censuales Deo et beate Rotrudi ad sustentationem in hoc loco Deo servientium certatim et catervatim dederunt. Vidit hoc et invidit Balduinus Bochard, Andrensis pagi dominus, et, sicut bone memorie dominus Petrus[12], huius loci abbas quintus, prudens, discretus et litteratus, in suo trac-

a) *deest* 2. b) i. th. 3. c) inest *corr.* modo est 2; in eius 3. d) eum 3. e) s. b. 3. f) q. e. 3. g) excitat 2. h) Inghelranno 2; Ingelranno 3. i) Carrofense 2 *nonnunquam*. k) Gilbertus *saepius* 3. l) Uberio 3. m) Hertberga 2; Bethberga 3. n) crescebant *corr.* creverunt 2. o) Gignensi 2. p) *deest* 3.

1) Guines, départ. Pas-de-Calais. 2) comitem Ghisnensem nimirum; rexit circa a. 1065—1097. 3) Sancti Leonardi; cf. Lamb. Ardens. c. 51, p. 586. 4) Hoc miraculum nondum legitur apud Lambertum Ardensem c. 29 sq., qui fundationem monasterii paullo aliter enarrat. Cf. supra p. 576. 5) Praefuit dioecesi Morinorum circa a. 1083—1097. 6) Lillers, départ. Pas-de-Calais, arrond. Béthune. 7) Santiago di Compostella. 8) Charroux in Pictaviensi dioecesi, départ. Vienne, arrond. Civray. 9) Marmoutier-lez-Tours. 10) Corbie. 11) Vide infra c. 15. 12) Sedit a. 1161—1195.

tatu plenius describit[1], verens infelix, ne eius possessiones paulatim labefactarentur et ad ius ecclesie redigerentur, libellum de vita beate Rotrudis conscriptum felle livoris commotus excidit, miraculis detraxit; sanctitatem extinguere per libelli demolitionem putavit, et multos simplices beate Rotrudi devotos a servitio eius precibus et minis avertit, et tandem religiosum comitem ad hoc induxit, ut per ignis iudicium sanctum famule Dei corpus examinaretur et die statuto ad hoc spectaculum totius populi universitas per edictum publicum convocaretur. Quod et factum est. Sed quidquid livor hostilis beate Rotrudi precogitavit ad contumeliam, totum ei cessit ad gloriam, quia, sicut a venerabili patre prefato Petro plenius digestum est, ignis sacrum os in se proiectum coram omnibus glorificavit; quod infidelis vicinus, quantum in se fuit et quantum ab aliis fieri impetraverat, dehonestavit. Et hoc quidem invidie morbo erga beatam Rotrudem et eius ministros totam eius posteritatem respersam audivimus et cognovimus, qui in nostra etate septimum a prefato Balduino Bochard heredem vidimus. De quibus omnibus nobis constat, quod, quamdiu vixerunt, ecclesiam nostram persecuti sunt, in morte vero etiam inviti de suis eam bonis ampliaverunt. Denique per prefatum Balduinum Bochard vita beate[a] Rotrudis discerpta et demolita, licet plurimis postmodum claruerit signis aliorum more sanctorum, pauca penes nos ipsius gestorum habentur insignia, exceptis illis que a memorato et merito memorando abbate Petro veraci et etiam eleganti stilo sunt composita.

6. Cur autem supradictus Andreas, venerabilis prior Marcianensis, de his omnibus que tractavimus nullam prorsus mentionem fecerit in prolixo opere, quod luculenter digessit, id esse cause et rationis credimus, quod turpe ei et probrosum videbatur sue ecclesie desolationem per tante matrone extra eam translationem memorie posterorum transmittere, cum exinde magis alium deceat quam ipsum tractare. Nec aliquem moveat, quod a Marcianensibus Rictrudis, ab Andrensibus vero Rotrudis vocatur, quod ab illis marito sociata et multiplice[b] sobole fecunda, a nobis autem virginitatis honore beata predicatur. Siquidem etsi[c] per vitium scriptorum aut per prolixi temporis spacium in una syllaba discrepamus, in Gallico tamen et Flandrensi idiomate in eius vocabulo concordes sumus, sicut unum eundemque hominem a quibusdam Arnulphum, a quibusdam Ernaldum[d], a quibusdam vero Arnoldum[e] nuncupari videmus[f]. Et in vitreis ecclesie Marcianensis fenestris nostra etate beatam Rotrudem vocari et depingi perspeximus[g], quas postmodum per habitatorum invidiam et[h], ut urbanius loquamur, industriam sublatas et subtilius depictas oculata fide cognovimus. Et quod magis est, in vita beate Berte Blangiacensis, eidem matrone admodum familiaris, ipsam dominam appellari Rotrudem scimus et legimus[2]. Si iuvenili etate marito nupsit et ex eo prolem non tam seculo quam Deo progenuit, nostre assertioni non est contrarium, quia viro defuncto secundas nuptias sprevit, ad vitam celibem se omnino transtulit, in sancto viduitatis proposito vite residuum feliciter explevit et ita virginitatis merito non carebit. Doctores enim nostri distingunt triplex genus virginitatis, quia est virginitas carnis, virginitas mentis et virginitas professionis. In nostro autem et Marcianensium festo discordiam non video, quia ab eis in mense Maio festum recolitur corporee depositionis[i] et a nobis decimo Kalendas Iulii beate Rotrudis adventus et duplicis translationis, quarum prima facta fuit sub comite Balduino primo et[k] secunda vero ab abbate Petro tertio[3].

7. De confirmatione episcopi.

Dum igitur nostrum Andrense cenobium sub Balduino comite et fundatore et Gileberto adhuc priore floreret, et prefatus Gerardus diocesanus augmento pusilli gregis in eo Deo militantis cura pervigili et pastorali intenderet, pontificali auctoritate super cenobii fundatione, super[l] eiusdem libertate, super fidelium elemosina et collatione, super reverentia 1084. Karrofensi cenobio exhibenda et subiectione privilegium huic loco contulit in hunc modum[4]:

. . . .

a) *deest* 3. b) multiplici 2. 3. c) et 2. d) Arnoldum 3. e) Ernuldum 3. f) vidimus 2. g) prosp. 2. h) tunc 2. i) dispos. 2. k) *deest* 3. l) et s. 3.

1) Cf. praefationem p. 686. 2) c. 7 sqq., A. SS. Iul. II, p. 50. 3) *quinto* corrigendum videtur; nam infra c. 54. non nisi translatio a Petro II, abbate quinto, a. 1164. facta memoratur. 4) Sequitur charta Gerardi episcopi Morinensis a. 1084. data (Dachery IX, p. 344; ed. alt. II, p. 782), in qua de subiectione Karrofensibus exhibenda ita legitur: *Quodsi prefatus locus divino munere adeo pullulaverit, ut prior aut abbas ibi constituatur, electio eius penes eosdem fratres et capitulum sancti Salvatoris Karrofensis pendeat, electus autem episcopo Tarvennensi consecrandus presentetur.*

8. Relatio domini Willelmi abbatis de autentico fundatoris.

Comes quoque Balduinus[a] super aisiamento in palude de Hottinghem a nobis et nostris in perpetuum habendo — et hoc quantum nobis posset sufficere —, super libertate capelle de Gisnes et omnibus eius pertinentiis, super stagno de Gisnes et bosco de Hottingehem cum eius appendiciis, super terris, silvis, redditibus, servis et ancillis a se et a suis hominibus datis, super quibusdam elemosinis in terra Bolonie et de Merch[1] similiter collatis, pro eo quod allodia fuerunt et eorum datores sigilla non habuerunt, super legatis, que a suis baronibus dari possent in posterum, a singulis scilicet usque ad unam carrucatam[b] terre vel usque ad centum solidos publice monete, chartam nobis contulit et a suo primogenito comite Manasse, iam propter patris senium herede et successore, conferri et confirmari fecit 1084.
in hunc modum[2]:

. . . .

9. De morte Adele [comitisse[c]] fundatricis nostre.

In ipsa autem novitate fundationis ecclesie[d] nostre mortua est venerabilis comitissa Adela, uxor fundatoris et ipsa devota fundatrix et tam in consilio quam in auxilio fidelis auxiliatrix, et a pie memorie domino Gileberto iam[e] abbate[3] et pusillo grege, presente marito et filiorum numerositate necnon et procerum multitudine, in capitulo tumulatur. Evolutis postmodum circiter septem annis[f, 4], nobilissimus comes Balduinus[g] senex et plenus dierum migravit ad Dominum et iuxta uxorem suam honorifice sepelitur. Post cuius mor- c. 1097.
tem Manasses, filius eius, qui et Robertus, a Roberto[5] Flandrie comite sic vocatus, patris devotioni fideliter adherens et quod minus a patre nobis datum fuerat de suo supplens, in Bredenarda, in Rivaria et in[h] aliis terre sue partibus quedam a patre suo data confirmavit, quedam de novo dedit, et maxime totam pasturam Andrensi vico subiacentem nobis indulsit et sub hac forma confirmavit[6]:

. . . .

10. De constructione domus elemosinarie.

Dum adhuc venerabilis abbas Gilebertus cum pusillo grege sibi commisso religiose viveret et paupertate sua pro spe celestium divitiarum[i] contentus esset, quidam nobiles[k] et potentes de suis habundantiis eius et sui gregis inopiam contendebant[l] alleviare et diversam substantiam tam rerum mobilium quam immobilium certatim Christi pauperibus erogare; sed ipse ut vere pauper spiritu divitias fastidiens et suspectas habens, multa sibi collata, que etiam videbantur pretiosiora, ad opus pauperum peregrinorum et de regno in regnum et[c] de gente ad populum alterum transeuntium statuit delegare et liberaliter deputare. Quo studio et fervore caritatis accensus, Warinum quendam, nobilis cuiusdam matrone Athelaidis de Fielnes filium[7], qui omnia allodia que in comitatu Boloniensi habuit ad ecclesiam de Wasto[8] per instantiam sanctissime matrone Ide comitisse[9] de novo fundandam disperserat, et omnia similiter allodia que in Gisnensi habebat comitatu ad huius[m] monasterii constructionem reservabat, in fratrem et monachum recepit, et iuxta portam monasterii hospitale pauperum faciens, terras et redditus ab eo oblatos[n], ut exinde Christi membra sustentarentur, instituit. Cui etiam hospitali suum quondam commilitonem Everardum, de quo superius mentio facta est[10], elemosinarium prefecit; et que ad usus pauperum a fidelibus sunt collata vel ab eo instituta sive a prefato elemosinario acquisita, scripto mandare et posterorum memorie transmittere studuit in hunc modum[11]:

. . . .

a) Halduinus 3. b) carrucam 2. c) *deest* 1. d) n. e. 3. e) *deest* 3. f) a. s. 3. g) B. c. 3. h) *deest* 2. 3. i) divitiarumque 1. k) p. et n. 3. l) a. c. 2. m) cuius 3. n) oblatas 3.

1) Merck, inter Calais et Guines. 2) Sequitur charta Balduini a. 1084. data *sancto Salvatori et sancte Rotrudi de Andernes in presentia comitis M. concedentis, et in generalibus placitis apud Gisnes presentibus militibus et placitum observantibus regionis Gisnensis.* Dachery IX, p. 346 sqq.; ed. alt II, p. 783. 3) Apparet ergo, Adelam post a. 1093. obiisse, quo anno Gilebertus (c. 15) abbas electus est; cf. Lamb. Ardens. c. 33, p. 578. 4) Hic vel antea error latet, cum Balduinum iam a. 1097. mortuum fuisse, charta Manassis (c. 35) doceat. 5) primo (a. 1072—1092). 6) Sequitur charta Manassis sine die et anno. Dachery IX, p. 353 sqq.; ed. alt. II, p. 785. 7) Cf. Lamb. Ardens. c. 40, p. 581. 8) le Waast, arrond. Boulogne. 9) Vixit c. a. 1057—1113. 10) c. 4. 11) Sequuntur epitomae ex compluribus chartis: 1. ex confirmatione Gileberti de quattuor mensuris terris, quas Manasses dapifer comitis Ghisnensis dedit; 2. ex confirmatione Iohannis Morinensis episcopi de terra de Tunrepit, quam Evehardus tempore Reinaldi abbatis

11. De domino Warino.

Predictus denique Warinus per annos aliquot in regulari proposito Deo fideliter serviens et voluntariam paupertatem pro Christo amplectens et de suis quondam divitiis pauperes et Dec. 26. peregrinos foveri videns et congaudens, in festo sancti Stephani prothomartyris et testis Christi, verus et ipse testis, obiit et in ipso introitu hospitalis, ut a pauperibus haberetur in memoria, sepulturam accepit. De quo veraciter accidit, quod suis propinquis et carnaliter amicis paupertatem eius increpantibus et ob hoc eum fatuum exprobrantibus dicere consuevit: 'Ego', inquit, 'sicut fatuus vivam, sed sicut sapiens moriar, et[a] in hoc vobis dissimilis inveniar'.

12. De abbate Gileberto.

Alia quoque bona ad usus monachorum suorum idem dominus Gilebertus abbas viriliter acquisivit et quedam acquisita cambivit, et pro eo quod bonorum datores sive cambitores tunc temporis sigilla non habebant — non enim nisi terreni principes sigilla habere consueverant —, acquisita vel cambiata[b] scripto mandare curavit, prout in sequentibus patebit. Nullum autem scandalizet, si nos eius qualescumque successores et ecclesie Andrensis fratres velimus, eius scripta robur firmitatis habere, cum usque hodie oculata fide videamus et pro certo sciamus, per totam Italiam scripta tabellionum licet laicorum et sigilla non habentium in omni curia sive seculari sive ecclesiastica per quasdam figuras firmitatem obtinere.

13. De eodem abbate, et de domino Lamberto abbate Sancti Bertini.

Preterea dominus Gilebertus primus huius loci prior et abbas quedam recepit bona ad beati Bertini feodum pertinentia. Que quoniam dominus Lambertus, sancte memorie abbas Sithiensis et primus ibidem institutor ordinis Cluniacensis, reclamavit et ad ius monasterii sui pertinere asseruit, amicabilem cum eo pacem fecit, quam scripto mandavit, et ab 1112. eodem religioso patre scriptum fieri impetravit sub hac forma[1]:

. . . .

14. De partibus diversorum que habemus in monte qui dicitur Mas.

In monte de Campaniis[2] qui Mas dicitur habet Andernensis ecclesia partem Stephani, partem Odouini et Adoardi, partem Gusfridi de Bredenarde et Galandi, fratris sui, partem Hugonis et Gozonis[c], fratris sui, partem Ingelramni de Baingehem, partem Radulphi Penard, Hugonis Penard, Giffridi Penard et Manassis Penard, partem Eustachii de Mongardin[d] et sororum suarum et Rothuldis de Abevile et Adelidis, uxoris Wandelmeir, partem Winemari Crassevacce: omnia dona istorum habet Andernensis ecclesia tam in terra quam in bosco et multorum aliorum quos enumerare supersedimus[3].

. . . .

15. De obitu domini Gileberti abbatis.

Post multos igitur labores pro Christo fideliter perpessos et viriliter superatos pie memorie dominus abbas Gilebertus, qui in ordine pastorali per annos circiter quindecim hunc locum laudabiliter rexerat et prius officium prioratus per novem annos exercuerat[4], 1108. viam universe carnis ingressus est et in ecclesia prima a venerabili comite Balduino fundatore et a se fundata tumulatus est. Post cuius felicem transitum Pictavis[5] in hoc loco consistentibus et patrie istius indigenis diversa sentientibus, fere per annos quatuor locus iste vacavit.

a) ut 3. b) cambita 2. 3. c) Ozonis 3. d) Montgardin 3.

emit a Giffredo (a. 1114; v. infra quae adnotavi ad c. 17); 3. ex charta Warini de Fielnes de eis quae ad pauperum elemosinam dedit *vivente domino Gisleberto, presente Manasse Gisnensium comite;* 4. ex confirmatione donationis Warini facta ab Eustacio de Fielnes a. 1117 (v. infra c. 23); 5. ex donationibus factis a domina Oydala et ab Alolpho, filio Remboldi Raboni. Dachery IX, p. 358—363; ed. alt. II, p. 786—788.

1) Sequuntur duae chartae Lamberti a. 1112. datae, quibus terras ab Eustacio de Curteburne Sancto Bertino redditas monasterio Andrensi sub annuo censu concedit; deinde duae epitomae ex donationibus monasterio ab Eustacio et Adelaiz de Fielnes a. 1119. factis. Dachery IX, p. 365—367; ed. alt. II, p. 788.

2) Campagne, a Guines ad meridiem.

3) Subsequuntur confirmatio Balduini de bonis tam a se quam a suis collatis et complures chartae in epitomen redactae, continentes donationem Dodonis et uxoris Adalis, donationem Roberti de Iurni de comitatu Westioch, commutationem terrarum inter Gilebertum et Hugonem Malvoisin factam, donationes Ingelramni de Baingahem et Winemari de Arda, Cononis, et Philippi apud Buxin. Dachery IX, p. 367—374; ed. alt. II, p. 789 sqq.

4) Prior igitur erat a. 1084—1093, abbas a. 1093—1108.

5) i. e. monachis Karrofensibus.

16. De vacatione huius loci et de priore Marcianensi.

Longa ergo digressione pro loci huius fundatione necessario facta, ad venerabilis Andree prioris Marcianensis historiam redeamus et nunc ab eo composita disseramus, nunc ad locum[a] nostrum pertinentia interseramus, servatis figuris de quibus supra[b.1] mentionem fecimus[2].

. . . .

17. Interpositio de presentis monasterii vacatione et de domini Reinaldi[c] institutione.

Postquam hoc Andrense monasterium per annos quatuor vacaverat, hinc Pictavensibus, 1112. inde Flandrensibus diversa sentientibus, tandem dominus Reinaldus, natione Pictavensis, monachus Karrofensis, huic loco preficitur, et electus canonice a domino Iohanne Morinensi[d] episcopo benedicitur. Qui in sua novitate ab eodem episcopo privilegium impetravit in hunc modum[3]:

. . . .

18. De abbate Reinaldo, et de adeptione[e] privilegii a domino papa Paschali.

Prefatus denique abbas Reinaldus domini Manassis comitis, patroni sui, a Deo gratiam invenit, ut, sicut patrem suum in presenti loco sepelierat, ita se et omnes successores[f] suos hic voveret sepeliri pro auctoritate loci, et hoc sponte instituens, per summum pontificem id desiderabat confirmari. Sed et pasturam huic cenobio subiacentem nichilominus auctoritate sedis apostolice ecclesie, cuius erat patronus, affectabat appropriari. Qua intentione idem abbas Romam tendens, et per litteras commendatitias patroni sui et etiam diocesani[4] se curie notum faciens, sub protectione beati Petri se et bona suo loco de novo collata devote subiciens, a domino papa privilegium impetravit sub hac forma[5]:

. . . .

19. De curte nostra de Rigewoge[g].

Dominus Manasses comes tempore Reinaldi abbatis in wastinia[6] de Gisnes unam carrucatam terre huic loco contulit; in qua idem dominus Reinaldus abbas curtem fundavit, et tota decima eiusdem terre per eius industriam ab ecclesia Morinensi parrochiatum tenente quitata fuit et in usus nostros confirmata in hunc modum[7]:

. . . .

20. Charta domini Iohannis episcopi de quibusdam decimis nobis datis.

Prefatus quoque Morinensis episcopus pie memorie dominus Iohannes locum nostrum desiderans in melius proficere, decimam de Cosebrona, de Voxola sive de Spineto, qui 1116? viculi sunt finitimi, nobis suo tempore collatam confirmavit sub hac forma[8]:

. . . .

21. Narratio Willelmi abbatis de pastura.

De pastura autem Andernensis parrochie huic cenobio subiacente, qualiter Henricus de Campanies, huius ville dominus, eam contradixerit et ab usibus nostris alienare voluerit, dominus Manasses comes per suam chartam ostendit, quam per manum domini Reinaldi abbatis sub testimonio omnium fere nobilium terre sue posterorum memorie transmittit in 1118. hunc modum[9]:

. . . .

a) n. 1. 3. b) antea 3. c) Rainaldi 2 *saepius*. d) Morinensis 2. e) ademptione 1. f) suos s. 3. g) Rigewage 3.

1) c. 1. 2) Sequitur narratio Andreae Marchianensis: *Anno* 31. *Philippi regis Willelmus rex Anglorum — tam presentes quam futuros a simili scelere deterrere possit exemplum.* 3) Sequitur confirmatio bonorum Tervannae a. 1122. (1112. corrigendum videtur) a Iohanne ep. Morinensi data, et eiusdem confirmatio de terra de Tunrepit (a. 1114), quae iam supra (v. c. 10 n. 11) occurrit. Dachery IX, p. 381—387; ed. alt. II, p. 792 sqq. 4) Iohannis episcopi Morinensis (a. 1099—1130). 5) Sine die et anno. Dachery IX, p. 388 sqq.; ed. alt. II, p. 794. Cf. Jaffé p. 517 nr. 4860. 6) i. e. in agris qui non excoluntur; vid. Ducange s. v. vastum. 7) Sequitur charta Gocelini sanctae Mariae Morinensis ecclesiae decani. Dachery IX, p. 390; ed. alt. II, p. 795. 8) Sequitur epitome ex charta Iohannis a. 1126. (a. 1116. corrigendum?) data. Dachery IX, p. 391. 9) a. 1118. datam. Dachery IX, p. 392 sqq.

22. Relatio Willelmi abbatis de Gusfrido[a] Hosevodh et de Galanto, fratre eius.

In territorio de Bredenarda quidam nobiles erant, Gusfridus scilicet Hosevod et Galantus, frater eius, qui terram ad curtem nostram in Northkerka, que dicitur Crophava[b], spectantem contulerant et etiam pro maiori parte decimam de Campania huic loco dederant cum terra de Mas et donis diversis in diversa parte positis. Quorum nepotes et heredes post mortem ipsorum contra nos calumpnias pretenderunt et per comitem Manassem a cepta
1116. calumpnia destiterunt, sicut eius charta testatur sub hac forma composita[1]:

. . . .

23. Narratio Willelmi abbatis de domino[c] Eustachio[d] de Fielnes.

Eustachius quoque dominus de Fielnes pauperum elemosine quasdam[e] terras cum qui-
1117. busdam comitatibus dedit, quas in hunc modum confirmavit[2]:

. . . .

24. De alienatione nemoris de Rorichova[f].

Dum predictus abbas Reinaldus multiplici virtutum genere reflореret et locum sibi commissum laudabiliter regeret, volens patrono suo comiti placere, non veritus est rem facere, unde a suis[g] successoribus et omnibus huius loci cenobitis notam dedecoris et improperii futuris[h] temporibus debuit incurrere. Comes siquidem circumquaque notus et famosus, dum domesticis animalibus et omni genere armentorum habundaret et hiis non contentus pro silvestribus custodiendis parcum[3] facere vellet, abbas ei indiscrete boscum totum de Hottingehem cum pratis et omnibus aisiamentis accommodavit et super[i] hoc[k] omnium fratrum in se odium, licet palam propter metum comitis resistere non auderent, accendit, nullo quidem tunc[l] sperante[m], quod de cetero in usus cenobii posset cedere. Et nos quidem nostra etate murum ibi constructum a parte occidentali vidimus; quo nunc destructo, et statu multipliciter variato, spem nostram in Domino iactantes[n], per patientiam expectamus. Unde idem abbas compunctus, sicut credimus, penitentia ductus, limina apostolorum secundo visitavit et a papa Calixto tunc presidente[4] privilegium impetravit sub hac forma[5]:

. . . .

25. Item de domino Reinaldo abbate.

Reversus a Roma abbas Reinaldus ita cuncta expenderat et sic attenuatus erat, ut[l] pedes incedens[o] in habitu peregrini, qui vulgo dicitur Sclavina, locum hunc vix alicui notus intraret et, quot et quanta pro Christo fuisset perpessus, tam in habitu quam in actu evidenter ostenderet. Cetera vero que ipsemet acquisivit vel ab aliis data scripto mandavit[6]:

. . . .

26. De obitu domini Reinaldi abbatis.

Dominus abbas Reinaldus, postquam per annos circiter quatuordecim hunc locum[p] laudabiliter rexerat[7] et edificiis adornaverat, postquam cum nobilibus huius parrochie super pastura huic loco subiecta diutinum conflictum habuerat — nam et auctoritate summi pontificis et vi comitis Manassis oves et boves universas, insuper et porcos et pecora campi in ipsam pasturam fecit minari, postquam heredes Balduini Bochard eam in preiudicium ecclesie arari fecerant et seminari —, tandem senio confectus et labore Romani itineris atte-
1126. nuatus dormivit, cum patribus suis in ecclesia a venerabili comite Balduino et suo predecessore domino Gisleberto primo abbate constructa honorifice tumulatus, vacante iterum loco presente fere per annos quatuor. Nam Flandrenses monachi hic consistentes Pictaven-

a) Guffrido 1. b) Crophova 2. c) dono 3. d) Eustachii 2. 3. e) t. q. 2. f) Rorichona 3. g) aliis 2. h) futuri 1. i) propter 3. k) hec 2. l) *deest* 3. m) superante 3. n) iacentes 1. o) incendens 1. p) *deest* 2.

1) Data a. 1116. Dachery IX, p. 393 sqq.; ed. alt. II, p. 796. 2) Eadem charta iam supra post c. 10. prolata erat. Tunc repetuntur donationes Oydalae et Alolphi (v. supra c. 10 n. 11). 3) i. e. 'parc, thiergarten'. 4) a. 1119—1124. 5) Est confirmatio bonorum monasterii sine die et anno. Dachery IX, p. 398 sqq.; ed. alt. II, p. 797. Cf. Jaffé p. 545 nr. 5155. 6) Sequuntur chartae de acquisitionibus monasterii tempore Reinaldi factis, quarum plurimas edidit Dachery IX, p. 401—408; ed. alt. II, p. 798 sqq. 7) i. e. circa a. 1112—1126. Cum hoc convenit, quod adhuc a. 1126. chartae Iohannis episcopi Morinensis testis subscripsit. Dachery IX, p. 391.

sibus detrahebant et alienationem a domino Reinaldo abbate, scilicet de bosco de Hottingehem, factam eis semper improperabant[a], et ideo Karrofenses sibi preesse contradicendo refugiebant[1].

. . . .

27. De institutione domini Petri abbatis.

Post diutinam vacationem huius loci electus est hic in abbatem Petrus cognomento 1130.
Charbonellus, corpore decorus, sanguine generosus, natione Pictavensis, professione Karrofensis, et in primordio[b] sue promotionis videns privilegium sancte memorie Balduini comitis, fundatoris nostri, aliquantulum oblitteratum et senio depravatum, a domino Manasse, successore eius et filio, chartam hanc impetravit et patris privilegio inseri et copulari fecit sub hac forma[2]:

. . . .

28. Charta domini Iohannis episcopi[c] de quibusdam donis in comitatu Boloniensi.

Postmodum vero super hereditate ab Arnulpho de Fercnes cognomento Frussard et uxore[3] eius huic loco liberaliter collata a domino Iohanne episcopo Morinensi privilegium impetravit, et que in diversis locis ab eo collata sunt, in eodem comprehendi et contineri fecit; quod sic incipit[4]:

. . . .

29. Willelmus abbas de quibusdam donis[d] ab Henrico huius ville domino collatis.

In presenti quoque parrochia Henricus de Campanies, huius ville tunc dominus, pro anima Eustachii, sororii sui, sollempnem elemosinam[5] huic loco optulit, quam idem dominus Petrus scripto[e] abbas mandavit in hunc modum:

. . . .

30. Willelmus abbas de quibusdam datis[f].

Similiter et de quadam terra in Campanies iacente a quibusdam calumpniata, et tempore domini Petri calumpnia sopita, idem abbas mentionem fecit et scripto mandavit sub hac forma[6]:

. . . .

31. Relatio Willelmi abbatis de dono Warini[f].

Preterea ex dono prenominati[g] Warini de Fielnes iure et proprietate ville de Bokerdes in usus nostros cedente, et comitatu ipsius ad dominum de Ardea adhuc spectante, dominus Petrus abbas eundem comitatum ab eodem domino nomine Arnulpho[7] acquisivit et in hunc modum confirmari impetravit[8]:

. . . .

32. Confirmatio domini Manassis

Et quoniam idem dominus Ardee de comite Gisnensi Manasse tanquam de domino superiori memoratum comitatum cum multis aliis bonis suis tenebat in feodum, ad preces et instantiam tam ipsius domini quam abbatis Petri comes supradictus assensum suum prebuit et super hoc chartam suam huic loco concessit, que sic incipit[9]:

. . . .

33. Willelmus abbas: Ex tenore igitur utriusque charte precedentis perpendi potest ex facili de omni terra, quam dedit nobis Warinus[h] de Fielnes, comitatum ad dominum

a) improbabant 3. b) i. pr. die 3. c) *deest* 3. d) bonis 1. e) a. scr. 2. f) *rubrum deest* 3. g) prefati 2. h) Warini 2.

1) Sequitur narratio Andreae: *Turci autem cenobium monachorum in monte Thabor — Gregorius autem se appellat Innocentium.* 2) Sequitur epitome confirmationis Manassis. Dachery IX, p. 412; ed. alt. II, p. 800. 3) Agatha. 4) Sequitur charta Iohannis et altera Arnulfi cuiusdam (a. 1130), qua dimidiam partem molendini in villa Gibbingatun monasterio concedit. Dachery IX, p. 413 sq. 5) *terram in Hottingehem iacentem per singulos annos* 20 *raserias frumenti reddituram.* Charta Henrici ap. Dachery IX, p. 414; ed. alt. II, p. 801. 6) Dachery IX, p. 415. 7) Arnulfo Iuniori; cf. Lamb. Ardens. c. 121, p. 620. 8) Sequitur charta Arnulfi. Dachery IX, p. 416 sq. 9) Dachery IX, p. 417 sq.

Ardensem pertinuisse[1], quia tunc temporis propinqui erant Ardenses domini et Fielnenses, et usque hodie pro eisdem Ardensibus uni pauperi in nostro hospitali providetur prebenda[2].

. . . .

34. **Willelmus abbas**: Peccatis predecessorum nostrorum in hoc Andrensi cenobio degentium exigentibus, ecclesia presens occulto Dei iudicio et semper iusto fulgurata est et cum omnibus appendiciis suis penitus concremata. Siquidem, sicut ab illis audivimus qui hoc viderunt et audierunt et usque ad nostra tempora duraverunt, hostis humani generis in specie ursi super ecclesiam visus est circumquaque discurrere, turrim laterculis ligneis coopertam ascendere et conflagrantes laterculas super cuncta edificia proicere. Apparent adhuc per omnes fere dormitorii macerias ruinosas et scabrosas eiusdem celestis incendii vestigia, quia postmodum cetera edificia sunt per gratiam Dei in melius reformata. Combusta est etiam in ipso incendio domus infirmorum lignea, speciosa et sumptuosa, a nobili viro Radulpho de Dovera[3], domini Manassis comitis commilitone et amico speciali, composita, ea quidem intentione, quod cum eodem comite[a] decreverat in sancto proposito vite residuum ducere et in eadem domo decedere. Et hic quidem Radulphus in omnibus scriptis nostris antiquis testis introducitur; unde inter ipsum et comitem memoratum perfecta amicitia, fidelis et assidua, comprobatur. Ab hoc ergo tempore, ipso Radulpho, sicut dicitur, procurante, conventus ecclesie Christi Cantuariensis intuitu compassionis et religionis et ad favorem paupertatis Andrensis viginti quatuor paria pelliciarum[4], froccorum et cucullarum cum ceteris lectorum vestibus, que de sua superabundantia eis[b] superfuerant, totidem monachis hic degentibus transmittere consueverant. Et hec quidem, licet vetusta, nostri predecessores in paupertate Christo servientes non reiciebant, sed toto tempore domini Petri abbatis et sui successoris cum gratiarum actione recipiebant. Dum igitur huic loco incendium dominaretur, dum, quibusdam ornamentis ecclesiasticis, libris et chartis ab accolis asportatis et in loco tuto repositis, queque finitima et vicina depopularetur[c], quibusdam libris et sacris vestibus incendio consumptis, quedam charte nostre sunt incendio conflagrate; quarum tenorem istum fuisse cognovimus, pro eo quod earum rescriptum in nostris archivis cum aliarum chartarum rescriptis more solito habuimus. Prima fuit Karoli comitis[d] Flandrensis sic incipiens[5]:

. . . .

35. Relatio domini Willelmi abbatis de charta domini Manassis comitis.

Aliud quoque privilegium fuit incendio concrematum a domino comite Manasse confirmatum et approbatum, cuius istud[e] fuit principium: *Quoniam diversitate morum plerumque contingunt controversie*[f] *causarum, videtur expedire res ecclesiis Dei traditas litterarum annotatione ad posteros mittere, ne res in dubium posita aliquod perversis ecclesias impugnandi scrupulum gignat. Unde scripto mandamus, quod Balduinus comes Gisnensis, hereditatem cupiens in regno Dei habere, locum extruxit Andernensem, quem, ut ad opus Dei meliorem semper exemplis melioraretur, ecclesie Karrofensi subdidit atque, ut isdem locus in recognitionem subiectionis pariter et elemosinam sui predicte ecclesie Karrofensi omni anno censum, videlicet duas marcas argenti, persolveret*[g], *constituit.* Post cuius mortem filius eius Manasses elemosinam patris augere cupiens, in manu Petri Karrofensis abbatis loco Andernensi, si aliquis suorum fenatorum de feno ipsius centum solidatas vel tantum, ut suum hominatum non perderet, donare voluisset, concessit. *Gratia*[6] *autem Dei loco*[h] *in melius proficiente, electo eidem ecclesie Gilberto primo abbati et ordinando hoc*

a) c. c. e. 3. b) ei 3. c) deploraretur 3. d) Fl. c. 3. e) illud 3. f) diverse c. 3. g) persolvere 1. 2. 3. h) D. i. m. l. 3.

1) Legitur in charta Arnulfi: *Notum igitur fieri volumus . . . , dominum Arnulfum de Arda comitatum suum de Bokerdes, de terra videlicet que fuit Warini de Fielnes, ecclesie sancti Salvatoris et sancte Rotrudis virginis in villa Andernensi site pro sua suorumque . . . salute contulisse et in altari sancto in presentia domini Petri abbatis . . . obtulisse.* Et in confirmatione Manassis comitis: *Notum sit omnibus hominibus, quod ego Manasses comes Gisnensis voluntarie concessi donum illud quod fecit Arnulfus de Arda Andernensi ecclesie de comitatu de Bokerdes, de terra videlicet que fuit Garini de Fielnes.* 2) Sequitur narratio Andreae Marchianensis: *Anno ab i. D.* 1130. *Innocentius — ex sorore nepos Henrici quinti regis, quarti imperatoris huius nominis* (a. 1139). 3) Dover. 4) 'pelisse, pelzrock'. 5) Sequitur confirmatio bonorum monasterii a Karolo data (sine die et anno). Dachery IX, p. 422 sqq.; ed. alt. II, p. 803. 6) Ipsa chartae verba sequi videntur.

immunitatis contulit privilegium, ut homines eiusdem Andernensis ecclesie pro aliquo forisfacto non distringeret vel iudicaret nisi sicut homines parium[a] *Gisnensium. Obeuntibus vero eiusdem loci abbatibus, electa, si*[b] *in loco fuerit, idonea persona*[1], *in capitulum Karrofense deducatur, et ibi probata electione, ab abbate et capitulo Karrofensi ei pastoralis virga curaque iniungatur, salva subiectionis obedientia ecclesie Karrofensi ab eo servanda*[b']. *Si vero in loco condigna nequiverit reperiri, in capitulo Karrofensi digne dignus eligatur, et ab episcopo Tervannensi consecratus, loco abbatis preponatur.* Hec ut dicta sunt predictus comes Manasses concessit; auctorizavit simul etiam, ne aliquam dominationem vel consuetudinem ipse aut ullus ex heredibus eius in eodem loco haberet, nisi tantum locum loco advocati in perpetuum custodiret. *Acta sunt hec anno incarnationis Dominice* 1097, *indictione* 6, *presidente apostolice sedi domino papa Urbano, Philippo Francorum rege, Gerardo tunc Morinorum episcopo, Rotberto Flandrensium comite. Testibus hiis: Hugo archidiaconus, frater Manassis*[c] *comitis, testis; Gerardus Hamensis abbas*[d], *testis; Ravengarius abbas*[d] *Capelle, testis; Fulco, frater comitis, testis; Arnulfus de Arda, Lambertus vicecomes, Balduinus, filius Witfredi, Balduinus de Osterwic*[e], *Ermerius*[f] *de Bavelingahem*[g], *Eustachius de Curtabronna*[h], *Hugo de Surkes, Hugo Malvoisin, Rotbertus de Hammes, Withdo de Elembom sunt testes, et multi alii qui hoc viderunt vel audierunt.*

36. Quid actum sit post combustionem[i] huius loci.

Post huius loci miserabilem conflagrationem comite Manasse operam dante, domino Petro abbate multipliciter instante, optimatum terre nobilitate opes et operam fideliter administrante, exusta edificia partim sunt cooperta, partim renovata, partim de novo composita. Venerabilis quoque Morinensis episcopus Iohannes huius loci condolens desolationi, qui locum semper dilexerat, promoverat et scriptis autenticis, ut in melius proficeret, roboraverat, ecclesiam de Bokerdes huic loco liberaliter delegavit et ipsam cum decima ad eam spectante[k] fratrum refectioni deputavit, a pluribus audiens et pro certo cognoscens, quod in fame et siti, in frigore et nuditate Deo servirent, et sperans, quod sui memoriam in perpetuum haberent. Qui brevi postea tempore supervivens et in spe sancta decedens, succes- 1130.
sorem habuit pie memorie Milonem, Premonstratensis ordinis precipuum informatorem, Sancti Iudoci de Nemore[2] aliquando abbatem, Deo acceptabilem, tam clero quam populo pro meritis honorabilem. Hic igitur in primordio sue promotionis suam diocesim paterna sollicitudine visitans, et more beati Martini cum illo suo frequentissimo sanctissimoque comitatu, non tamen sumptuoso, locum istum sua visitatione perlustrans, ad instantiam domini Petri abbatis, presentibus sancto Bernardo Clarevallensi et Waleranno Ursi-campi[3] et Hugone de Monte-Sancti-Eligii[4] abbatibus, et aliis multis, super commoditate aque et paludis molendino et monasterio nostro subiacentis et super pastura huic loco contigua pri- 1132.
vilegium nobis indulsit in hunc modum[5]:

. . . .

37. Willelmus abbas: Postea vero de dono prenominatorum Arnulphi Frussard et 1133.
uxoris eius[6], nobilium de Fercnes, et sua allodia cum terra et comitatu in diversis locis conferentium, aliam nobis chartam contulit[7], que sic incipit:

. . . .

38. De eodem episcopo[8].

Sed et contra Fielnensium dominorum importunitatem idem episcopus se pro hoc loco erexit et viriliter habuit — qui[9] propter sui predecessoris donum, scilicet Warini sepe memorati[10] monachi huius loci, quotiescumque ab abbate novus instituebatur elemosinarius, relevium sive relevationem ab eo exigebant — et eos ad hoc induxit, ut non ab elemosinario instituto, sed potius ab abbatibus, qui rarius instituebantur, eandem consuetudinem, quam-

a) *deest* 3. b) el. si non loco 1; el. suo l. 3. b') conservanda 3. c) Manasse 2. d) abbatis 2. e) Osternic 3. f) Erverius 3. g) Bavelingehem 3. h) Curtebr. 3. i) h. l. c. 3. k) spectantem 3.

1) Aliter confirmatio Gerardi episcopi a. 1084. data; v. supra p. 692 n. 4. 2) Dommartin; cf. Gall. christ. X, p. 1347 sq. 3) Ourscamp, départ. Oise, arrond. Compiègne. 4) Mont-Saint-Eloy prope Arras. 5) Datum a. 1132. Dachery IX, p. 427 sq.; ed. alt. II. p. 804. 6) Agathae; vid. supra c. 28. 7) i. e. confirmationem bonorum ab Arnulpho monasterio collatorum (a. 1133). Dachery IX, p. 428. 8) scilicet Milone. 9) Fielnenses. 10) c. 10. 11.

1137. diu tamen vellent, accipere debebant. Quod testatur eiusdem episcopi charta sub hac forma composita[1]:

. . . .

39. De Gregorio apud Karrofum[a] transmisso.

Eodem tempore nostri Andrenses Karrofensium dominationem pertesi, et graviter ferentes, Flandrenses Pictavensibus subici, utpote qui propter linguarum dissonantiam eis videbantur alieni, consentiente domino Manasse comite, et domino Petro abbate minime contradicente, sed nec contradicere audente, communi voluntate et consilio dominum Gregorium, huius loci monachum professum, prefati comitis nepotem, sue scilicet filie[2] et nobilis viri Eustachii de Bavelingehem[b] filium, ad Karrofense monasterium honorifice transmittunt, ea quidem intentione, ut locum et personas agnosceret et se ibidem notum faceret, ut aliquo tempore ibi subesset et suam professionem firmaret, quatenus loco et tempore tamquam professus ecclesie Karrofensis huic loco prodesse et preesse competentius valeret. Susceptus est igitur ibidem in gratiam et honorifice tractatus et quicquid affectabat gratanter adeptus. Priusquam tamen ibidem accederet, combustum fuit illud nobile et famosum cenobium et in suo accessu pro maiori parte reedificatum. Cum multis etiam ecclesie thesauris et libris autenticis capituli liber fratrum et benefactorum nomina continens fuit incendio concrematus, paulo antequam incendio deperiret iste locus. Sed[c] et ipso tempore, sicut a patribus nostris audivimus et a senioribus intelleximus, quidam Pictavus in loco hoc cellarii officium exercebat, qui avaritie inebriatus veneno, multorum fratrum defunctorum nomina de libro memoriali abrasit, pro eo quod pro[d] singulis[e] professis prebendam monachalem eum in die anniversarii dare oportuit. Quidam etiam monachus de huius ecclesie custodibus Simon nomine, corpore decorus, etate iuvenis, sanguine generosus, dum nocturno tempore super prioris ecclesie plancatum cum sua lanterna discurreret, columbarum pullos investigaret et tam noctuas quam rattos sibi infestos animositate iuvenili circumquaque fugaret, cuiusdam foraminis immemor, quod erat in plancato, unde strues lignorum et aliarum rerum aliquando sursum trahebantur, aliquando deorsum demittebantur, per ipsum foramen miserabiliter cecidit, et vix peracta confessione, vitam finivit. Pro hiis igitur[f] tribus infortuniis in[g] hoc loco fuit diffinitum, quod tamen in Karrofensi cenobio prius fuerat statutum, ut per omnia tempora succedentia in omni sexta feria, peracto capitulo, a toto conventu in choro prostrato septem psalmi penitentiales cum collecta *Deus venie largitor* decantentur. Prefatus itaque Gregorius post annos aliquot a Karrofo regressus, avum suum Manassem comitem iam in extremis agentem in infirmitorio decumbentem et sancte conversationis habentem[h] habitum invenit. Ad cuius lectulum cum propius accessisset et eum idiomate Pictavico, utpote alterius lingue iam ignarus, humiliter salutasset, nobilis heros, licet annis maturus et corpore debilis et infirmus, corde tamen robustus et antique calliditatis minime oblitus, se ab aliquo estimans irrideri, cum se salutantem audiret quidem[i], sed oculis iam caligantibus pre senio non posset intueri, Gregorium sermone[k] Pictavico derisorie resalutavit et se nugis aut iocis non posse vacare respondit. Tandem eum cognitum affectuose deosculans, de sui ordinis observatione et Dei dilectione et fraterna karitate diligenter admonuit et domino abbati Petro eum sollicite recommendavit. Paucis postmodum diebus evolutis, cum pura confessione, vera memoria et sancta unctione percipiens viaticum salutis eterne, inter fratrum et monachorum manus et ipse frater eorum et monachus feliciter decedens, ad patres suos est appositus et, presente nobili Emma comitissa et procerum suorum multitudine, a domino Petro abbate in navi prioris ecclesie, sicut tantum decebat principem, honorifice tumulatus[3]. Comitissa quoque monasterio monialium extra Gisnas a marito suo fundato tamquam prudens virago viriliter insistens, et inter moniales religionis habitum religiose vivendo assumens, in sancto viduitatis proposito ibidem diu vixit et post[l] peractam penitentiam in spe sancte resurrectionis diem ultimum clausit et in ecclesia sancti Leonardi sepulturam accepit[4].

a) Karrofenses 3. b) Bavelinghem 2; Bavelingahem 3. c) Sed — vitam finivit *des.* 3. d) *superscr.* 2. e) singulas 2. f) tr. i. 2; tribus *deest* 3. g) i. h. l. *des.* 3. h) habitum hab. 3. i) quidam 1. k) P. s. 2. l) *deest* 1. 2.

1) Data a. 1137. Dachery IX, p. 429; ed. alt. II, p. 805. 2) Cuius nomen non exstat. 3) Cf. Lambert. Ardens. c. 49, supra p. 585. 4) Cf. ibid. c. 51, p. 586.

40. Willelmus abbas: Post mortem venerabilis comitis Manassis, qui et Robertus dictus est a comite Flandrensi Rotberto, Deo permittente, iusto quidem iudicio sed occulto omnia disponente, dum bone memorie dominus Petrus abbas equo non satis domito aditum quendam vellet intrare, in magnum huius loci infortunium, membris confractis[a] et collisis, in terram deiectus est, et vix vivus in manibus famulorum ad monasterium reportatus est. Ubi diutino languore fatigatus et tamquam aurum in fornace ex dolore corporis et patientia cf. Prov. 27, 21. mundi cordis et gratiarum actione cordis et oris multipliciter probatus, Deo animam reddidit; quem grex orbatus in antiqua ecclesia honorifice sepelivit. Sepulto venerabili patre, 1142? qui tredecim annis et amplius hunc locum laudabiliter rexerat[1] et decenter reparaverat, iterum fere quatuor annis locus hic vacavit[2] et a via rectitudinis turpiter deviavit.

41. Willelmus abbas de electione Gregorii.

Quidam enim de fratribus nostris, optimatibus terre, precipue parentele prefati Gregorii potius placere volentes, quam religionem plantare et propagare desiderantes, eundem Gregorium sibi volebant preficere, ut iuxta vias adinventionum[b] suarum, eo presidente, possent ambulare. Quorum voluntati[c] minus religiose supradictus dominus Milo, venerabilis Morinorum episcopus, se obiecit et eorum consensum prevalere prohibuit, iuvenilem eius etatem pretendens, fratrum et propinquorum catervam pauperi ecclesie magis nocituram quam profuturam metuens, et sic eum ea vice omnino repellens[3].

. . . .

42. Willelmus abbas de electione domini Gusfridi.

Eodem anno[4] nostri Andrenses[d], a clero et populo propter loci vacationem vituperati 1143. et a vicinis religiosis propter suam inordinationem multipliciter evitati[e], elegerunt virum religiosum dominum Gusfridum cognomento Bertram, Karrofensem monachum[f], et a memorato domino Milone episcopo confirmatum et benedictum in patrem et pastorem receperunt. Qui operibus sanctis insistens, verbo et exemplo non tam preesse suis quam prodesse studuit: pauperum recreator, viduarum et orphanorum consolator, hospitum et peregrinorum hilaris receptor, ordinis plantator, vitiorum extirpator et in[g] oportunitatibus sedulus adiutor apparuit. Verum ut de aliis[h] eius[i] virtutibus sileamus et de hospitalitate qua preminuit aliqua tangamus, sicut ab ore eorum audivimus qui hoc viderunt et audierunt et ipsius contemporanei extiterunt, dum monachorum eius[k] parentes et propinqui eos frequenter visitarent et de mandato abbatis in hospitio honorifice recepti fuissent, idem abbas monachos qui eos contingebant per biduum aut triduum cum eis in hospitio cogebat perendinare, ita quod nec ad chorum nec ad refectorium eos oportebat accedere. Fecit et idem abbas coquinam ceteris officinis preminentem, et omnem diligentiam adhibuit, ut tam per Pictavenses quam per Flandrenses in hoc loco plantaret religionem. Cuius pie intentioni multi in vitiis enutriti nitebantur contraire et contra eius personam odium concipere, verba probrosa dicere, infamiam, quod dictu[l] nefas est, irreverenter seminare. Nec destitit vir religiosus a propositi rigore; quem constabat et conscientie[m] testimonium habere et etiam cf. 2 Cor. 1, 12. apud eos qui foris erant pro vite merito circumquaque placere. Denique eius tempore nec terre nec redditus nec predia huic loco dabantur, nec a terre principe antiquo more vel scripta autentica vel privilegia conferebantur, quia, mortuo domino Manasse nobilissimo comite, Albericus cognomento Aper, natione Anglus, eiusdem comitis neptem nomine Beatricem ex filia Sibilla, que et Rosa, ducens[5] et domino Manassi in comitatu succedens, raro in hac patria, frequenter in Anglia degens, nec aliquid huic loco dedit nec ab aliis datum confirmavit. Sed nec aliquis, crescente malitia, hic dandi affectum habuit. Inter nostrates enim et Pictavenses, qui hic manebant, discordia potius quam fraterna karitas vigebat; et dominus Gusfridus, qui utrosque regebat, volens esse mediator, sedare discordiam non pre-

a) contractis 3. b) adventionum 1. c) utilitati 3. d) Andernenses 3 *saepius*. e) excitati 3. f) m. Karrof. 3. g) *deest* 1. h) illius 3. i) *deest* 3; v. e. 2. k) *deest* 3. l) dictum 1. m) conscie 1.

1) Rexit ergo circa a. 1130—1142. Cf. supra c. 26. 2) In computatione annorum hic vel antea error latet, cum Gusfridus, successor Petri, ut auctor ipse testatur (infra c. 42), iam a. 1143. regimen monasterii susciperet. Anno 1144. chartae Balduini domini Ardensis subscripsit; cf. Lambert. Ardens. c. 137, p. 631. 3) Sequitur narratio Andr. March.: *Anno 5. Ludovici regis Francorum — Anglie genti principatur.* 4) i. e. *anno sexto Ludovici regis Francorum* (1143), ad quae verba Andreae Marchianensis antecedentia noster respicit. 5) Cf. Lambert. Ardens. c. 43, supra p. 582. et c. 50, p. 585.

valebat. Hinc inter nobiles et terre optimates dandi liberalitas omnino refriguit; quod et nostro tempore pro casu consimili frequenter evenit.

43. Huius igitur occasione discordie sancte memorie Gusfridus monachus de territorio Boloniensi oriundus, ut vere filius pacis se a litibus et scismate volens subtrahere et soli Deo vacare, se iam pridem de licentia abbatis hinc subtraxerat et in capella Gisnensi beate virginis devotus capellanus Deo et sue matri humiliter ministraverat, succedens Aloldo viro venerabili in eiusdem capelle regimine, qui eam rexerat a prima huius loci fundatione. Quo etiam tempore mortuus est[a] dominus Godmarus, famose religionis monachus, unicam habens manum, et cum ipsa manu omnium fere librorum antiquorum scriptor et buxeti nostri, quod magnum vidimus et condensum, plantator. Reliquos autem libros antiquos predictus Gusfridus tam hic quam in sua[b] capella conscripsit et eandem capellam libris sumptuosis adornavit.

44. Preterea memoratus abbas Gusfridus dum zelo religionis[c] ampliande ferveret et ob hoc in claustro assiduus existeret, bona nostra temporalia et extrinseca ceperunt paulatim defluere, cum abbatem non nisi spiritualibus[d] constaret intendere. Unde accidit, ut nemus, quod cum terra finitima ad curtem nostram de Riggewoga ab antiquo spectaverat, dum idem abbas hospitali de Sontingeveld[1], tunc temporis honesto, famoso et religioso, aisiamentum[e] in eo habere indiscrete permiserat, rector eiusdem hospitalis illud vendicavit[2] et, abbate minus iusto defendente, sibi appropriavit et a sede apostolica, quam visitavit frequenter, in preiudicium nostrum sibi et suis successoribus confirmari impetravit. Reclamantibus huius loci monachis, totius terre nobilitas, totius cleri et populi universitas et etiam ecclesiastica auctoritas se eis opposuit, eos esse minus religiosos et infames asserens, hospitali vero summam honestatem, circa pauperes et peregrinos compassionem[f] et perfectam karitatem, circa debiles et egrotos omnimodam sedulitatem adscribens. Et hec precipue causa nostros movebat tunc temporis adversarios, quod locus iste eo tempore glebis, paludibus et pasturis habundabat et in diversis locis nemora alia habebat, hospitale vero sine gravi incommodo predicto nemore carere non valebat.

45. Denique monachi suam exheredationem, prout iustum fuit, egre ferentes et abbatis defectui factum totum die et nocte verbis et nutibus adscribentes, iram et indignationem inextinguibilem contra eum concipiunt; eum multipliciter accusant, principes et prelatos contra eum excitant, sed non statim proficiunt. In conspectu enim omnium istorum, pro eo quod vixerat religiose, gratiam invenerat, et singuli credebant, quod clamor assiduus ex invidia potius quam ex iusticia procedebat. Crescebat indesinenter tumultus contra eum frementium, et ei cotidie obiciunt nemus per eius incuriam perditum; sed et nemus de Rorichova[g] sepius ad memoriam reducunt, quod pari modo alienatum fuerat per abbatem Reinaldum[3]. Dicunt et asseverant, contrarium esse rationi, Pictavum aliquem Flandrensibus preesse, asserentes, eorum tempore locum istum parum profecisse et multum perdidisse. Pictavorum enim adscribunt ignavie et pusillanimitati, quod nobilis vir Eustachius dominus de Fielnes, fundator ecclesie Belliloci[4], ecclesiam suam huic loco subici volebat et subdi, nec hoc ab abbate potuit impetrare. Sed et Balduinus Ardee dominus et ecclesie canonicalis prepositus prebendas, quas ecclesie de Capella dederat in manu domini Theoderici abbatis[5], ...[h] mala simplicitas et inefficax voluntas abbatum huius loci pigritata est admittere. Proinde tamquam homines inutiles et in acquirendis bonis tepidos, remissos et desides, Flandrensium cohabitatione indignos censebant et eos omnes, qui tales scienter eligerent, de cetero maledicebant. Nec tamen eis sufficiebant verbales iniurie, cum vellent finaliter affectum suum ad effectum perducere. Quadam[i] enim die, dum quidam ex eis ab

a) est etiam 3. b) nostra 3. c) a. r. 3. d) in sp. 2. e) aiframentum 3. f) et passionem 3. g) Rorichona 3. h) *hic quaedam deesse patet, nisi emendare velis:* Sed et preb. quas Balduinus — abbatis. i) Quadam — pariterque se *des.* 3.

1) Saint-Inglevert, a Boulogne inter septentrionem et orientem (cant. Marquise). De fundatione vid. Lamb. Ardens. c. 41, p. 582. 2) Nota anacoluthon. 3) Vid. supra c. 24. 4) Beaulieu. De fundatione cf. Lambert. Ardens. c. 40, supra p. 581. 5) Exstat charta, qua Balduinus, *dominus Ardee ecclesieque sancti Audomari Ardensis dictus prepositus*, mense Maio a. 1144. ecclesiam Ardensem *abbati Theoderico et monachis Sancte Marie de Capella in villa antiquo nomine Bruquam dicta degentibus* concessit; cf. Lamb. Ardens. 137, p. 631.

abbate dari sibi femoralia peteret et abbas hiis se ad presens minime egere responderet, idem impudenter, versis contra abbatem posterioribus, se esse sine braccis patenter ostendit, minus attendens, quid esset honestum et ordinatum, quam quod inordinata voluntas irreverenter facere presumpsit. Abbas vero stupefactus et omnibus retroactis iniuriis ista magis attonitus, videns, omnes contra se solum unanimiter dissentire et neminem ex eis ausum temerarium zelo ordinis corripere, pariterque se perpendens in loco non posse proficere, cedendum iudicavit, et adiens dominum Milonem[1] Morinensem episcopum, ab honore simul et onere se[a] absolvi petiit et impetravit, et ad bone memorie dominum Leonem abbatem c. 1157.
Sancti Bertini[2] accedens, apud eum aliquamdiu mansit; qui postea pro vite sue merito prioratus officium ei imposuit[b], in quo fere per annos sex honeste et religiose se habuit, hospitalitatem summo studio diligens, religionem fovens, virtutum semina plantans, vitia pro viribus radicitus extirpans, honorans senes, diligens iuvenes, verbo et exemplo proficiens apud cultores ordinis et fraterne pacis amatores. Sed quia iuxta quendam

Semper iniquorum scelus impedit acta bonorum,

in eadem sancta congregatione erat quidam filius Belial nomine Roricus, qui in officio prioratus aliquando extiterat[c], et adhuc ad illud aspirans anhelabat[d], ad quod aliter non sperabat posse[e] pervenire, nisi per mendacii figmenta et fraudis machinamenta virum Dei, cuius vite invidebat, cuius meritis detrahebat, in cuius persecutionem quorundam emulorum cor accendebat, posset deicere. Suggerebat enim suis sequacibus, magnum esse dedecus monasterio tam diviti, tam famoso, tam nobili, priorem alienigenam habere, qui et ab abbatia Andrensi degradatus fuerat et ad Karrofense cenobium sive ad natale solum pre confusione redire non poterat. Quid plura? Iuxta psalmistam scrutati sunt iniquitates, virum sanctum cf. Ps. 63, 7.
ornatum moribus, sobrium et castum, coram multitudine conventus[f] pessimo crimine accusantes. Expavit vir Dei, inde se accusari, unde eum munda conscientia excusabat; et cum a domino abbate Leone et religiosis fratribus excusaretur, conventus tamen malignantium et multitudo iniquitatem operantium viris sanctis virum sanctum defendentibus prevalebat. cf. Ps. 63, 3.
Perpendens autem vir Dei cedendum esse furori, nec dignum se reputans, ut loco sancto fieret scandalo aut pudori, de licentia memorati abbatis et sanioris partis sancte congregationis ab officio prioratus absolutus et ad Karrofense cenobium est honorifice transmissus. c. 1163.
Sed iusto Dei iudicio predictus Roricus cum suis complicibus, brevi spatio temporis elapso, propter vitium incontinentie, unde virum sanctum iniuste accusaverat, iuste et manifeste fuit convictus, ita quod et suum reatum et viri Dei celibatum — et tunc de monasterio recedens et postea vita decedens — cum eisdem fautoribus confiteri est coactus. Venerabilis autem Gusfridus Karrofo regressus, ab abbate Iordano et toto conventu receptus cum honore debito fuit, et per annos aliquot[g] ibidem religiose degens, in spe sancta decessit et ante ostium capituli sepulturam accepit. In ipsa enim ecclesia a Deo consecrata nullus unquam abbas consuevit tumulari, sed in claustro vel capitulo[h] constat omnes, sicut vidimus et audivimus, sepeliri.

46. De secunda electione Gregorii.

Postquam autem per annos circiter quatuordecim[3] sepe dictus Gusfridus locum istum rexerat et quantum in se fuit religiose provexerat, eo hinc recedente, concors fratrum conventus elegit dominum Gregorium, huius ecclesie parrochianum, de quo superius mentionem fecimus[4], genere quidem nobilem[5], sed minus litteratum, corpore procerum, sociali federe erga omnes benevolum, fratrum carnalium caterva et militari gloria stipatum. Electio de eo facta, utpote de Andrensi sive Karrofensi monacho, fuit ab eisdem Karrofensibus in brevi confirmata et approbata. Sed quia idem Gregorius, columbinam habens simplicitatem, prudentia serpentis omnino caruit: qui manum ad fortia mittere debuit, operi fabrili, cuius erat sciolus, operam dedit; cui intentus non[i] mores informavit, non[i] plantavit virtutes, non[i] vitia extirpavit. Fertur denique quadam vice dixisse monachis suis, dum eum esse sumptuosum et nimis pomposum arguerent, quod tota monasterii substantia ei et suis sufficere non

a) *deest* 2. b) pr. e. o. i. 2; pr. o. i. ei 3. c) existerat 1. d) anhelans aspirabat 3. e) *deest* 3. f) m. et conventu 3. g) aliquod 1. h) in c. 3. i) nec — nec — nec 2.

1) Primum huius nominis (a. 1130—1159). 2) Sedit a. 1138—1163. 3) Rexit ergo circa a. 1143—1157. 4) c. 39 sqq. 5) De stemmate eius agit Lamb. Ardens. c. 34, supra p. 579.

posset, quando, adepta pastorali benedictione, eum sicut abbatem vivere oporteret. Ex quo
3 Reg 12. promisso fratres attoniti et novum Roboam super se erexisse confusi, prenominatum dominum Morinensem[1] adeunt, rei ordinem pandunt, confirmationem seu benedictionem ex toto[a] denegari vel saltem differri petunt et affectum suum ad effectum perducunt. Novus interim electus, sed nondum deiectus, operi fabrili, auri scilicet, eris et argenti, insistit, et quanto liberius sibi subditos per campum licentie vagari permittit, tanto amplius apud eos vilescit. Sequenti anno coram diocesano fuit accusatus, quod tempore hiemali ipse cum suis monachis post refectionem super glaciem more laicorum fuisset iocatus; unde iterum acerbe correp-
c. 1160. tus, sed non omnino fuit depositus. Deinde anno tercio sue electionis evoluto, cum ab episcopo gratiam sue benedictionis assequi non valeret, accusatus fuit coram ipso, quod in sinum cuiusdam matrone more et amore lascivo manum suam occultasset; pro qua re sine spe recuperandi fuit omnino deiectus, cum se exinde purgare non posset. Sicque quatuor[b] annis in tali ocio ab eo frustra consumptis et consummatis, desiit villicare, cum tota tamen eius villicatio melius computari posset inter annos vacationis[2].

. . . .

47. Willelmus abbas: Tempore quo prefatus Gregorius in hoc Andrenensi cenobio se pro electo gerebat, clamor multiplex, mediantibus eius subditis, ad ecclesiam Karrofensem nunc de eius insufficientia, nunc de inertia, nunc de simplicitate, nunc de prodigalitate frequenter ascendebat. Nostratibus autem[c] altero alteri invidentibus et, cum multos locus[d] iste haberet idoneos, sicut plerisque moris est, se invicem mordentibus et odiis civilibus et detractionibus mutuo persequentibus[e], sepius apud Karrofum non sine sumptibus itur et sepius inde reditur. Amoto tandem, sicut predictum est, domino Gregorio, nunc illi nunc isti abbatia, licet adhuc pauper et macilenta, a nostris offertur. Ille sperat et repellitur, alius recusat et eligitur, alius optat et fallitur. Quicumque vero vel in ipsa ecclesia[3] vel in prioratibus eius administrationem habebat, magis affectabat cum securitate ipsam administrationem in natali solo tenere, quam in exilio viro nobili et potenti cum formidine succedere.

48. Nostris igitur sic invicem contrariis et de regimine mutuo invidentibus, Karrofensibus quoque, qui indigni videbantur et[f] nostrorum contubernium tamquam suspectum aspernabantur, loci paupertatem, morum et linguarum diversitatem, regionum longinquitatem pretendentibus: Deo miserante, qui frequenter malo nostro utitur in bonum, quidam natione et renatione atque professione Karrofensis, qui inter ipsos et nos manebat medius, existens prior de Fraxineto[4], magister Petrus cognomento Mirmet, id est Parvus, inter nos
1160. et ipsos factus est mediator et de assensu omnium huic loco datus est pastor. Siquidem nuncii nostri per ipsum prioratum euntes frequenter et redeuntes, ex fideli multorum relatione didicerant, ipsum a pueritia studiis insudasse et non solum in grammatica vel rethorica, sed etiam in sacris litteris admodum profecisse. Ipsos quoque non latuit, quod in etate iuvenili a tempore sancti Bernardi Clarevallensis in monasterio Allodiorum[5], quod situm est ultra Karrofum, cum monachis albis Deo aliquamdiu militaverat; quod propter quandam controversiam inter abbatem et conventum subortam, abbate multum renitente, sed tandem consentiente, exierat, postquam multum ibidem in seculari scientia, sicut de talibus moris est, profecerat et etiam eidem loco multum profuerat; quod, peragrata Affrica et Hispania, tam gentilium quam christianorum notitiam habuerat; quod in Habula[6] civitate officium archidiaconatus eleganter exercuerat; quod apostolorum limina sepius visitaverat; quod tam per terras quam per mare magnam[g] mundi partem peragraverat; quod tandem non sine fastu et pompa seculari, ut parentes visitaret et patrie sue se ostenderet, apud Karrofum redierat, et ibidem Deo eum castigante infirmatus[h], monachatum tam mente[i] quam veste mutatus assumpserat; quod propter innatam ei scientiam et rerum gerendarum industriam ad ipsum prioratum satis opulentum transmissus fuerat et ibidem profecerat.

a) d. e. t. 2. b) i t. o. q. a. 3. c) vero 3. d) i. l. 3. e) *ita* 1; proseq. 2. 3. f) in 3. g) magna 2. h) conf. 2. i) t. v. q. m. m. 2.

1) Milonem I. 2) Sequitur narratio Andr. March.: *Ludovicus rex cum multo exercitu contra Theobaldum — scismatis est decem et octo annis.* 3) scilicet Karrofensi. 4) Ludovicus imp. concedit a. 830. monasterio Karrofensi *villam Fraxinidum in pago Belvacensi* (Fresneaux-Mont-Chevreuil, arrond. Beauvais). Cf. Sickel, Acta Kar. II, p. 167 nr. 271. 5) Les Alleuds, in dioecesi Pictaviensi, départ. Deux-Sèvres, arrond. Melle. 6) Num Avila, a Madrito inter septentrionem et occidentem? Cf. Bischoff, 'Vergleichendes Wörterbuch der Geographie' p. 7.

Sperantes itaque nuncii nostri virum tam exercitatum, tam litteris imbutum et in variis religionibus tam probatum, loco desolato consolationi profuturum, electum eum a Karrofensibus emancipatum et liberum receperunt, et benedictum a domino[a] Milone secundo[1], primi et prefati Milonis archidiacono, natione Anglico, Sancte Marie de Nemore[2] regulari canonico, in festo sancti Thome apostoli, quod est in adventu, ad locum hunc auspice Christo adduxerunt. 1161. Dec. 21.

49. Susceptus est cum honore debito vir honorabilis, et in suo adventu preter mores suorum, quos invenit degeneres, abhorruit et expavit deformitatem gregis. Quidam enim claudi, quidam contracti, quidam monoculi, quidam strabones, quidam ceci, quidam vero manci inter eos apparebant, et hii fere[b] omnes genere nobiles existebant. Quo viso, prudens pastor indoluit et in se meditabatur quod postea devotus implevit: nam per annos triginta duos et amplius, quibus huic loco prefuit, nullum umquam monachari permisit, qui in aliqua parte corporis aliquem defectum habuit. Quantumcumque autem[c] quilibet ad conversionem veniens esset litteratus, non ei accessus patebat, nisi in legendi et cantandi scientia fuisset exercitatus. Inprimis ergo circa opus divinum sollicitus et intentus, sicut in cenobio Allodiorum quandoque audierat et consueverat, psalmodiam more Cisterciensium protrahi et morose cantari instituit, nec semet ipsum, licet multipliciter implicatum, die aut[d] nocte ab ipso labore excusari voluit. Et hec quidem consuetudo multo tempore subditis suis displicuit, et tanto amplius, quo in vicinis ecclesiis, excepto famoso Sancti Bertini cenobio, mos iste non inolevit; sed pio patre non pigritante, 'labor improbus omnia vicit'. Verg. Georg. 1, 145. Ut autem dissuescerent psalmodiam more solito accelerare et eam[e] discerent protelando canere, pueris et iuvenibus nondum installatis die et nocte psalteria dabantur, et eis ad punctum pausantibus, seniores cordetenus psallentes eos concorditer sequebantur. Verum ut fastidium de medio tolleretur et mens uniuscuiusque in horis canonicis devotius accenderetur, auctoritate domini Petri abbatis multiplex psalmodia, syncopata potius quam eatenus in usu habita, fuit intermissa. Solam quoque letaniam cantari fecit et illam que maiorem missam precessit extra quadragesimam intermitti precepit. In sanctorum suffragiis antiphonas quas breviores sciebat iussit decantari, audiens, longiores a dicentibus eas turpiter syncopari. Finitimis monasteriis pro honore patroni sui in quinta feria et pro honore beate Marie in omni sabbato feriali festivantibus et tam feriales hymnos a sanctis patribus institutos quam Dei[f] cantica matutina, que predicat sancti Benedicti regula, propria auctoritate intermittentibus numquam dominus Petrus voluit acquiescere, numquam regularia instituta postponere, dicens, patres orthodoxos, divini servicii informatores, rectius quam modernos sapuisse, et iuxta vias adinventionum suarum sui temporis abbates et monachos negligenter mutasse opus Dei et pro sua desidia abbreviasse. Et nos quidem eius indigni successores, quantum ad opus divinum pertinet, que ab eo didicimus, usque ad hec nostra tempora per annos sexaginta quatuor observata custodimus[g, 3] et circa eos qui transgressores fuerint[h], quod tamen Deus avertat, Dei omnipotentis iram et indignationem formidamus[4].

. . . .

50. Relatio Willelmi abbatis de Odersele.

Ante adventum domini Petri abbatis ad locum istum, dum sub prefato Gregorio locus[i] langueret potius quam floreret, quidam nobilis de territorio Boloniensi oriundus, olim in[k] militia strennuus et domini Manassis comitis in armis commilito et socius, sed iam senex et grandevus, antiqua loci[l] huius religione delectatus et venerabilis domini sui prefati comitis exemplo et devotione animatus, statum huius loci, immo potius casum perpendens et de melioratione[m] in futuro spem certam concipiens, huic monasterio se ipsum relinquens sua delegavit, et monachus factus seculo valedixit, atque viculum sue proprietatis Odersele dictum et in interiori parte Boloniensis comitatus quasi in corde maris situm cum domo propria et capella in honorem sancte Trinitatis consecrata, cum terris et hospitibus ad se per-

a) *deest* 1. b) o. f. 2. c) *deest* 3. d) ac 3. e) illam 3. f) *deest* 2 (?) 3. g) custodivimus 2. h) fuerunt 2. 3. i) la. lo. 2. k) *deest* 2. l) h. l. 3. m) melioritate 3.

1) Sedit a. 1159—1169. Sequentia verba usque ad *canonico* etiam leguntur in Sigeb. contin. Valcellensi a. 1159, SS. VI, p. 406; cf. etiam Rob. de Monte a. 1159, ibid. p. 510. 2) Ruisseauville, arrond. Montreuil. 3) Cf. praefat. p. 687 sq. 4) Sequitur narratio Andreae March.: *Alexander papa veritus potentiam — iniurias ad sedem suam revertitur.*

tinentibus huic monasterio liberaliter delegavit et a domino Milone primo Morinensi episcopo donum et datum suum confirmari, pro eo quod erant allodia et ad nullum terrenum
1150. dominium pertinentia, impetravit, et exinde quandam partem, cum carnalem et corporalem heredem non haberet, suis nepotibus tamquam heredibus propinquioribus, quos postea vidimus et cognovimus, sicut prudens et discretus dispensator reliquit. Privilegii autem tenor talis est[1]:

. . . .

1161. Dec. 51. Willelmus abbas: Anno dominice incarnationis 1161. prefato domino Petro ad regimen huius loci divinitus, sicut credimus, transmisso et a nostris admisso, volens vir discretus, oves pascue Dei in ovili recludi et a secularibus secerni, quas ab eisdem constabat porte lignee et sepium septis solummodo separari, statim in proxima quadragesima post
1162. Febr. hiemem, qua ad nos intravit, ad exemplar porte Sancti Bertini portam hic lapideam incepit, et extra priores terminos eam collocans, ita quod aditus domus elemosinarie deintus esset, qui prius deforis extiterat, eam valvis munivit et plumbo cooperuit. Deinde per totam estatem sequentem fit sumptuosus lapidum et calcis apparatus, quatenus, loco et tempore amotis sepibus sepe sepius et sepissime transgressis et inordinate conculcatis, domum Dei circumcingeret lapideus murus. Hoc eius propositum impedivit multiplex guerra ante eius adventum in terra Gisnensi et pro terra Gisnensi suborta et nondum sopita. Siquidem mortua iam pridem prenominati comitis Alberici Apri uxore Beatrice calculosa[2], sed ab eo prius separata et Balduino domino Ardee data, domini Manassis comitis herede[3] a nobili viro Henrico castellano de Broburg[a, 4] et a Sibilla, que et Rosa, ipsius comitis[b] filia primogenita, et tam ipso domino[5] ex parte uxoris sue totum comitatum calumpniante, quam castellano ipsum adiuvante et multipliciter guerris, rapinis et incendiis comitatum Gisnensem devastante, Arnoldus, Gandensis castellani[6] filius, cuius idem comes Manasses fuerat avunculus, quique ab ipso comite villam et castellum de Tornehem[7] et omnia eius appenditia ipso vivente iure feodali fuit adeptus[8], ei viriliter et potenter resistebat et, ne domini Petri opus procederet, multis eventibus impediebat[9].

52. Interim autem pastor providus, ne vacaret et a bono opere torpesceret, ad fabricandum feretrum beate Rotrudis operam dedit, artifices conduxit et, sicut prenominatus dominus Gregorius in opere huiusmodi exercitatus, tempore sue electionis durante, illud inceperat, ad finem debitum perducens egregie consummavit. Dum vero idem feretrum fieret et corpus prefate domine iuxta maius altare in quadam archa repositum requiesceret, pernoctante sepius in orationibus domino Petro circa ipsum altare et tam se quam sibi subditos Christo et sue sponse devote et intente recommendante[c], tanti strepitus, tam mirandi et pavendi ictus in archa et circa archam ab eo[d] sunt auditi, quod manifeste intelligebat[e], beatam Rotrudem pro sui humiliatione et deiectione indignari. Ipse autem tamquam vir timoratus et erga eam devotus sepius interrumpens orationem, flexis genibus et[f] expansis manibus voce lacrimabili clamabat: 'Domina, domina, expectate[g], queso, tempus adhuc modicum, quia, quanto citius valebo, pro viribus accelerabo opus nostrum'. Quotiescumque opus novum volebat incipere, quotiescumque pro ecclesie negotiis eum oportebat alicubi pergere et a principibus seu prelatis quidlibet optabat impetrare, se et causam suam beate Rotrudi recommendabat et pro adepto desiderio ei statim grates debitas referebat. Vidimus eum aliquando incappatum, precinctum[h] et calcaribus circa pedes redimitum atque paratis equis exire paratum: et dum ad horam quamlibet canonicam pulsatum fuit, statim, relictis et reiectis omnibus, festinavit ad signum. Et ita eius exemplo singuli et omnes sive obedientiarii sive claustrales ad horas canonicas et ad missam maiorem accedere certatim contendebant; quo[i] omnibus circumquaque manentibus admirationi fiebant.

a) Brobag 2; Broberga 3. b) c. i. 3. c) commendante 2. d) ipso 3. e) illigebat 1. f) *deest* 2. g) expecta 2; queso *deest* 3. h) precinctis 1. i) quod 1. 2; propter quod 3.

1) Datum a. 1150. Dachery IX, p. 449 sq.; ed. alt. II, p. 809. 2) Obiit c. a. 1142. Cf. Lamb. Ardens. c. 60. 61, p. 591 sq. 3) scilicet Beatrice. 4) Bourbourg, arrond. Dunkerque. 5) Balduino. 6) Winemari, qui duxerat filiam Manassis Giselam. 7) Tournehem, a St.-Omer inter septentrionem et orientem. 8) Cf. Lamb. Ardens. c. 45, supra p. 583. 9) Noster tempora confundere videtur. Nam cum Balduinus iam circa a. 1146, Henricus circa a. 1151. obiisset, dissensiones eorum longe ante adventum Petri finitas esse, elucet.

53. Sedata tandem guerrarum acerbitate, ad cimiterium et virgultum ampliandum[a] et dilatandum operam dedit; sed Balduinus de Hammes[1], militia quidem famosus, sed malitia impiger et promptus, ei pro viribus victus invidia restitit. Hic frater germanus extiterat nobilis viri Henrici[2], huius Andernensis ville domini nuper defuncti et hic sepulti, patris iunioris Henrici et sapientis Adelidis atque insipientis Alienoris, pro eo[b] quod sua et suorum bona insipienter alienavit. Et idem Balduinus vi potius et virtute quam iure predictorum orphanorum tutor et pedagogus extitit. Iste Balduinus nobilem mulierem Adelidem de Contevilla, predictorum pupillorum matrem et prefati fratris sui Henrici quondam uxorem, pari modo contendebat dotalitio privare, quia volebat pupillorum in sui subsidium et in eorum preiudicium tutelam habere. Ad cumulum autem sui erroris in hoc contra eam et alios quos persequebatur fortior erat, quod sororem nobilis viri Inghelramni de Fielnes[3] duxerat, nomine Adelidem, honestam quidem et liberalem, sed flagitiosi viri uxorem. Nam idem vir eius toties excommunicationi subiacuit, quod de omnibus liberis ex eo conceptis vix semel in puerperio[c] sine excommunicatione fuit, vix umquam post puerperium[c] more legali et euangelico purificari et ecclesie reconciliari meruit. Habebat et comitem Flandrensem, nobilem illum Philippum[4], toto terrarum orbe famosum et laudabilem, totius operis sui fautorem, pro eo quod curie sue se faciebat decurionem et probatorum militum eius commilitonem. Cuius auxilio contra Arnoldum Gandensem supra memoratum[5], huius Gisnensis territorii comitem, et contra filium eius Balduinum, in eodem comitatu heredem[d] et successorem, ita se strennue habuit, quod neuter eorum propter metum prefati Flandrensis comitis[e] ei in aliquo adversari vel contraire ausus fuit[f]; immo, quod mirum est dictu et auditu, ad instantiam eiusdem Flandrensis comitis partem nemoris de Hottinghem, quod olim dominus Reinaldus secundus abbas ab usibus nostris alienaverat et domino Manassi comiti ad parcum faciendum illicite[g] accommodaverat[6], sepe dicto Balduino, pro eo quod uxor eius focum glebarum vel turbarum[7] exosum habebat, comes noster Balduinus ad focum coram se faciendum concessit. Manserunt autem idem Balduinus et uxor eius in vallo et castro huic cenobio contiguo per annos quatuordecim, predictis pupillis cum eorum matre expulsis et multis interim malis et persecutionibus huic loco irrogatis. Sed prudens virago muliebri mollitia non mollita, sed quasi sexus oblita et animo virili redimita, manum suam ad fortia misit. De consilio et auxilio venerabilis episcopi Milonis secundi apostolorum limina adiens, sententiam ab eo latam auctoritate apostolica confirmavit et corroboravit et ad[h] diversos terre principes contra predictum malefactorem suum papale mandatum, non parcens laboribus et expensis, impetravit; et multas tribulationes perpessa, multisque annis evolutis, tandem eo eiecto, in domo et[i] in bonis suis una cum liberis pacifice resedit.

54. De[k] translatione beate Rotrudis sub abbate Petro.

Tertio autem anno a prelatione domini Petri explicito, et opere feretri, sicut[l] supra c. 1164.
dictum est, expleto, convocatis cum prefato episcopo totius episcopatus abbatibus, in die festo sancte Rotrudis totum corpus eius in feretro honorifice fuit reconditum et capud ab Iun. 22.
episcopo[m] omni populo ostensum, Domino cooperante et translationem confirmante sequentibus signis, sicut in eius legenda[8] est expressum.

55. Willelmus abbas: Nacta tandem oportunitate et peracta beate Rotrudis translatione, dominus Petrus cementarios et lapidum cesores conducit, cimiterium monachorum muro circumcingit et, ut virgultum dilataret, mansionarios a parte orientali manentes, dato terre concambio, retrocedere facit, sumptus ad domos amovendas providet et disponit et stratam publicam inter ipsos mansionarios et murum constituit. Apparent adhuc in ipso virgulto quidam aggeres supra finitimam terram prominentes et infra murum satis distantes et a nostro cimiterio usque ad horti septa ab austro versus aquilonem se extendentes, ubi supra modicum fossatum clausura sepium monasterium claudebat atque per hortum nostrum et virgultum predicto militi[9] et eius familie ad ecclesiam properantibus via

a) ampliandi 1. b) *deest* 2. c) paup. *corr.* puerp. 1. d) herede 2. e) Fl. c. pr. 2; ei *deest* 3. f) sit 3. g) illicte 2. h) adversus t. 3. i) *deest* 2. k) *rubrum deest* 1. l) su. si. 3. m) c. o. p. a. ep. ost. 3.

1) Cf. Lamb. Ardens. c. 40, p. 581. 2) *de Campania* secundum Lamb. l. l. 3) Filiam Eustacii de Fielnes. Cf. Lamb. l. l. 4) Rexit a. 1168—1191. 5) c. 51. Obiit iam a. 1169; cf. Lamb. Ardens. c. 73, p. 595. 6) c. 24. 7) i. e. 'torf'. 8) Cf. praefat. p. 686. 9) Balduino de Hammes.

pervia[a] patebat. Vidit et invidit homo malitiosus nec ulterius cohibere potuit temerarios ausus. Precepit itaque et per membrorum mutilationem terribiliter interdixit et per edictum publicum promulgavit, ne quis omnino ad opus muri accederet nec contra se et domum suam munitionem erigere presumeret. Sed pastor intrepidus ibi minas non metuens ubi alii metuebant, viris se ab opere subtrahentibus, monachos et conversos, mulieres tam mundanas quam conversas ad opus ceptum invitabat et ad portandum lapides aut cementum ad quodlibet vehiculum, quod vulgo dicitur chiveria[1], ex una parte feminam, ex altera vero monachum novo laborandi genere operari monens instruebat. Nec ipse tamen a ceptis desiit vel otio indulsit, sed assidue cucullam precinctus cum ligno vel virgula geometrica lapides metiens et vehiculo superponens, et ipse[b] laborabat et alios exemplo sui ad laborem viriliter incitabat, representans in se et in[c] sibi subditis filios antique transmigrationis,
cf. 2. Ezdr 4, 17. qui templum Dei eversum et profanatum una manu edificabant et altera contra inimicos pugnabant. Preeunte in omnibus voluntate Dei, opus in brevi consummatum fuit. Sed nequam vicinus malitiam in animo conceptam non deseruit. Cuius filius spurius exemplo patris flagitiosus, Eustachius Stivan[d] nominatus, ut patri magis complaceret et eius animum mitigaret, abbate semel de arrepto[e] itinere revertente et portam monasterii quam construxerat intrare iam parante, clava quam manibus gestabat sursum elevata et in abbatis caput fortiter librata, prout ipse sperabat, abbatem non percussit, quia ipsius capellanus Henricus, de Fercnes oriundus, iuvenis quidem fortis et animosus, ictui venienti se viriliter obiciens, vulnus letale suscepit, et patre atque pastore liberato, ipse in infirmitorium deportatus, paucis postmodum diebus supervivens, in spe sancta decessit.

56. Abbas autem personale odium sentiens et cedendum ad tempus prudenter decernens, disposito statu monasterii, ad Karrofum rediit, et ibi aliquamdiu moram faciens, etiam ecclesiam Allodiorum per se visitavit et de antiqua transgressione, qua apud eos minus stabilis fuerat, veniam petiit et impetravit, atque ad constructionem basilice, que tunc ibi fiebat quamque postea oculis nostris elegantem et speciosam vidimus, duos palefridos optimos cum aliis exeniis liberaliter delegavit. Tandem mediantibus bonis viris et de pace domini Petri abbatis tractantibus, inter quos preminebant Arnoldus comes Gisnensis et Balduinus, filius eius iam adultus et a beato Thoma adhuc cancellario cingulo militie decoratus[2], idem venerabilis pater per sollempnes nuncios a Pictavia mandatur et in suo cenobio honorifice reponitur[3]. In fedus quoque future et perhennis amicitie prefati Balduini[4], sui quondam persecutoris, compater efficitur, et alter eorum cum alterius consilio ardua quelibet disponit et moderatur.

57. Et ut ad omissa redeamus, antequam ipsius Balduini frater, supradictus scilicet Henricus[5], miles famosus, diem extremum clauderet, filium suum Willelmum, quem ex cognata sua genuerat, pro eo quod pedis officio carebat et super baculum incedens loris
c. 1159. astrictus erat, biennio ante domini Petri adventum ad hunc locum Deo et fratribus monasterii obtulerat, et fratrum miseratus laborem viam publicam exeundi de monasterio vel ingrediendi non habentium nisi iuxta stagnum huic loco suppositum iter habens[f] artum et in devexo latere collis preruptum, scabrosum et precipitio aptum, per propriam terram[g] suam arabilem versus plagam meridianam a porta monasterii usque ad stratam publicam a Francia tendentem in Angliam viam nobis indulserat et in tali tenore eam confirmaverat[6]:

. . . .

58. Relatio Willelmi abbatis de morte Arnoldi comitis.

Postmodum elapso brevi temporis spatio, Arnoldus comes Gisnensis cum esset in
1169. Anglia in propria mansione sua apud Nevetona[7], presente domino Petro abbate, obiit et tam contra patrum suorum statuta quam contra huius loci privilegia in hospitali de Sontingeveld[8] sepulturam elegit. Vento autem funus eius comitantibus aliquamdiu contrario, tandem mari transito, ad locum sepulcri devenerunt, et fetore cadaveris fere omnes corrupti,

a) previa 3. b) per se 2? 3. c) *deest* 3. d) Stinan 3. e) i. a. 3. f) *delendum videtur.* g) s. t. 3.

1) 'civière, tragbahre'. 2) Quod ergo inter a. 1157—1163. factum sit oportet. Cf. Lamb. Ardens. c. 87, p. 601. 3) Cum noster affirmet, Petrum mediante Arnoldo rediisse, hoc ante a. 1169, quo anno Arnoldus obiit, factum sit oportet. 4) de Hammes. 5) c. 53. 6) Charta Henrici ap. Dachery IX, p. 456; ed. alt. II, p. 811. 7) *apud Niventoniam in propria mansione* Lamb. Ardens. c. 73, p. 595. 8) Saint-Inglevert.

vix evaserunt. Filius vero eius prefatus Balduinus terre huius dominio potitus, qui vivente patre filiam unicam domini Arnulphi de Ardea nomine Christianam duxerat[1], in arto comitatu volens terminos suos dilatare, de quadam terra in parrochia de Surkes[2] ad nos spectante cum domino Petro abbate fecit concambium, quod et scripto firmavit sub hac forma[3]:

. . . .

59. Relatio Willelmi abbatis de curte Hardingessem.

Postmodum considerans dominus abbas quasdam curtes suas sibi potius sumptuosas quam proficuas, curtem de Hardingessem, ubi tam monachi quam conversi conversati fuerant et parum emolumenti huic loco contulerant, abbatie de Bello-loco[4] cum omnibus pertinentiis suis sub firma[5] perpetua dedit, licet tunc et postmodum a multis argueretur, quod monasterium suum circumveniens enormiter leserit. Conventio autem inter utramque ecclesiam facta fuit et per chirographum divisum formata in hunc modum:

. . . .

60. Andreas Marcianensis[6]: Anno Domini 1169. Maria, filia regis Stephani, habitum religionis, quem a multis annis abiecerat[7], resumpsit, et populus terre ecclesias diu iam sibi pro illa interdictas absolutus intravit[8]. Milo secundus Morinorum episcopus obiit; Desiderius Tornacensis archidiaconus ei in pontificatum succedit. Sequenti anno Ludovicus rex Francorum et Henricus senior rex Anglorum ad mutuum convenerunt colloquium; ubi Thomas Cantuariensis archiepiscopus adfuit, et pax inter ipsum et regem Anglorum magis palliatur quam confirmatur. Nam septimo exilii sui anno eiusdem regis permissu ad ecclesiam suam redire permissus, dolo eius, qui simulata pace eum revocaverat, in ecclesia Christi Cantuarie 3. Kal.[a] Ianuarii, dum a conventu vespertina laus decantatur, coram altari sancti Benedicti gladiis impiorum perimitur. Qui dum de exilio rediret et per terram Gisnensem transitum faceret, a domino Petro abbate iussu Balduini comitis, quem, sicut supra diximus, sacramentis militaribus imbuerat, a monasterio Sancti Bertini usque ad Gisnes circumductus fuit et ibidem in castro comitis in summa gloria, debito honore et reverentia cum suo milite hospitium suscepit[9]. Ad petitionem autem abbatis, dum a parte[b] occidentali huius loci per stratam publicam iter faceret et iter accelerando huc divertere non posset, elevata dextera locum hunc benedixit, et ab illo die et deinceps in benedictionibus dulcedinis eundem locum Deus prevenit.

1169. — Cont. Aquic. 1170.

61. De[c] domino Gusfrido, monacho nostro, in ecclesia nostra sepulto.

Mane facto, antequam gloriosus pontifex de castro exiret, audiens opinionem viri Dei Gusfridi, in capella comitis capellani, cuius supra mentionem fecimus[10], in secreta confessione et vite prioris penitudine[d] eius humiliter consilium expetiit et suis se precibus commendavit. Sicque ad mare properans, quidquid Deus de se disponeret, patienter expectavit.

62. Relatio[e] Willelmi abbatis: Abbas vero modis[f] omnibus dedit operam, ut ecclesie sibi credite profectibus invigilaret; unde per manum Balduini comitis cum Viviano milite et uxore eius Mathilde de terra quadam concambium fecit; quod idem comes in hunc modum confirmavit[11]:

. . . .

63. Relatio[g] Willelmi abbatis de acquisitione libertatis a domino papa Alexandro.

Anno Domini 1172. dominus Petrus fratrum suorum quieti prospiciens et huius loci libertati pia sollicitudine previdens[h], privilegium a domino Alexandro papa tertio per manum Simonis de Molendino, domini Balduini Gisnensis[i] comitis capellani, impetravit, mediantibus quibusdam cardinalibus suis quondam familiaribus, in quo decime novalium et nostrorum 1172.

a) Idus 2. b) patre 2. c) *rubrum deest* 1; *legitur ante verba:* Ad petitionem autem abbatis 2. d) plenitudine 3. e) R. W. a. *des.* 1. f) o. m. 3. g) *rubrum deest* 3. h) providens 3. i) co. G. ca. 2.

1) Lamb. Ardens. c. 67, p. 593. 2) Surques, a St.-Omer ad occidentem. 3) Charta Balduini ap. Dachery IX, p. 457; ed. alt. II, p. 812. 4) Beaulieu. 5) Gallis 'ferme'. — *sub annuo censu duarum marcarum argenti . . . et unius poisie casei.* Charta Petri ap. Dachery IX, p. 457. 6) Haec non ex Andrea Marchianensi sumta sunt. 7) a. 1160. secundum Robertum de Monte, SS. VI, p. 511. 8) Haec eisdem fere verbis tradit Lamb. Ardens. c. 73, p. 596. 9) Cf. Lamb. Ardens. c. 87, p. 602. 10) c. 43. 11) Dachery IX, p. 459.

1172. animalium nobis indulgentur et more Cisterciensis et Premonstratensis ordinis quedam alie libertates huic loco conceduntur; sed et libertas electionis preter morem solitum nichilominus attribuitur. Tenor autem privilegii talis est:

Privilegium domini pape Alexandri.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Petro abbati monasterii Sancti Salvatoris et Sancte Rotrudis, quod in Tarvanensi parrochia situm est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet[a] *libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; preterea, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum domibus, terris et aliis pertinentiis suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem vestram recipere et in vestro monasterio absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro*[b] *professionem*[c] *fas sit de eodem loco absque licentia abbatis vel magistri sui discedere, discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione, nisi ad artiorem religionem voluerit transmigrare, nullus audeat retinere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Preterea, cum generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, non pulsatis tintinnabulis, exclusis interdictis et excommunicatis, subpressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Deum et beati Benedicti regulam providerint eligendum*[1]. *Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac*[d] *sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum*[e] *ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen, amen. Datum Signie per manum Gratiani sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii,* 5. *Kal. Martii, indictione* 6, *incarnationis dominice anno* 1172, *pontificatus vero domini Alexandri pape III. anno quartodecimo.*

64. De constructione huius ecclesie sub abbate Petro.

Pace tandem temporis adepta, sopitis guerris[f] et variis sibi illatis iniuriis, dominus Petrus ad ecclesiam antiquam semirutam et minantem cotidie ruinam renovandam totus accingitur. Lapidum, calcis et sabuli grandis ad hoc[g] strues et materia preparatur; lapidicina inter montem de Fielnes et Antingehem sita, unde ecclesia antiqua cum edificiis prioribus fuit extructa, pro eo quod adeo remota fuit, deseritur, et in parrochia de Campanies

a) l. d. 3. b) nostro 2; *deest* 1. c) possessionem 1. d) et 3. e) posterum 3. f) gurris 2. g) hec 3.

1) Nota, quod iuris Karrofensium nulla prorsus mentio facta est. Cf. c. 7. 35.

citra montem de Mas a domino Petro, indagatore sedulo, alia lapidicina satis vicinior invenitur. Tam hieme quam estate ibidem operi insistitur. Aperta terra, mons lapideus cavatur, vetus et ruinosa ecclesia funditus evertitur, recens et decens inchoatur; durior quoque lapidum materia in fundamento locanda ad bases, columpnas et capitella cum maximo sumptu de comitatu Boloniensi huc adducitur. Interim in capitulo cantatur, acceleratur opus, et in brevi spacio chorus cum turri et duabus crucibus ei annexis auspice Christo consummatur. Quo opere feliciter ad finem perducto, parrochiani omnes, tam nobiles quam alii, domini Balduini comitis consilio animati, ad exemplar operis incepti navem ecclesie ad opus suum ab abbate perfici petierunt et centum ei marcas ad hoc agendum unanimiter promiserunt; quas tamen tepide, remisse et negligenter persolverunt. Nam lebetes, ollas eneas, caldarias et trepetes ferreas ex eis tandem, deficiente promisso, extorqueri oportuit, et totum fere pondus operis abbati perficiendum incubuit. Ipse vero in solo Deo spem constituens et beate Rotrudis auxilium die et nocte deposcens, preter spem omnium opus lapideum infra paucos annos consummavit, lignis de haia[1] Gisnensi huc adductis fabricavit, plumbo cooperuit. Numquam tamen predicatorem pro pecunia questuose acquirenda, ut quibusdam ecclesiis et monasteriis mos est, hinc emisit; numquam a principibus et potentibus subsidium mendicavit, et tamen, opere perfecto, se solito ditiorem invenit.

65. 1172. Obiit Godeschalcus quondam Attrebatensis episcopus. Cont. Aquic. 1172.
1173. Comes Bolonie Mathias ante oppidum quod Novum-castellum dicitur[2] ictu sagitte vulne- ibid. 1173.
ratur et post paucos dies moritur et apud Sanctum Iudocum sepelitur. Obiit[3] Andreas Attrebatensis episcopus; Robertus prepositus Ariensis loco eius eligitur.

1174. Obiit Alexander abbas Aquicinensis; succedit ei Simon, monachus eiusdem ecclesie. Robertus Attre- ibid. 1174.
batensis electus eligitur episcopus Cameracensis. Qui post paucos dies in castro quod dicitur Condei[4] 3. Nonas Octobris clanculo per lenones occiditur. In episcopatu Attrebatensi Frumoldus archidiaconus substituitur. Ludovicus rex Francie, Henricus et Ricardus, filii regis Anglie, et Philippus comes Flandrie contra regem Anglie iterum consurgunt; qui Nortmanniam profecti, civitatem Rothomagensem obsederunt. Multi vero de exercitu Flandrensium cum comite[5] de Leicestria, qui a rege Anglie recesserat, transfretantes in Angliam, apud Sanctum Edmundum[6] cum eodem comite quidam capti sunt, quidam interfecti, alii fuga elapsi, alii per licentiam turpiter sunt reversi. Amalricus rex Iherosolimis obiit; ibid. 1176.
Balduinus, filius eius, adhuc puer in regno succedit.

1175. Obiit Henricus Remensis archiepiscopus, frater Ludovici regis Francie; cui succedit Willelmus Seno- ibid. 1175.
nensis archiepiscopus, frater Henrici comitis[7] et regine Francie[8] et Theobaldi comitis Blesensis.
In die sancto parasceves Philippus comes Flandrie in Iherusalem profecturus crucem accepit. 1176. Apr. 11.

1176. Godescalcus abbas Sancti Bertini obiit; cui successit Simon monachus eiusdem loci.

1177. Alexander papa et Fredericus imperator pacificantur, et ecclesia Dei, que per 18[a] annos eorum dissidio ibid. 1177.
vexata fuerat, plenissime unitur. Christianus enim archiepiscopus Maguntinus, qui et cancellarius, et optimates regni cum episcopis convenientes[b], Fredericum imperatorem ad dominum papam Alexandrum, discalciatum et regis ornamentis nudatum, in Venetia in loco qui Altus-rivus nuncupatur 9. Kal. Augusti adduxerunt. Ipse vero cum tanta humilitate quod ei indictum fuerat implevit, ut illius extitisse opus sine dubitatione credatur, de quo dicitur: *Cor regis in manu Dei; ubi voluerit, convertet*[c] *illud.* Philippus comes Flandrie a transmarinis principibus cum magno honore suscipitur. Paucis autem, postquam illuc venerat, evolutis diebus, Antiochiam proficiscitur, et a principe ipsius civitatis honorifice susceptus[d], cum eodem principe castellum Harene christianitati violenter ereptum ex omni parte obsedit; sed parum ibi proficiens, circa diem paschalem ob visionem sacri ignis[e] Iherosolimis remeavit.

1178. Celebrata ergo ibidem paschali sollempnitate, marina timens discrimina, per Hesperiam, Traciam, Pannoniam ibid. 1178.
seu Saxoniam rediit ad propria, et mense Octobri reversus, a Flandrensibus est favorabiliter susceptus.

66. De ecclesie consummatione [et[f] decima de Suavakes].

Post labores et expensas multiplices infra spatium circiter octo annorum dominus Petrus ceptam ecclesiam feliciter consummavit, sed eius dedicationem distulit, quoadusque vel per se sollempnes reliquias in eam introduceret vel a quolibet potente eas acciperet et exinde ecclesiam Deo desponsandam dotaret. Cuius pio desiderio Deus satisfecit, sicut sequens historia[9] declarabit. Ipse vero, ne interim otio torperet, decimam de Suavakas[g] curti nostre contiguam, patrocinante quodam venerabili presbytero et pecuniam ad hoc

a) 20 *Cont. Aquic.* b) queiuentes 1. 2; quaevientes 3. c) convertit 1. d) receptus 3. e) *deest* 2. f) *uncis inclusa add.* 2. g) Suanakas 2. 3.

1) i. e. silva; vid. Ducange s. v. 2) Châteauneuf-en-Thymerais, départ. Eure-et-Loir, arrond. Dreux. 3) *Obiit — eligitur* etiam apud Andream Marchianensem, qui Cont. Aquic. exscripsit. 4) Condé, arrond. Valenciennes. 5) Roberto. Cf. Rob. de Monte ad a. 1173, SS. VI, p. 522. 6) Bury St. Edmunds, comit. Suffolk. 7) Campaniae, qui erat filius Theobaldi II. 8) Adelae. 9) c. 70.

providente, nomine . . .[a], a quodam nobili viro Clemente de Antingehem, pare castri de Ardea, acquisivit et ad petitionem eiusdem presbyteri ad octo anniversaria in loco presenti sollempniter in perpetuum facienda pro ipsius presbyteri predecessoribus et parentibus assignavit. Quam decimam a domino Petro acquisitam dominus comes Balduinus confirmavit in hunc modum[1]:

. . . .

67. De eadem re.

Filius quoque ipsius comitis Arnulfus, Ardee dominus et comes futurus, quod a domino superiori confirmatum fuit, pro eo quod de suo feodo erat, suam quoque confirmationem adhibuit; que sic incipit[2]:

. . . .

68. Item de eadem re.

Ad exemplar igitur utriusque patroni, ne quid nobis ad certitudinem deesset, et ut ipsa elemosina tam ecclesiastica quam mundana confirmatione semper vigeret, dominus
1173 Desiderius Morinorum episcopus, tam a patronis quam ab heredibus rogatus, suum quoque privilegium nobis indulsit sub tali forma[3]:

. . . .

69. De decima de Voxole.

Aliam quoque decimam dominus abbas acquisivit, de manu laicali eam extorquens, quam ab ordinario suo, domino scilicet Desiderio Morinorum episcopo, confirmari impetravit sub hac forma[4]:

. . . .

70. Willelmus abbas [de[b] huius ecclesie dedicatione sub Petro abbate].

Audiens dominus Petrus, famosum principem Philippum Flandrie et Viromandie comitem de transmarinis partibus repatriasse, et per veridicos rumores cognoscens, eum per Constantinopolim iter fecisse et multa pretiosa pignora cum sanctorum reliquiis inde asportasse, quod pridem mente conceperat ad effectum perduxit. Apud Sanctum Bertinum eidem occurrit, aliqua pretiosa pignora cum reliquiis ab eo petiit et impetravit, et ita ecclesiam
1179. Iun. de novo constructam hoc donativo nobilitans, ipsam anno Domini 1179. dedicari fecit a venerabili patre domino Desiderio Morinorum episcopo, presente cleri et populi infinita multitudine, mense Iunio. Qualiter autem eundem principem adierit, qualiter eum compellaverit, que et quanta ab eo receperit ad dotandam ecclesiam in proximo consecrandam, idem dominus Petrus in quodam tractatu eleganti stilo declarat[5], quem legi ad mensam in die sancte Rotrudis aliquando constat.

71. De invadiatione decime de Ales.

Postmodum sollempni dedicatione peracta, de manu cuiusdam militis Alulphi scilicet de Ales[6] decimam quandam titulo pignoris[7] recepit, quam a Boloniensi comitissa nomine Ida, Mathei comitis filia, sub hac forma confirmari impetravit:

. . . .

72. De prima invadiatione decime de Ales.

Dominus quoque Balduinus comes Gisnensis et huius loci patronus super eodem vadimonio de suis hominibus fideiussores sufficientes recepit, et ne quid nobis ad certitudinem deesset, chartam suam nobis exinde in hunc modum concessit[8]:

. . . .

73. Willelmus abbas: Predictus quoque Alulphus cum a quodam potente in causam traheretur de servili conditione et usquequaque supra vires impeteretur, consilio et auxilio

a) *loc. vac. rel.* 1. 2. 3. b) *uncis inclusa add.* 2.

1) Subsequitur charta Balduini, qua monasterio confirmat acquisitionem *tertie partis decime de Suavakes, que dicitur tertia garba, quam* (Clemens) *tenebat . . in feodo de domino Ernulpho de Ardea* (filio Balduini). Dachery IX, p. 465; ed. alt. II, p. 814. 2) Dachery IX, p. 466. 3) Datum a. 1173. Dachery IX, p. 467. 4) Desiderius confirmat, Elbodonem de Acquine et Gerbodonem, filium eius, reddidisse monasterio decimam apud Vocsole. Dachery IX, p. 468. 5) Cf. praefat. p. 686. 6) *que est in parrochia de Salquele* Charta Idae. 7) *pro* 85 *marcis argenti* Charta Idae ap. Dachery IX, p, 469 sq.; ed. alt. II, p. 815. 8) *Hoc factum est in plenaria curia mea ea die, qua Henricus de Campanies armatus pugnare debuit apud Gisnes contra advocatum Balduini de Campanies.* Charta Balduini ap. Dachery IX, p. 470.

domini Petri abbatis exinde ereptus est et liber dimissus. Super quo beneficio ne videretur ingratus, unam pensam caseorum apud Newena[a] nobis in elemosinam contulit et nobis de cetero obnoxius permansit. Multa tamen gravamina[b], multa dampna et incommoda locus iste postmodum ab uxore sua et heredibus sustinuit, quoadusque memorata decima longo deinceps tempore ex toto per nos empta et acquisita fuit.

74. Relatio Willelmi abbatis: Eodem tempore dominus abbas Hugonem nobilem virum de Bavelinghem et participes eius, huius ecclesie parrochianos, coram ordinario suo[1] in causam traxit et tertiam partem maresci de Bavelinghem, quam ad ecclesiam de dono antiquorum dicebat pertinere, sicut et alia allodia ibidem sita, pertinaciter exegit. Dominus autem episcopus multitudinem in causa esse videns, et ecclesie paci in futurum prospiciens, litem motam sopivit, et in tali forma dans privilegium, partibus satisfecit[2]:

. . . .

75. De assensu comitis.

Dominus quoque comes Balduinus ad instantiam episcopi et petitionem abbatis Petri, pro eo quod prefati nobiles homines sui erant et de feodo suo ad comitem pertinente talem cum ecclesia pacem fecerant, pacem factam approbavit et taliter scripto ad posterorum memoriam mandavit[3]:

. . . .

76. Relatio Willelmi abbatis de stagno monasterio nostro contiguo.

Circa idem quoque tempus dominus abbas super stagno a parte occidentali monasterio adiacente et super usu molendini et aque ductu et maresco finitimo dominam Adelidem[4], quam supra memoravimus, et filium eius Henricum iam adultum in causam coram ordinario traxit. Et hanc quoque controversiam idem episcopus, dato privilegio, in hunc modum compescuit[5]:

. . . .

77. Andreas Marcianensis[6]: Anno Domini 1178.[7] Sarraceni in planis de Ramenes a christianis devicti fugerunt, pluribus interfectis. Signum crucis quasi de celo in terram ab oriente in occidente[c] expansum Sarracenis apparuit. 1177. Nov. 30.

78. Relatio[d] Willelmi abbatis de ponte de Elceka.

Eodem tempore dominus Petrus abbas ad castrum Sancti Audomari et ad urbem Morinensem[8] frequenter transitum pro negociis domesticis faciens, et sub villa de Elceka[9] in strata publica fluvium[10] de Tornehem sepius inundantem et naturalem alveum frequenter egredientem prospiciens, ac per hoc advenas et peregrinos pauperes et debiles et omnes precipue pedites moras et pericula pati compatiens, magistrum Aimonem, qui ecclesiam presentem construxerat, qui de novo domum elemosinariam consummaverat, cum quibusdam cementariis et aliis operariis ibidem transmisit, et Dei fultus auxilio, nullius tamen fretus adminiculo, de bonis huius ecclesie eleganti opere pontem incepit et ad multorum subsidium in brevi tempore consummavit, lapidibus duris et quadratis de remotis lapidicinis ad opus sumptuose structure non sine labore et sumptu inestimabili longe ante adductis et propter solius Dei amorem et pauperum suorum requiem ad opus illud aptatis. Parrochiani autem ipsius ville, unde grates illi referre debuerunt, inde ei ingrati fuerunt; quod per ipsum pontem evidenter apparet ex utraque parte dirutum, et circa cursum aque congelatum; latos enim utriusque frontis lapides mulieres lavatrices de ponte extraxerunt et lavandis vestibus substraverunt et etiam circumquaque asportaverunt. Tempore quoque nimie inundationis ipsius ville homines pauperum et peregrinorum exhauriendis pecuniis inhiantes, cum pons ibi non esset, nunc vehiculo, nunc navigio, non tamen gratis, viatores asportabant, et occasione pontis hoc se[e] emolumentum perdidisse dolebant. Sed et nobiles

a) Neuverca 3. b) gr. m. *des.* 3. c) occidentem 3. d) *rubrum deest* 1. e) *deest* 2.

1) Desiderio ep. Morinorum. 2) Dachery IX, p. 471. 3) Dachery IX, p. 472; ed. alt II, p. 816. 4) de Campaniis. Cf. c. 53. 5) *apud Polinghone in die dedicationis ecclesie* Charta Desiderii, Dachery IX, p. 474. 6) Haec apud Andream Marchianensem non leguntur. 7) Immo a. 1177, Nov. 30; cf. Sigeb. cont. Aquic., SS. VI, p. 417; Rob. de Monte, ibid. p. 526. 8) Thérouanne, arrond. St.-Omer, cant. Aire-sur-la-Lys. 9) Nord-Ausque, ab Ardre inter meridiem et orientem. 10) V. supra p. 568 n. 10.

ville et potentiores a duobus successoribus[1] domini abbatis Petri solebant exigere et quasi ex debito eis imponere, quod fracturam pontis et totum quod spectabat ad eius fabricam facere et reficere, tenere et manu tenere tenerentur, pro eo quod tam ipsi quam omnes vicini a domino Petro abbate ipsum pontem primo factum recordarentur. Hoc autem volebant astruere et quasi pro lege nobis imponere, pro eo quod idem dominus Petrus[a] abbas duas portiones decime ipsius ville a quibusdam militibus et vavassoribus ibidem manentibus magno pretio comparaverat et in franco scabinatu Sancti Audomari, quod in castro castellano commisso[b] tribus vicibus in anno tenetur[c] et mallorum[d] nomine recensetur, iudicio[e] duodecim scabinorum, qui et milites esse tenentur, iure forensi et seculari possederat. De hac tamen acquisitione licet sumptuosa et diversis temporibus facta et a multis heredibus acquisita non ita per dominum Petrum fuit lis et controversia sopita, quod in tempore duorum successorum eius non fuerit ventilata et multis sumptibus terminata, sicut in sequentibus patebit.

1179. 79. Andreas Marcianensis[2]: Anno Domini 1179. comes Flandrensis Philippus Sancti Quintini et de Parona[3] castra graviter afflixit eorumque cives obsidione et[f] persecutione diu multumque humiliavit, Hesdinensibus[4] rei publice dignitatem abstulit, campanam communie apud Ariam[5] transmisit et quosdam pro interfectione cuiusdam de turri precipitari iussit. Ludovicus rex Francorum per provinciam istam transiens, in Angliam transfretavit et sepulcrum gloriosi martiris Thome, quem[g] aliquamdiu in exilio nutrierat, tam precibus quam muneribus honoravit. Nam inter cetera dona et donaria centum vini modios monachis ei servientibus et eorum successoribus annuatim in Francia percipiendos[6] ibidem liberaliter obtulit, et cuppam regalem ad eos propinandos eiusdem martiris veneratoribus in signum amoris perpetui dereliquit, et etiam anulum, quem, sicut dicitur, beato Thome adhuc viventi quandoque delegaverat, ei nichilominus obtulit, pretiosum in se saphirum continentem et multas postea egritudines medentem. Rex autem Anglorum Henricus eidem regi Ludovico tam in ingressu regni quam Cantuarie posito multiplices honores fecit et multiplicius in regno eum detinere et honorare proposuit, sed affectum suum ad effectum perducere non potuit. Nam quanto citius potuit de ipso regno egressus et in suum regressus,
Nov. 1. in festo omnium sanctorum Philippum, filium suum, a Willelmo Remensi archiepiscopo, ipsius Philippi avunculo, qui Henrico, ipsius Ludovici regis fratri germano, iam transactis quatuor annis successerat[7], in gloria et honore totius nobilitatis Gallicane regem[a] coronari fecit.

80. De[h] acquisitione decime de Ervedinghem.

Dominus Petrus abbas decimam de[i] Ervedinghem de manu cuiusdam Geroldi de Piro et uxoris eius Beatricis magno pretio comparatam acquisivit, et acquisitam et ab eis in manu domini episcopi resignatam confirmari impetravit in hunc modum[8]:

. . . .

81. De eadem decima.

Hac autem decima[9] pretio 60 marcarum et amplius empta et in manus domini episcopi ad[k] opus huius ecclesie resignata, predictus Geroldus fraudem contra ecclesiam molitus est per dominum suum Gusfridum de Ferkenes militem, a quo eandem decimam tenuerat in feodum. Qui possessionem nostram impedivit per multos annos, quoadusque ei fuisset satisfactum. Processu quoque temporis eodem Geroldo mortuo, uxor eius Beatrix de ipsa decima se dotatam fuisse asseruit et in curia hec[a] ordinarii per multos testes probavit. Unde predicti episcopi successor[10] domini Petri abbatis[l] successorem[11] et conventum eius ad hoc induxit, ut ipsam viduam quamdiu viveret de pane et cervisia sustentarent; quod et ipsi pro bono pacis fecerunt. Et ita per tredecim annos, quibus fames regnavit in terra hac, ipsam vetulam sustentaverunt, ita quod secundum computationem multorum ipsa anus in valore panis plus expendit, quam tota decima primo comparata fuit. Qualiter autem

a) *deest* 3. b) commissa 3. c) teneretur 2. d) malorum 1. 3. e) iudicio tenentur *des.* 3. f) *deest* 2. g) quam 2. h) *rubrum deest* 1. i) d. E. *des.* 1. k) et ad 3. l) *deest* 1.

1) Iterio et Willelmo. 2) Haec non ex Andrea Marchianensi sumta sunt. 3) St.-Quentin, Péronne. 4) Hesdin, départ. Pas-de-Calais, arrond. Montreuil. 5) Aire. 6) Cf. Rob. de Monte, SS. VI, p. 527. 7) Vid. supra c. 65. 8) Sequuntur praeter confirmationem Desiderii ep. de Ervedinghem duae aliae eiusdem chartae in epitomen redactae de decimis monasterio concessis apud Iorni et Vocsole. Dachery IX, p. 477 sqq.; ed. alt. II, p. 817. 9) de Ervedinghem. 10) Lambertus II (a. 1191—1207). 11) Iterium.

ipsa decima fuerit[a] postmodum a falsis heredibus calumpniata, qualiter ab iniustis patronis perturbata, qualiter ad[a*] ultimum nobis appropriata, sequens pagina demonstrabit[1]. De uno[b] lector certus existat, quia tripliciter carius per vices varias empta fuit quam valeat.

82. De morte regis Ludovici.

Anno Domini 1180. Ludovicus pius rex Francorum moritur et in monasterio Cisterciensis[c] ordinis nomine Barbel[2] super Sequanam a se fundato sepelitur. Regnat pro eo filius eius Philippus, in anno preterito rex coronatus adhuc iuvenis, et a suis proceribus et maioribus Francie in primordio regni multa adversa perpessus. Comes Henricus de Campania, filius comitis Theobaldi, reversus ab Iherosolimis moritur[3]. 1180. 1181. Mart. 17.

83. Interpositio de morte pape Alexandri et de itinere abbatis Petri ad curiam Romanam propter Philippum comitem.

Anno Domini 1181. Alexander papa moritur; Lucius ei succedit. Comes de Gelra Gerardus Idam, filiam Mathei comitis et Marie comitisse Boloniensis, duxit uxorem et in brevi postmodum mortuus est. Moritur etiam Flandrie comitissa[4]; cuius maritus Philippus[d] Flandrie comes prenominatus adhuc mortua uxore comitatum Viromandensem, licet ex ea non haberet heredem, tenens et adhuc[e] ad maiora se extendens, non contentus duobus comitatibus, tertium, scilicet Campaniensem, cepit concupiscere et mortui comitis[5], cuius supra meminimus, relictam[6] querere. Sed cum sciret, ipsam sue uxoris propinquam fuisse[7] et nonnisi per domini pape dispensationem voluntatem suam adimplere posse, dominum Petrum abbatem huius loci de consilio multorum ascivit, secretum ei pandit, ut pro hoc negotio dominum papam adeat, affectuose requirit, omnia vie necessaria preparari precipit, magna dat et multa[f] maiora promittit. Assensum prebet principi vir discretus, sperans, per eius munificentiam locum sibi creditum posse promoveri et locupletari, si eius satisfieret voluntati. Adiungitur ei a comite comes itineris Willelmus quidam, solo nomine monachus, qui per auxilium comitis de cenobio Clarimaresci[g, 8] ad Lobiensem[9] ecclesiam se transtulerat; qui de mandato comitis exercitum Flandrensium in Angliam nuper duxerat[10] et, in terra Sancti Eadmundi eos ad predandum ducens, minime reduxerat; qui in negociis comitis se ingerens et immergens, ut semper esset instabilis, modis omnibus laborabat. Vidimus eum postea in parrochia de Ferkenes cuidam curti nostre occasione eius destructe preesse et tam panem quam optimam cervisiam ibidem venalem habere, quia multas ibi tenebat focarias, quas non sustinebat esse otiosas. Alias quoque curtes per vim comitis de monasterio Lobiensi tenebat et se apud omnes monachum comitis esse iactabat. Dominum siquidem de Fielnes, famosum illum Ingelramnum, per vim comitis edomuit et plures alios mutire prohibuit, quia per fidem quam debebat comiti, cuius erat monachus, iurare consuevit. Tali igitur venerabilis abbas fretus capellano, ad apostolorum limina pervenit, et dum iniunctum sibi negotium exequi paratus esset et tam dominum papam quam fratres ex more visitasset et de impetratione negotii spem firmam concepisset: ecce subito ex parte comitis sollempnes habuit nuncios, qui eum, omni occasione et dilatione cessante, redire et negotium imperfectum relinquere mandavit[h]. Quidam enim asserebant, ipsum comitem ad alias nuptias anhelare; quidam vero dicebant, quod ad thorum Campaniensis comitisse lascivus pervenerat, et eam de cetero contemptui habuisse. Repatriat ergo pater huius patrie et loco suo gaudium ingeminat. Ab universis itaque tam clericis quam laicis officiose suscipitur et in[i] commune ab omnibus honoratur. Quisquis Romam[k] volebat iter arripere, quisquis de statu curie volebat inquirere, ad domini Petri tamquam ad Apollinis recurrebat oraculum, quia rarus adhuc in partibus istis erat, qui visitaverat limina apostolorum, et propter legatos, quos fere unaqueque metropolis habuit, vix aliquis[e] ad dominum papam appellavit.

1182. Mart. 26.

a) p. f. 2. a*) n. a. u. 3. b) Denuo 3. c) Cisterciensi 1. d) Philippū 1. e) *deest* 3. f) multo 3. g) Clamaresci 2. h) *ita codd.* i) *deest* 2. k) v. R. a. i. 3.

1) Vide infra c. 141. et 142. 2) Barbeaux, dioec. Senonensis. 3) Cf. Cont. Aquic., SS. VI, p. 418 sq. 4) Elisabeth, filia Radulphi comitis Viromandiae. Cf. Cont. Aquic. ad a. 1182, l. l. p. 420; Gisleberti Gesta com. Hanon., SS. XXI, p. 535. 5) Henrici. Vid. c. 65. 6) Mariam, filiam Ludovici VII. regis Francorum et Alienoris, filiae Willelmi VIII. ducis Aquitaniae. 7) Mater comitissae Elisabeth erat Adelitia, soror Alienoris reginae. Cf. Albricum, SS. XXIII, p. 841; 'l'Art de vérifier les dates' (1818) XII, p. 195 sqq. 8) Clairmarais, dioec. Tervanensis. 9) Lobbes, dioec. Leodiensis. 10) De hac expeditione vide supra c. 65.

84. De domino Bernardo penitente.

1182(?) Anno Domini 1182. dominus Bernardus penitens et veros penitentie fructus ostendens in monasterio Sancti Bertini moritur et miraculis illustratur[1]. Cuius vitam virtutibus plenam scribit dominus Iohannes, postea abbas Sancti Bertini[2]. Maria, filia Stephani regis Anglorum, quondam abbatissa[3], postea Bolonie comitissa, tertio decimo anno postquam resumpserat habitum sanctimonialis[4], apud Monasteriolum[5] moritur et sepelitur.

85. De rege Henrico iuniore.

1183. Anno Domini 1183. Henricus rex iunior Henricum, patrem suum, regem Anglie, bello iterum sollicitat pro ducatu Pictavie, quem pater dederat Richardo, filio suo. Sed cum patrem superare non posset, deficiens mortuus est[6] et apud Rothomagum, iubente patre, sepultus. Idam, predictam filiam Mathei comitis Bolonie, comitissam dux de Saringhes[7] Bertoldus duxit uxorem. Dominus Petrus abbas Cisterciensis fit episcopus Atrebatensis.

86. De secundo coniugio Philippi comitis.

1184. Anno Domini 1184. Philippus comes Flandrie de Hispanie finibus sibi sumit uxorem Mathildem, filiam regis[8] Portigalensium. Heraclius patriarcha Iherosolimitanus transfretavit in Angliam, a rege Henrico adversus Sarracenos auxilium petiturus, quibus in Terra Sancta christianorum[a] vires exhauste resistere ulterius non valebant. Terribilis terre motus cum valida tempestate in Anglia ab urbe Lincolnie versus Londoniam per tres terre dietas durans et amplius, cum edificia ruerent, muri finderentur[b], homines quasi ebrii ferrentur huc et illuc, miraculo fuit et stupori.

87. Willelmus abbas: Dominus Petrus abbas non desistens a bonis acquirendis vel
acquisitis in pace redimendis, Hugonem de Lumeres militem quedam bona nostra in
territorio Boloniensi calumpniantem, datis muneribus, compescuit et ante dominum Mori-
1183. nensem[9] culpam suam confitentem adduxit. Quod idem dominus episcopus, dato privilegio,
confirmat in hunc modum[10]:

. . . .

88. De redemptione redditus quem Boloniensi ecclesie debebamus.

Eodem quoque tempore, languente in debitis ecclesia beate Marie Boloniensi[c], presens ecclesia, mediante domino Petro abbate, redemit ab eadem ecclesia decem polkinos frumenti, quos ibidem annuatim debebamus in grangia nostra de Bokerdes ad mensuram de Gisnes, quindecim marcis sterlingorum pro redemptione cuiusdam decime[11] eis assignatis et octo libris Boloniensis monete, pro quibus cappas eorum sericas tenebamus impigneratas, in pace dimissis. Super hoc inter has duas ecclesias pactio perennis est facta et per cyrographum divisum roborata sub hac forma, appensis hinc inde utriusque capituli sigillis et domino Fulcone[12] ita scribente:

. . . .

89. Relatio[d] Willelmi abbatis de confirmatione episcopi.

Quoniam autem contractus iste ex omni parte non videbatur sanus, licet a partibus approbatus et confirmatus, nisi etiam ad hoc ordinarii accederet assensus et consensus, dominus Desiderius hoc in hunc modum confirmat[13]:

. . . .

90. De calumpnia Willelmi de Bredenarda.

Sopitis circumquaque calumpniis et novis redditibus per gratiam Dei acquisitis et tam a patronis quam ab ordinariis confirmatis, surrexit contra dominum abbatem novus calump-

a) v. chr. 2. b) fund. 2. c) Boloniensis 3. d) *rubrum deest* 3.

1) Cuius mortem narrat ad a. 1183. Chartularium Sithiense p. III, c. 36, ed. Guérard p. 355 (Append. p. 108). 2) Sedit a. 1187—1230. 3) Rumesiae (Romsey), dioec. Wintonensis (Winchester). 4) Vid. supra c. 60 (ad a. 1169). 5) Montreuil. Alia tradit Lambert. Ardens. c. 73, p. 596. 6) 13. *Kal. Iunii* Rigordus, Bouquet. cont. XVII, p. 11. 7) Zähringen. Cf. Gislebert., SS. XXI, p. 515. 8) Alphonsi I. 9) Desiderium. 10) *Hoc factum est Teruanne in domo nostra a. D.* 1183. Charta Desiderii ap. Dachery IX, p. 483; ed. alt. II, p. 818. 11) de Badinghetun. 12) abbate S. Mariae Boloniensis. Dachery IX, p. 484. 13) Sequitur charta Desiderii eadem verba continens quae charta Fulconis.

niator Willelmus nomine, qui curtem nostram de Bredenarda[1] nomine Crophovam a nobili quondam viro Gusfrido Hosevod et fratre suo Galanto cum quibusdam aliis bonis nobis datam et a[a] domino Manasse comite confirmatam cepit calumpniari, volens, eam sub annuo censu et modico sibi et suis heredibus dimitti, pro eo quod eam per aliquot annos tenuerat, et multos contra nos fautores et complices habebat et etiam segetes nostras in progressu calumpnie vastaverat. Sed comes[2] se patronum nobis exhibens et eum perterrens et causam nostram iudicio curie sue decidens, ei et suis, pace facta, perpetuum silentium imposuit et chartam suam nobis in hunc modum indulsit[3]:

. . . .

91. De institutione vini.

Eodem tempore dominus Petrus abbas de suis redditibus quandam portionem fratribus ad habendam de vino pitantiam assignaverat et quorundam anniversaria statuerat et ab aliis tam clericis quam laicis institui permiserat, sed et obedientiariis, ut quedam festa providerent, legem imposuerat, ita quod in diebus statutis aliquando apud Sanctum Audomarum, aliquando alibi utres vel cadi mittebantur ferrati. Sed cum demum, crescente redditu, fratres nostri apud Sanctum Audomarum in doliis et cum doliis vina emerent et de singulis doliis domino Willelmo tunc castellano sextarium vini deberent, mediante et supplicante domino Petro abbate eidem admodum familiari, suum ius et consuetudinem eis[b] misericordi- 1186.
ter indulsit et per hanc chartam confirmavit[4]:

. . . .

92. De institutione cerei.

Circa illud tempus dominus Petrus abbas[a] assensu et petitione sui capituli de quatuor marchis argenti, quas ei sacrista annuatim debebat[b], marcham et dimidiam eidem sacriste remisit ad hoc, ut singulis noctibus ante sanctuarium cereum ardentem provideret et duas marchas et[b] dimidiam[b, c] abbati[d] annuatim persolveret. Super hoc factum[e] fuit scriptum autenticum sigillo capituli confirmatum et coram omnibus parrochianis sub interminatione anathematis promulgatum sub hac forma[5]:

. . . .

Postea vero parrochianorum universitati, que confluxerat ad ecclesiam in die sollempni, perlecta charta, que gesta fuerant ex ordine declaravit. At illi non mediocriter applaudentes abbati super his que gesserat et omni conventui, innexis manibus gratias referebant summo Salvatori, qui locum sibi dicatum et adiacentem patriam tam pretioso thesauro ditavit.

93. De acquisitione decime[a] de Landertun.

Decimam preterea de Landertun iuxta Fielnes de manu domini Inghelramni de Fielnes dominus Petrus acquisivit, quam idem nobilis vir perpaucis verbis huic loco confirmavit in hunc modum[6]:

. . . .

94. Charta[f] domine Ide comitisse Boloniensis.

Idem quoque nobilis vir comitissam Boloniensem Idam, cuius supra mentionem fecimus, pro eo quod ipsa decima ad eius spectabat feodum, ad hoc concedendum induxit; que chartam suam nobis sub hac forma concessit[7]:

. . . .

95. De[f] eadem decima.

Hanc autem decimam idem nobilis vir de manu hominis sui Balduini de Lo acquisierat et eam[a] pro necessitate sua huic ecclesie vendebat, scilicet propter votum crucis exequendum[8], pro quo etiam per multum tempus coacervavit magnum auri et argenti pretium in

a) *deest* 2. b) *deest* 3. c) dimidium 2. d) domno a. 3. e) scr. fu. a. fa. 3. f) *rubrum deest* 3.

1) Vid. supra c. 22. 2) Balduinus Ghisnensis. 3) Dachery IX, p. 485; ed. alt. II, p. 819. 4) Sequitur charta Willelmi data a. 1186, 'cum filius eius Willelmus iam decimum quintum transageret annum'. Concedit Andrensibus 'quicquid iuris habeat in foragio vini, utque libere et quiete habeant absque ulla calumpnia quod emerint in villa Sancti Audomari'. Dachery IX, p. 486 sq. 5) Dachery IX, p. 487. 6) Dachery IX, p. 488; ed. alt. II, p. 820. 7) Dachery IX, p. 488. 8) Profectus est in Terram Sanctam cum Philippo comite Flandrensium a. 1190. Cf. Lamb. Ardens. c. 40, supra p. 581.

via expendendum. Et ne quid nobis ad certitudinem deesset, coram ordinario[1] quod a se et a domina sua Boloniensi comitissa factum fuit rite perfecit. Qui episcopus recognitionem coram se factam nobis in hec verba confirmavit[2]:

. . . .

96. De domino Willelmo de Fielnes.

Filius tamen eius dominus Willelmus pro beneficiis patri impensis nobis ingratus, nobis super hac decima et aliis bonis terre sue contiguis post mortem patris multa gravamina intulit et ab aliis inferri permisit, ita quod fere omnia sub sua ditione consistentia a nobis denuo comparari et quasi de novo acquiri oportuit, sicut sequens pagina[3] evidenter declarabit.

Cont. Aquic. 1184. 97. Andreas prior Marcianensis[4]: Anno Domini 1184. Philippus rex Francorum consilio quorundam baronum suorum comiti Flandrie invidentium — — usque in annum protelantur inducie.

1185. Anno Domini 1185. Philippus rex Francie instinctu Balduini comitis Montensis in Philippum comitem Flandrie iterum insurgit. Qua de re idem Philippus, auxilio fretus Philippi Coloniensis archiepiscopi, terram comitis[a] Montensis ingreditur eamque rapinis et incendiis magna ex parte depopulatur. Quo comperto, rex Francie cum exercitu suo Viromandiam ingreditur, accedensque ad castrum quod Mons-Desiderii[5] dicitur, ipsius suburbana succen-
Nov. dit. Dein Henrico rege Anglie mediante[6], vel potius hyemis[a*] asperitate que iam instabat compellente, unusquisque ad propria est reversus. Lucius papa tertius obiit; succedit Urbanus tertius.

1186. Anno[b] Domini 1186. Philippus rex Francie, non contempnende probitatis iuvenis, cum
Mart. exercitu suo Viromandiam ingreditur; cui cum exercitu suo Philippus comes Flandrie usque Ambianis occurrit. Sed comes non minus regie maiestati quam proprio honori deferens, populorum etiam cedem coram Deo et hominibus sibi imputari formidans, partem Viromandie regi concessit[7], ut residuum sibi in pace tenendum confirmaret. Henricus rex, filius Frederici imperatoris, qui futurus sperabatur imperator, amitam[8] regis[9] Sicilie duxit uxorem.

1187. Anno[c, d] Domini 1186. obiit pie memorie dominus Simon, abbas Sancti Bertini secundus,
Ian. 29. mense Ianuario[10]; cui a cura absoluto in precedenti Iulio successit dominus Iohannes de Ipra, primo Lobiensis, postea Sithiensis monachus, vir in omnibus religiosus. Grave dissidium et ecclesie Dei nimis incommodum ortum est inter dominum papam Urbanum et imperatorem Fredericum; sed uno eorum decedente, per Dei misericordiam cito accepit terminum.

Anno[c] Domini 1187. Amalrico rege Iherosolimorum mortuo[11], filia[12] eius comitissa Iafensis iure propinquitatis successit, maritum suum[13] regem faciens nec alium accipere volens; unde et aliquos baronum suorum ad iracundiam provocavit. Huius ergo occasione dissidii terra promissionis a Saladino capitur cum cruce dominica, ipse rex cum multis aliis captivatur, episcopi cum templariis et hospitalariis et universo pene populo terre perimuntur, et sic, proh dolor! christianitas in transmarinis partibus magna ex parte deletur. Tyrus tamen civitas per Dei gratiam et marchisum quendam Italie principem[14] a tanta calamitate salvata, magnas persecutiones et insultus continuos patitur Sarracenorum. Urbanus papa, audito rumore Iherosolimitane destructionis, dolore, ut dicitur, suffocatus decedit. Cui succedit Gregorius; quo non multo post defuncto, pontificatum apostolice sedis Clemens

a) M. c. 3. a*) *deest* 2. b) Item Andreas Marcianensis *add.* 1. c) Andreas Marcianensis *add.* 1. d) Anno — terminum *des.* 3.

1) Desiderio. 2) Dachery IX, p. 489. 3) Vide infra c. 125. 4) Haec non ex Andrea Marchianensi, sed ex Continuatione Aquicinctina sumta sunt. 5) Montdidier, départ. Somme. 6) Cf. Radulf. de Diceto, Bouquet. cont. XVII, p. 627. Ad rem vid. Toeche, 'Heinrich' VI, p. 52 sqq. et 536; Scheffer-Boichorst, 'Deutschland und Philipp II. August von Frankreich' (Forschungen VIII) p. 480. 7) Cf. Gislebert., SS. XXI, p. 551: . . . *Ambianum civitatem venerunt; ubi comes Flandrie domino regi Francorum pro Belcasne castro retinendo Roiam in Viromandia dedit, rex autem dominio Atrebatensi addi castrum Belcasne concessit.* 8) Constantiam, filiam Rogeri. 9) Willelmi, fratris Rogeri. 10) *Resignavit curam regiminis a. D.* 1186. *in translatione sancti Benedicti* (Iul. 11) . . . *Vixit autem post hec usque ad octavas sancti Vincentii* (Ian. 29). Chartularium Sithiense p. III, Append. p. 109. 11) Obierat iam a. 1173. Post Amalricum regnum suscepit Balduinus III, cui a. 1185. sine heredibus defuncto successit Balduinus IV, qui eodem anno mortuus est. 12) Sibilla, mater Balduini IV. 13) Guidonem de Lusignan. Accuratius rem narrat Cont. Aquic. ad a. 1187, SS. VI, p. 424. 14) Conradum de Montferrat. Cf. Cont. Aquic. l. l. p. 425; Guid. de Bazochiis apud Albricum, SS. XXIII, p. 864.

suscepit[a]. Servili et nefanda progenie Ismaelis prevalente et Terram Sanctam, in qua Deus et homo corporaliter visus et cum hominibus conversatus est et in cuius medio salutem operatus est, sue ditioni supponente, cum rumor tanti mali ad Romanam curiam pervenisset, auctoritate summi pontificis et totius curie Tyrius[b] archiepiscopus[1] et Albanensis episcopus Henricus in Germaniam et Galliam diriguntur. Quorum consilio animati et pre- [1188.] dicatione confortati[c], invictissimus Romanorum imperator Fredericus et reges Francorum et Anglorum Philippus et Henricus et Flandrie comes Philippus cum innumeris principibus et populis ad vindictam tam nefande rei accenduntur, et ab eis signum victorie Christi assumitur, et ad liberationem crucis dominice et Terre Sancte cum Dei adiutorio omnes voto astringuntur. Concilium Parisius a Philippo rege et omnibus archiepiscopis, princi- [Mart.] pibus et prelatis totius regni, presente Henrico apostolice sedis legato, celebratur. In quo congregati cum de via dominici sepulcri tractare et ordinare deberent, voti sui obliti, non pro ecclesia, sed contra ecclesiam bellum instituerunt et vineam Domini Turcis depascendam subdiderunt, et novum et inauditum facinus invenientes, eam decimari constituerunt[2]. Richardus Aquitanie dux, filius Henrici Anglorum regis, iniuriam sepulcri vindicaturus, primus omnium principum regni [Cont. Aquic. 1187.] Francorum crucem assumit ante natale Domini. Pridie Nonas Septembris eclipsis solis facta est. [1187. Sept. 4.] Eadem nocte Ludovicus, filius regis Francorum, natus est[3].

Anno Domini 1188. Philippus rex Francorum[4] et Henricus rex Anglie et comes Flandrie Philippus exhortatione [ibid. 1188] Henrici Albanensis episcopi, apostolice sedis legati, cruces assumunt post nativitatem Domini. Idem vero episcopus postquam totam Germaniam et Galliam ad vindictam Iherosolimitane destructionis animaverat et orationes publicas a domino papa Gregorio institutas universis ecclesiis observandas tradiderat, tandem in Flandriam veniens, in territorio Atrebatensi apud Maroel[d, 5] defungitur et auxilio M.[6] regine, relicte Philippi comitis Flandrie, Clarevallis transfertur. Dominica medie quadragesime apud Maguntiacum generali curia congregata, Fredericus imperator cum multis episcopis [ibid] et totius regni sui principibus et innumerabili multitudine Theutonicorum cruces sumunt[7].

. . . .

Anno Domini 1190. circa festum sancti Iohannis Philippus rex Francorum et Ricardus rex Anglorum trans mare [ibid. 1190] profecturi iter arripiunt. Rex Francorum portum Ianue civitatis expetiit, et rex Anglorum Massiliam venit. Pridie Kalendas Augusti christiani qui Hacon obsederant, inconsultis exercitus principibus adversus Salahadinum infeliciter pugnantes, una cum Elberto presbytero, Duacensi decano, qui ad hec eos instigaverat, ad sex milia perimuntur. Rege Francorum in Ianua ventum ad transfretandum aptum expectante, quadam die ibidem fulgur de celo quinquies cadens regem valde perterruit. Cumque, preparatis necessariis, relicto portu, in die sancti Laurentii prospere navigans, multa iam maris spacia transvolasset, ventus subito surgens contrarius ipsum retrogradere coegit, et multis navibus confractis, equis amissis[e], et instrumentis ligneis que secum ad capiendas munitiones duxerat amissis, militibus etiam plurimis submersis, suo tandem frustratus conatu in Messana[f] civitate cum rege Anglorum transitum sequentis anni expectans resedit. Philippus quoque comes Flandrie cum suis per Coloniam Agrippinam mense profectus Augusto, et aliquos de Theutonicis socios itineris sui nactus, iuga Alpium transmeans, in Italia cum multa militia hiemavit. Fredericus imperator cum, transito brachio Sancti Georgii, terram sultani Iconiensis intrasset, maximam partem exercitus sui pre nimia cibariorum inopia amisit; et cum finibus appropinquasset Antiochie, gratia balneandi fluvium Pharphar ingressus, et violentiam aque non sustinens, ter in eiusdem profundo submergitur, et cum magno labore militum extractus, triduo supervixit elinguis, et corpore Domini accepto cum sacra unctione, diem clausit extremum. Cuius corpus conditum aromatibus adhuc insepultum custoditur. Cui successit in regno Henricus, filius eius. Porro exercitum eius, qui in Syria remanserat, rexit Conradus dux Suevorum, filius ipsius, miles inclitus. Obiit Everardus Tornacensis episcopus. In hebdomada que precessit nativitatem Dominicam factum est prelium in Hispania inter reges Hispaniarum et Sarracenos, in quo christiani, Deo auxiliante, victores facti innumerabilem eorum multitudinem peremerunt.

Anno 1191. obiit Clemens papa; cui successit Celestinus III[g]; qui secundo die aposto- [1191.] latus sui Henricum, filium Frederici, Rome imperatorem[h] consecravit[8]. Idem Celestinus in [April 13.] vigilia pasche in sacerdotem ordinatus et in die sancto in dominum papam est consecratus, [April. 14.] et in crastino dominus imperator ab eodem est coronatus[i]. Domino Desiderio Mori- [April. 15.] nensi episcopo in decrepita etate a cura pastorali absoluto, Lambertus de Brugis, cancellarius Remensis, in episcopum eligitur et consecratur. Predicti reges Francie et Anglie, qui in partibus Apulie apud Messanam, et comes Flandrie, qui in partibus Tuscie et[k] magna parte apud Romam hiemaverat[l], ad terram Iherosolimitanam transfretantes, Accaron civi- [Mart.]

a) accepit 2. b) Willelmus T. 3. c) confirmati 2. d) Maroelf 2. e) perditis 3. f) M. Sicilie c. 3; Apulie *Cont.* g) III *deest* 2. h) in imp. 2. i) XVIII. Kal. Mai. *add.* 3. k) ex 3. l) hiemaverant 3.

1) Willelmus. 2) Cf. Rigordum, Bouq. cont. XVII, p. 25, qui constitutionem decimarum solvendarum Gestis suis integram inseruit. 3) *videlicet quinta die Septembris . . . hora undecima diei usualis* Rigordus l. l. p. 24. 4) Haec ex Cont. Aquic. et ex Andrea Marchianensi concinnata sunt. 5) Maroeuil, départ. Pas-de-Calais, arrond. Arras. 6) Mathildae. 7) Sequitur Andreas March.: *Comes Namurcensis Henricus filiam unicam — sancti Vedasti incendio conagratur.* 8) Haec eisdem fere verbis ap. Gilbertum, supra p. 134.

1191. tatem a paganis possessam obsident et viriliter oppugnantes, expugnant. Philippo comite Flandrensi, antequam eadem urbs caperetur, viam universe carnis, proh dolor! ingresso[1] . .

. . . .

Philippus itaque rex Francie intemperiem transmarini aeris sustinere non valens, quia valde infirmabatur, vel, ut quidam dicunt, pro adipiscenda terra, que per mortem predicti comitis, cuius neptem[2] habuerat uxorem, sibi obvenerat, in[a*] Franciam statim revertitur, et
Dec. 27. in die sancti Iohannis euangeliste, tertio scilicet die natalis Domini, Parisius a domino Mau-
1192. ritio episcopo et maxima multitudine cleri et populi honorifice est susceptus. Postea, sicut inter ipsum et sepe dictum comitem in contractu matrimonii condictum fuerat[3], quia comes sine liberis decessit, tota terra comitis ex occidentali parte veteris fossati[4] ad regem est devoluta, ultra etiam idem[a] fossatum[b] manerio[5] de Ruholt cum nemore in possessionem regis cedente.

98. Dividitur[c] Flandria in tres partes: pars una in ius regis cedit; altera relicte comitis Mathildi, filie regis Portugalie, sub nomine dotalitii attribuitur; tertia heredi, scilicet Margarete, sorori Philippi comitis, uxori Balduini Hainoniensis comitis, remanet[6]. Que divisio quam fuerit omnibus Flandrensibus lamentabilis, ex miseris eventibus[d] satis apparet. Nam res ecclesiarum et pauperum a predonibus diripiuntur, civilia[e] et intestina bella per totam Flandriam excitantur, ita quod veridicam Domini sententiam palam esset intueri:
Luc. 11, 17. *Omne regnum in se[f] divisum desolabitur.* Ricardus rex Anglorum post regressum regis Francorum ruinas
Cont. Aquic. 1192 murorum civitatis Achre pro[g] tempore reparans et exercitum in tres turmas dividens, tendit Aschalonem; sed pre tractu longioris vie, insidiantibus Salahadino et Turchis, quosdam de suis amittens, Cesaream pervenit. Unde cum apud Ioppen tenderet, Salahadinum cum suis obviam habuit; sed mira Dei virtute Sarracenis in fugam versis, tantam stragem de nobilioribus suis in die nativitatis beate Marie prope Assur sustinuit, quantam nullo tempore principatus sui noscitur habuisse. De nostris autem nullus cecidit, nisi Iacobus de Avesnis, miles egregius et uni de Machabeis comparandus. In mense Septembri relatio verax de morte Philippi comitis, qui comitatum Flandrie viginti quatuor annis strennue rexerat, venit. Omnes timent, omnes dolent, tam clerus, quam populus. Succedit ei Balduinus comes Hainoensis, qui Margaretam, sororem ipsius, duxerat in uxorem, ex qua genuerat Elizabeth Francorum reginam et filios Balduinum, Philippum et Henricum. Ricardus rex Anglorum, antequam transfretaret, uxorem duxit filiam regis Navarre, contempta sorore regis Francorum, quam sponderat.

99. Willelmus abbas: Postquam reges et principes totius Occidentis ad predicationem illorum, qui ad hoc provisi fuerunt, voto crucis sunt astricti, et exemplo eorum barones et milites et vavasores ad subventionem Terre Sancte concorditer animati, multi de Boloniensi et Gisnensi territorio nolentes in terra aliena indigere, qui in sua terra videbantur florere et bonis temporalibus habundare, domino[a] Petro abbati suas decimas exposuerunt; quas ille invadiavit, assignato eis rationabili pretio, cum eas legitime emisse potuisset[h], si modicum se voluisset gravasse in ampliori peculio. Quadam enim pietate simplici erga eos motus, eis compassus, dicebat, sanius[i] esse et tolerabilius bona eorum titulo pignoris retinere, quam eos ex toto hereditate sua per[k] emptionem privare, quia per impignerationem factam vel ipsi vel heredes possent loco et tempore ad hereditatem distractam redire. Hec igitur simplex pietas malitiosos heredes contra nos processu[l] temporis inflammavit et eorum decimas, non tamen omnino, ad usus eorum redimi fecit, et suggerentibus potentibus et contra nos garrientibus, in facienda redemptione multa remitti et condonari coegit[m]. Vidimus ecclesiam de Sclives[n] cum decima appendente de manu domini Rogeri de Balinghem[o, 7] in terram Iherosolimitanam profecti ad nos titulo pignoris spectare, decimam quoque de Marcnes de manu Gusfridi Baron ad nos pertinere, decimam de Hyldrekem nos invadiatam habere, decimam de Fontaines titulo pignoris ad nos spectare, decimam de Ermelingehem[8] nos per vadium tenere, decimam cuiusdam Balduini Spriet apud Lotessam[9] pari modo ad nos spectare, tertiam partem decime de Braines in usus nostros cedere. Et cum[a] mille libras et amplius super has et alias decimas dominus Petrus titulo pignoris apposuisset[p], per emptionem legitimam dato ulterius modico pretio in perpetuum eas acquisisse potuisset; quibus modo falsi heredes carent, et alie ecclesie earum fructibus pacifice gaudent.

a*) st. i. F. 3. a) *deest* 2. b) f. istius modi 2. 3. c) *rubrum* De triplici divisione Flandriae *add.* 3. d) m. ab ea ev. 3. e) ac c. 3. f) s. ipsum 2. g) pr. t. *des.* 2. h) posuisset 1. 2. i) satius 3. k) peremptorie p. 3. l) t. p. 3. m) coeg' 1; coegerunt 2. n) Sclines 1. 3. *Cf. Lamb. Ard. p.* 599 *n.* 8. o) Bas. 1. 2. p) ad nos app. 3.

1) Sequitur Andreas March.: 9. *Kal. Iulii die dominica — diversis interfecit tormentis.* 2) Elisabetham. 3) a. 1180. Cf. Gislebert., SS. XXI, p. 529 n. 30. 4) Fossa Bolona, a St.-Omer ad fl. Lys ducta a. 1053. 5) i. e. Gallis 'manoir', nobis 'gehöft'. Vid. Ducange s. v. 6) Cf. Cont. Aquic., SS. VI, p. 418; Gislebert. p. 580. 7) Balinghem, a Calais ad meridiem. 8) Hermelinghem, cant. Guines. 9) Louches, cant. Ardre.

100. Andreas Marcianensis[1]: Anno Domini 1192. Ricardus rex Anglie et ceteri principes — — insu- Cont. Aquic. 1192.
lam Cypri opulentissimam, quam potenter acquisierat. Tancredus Apulie tyrannus — — cum parte provincie que illi favebat, pro certo sciret. Tancredus autem a papa compulsus imperatricem de custodia relaxans imperatori remittit, et post modicum tempus moritur. Celestinus papa, morte eius audita, contra Henricum imperatorem, quem propter Autbertum Leodicensem episcopum infestum habebat et propter alias causas, filium Tancredi in Apulia, Calabria et Sicilia regem sublimat. Sequenti die Autbertus Leodicensis episcopus, quem Willelmus Remensis archiepiscopus ad mandatum domini pape et ad preces archiepiscopi Coloniensis Remis consecraverat, a quibusdam proditoribus extra urbem Remensem eductus, inaudita mortis crudelitate vir iustus ab impiis et proditoribus innocenter perimitur. Nam Henricus imperator, qui Lothario favebat, quem in sede Leodicensi intruserat, eum a regno suo expulerat. Willelmus autem Remensis archiepiscopus — — interfectores episcopi et a quo missi ignoratur, hoc tamen scitur, quod de Germania venerint et illuc aufugerint. Inter Ricardum regem Anglorum et Salahadinum, christianos quoque et Sarracenos transmarinos inducie trium annorum dantur, misera conditione interposita, ut civitas Ascalon nobilissima subverteretur a nostris[2].

. . . .

101. Willelmus abbas de domino Eustachio de Calquilla.

Eodem anno[3] nobilis vir Eustachius de Calquilla[4] in quodam torneamento letaliter vul- 1193.
neratur, et domine istius ville Adelidi iam dudum matrimonio sociatus, perfecta domo, in qua tamen numquam mansit nisi in nocte mortis sue, dominum Petrum abbatem et conventum accersiens et eorum orationibus se commendans, habitum religionis ab eis assumpsit. Sepulturam nobiscum elegit et ad suum anniversarium quinque polkinos frumenti cum omni iure ad eos pertinente assignavit et super hoc chartam suam adhuc sane mentis existens nobis in hunc modum concessit[5]:

. . . .

102. De dilatatione cimiterii a domino Petro abbate.

Ab eo tempore dominus Petrus abbas, iam peractis in regimine 30 annis, tam senio quam morbo cepit lassessere et ad finem tendere, ita quod deinceps non ex facili claustra monasterii exibat nec sinodos adibat nec alicui coadunationi more solito se ingerebat, sed pia tamen curiositate volens certificari de omnibus, ubique mittebat, et ad hoc tandem induxit dominam Adelidem, prefati militis nuper defuncti derelictam[a], quod cimiterium laicorum nondum mansionibus circumdatum fecit dilatari a parte australi et in quadam die paschali post secundas[b] vesperas cum processione sollempni monachorum, clericorum et laicorum aquam a domino episcopo consecratam circumferri et conspergi. Postquam operari et redditus acquirere desiit, solito amplius operibus misericordie insistere studuit, nudos vestiendo, pauperes et inopes recreando, infirmos visitando, omni sexta feria ad minus egenis et viduis in porticu ecclesie manu propria elemosinas erogando.

103. Et cum in opere Dei summo effectu operam daret et ad horas canonicas die ac
nocte singulos preveniret, quatuor ferme annis ante obitum suum venerabilem virum domi- 1191.
num Guidonem, merito et officio priorem, iuvenem quidem annis, sed vere maturum moribus, proh dolor! amisit, immo, ut vere credimus, ad superna transmisit et premisit; et eum pro vite merito in navi ecclesie iuxta virum religiosissimum dominum Gusfridum, de quo superius mentionem fecimus[6], tumulari precepit. In cuius loco priorem substituit, sibi quidem, ut apparuit, placentem, sed a predecessoris moribus nimis degenerantem; cuius tempore et illicita permissione ordo nimis tepuit, religio naufragium sustinuit, castitas periclitavit, luxuria superhabundavit, etas iuvenilis per campum licentie nimis discurrens post greges sodalium suorum vagabunda cucurrit. Hinc[c] bonus odor ecclesie et antiquus apud potentes et principes seculi cepit fetere, hinc ipse abbas occasione sue senectutis minus providus multis displicere.

104. Servabantur in hoc loco multorum divitum deposita, et precipue de castro de Calais magna argenti copia, que a facie crudelis illius Reinaldi[7], nuper Boloniensis comitis, sumptuosi, superbi et potentis, huc allata et tam abbati quam eius cellerario[d] fuerant commendata; de quibus hii qui nimis[e] delicate nutriti fuerant furta gravia faciebant, commessa-

a) relictam 2. b) secundos vesperos 1. c) H. b. o. ant. eccl. ap. 2. d) cellario 2. 3. e) minus 2.

1) Haec non ex Andrea Marchianensi sumta sunt. 2) Sequitur narratio Andreae March.: *Salathdinus christianorum persecutor apud Damascum moritur — quis ex illis vincat, ignotum est nobis.* 3) i. e. a. 1193. 4) *dominus de Andrens* Charta. 5) Sequitur charta Eustachii data *a.* 1193. *apud Andrens in domo mea et uxoris mee Adelidis.* Dachery IX, p. 501 sq. 6) c. 61. 7) In pugna Bovinensi a. 1214. a Philippo II. Augusto captus, obiit in custodia a. 1227; cf. Albricum, SS. XXIII, p. 919.

tionibus et ebrietatibus die ac nocte vacabant, se[a] superflue et inordinate vestiebant; et non minus propter infamiam quam propter pecuniam male dissipatam, et tamen reddendam, abbas et sui dolebant. Hec quidem dissipatio et inanis erogatio per annum duravit, pro qua nunc abbas reos excommunicavit, nunc aperte increpavit, nunc occulte absolvit, malens pecuniam perditam refundere quam miserorum animas amittere. Subditorum autem excessus arguens, uberrime flebat et cura diu habita se crebro exonerare volebat; sed grex sibi subditus huic voluntati omnino resistebat, quia nec subditum nec vicinum sibi succedere querebat. Et tamen omnes suos et multos vicinos tunc temporis idoneos bene cognoscebat, et vix alicuius Karrofensis, utpote per annos fere triginta duos ab eis disiunctus, preter unam vicem, ut supra relatum est[1], notitiam habebat. Dicebat autem suis consiliariis, se scire pro certo, quod hac prima vice de suo collegio successorem non haberet, suo vero successori Flandrensis abbas succederet.

105. De languore et morte domini Petri abbatis.

1195. Sequenti anno post celebres dies dominici natalis dominus abbas cepit graviter lateris dolore et mingendi difficultate infirmari et usque ad medium Martium egritudine detineri. Omnibus igitur fratribus evocatis et coram se positis, voluntatem suam omnibus edixit et finaliter precepit, ut dominus Henricus, nuper prior factus, cum Riquardo[a*] vinitore versus Karrofum statim[b] iter arriperet et statum ecclesie cum personis diligenter investigaret; mox autem ut morti solvisset debitum, sequeretur prefatus Gusfridus, nuper prepositus, et quem ipsi tres concorditer eligerent, a nobis pater haberetur et patronus. Sententia ergo tanti patris edita et ab omnibus approbata, videns pius pater elemosinarium lectulo suo contiguum, quem propius accersiens, eum de incontinentia sui et suorum publice[c] redarguit et, ne de cetero in ambitu elemosine immunda commixtio fieret, districtius interdixit. In porticu ecclesie, ut conculcaretur ab hominibus[d], sepulturam humiliter elegit. In quo grex commissus ei minime paruit; sed abbas Sancti Bertini Iohannes, qui eius confessor fuerat, ante altare, ubi sepius decantabat, eum in presentia multorum honorifice tumulavit.

106. De ereptione domini Richardi regis Anglorum.

Cont. Aquic. 1194 Anno Domini 1194. Richardus rex Anglorum post annuam captivitatem — — occidit. Inter quos unum, qui dapifer Iohannis, fratris eius, fuerat, excoriavit.

107. De[e] morte Margarete Flandrensis comitisse.

ibid 1194 Margareta[f] Flandrensium et Hainoensium comitissa moritur — — Flandrensium invasit comitatum.

108. Epistola abbatis Willelmi ad fratres suos.

Guillelmus Dei gratia Andrensis monasterii servus dilectis filiis et fratribus sub eius regimine constitutis salutem quam[g] sibi. Opus prescriptum[h] usque ad presentem annum venerabilis Andreas Marcianensis ecclesie prior stilo luculento perduxit. Et nos eius vestigiis inherentes, ab anno fundationis monasterii nostri, qui fuit annus ab incarnatione Domini[i] 1084, gesta abbatum, acquisitiones eorum, elemosinas principum, largitiones et confirmationes pontificum verbis eius interserere minime puduit; immo pro merito vite eius, que ab eo scripta sunt, colore rubeo ad honorem auctoris in margine distinximus, que autem a nobis sunt apposita, ne stilus eius deturpari videatur, eodem colore etiam[k] nichilominus annotavimus[2]. Cetera que sequuntur ex chronicis Sancti Bertini et vicinarum ecclesiarum in unam summam collegimus, et quia[l] tanti viri nobis exemplaria desunt, usque ad nostri temporis fecem ea distinximus, vel que oculis vidimus aut manibus tractavimus, vel que ab aliis facta et audita, lecta vel inspecta fideli relatione cognovimus. Valete in Domino.

EA QUE SEQUUNTUR, EXPLETA VENERABILIS ANDREE MARCIANENSIS CHRONICA, AB ABBATE WILLELMO SUNT COMPILATA.

109. De electione domini Iterii abbatis.

1195. Anno Domini 1195. post venerabilis abbatis Petri sollempnes exequias, sicut ab eo adhuc vivente fuerat preordinatum, duos fratres nostros in Pictavia commorantes et propter guerras regum et principum in via multa adversa perpessos sequitur prefatus Gusfridus

a) sed 2. a*) Richardo 3. b) i. st. 2. c) r. p. 3. d) omnibus 3. e) *rubrum deest* 1. f) Philippi soror *add.* 3. g) q. s. *des.* 3. h) scriptum 3. i) nostri *inser.* 3. k) *ita e corr.* 2, sunt 1. 3. l) quae 3.

1) c. 56. 2) Cf. praefationem p. 686.

[1195.] huius loci prepositus, abbatis obitum nuntians, ad eligendum socios invitans ex parte conventus, quasdam personas eis nominans ab abbate Hamensi[1] Bernardo nominatas et ab eis statim indignanter refutatas Denique ab eis concorditer eligitur dominus Iterius Karrofensis ecclesie elemosinarius, vir litteratus, natione Petragoricensis[2], predicti abbatis Hamensis frater germanus et ad instar abbatis[a] eiusdem ultra modum pecuniosus. Tunc quasi licitum erat in Pictavia monachis peculium habere, proprietate carentes nullius nominis existere. Peracta electione, prior et prepositus ad propria revertuntur. Riquardus vinitor cum electo dimittitur ad hoc, ut idem electus de suis rebus disponat et, rebus dispositis, ad curam pastoralem accedat. Inprimis tamen electioni de se facte visus est reniti et per dominum regem Philippum contra factum nostrum contraria moliri, quoadusque[b] a fratre suo predicto ad hunc locum est ascitus et ab abbate Karrofensi Gaufrido per sententiam publicam venire coactus. In festivitate igitur pentecosten [Mai. 21.] a fratribus nostris ei occurrentibus Morinensi episcopo domino Lamberto apud Teruanniam presentatus, pro eo quod litteras dimissorias et emancipatorias ab ecclesia Karrofensi non attulit, et quod inde liber non exivit, ab eodem episcopo fuit refutatus, quoadusque per privatum colloquium eiusdem episcopi animus fuit mitigatus. Receptus igitur[c] est in processione sollempni monachorum et clericorum huc circumquaque adventantium feria quinta hebdomade pentecosten [Mai. 25.], multis et magnis expensis hic factis, multis a recenti pastore inutiliter erogatis et quibusdam potentibus datis, sed a patria sua ab eo minime huc allatis, immo ab erario domini Petri nondum exhausto copiose assumptis. Insurgunt interim, sicut moris est, contra eum nova iurgia, cause multiplices, lites[d] et placita. Supranominatus enim Reinaldus Boloniensis comes, aurum et argentum supra modum sitiens, et in odium Gisnensis comitis Balduini, patroni nostri, sibi iugiter contrarii[3], bona nostra in comitatu Boloniensi confiscari precipiens, nos persequi non desiit, donec, mitigato ipsius animo ex domini Petri erario, bona nostra quitari mandavit et chartam ab eo et uxore sua[4] confectam sub hac forma nobis indulsit[5]:

. . . .

110. De abbate Cluniacensi quandam compositionem confirmante.

Eodem tempore dominus Hugo abbas Cluniacensis, ipsius comitis[6] avunculus, in comitatu Boloniensi moram faciens, et tam a nobis quam a monachis de Wasto[7] quandam compositionem inter nos factam fuisse cognoscens super nemore de Hodenhoud et de Clerbusc et super prato Ulier, que partim inter nos et eos erant communia, que sub annuo censu trium polkinorum et dimidii frumenti et quatuor polkinorum et dimidii avene ab eis sunt recepta et a nobis confirmata: quod factum fuerat, approbavit et in hunc modum ad posterorum memoriam transmisit, ita scribens[8]:

. . . .

111. Anno Domini 1195. Henricus imperator ab Apulia victor — — archiepiscopus Sancti Iacobi occubuit. Sexto [Cont. Aquic. 1195] Idus Octobris ventus vehemens post noctem mediam — — in multis locis nimis dampnosus extitit. Philippus rex Francorum et Ricardus rex Anglorum post longam discordiam — — quam genuit ex filia Ludovici VIII. Francorum regis.

Anno Domini 1196. Philippus rex Francorum filiam cuiusdam comitis Alemannici — — post sex hebdomadas cepit et [ibid. 1196] destruxit. Philippus episcopus Belvacensis capitur a militibus Richardi regis Anglorum et apud Rothomagum gravi [ibid. 1197] custodie mancipatur. Henricus iunior dux Saxonie et Henricus dux Brabantie cum aliis quibusdam nobilibus et principibus terre Iherosolimam proficiscuntur.

112. De decima de Bocsin[e].

Eodem anno dominus Iterius abbas in parrochia de Bocsin quandam decimam parvam [1196.] acquisivit de manu Roberti cognomento Vilain, assensu Henrici, filii Balduini de Menti, de cuius feodo ipsa decima erat, concedente domino Widone de Elembom tamquam superiore. Et ista decima fuit acquisita de erario domini Petri abbatis. Hanc acquisitionem dominus Lambertus Morinensis episcopus, partibus coram se presentibus, approbavit et huic loco in perpetuum per chartam suam confirmavit sub hac forma[9]:

. . . .

a) e. a. 3. b) quoadque 1. c) e. i. 2. d) lates 2. e) *rubrum deest* 1 *(spatio vacuo relicto)*. 3.

1) Ham, dioec. Teruanensis, arrond. Béthune. 2) Périgord, départ. Dordogne. 3) Cf. Lambert. Ardens. c. 82 sqq., supra p. 599, et c. 151, p. 639. 4) Ida. 5) Sequitur charta *a.* 1194. *apud Ardrelo* data, qua concedit ecclesiae de Andrens nemus de Hodenehout et confirmat quaecunque ex largitione antecessorum in elemosinam data sunt. Dachery IX, p. 508; ed. alt. II, p. 825. 6) Boloniensis. 7) Le Waast, arrond. Boulogne. 8) Sequitur confirmatio Hugonis de conventione inter Simonem priorem de Wasto et Iterium facta. Dachery IX, p. 509. 9) *Actum a. v. i.* 1196. *apud Taruannam in domo nostra mense Martio.* Dachery IX, p. 511. Fortasse secundum morem Gallicum haec et sequentia in a. 1197. ponenda sunt.

1196. 113. Willelmus[a] abbas: Circa illud tempus maxima controversia exorta est inter dominum Iterium abbatem et conventum suum ex una parte, et inter nobilem virum, probitate militie toto orbe famosum, dominum Arnulphum de Kaeu[a*, 1] et dominam Adelidem de Bavelinghem, uxorem eius, ex altera. Pars enim nostra coram ordinario partem alteram in causam trahens, asserebat, dominum Hugonem, patrem ipsius domine, antequam filiam suam[b] nuptiis traderet, de manu domini Petri abbatis habitum monasticum sponte suscepisse et quicquid habebat apud Diependale preter nemus assensu domini Balduini comitis Gisnensis huic loco dedisse, et ipsa possessione fratres nostros per annos[c] aliquot gavisos fuisse et nunc tandem per ipsum nobilem virum et uxorem eius spoliatos esse. Super quo cum restitutionem peterent, et pars adversa rem sic se habere negaret et etiam curiam Morinensem sibi propitiam haberet, et prefatus comes Gisnensis in nostro nobis iure deesset, pars nostra ad curiam Romanam appellavit, pars etiam adversa multiplici consilio cleri et populi roborata in vocem appellationis prorupit. Post multas ergo altercationes coram diversis iudicibus habitas et tandem per venerabiles viros H.[2] de Longovillari[3] et F.[4] Sancti Vulmari de Bolonia abbates sopitas et terminatas pax inter nos est reformata et ab eodem domino Arnulpho per chartam suam[5] confirmata in hunc modum:

. . . .

1197. 114. Willelmus[a] abbas: Processu vero temporis venerabili domino Lamberto episcopo hanc ecclesiam visitante, et[d] parte adversa forsitan presente, compositio inter nos et partem adversam facta fuit coram domino recitata[e] episcopo et ab eo per chartam confirmata sub hac forma[6]:

. . . .

115. Relatio[e*] Willelmi abbatis: Prefatus igitur abbas Iterius circa personam suam satis existens honestus, circa subditorum excessus corrigendos tepidus cepit existere et nimis remissus Unde cum a senioribus sepius argueretur, emendationem quidem promittebat, sed neque delinquentes more debito corripiebat, neque eorum excessus pastorali rigore puniebat. Unde eidem eius patientia male utentes, ipsum contempnebant, et verbis contumeliosis eum aggredientes, ea[f] que non decebant ei frequenter obiciebant. Quibus ille respondere consuevit, falsa quidem pietate superatus et minus religiose motus: 'Ego quidem vobis[g] diu et multum peperci, et unde gratiam habere debui, contumeliam reportavi. Iam igitur de cetero vos non arguam, sed voluntatibus propriis et carnis voluptatibus vos exponam, quatinus ita[h] infames vosmet ipsos efficiatis, ut nec me nec alium pastorem vestrum amodo[i] redarguere valeatis'. Quod ergo ore dixit, opere complevit, et sic locus iste multiplici infamia per totum fere tempus ipsius pastoris laboravit. Unde episcopus cum clero suo huic loco detrahebant, comes et eius populus locum et gentem despectui habebant, et sic utrique exactione multiplici locum quondam honoratum enormiter affligebant.

116. De eodem abbate Iterio.

Eodem anno dominus abbas Iterius a subditis suis est admonitus et post multas admonitiones ad hoc inductus, ut domum ad opus infirmorum construeret[k] ab orientali parte dormitorii et claustrum interponeret. Videbant enim, magnam pecuniam ex provisione domini Petri abbatis huic loco dimissam magna ex parte nunc utiliter nunc inutiliter defluxisse, et summo affectu hoc opus desiderabant perfici ex illo residuo, quod adhuc sciebant superesse. Acquiescente abbate, circumquaque invitati sunt artifices et cimentarii, cesores lapidum et alii operarii. Ut autem aptior inveniretur construende fabrice locus et a dormitorio aliquantulum remotus, domus columbarum lapidea et quadrata solo tenus deicitur. Domus infirmorum lignea funditus evertitur, diversi generis arbores radicitus evelluntur, et in profundis terre visceribus fundamenta constituuntur. Ceptum opus brevi tempore elapso surgit in altum, et famis angustia totam affligens patriam urget et accelerat opus sumptuosum. Nam multos hic operari vidimus non nummis conductos, sed solo pane et tenui cervisia contentos et pro adiectione alicuius pulmenti satis exhilaratos. Denique

a) W. a. *des.* 3. a*) Kaieu 3. b) suas 2. c) al. an. 3. d) ex 3. e) e. r. 2. e*) R. W. a. *des.* 3. f) et 3. g) *deest* 2. h) inf. ita 3. i) v r. v. a. 3. k) exstr. 2.

1) Cayeux (?), départ. Somme, arrond. Abbeville. 2) Hugonem. 3) Longvilliers, arrond. Montreuil. 4) Framericum. 5) datam a. 1196. Dachery IX, p. 512; ed. alt. II, p. 826. 6) *Actum a. D.* 1197, *mense Aprili.* Dachery IX, p. 513.

de Tornacensi civitate ad claustri constructionem magna strues marmorum per flumina et per terras huc advehitur, a nemore Sancti Vulmari de Nemore[1] maior strues lignorum in curribus et quadrigis adducitur, plumbi et stagni copia magno pretio comparatur, et sic infra biennium totum opus mirifice consummatur.

117. Willelmus[a] abbas: Circa illud tempus dominus Bernardus abbas Hamensis, cuius supra mentionem fecimus[2], versus Karrofum iter arripuit, sperans ibidem presidere, pro eo quod eadem ecclesia sub magno honere[b] debitorum occasione guerrarum circumquaque existentium diu languit et egrotavit, et abbas tunc temporis ibi presidens, consentiente conventu suo, si debita solverentur ab eo, se ei cessurum promisit. In spatio ergo huius[c] itineris de equo a fratre suo abbate Iterio ei ad hoc proviso, parem non habente in toto huius terre confinio, quinquies horribiliter in terram ruit, et sexta vice extra Karrofum occulto Dei iudicio ita horribiliter cecidit, quod in equum denuo non ascendit, sed servientium et vicinorum manibus eum in monasterium portari oportuit, et ibidem vix triduo supervixit. Cuius morte frater eius dominus Iterius abbas comperta, eandem viam impiger aggressus est, et cum quibusdam bonis ab eo qualicumque modo possessis prioratum etiam de Voerta, quem frater tam abbas quam monachus diu tenuerat, non sine pretio, sicut credimus, adeptus est. A patria ergo sua ad nos tandem repatrians et tam prioratum adeptum quam alia bona amicis suis, quos fideles credebat, commendans, per urbem Turonensem transitum fecit, ubi textum argenteum et deauratum et duas magni ponderis pelves argenteas emit et ad hunc locum pro exenio afferri precepit, et cum eisdem donariis psalterium glossatum, epistolas Pauli glossatas, sententias magistri Petri, Gratianum cum quibusdam aliis libris in adventu suo super altare dominicum obtulit; quos, cum[d] scolaris existeret, conscribi fecit aut dato pretio comparavit.

118. Paucis denique diebus evolutis, fratres nostri videntes, in vicinis ecclesiis novos stallos[3] fieri, et ecclesiam suam satis elegantem et recentem ex stallis antique ecclesie non venustari, sed potius dehonestari, domino abbati ceperunt suggerere, ut exemplo vicinorum novos[c] stallos construi faceret et exinde ecclesiam adornaret. Credebant enim, quod domini Petri abbatis erarium nondum exhaustum esset, et ideo lucrifieri sperabant, quicquid a successore eius extorqueri posset. Eo autem tempore immanis et famosa silva de Nepa[4] venalis erat, quam Balduinus[5] comes Flandrie propter necessitatem imminentis vie Ierosolimitane vendi faciebat, et quotquot ardua et sumptuosa edificia edificare cupiebant, ad eandem silvam recursum habebant. Invitatus est igitur ad constructionem huius operis Wigerus senex et grandevus et in multis monasteriis familiaris et notus, qui annosas quercus prosterni, secari et usque ad nos deduci fecit, filii quoque sui Roberti fretus auxilio, infra spatium anni opus inceptum consummavit et in loco debito stabilivit.

119. Relatio[e] Willelmi abbatis de quodam eventu mirabili, quod accidit in hoc loco.

Ante hoc tempus, domino Iterio adhuc recente, res mira in hoc loco contigit, quam silentio preterire nolumus, quamvis in suo termino a memoria nostra exciderit. Erat hic quidam venerabilis monachus, mente, actu et habitu vere religiosus, satis et competenter litteratus, Manasses nomine, de castro Gisnensi oriundus et exemplo venerabilis Guidonis prioris, cuius supra meminimus[6], ad apicem religionis accersitus et sub regimine domini Petri abbatis sex ferme annis enutritus et eius tempore ad ordinem sacerdotii promotus. Hic circa tertium domini Iterii promotionis annum morbo calculi, flagellante Deo, qui eum tamquam filium diligebat, ita cepit egrotare, ut non nisi cum magna difficultate urinam posset traicere. c. 1197. De consilio amicorum et familiarium suorum consuluntur ab eo medici. Edocetur ab omnibus, quod non, nisi secaretur in inguine, posset aliquatenus salutem adipisci. Denique ab abbate Iterio, ut eum secari permitteret, licentia petitur; petita licentia denegatur. A sustinente passionem die ac nocte in petitionem perseveratur; pater tandem

a) W. a. *des.* 3. b) onere 2; honore 1. 3. c) *deest* 3. d) dum 2. e) *rubrum deest* 3.

1) Samer-au-Bois, a Bolonia inter orientem et meridiem. 2) c. 109. 3) i. e. sedilia in choro ecclesiae posita. DACHERY. 4) Nieppes, départ. Nord, arrond. Hazebrouck. 5) Balduinus IX, qui a. 1202. in Terram Sanctam profectus est. 6) c. 103.

languentis filii precibus flectitur, et proprie voluntati filius relinquitur; medicoque accersito ad hoc opus, ut sperabatur, idoneo, secandi dies ab eis constituitur. Adveniente die statuto, frater egrotus armis secandus armis spiritualibus summo mane munitur, et[a] hymnis et confessionibus, in[b] psalmis et orationibus, in cordis contritione et lacrimarum flumine ad misse celebrationem supplex ingreditur. Qua expleta, egressus ecclesiam et domum infirmorum vetustam ingressus, dum ad secreta nature tendere proponit, antequam carnifici se exponat, videt in quodam diversorio inter ipsam infirmariam et eius latrinam, ubi monachorum morientium dependere solebat cilicium, ipsum cilicium solo tenus expansum et monachum exanimem superpositum, cum tamen pro certo sciret, nullum fratrem in monasterio defunctum, sed nec preter se tunc temporis infirmum. Hesitat pro signi novitate vir insignis et cum magno stupore quod viderat quibusdam exponit. Dissuadetur ei a fratribus quos super hac visione consuluit, ne se ulterius ferro exponat, ne, quasi mortem accelerans, vitam presentem quasi sui homicida amittat, sed potius flagellum Dei, quod diu pertulit, patienter sustineat. Ipse vero diuturna flagella pertesus et de Christi misericordia confisus, a lictoribus sponte ligatur, secatur, et de eius[c] intestinis lapis ad instar ovi anserini nobis, qui presentes eramus, extractus ostenditur; sperantibus cunctis, quod ipse superviveret, etiam[d] nobiscum familiariter loquendo, convescendo, iocando in bona spe per dies aliquot moram faceret. Tandem negligenter a medicis salarium suum consecutis deseritur, et paucis diebus postea evolutis, in pura confessione, vera memoria et sancta unctione ab hac vita subtrahitur. Hec scripsi de eo huius operis compositor, pro eo quod ipsius notitiam ad plenum habui, grammaticam ab eo in seculo positus audivi, ad religionem ipsius exemplo et domini Petri abbatis documento perveni et sub utroque per biennium militavi.

Cont. Aquic. 1197 120. Anno Domini 1197. inter Philippum regem Francorum et Balduinum comitem Flandrie pax turbatur instinctu Richardi regis[e] Anglorum. In mense Iulio Balduinus comes, contracto undecumque copioso exercitu, contra regem Francorum per pagum Tornacensem et Cameracensem vadit et omnia eiusdem pagi castella cepit, sicque ad civitatem Atrebatensem tendens, eam a parte orientali obsedit; secundo obsidionis[f] die[g] subito inde recessit. Philippus rex Francorum hoc[h] audiens et indigne ferens, satis festinanter, in medio scilicet Augusto[1], cum innumerabili exercitu Flandriam intravit et usque ad Montem-Cati inter Ypram et Belliolum[2] oppida situm, ut Ypram obsideret, est progressus. Ibi cum regi nunciaretur, quod exercitus suus circumquaque ab indigenis cederetur et via[i] multis, qui in auxilium suum veniebant, et maxime hiis, qui victualia afferebant, interclusa esset: intercurrentibus suis et comitis nunciis, res eousque deducta est, quod sub spe pacis et concordie omnes ad propria pacifice remearent. Verum nunciis et muneribus regis Anglie comitem Flandrie et barones contra regem Francie
ibid 1197. frequenter incitantibus, pax predicta parum duravit. Inter duos reges inducie per annum iurantur. Henricus imperator in Apulia moritur. Hic statura — — christianis dolorem et magnam Sarracenis prebuit letitiam.

121. De obsidione castri Sancti Audomari.

1198. Predictus comes Flandrie, collecto exercitu, primo Arie[k,3] oppidum, quia immunitum[l]
Sept. 6. erat, sibi subiugans, deinde castrum Sancti Audomari obsedit octavo Idus Septembris. Burgenses[m] vero Sancti Audomari cum iam per duas hebdomadas et amplius munitionem suam viriliter defendissent, quia cernebant comitis[n] vires cotidie crescere, de domini regis auxilio quasi iam desperati, fedus cum comite conditionaliter inierunt, quod, nisi scilicet infra terminum inter eos condictum rex eis succurreret, villam comiti redderent. Missisque ad regem nunciis et litteris, cum burgenses hec ei nunciassent, quia regis Anglie infestatione nimis gravabatur[o], respondit, quod ad presens eis succurrere non posset et hoc quod factum fuerat, donec corrigere posset, sustineret. Reversis itaque qui ad regem missi fuerant, redditum est comiti secundum conventionem predictam castrum Sancti Audomari
Oct. 4. quarto Nonas Octobris. Rex interea Anglie Richardus cotidianos adversus[p] regem Francie insultus faciens, quadam die congressu bellico multos nobiles milites cepit ipsumque regem, qui bello intererat, potenter usque portas[q] castelli Gisors[4] insequens, infra munitionem fugere coegit. Cum itaque ipsum regem Richardum Anglie fere totus vel timeret vel predi-

a) et in 3. b) et in 3. c) i. e. 3. d) *fortasse* cum *supplendum*. e) A. r. 3. f) obsessionis 3. g) *deest* 2. h) hec 3. i) et in via 2. k) Aree 2; Arcae 3. l) imminutum 2. m) Burgensis 1. 2. n) comites 1. 2. o) gravabantur 3. p) erga 3. q) u. ad p. 2.

1) *in vigilia assumptionis b. Marie* (14. Aug.) Cont. Aquic., SS. VI, p. 434. 2) Bailleul. 3) Aire. 4) Gisors, départ. Eure, arrond. les Andelys.

caret orbis, subito de hac vita raptus est. Nam in obsidione cuiusdam castelli[1] in territorio 1199.
Leviomensi[a] telo balistarii graviter vulneratus, in brevi postmodum est defunctus; prius Apr. 6.
tamen per Dei gratiam tamquam fidelis christianus peccatum[b] confessus est, ecclesiasticis munitus sacramentis. Huic successit in regnum Iohannes, frater suus.

122. Anno Domini 1198. Celestinus papa 6. Kal. Ianuarii senex et plenus dierum — — mulierum publicarum con- Cont. Aquic. 1198
vertit multitudinem[c]. Innumerabilis etiam populi multitudo — — tutorem pueri constitutum, elegerunt

123. De[d] electione[e] Othonis imperatoris.

Saxones autem et Lotharingi Othonem comitem Pictavensem, filium Henrici ducis Saxonum, in Aquensi palatio — — ibid. 1198
Philippus ab oriente in occidentem, Otho ab occidente in orientem. Comes Flandrie Balduinus et Hannoniensis castrum Sancti Audomari 5 hebdomadarum[e*] obsidione clausit et, rege Francorum Philippo nullum ferente presidium, cepit et obtinuit. Arienses enim[f] se iam sponte reddiderant in manus ipsius. Iterum Richardus rex Anglorum in pago Wilcassino, multitudine stipatus militum — — incendio et rapinis totam vastavit.

124. Willelmus[g] abbas: Anno Domini 1199. diebus nativitatis dominice transactis — si acquiescere nol- ibid. 1199
let, tam rex quam omnis terra ei subiecta anathematis vinculo subiaceret. Magister Petrus de Corboilo consecratus est Cameracensis episcopus. Petrus cardinalis per menses decem in Francia commanens, negotium de divortio regine sibi iniunctum tepide exequitur. Balduinus comes terram regis Francorum in pago Adarcensi — — apud Divionem Burgundie castrum cum personis ecclesiasticis tenuit concilium.

125. De decima de Landertun.

Eodem tempore Henricus quidam cognomine[h] Malerbe decimam de Landertun, quam nobilis vir Ingelramnus de Fielnes domino abbati Petro dudum vendiderat et confirmaverat, et quam[i] a domina Ida Boloniensi comitissa et a domino Morinensi episcopo Desiderio confirmari fecerat[2], permittente domino Willelmo, ipsius Ingelramni filio, ipsam decimam cepit calumpniari et in usus proprios eam redigendo contra locum istum nequitiam machinari. Cuius malitie dominus Iterius abbas occurrens, et de predicti domini Willelmi fidelitate omnino diffidens, cum eodem[k] adversario pacem fecit; quam pacem dominus Lambertus 1200. Sept.
Morinorum episcopus partibus presentibus sub hac forma confirmavit[3]:

. . . .

126. Willelmus[g] abbas: Ipso[l] denique anno nobilis vir Hubertus de Bavelinghem querelam aliquando motam contra presentem ecclesiam super comitatu montis de Campania, ubi manent quidam hospites nostri, ad cor rediens sponte deposuit, et coram domino Balduino Gisnensi comite nostrum nobis ius recognoscens, in hunc modum chartam suam nobis 1200.
indulsit et eidem charte prefati domini comitis sigillum appendi impetravit[4]:

. . . .

127. De dono domini Radulphi.

Biennio ante hoc tempus evoluto, nobilis vir Radulphus de Fielnes, huius ville dominus 1198
et nobilis matrone Adelidis maritus, bona huius ecclesie cupiens augmentari, dedit nobis et ad suum anniversarium assignavit totam decimam silve communis apud Lo iuxta Hautinghem[m] inter montem de Fielnes et antiquam quarrariam[n, 5], et suam elemosinam de assensu domini sui[6] Willelmi de Fielnes factam et ab illis qui sui videbantur heredes approbatam in hunc modum confirmavit et per chartam suam roboravit[7]:

. . . .

128. De recompensatione eidem facta.

In huius autem elemosine recompensationem dominus abbas Iterius assensu capituli sui, sicut in prefata charta exprimitur, nemus de Odenhout[o] cum omnibus pertinentiis suis eidem domino Radulpho contulerat et eius heredibus, si quos de uxore sua generaret; sin autem, ipsa possessio ad nos libere rediret. Et hec conventio per chirographum divisum fuit roborata, et pars una sigillo abbatis et capituli, pars vero altera sigillo domini Willelmi de Fielnes et ipsius Radulphi fuit confirmata. Deo autem disponente prefata domini Radulphi uxore processu temporis sine herede carnali decedente, et ipso Radulpho adhuc posses-

a) *ita* 1. 2. 3 *pro:* Lemovicensi. b) peccata 2. c) *rubrum:* De electione Othonis imp. *hic inserit* 2. d) *rubrum in marg.* 1. e) electionis 2. e*) post 6 ebdomadas *Cont.* f) *deest* 2. g) W. a. *des.* 3. h) cognomento 3. i) quia 1. k) eo 3. l) Ipse 2. m) Hanth. 1. 2. n) guarriam 1; guarrariam 3. o) Hodenhoud 3.

1) Chalus, départ. Haute-Vienne, arrond. S. Yrieix. 2) c. 97 sqq. 3) *Actum a. i.* 1200, *mense Septembri.* Charta Lamberti ap. Dachery IX, p. 523; ed. alt II, p. 829. 4) *a. i. d.* 1200. *inter Ardeam et Campaniam.* Dachery IX, p. 523. 5) 'carrière, steinbruch'. 6) i. e. nepotis. 7) a. 1198. Dachery IX, p. 524 sq.

sionem nostram pacifice tenente, idem Radulphus de quorundam fidelium consilio successori[1] domini Iterii abbatis ipsam possessionem in domo sua de Flamersele sponte resignavit et predictam decimam nichilominus quitavit, timens, ne, si possessionem usque ad mortem teneret, heres eius aliquo iure eam vendicare posset.

129. De castellano Sancti Audomari.

1200. Eodem quoque tempore nobilis vir Willelmus, castellanus Sancti Audomari et supra nominati castellani Willelmi[2] filius, per totum territorium Sancti Audomari quasi solus dominans et ideo tyrannidem suam vicinis et remotis in sua iurisdictione possessiones habentibus ostentans, locum istum cepit multipliciter inquietare, volens a nobis more usitato aliquid extorquere. Nam antequam regis dominium castellaniam Sancti Audomari occuparet, non erat qui eidem castellano in aliquo resistere auderet. Dominus autem abbas Iterius insatiabilem eius esuriem magno numero bladi et argenti compescuit et ea que in castellania
Mai. sua habebamus, pro eo maxime quod de feodo eius esse dicebantur, per chartam suam sub tali forma confirmari impetravit[3]:

. . . .

Cont. Aquic. 1200. 130. Anno Domini 1200. Philippus rex Francorum et Balduinus comes Flandrie — — terram regis Francorum ab interdicto absolvit[a].

1201. Anno Domini 1201. post mortem comitis Flandrie Philippi[4] in territorio Furnensi[5] inter Blavotinos et Ingrikinos guerra per aliquot annos durat: homicidia, incendia, rapine, furta[b]; nec est qui iustitie manum apponat. 6. Kal. Decembris quidam miles Herbertus nomine de Vulfrinhem[c], qui precipuus inter Blavotinos habebatur, castrum comitis in ipsa villa de Furnis, collecta parva manu suorum, incendit. Ob cuius facti audaciam tam ipse quam sue factionis coadiutores per bannum comitis Balduini et regine Portugalensis[6] per aliquot[d]
ibid. 1201. tempus eiecti sunt de terra, et bona eorum confiscata. Cum[7] mediante mense Martio apud urbem Suessionensem in presentia Octoviani[e] et Iohannis cardinalium rex Francorum vallatus multitudine advocatorum causam suam pro divortio coniugis sue ad libitum suum peroraret, reginaque, proh dolor! sola nullum preter Deum haberet advocatum, quidam clericus e medio surgens, licentia regis et cardinalium causam regine ita dilucide proposuit, ut tam regi quam cardinalibus et omnibus qui aderant fieret admirationi[f]. Balduinus comes Flandrie et
1202. Hainonie Iherosolimam tendens, cum[g] Venetiis hyemavit,

Anno Domini 1202, qui prius inimicam Venetiis Gazarum[8] civitatem subactam eis tradidit, et sic ad illam nobilem, munitissimam ope simul et opibus et fere inexpugnabilem civitatem Constantinopolim expugnandam de Dei confisus adiutorio cum paucis accessit.
cf Cont Berg In qua expugnata secundo in imperatorem eligitur et coronatur. Obiit[9] pie memorie Willelmus Remensis archiepiscopus.

131. Willelmus abbas[h]: Eodem anno dominus abbas Iterius videns curtem nostram de Mas nimis in arto positam et per malitiam nobilium, qui terras habebant terris nostris contiguas, undique coangustatam, de consilio domini Gusfridi prepositi nostri, cui ipsam curtem commendaverat, quandam terram nostre terre contiguam a domino Hugone de Savinghem, acceptis ex erario domini Petri abbatis decem libris, impignoravit. Et idem Hugo ad dominum Balduinum comitem Gisnensem accedens et fructus eiusdem vadii nomine elemosine recognoscens, pro eo quod ipsa terra ad feodum eius spectabat, ipsum comitem erga nos fideiussorem constituit et per chartam eius in hunc modum prefatum vadium confirmari fecit[10]:

. . . .

a) *sequentia usque ad verba:* et ex comitis Boloniensis Reinaldi (c. 134), *uno folio exciso, des.* 2. b) fiunt 3. c) Vulfringhem 3. d) aliquod 3. e) Octav. 3. f) admiratio 3. g) *deest* 3. h) W. a. *des.* 3.

1) Willelmo. 2) c. 91. 3) Sequitur confirmatio bonorum monasterii: *Hec omnia diversis temporibus facta a. d. i.* 1200. (m. Maio) *coram nobis et francis scabinis recognita sunt et reconfirmata. Et ego horum omnium ad augmentum ecclesie advocatus ero et ei me stabilem et indefessum amicum semper exhibebo.* Dachery IX, p. 527 sq.; ed. alt. II, p. 830. 4) Obierat iam d. 1. Iun. a. 1191. 5) Furnes. 6) Mathildae, viduae Philippi comitis Flandrensis. Ad rem cf. Lamb. Ardens. c. 153, supra p. 641. De obsidione villae Bergensis per Blavotingos vid. Cont. Berg., SS. VI, p. 438. 7) Haec ex Cont. Aquic. sumta sunt, sed multo brevius reddita. 8) Zara. 9) *Obiit — archiepiscopus* legitur etiam in Cont. Berg. Cf. praefationem p. 686. 10) Sequitur confirmatio Balduini a. 1202. data. Dachery IX, p. 530 sq.

132. De Flandrensi comitissa.

Anno[1] Domini 1203. Maria, uxor predicti Balduini comitis, neptis Philippi illustris regis Francie, virum suum insecuta, multa et gravia perpessa maris pericula, tandem Accaron applicuit, ibique longa egritudine macerata spiritum exhalavit. cf. Cont. Berg.

133. Willelmus[a] abbas: Circa idem tempus perspiciens dominus abbas Iterius, pravum usum in hac parrochia inolevisse, dominum scilicet comitem Gisnensem ratione advocationis antique a singulis hospitibus nostris singulas gallinas accipere in die diem cinerum precedente, ut se et familiam suam exinde pasceret et tam falconariis quam avibus rapacibus eis commissis satisfaceret, ad eundem comitem, iunctis secum quibusdam sociis, personaliter et humiliter accessit: consuetudinem istam onerosam asseruit, et pro eo quod servitutem potius quam libertatem saperet, eam liberaliter remitti petiit et impetravit. Comes enim discretus videns et perpendens, non sibi et suis tantum emolumentum crescere, quantum ecclesie et hominibus eius considerabat preiudicium et opprobrium imminere, accersito filio suo domino Arnulfo Ardee domino[b] et Broburgensi castellano, chartam nobis perpetue libertatis contulit[2] et eidem charte sigillum filii sui primogeniti appendi fecit in hunc modum: 1203.

. . . .

134. Willelmus[a] abbas: Eodem anno nobilis vir Willelmus dominus de Fielnes ecclesiam istam multipliciter cepit inquietare et nostras possessiones sub sua iurisdictione consistentes undique perturbare, volens ab elemosinario nostro cappam pluvialem et sumptuosam annis singulis extorquere. Siquidem[c] a tempore domini Warini, elemosine nostre fundatoris et eiusdem Willelmi predecessoris, in nostro hospitali de filo grosso cappa solebat singulis annis texi et domino de Fielnes transmitti, quali[d] elemosinarius et ceteri monachi solebant uti. Sed quia[e] pater eiusdem Willelmi, nobilis ille[f] Ingelramnus, ad partes Iherosolimitanas proficiscens, pro bono pacis, sicut credimus, consensu fratrum nostrorum ad 16 solidos Boloniensium appretiari fecit: idem filius eius, exemplo patris male utens et tantum pretium ad cappam comparandam minime sufficere dicens, cappam quinquaginta vel sexaginta solidorum ab elemosinario nostro extorquere voluit et proinde bona nostra circumquaque saisivit. Dominus vero abbas Iterius ex ordinarii[g.3] stabilitate seu vigore, qui multum favebat nobilibus, non multum confidens, et ex comitis Boloniensis Reinaldi iustitia, cuius idem Willelmus sororem[4] duxerat, omnino diffidens, datis ei de substantia pauperum viginti libris Parisiensium, pacem, quam gratis habere non potuit, pretio comparavit et eandem cappam ad quinque solidos sterlingorum annuatim appretiatam per chartam suam confirmari fecit sub hac forma[5]: 1204. Ian. 1.

. . . .

135. Willelmus[a] abbas: Preterea pro eo quod idem dominus durus nobis et onerosus possessiones nostras plerumque perturbaverat et ipsarum se patronum et tutorem sepius esse dixerat, ut patronatu omnino privaretur et nostra libertas plenius exprimeretur, aliam nobis chartam indulsit, de cappa quidem mentionem facientem, omnia bona nostra de suis predecessoribus provenientia continentem, in hunc modum[6]:

. . . .

136. Relatio[h] domini[i] Willelmi abbatis de acquisitione Walteri clerici.

Domini quoque Iterii abbatis tempore quidam religiosus clericus Walterus nomine, de hac villa oriundus, de terra Iherosolimitana regressus et ad prebendam, que datur pro fratribus nostris defunctis, in habitu clericali ad subsidium custodis admissus, de hiis que secum attulerat et que in loco isto licite et honeste congregaverat in parrochia de Boxin portionem cuiusdam decime acquisivit a quodam Roberto cognomento Vilain et acquisitam huic loco in perpetuum delegavit. Abbas vero Iterius eandem decimam a prefato Waltero acquisitam et quitatam a domino superiori nobili viro Widone de Elembomb[k], de cuius erat feodo, confirmari per chartam suam fecit sub hac forma[7]: 1204.

. . . .

a) W. a. *des.* 3. b) *deest* 1. c) Sic quidem 1. d) quasi 1; qua 3; *correxi.* e) *deest* 3. f) vir 3 g) st. o. 3. h) *rubrum deest* 3. i) *deest* 2. k) Elembom 3.

1) *Anno — exhalavit* Cont. Berg. l. l. 2) *extra Ardeam a. v. i.* 1203. Dachery IX, p. 532; ed. alt. II, p. 832. 3) Lamberti II. 4) Agnetem. 5) Sequitur charta Willelmi data *a. v. i.* 1203. *apud Fielnes Kal. Ianuarii.* Dachery IX, p. 533. 6) *a. v. i.* 1203. *apud Fielnes.* Dachery IX, p. 534 sq. 7) *a. v. i.* 1204. Dachery IX, p. 535 sq.

cf. Cont. Berg. 137. Anno Domini 1204. Iohannes[1] rex Anglie, Normannia et Aquitania cum universis appendiciis relictis, tamquam ad asilum confugiens, mari velociter transito, in Angliam se[a] recepit.

138. De captione Balduini imperatoris, Flandrie comitis.

cf. Cont. Berg. Anno Domini 1205. Balduinus[2] imperator Constantinopolitanus a Iohanne cognomento Blake in conflictu inter se commisso captus fuit, nulli postea de suis comparens.

139. Willelmus[a*] abbas: Eodem anno dominus Balduinus comes Gisnensis iam senio gravatus et in captione domini regis Francorum Philippi, quam pro liberatione terre sue cum duobus filiis, Egidio scilicet et Sigero militibus, sponte subierat, aliquantulum debilitatus, per totam fere hiemem cepit languescere, et cum lectulo decubare minime consuevisset, nunc hanc, nunc aliam de domibus suis spe recreationis cepit invisere. Invalescente
1206. Ian. 2. tandem morbo, in octavis beati Stephani prothomartyris in domo sua apud Gisnes[b], dispositis rebus suis, sacramentis ecclesiasticis devote potitus, de Domini misericordia confisus, obiit. Prius tamen, sicut[c] vivens in quodam scripto statuerat, in Andrensi cenobio cum patribus suis sepulturam elegit. Vix princeps nobilis ultimum spiritum efflaverat, vix calor vitalis eum deseruerat, cum ecce famosa illa Beatrix Broburgensis castellana et ex parte mariti[3] Ardee domina, ultra modum siciens[d] et festinans fieri comitissa, abbati et conventui cum festinatione mandat, quatinus dominum et patronum suum celeriter adeant, ad monasterium suum eum deferant, sollempnes pro eo vigilias et exequias faciant et omnes, qui ad funus de parentela eius accesserint, honorifice suscipiant et plenarie exhibeant. Mandato domine, iam plus domino suo formidate, conventus obsequitur. Extra castrum de Gisnes a clero et populo conventui dealbato pater patrie attribuitur in loco, ubi processu temporis duplex crux lapidea a prefata domina pro eodem comite et pro successore suo, ipsius domine marito, statuitur. Cum fletu et eiulatu cantuque lacrimabili in Andrensi cenobio introfertur: omnis patet aditus, nulli hospitium denegatur. Ab hora vespertina usque ad mediam noctem sub omni tecto a militibus et matronis, a burgensibus et aliis personis cenatur et usque ad horam sepulture conviviis et potationibus vacatur. Denique retulerunt nobis quidam totius successionis sue notitiam habentes, quod sepulture sue interfuerunt triginta et tres filii et filie[4], quos de comitissa Christiana genuerat et quos post[e] mortem eiusdem comitisse alibi acquisierat. Abbatibus igitur et prioribus, monachis et canonicis, sacerdotibus et clericis cum varia militum et nobilium multitudine circumstantibus, corpus
Ian. 3. egregii principis ante maius altare in octavis beati Iohannis euangeliste sepulture traditur, et interim innumera pauperum multitudo panibus et carnibus de singulis mansionibus eius huc adductis copiose reficitur. Peracta sepultura, dominus Arnulfus, filius eius, quibusdam nobilibus terre sue comitatus, abbatem et conventum seorsum[f] educit et in presentia omnium in hec verba prorupit[g]: 'Grates', inquit, 'refero vestre devotioni, fratres et domini, super eo quod patrem meum et vivum et mortuum in tantum honorastis, quod in eius exequiis tot et tanta expendistis, quod eum sepulture tam decenter et officiose tradidistis. Et quia dignum esse reor, ut vestram devotionem aliqua remuneratio sequatur, et maxime redditus, unde patris mei dies anniversarius apud vos et successores vestros in perpetuum memorialis habeatur: in vestra optione constituo, ut aut de meo proprio centum solidos in annuo[h] redditu perhenniter habeatis aut ab omnibus redditibus, quos de curte vestra[i] de Bredenarde annuatim michi debetis, immunes in perpetuum et quieti remaneatis'[k]. Quo audito, abbas et conventus principi suo recenti super oblata liberalitate grates referunt et, ut super optione proposita inter se deliberent, se seorsum divertunt. Breve colloquium inter eos habetur, libertas potius quam aliquis redditus ab eis eligitur. Decretum commune principi et eius consiliariis propalatur, et ab omnibus communiter petitio facta approbatur. Debebat tunc temporis curtis[l] predicta comitibus de Gisnes annuatim 24 paria reddituum et consuetudinum, que si[m] termino statuto in domo Danderwic minime solverentur, vicecomes eius et scabini de singulis retentis statutum exigebant forisfactum. Que elemosina licet

a) i. A. venit *Cont. Berg.* a*) W. a. *des.* 3. b) Gines *saepius abhinc* 1. 2. c) si quid 2. d) sciens 1. 2. e) per 3. f) secum 3. g) erupit 3. h) anno 3, *ubi* redditu *deest.* i) nostra 2. k) maneatis 2. l) curtes 1. 2. m) quasi 1.

1) *Iohannes — in Angliam* etiam Cont. Berg. 2) *Balduinus — comparens* etiam Cont. Berg. 3) Arnoldi II. comitis Ghisnensis, qui erat filius Balduini supranominati. 4) Cf. Lamb. Ardens. c. 89, supra p. 603.

tunc fuerit nobis indulta, non statim fuit per chartam confirmata, quia, mediante malitia Mathei de Suthkerke, tunc potentis, tunc in comitatu Gisnensi principatum habentis, postmodum vero abiecti et vilis, prefatus comes quendam censum minutissimum quasi ratione[a] superioris dominii sibi retinere voluit; et pro eo quod hoc[b] nobis displicebat, non domini abbatis Iterii tempore hec elemosina confirmata, sed usque ad successoris eius tempus per sex annos et amplius dilata et prorogata fuit, sicut in sequentibus patebit. 1206.

140. De imperio Henrici post Balduinum.

Anno Domini 1206. predicto Balduino successit in imperium frater suus Henricus, vir in rebus bellicis strennuus et morum nobilitate conspicuus. Guido Remensis archiepiscopus Gandavi moritur et sepelitur.

141. De confirmatione decime de Ervedinghem[c].

Eodem anno dominus Iterius abbas videns, decimam nostram Hervedinghem multipliciter perturbari tam ab eis qui eam predecessori suo vendiderant, quam ab illis qui eis successerant, perpendens etiam, quod Gusfridus de Fercnes miles, de cuius feodo decima proveniebat, venditioni nondum assensum prebuerat, ad eum[d] personaliter accessit et non sine pretio ad hoc eum induxit, quod venditionem factam de decima ratam et gratam habuit[e] et eam per chartam suam nobis confirmavit in hunc modum[1]:

. . . .

142. Item unde supra.

Preterea, ne quid nobis ad certitudinem deesset, dum dominus Lambertus Morinensis episcopus quadam vice hospitandi gratia ad nos divertisset, et casu fortuito idem Gusfridus presens existeret, dominus abbas et conventus multiplicem perturbationem ab eodem Gusfrido super predicta decima factam eidem episcopo intimaverunt et, ut partes suas pro bono pacis interponeret, impetraverunt. Episcopus vero predictum militem ad hoc induxit, quod, eo[2] petente et humiliter supplicante, sicut in charta sua predictum est, decimam predictam April.
idem episcopus nobis confirmavit sub tali forma[3]:

. . . .

143. Willelmus[f] abbas: Eodem quoque anno nobilis vir Eustachius de Hammes[4] more solito pecunia indigens et eam a nobis habere cupiens, cum domino abbate Iterio et fratribus consilium habuit, et tam pro Deo quam pro statuto pretio 13 polkinos frumenti, quos elemosinarius noster ei[g] annuatim debebat, nobis indulsit et, ut dominus Willelmus de Fielnes, de cuius feodo hec elemosina erat, assensum preberet et charte sue[d] super hoc 1207.
composite sigillum apponeret, impetravit. Tenor autem charte utriusque nobilis viri sigillo Febr.
signate talis est et sub hac forma[5]:

. . . .

144. Confirmatio charte predicte.

Postmodum idem Eustachius ad dominum Lambertum Morinensem episcopum personaliter accessit, quod per se datum fuit et a domino suo predicto Willelmo approbatum et ab utroque confirmatum per ordinem retulit, et ut idem auctoritate pontificali Andrensi ecclesie nominatam elemosinam confirmaret, humiliter supplicavit. Dominus vero episco- Mart.
pus chartam suam nobis indulsit in hunc modum[6]:

. . . .

145. De[h] morte Lamberti episcopi.

Anno Domini 1207. Lambertus[7] Morinorum episcopus obiit; cui successit Iohannes cf Cont. Berg.
archidiaconus, nepos ipsius.

146. Willelmus[f] abbas: Eodem anno nobilis vir Thomas de Fielnes, domini Willelmi germanus, ad partes Iherosolimitanas proficisci cupiens et se exemplo fratris multa nobis

a) *deest, loco vacuo rel.*, 3. b) hic 2. c) Her. 3. d) *deest* 2. e) habuerit 2. f) W. a. *des* 3. g) a. e. 3. h) *rubrum deest* 2.

1) *Actum a. D.* 1206. Dachery IX, p. 539; ed. alt. II, p. 834. 2) scilicet Gusfrido. 3) *Actum apud Andernes a. i. v.* 1206, *mense Aprili.* Charta Lamberti ap. Dachery IX, p. 540 sq. 4) *de Campanies* appellatur in chartis. 5) Sequitur charta Eustachii cum confirmatione Willelmi, data *a. v. i.* 1206, *mense Februario.* Dachery IX, p. 541 sq. 6) Sequitur confirmatio Lamberti data *a. v. i.* 1206, *mense Martio.* Dachery IX, p. 542 sq. 7) *Lambertus — ipsius* etiam Cont. Berg.

1207. mala irrogasse cognoscens, cum non nisi pauca hereditario iure haberet, multa nobis dare non potuit. Unde unum nobis polkinum frumenti ad mensuram Bolonie apud Nepteuvilram[a] iuxta monasterium Sancti Vulmari annuatim accipiendum perhenniter delegavit et per chartam suam confirmavit in hunc modum[1]:

. . . .

147. De translatione domini Iterii abbatis.

1207 in. Circa finem huius anni[2] monachi Hamensis monasterii de assensu et consilio domini Lamberti Morinorum episcopi et quorundam abbatum, in quos dominus Willelmus abbas eorum, diu in causam tractus, diu vacillare coactus, minus discrete compromiserat, deposuerunt et dominum Iterium abbatem nostrum in patrem et pastorem postulaverunt. Mirantibus omnibus qui audiebant verbum, postulationi de se facte protinus acquievit, paratus ecclesiam relinquere, que hinc de domini Petri abbatis providentia et opulentia adhuc floruit, inde pro temporis caristia et temporalium habundantia rectorem suum exhilarare potuit. Nam, ut verum fateamur, qui[b] toto tempore suo ei[c] conviximus, per 13 fere annos, quibus huic loco prefuit, non minori pretio quam 10 solidis polkinum frumenti vendidit et aliquando 20, aliquando 30, aliquando etiam 40 et amplius solidos inde accepit, sicque vicinorum penuria ei habundantiam ministravit. Cuius habundantie cupiditate illecti et quasi radicitus inherentes, et ei quodammodo invidentes, dominus Balduinus et dominus Arnulphus comites Gisnenses, eiusdem contemporanei, 30 marcas sterlingorum et 120 libras Flandrensium per diversas vices ab eo mutuo acceperunt, de quibus nec ipsi nec suo successori usque ad unum quadrantem satisfacere curaverunt. De causa autem sue discessionis diversis diversa sentientibus, maxime cum locum bonis temporalibus[d] refertum et speciosis domibus redimitum desereret et ad alium, licet magis locupletatum, minus tamen cultum, migrare intenderet: dicebant quidam, quod, pro eo quod quosdam fratres suos suspectos, quosdam vero exosos habebat, comitis autem et comitisse necnon et optimatum terre gratia carebat, hinc volebat discedere; alii vero dicebant, quod credibilius erat, ipsum affectare Hamense monasterium, ut ad ecclesiam Karrofensem exinde posset facilius ascendere. Sicut enim prenominatus frater eius B.[3], quondam abbas Hamensis, ad apicem illius monasterii per multos annos aspiraverat, sic iste sortium et auguriorum non ignarus, quibus sepe deluditur humanum genus, spe et prelatione eiusdem ecclesie die et[e] nocte mentem pascebat. Nam cum eadem ecclesia, nobilis quondam, fertilis et famosa, propter guerrarum multitudinem eo tempore esset multis et magnis debitis onerata, quibusdam fratribus ex illo loco ad se venientibus solebat dicere, quibusdum vero in Pictavia commorantibus per litteras scribere, quod, si ab eis abbas eligeretur, totum statim debitum per eius providentiam solveretur.

Denique die statuto ad hunc locum ascendunt[f] de Hamensi cenobio sollempnes nuntii, domini episcopi auctoritate roborati, precipientes, eum infra certum terminum dierum, disposito statu monasterii, ab hoc loco recedere et ad ecclesiam Morinensem personaliter accedere, quatinus ibidem ab huius[g] ecclesie cura se exoneraret et Hamensis cenobii curam reciperet. Quo facto, quasi pietatis et compassionis affectu invitat priorem et quosdam fra-
Febr. 24. tres vita et scientia probiores, ut ipsa die, que erat dies[h] beati Mathie[i] apostoli, usque ad Sanctum Bertinum secum venirent et die crastina domino Morinensi et eius capitulo cum Hamensibus monachis eum presentarent et ita tandem ad honoris supplementum, quoadusque in Hamensi cenobio festum eius perficeretur, eum minime desererent. Concessum est a filiis quod pater petiit, et ipsa die ad Sanctum Bertinum ventum fuit. Venerabilis autem abbas dominus I.[4] eiusdem loci, previdens et presentiens, dominum Iterium, iam non pastorem sed impostorem nostrum, contra nos velle malignari, nobis seorsum evocatis, dixit: 'Sufficere credimus, fratres mei, quod dominum et patrem vestrum usque[k] huc adduxistis; nec expedit, ut eum ulterius adducatis, sed potius ut domi revertentes concordes et unanimes existentes de pastore substituendo tractatum diligentem celeriter habeatis; si enim apud Teruannam veneritis, coram episcopo et capitulo suo contra vos appellabitur,

a) Nepteuviltam 3. b) cui 3. c) *deest* 3. d) temporibus 1. 3. e) ac 3. f) accendunt 1; accedunt 3. g) eius 3. h) c. b. M. a. d. 2. i) Matthei 3. k) h. u. 3.

1) a. 1207. Dachery IX, p. 543 sq.; ed. alt. II, p. 835. 2) immo circa finem a. 1206. secundum morem Gallicum, i. e. circa initium a. 1207. 3) Bernardus. V. c. 109. 4) Iohannes III.

ne contra antiquum morem super electione facienda aliquid attemptetis'. Cuius salubri con- 1207.
silio quidam ex nostris minime acquiescentes, sed affectu curiositatis, que apud Teruannam gererentur et qualiter apud Ham pascerentur, experiri cupientes, die sequenti, que erat Febr. 25.
dominica, apud Teruannam omnes quidem pariter tendunt. Episcopum paratum cum capitulo suo et cum Hamensibus inveniunt; illi quibus iniunctum est causam adventus exponunt. Abbas presentatus statim a cura monasterii nostri absolvitur, et Hamensis ecclesie cura ei committitur; et mox ab eo et a priore de Beureria, qui presens erat, contra nos appellatur. Cumque episcopus ante altare maius, presente clero et populo, astaret et religiosorum multitudinem circumstantem haberet, invitatus est abbas ab episcopo, ut more solito professionem legeret. Que quia nondum scripta fuit, quidam de clericis episcopi eam festinanter scriptam in manibus abbatis porrexit; et licet eam firmiter ambabus manibus tenere videretur, videntibus omnibus, statim in pavimentum cecidit, ita quod a quibusdam conculcata vix inveniri potuit. Unus autem ex nostris propter appellationem factam exacerbatus et se coram multitudine quoquo modo vindicare paratus: 'Hoc', inquid, 'quod vidistis, malum signum erit. Abbas iste, qui domum nostram male deseruit, numquam aliam bene tenebit, sed more charte sue in terram cadentis casus et lapsus ei semper imminebit'. Tredecim postea annos Hamense monasterium ipsum regere vidimus; parum aut nichil operis ab eo factum, nichil redditus ab eo[a] acquisitum audivimus; a Morinensi episcopo, ipsius episcopi successore[1], ipsum primo interdictum, postmodum de synodo ignominiose eiectum et expulsum cognovimus, et semper nobis contrarium, rebellem, persecutorem et hostium nostrorum consiliarium vidimus eum et experti sumus. Soluta illa Morinensi coadunatione, quidam ex nostris ab abbate rogati et minus providi et discreti eum apud Ham, ut ventri satisfacerent, prosecuti sunt, quidam vero confusi domum redierunt.

148. Rumor interim rei geste ad vicinos et remotos pervenerat; multiplex amicorum consilium nunc diversum, nunc adversum, nos attonitos effecerat. Morinensis episcopus nondum ab adversariis corruptus suum nobis consilium et auxilium primo[b] promisit; comes cum comitissa nec ope nec opibus nobis deesse spopondit; tota patrie nobilitas et cleri auctoritas, ut[c] hostibus resisteremus et de collegio nostro eligeremus, suasit, monuit et invitavit. Ab omnibus denique ad concordiam et unanimitatem et ad querendam ecclesie nostre libertatem invitati fuimus et animati, et fere ab omnibus in necessitatibus derelicti. Tandem post dies aliquot dies statuitur, ut in capitulo diligenter tractetur, non qualiter electio fiat, sed quid contra appellationem factam et propter appellationem fieri oporteat. Die statuta omnibus generaliter esse bonum videtur, ab omnibus publice in commune acclamatur, ut prior Henricus, qui alia iam vice in ecclesia Karrofensi propter Iterium abbatem fuit[2], qui a multis ibidem notus multorum notitiam habuit quique in rebus gerendis laudabiliter se frequenter exercuit, ad presens apud[d] Karrofum redeat et me qui hec scribo secum adducat, quatinus per nos duos abbas et conventus admoniti et ad pacem et concordiam, si fieri possit, inducti, appellationi pro se facte minime adhereant, sed nos tamquam filios mansuete et dulciter manuteneant, nobis non tam preesse velint, ut prodesse non valeant, illud quod iura super libertate electionis nobis concedunt non impediant, abbatis Iterii discessionem preter nostram et illorum voluntatem gravem nobis et dampnosam sciant, et denique, quod non ad eligendum, sed potius ad supplicandum nos ibidem transmiserint, pro certo cognoscant. Adiectum est et[e] capitulo nostro ex singulorum et omnium communi consilio, quod, si Karrofenses precibus et monitis nostris obaudirent et nobis de collegio nostro salva sua libertate et nostra subiectione eligere permitterent, bene res ageretur; si vero contrarii existerent, appellatio pro eis apud Teruannam facta a nobis coram ipsis abbreviaretur et, me qui hec scribo eandem appellationem prosequente, prior pro statu ecclesie regendo et disponendo domum reverteretur. In hiis denique verbis singulis et omnibus consentientibus, prior consensum et assensum prebuit, fratrum auctoritas ad aggrediendum laborem me qui hec scribo in spiritu vehementi concorditer animavit. Eram autem tunc temporis tricesimum agens etatis annum, de viribus satis confidens et de causa minime diffidens, dummodo fratrum unanimitas nec propositum desereret nec[f] impediret iter meum. Iam enim in libro experientie frequenter legeram, iam per vicinos et remotos satis didisceram, quod multi

a) *deest* 2. b) pro. pri. 3. c) aut 1. 2. d) ad 2. e) in 3; in ea populo nostro 2. f) ne 3.

1) Iohanne II, qui iam a. 1213. obiit. Fortasse Adam, successorem Iohannis, intelligit. 2) c. 105.

1207. Febr. religiosi ad inchoandum aliquid magnum ferventes existunt, et aliqua adversitate eis imminente, in ipso fervore tepentes deficiunt iuxta illud Davidicum: *Filii Effrem intendentes et* Ps 77, 9. *mittentes arcum conversi sunt in die belli.* Unde et fratribus me ad laborem[a] istum invitantibus confestim respondi: 'Grave est onus, fratres, et durum[b], quod michi imponitis; via gravis et incognita, quam michi terendam et maxime in estivo tempore explendam proponitis; sed ne vobis inobediens appaream et ne laborem meum, quod absit, per vestrum defectum infructuosum[c] esse lugeam, expedit, ut, si vestram sententiam finaliter procedere velitis, supra sacrosanctum euangelium singuli et omnes iuretis, quod nec in prosperitate nec in adversitate me pro ecclesia laborantem deseretis nec, quoadusque de reditu vel de obitu meo vobis constet, ad electionem abbatis procedetis'. Hanc meam responsionem quibusdam egre ferentibus, quibusdam etiam aperte indignantibus, nullus me a proposito flectere vel avertere potuit, donec modo quo postulaveram super sanctum euangelium a singulis et omnibus iuratum fuit.

149. Prefato itaque priori et michi onere iniuncto, et capitulo ipso die soluto, sequens dies peremptorie nobis prefixa fuit ad iter urgendum, et michi qui hec scribo talia non experto vix suffecit dies et nox ad deliberandum. Denique nocte sequenti michi soporato mons ostensus est mire magnitudinis, enormis altitudinis, cuius celsitudinem perspicere non potuit visus hominis, et iniunctum est michi a quodam prope assistente, ut ipsum transcenderem et iniunctum negotium diligenter explerem. Ad quem ego: 'Mons', inquam, 'est arduus, cuius ascensus michi est incognitus, et ad eum transcendendum formidat animus meus'. 'Montem', inquit, 'istum et duos eque sublimes transcendes, nec timeas, quia non deficies'. Statim signum in ecclesia pulsatum me cum fratribus ad nocturnas vigilias invitavit; que quamdiu duraverunt, mens mea in ambiguo fluctuavit, utrum quod videram phantasma vel visio fuerit. Deum et beatam Rotrudem toto affectu exorabam, ut denuo michi ostenderetur, quid de imminenti via providentie divine placuerit. Soporato michi post laudes scala apparuit mire magnitudinis et altitudinis, stans super terram et erecta in[d] sursum, invitatus sum ad eius ascensum, dubio michi et sollicito idem promissum est quod de ascensu trium montium. Die illucescente a sompno expergefactus, in memet ipso cepi sompniorum interpres existere. In tribus montibus sive in tribus scalis trinam iterationem sive repetitionem curie Romane propter hoc negotium priusquam terminetur michi polliceor imminere, et sic demum Deo me commendans et fratres salutans, cum comitibus iniuncti itineris ipsum iter intrepidus arripere.

150. Post dies aliquot ventum est ad Karrofum. Quadragesimale tempus aliquantulum honestavit locum illum et populum; ex parte capituli Andrensis abbatem salutavimus[e] et conventum, pro illorum honore et nostro nos cum[f] illis diximus velle habere colloquium. Placet abbati Hugoni et suis sermo auditus, de fratrum tamen consilio nuntiorum prorogatur affectus, quia ad certum diem mandantur priores et quidam fratres moram facientes exterius, et interim honor, reverentia et omnis humanitas prefatis nuntiis exhibetur ab omnibus. Constituto die priores invitati, alii cum canibus, alii cum avibus portam monasterii subeunt: nullum de residentibus, nullum de supervenientibus prefati nuncii super hypocrisi arguere possunt. Hora competenti pulsato capitulo, singuli et omnes in capitulum conveniunt; post diuturnum quod habuere colloquium quidam a capitulo missi nuntios introducunt. Dominus iterum abbas cum suo conventu ex parte Andrensium humiliter salutatur; scriptum patens, Andrensi capitulo sigillatum, de credentia et de ratihabitatione[g] confectum et abbati exhibitum, in audientia omnium publicatur; et a priore[1] cum suo socio in medio stante, licet leges ignorante, sic allegatur: 'Domini', inquid, 'et fratres, nos filie vestre Andrensis ecclesie filii non degeneres, immo cum fratribus nostris matrem nostram Karrofensem ecclesiam non servili timore, sed potius filiali amore venerari cupientes, de communi assensu fratrum ad vos personaliter accessimus, ut de gravamine nobis[h] nuper irrogato rei geste seriem vobis fideliter referamus, et de remedio per Dei gratiam et per vestram industriam eidem gravamini apponendo a vobis gratiam et misericordiam, prout speramus, hauriendo, tamquam a maternis uberibus lac suggendo, intimum amoris affectum,

a) i l. 3. b) dm̄ 1; domini 2. c) e. i. 3. d) *deest* 2. 3. e) et s. con. 2. f) d. c. i. 3. g) ratihabitione 2. h) nu. no. 2.

1) scil. Henrico Andrensi.

quem erga vos semper habuimus, ad effectum perpetuum fideliter perducamus et de 1207. devotis devotiores semper inveniamur. Vos siquidem latere non credimus, quod dominus Iterius abbas noster nuper ad Hamensem ecclesiam se transferri permisit, unde nec vos consuluit, nec de cessione ab alia nec de accessione ad aliam a vobis licentiam petiit; et haud[a] dubium, quin ista translatio enorme[b] nobis preiudicium generavit. Cum enim aliquod cenobium extra suum collegium non teneatur abbatem eligere, et tamen in mutatione abbatis ipsum oporteat multiplices expensas pro interius assumpto facere: que et quot expense imminent pauperi ecclesie, que ultra undecim dietas eligere compellitur vel saltem ad minus pro electi confirmatione per tantum viarum spacium ire vel mittere tenetur. Hinc est[c], quod reverende paternitatis vestre pedibus advoluti, nos et fratres nostri vobis humiliter supplicamus, quatinus in remedium nostre desolationis et imminentis nobis calamitatis misericorditer concedatis, ut de fratribus nostris, filiis vestris, salva libertate vestra et subiectione antiqua, abbatem possimus eligere et electum propter suam confirmationem mittere vobis vel adducere. Quem etiam, si vobis placet, singulis annis oporteat vos personaliter visitare, et vos quidem, salva reverentia vestra, de nemine, qui nos precessit qui Andrense monasterium usque modo rexit, hanc honoris prerogativam consuevistis habere, quia[d] dominum Iterium infra annos 13 scimus nonnisi semel ecclesiam Karrofensem visitasse, et a domino Petro, predecessore eius, audivimus, ipsum infra annos 32 semel inter vos apparuisse. Si ergo humili nostre[e] petitioni salubriter acquieveritis, de duobus collegiis unum efficietis, et quos ignotos hactenus habuistis, tamquam domesticos amodo cognoscetis, quia per hoc factum iuxta verbum Domini 'unus pastor et unum ovile fiet', et alter ad alterum Io. 10, 16. securius accedet. Quod si nobis fuisset iniunctum, ut de vobis aliquem ad presens eligeremus, hoc procul dubio nimis esset periculosum, quia, sicut scitis, nullius vestrum notitiam habemus. Si vero ex nostra et fratrum auctoritate super vos[b], domine abbas, vel super aliquos de vestris electionem nostram vellemus vel possemus constituere, nobismet ipsis procul dubio videremur[f] iniuriam et preiudicium generare, ad quos semper constitit ius eligendi pertinere. Preterea dominus Iterius quosdam adolescentes in nostro cenobio[g] monachavit, quosdam etiam ibidem veniens iam monachos invenit, quorum linguam penitus ignoravit; et[h] ideo nec vobis nec nobis credimus expedire, ut aliquis nobis preesset, qui subditos suos non intelligeret aut[h] ab ipsis intelligi posset. Ex consuetudine quoque patrie nostre in curia nostra per singulas quindenas humanas leges et iudicia mundana constat exerceri, que omnia non nisi Flandrensi idiomate discuti debent et terminari; et luce clarius apparet, quod, dum prelati[i] nostri circa hec[k] minus idonei extiterint, dum principum et nobilium terre propter linguarum dissonantiam minus notitiam et gratiam habuerint, ecclesiam nostram quandoque fuisse ex defectu prelatorum exheredatam et adhuc periclitari. Moveat igitur paternitatem vestram et preterita confusio et presens desolatio et futura, nisi precaveatur, ecclesie perditio, quia, licet ex parte vestra[l] aliqui[m] appellaverint, nos appellationem illam[n] pro minima habemus; nam contra nos illam esse non credimus, nec etiam contra aliquid attemptamus, quia speramus a vobis humiliter acquirere, quod forsitan possemus in maiori curia rationabiliter optinere'.

151. His dictis, flexis genibus iterum venias[o] petivimus, ab abbate iussi iterum surreximus, a capitulo egredi et in oratorium iubemur procedere, ut super petitis dominus abbas cum capitulo suo colloquium et consilium possit habere. Egredimur[p] capitulum; ego qui hec scribo audivi aliquem susurrantem post tergum nostrum: 'Per salutem Pharao- cf. Gen 42, 16. nis exploratores estis vos'! Nobis in oratorio horas regulares decantantibus, et illis quos in capitulo reliquimus diversa sentientibus: quidam enim nos exaudiendos esse dicebant, qui ad regimen monasterii nostri non tendebant; nam secundum petitionem et allegationem nostram nichil sui iuris deperire asserebant; quidam vero iuvenes, qui prelationem cupiebant[q] habere vel ad minus pro eadem prelatione proterve contendere, nichil de antiqua consuetudine usque ad unum iota nec ipsi dimittere nec nobis intermittere promittebant. Dicebant quoque suo abbati, quod, nisi subiectionem Andrensis cenobii more solito sic servaret, ita ut aliquem de suis ibi preponeret, pastoralis virga, quam gestare consueverat, in manu eius procul dubio titubaret et de eorum fidelitate frustra ulterius confideret. Perpen-

a) non 3. b) *deest* 2. c) est ergo 3. d) cur 3. e) p. n. 3. f) videremus 3. g) monasterio 3. h) nec 3. i) n. pr. 3. k) hoc 3. l) n̄ra 1. m) *deest* 3. n) istam 2. o) veniam 2. p) egrediuntur 1. q) h. c. 3.

1207. dens igitur abbas diversam diversorum sententiam, illorum scilicet qui voluerunt pacem et illorum qui firmaverunt sibi sermonem nequam, nec nostre petitioni ausus est acquiescere nec subditorum[a] suorum improbitati resistere, quia ex verbis comminatoriis ab eis propositis sibi[b] cepit timere. Unde nos ab oratorio evocatos et in capitulum reductos sic alloquitur: 'Vos quidem, fratres, qui de familiari nobis ecclesia ad nos humiliter accessistis, qui causam ecclesie vestre coram nobis diligenter perorastis, audire quidem et exaudire pro amore antiquo et quasi nobis innato, quem erga ecclesiam vestram habemus, parati essemus, si hoc cum pace fratrum nostrorum facere possemus. Sed quia fratres nostri nichil novum instituere, sed antiquam consuetudinem in omnibus observare[c], non credunt, quod propter occasiones frivolas et propter causas a vobis propositas ad eos accesseritis, sed potius ut more solito et debito de presenti collegio ad presens eligatis: quia quasi pro constanti habent, vos ad hoc venisse et a fratribus vestris missos fuisse; et si aliud quidquam[d] intenditis, nullatenus possent vobis consentire'.

152. Nobis hec audientibus et, sicut stabamus in medio capituli ab aliis aliquantulum remoti, materna lingua inter nos paululum deliberantibus, ego qui hec scribo sic abbati respondi et circumsedentibus: 'Ab initio sermonis nostri, patres et domini, potuistis evidenter intelligere et adhuc ex tenore litterarum sigillo capituli signatarum diligenter inspicere et manifeste cognoscere, quod de eligendo abbate mandatum non accepimus, sed ad consulendum vos et ad supplicandum personaliter accessimus, et quos pios, benignos et mansuetos esse sperabamus, graves, duros et contumaces invenimus; et quia fines mandati nobis iniuncti nec volumus nec possumus nec debemus excedere, gratiam et misericordiam inter vos minime repertam alibi speramus reperire. Appellationem igitur ex parte vestra in partibus nostris[e] factam et octavis sancti Iohannis prefixam abbreviamus et personas nostras cum statu monasterii nostri, ne aliquid perperam contra nos attemptetur, protectioni domini pape supponimus et ad eius audientiam in ascensionem Domini appellamus'. Hiis auditis, dominus abbas, sicut a suis fuerat instructus, immo potius destructus, ut ipsis satisfaceret et ausibus nostris publice contrairet, nobis ita respondit: 'Vobis in nullo credendum esse censemus, quia vos, qui obedientiam et reverentiam hactenus promisistis, iam rebelles et contumaces videmus. Nam cum non nisi duo de Andrensi collegio compareatis[f], multitudinem nostram aut verbis decipere aut appellationibus terrere putatis, qui validiores vobis et opulentiores sumus et contra decem libras vestras centum marcas argenti in curia qualibet expendere possumus. Unde vobis finaliter dicimus, quod terminos istius claustri die et nocte potentialiter vobis intercludimus, quia[g] nec propter appellationem nec propter aliam occasionem hinc exibitis, donec antiquo more de hoc collegio abbatem eligatis'.

153. Quod verbum mox sequitur pastoralis sententia, et unicuique nostrum statim propria assignatur custodia, scilicet ut de terminis claustri non exeamus et ne cum nostris servientibus colloquium aut consilium habeamus. Pavente et trepidante priore nostro, ego qui hec scribo consolationi die ac nocte viriliter institi, custodibus nostris nunc presentibus, nunc absentibus, in lingua materna nobis et ecclesie nostre victoriam promisi, spondens et promittens firmiter, quod ab illa captione nos infra octo dies oporteret expediri. Nam illi, qui nos captivos tenebant, se magis captos et captivos reputabant: dum per eorum dormitorium quandoque[h] transitum facientes, nonnisi pueros et adolescentes cum duobus aut tribus de senioribus ibidem decubantes et alios in cameris, plures numero, quiescentes arguimus; dum hora operis Dei et sancti sacrificii quosdam in choro cantantes, quosdam otiis et fabulis exterius vacantes palam corripuimus; dum hora prandii, licet tempore quadragesimali, quosdam in refectorio comedentes, quosdam in cameris delitiose viventes manifeste increpavimus. Nos autem cum custodibus nostris in camera sua dominus abbas omni die commensales habuit; unde frequenter accidit, quod, si quid contra nos fuisset excogitatum, quicquid attemptatum, ante occasum solis vel per ipsum abbatem vel per custodes nostros nobis innotuit.

154. Tandem circa octavum nostre captivitatis diem, nobis de ipsorum cohabitatione pertesis, et ipsis iam de nostra captivitate satiatis, verbum a nobis fuit excogitatum et in audientia capituli propalatum, quod, ex quo eis constaret et verum esset, nos de abbate

a) suo. sub. 3. b) *deest* 3. c) *vocabulum deesse videtur.* d) quicpiam 3. e) nostri 2. f) comperetis 1; compereatis 2. g) quare 3. h) q̄nq; 1; quemque 3.

eligendo potestatem non accepisse et ea uti non posse, ipsi ad[a] natale solum nos redire permitterent et unum aut duos de senioribus suis nobis coniungerent, in quorum presentia fratres nostros vellemus admonere et sub eorum testimonio ad pacem et concordiam et ad subiectionem antiquam modis omnibus invitare. Fratres autem nostri a nobis admoniti et de vita et meritis Karrofensium personarum plenius edocti, in nostra presentia ad abbatis electionem ex facili procederent[a*]; qui[b], nobis absentibus, nichil umquam attemptare presumerent. Hac igitur promissione illecti et iam de nobis quasi fastiditi, nos post multiplex consilium et prolixum tractatum Deo commendatos libere abire permittunt et subtilem trutannum, tempore annosum, ordine minus morigeratum, Gaufridum de Aubis, eorum monachum, nobis custodem et itineris ductorem preficiunt. 1207.

155. A cenobio[c] Karrofensi receditur, post dies aliquot Parisius usque venitur, propter tres dies sacrum diem pasce precedentes in religiosis ecclesiis ibidem perendinatur, et in ecclesia sancti Dionysii sacra resurrectionis dies a nobis festive celebratur. Et quia eidem ductori nostro mos non fuerat diu in claustris moram facere, qui in cellis et prioratibus solebat delitescere, nobis dixit, de quibus iam nullam suspicionem habuit, quod apud Fraxinetum nos vellet precedere et, quoadusque festa explerentur, ibidem nos expectare[d], expletis autem festis, ipso providente paratum hospitium inveniremus, et sic communiter et concorditer ad patriam repatriare possimus. Interim nos Parisius super negocio nostro habito diligenti consilio, die statuto prefatus prior[1] Fraxinetum rediit et me qui hec scribo deosculatum et Deo commendatum Romam transmisit. Apr. 22.

156. Vix igitur aut numquam moram faciens, sed omni fere die cepto[e] itinere proficiscens, Viterbium tandem deveni[2] et ibidem Romam inveni. Nam dominus Innocentius papa tertius, propter estivum tempus corpori suo contrarium Roma ad tempus relicta, tamquam in civitate propria ibi manebat, et tam propter quietem clericorum et laicorum curiam suam sequentium quam propter infinitam multitudinem peregrinorum omni die adventantium urbem opulentam, pane et vino copiosam, feno, gramine, hordeo refertam, salubribus etiam balneis, vineis, silvis et virgultis redimitam, in subsidium se sequentium pastor discretus elegerat et ibi residebat. Audivimus enim a multis ibidem perhendinantibus, 40 milia hominum, excepto civitatis populo, per mensem integrum simul et semel mansionem fecisse et cum domino Nivelone Suessionensi episcopo et aliis viris nobilibus omni die confluentibus apud Constantinopolim, quam nuper acquisierat, regredi paratos existere[3], et tamen de omni venali humano corpori aut equis necessario nichil umquam carius venditum fuisse. Vidimus ibi venerabiles fratres monachos Cantuarienses, qui fere per biennium post mortem domini Huberti[4] archiepiscopi[f] sui pro duabus electionibus a se factis[5] et penitus cassatis ibidem moram fecerant et tandem in venerabilem virum dominum[b] Stephanum presbyterum cardinalem, compatriotam suum, moribus ornatum, litteris apprime eruditum, de consilio domini pape, sicut dicebatur[g], consenserant et eum in patrem et pastorem postulaverant. Cuius etiam consecrationi post dies aliquot interfuimus, et ipsa die ab eo admoniti et humiliter invitati eius commensales extitimus. Gratiam quoque ab eo flagitatam, prout sperabamus, apud eum invenimus; a prefatis quoque monachis suis propter penuriam hospitii in spatiosa domo, quam conduxerant, sumus ad tempus hospitio recepti, verbis et consiliis officiose recreati, de[h] statu curie plenius informati: qualiter ad dominum papam accederemus et nostrum negocium exponeremus et qualiter cardinales visitaremus, sufficienter edocti. c. Iun. 7. Iun. 17.

157. Nacta tandem oportunitate, ego qui hec scribo quadam die, domino pape[i] post sompnum meridianum expergefacto et nusquam occupato, solus ad solum accessi et eum genibus flexis salutavi. Postmodum ad eius osculum invitatus et ex hoc exhilaratus, ipso iubente ad pedes consedi, privilegium domini pape Alexandri dudum ecclesie nostre indultum[6] explicui et ei exhibui, cunctaque a nobis facta vel que contra nos fuerunt attemptata

a) de 2. a*) procedent 1. 2. 3. b) *deest* 3. c) et *ins.* 1. 2. d) expectate 2. e) capto 3. f) s. a. 3. g) dicebant 2. h) et de 2. i) papa 3.

1) Henricus Andrensis. 2) De tempore v. infra c. 158. 3) Nivello cum magna multitudine militum et peregrinorum a Gallia Constantinopolim rediens, obiit d. 14. Sept. a. 1207. apud Bari in Apulia; cf. Gall. christ. IX, p. 365. 4) Obierat d. 13. Iul. a. 1205. 5) Una pars elegerat Reginaldum subpriorem Cantuariensem, altera Iohannem episcopum Norwicensem. Vid. infra c. 164. 6) V. supra c. 63.

1207. ei per ordinem retuli. Qualiter contra nos appellatum fuit[a] et a nobis appellatio abbreviata ad hunc terminum extiterit, dicere non omisi; quid apud Karrofum petierimus, et qualiter repulsam passi fuerimus, ei per ordinem fideliter recitavi; et omnia que eum possent movere, prout in capitulo Karrofensi proposita et ostensa fuere, in charta brevi annotata et in modum petitionis formata cum litteris autenticis ex parte capituli nostri ei transmissis et sigillo capituli signatis ante pedes eius ponens exposui et super omnibus retroactis gratiam et misericordiam suppliciter imploravi. Cui ille: 'Loco', inquit, 'et tempore petitionem tuam, litteras capituli tui cum privilegio tuo diligenter audiemus et ea, que secundum Deum facere possumus, tibi et ecclesie tue libenter faciemus; nam[b] tempore, quo Parisius in scolis resedimus, apud beatum Thomam peregrinantes, in ecclesia tua hospitium habuimus et sub regimine cuiusdam venerandi senis, prout nobis videbantur[c], eam in bono statu reperimus'. Hec dicens, quendam[d] ostiarium ad se accersivit, omnia scripta nostra ei dedit et magistro Reinaldo[1] notario deferenda dieque suo ea legenda precepit. Et data benedictione, me ad egrediendum licentiavit.

158. Ab illa die et deinceps ad magistrum Reinaldum sepius recursum habui et, ut petitiones nostras et negocium, quantum in se est, expediret, oportune et importune institi. Responsum est michi ab illo, quod consuetudo curie exigebat, sive reum sive actorem per 40 dies continuos adversarium suum expectare debere, et, si[e] de morte vel infirmitate rei vel actoris posset constare curie, ipsa curia deberet, si vellet, negocium ulterius prorogare. Recogitans igitur in memet ipso, quod statum curie immutare non possem et, si presentes essent adversarii, satis durum contra eos congressum haberem, peractis 40 diebus ab octavis ascensionis in ipsa curia patienter expectavi. Et tandem, mediante prefato domino Stephano Cantuariensi archiepiscopo, quibusdam etiam cardinalibus pro parte nostra partes suas interponentibus, et prenominatis monachis Cantuariensibus mecum die et[f] nocte ad aures domini pape clamantibus, secundum formam privilegii domini pape Alexandri III. ei ostensam et coram eo fine tenus lectam indulgentiam seu confirmationem super libertate
Iul. 3. electionis sub hac forma ab eo impetravi:

Confirmatio super iure electionis primum indulta, sed postea multipliciter impedita.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori et conventui monasterii Sancti Salvatoris et Sancte Rotrudis, quod in Teruanensi est parrochia constitutum, salutem et apostolicam benedictionem. Cum per privilegium felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, quod presentatum inspeximus, vestro monasterio sit concessum, ut, obeunte ipsius abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel eorum pars consilii sanioris secundum Deum et beati Benedicti regulam duxerint eligendum: auctoritate presentium districtius inhibemus, ne quis super eadem concessione temere vos impetere vel molestare presumat, sed liceat vobis et successoribus vestris secundum ipsam nunc et amodo, cum ecclesiam vestram abbate vacare contigerit, personam idoneam de gremio vestro vel aliunde per regularem electionem vobis preficere in pastorem Karrofensi monasterio humiliter presentandum[2], ut ab ipso confirmationem accipiat et reverentiam ei quam debet impendat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hec[g] attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Viterbii 5. Nonas Iulii, pontificatus nostri anno decimo.

159. Dum in curia Romana hec aguntur, dum bona Andrensis monasterii ibidem[h] largius expenduntur, supra nominatus Gaufridus de Aubis, qui ab abbate et capitulo Karrofensi dux itineris nobis ad repatriandum fuerat delegatus, priorem nostrum per Fraxinetum revertentem per dies aliquot detinuit, pro eo quod me qui hec scribo secum minime reduxit. Deinde priore de manibus eius elapso et domui proprie restituto, abbatem Karrofensem in subsidium sui, ut Flandriam expeteret, invitavit, ea que de priore et de me qui hec scribo acciderant scripto intimare curavit: nisi ab eo quantocius subveniatur, et per eum tam episcopus Morinensis quam comes Gisnensis prece flectatur et pretio, perpetuum dedecus et

a) fuerit 3. b) namque 2. c) videbatur 3. d) quandam 1. e) non 3. f) ac 3. g) hanc 3. h) ibi 3.

1) Inter notarios Innocentii duo Reinaldi occurrunt; vid. Potthast, Regesta I, p. 467. 2) In charta Alexandri (c. 63) nulla Karrofensium mentio facta erat, de quorum iure vid. c. 7 et 35.

opprobrium ecclesie Karrofensi imminere mandavit. Nec mora, conventus Karrofensis 1207. abbatem suum[1] contra nos ad duellum provocavit; pro eo quod simplex erat et minus litteratus, quosdam litteratos et garrulos ei sociavit. Egressus a Pictavia, preterita Francia et transcursa, Flandriam intravit; dominum Morinensem episcopum[2] eatenus nobis propitium, promissis 50 marchis argenti, ab adiutorio nostro avertit et amovit. Qua promissione illectus, idem venerabilis episcopus ad instantiam abbatis et monachorum Karrofensium eius aures die et[a] nocte inquietantium huius ecclesie capitulo scripsit, ut infra octo dies de Karrofensi collegio abbatem eligerent, alioquin se pro suspensis et excommunicatis haberent. Et in hoc quidem facto se idem episcopus delusum sensit, quia nec promissam pecuniam, sicut sperabat, recepit, nec fideiussores inde habuit, quia infra paucos dies morti debitum Mai. 21. solvit[3]; et tamen per litteras et contra nos in hac patria publicatas et postmodum in curia Romana in presentia domini pape et cardinalium recitatas nobis in quantum potuit nocuit.

160. Adversarii interim nostri domini episcopi consilio destituti[b], ad comitem Gisnensem et comitissam[4] personaliter accedunt: octoginta marchis eis promissis et 10 eorum consiliariis, tam per eadem promissa quam per quedam scripta eis ostensa eos a fidelitate nostra avertunt. Iam eatenus Karrofenses processerant, iam usque adeo comitis et comitisse animos per promissa attraxerant, quod statim, ut predicte 90 marche persolverentur, in veram possessionem Andrensis monasterii mitti, immo potius intrudi per manum militarem debeant. Prior autem ecclesie nostre fratrum suorum consilio animatus, malens de bonis ecclesie pacem suam ad tempus redimere, quam perpetuis temporibus hostium tyrannidi subiacere, sciens etiam, oportere finaliter persolvi quod ardenter desiderabant contra ius et contra fas prefati patroni, ad eos accessit, voluntates eorum mutavit, dicens eis, tolerabilius esse, ut promissam pecuniam pro iure nostro conservando a nobis acciperent, quam si propter eandem promissionem adversarios nostros in sua iniuria manutenerent. Ex verbis ergo prioris certificati sunt patroni, repulsam passi sunt adversarii et sine honore de patria exire compulsi. Moritur interim dominus Lambertus Morinensis episcopus, et in loco eius Iohannes, nepos eius, eligitur, Morinensis archidiaconus[5]. Littere eiusdem episcopi nobis aliquando nociture hostibus supersunt, sed promissam ei pecuniam nemini persolvunt. Denique ad dominum regem Francorum Philippum tamquam ad specialem patronum ab eis acceditur, consilium eius et auxilium contra nos invocatur; sed, lites et contentiones monachorum et clericorum ad se minime pertinere, ab eo breviter respondetur.

161. Interea comes Gisnensis Arnoldus post guerras et contentiones multiplices, inter se et patrem suum ex una parte et Reinaldum comitem Boloniensem ex altera per multos annos habitas, guerras cupiens terminari et eidem comiti reconciliari, ad hoc ut quosdam nobiles, qui dissentiones et odia inter eos seminaverant, posset subiugare et eorum virtutem comprimere, cupiens etiam, quasdam paludes et marescos inter se et comitem Bolonie communes dividi et limitari, et perpendens, hec omnia per neminem melius et facilius quam per Simonem priorem de Wasto[6], qui comitis erat ballivus et consiliarius, posse fieri: cum eodem priore frequens colloquium habuit, Salomonem quendam veteranum de Savinghem, tam suum quam eiusdem prioris hominem, ad eum sepius misit, ab eo sepius remissum diligenter audivit, nec prius hoc colloquium prodigiosum et proditione plenum[c] desiit, quam, si voluntas comitis per priorem perficeretur, abbatiam Andrensem eidem priori promisit. Quid multa? Comes et comitissa de sua spe certificantur, prior cum quibusdam senioribus nostris cum festinatione ab eis invitantur, prioris probitas et magnanimitas, providentia eius et opera mirifica coram fratribus nostris explicantur: ut eum abbatem eligant et a sociis suis eligi faciant, et verbis exorantur et minis incitantur. Dicitur eis publice, quod, si in eum consenserint, in utroque comitatu nullus eis poterit obesse; si autem huic consilio non acquieverint, in comite vel[d] comitissa vel eorum parentela spem de cetero desinant habere. Fratres igitur nostri taliter compellati ad fratres suos redeunt, visa et audita eis pandunt: si prior de Wasto eligatur, consilium et auxilium comitis et comitisse promittunt; si autem aliter agatur, tribulationem et dolorem imminere predicunt[e]. At illi

a) ac 3. b) destututi 1; restit. 2. c) plene 1. 2. d) vel in 3. e) predicant 3.

1) Hugonem. 2) Lambertum II. 3) Obiit d. 21. Maii a. 1207. secundum Gall. christ. X, p. 1552. 4) Arnoldum II. et Beatricem. 5) Haec eisdem fere verbis iam supra c. 145. narrat, ubi ex eodem fonte ac Cont. Berg. hausit. 6) Le Waast, a Bolonia ad orientem.

1207. more claustralium trepidi et iuramenti prioris prorsus obliti, et quid in curia Romana gereretur minus solliciti, dum dominum Simonem priorem de Wasto in patrem et pastorem elegerunt, *Te Deum laudamus* sollempniter cantaverunt et cetera ad electionem pertinentia ritu solito peregerunt. Abbas vero Karrofensis adhuc in Remensi provincia moram faciens, super hiis que hic gesta sunt certos rumores audiens et de Flandrensium contra nos auxilio de cetero diffidens, prenominatum Gaufridum de Aubis contra nos armavit et instruxit: ut ad curiam celeriter pergeret et nobis modis omnibus resisteret, districte mandavit. Litteras de ratihabitatione et de pecunie mutuatione pro libito suo[a] ei concessit.

162. Ego igitur qui hec scribo interim in curia fatigatus et iam de duplici quadragena propter expectationem adversarii in curia peracta mestus ac sollicitus, et ob hoc ante domini pape presentiam et tam in notarii nostri audientia quam in cardinalium presentia
Aug. 15. super mora diuturna conqueri coactus, paucis tandem diebus ante beate virginis assumptionem, multis et gravibus personis pro me orantibus, cum domini pape benedictione, cum impetrati negocii exhibitione, cum multorum fidelium ibidem commorantium tristitia et dolore, cum illorum qui nobiscum redibant gaudio et exultatione, curia salutata, per montem Iovis iter alacriter aggressi sumus, et paucis diebus evolutis, eventu prospero ad natale solum pervenimus. Invenitur a nobis conventus de nostro adventu iocundus; electus a conventu et[b] nos honorifice recipit et a nobis est honoratus; me qui hec scribo ad consilium suum et servitium invitat, nec est repulsus. Aliquando enim cum eo existens, aliquando[c] in conventu moram faciens, nec conventum super aliqua transgressione arguere volui, nec contra eum aliquid attemptavi.

163. Supradictus interim Gaufridus per valles que dicuntur Moriane[1] et per terram comitis Sebaudie[d], multiplici munimento fraudis et nequitie, litterarum et pecunie circumquaque armatus, Romam tendit, domini pape presentiam expetit, cardinales visitat, notarios inquirit; a quibus, quid ab Andrensi procuratore gestum sit vel impetratum, discussis eorum notis et scedulis, querit et invenit. Dominus papa demum repetitur, de falsa suggestione procurator Andrensis coram eo arguitur. Quedam charta a domino Gerardo Morinensi episcopo confecta et super subiectione Andrensis monasterii ecclesie Karrofensi indulta[2] ei iniurie[e] exhibetur, sententia quoque domini Morinensis episcopi iam defuncti contra Andrenses edita nichilominus ostenditur. Denique cum idem Gaufridus pretio ducentarum marcharum illud, quod ab Andrensi nuntio fuerat obtentum, intenderet revocare et antiqua privilegia renovare et super hiis executores habere, curia Romana, talibus assueta, oblatas quidem ducentas marchas retinuit et eundem Gaufridum quibusdam commissionibus honoratum, immo potius oneratum, ad natale solum remisit.

164. Dum hec aguntur, rumor miserabilis fines penetrat Flandrie, quia[f] angulosus rex Anglorum Iohannes exire de regno suo iubet totum conventum ecclesie Christi Cantuarie preter quosdam, paucos tamen, sue faventes malitie et nequitie. Videns enim, licet sero, se Norewisensem episcopum[3] in ecclesiam Cantuariensem intrudere non posse et ad petitionem monachorum Cantuariensium venerabilem virum Stephanum presbyterum[g] cardinalem ad ipsius titulum a domino papa iam consecratum fuisse, se intra se[h] capere non potuit, sed contra eos in ira totus exarsit: exilio eos relegari et bona eorum confiscari, mandavit[4].
Iul. 14. Quotquot igitur de ipsius regno sunt expulsi, ab abbatibus et conventibus terre istius cum omni humanitate, affectu et pietate sunt admissi et per sex annos continuos liberaliter exhibiti. Prefatus etiam comes Gisnensis audiens, quod suam terram intraverant, Gaufrido tunc priori et suo conventui affectuose occurrit et eos salutatos apud Tornehem castrum suum honorifice perduxit; cum comitissa eos suamque familiam prandere coegit, et ipsemet eis in prandio officiose ministravit. Laute pransis et copiose cibatis, cum essent 80 monachi vel amplius, singulis, prout cuique opus erat, equitaturas et evectiones providit et usque ad Sanctum Audomarum eos perduci precepit, famulis eorum et servientibus, quos usque ad centum habuisse dicuntur[i], quibusdam equitantibus, quibusdam, sicut moris est, pede proprio terram terentibus. Quod dum conventui Sancti Bertini nuntiatur, ordinata processione

a) sui 2. b) *deest* 3. c) aliquam 3. d) Sab. 3. e) *fortasse* testimonium *vel simile verbum supplendum.* f) quare 3. g) ac pr. 3. h) se intrasse 1. 2. i) dnr 1; dicitur 3.

1) Maurienne. 2) Vid. supra c. 7. 3) Iohannem. 4) Haec fusius narrat Matth. Paris. Chron. mai. (ed. Luard) II, p. 516 sqq.

sollempni, eidem conventui occurritur; sicque in foro rerum venalium, multis lacrimantibus 1207. tam viris quam mulieribus, conventui a conventu occurritur, et in loco magis celebri mutua caritas in oculis omnium[a] et in osculo pacis confederatur; sicque per dies aliquot grex duplex in uno ovili concorditer et conformiter cohabitat[b] et commoratur. Postremo Cantuarienses per diversa monasteria Francie et Flandrie fratres suos intendunt transmittere et apud Sanctum Bertinum quosdam retinere, ne propter sui multitudinem eis valeant onerosi existere; sed e contrario ab abbate[1] et conventu Sancti Bertini eis offertur, immo et supplicatur, ut ipsi in eodem loco residentes, Deo servientes et de bonis ecclesie viventes permaneant, conventum autem Sancti Bertini citra[c] mare magis notum per vicina monasteria dispergi sustineant. Ad ultimum priore Cantuariensi cum octo fratribus ibi retentis, conventus per diversa loca transmittitur[2], et exilii tribulatio quondam a beato Thoma ab exilio revertente eis et fratribus eorum promissa veraciter adimpletur.

165. Eodem anno omnibus prescriptis super istius loci statu, ut dictum est, contingentibus, et fratribus nostris de sepenominati Gaufridi de Aubis progressu vel regressu nunc diversa, nunc adversa suspicantibus, ecce subito rumor percrepuit, ipsum Gaufridum in Franciam advenisse et multiplices contra nos litteras attulisse. Monachi claustrales, ut moris est, circumquaque paventes et ad electum suum tam per se quam per nuntios frequenter recursum habentes, regressum adversarii nuntiant, consilium eius et auxilium contra eum frequenter implorant, et parum proficiunt, dum multum laborant. Nam familiaris occupatio eis obicitur, Cluniacensis monasterii subiectio et bonorum sibi commissorum moderatio non tacetur, totius quoque comitatus Boloniensis dispositio coram oculis eorum proponitur, dum manifeste demonstrat, quod ad hec omnia disponenda ex suscepto officio teneatur. Pervenit interim citatio mandati apostolici coram domino Gaufrido Silvanectensi[3] episcopo et coniudicibus eius, ad[d] diem certam priorem et conventum Andrensem precipiens Silvanectis comparere, sed et alia citatio non minus rigida coram Theobaldo Francigena Ariensi[4] canonico et eius collegis, precipiens nichilominus, eosdem priorem et conventum apud Ariam ad certum diem personaliter adesse. Invitatur iterum electus noster, ut pro se et conventu suo ius suum et nostrum prosequatur, advocet advocatos, consulat consiliarios, iter urgens et imminens impiger aggrediatur. Et quoniam in Morinensi ecclesia post obitum domini Lamberti episcopi propter electionem et ordinationem domini Iohannis, successoris sui, scisma et dissentio esse ceperat, ita quod eadem Morinensis ecclesia eundem electum nostrum a fratribus nostris sibi presentatum propter multiplicem appellationem, que precesserat, confirmare non audebat: idem electus a iuris peritis edoctus, videns, sibi laborem et dolorem imminere, et ad hoc ad quod aspirabat vix aut numquam posse pertingere, maxime cum a iugo Cluniacensi nondum solutus esset nec ab ecclesia Morinensi confirmationem desideratam propter causam premissam habere posset, simulque perpendens sicut vir discretus, quod ad electionem de se factam omnino per ostium non intrasset, sed aliunde ascendisset, multas causas honestas pretendens tam de commissis sibi prioratibus quam de comitis Bolonie occupationibus, electionem, cui prius adheserat, omnino repudiavit et tam verbis quam scriptis ad nos et ad ecclesiam Morinensem transmissis sponte eidem renuntiavit.

166. Huius itaque loci amici et vicini considerantes, quod ecclesia in magno periculo esset et eidem iam naufragium immineret, nisi aliquis pro universitate se opponeret, priori et conventui dixerunt: 'Ecce quem timebatis dicitur in Francia[e] iam venisse et instrumenta multiplicia ad impugnandam et dissipandam unanimitatem vestram secum a curia detulisse. Si vos alicubi citari fecerit, procul dubio nimis erit grave, sumptuosum et importabile, ut multitudo ad citationem compareat; si vero quis clericus procurator constitutus fuerit, vobis certe cedet in dedecus et opprobrium, quia non credetur in collegio vestro esse qui causam ecclesie defendere prevaleat. Proinde nobis videtur tutum et vobis necessarium, ut de gremio vestro ad executionem cause vestre vobis preficiatis electum, quia nullus tam diligenter negocium prosequetur et perorabit, quam ille cuius est proprium. Neque enim de cetero sperare debetis, quod prior de Wasto pro negociis vestris exequendis opem

a) *deest* 3. b) habitat 2. c) circa 3. d) a. d. c. *des.* 2. e) Franciam 2. 3.

1) Iohanne III. 2) Cf. Albricum, SS. XXIII, p. 886. 3) Senlis. 4) Aire, départ. Pas-de-Calais.

1208. vel operam dabit, qui a cura et sollicitudine vestra se ipsum absolvit'. Hiis verbis et hiis similibus fratres nostri admoniti tam a personis religiosis quam ab illis qui videbantur in
Febr. 19. iure periti, electionis diem constituerunt[1] et me qui hec scribo in patrem et pastorem con-
Febr 22. corditer elegerunt. Trium autem dierum spacio vix elapso, ecce edicto peremptorio prior cum suo conventu Silvanectis coram episcopo Gaufrido et suis coniudicibus ad certum diem citatur et ad quintam diem proximo sequentem apud Ariam contra Karrofenses nichilominus peremptorie adesse iubetur. Imminente die Silvanectis prefixo, iter urgetur, ibidem tenditur et in brevi spacio pervenitur. Parte adversa per conductos pugiles coram delegatis multa allegante, et parte nostra parum aut nichil respondente, forma mandati apostolici, libellus conventionalis cum canonicis induciis, petitur a nobis et impetratur; et[a] apud Ariam vero reversis[b], id ipsum a nobis fit, excepto eo quod sustinere noluimus, ut alius dies nobis[c] peremptorius preficeretur. Consilio enim peritorum freti, et commissionem conferentes commissioni, petitionem quoque petitioni, ad declinandum forum iudicum coram eis allegavimus, quod, ex quo per duplicem commissionem pars adversa coram Silvanectensibus et coram Ariensibus super eodem negocio et eisdem articulis nos intenderet, impeteret, secundum iura scripta et expressa carere deberet commodo utriusque. Facta autem eis copia Silvanectensis commissionis et formate ibidem petitionis, ne quid ulterius[d] contra nos attemptarent, ex parte domini pape a nobis est eis inhibitum et coram testibus idoneis ad eundem dominum papam pro parte nostra appellatum. Sicque tandem ab eis appellationi delatum.

cf. Cont. Berg. 167. Anno Domini 1208. propter[2] ecclesiam Cantuariensem tota Anglia sub interdicto posita est, nullis celebrantibus divina preter Cistercienses. In provincia Sancti Egidii heresis Albigensium detecta est; cuius professores virum venerabilem Petrum apostolice sedis legatum ob confessionem Iesu Christi nequiter peremerunt[e]. Philippus cognomento Suavus iam factus rex Alemannie ad imperium Romanorum aspirans, a quodam duce[e'] suo gladio percussus interiit.

168. Imminente die a Silvanectensibus prefixa[f], paucis nobiscum[g] assumptis et aliquibus peritis in iure a Parisius evocatis, in multitudine gravi Karrofenses invenimus, ex quibus quidam statim a Karrofo venerant, quidam vero cum priore de Fraxineto eis occurrerant. Iudicibus itaque nostris coadunatis et post prandium pro tribunali sedentibus, quidam partis adverse patronus magno pretio conductus, sperans magna lucrifacere, magnam verborum congeriem cepit evomere et nos ad respondendum, prout dies exigebat, verbis cepit exigere et multis rationibus compellere. Replicavit econtra pars nostra, nos ibidem nec velle nec debere respondere, sed tamen ad declinandum forum eorum breviter dicere illud idem quod Arie[h] nuper diximus, ubi similiter coram delegatis presentes extitimus: quod, ex quo adversarii per duplicem commissionem super eodem negocio et eisdem articulis nos vexare intendebant, utriusque commodo[i] carere debebant. Unde ab eisdem iudicibus petitum est, ut, sicut commissionis ad eos transmisse copiam haberent, ita etiam formam commissionis Ariensis iudicum sigillo signatam coram se legi facerent et, habita collatione super utraque commissione, utrum ad unum finem tenderent et in principio et in medio idem saperent, ipsi iudices iudicarent. Quod constanter denegantes, tam dictus episcopus quam sui coniudices dixerunt, commissionem quandam ad eos directam fuisse, de alia commissione eis minime liquere, et, si eorum sententiam expectare vellemus, iudicium procul dubio equitatis ab eis reciperemus. Quibus pro parte nostra fuit responsum: 'Vestro iudicio numquam stabimus, nec[k] aliquo modo equitatem a vobis reportare sperare possemus, ex quo in tantum iudicum officium affectatis et gratiam nobis denegatis, quam ab Ariensibus nuper reportavimus. Preterea vos, domine episcope, specialiter suspectum habemus et iustas suspicionis causas coram vobis et vestris collegis contra vos pretendimus et ad probandam suspicionem in[l] instanti arbitros petimus. Nam fratrem vestrum germanum, Silvanectensem archidiaconum, quem modo habetis assessorem, tam in cena serotina quam in prandio hodierno adversariorum nostrorum hospitem vidimus et commensalem. Unde

a) *deest* 3. b) reversus 3. c) p. n. 2. d) c. n. u. 3. e) peremeatur 1; peremerant 3. e') *deest Cont. Berg.* f) indicta 3. g) a. n. 3. h) Ariam 1. 2. i) quomodo 1. 2. k) ne 1. 2. 3. l) iniustam a. 3.

1) Electionem d. 19. Febr. 1208. habitam fuisse, infra c. 174. narrat. 2) *Propter ecclesiam — interiit* etiam Cont. Berg.

a vobis simpliciter volumus audire, utrum appellationi nostre deferre velitis vel propter 1208. iustam suspicionis causam probationem nostram recipere'. Respondente episcopo de consilio coniudicum, quod omnia frivola essent que pro parte nostra allegata fuissent, se nec appellationi deferre, nec pro aliqua suspicione, que nulla erat, probationem velle recipere[a], pars nostra illico respondit: 'Pro hoc ergo gravamine domini pape audientiam appellamus, personas nostras, bona monasterii nostri eius protectioni supponimus; a vobis etiam apostolos[1] petimus, a fidelibus autem qui presentes sunt loco et tempore testimonium veritatis humiliter postulamus'. Sicque[b] a nobis discessum est, sed ab eis appellationi minime delatum. Nos interim coram se citari faciunt et peremptoria edicta ad plures personas transmittunt; ad nullum autem eorum personaliter comparemus, sed appellationi facte firmiter inherentes, aliquos nuntios quandoque transmisimus cum litteris de rato, ut per eos appellationem factam innovemus. Ipsi vero iudices se contemptui haberi credentes, nos punire statuunt quasi contumaces, et per totum Morinensem episcopatum nos precipiunt excommunicari, bona nostra exponi, omnibus illis similem excommunicationem sortitis, qui molendinis nostris molerent, qui furnis nostris panes coquerent, qui census annuatim debitos nobis persolverent.

169. Sententia interim de die in diem contra nos crescente, et ecclesia presenti minime cessante, sed appellationi firmiter adherente, sollempnis dies beate Rotrudis imminebat et ad Iun. 22. sui venerationem tam vicinos quam extraneos invitabat; sed me qui hec scribo consueta devotio, ut vacarem festo, retinere non valebat. In memet[c] ipso enim deliberans, manifeste cognovi, quod, si festo interessem, propter latam iam pridem sententiam multorum scandalum incurrerem; si vero ante festum ad curiam ad quam appellavi iter arriperem et meam conscientiam propter appellationis executionem emundarem, et fratres appellationi inherentes ad opus Dei devotius perficiendum expeditiores efficerem. Paucis denique diebus ante diem festum, salutatis fratribus et ad pacem et concordiam eis invitatis, assumpto mecum quodam fratre sacerdote et monacho, iter arripui et per vicina monasteria aliquamdiu delitui, nolens Italiam intrare, quamdiu estatis duraret intemperies, licet mente revolverem, quod in anno transacto me Deus inde reduxerit contra multorum opiniones. In nocte igitur sancte Rotrudis apud Sanctum Andream in Pontivo[d,2] pernoctans et tam de tempore transacto quam de imminenti negocio multa in memet ipso deliberans, statim sompnus[e] fatigato subrepsit[f], et sive phantasma sive illusio nocturna sive visio sive sompnium extiterit: credo, quod presagium futurorum fuit. Videbar enim videre, me et omnes fratres meos Andrenses monachos propter secessum nature latrinam quandam spatiosam intrasse, et cum nox esset, totum lumen subito extinctum fuisse, ita quod nullus nostrum aditum, per quem ingressus fuerat, ut inde egrederetur, potuit recogitare[g]. Et ecce subito, ingenti lanterna precedente, dominum papam transire video; surgens et eum sequens, fimbriam cappe eius apprehendo, fratres et socios, ut alter alterum teneat et precedentes sequatur, invito, dominum, quem tenebam, ut de domo tenebrosa et de loco horroris nos educat, humiliter exoro. At ille subridens clementer annuit, singulos et omnes eduxit et in ecclesia[h] eleganti relictos Deo psallere mandavit. Expergefactus a sompno, nobis victoriam, hostibus confusionem cepi intra memet ipsum promittere, per Franciam et Burgundiam iter potius differre, quam accelerare, ut, peracto autumnali periculo, circa festum sancti Michaelis domini pape con- Sept. 29. spectui nos possemus competenter presentare.

170. Romam itaque ante festum sancti Michaelis cursu prospero advenimus, excepto quod quendam de pueris nostris, qui nimis avide ficus et uvas et alios fructus autumnales pregustaverat et ob hoc in dissenteriam lapsus fuerat, ibidem languentem reliquimus et postea circa festum sancti Martini eum in claustro Lateranensi honorifice tumulavimus. Nov. 11. Domino autem papa calores estivos Rome precipue nocivos iam pridem fugiente et adhuc in Campania, que specialis eius est terra[i], moram faciente, apud urbem fertilem Ferentinam[3] ad eum accessimus, et eo humiliter salutato, et negocio, pro quo advenimus, verbis brevibus

a) suscipere 3. b) Sic 2. c) me 2. 3. d) Pontruo 1. 3. e) sompnis 1. f) obrepsit 2. g) excog. 3. h) *deest* 2. i) certam 2.

1) Erant apostoli dimissoriae litterae, quae dabantur ab officialibus et ecclesiasticis iudicibus, quoties Romam ad summum pontificem provocabatur. DU-CANGE. 2) Ponthieu, départ. Somme. 3) Ferentino.

1208. ei exposito, in osculo pacis ab eo recepti et eius benedictione confortati, quinque hebdo-
Nov. 1. madas in eius curia nichil negocii facientes continuavimus. Postea omnium sanctorum festivitate transacta, tota Romana nobilitas dominum papam ad celebrandam Lateranensis ecclesie dedicationem, que est in festo Theari[a] martyris[1], humiliter invitat, senatorem Urbis, qui quasi ipso invito dominium tenuerat, sponte cessurum denuntiat; quemcumque de nobilitate Urbis ad illud officium voluerit institui, eum tota Urbs letabunda expetit et expectat. Imminente dedicationis die, dominum papam Romam tendentem prosequimur. Obviantes ei[b] catervas militum, nobilium, purpura et bysso, cocco et serico amictorum et equis pretiosis et multipliciter phaleratis invectorum, vidimus, et mirati fuimus ad ultimum sollempnem processionem extra menia Urbis tam ex Hebreis quam christianis ex omnibus collegiis Urbis coadunatis eidem domino pape occurrentem et secundum uniuscuiusque ordinem laudem et gloriam ei exhibentem. Ecclesiam Salvatoris[c] suique precursoris[2] ipsum cum cardinalibus primo intrantem e vestigio prosecuti sumus[d].

171. Per mensem fere integrum adversarios postea compulsi fuimus expectare, quia ipsis absentibus nichil omnino potuimus impetrare. Tandem adveniente supra nominato Gaufrido de Aubis, me instante qui hec scribo, dum ipse negocium vellet differre et multitudinem advocatorum conducere, ante domini pape presentiam asciscitur, de providendo nobis auditore tractatur. A me qui hec scribo omnis auditor preter illum qui nos[e] tunc audiebat tamquam suspectus repudiatur, ut ipsemet nos audiat et causam terminando discutiat, a nobis humiliter imploratur; petitioni facte acquiescitur, et certa nobis dies assignatur. Prefatus interim Gaufridus patronorum[f] suffragium multiplex[g] exquirit; multa dat et plura promittit; aliquos etiam, quos michi coniunxeram, a mea fidelitate avertit: alios, ut ei assisterent, dato pretio ad[h] se attraxit, alios, ne ei obsisterent, nichilominus conduxit. Die statuta circumsedentibus fratribus statim post missam dominus papa in consistorio sedit; clericorum et religiosorum multitudo presens ibi affuit; ut Karrofensium et Andrensium causa tractaretur, verbo et nutu precepit. Ego igitur qui hec scribo videns et considerans, 9 advocatos precipuos memoratum Gaufridum circumstare et me non nisi duos a latere habere, verba eorum, que[i] iam proferre incipiebant, anticipans, dixi domino pape: 'Pater sancte, in curia vestra male contra me agitur; contra parvitatem meam et paupertatem adversariorum superhabundantia[k] fraudem et dolum manifeste machinatur, dum duos ad minus patronos secretorum meorum conscios et, si nondum salario, certo tamen michi[l] pretio astrictos michi abstraxisse et in partem suam attraxisse videtur, dato etiam[m] aliis advocatis magno pretio, sicut probare paratus sum, ne per eos cause nostre subveniatur. Si ergo sanctitati vestre equum videatur, ut cum duobus patronis, qui ab adversario corrumpi noluerunt[n], immo michi fideliter astiterunt, contra novem famosos certamen debeam inire, libenter obediam, quia, quicquid hodie coram nobis[o] tractabitur, magis in facto quam in iure reor consistere. Ego enim ab annis puerilibus sum monachus et iuris ignarus, sed super facto huius negocii, quod cum adversario commune habemus, tam de visu quam de auditu plenius instructus'. Percunctante domino papa, quinam essent illi qui consilii mei conscii, me relicto, ad adversarium meum transiissent, eos nominavi et digito ostendi. Quibus a domino papa terribiliter adiuratis, ut veritatem dicerent super premissis, se quidem publice recognoverunt consilio nostro[p] interfuisse, sed a nobis nichil recepisse. 'Et nos', inquid dominus papa, 'quia utrique consilio vos ambitiose ingessistis, quod procul dubio contrarium esse sciebatis, vos tamquam infames ab utroque amovemus et, ne hinc inde salarium vobis detur, districtius inhibemus'.

172. Recedentibus illis, unus ex septem residuis a globo veteri telam suam[p] ordiens, proposuit, Karrofense cenobium ab antiquis temporibus nobiliter fundatum in tanta gloria a sui fundatione enituisse et in tantum honorem circumquaque excrevisse, quod in multis terrarum locis abbatie ei subiciebantur, prioratus conferebantur, ville dabantur et oppida et cetera usibus monachorum necessaria a regibus terre et principibus liberaliter offerebantur. Inter quos Balduinus Gisnensium[q] quidam comes et Adela, uxor eius, comitissa locum, in quo

a) *tia* 1. 2. 3. b) et 1. c) salvatis 2. d) fuimus 2. e) t. n. 3. f) pruorum 1; paternorum 2. g) multipliciter 2. h) a. s. *des.* 2. 3. i) qui 3. k) abundantia 3. l) pr. m. 2. m) enim 3. n) vol. *corr.* nol. 2; vol. 3. o) vobis 3. p) *deest* 3. q) q. G. 3.

1) Festum Theodori intelligi videtur, quod celebratur d. 9. Nov. Cf. Gregorovius, 'Geschichte der Stadt Rom' V, p. 63. 2) i. e. ecclesiam Lateranensem.

Andrense monasterium situm est, cum appendiciis suis dederunt ecclesie Karrofensi, annuente hoc et per privilegium confirmante domino Gerardo Morinensium episcopo, eorum diocesano. Qui episcopus instituit per privilegium[1], quod pre manibus habemus, quod, si prefatus locus divino munere adeo pullularet, ut prior aut abbas constitueretur ibidem[a], electio eius penes abbatem et conventum Karrofenses pendeat. Et hoc quidem statutum per centum annos et amplius, et precipue in electione sex abbatum contigue succedentium, fuit observatum, qui omnes de gremio monasterii Karrofensis fuerunt assumpti et Andrensi cenobio prelati. Quod ut sanctitati vestre manifestius eluceat, queratis a procuratore eiusdem loci, utrum ea que dicimus credat sic se habere, quia in instanti parati sumus omnia probare'. Deinde[b] domino papa precipiente, ut Morinensis episcopi privilegium, cui in tantum innitebantur, exhiberetur in iure, exhibitum et fine tenus lectum fuit, et eo lecto, ad me qui hec scribo dominus papa dixit: 'Contra hoc statutum vel contra hoc privilegium visne aliquid dicere? Ea autem que in eo continentur scis aut credis vera esse'? Ad quem ego: 'Statutum quidem sic esse credo, et contra Morinensis episcopi scriptum nichil dico, quia illud idem penes nos esse scio, excepto eo quod neque monasterii alicuius patronus laicus per suam donationem neque diocesanus per suam confirmationem ius commune omnibus generaliter concessum ex sua specialitate coangustare possent[c] aut restringere, quia ius commune nobiscum est; et preterea nos domini pape Alexandri super libertate electionis privilegium constat habere[2], quod, pater sancte, in anno preterito vestra dignatio vidit et fine tenus legit et ecclesie Andrensi dignata[d] confirmare[3]. Ipsius autem ecclesie fratres tam iuri communi quam eidem privilegio et vestre indulgentie innitentes, iam fere per biennium pastoris solatio carentes, me nuper in patrem, in[e] pastorem elegerunt et per litteras[f] sufficientes abbati et capitulo Karrofensi humiliter presentaverunt, quatenus secundum indulgentiam a vobis, pater sancte, concessam ipsi[g] de electione cognoscerent[h], de moribus inquirerent, de scientia examinarent et, prout de iure faciendum esset, ipsi electionem de me factam confirmarent vel infirmarent. Que petitio statim, ut ad eos venit, sine cause cognitione repulsa fuit, nec michi eorum alumpno cum familia modica saltem per unam noctem infra ipsorum monasterium licuit habitare, sed expulsos de monasterio et contumeliose eiectos infra unius burgensis domum iam latronibus expositos oportuit perhendinare. Quod ergo ab eis michi denegatum est, a vobis, pater sancte, michi concedi peto: electionis formam, qualemcumque personam meam et omnes iuris circumstantias vestre discussioni et examinationi humiliter et devote suppono; quod nichil contra ius commune attemptavi vel pro me ab aliis attemptari permisi, manifeste propono, et cum ad[i] presens matrem[f] contra[k] meam Karrofensem ecclesiam nichil intendam criminaliter agere, licitum tamen michi videtur, ut super expensis ibidem extra monasterium a me invito factis debeam restitutionem habere, et ideo tam de ipsis quam de aliis in curia vestra factis vel faciendis iudicium a vobis et iustitiam non pudet exigere'. Adversarii autem formidantes, ne pro verbis[l], non eleganter, sed humiliter propositis, dominus papa aliquam gratiam parti nostre faceret, unde eorum iurisdictio in aliquo deperiret, dicebant, se instrumenta domi habere, et hec potissimum ad cause sue commodum pertinere, et ideo ad diem crastinum causam prorogari petebant, quia[m] se eisdem instrumentis roboratos et magis consultos venturos predicebant. Sicque ad eorum instantiam consistorium dissolutum et ab omnibus generaliter discessum est.

173. Sequenti die dominus papa consueto more post missam in consistorio residens et miserabilium personarum petitiones recipiens, precepit, ut de Karrofensium et Andrensium negocio tractaretur. Adversarii autem ex esterna[n] promissione se audientiam habere gaudentes, quicquid ex nocturna deliberatione, quicquid ex ipsius diei longa premeditatione potuerunt in unum coacervare, totum dignum duxerunt ad hunc finem deducere, ut electionem factam de me qui hec scribo elidere possent et cassare. Unde domino pape dixerunt: 'Pater sancte, iste Andrensis ecclesie procurator, qui se ipsius ecclesie electum dicit, quique heri a vobis[o] confirmationem petiit, in sua petitione non est audiendus, immo a confirmatione prorsus repellendus, sicut in instanti parati sumus probare. Cum enim venerabilis Morinorum episcopus Lambertus, vacante monasterio Andrensi, eiusdem conventui per litteras patentes

a) idem 3. b) Denique 3. c) possit 2; possunt 3. d) d. est 3. e) et 2. 3. f) *deest* 1. g) sibi 3. h) cognosce-retur 3. i) apud 1. k) c. m. meam 2. 3. l) proverbiis 1. 2. m) quare 3. n) externa 1; hest. 2. 3. o) nobis 2.

1) Vid. supra c. 7. 2) c. 63. 3) c. 158.

1208. sub interminatione suspensionis et excommunicationis precepisset, ne aliquem nisi de collegio monasterii Karrofensis eligerent, nec contra consuetudinem approbatam aliquid novi attemptarent: iste sui diocesani sententiam non formidans, contra eius inhibitionem elegi se permisit et ob hoc merito sententiam incurrit; eius quoque capitulum se potestate eligendi saltem hac vice privavit'. Et hiis dictis, pars adversa litteras Morinensis episcopi domino pape exhibuit. Innuente autem ipso, ut responderem, sic cepi: 'Certum est, pater sancte, quod, antequam littere iste fuissent impetrate, ego ad audientiam vestram pro me et ecclesia mea[a] appellaveram et indulgentiam vestram super libertate electionis ad exemplar privilegii domini pape Alexandri a vobis impetraveram. Nec possum credere, quod me appellationem prosequentem vel conventum meum appellationi facte firmiter inherentem litterarum, quas videtis, comminatio[b] posset ligare vel electionem impedire, maxime cum usque hodie tota Morinensis ecclesia et tota vicinitas nostra, de hac sententia nichil sciens, nobis[c] coutatur[d]; quos, si ligatos vel sententiatos quoquo modo cognosceret, tamquam ethnicos et publicanos artius evitare teneretur. Preterea si me adversarii probare intendunt quoquo modo ligari, dum omnia machinamenta perscrutati fuerint, quibus fidelis quilibet posset[e] impediri: quare sententiam non pretendunt ab episcopo Silvanectensi et suis coniudicibus recenter latam, ridiculam potius quam formidatam, in qua reddituum nostrorum debitores, si eos nobis persolverint, iubentur excommunicari, qui molendinis[f] nostris moluerint vel qui ad furnos nostros[g] panes coquendos attulerint, omnes generaliter et indifferenter supponuntur extreme dampnationi. Male quidem ligandi sive solvendi potestate fungi videntur, qui rudes quidem homines et impotentes et totius iuris ignaros et etiam, quod maius est, nobis, si vellent, resistere non valentes, tam crudeli animadversione punire non verentur. Cum enim censuales nostri et mansionarii pleno nobis sint iure subiecti, eis finaliter incumbit aut consuetam pensionem annuatim persolvere et, sive sit in furnis sive in molendinis, quecumque sententia intervenerit, nobis consueto more satisfacere, aut certe de terra nostra confusos et inanes recedere'. Ad hec michi qui hec loquor dominus papa respondit: 'Sententiam', inquit, 'ab episcopo Silvanectensi et suis coniudicibus latam quare non observastis, ex quo ipsos auctoritate nostra fungi cognovistis? Nonne merito essetis puniendi, tu et fratres tui, qui, contemptis iudicum nostrorum preceptis, etiam divina celebrare presumitis'? Ad quem ego: 'Pater', inquam, 'sancte, nec erga vos nec erga illos qui a vobis delegantur ullum habemus contemptum, quia procul dubio hoc abominabile esset et prophanum; sed cum ad eosdem Silvanectenses et ad Arienses per tres fere dietas ab eis distantes pars adversa duplicem commissionem ex parte vestra detulisset super eodem negocio et eisdem articulis, nobis ad vestram presentiam appellantibus et, ut pars adversa commodo[h] utriusque commissionis[i] careret, instanter petentibus, Arienses quidem appellationi detulerunt, alii vero nec appellationi deferre nec apostolos dare nec contra suspicionem eis obiectam et ibidem, si permittere voluissent, statim probandam acquiescere noluerunt, immo quasi quodam zeli fervore contra nos, contra furnos nostros et molendina accensi, iniquam sententiam protulerunt, nobis more solito divina celebrantibus et ad oraculum vestrum tamquam ad asilum confugientibus. Nam cum pars adversa eorum diu sententie innitens, ipsa omissa, vestro conspectui se representet, mirum non est, si pars nostra ab eis fugiens et ad vos confugiens[k], in maiori mansuetudine a vobis et a vestris tractari speret et expectet'.

174. Hiis dictis, surgens dominus papa, ut super litteras Morinensis episcopi ei porrectas cum fratribus suis secum surgentibus consilium et colloquium haberet, per me qui hec loquor ad cameram suam transitum faciens, dixit: 'Si ad curiam accedens a premissis iudicibus te pro excommunicato habuisses, a curia procul dubio excommunicatus recessisses'. Intrante eo cameram et cum fratribus suis super premissis litteris colloquium protrahente, post pauca ego qui hec loquor iussus sum adesse. Moneor et precipior veritatem dicere, quo scilicet die vel tempore electio de me facta fuisset, et utrum pro confirmatione electionis abbati et ecclesie Karrofensi aliquis pecuniam promisisset. Ad quem
Febr. 19. ego: 'Electus quidem fui ante quadragesimam, in die que diem cinerum precessit; de sententia autem Morinensis episcopi, Deus scit! ad me mentio numquam pervenit, que, si ad

a) vestra 3. b) communicatio 3. c) *deest* 3. d) cunctatur 3. e) possit 3. f) in m. 3. g) nostro 2. h) quomodo 1. 2. i) car. com. 3. k) confugietis 2.

socios pervenisset, sicut credo, me minime tangit. Firmiter autem credo et pro constanti 1208. habeo, quod a nemine ex parte nostra abbati et ecclesie Karrofensi pecunia promissa fuit'. Quidam autem ex cardinalibus circumsedentibus michi subridendo dixit: 'Multum te et adversarium constat diversos esse, qui infinitam[a] pecuniam dicit promissam fuisse'. Cui ego: 'Hoc nec verum nec verisimile videtur; nam infinita pecunia promitti posset, sed quomodo ab ecclesia mea persolveretur'? Iussus egredi, ad advocatos revertor et, quid fortuna dare voluerit, simpliciter prestolor. E vestigio dominus papa cum suis prosequitur, sede prius sibi parata recipitur. Deinde, omnibus circumsedentibus et tacentibus, sententiam conceptam sic orditur: 'Contra Andrensem electum, quem bonum virum credimus, et quem ad regimen cuiuslibet monasterii satis idoneum et litteratum et audivimus et experti sumus, dilecti filii Karrofensis ecclesie nuntii multa proposuerunt, sed nichil adhuc coram probaverunt, quod sacri canones censeant in eo puniendum vel quod eisdem videatur contrarium. Verum, quantumcumque personam eius diligamus, electionem de eo factam ad presens cassamus, quia[b], sicut ex litteris bone memorie Morinensis episcopi nobis innotuit, ab interdictis et de interdicto facta fuit. Vos autem, utriusque partis patroni, post narrationem et recognitionem facti, super quo plenius instructi estis, ad discussionem iuris procedatis, quia[b] per gratiam Dei usque ad finem litis copiam nostri sufficienter habebitis'. Denique illo die ac[c] tribus sequentibus super iuris discussione et super diversis articulis ad ius et consuetudinem pertinentibus patroni nostri coram domino papa disputaverunt et suis allegationibus diversis et contrariis ad minus dies detinuerunt. Tandem dominus papa, cum pars nostra vellet et instanter expeteret, ibidem negotium expediri, et pars adversa mallet, causam committi et diu differri, ut sub onere debitorum nos contingeret naufragari, A. archidiacono, magistro P. Polverel[1], canonicis Parisiensibus, et magistro R. decano Salesberiensi Parisius commoranti causam commisit et terminari precepit et, si partes mallent, eandem causam sufficienter instructam[d] ad se remitti mandavit. Hec autem commissio in tertia 1209. Ian 3. compilatione inter decretales[2] nominatissima habetur et inter modernos scolares, quotiens agitur de consuetudine, frequenter recensetur.

175. Dum hec Rome aguntur et patroni nostri alternis vicibus vires suas experiuntur, dominus papa rogatur[e] a nobis ad exemplar privilegii domini Paschalis pape sibi ostensi[3] propter quasdam possessiones a nobis de novo acquisitas et nondum a iudice ecclesiastico confirmatas: hoc privilegio nobis indulsit et a cardinalibus subscribi mandavit, quod sic 1208. Dec. 21. incipit[4]:

. . . .

176. Ad petitionem quoque nostram dominus papa nobis indulsit, ne aliquis infra ter- Dec. 17. minos parrochiarum nostrarum oratoria sive xenodochia construere presumeret, ne eorum occasione nobis aut capellanis nostris in futurum preiudicium immineret. Nam extra castrum Gisnense et Ardense ea postmodum construi vidimus, patronis inconsultis et reclamantibus. Et etiam dominum Balduinum[5], quondam comitem Gisnensem, ut construeret domum leprosorum de Spelleke infra terminos huius parrochie, multum elaborasse audivimus[6]; sed dominum Petrum abbatem ei[f] in faciem restitisse scimus, et nos exemplo simili ad presens nobis previdimus. Tenor autem autentici[7] domini pape talis est:

. . . .

177. Preterea cum ex parte nostra domino pape fuisset significatum et ei sepius suggestum, quod monasterii nostri vavassores de feodis ad nos pertinentibus alienationem facerent et, nobis inconsultis, quibusdam potentibus[g] ea obligarent titulo pignoris, unde ius nostrum videbatur deperire tam in alienatione quam in annuis serviciis: ab eo nobis indultum est omnia bona ad monasterium nostrum pertinentia titulo pignoris posse retinere, nec

a) i. prope 2. b) quare 3. c) a 2; et 3. d) instructum 1. 2. 3; *correxi* (v. i. p. 750 l. 2). e) *ita* 1. 2. 3. f) et 3. g) patentibus 1. 2.

1) Erat abbas Sanctae Genovefae; cf. Potthast, Regesta I, p. 313 nr. 3635. 2) Coll. III. decret. lib. I, tit. 3. de consuet. c. 7. in Augustini Tarrac. opp. (Lucae 1769) IV, p. 430. Cf. Potthast I, p. 309 nr. 3590. 3) Vid. supra c. 18. 4) Sequitur confirmatio bonorum monasterii 12. *Kal. Ianuarii, indictione* 11, *inc. dom. a.* 1208, *pontificatus vero domini Innocentii pape III. anno* 11. data. Dachery IX, p. 578 sqq.; ed. alt. II, p. 845. 5) secundum (1169—1205). 6) Cf. Lamb. Ardens. c. 69. 70, supra p. 594 sq. 7) *Datum Laterani* 16. *Kal. Ianuarii, pontificatus nostri a.* 11. Dachery IX, p. 581 sq.; ed. alt. II, p. 846. Cf. Potthast I, p. 308 nr. 3566. 3575.

1208. Dec. 20. fructus exinde perceptos pro usuris computari debere. Forma autem indulgentie super hoc nobis concesse talis est[1]:

. . . .

178. Hiis igitur impetratis et novis adhuc de quorundam amicorum nostrorum negociis promovendis in curia sollicitis, me qui hec scribo in quodam vespere accersiri fecit et in hec verba prorupit: 'Ne', inquid, 'turberis neque movearis, quod electionem de te factam cassavi, quia[a] Deus scit, quod non ex rancore, sed ex caritate processi. In hoc enim facto sententiam contra te et fratres tuos a diocesano tuo latam purgans revocavi, nec te multum lesi, quia iterum eligi poteris et, si vis, super his litteras nostras ad fratres tuos reportabis'. Ad quem ego: 'De hac', inquam, 'temporali cassatione, pater sancte, non est effractus animus meus, nisi inde gauderet et michi insultaret adversarius meus; de facienda autem iterum electione de me, sciatis procul dubio, me nuntium numquam fore, ne videar michi laborasse. Supplico autem attentius, ut, expedita nobis commissione, qua communiter nos uti vultis, cum vestra benedictione ad natale solum nos quantocius remittatis, quia[a] eundo et redeundo et in curia vestra moram faciendo multa expendimus et, antequam negocium terminetur, multas adhuc expensas nobis imminere scimus'. Denique, benedictione
Dec. 26. eius adepta, a facie eius[b] egredimur; paucis postmodum diebus in crastino dominici natalis relicta Roma, festinanter ad Galliam tendimus. Applicantes tandem Parisius, prefatis iudicibus commissionem allatam exhibemus. Cuius auctoritate adversarios nostros a Pictavia peremptorie citari facimus, et per biennium fere continuum sub eorum iurisdictione litigando laboramus. Denique me qui hec scribo procuratore constituto et propter repetitionem frequentium citationum iam quodam modo fatigato, dum quidam de adversariis nostris in scolis Parisius residerent, ut ita facilius iudicum suorum et patronorum copiam haberent, quidam vero apud Fraxinetum moram facerent: de consilio fratrum nostrorum et quorundam amicorum in prioratu Sancti Dionysii de Carcere per aliquod tempus studui perhendinare et advocatos cum iudicibus exinde quandoque consulere, certis etiam diebus, quibus ad hoc vacare potui, rectores theologie, nunc legentes, nunc disputantes, diligenter audire. Cum ergo ad productionem testium ventum fuisset, adversarii multos testes Parisius produxerunt, quosdam vero et multo plures in terra sua examinari impetraverunt. Nostros quoque testes tam senes quam decrepitos Parisius deduci et examinari coegerunt; sed et instrumenta nostra, quibus pro nobis uti noluimus, pro causa adversariorum et ad instantiam eorum Parisius deferre et in iure exhibere coacti fuimus: et ita multa pertulimus gravia, pro quibus de iure potuimus appellare, ne causam, quam maturari voluimus, videremur prorogare.

1209. 179. Anno Domini 1209. Philippus[2] rex Francie ad petitionem Reinaldi comitis Bolonie
cf. Cont. Berg. terram Arnulphi comitis Gisnensis intravit in multitudine gravi comitum, militum et servientium, et diruto castello quod dicitur Bonham, in quibusdam aliis castellis, scilicet Colewide[3], Sangate[4] et Rolinhove[5], munitiones ex parte comitis Bolonie tam militum quam servientium in eis reliquit et sic in Franciam rediit. Qui vero in eisdem castellis a rege sunt relicti, terre Gisnensi ceperunt nimis esse infesti, homines terre capientes et captivantes, magnas pecunias ab eis extorquentes, oves eorum et boves devorantes, mulieres opprimentes, et quod non ad benefaciendum, sed ad nocendum et persequendum ibi positi fuerant, publice protestantes. Ut autem facilius nuntii et homines comitis Boloniensis apud Rorichove possent accessum habere, per spatiosam paludem inter Rorichove et solidam terram de Merch[6] iacentem viam spatiosam, collecta tota communia de Merch, ceperunt fodere et ex utraque parte fossatis ambire et de terra palustri sive sabulosa, que de fossatis extrahebatur, viam sternere; sicque infra spatium sex dierum opus, quod vix aut numquam fieri sperabatur[c], peregere. Hec vero clades per annum duravit et terram de Gisnes miserabiliter oppressit, sed propter regis timorem nullus eis resistere ausus fuit. Tandem comes Bolonie assensu domine comitisse Beatricis de Gisnes, que[d] eiusdem castri dominum, scilicet Manassem, mariti sui germanum, non tenere diligebat, idem castrum triplici fossato cir-

a) quare 3. b) *deest* 3. c) sperabat 3. d) qui 1? 2? 3.

1) *Datum Laterani* 13. *Kal. Ian., pontificatus nostri a.* 11. Dachery IX, p. 582; ed. alt. II, p. 846. 2) Sequentia usque ad verbum *rediit* etiam Cont. Berg., sed brevius reddita. 3) i. q. apud Lambertum 'Colvida'. 4) Sangatte, a Calais ad occidentem. 5) Num i. q. infra Rorichovia? Vid. Lambert. Ard. c. 72, p. 595. 6) Merck, a Calais ad orientem.

cumcinctum, piscium multitudine copiosum, vineis, virgultis et pratis uberrimum, in cuius edificio sumptuose laboratum est per spatium decem et septem annorum, funditus everti precipit et relique terre coequari, virgultis et vineis radicitus evulsis, asportatis piscibus et fossatis obstrusis, et prius quibusdam de nostris ibidem submersis. 1210.

180. Anno Domini 1210. lite Parisius pendente, et conventu nostro plures expensas faciente, nobilis vir Eustachius de Hames de bonis nostris concupiscens et pro iisdem bonis nobis sua temporalia impertiri volens, septem polkinos frumenti et quinque polkinos avene nobis in elemosinam dedit et 20 solidos, qui in ordinatione uniuscuiusque abbatis ei debebantur, omnino remisit. Cuius autem elemosine a se confirmate et ab uxore sua Mathilde et filia primogenita Eufemia concesse talis est tenor[1]: Aug.

. . . .

Quia vero quedam pars huius elemosine, utpote 7 polkini frumenti et quinque polkini avene, ad feodum domini[2] de Fielnes solebat pertinere, et 20 solidi, quos in ordinatione uniuscuiusque abbatis assuevit recipere: quod ab eodem domino tenuit, in usus nostros confirmari fecit et huius confirmationis tenor sic incipit[3]: Aug.

. . . .

Quoniam autem[a] maxima pars predicte elemosine, maxime[b] de consuetudinibus quibusdam indultis, remissis et redemptis et ad domum de Hames pertinentibus, ad feodum domini Gisnensis comitis dinoscitur pertinere, chartam suam nobis indulsit et a[b] comite Gisnensi eandem concedi et confirmari fecit, sicut in sequentibus apparebit. Charta autem eiusdem Eustachii de feodo comitis facta et nobis indulta confirmata est nobis sub hac forma[4]: Iul.

. . . .

Sicut autem premissum est, dominus Arnulphus comes de Gisnes ab eodem Eustachio admonitus, et pro eo quod predicta elemosina[c] de ipsius erat feodo, ad hoc inductus est, quod chartam suam nobis concessit in hunc modum[5]: Aug.

. . . .

Denique, ne quid nobis ad certitudinem deesset, idem Eustachius, qui predictam elemosinam suam confirmaverat, quique eam a duobus dominis suis Arde[d] a comite Gisnensi et Willelmo domino de Fielnes confirmari fecerat, una cum fratribus nostris ad dominum Iohannem Morinensem episcopum personaliter accessit, rem gestam per ordinem retulit et super premissa elemosina chartam eius impetravit sub hac forma[6]: Aug.

. . . .

181. Anno Domini 1211. Reinaldus[7] comes Bolonie a domino suo Philippo rege Francie, qui eum primo exaltaverat et nobili Ide Boloniensi comitisse maritum dari permiserat, de terra sua fugatur. Et sic simul et semel pro multiplici proditione sibi imposita, unde nec se purgavit nec forsitan purgare[e] potuit, quinque comitatibus[8] privatur. Qui de Francie regno exiens et cum Ottone Romanorum imperatore et Alemannie rege fedus iniens, postmodum vero, mari transito, ad ipsius imperatoris avunculum Iohannem regem Anglie personaliter accedens, tam predictos reges quam eorum optimates contra regnum Francorum commovit et incitavit et ad ipsum debellandum modis omnibus animavit, sicut in sequentibus patebit. 1211. cf Cont. Berg

182. Eodem anno huius ecclesie fratres iam per quatuor fere annos multipliciter impugnati et, ut caderent, impulsi et evulsi, Parisius peremptorie citati sunt ad audiendam sententiam diffinitivam[9]. Me autem qui hec scribo cum priore nostro ibidem pro universitate transmisso, et[b] coram memoratis iudicibus per duos dies continuos prolixo conflictu habito, cum nobis constaret tam per quosdam gestus exteriores quam per aliquos assessores, quod de tribus iudicibus solus nobis, scilicet decanus Salesberiensis, fideliter adhereret, 1211 (?)

a) ante 2. 3. b) *deest* 3. c) *deest* 2. d) Ardea c. 1. 2; Ardeae c. 3. e) se p. 2.

1) *Actum est hoc sollempniter anno dom. inc.* 1210, *mense Augusto, eo videlicet tempore, quo ego Eustachius* (de Campanies) *cruce signatus contra inimicos crucis Christi Albigenses ire proposui.* Dachery IX, p. 585 sq.; ed. alt. II, p. 847. 2) Willelmi. 3) Dachery IX, p. 587 sq. 4) a. 1210, m. Iulio. Dachery IX, p. 588. 5) a. 1210, m. Augusto. Dachery IX, p. 589 sq. 6) a. 1210, m. Augusto. Dachery IX, p. 590 sq. 7) *Reinaldus — Francie* et *de — fugatur* etiam Cont. Berg. 8) Dammartin, Boulogne, Mortain, Aumale, Varennes. 9) Cum Willelmus iam d. 6. Mart. a. 1211. Romae versatus sit (v. infra c 183), haec fortasse in finem a. 1210. reiicienda sunt.

1211. et pars adversa a duobus residuis sententiam diffinitivam finaliter pro se expectaret: a parte nostra fuit petitum, ut secundum formam commissionis causa sufficienter instructa ad dominum papam terminanda[a] remitteretur. Quod plene[b] et plane nobis denegatum fuit a duobus, pro eo quod in commissione non partis, sed partium voluntas continebatur. Denique prefatus Salesberiensis, nobis relationem fieri petentibus et, ne aliter fieret, districtius per appellationem inhibentibus, suisque coniudicibus, quod de capitulo ecclesie Karrofensis teneremur eligere, sententialiter proferentibus, una cum suis assessoribus, viris discretis et in utroque iure peritis, eorum sententia non approbata, de consistorio surrexit, causam ad dominum papam remittendam in presentia multorum decrevit; coniudicum sententie se minime assensum prebere dixit, et quantum in se fuit, attestationes, allegationes et alias rationes ad cause commodum pertinentes ad dominum papam sub suo sigillo clausas fideliter remisit, et etiam motum animi sui de hiis que audierat et[c] viderat per litteras patentes diligenter exposuit. Nos autem eius testimonio sufficienter innitentes et in suos coniudices et eorum complices et factores pulverem pedum excutientes, post dies aliquot arrepto itinere, Romam pervenimus. Sententiam contra nos latam et per Morinensem diocesim promulgatam nullius esse momenti, censuimus. Iterum de mandato apostolico consueto more expectationi adversariorum non voluntatem, sed temporis prolixitatem indulsimus. Quibus tandem advenientibus et sententiam pro se Parisius latam Rome confirmari sperantibus, die et nocte restitimus, terrarum distantiam, linguarum dissonantiam, personarum ignorantiam et per nos domino pape ostendimus et per prefati Salesberiensis decani testimonium evidentius comprobavimus. Nove interim lites, nova iurgia inter nos et adversarios consurgunt, novi causarum patroni et advocati se causis nostris immergunt, qui omnes aures domini pape non demulcent, sed potius fastidiunt. Ne tamen alicui partium preiudicium videretur irrogare, qui tam prefati Salesberiensis relationi quam nostre assertioni quandoque visus fuit assensum prebere, per duos dies propter cause nostre discussionem pro tribunali sedit, partes et patronos diversa quidem proponentes et multipliciter evagantes diligenter audivit et ad sententiandum sive ad componendum inter partes sequentem diem prefixit.

183. In ipsa nocte post decantatas ex more nocturnas vigilias michi qui hec scribo visum est, quod ante portam Andrensis monasterii consisterem et a portario tunc temporis Waltero nomine, postmodum deformiter necato et in bosco de Herkem mortuo reperto, portam michi aperiri instanter peterem. Qui cum responderet, se ad manum lumen non habere, unde nos et servientes nostros posset recipere et equis nostris necessaria providere, ad petitionem nostram totum monasterii ambitum lumen querendo circuivit et lumen minime invenit, et tamen in ipsis noctis tenebris porta nobis monasterii aperta, et illato nobis ab australi parte lumine, ipse quidem lumen suscepit et tam cereos quam lampades monasterii eodem lumine illustravit et etiam ad subsidium servientium, quia frigus[d] erat copiosum, ignem accendit. Cumque causa devotionis et fraterne visitationis claustrum et oratorium vellemus introire et Deo super impensis beneficiis grates condignas rependere, de cella porte contigua, que vulgo Mandatum dicitur[1], tres lupi mire magnitudinis per iubar lune coruscantis videntur exire et in nos introire volentes impetum facere. Animante nos predicto Waltero et se ipso contra luporum rabiem nobiscum fortiter accingente, lupos quidem tamquam mansueta animalia viriliter apprehendimus, et eis suffocatis, ad gratiarum actionem rependendam ecclesiam gratanter introivimus et nostro adventu fratres letificavimus. Iam discussis noctis tenebris, michi qui hec scribo in curia Romana moram facienti et de viso sompnio anxio et trepidanti lux serena illuxit; sed nichil adhuc serenum anxio cordi imprimere potuit, quia[e] et[f] sompnium preterite noctis mirabiliter tenebam et domini pape sententiam imminere finaliter sciebam. Inter spem igitur et timorem constitutus, virum venerabilem dominum Gilebertum monachum Sancti Bertini, mecum in hospitio commorantem, pro eo quod ipsum litteratum et morigeratum sciebam, et pro eo quod nichil duplicitatis aut deceptionis in eo timebam, ad me diligenter accersivi, ordinem sompnii ei[g] fideliter retuli atque hoc ab eo responsum accepi: 'Tu', inquid, 'ad ecclesiam tuam cum gaudio reverteris et lumen libertatis, quo ecclesia tua hactenus caruit, ibidem de curia Romana apportabis. Tres lupos rapaces, qui in ecclesia tua dominari sperabant, viriliter suffocabis,

a) terminandam 2. 3. b) pene 3. c) e. v. *des.* 3. d) fratribus 3. e) quare 3. f) *deest* 1. g) *deest* 3.

1) i. e. 'domus hospitum, quod hospitum advenientium pedes lavarentur'. Cf. Ducange IV, p. 223.

quia hodie per gratiam Dei Gaufridum de Aubis cum monacho et clerico sibi coherentibus 1211. aut per sententiam prostratos aut per compositionem tibi confederatos videbis'. Hec quidem dixit, et decantata a nobis prima, ad ecclesiam beati Antonii hospitio nostro contiguam, ut missam simul audiremus, nobiscum processit. Quam cum vellemus introire et, pro eo quod Francigene ibi ministrabant, magis quam alibi missam audire, in sabbato diem cinerum Mart. 6. subsequente sacerdos missam celebraturus officium cepit, clero secum cantante, inchoare: *Audivit Dominus et misertus est mei, Dominus factus est adiutor meus.* Quo cantu acsi celesti responso ego qui hec scribo letificatus et de sompnio preterite noctis aliquantulum confortatus, ad interpretem sompnii conversus dixi: 'Domine Gileberte, bene res agitur, de celo nobis auxilium promittitur, quia[a] Dominus audiens misericordiam et adiutorium nobis in presenti officio pollicetur'. Deinde chorum ingressi, missam devote audivimus. Qua finita, domum revertimur; cuius limen vix ingressi, ab ostiariis domini pape ad curiam subito provocamur.

184. Nobis et adversariis in presentia domini pape consistentibus, me qui hec scribo idem dominus in secreto cubiculo ad secretum colloquium invitat. Que mala, que incommoda ad curiam veniendo perpessus fuerim, et qualiter non longe a Roma captus et per quindenam et amplius ab inimicis captivatus extiterim, exponens declarat; que etiam et quanta Karrofensi ecclesie aliquando pro bono pacis obtulerim, nichilominus recordando insinuat. 'Nos', inquid, 'diutinum laborem tuum ad memoriam reducentes et ecclesie tue multiplex gravamen moderari cupientes et potius ad componendum quam ad sententiandum operam dare volentes, a te diligenter exquirimus, utrum malis compositioni intendere aut sententiam expectare'. Cui a me statim responsum fuit: 'Sententiam, pater sancte, secundum retroacta non formidarem[b] audire; sed quia filius pacis sum et semper fui, ad pacem et compositionem vos[c] potissimum precor intendere'. Quo dicto, de secretario illo sum emissus et, pro eo quod de forma compositionis aliquantulum premonitus et premunitus fueram, letus et alacer, ridens et iocundus ad socios et compatriotas meos me pro foribus expectantes transmissus, et subito prefatus adversarius Gaufridus de Aubis ad commune domini pape colloquium in eodem secretario admissus, brevi admodum sermone inter eos habito, idem Gaufridus tristis et plorans egreditur. Domino pape tribunal paratur, et ab omnibus circumsedentibus in commune dicitur: 'Hic ludus male videtur partitus, quia in uno perpenditur risus et in alio planctus et eiulatus'. Domino autem papa in consistorio sedente et quatuor annorum labores inter[d] partes habitos ad memoriam plenius reducente, sed et duplices sententias contra Andrenses inique latas non omittente, formam compositionis de fratrum suorum consilio formatam inter nos et Karrofenses promulgavit; quam sub Mart. 23. hac forma eisdem Karrofensibus et nobis perpetuis temporibus tenendam precepit:

[Forma[e] compositionis a domino papa inter nos et Karrofenses facta.]

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Hugoni abbati et conventui Karrofensi salutem et apostolicam benedictionem. Inter ecclesiam vestram et Andrense cenobium super iure eligendi abbatem Andrensem dudum questione suborta, postquam super ea fuit in nostra presentia diutius disceptatum, dilectis filiis decano Salesberiensi et archidiacono et magistro P. Pulverel canonico Parisiensi dedimus in mandatis, ut, auditis hinc inde propositis, si ex parte vestra talis foret consuetudo probata, que iuri communi preiudicaret, merito in hac ipsa[f] parte ipsi secundum consuetudinem eandem decernerent electionem Andrensis abbatis ulterius faciendam; quod si talis consuetudo, per quam in hoc casu preiudicaretur iuri[g] communi, minime probaretur, ipsi Andrensibus monachis ius eligendi abbatem, sublato appellationis obstaculo, adiudicare curarent, ut sic postmodum obtinerent liberam facultatem vel de ecclesie sue gremio vel etiam aliunde per electionem canonicam eligendi personam idoneam in abbatem, presentandam capitulo Karrofensi, ut, si esset canonica, confirmaretur ab ipsis; quod si forsitan partes mallent, ut nobis sententia servaretur, ipsi causam instructam ad nostrum examen remittere procurarent, prefigentes partibus terminum competentem, quo in nostra comparerent presentia recepture iudicium equitatis; quod si omnes his exequendis interesse non possent, duo eorum ea nichilominus exequi procurarent. Qui postmodum, testibus utriusque partis receptis, et tam instrumentis et rationibus quam confessionibus et allegationibus etiam diligenter inspectis, cum iudices super sententia proferenda tractarent et unus eorum, videlicet

a) quare 3. b) ref. 3. c) nos 1. 2. d) in 3. e) *rubrum addit* 2. f) *deest* 2. 3. g) iure 2.

1211. *decanus, astrueret, sibi de cause meritis non liquere, quam ad nostrum cupiebat examen remitti: reliqui duo iudices, sicut ex litteris intelleximus, eorundem cupientes negocium expedire, prout partes pluries instanter petierant, postquam in causa renuntiatum fuerat et conclusum, auditis specialiter postea que fuerunt a partibus proposita coram eis, cum iam sententiam, quam de consilio peritorum conscripserant, intenderent promulgare, Andrensis monasterii procurator quasdam suspicionis causas proposuit contra eos, de quibus ante nullam fecerat mentionem, et ad cognoscendum de ipsis arbitris*[a] *non petitis recessit ab eis. Sed dicti iudices nichilominus sententialiter decreverunt, ut, cum in Andrensi cenobio immineret abbatis electio facienda, Andrenses monachi ab abbate ac capitulo Karrofensi eligendi abbatem licentiam peterent et eligerent postmodum personam idoneam de gremio et professis ecclesie Karrofensis, ita quod in ipso capitulo Karrofensi eligere minime tenerentur. Cum autem nuper dilecti filii, G. de Aubis monachus vester et W. Andrensis ecclesie, procuratores propter hoc ad sedem apostolicam accessissent et super ante dicta sententia litigassent aliquamdiu coram nobis, nos qui ex officii nostri debito hiis que pacis sunt tenemur insistere, compositionem amicabilem et utrique monasterio utilem fecimus inter eos, quam ipsi demum pariter acceptarunt: Ut videlicet Andrenses monachi, qui nunc sunt et qui*[b] *pro tempore fuerint, Karrofensi abbati professionem faciant apud Andrense cenobium, promittendo eidem*[c] *obedientiam et reverentiam regularem. Cum autem in Andrensi ecclesia occurrerit electio facienda, Andrenses monachi de professis monasterii Karrofensis sive de suo sive de monasterii Karrofensis collegio personam idoneam libere sibi eligant in abbatem. Electus vero Karrofensi presentetur abbati, qui electionem de illo factam confirmare vel infirmare procuret, sicut de iure fuerit faciendum. Confirmatus autem a diocesano benedicatur episcopo et singulis trienniis monasterium visitet Karrofense ac census nomine viginti solidos sterlingorum annuatim persolvat eidem. Preterea Karrofensis abbas annis singulis, si voluerit, per se ipsum vel per duos ex suis monachis Andrense monasterium visitet; cui Andrensis abbas in choro, capitulo, refectorio et aliis locis utpote patri abbati cedat. Qui cum consilio Andrensis abbatis corrigat, si quid in membris Andrensis cenobii fuerit corrigendum; quod si quicquam corrigendum fuerit in abbate, id cum seniorum et saniorum fratrum ipsius loci consilio abbas corrigat Karrofensis. Nos igitur compositionem eandem a prefatis procuratoribus approbatam de communi fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmamus et presenti scripti patrocinio communimus, statuentes eandem perpetuis temporibus inviolabiliter observandam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani decimo Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno quartodecimo.*

In eundem quoque modum super facta compositione priori et capitulo Andrensi scripsit et ad posterorum memoriam transmisit. Tenor autem utriusque confirmationis per bullam domini pape roborate penes nos memoriter retinetur, ne aliud in autentico Karrofensi, aliud in Andrensi contineri dicatur.

cf Cont. Berg. 185. Anno Domini 1212. rex de Marroc, id est Kartaginensis, totam christianitatem Hispanie molitur debellare[1].

Quia vero tam ex domini Iterii abbatis promissione quam ex quorundam nobilium importuna suggestione super beneficiis non vacantibus quibusdam clericis tenebamur providere, cupientes de cetero huic morbo salubriter occurrere et tam nobis quam nostris successoribus precavere, a domino papa inhibitionem impetravimus, promissiones factas revo-
1211. Mart. 30. cantem et, ne de cetero fierent[d], prohibentem sub hac forma[2]:

. . . .

186. Sequenti die ad instantiam nostram dominus papa redditus, quos vacante monasterio nostro a nobili viro Eustachio de Hames acquisivimus, graves etiam et onerosas consuetudines, quas ab eo redemimus, queque per illustres viros Arnulphum Gisnensem comitem et Willelmum dominum de Fielnes, de quorum feodo ipsi proveniebant redditus et consuetudines, confirmari fecimus, sicut eorum docent charte[3], quas penes nos habemus,

a) arbitriis 3. b) *deest* 2. 3. c) *deest* 3. d) fieret 2.

1) Aliter Cont. Berg., SS. VI, p. 439. 2) Sequitur charta Innocentii, quae vetat, ne beneficia antequam vacent promittantur. *Datum Laterani* 3. *Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno quartodecimo.* Dachery IX, p. 599 sq; ed. alt. II, p. 851. 3) Vide supra c. 180.

auctoritate apostolica confirmavit; et etiam ut[a], terra comitis Gisnensis interdicto subposita, 1211. divina celebrare possemus, et more ecclesiarum parrochialium minime cessare nobis indulsit. Sed et monasterium nostrum a periculo fideiussionis exemit, ne per monachum vel conversum ultra pretium centum solidorum posset fideiuberi, sicut a nobis dudum fuerat statutum, nisi de licentia et consensu abbatis et maioris partis capituli et propter manifestam utilitatem eiusdem monasterii. Omnia autem ista ad presens indulta et dudum ab ipso confirmata propter viarum pericula in regesto suo ad cautelam iussit conscribi[1].

. . . .

187. Denique, his Rome peractis, me qui hec scribo et adversarios coram se evocatos iubet dominus papa potenti virtute verborum in osculo pacis coram se reconciliari, et omnes iniurias tam verbales quam reales utrobique ex corde remitti. Adversariis quoque pro renovatione quorundam privilegiorum adhuc in curia occupatis, me cum sua benedictione repatriare iubet et prius tamen ad Karrofense cenobium proficisci. Scripsit enim per me abbati et capitulo Karrofensi speciales[b] litteras omni dulcedine et familiaritate plenas, exhortans et monens et in remissione[c] peccatorum iniungens, ut omnem scrupulum prioris indignationis, zeli et amaritudinis de cordibus suis penitus auferrent et compositionem pro commodo utriusque ecclesie factam et salubriter ordinatam ratam et gratam haberent, Andrenses quoque monachos tamquam suos domesticos sincera caritate diligerent. Lectis in capitulo Karrofensi litteris apostolicis, ab omnibus 'Deo gratias!' respondetur. Michi qui hec scribo preter morem solitum omnis humanitas exhibetur. Postquam de infirmitate convalui, unde cum famulo nostro Manasse per aliquot dies ibi langui et egrotavi, ad natale solum redire conceditur.

188. Paucis postmodum diebus evolutis, forma compositionis fratribus nostris ostensa et ab eis acceptata, concorditer eligor, immo potius reeligor, et preeunte omnium voluntate, comitatus honesto viro Willelmo de Broborch sacerdote et monacho, litterarum capituli portitore et de processu[d] electionis fideli relatore, ab abbate et capitulo Karrofensi in pleno capitulo voluntarie et honorifice, fratribus concrepantibus et signis pulsantibus, confirmor et installor; et sic demum cum virga pastorali et litteris Karrofensis capituli ad dominum Iohannem Morinensem episcopum transmissus, et ab eo in matrice ecclesia beate virginis[2] et eiusdem assumptione sollempniter benedictus, ad fratres meos cum gaudio remittor. De- Aug. 15. inde facta computatione super debitis ecclesie nostre tam ex debitis in via et in curia Romana factis quam ex debitis in patria ista mutuo acceptis et in acquisitione redditunm vacante monasterio sumptuose erogatis et etiam multiplicibus nuntiis multipliciter collatis, inventum est, monasterium nostrum mille quadringentas[e] libras Parisienses debere, et hec omnia infra spatium unius anni persolvi oportere. De messibus autem sive mercedibus[f] suis servientes nostri quidam duorum annorum, quidam trium restitutionem petebant, quia fere omnes in substitutione novi abbatis se dilatos et prorogatos a priore et rectoribus monasterii fuisse asserebant, et precipue monasterii cocus nomine Willelmus, qui de decem et septem annis transactis annuam mercedem sibi restitui instanter petebat. Mansit igitur inter has debitorum procellas conventus noster per integrum primum annum minime dispersus, quia[g] summa debiti, id est trecente sexaginta marche sterlingorum, duobus parrochianis nostris, domine scilicet Adelidi de Andernes et Eustacio Bord de Herkem, debebantur; a quibus, etsi modesta servitia, non tamen usure extorquebantur. Conventus autem servitium Dei exercens et solito more simul manens, per totam hiemem et estatem sequentem in hoc loco moram fecit et secundum consilium multorum tam religiosorum quam secularium se future dispertioni preparavit et viriliter accinxit.

Maxima[3] pars Francorum, cruce Christi signata in pectore, et innumera multitudo Flandrie et Alemannie ad Albigenses incredulos exterminandos ad provinciam Tholosanam[4] properaverunt; ex quibus multi victores, multi victi fuerunt. cf. Cont. Berg.

a) in 3. b) spirituales 2. c) remissionem 2. 3. d) progressu 2. e) quadraginta 3. f) de m. 3. g) quare 3.

1) Sequuntur laudatae chartae Innocentii, i. e. confirmatio acquisitionum monasterii, indulgentia celebrandi divina tempore interdicti, inhibitio fideiubendi, duae priores datae 2. *Kal. Aprilis*, tertia 11. *Kal. Aprilis*. Dachery IX, p. 600 sqq.; ed. alt. II, p. 851 sq; Potthast, Reg. I, p. 362. 2) S. Mariae Teruanensis. 3) *Maxima pars — properaverunt* etiam Cont. Berg. 4) *Sancti Egidii* Cont. Berg.

189. De[a] peregrinatione infantium de diversis locis adunatorum.

1212. Infinita etiam multitudo parvulorum de diversis civitatibus, castellis, opidis et villis, nullo penitus exterius monente, confluxit, et versus mare Mediterraneum properantes, cum a parentibus vel ab aliis interrogarentur, quo vellent ire, quasi uno edocti spiritu singuli et universi responderunt: 'Ad Deum'!

cf. Cont. Berg. 190. Sequenti[1] hieme Fernandus, filius regis Portugalensis[2], uxorem duxit Iohannam, filiam domini Balduini imperatoris Constantinopolitani, Flandrie et Heinonie comitis. Et
Ian. in eadem ebdomada[3] dominus Ludovicus, primogenitus regis Francie, Ariam et castrum Sancti-Audomari tamquam sua ex parte matris[4] repetiit et a burgensibus ea recepit. In eadem quoque hieme ecclesia beate Marie de Bosco igne fulmineo combusta est, eadem fulminea tempestate a monasterio Sancti Bertini meritis patronorum ibidem quiescentium necnon et sancti Gregorii et sancti Benedicti meritis exinde recedente et prefatam ecclesiam comburente. Que tamen ecclesia ex domini Egidii abbatis industria et ex fidelium elemosina circumquaque collecta processu temporis multo elegantior et decentior solito surrexit; et etiam villa eidem ecclesie contigua[5] edificari cepit et in ius parrochiale uberrime crevit.

1213. 191. Anno Domini 1213. Philippus[6] rex Francie, collecto exercitu et navigio magno,
cf. Cont. Berg. cum multi eum in Angliam transfretare putarent et propter hoc in apparatu sumptuoso sibi providissent, Pandulphus, domini pape nuntius et postea Norwicensis episcopus, Anglorum regi de amissione regni formidanti consilium dedit[b], ut[c] ad enervandam regis Francorum[d] audaciam, regnum suum volentis invadere, pro eo quod iam per sex annos continuos non erubuit excommunicationi et publico interdicto subiacere, ut suum regnum cum appendiciis domino pape et ecclesie Romane tributarium faceret, dominum archiepiscopum Cantuariensem cum suo conventu et coepiscopis in regno Francie exilio relegatis ad suas ecclesias revocaret et eis ablata restitueret: et hoc facto, domini regis Francorum propositum impediret et auctoritate domini pape inhiberet ei, ne regnum sibi subiectum invaderet. Rex igitur Francorum primo ad hoc agendum auctoritate curie Romane animatus et postmodum ab ipsius curie nuntio, sicut dictum est, impeditus, mutato[7] proposito suo, totum exercitum suum in Flandriam duxit, per Boloniensem et Gisnensem comitatum transitum fecit circa loca maritima, et acceptis obsidibus a precipuis castris Flandrie, Ipra scilicet, Gandavo et Brugis, in Franciam rediit. Prius tamen classem magnam, quam sibi paraverat, cum infinita thesauri multitudine in Flandria perdidit, et post eius recessum comes Flandrie Fernandus castra sua recepit. Postea dominus Ludovicus, primogenitus regis Francie, villam supra mare que dicitur Novus-portus et quasdam alias, scilicet Balleolum et Stenfort[8], pro magna parte combussit et devastavit; ubi capti fuerunt innumerabiles utriusque sexus. Deinde,
Sept. 30. paucis evolutis diebus, comes Flandrie civitatem Tornacum cepit, muris eius in parte dirutis. Insula[9] vero opidum ei fuit redditum et in brevi a domino rege Francorum propter hoc iterato combustum. Eodem anno dominus Adam Parisiensis archidiaconus in episcopum Morinensem eligitur et consecratur, et dominus Stephanus Cantuariensis archiepiscopus cum suis suffraganeis et venerabili conventu Cantuariensi in Angliam honorifice revocatur[10].

1209. 192. Vacante monasterio nostro, Eustachius de Ripmaninghem miles de terra Constantinopolitana ad natale solum, id est ad comitatum Boloniensem rediens, sex denarios, qui ei annuatim[e] debebantur a nobis de terra nostra de Walrichove, nobis indulsit et indultos in hunc modum confirmavit[11]:

. . . .

1213. 193. Eodem anno rex Anglorum Iohannes timens, ne rex Francie vel aliquis de successoribus eius regnum suum iterum invadere attemptaret[f], ipsum regnum cum regno

a) *rubrum deest* 1. b) deditus 1. 2. c) *fortasse* videlicet *corrigendum.* d) Fr. r. 3. e) d. a. 2. f) att. inv. 3.

1) *Sequenti — comitis* etiam Cont. Berg. 2) Sancionis I. 3) Cf. Geneal. Gener., SS. IX, p. 330: *Celebratis ergo nuptiis in capella regis Parisius, antequam eadem Iohanna cum viro suo Fernando venisset in Flandriam . . . Ludovicus . . Ariam venit* etc. 4) Elisabethae, filiae Balduini V. comitis Hanoniae. 5) Ruisseauville, arrond. Montreuil. 6) *Philippus — putarent* etiam Cont. Berg. 7) *mutato — Tornacum cepit* etiam Cont. Berg., sed multo brevius. 8) Nieupoort, Bailleul, Steenwoorde. 9) Lille. Cf. Ann. Elnon. mai., SS. V, p. 17. 10) Reformata est pax inter regem et clerum Angliae d. 13. Mai. 1213; cf. Rymer I, p. 55. 11) Sequitur charta data a. 1209. Dachery IX, p. 606; ed. alt. II, p. 853.

Hibernie domino pape tributarium fecit, et inde a se et a suis heredibus mille marcas 1213. argenti annuatim persolvi ecclesie Romane, instituit. Unde multorum nobilium offensam incurrit, maxime quod suo tempore ancillavit regnum, quod invenit liberum. Quendam autem fidelem virum nomine Petrum per vias et semitas equis indomitis trahi fecit et postea suspendi, pro eo quod prophetaverat[a] ipsum ultra annum minime regnaturum. Et re vera rex non potest dici vere regnare, quem constat tributarium existere.

194. Anno Domini 1214. Iohannes[1] rex Anglie cum magno exercitu Pictavium intravit, et 1214. cf. Cont. Berg. consideratione[b] ei facta a Pictavensibus, castrisque redditis, dominus rex Francie nimium exacerbatus primogenitum suum dominum Ludovicum cum marescalco et multis aliis militibus ad resistendum ei transmisit. Qui in loco qui dicitur Rupes-monachi[2] in eum viriliter impetum faciens, licet multo pauciores haberet armatos, ipsum regem cum omnibus suis in fugam convertit et spolia eius diripuit. Dominus[3] autem rex Francie stipendiarios quos in castris Flandrie reliquerat revocavit, et illi[c] qui Casleti[4] morabantur, castello succenso, recesserunt. Post[5] hec paucis interpositis[c'] diebus, Fernandus comes Flandrie cum magno exercitu terram Arnulphi comitis Gisnensis intravit et iuxta castrum Sancti-Audomari transitum fecit, curtem nostram de Suavekes bonis temporalibus refertam cum villa adiacente igne cremavit, et in sabbato, quod[d] ramos palmarum precessit, multitudo[e] maxima sui Mart. 22. exercitus locum hunc intravit et omnes monasterii officinas hospitatura occupavit, quicquid in cibo vel potu penes nos inventum est consumpsit, in tantum quod nocte sequenti quingentis sexaginta tribus equis nos providere oportuit. In crastino de monasterio exeuntes, qui more christianorum divinum officium debuissent audire et in honorem Domini ramos portare, totam[f] finitimam regionem ignem portando et per domos iactando hostiliter incendunt, et ita extra castrum de Gisnes, ubi comitissa Beatrix clausa tunc temporis morabatur, transitum facientes et per villas inter Gisnes et mare sitas feda vestigia relinquentes, eadem die territorio de Merch[6] transito et dimenso, nemine persequente aut iniurias terre ulciscente, apud Greveninghes[7] illesi et inconcussi perveniunt. Erant autem potentiores post comitem Flandrie in ipso exercitu comes Bolonie Reinaldus et Simon, frater eius, qui filiam[8] comitis[9] Pontivi unicam iam duxerat, comes Salesberie Willelmus, Walterus prepositus Sancti Audomari et Hugo de Bova[10], de regno Francorum expulsus, qui cum thesauro regis Anglorum totum exercitum ducebat et larga stipendia erogabat. Huius autem guerre fuit occasio, quod prefatus comes Arnulphus domino regi Francorum et filio eius primogenito fidelitatem fecerat et a subiectione comitis Flandrensis recesserat. Spatio autem unius mensis nondum evoluto, iidem[g] malitiosi egre ferentes, se aliquid prefato comiti reli- April. quisse et eius munitiones non invasisse, cum prefato exercitu et multo pluribus quam prius per Greveninghes et terram de Merch transitum facientes, miseram terram de Gisnes iterum intrant[11], predis, rapinis et incendiis omnia devastant, in loco isto iterum pernoctant, avenam et ordeum ad subsidium anni et ad serendum a nobis provisum et mutuo acceptum cum omnibus que poterant comedi usurpant et devorant, et combustis hospitum nostrorum domibus 117, ultra valorem ducentarum marcarum tam in primo quam secundo[h] conflictu nos dampnificant. Tandem prefato comite Arnulpho proditionem timente et in terra propria morari non audente, comitissa Beatrix de castro Gisnensi, ubi per aliquod tempus detenta fuerat, a[i] propinquis suis Flandrie optimatibus extrahitur, et maritus eius Arnulphus comes[c] a burgensibus Sancti Audomari honorifice recipitur, et ita tota ipsius terra cum munitionibus, pro dolor! hostibus exponitur. Toto igitur exercitu per quatuor dies continuos apud Ardeam moram faciente et cotidie Bredenardam cum Rigaria rapinis et incendiis devastante, comes Bolonie Reinaldus preteritarum inimicitiarum minime oblitus, licet iam pridem comiti Gisnensi fuisset reconciliatus, castellum de Sangate, licet de feodo suo esset, pro eo quod tam se quam suos aliquando impugnaverat[12], igne cremavit, castellum etiam

a) prophanaverat *corr.* prophetaverat 1. b) confederatione f. cum *Cont. Berg.* c) *deest* 3. c') d. i. 3. d) que 2. e) ma. mu. 2. f) per t. 3. g) idem 2. h) in s. 3. i) ac 1.

1) *Iohannes — transmisit* etiam Cont. Berg. 2) La Roche-au-Moine ad fl. Ligerim inter Angers et Nantes. Cf. Guill. Armor., Bouquet. cont. XVII, p. 92. 3) *Dominus — revocavit* etiam Cont. Berg. 4) Cassel, départ. Nord, arrond. Hazebrouck. 5) *Post — intravit* etiam Cont. Berg. 6) Merck, a Calais ad orientem. 7) Gravelines. 8) Mariam. 9) Willelmi (Ponthieu). 10) Boves, départ. Somme, arrond. Amiens. 11) Eadem narrat Geneal. Gener., SS. IX, p. 332. 12) Vid. supra c. 179.

1214 de Colewide succendit et, in quantum potuit, turrim eius prostravit. Opidum Gisnense cum castello et mansionibus comitis evertit et combussit, et ad hoc faciendum omnes Anglicos in exercitu commorantes, pro eo quod tam ipsi quam eorum compatriote in eodem castro pedagium sepius persolverant, quasi in ultionem sui crudeliter ascivit et evocavit. Tractantibus autem inter se principibus eiusdem exercitus[a], quod in suo recessu totam villam Ardensem cum munitione penitus incenderent, mediantibus Willelmo de Capella et Willelmo de Andria abbatibus necnon et Willelmo eiusdem ville presbitero parrochiali, eadem villa pretio ducentarum quinquaginta librarum, ne combureretur, redempta fuit; et die sequenti totus exercitus inde recessit et dominam comitissam Beatricem cum omnibus liberis suis et tota familia secum abduxit. Que in comitatu Flandrensi per annos quatuor continue degens, a thoro maritali separata fuit, malens in Flandria, sicut dicebatur a multis, exulando morari, quam in castro Gisnensi contra voluntatem suam clausa detineri. Post modicum autem temporis primogenita eius Beatrix, religiosa puella, a matre recedens, ad patrem rediit, et infra anni spatium Balduinus, primogenitus filius, in patris gratiam receptus fuit.

195. Dum igitur predicti principes scelerati infra breve tempus iam per duas vices in subversione Gisnensis comitatus victores extitissent, et proinde in gloriam inanem nequiter elati, etiam ad conterendum et dissipandum regnum Francie et ad dilatandum terminos suos se extollerent et per dies singulos mutuo animarent, cum Othone quondam Romanorum imperatore, sed tunc temporis a domino papa Innocentio excommunicato et reprobato, fedus ineunt et eum secum in Flandriam pertrahunt. Thesaurum regis Anglie ei exponunt, victoriam de regno Francie, sicut sperabant, ei et sibi promittunt. Audita rex Francorum eorum conspiratione, et filio suo primogenito contra regem Anglie cum magno exercitu in Pictavia viriliter agente, idem rex Flandrensis[b] exercitum non expectavit, sed congregato exercitu militari et equestri tam de Francia quam de Campania et Burgundia, quasi extra terminos regni apud pontem de Bovines[1] eis, qui multo plures erant numero, intrepidus
Iul. 26. occurrit et, Deo disponente, qui pluries ei victoriam contulerat, omnes, qui locum istum et Gisnensem comitatum nuper inquietaverant et expugnaverant, cepit et in Franciam secum cum quibusdam principibus Alemannie captivos deduxit. Otho autem quondam imperator cum paucis evasit et Hugonem de Bove per fugam elapsum, cum thesauro regis Anglie male acquisito in Angliam reverti volentem, extra portum de Sandwico super sabulum de Cnebingsesand deiecit et iusto iudicio submergi fecit[2]. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios!

196. Eodem anno nobilis vir Iacobus de Nieles[3], filius domini Gusfridi cognomento Baron, quoddam concambium inter eundem patrem suum et dominum Petrum abbatem olim factum[4], data charta sua, nobis confirmavit, et quandam decimam lini in Campania iacentem a nobis dudum impignoratam in feodum recepit et exinde nobis homagium fecit,
Iun. 11. recognoscens in plena curia et in parium suorum presentia, se ter in anno placitis nostris debere interesse et, ut vestimenta sacerdotalia consuantur et abluantur ab eius familia, se debere operam dare. Abbate vero equitante, si invitatus fuerit, duo linteamina cum auriculari[5] ad eius lectum tenetur providere et, postquam redierit, ea lota recipere. Tenor autem sue charte talis est[6]:

. . . .

197. Eodem quoque anno nobilis vir Manasses[7] de Gisnes et dominus de Tiembronne sex terre iornellos de feodo nostro provenientes et ab eo acquisitos nobis dedit et ad vinum fratribus assignavit; pro qua liberalitate tam de vino quam de aliis victui necessariis ei a nobis prebenda tamquam uni ex fratribus nostris promissa fuit. Dedit etiam sacriste unum polquinum frumenti ad provisionem hostiarum tam ad opus ecclesie nostre quam

a) ex ei. 3. b) *ita* 2; Flandrē̄n 1; Flandrensem 3.

1) Bouvines ad fl. Marque, départ. Nord, arrond. Lille. De pugna cf. Guill. Armor., Bouquet. cont. XVII, p. 96 sqq. 2) Aliter Geneal. Gener., SS. IX, p. 332: *Qui* (scil. Hugo de Boves) *cum postea iret in Angliam cum militibus et aliis hominibus multis, orta tempestate, submersi sunt et perierunt in mari.* 3) Nielles-lez-Ardre. 4) *super terra duarum mensurarum in parrochia de Brames iacente pro alia terra iuxta domum meam de Nieles posita.* Charta. 5) 'oreiller, kopfkissen'. 6) *Actum a. gratie* 1214, *mense Iunio in festo sancti Barnabe apostoli* (Iun. 11). Dachery IX, p. 610; ed. alt. II, p. 854. 7) Frater Arnoldi II. comitis Ghisnensis.

vicinarum ecclesiarum, et duos bustellos[1] frumenti ad provisionem carbonum ligneorum in thuribulo cremandorum. Hiis autem datis et sicut dictum est dispositis, chartam suam[2] nobis indulsit sub hac forma: 1214. Iul.

. . . .

198. Circa illud tempus nobilis vir Balduinus de Bainghem miles, qui locum istum frequenter inquietaverat et quosdam homines nostros de Hottinghem occasione comitatus diu et multum vexaverat, accepta ab abbate Willelmo caritate decem librarum Parisiensium, calumpniam, quam contra ecclesiam moverat super procurationibus et quibusdam indebitis consuetudinibus, omnino remisit et eundem comitatum ecclesie possidendum perpetuo concessit et chartam suam[3] exinde nobis concessit sub hac forma: Iul. 24.

. . . .

Postmodum ad dominum Arnulphum[a] Gisnensem comitem idem Balduinus personaliter accessit, conventionem et compositionem inter ipsum et ecclesiam factam recognovit et ipsam a prefato comite tamquam a superiori confirmari impetravit in hunc modum[4]:

. . . .

Ne quid autem ad certitudinem nobis deesset, idem Balduinus ad dominum Morinensem episcopum sequenti anno accessit, suam et comitis confirmationem et[b] factam cum ecclesia compositionem coram eo recognovit et, ut ipse auctoritate pontificali utramque confirmationem roboraret, petiit et impetravit sub hac forma[5]: 1215. Mart.

. . . .

199. Nobilis quoque vir dominus Eustachius de Oya[6] eodem anno quatuor nobis raserias salis in elemosinam dedit et per chartam suam eandem elemosinam confirmavit, nobili uxore sua Beatrice hoc concedente et eum ad hoc animante, in hunc modum[7]:

. . . .

200. Anno Domini 1215. Fredericus[8] rex Apulie Aquisgrani coronatus est in regem et ibidem crucesignatus, et multi episcopi, duces et comites cum eo. Eodem anno celebrata[9] est sancta universalis sinodus Rome in ecclesia Salvatoris que Constantiniana vocatur, mense Novembri, indictione tertia, presente domino Innocentio papa, pontificatus eius anno octavo decimo. In qua fuerunt episcopi 412, inter quos extiterunt de precipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus, Iherosolimitanus; Antiochenus vero gravi languore detentus venire non potuit, sed misit pro se vicarium Anteradensem episcopum; Alexandrinus vero sub Sarracenorum dominio constitutus, fecit quod potuit, mittens diaconum germanum suum. Primates vero et metropolitani 70, ceterum abbates et priores ultra octingentos; archiepiscoporum vero et episcoporum, abbatum, priorum, capitulorum absentium non fuit certus numerus comprehensus. Legatorum vero regis Sicilie in Romanorum imperatorem electi, imperatoris Constantinopolitani, regis Francorum, regis Anglie, regis Hungarie, regis Iherosolimitani, regis Cypri, regis Aragoni et aliorum regum Hispanie, necnon et aliorum principum et magnatum, civitatum etiam aliorumque locorum ingens affuit multitudo. Iohanne rege Anglie baronibus suis debitam et solitam libertatem denegante, ipsi cum domino Ludovico, domini regis Francie primogenito, fedus inierunt, et datis ei in obsides pueris suis, premisit ipse dominus Ludovicus apud Lundoniam Willelmum Sancti Audomari castellanum, castellanum Atrebati, castellanum de Beaumeis[10] et Hugonem Tacum, virum nobilem et militem strennuum, et cum eis milites et servientes plurimos[11]. cf. Cont. Berg. 1216. Febr. 28.

201. Eodem anno Balduinus quidam cognomento Palmarius decimam de Landertun a nobili viro domino[c] Ingelramno de Fielnes nobis venditam et confirmatam et a filio suo domino Willelmo postea privilegiatam iure propinquitatis calumpniari cepit et per multos dies possessionem nostram impedivit, predicto domino Willelmo permittente nec suam nec

a) G. c. A. 2. b) que 2. c) *deest* 2.

1) 'boisseau, scheffel'. 2) datam *a. v. i.* 1214, *mense Iulio infra octavas translationis sancti Benedicti abbatis* (Iul. 11—18). Dachery IX, p. 611 sq. 3) datam *a. v. i.* 1214, *mense Iulio in vigilia sancti Iacobi apostoli* (Iul. 24). Dachery IX, p. 612 sq.; ed. alt. II, p. 855. 4) eodem die datam. Dachery IX, p. 617. 5) Sequitur confirmatio Adami, data *a. D.* 1215, *mense Martio.* Dachery IX, p. 618 sq. 6) Oye prope Andruick. 7) *a. v. i.* 1215, *mense Augusto.* Dachery IX, p. 619. 8) *Fredericus — mittens* etiam Cont. Berg. 9) Exscripsit acta concilii Lateranensis. Cf. praef. p. 686. 10) Beaumetz, départ. Pas-de-Calais, arrond. St.-Omer. 11) *cum ingenti baronum letitia Londinum venientes, recepti sunt* 3. *Kal. Martii* Matth. Paris. Chron. mai. (ed. Luard) II, p. 648.

1216. sui patris chartam, prout tenebatur, defendente. Tandem de consilio quorundam amicorum dominus abbas Willelmus, datis eidem Balduino 13 libris Parisiensibus, pacem suam rede-
April. mit et de nova compositione a prefato domino satis novam chartam impetravit sub hac forma[1]:

. . . .

202. Anno Domini 1216. dominus Ludovicus transfretat in Angliam[2], cupiens nuntiis quos premiserat personaliter subvenire et ex promisso baronum regnum possidere. Dominus papa regi Anglie legatum mittit in subsidium Galam cardinalem; dominum Ludovicum et principes Anglie excommunicationi supponit et terras eorum interdicto. Papa Innocentius tercius defungitur; Cincius cardinalis substituitur et Honorius III. nominatur. Iohannes rex Anglie moritur. Henricus, filius eius nondum decennis, coronatur et cruce signatur. Regnum Anglie sub varia sorte bellorum et ambigua victoria premit dira calamitas. Ida Bolonie comitissa in Flandria moriens, Bolonie sepelitur. Henricus Constantinopolitanus imperator ab hac luce subtrahitur. Petrus comes Authisiodorensis, qui prefati Henrici sororem[3] uxorem habuit, subrogatur; qui captus a Grecis, in captivitate detinetur.

203. Eodem anno nobilis vir Eustachius de Hammes nostram iterum pecuniam esuriens et centum libras Parisienses ab abbate Willelmo caritative accipiens, partem[a] nobis maresci sui ultra fluvium de Gisnes a parte orientali iacentem et inter marescum comitis et marescum Sancti Vulmari manentem nobis in elemosinam contulit et per chartam suam[4]
1217. Ian. in hunc modum confirmavit:

. . . .

204. Eodem anno dominus Adam Morinensis episcopus quorundam iniquorum consilio deceptus, capellam de Dirlinghetun infra ambitum parrochie nostre de Bokerdes sitam et a nobilibus viris Henrico de Beaulo, Gusfrido et Willelmo, fratribus suis, et eorum propinquis tempore domini Petri abbatis factam, immo potius renovatam et redditibus dotatam, cuidam Manassero de Bolonia a se in presbiterum ordinato in preiudicium nostrum, ut ei satisfacere videretur, donavit. Sed tandem ad instantiam nostram factum suum revocavit et eandem capellam cum suis pertinentiis ad ius et patronatum nostrum pertinere decrevit,
1216. Aug. charta sua nobis concessa[5] sub hac forma:

. . . .

1218. 205. Anno Domini 1217. Otho[6] brevi tempore imperator, qui domino Innocentio
cf. Cont. Berg. pape, factori suo, ingratus fuit et multo tempore excommunicationi subiacuit, apud Bruneswic moritur et sepelitur, prius tamen ab excommunicatione absolutus. Et eo mortuo,
1217. Fredericus imperator substituitur. Simon Tyriensis archiepiscopus de mandato domini Honorii pape venit legatus in Galliam pro commutandis votis humilium et debilium personarum cruce signatarum, ut pauperes et debiles et precipue mulieres, missa in subsidium Terre Sancte pecunia, a voto crucis absolveret et ab illis, quos in partem sue sollicitudinis asciverat, absolvi faceret. Eodem anno pax deformata ad tempus in Anglia reformatur; parvulo regi universitas regni confederatur[b]. Dominus Ludovicus ab excommunicatione absolvitur, et ordinata classe, in suam Franciam recipitur. Mathildis etiam quondam Flandrie comitissa, famosi principis domini Philippi comitis sponsa et regina
1218. Mart. 6. nominata, apud castrum Furnense moritur[7], et ad Claram-vallem delata, iuxta mariti sui corpus sepelitur. Pro cuius anima multiplex pecunia a domino Adam Morinensi pontifice, ipsius domine testamenti executore, per monasteria, per ecclesias et xenodochia liberaliter fuit erogata.

1217. 206. Eodem anno dominus Willelmus de Gisnes senior, predicti domini comitis Balduini frater germanus, stagnum sive vivarium nostrum de Fontaines diu usurpaverat et a tempore domini abbatis Petri per calliditatem suam delusi in ius proprium redegerat. Qui tandem frequenti admonitione a nobis et ab amicis nostris admonitus, increpatus et[c] ad cor

a) patre *corr.* partem 1. b) confederat 1. c) *deest* 3.

1) *a. v. i.* 1215, *mense Aprili.* Dachery IX, p. 620 sq.; ed. alt. II, p. 856. 2) Sequentia Cont. Berg. prorsus aliter narrat. 3) Iolantham. 4) datam *a. i. v.* 1216, *mense Ianuario.* Dachery IX, p. 622. 5) *Datum Teruanne a. v. i.* 1216, *mense Augusto.* Dachery IX, p. 623. 6) Auctorem hic tempora confudisse, patet. *Otho — imperator* et *apud — sepelitur* etiam Cont Berg. 7) *pridie Nonas Martii* secundum Cont. Berg., SS. VI, p. 440.

redire coactus, domino Lamberto Morinensi episcopo, suo contemporaneo, patentes litteras suo sigillo roboratas direxit, in quibus et nostrum ius et suam iniuriam plenarie recognovit; quas postmodum dominus Adam Morinensis episcopus nobis in hunc modum confirmavit[1]: 1217. Sept.

. . . .

207. Circa idem tempus nobilis vir Eustachius de Hames, qui marescum inter marescum comitis Gisnensis et marescum Sancti Vulmari de Nemore iacentem secus fluvium inter Gisnes et Coloniam fluentem partim nobis dederat partimque vendiderat quique filie sue Eufemie, ut concessioni posset satisfacere, dominum Egidium de Mortiers militem advocatum dederat, pro eo quod frater suus germanus dominus Ingelramnus de Hames in Anglia tunc temporis moram faciebat: eodem Ingelramno ab Anglia revertente, quicquid prius fecerat, melius et luculentius renovavit et eundem Ingelramnum filie sue iam nubili, ut legitime posset satisfacere conventioni, advocatum dedit, et de utriusque assensu chartam suam renovans, nobis sub hac forma concessit[2]: Dec. (?)

. . . .

Denique, ut nichil nobis ad certitudinem deesset, idem nobilis vir dominus de Hames ad dominum Arnulphum comitem de Gisnes personaliter nobiscum accessit, pro eo quod idem marescus ad feodum eius spectavit, et chartam eius ad opus nostrum et ad commodum perpetuum in hunc modum impetravit[3]: Nov.

. . . .

208. Anno Domini 1218. Simon comes Montis-fortis[4], venerabilis Christi athleta, contra Albigenses incredulos in bello percussus occubuit. Obeunte[5] apud Papiam Remensi archiepiscopo Alberico, Willelmus Lingonensis episcopus ei successit. Christianorum exercitus, apud Acram dispositis presidiis, nobilem civitatem Egipti Damiatam obsidione circumvallat; in quo exercitu preminebant Iohannes de Brena[6], illustris rex terre Iherosolimitane et dux Austrasie[a], fratres etiam militie Templi et fratres hospitalis Iherosolimitani necnon et hospitalis Alemannorum, summum eis ducatum et precipuum prebente domino Pelagio Albanensium episcopo, apostolice sedis legato, natione Hispano, qui ipsam quidem civitatem paucis diebus evolutis viriliter acquisivit, sed processu temporis nequiter amisit[7]. 1218. cf. Cont. Berg.

209. De[b] conversione Beatricis postea abbatisse.

Beatrix, comitis Gisnensis primogenita, de domo paterna clam egrediens, nuptias sprevit, et propositum eligens castitatis, sanctimonialis facta est in ecclesia Broburgensi[8], bonum virginibus relinquens exemplum volentibus et valentibus imitari.

210. Eo tempore Hugo de Walo miles, cruce signatus et viam arripere paratus, accersito Willelmo abbate, et super quibusdam secretis in foro confessionis eo consulto, duas aucas[9] et 24 ova huic loco testamentaliter concessit et per chartam suam sub hac forma confirmavit[10]: Iun.

. . . .

211. Eodem quoque anno grandis controversia orta est inter ecclesiam presentem et abbatiam de Bello-loco[11] super iure patronatus ecclesie de Terdhinghem, quam ecclesiam abbas de Bello-loco et eiusdem ecclesie fratres ex parte cuiusdam Iohannis Ghibbinghetun militis vendicabant, pro eo quod portionem suam, quam in oblationibus et decimis seu aliis proventibus habebat, eis vendiderat. Tertia autem pars omnium proventuum ad nos ab antiquo spectabat, et presbiteri institutio secundum assertionem nostram ad nos pertinebat, qui triginta solidos cursalis monete nobis annuatim persolvebat, pro eo quod secundum iura canonica alicui laico ista possidere non licebat. Super hac autem contentione coram delegatis a summo pontifice aliquamdiu litigavimus, quandoque etiam coram ordinario pro

a) Austasie 1. b) *rubrum deest* 1.

1) *a. gratie* 1217, *mense Septembri*. Dachery IX, p. 624 sq.; ed. alt. II, p. 857. 2) *a. gratie* 1217, *mense Decembri*. Dachery IX, p. 625 sq. 3) Sequitur confirmatio Arnulphi data *a. gratie* 1217, *mense Novembri* (!) *apud Sangate*. Dachery IX, p. 627. 4) Montfort l'Amaury, départ. Seine-et-Oise, arrond. Rambouillet. 5) *Obeunte — successit* etiam Cont. Berg. 6) Brienne, départ. Aube, arrond. Bar-sur-Aube. 7) Cf. c. 214. 217. Capta est d. 8. Nov. a. 1219, amissa a. 1221. Etiam Albricus, SS. XXIII, p. 911, Pelagio culpam adscribit. 8) Bourbourg, arrond. Dunkerque. 9) i. e. anseres. 10) *a. gratie* 1218, *mense Iunio*. Dachery IX, p. 628 sq. 11) Beaulieu.

1218. bono pacis accersiti, nos et pars adversa comparuimus, ipso ordinario invective dicente, quod utraque pars pro cappa ordinarii conflictum haberet, quia neutra pars ius patronatus in predicta ecclesia habere deberet, presertim cum pars militis prefati, que in eadem ecclesia maior fuerat, in ius et proprietatem episcopi devoluta fuisset. Tandem, mediantibus bonis viris, utriusque ecclesie vicinis et amicis, et partibus approbantibus, in prefatum ordinarium, dominum scilicet Adam episcopum, et dominum Willelmum de Capella et dominum E.[a, 1]
Oct. de Bosco[2] abbates fuit compromissum, et ab eisdem[b] inter partes sub cyrographo pax perpetua est[b*] confirmata in hunc modum[3]:

. . . .

212. Eodem anno Willelmus de Gisnes miles, supradicti domini Willelmi filius[4] et domini Arnulphi comitis consobrinus, querens undique occasionem malignandi erga ecclesiam presentem, ut pecuniam extorqueret et sue inopie exinde satisfaceret, chartam, quam pater eius de quitatione vivarii de Fontaines, de qua superius mentio facta fuit, ad dominum Morinensem transmiserat[c], sibi postulavit restitui, ne occasione charte eodem vivario, quo per annos fere quadraginta ecclesiam tam ipse quam pater suus exheredaverat, posset in futurum privari. Quod cum ei a nobis constanter[d] fuisset denegatum, decimam nostram de Bokerdes colligi prohibuit, homines nostros cepit, bona eorum diripuit et dampnis multiplicibus, minis et iniuriis, nemine causam nostram defendente, nos affecit. Tandem dominus Arnulphus comes partes suas interponens, datis ei de bonis nostris triginta libris Parisiensium, insatiabilem eius esuriem exinde utcumque satiavit, et prefatum vivarium
Dec. eum in plena curia coram paribus[e] suis werpire fecit, et per chartam suam ad perpetuum usuagium nostrum sub hac forma impetravit confirmari[5]:

. . . .

1219. 213. Anno Domini 1219. dominus Arnulphus comes, qui prefatum Willelmum militem, cognatum suum, cum ecclesia presenti pacificaverat super vivario vel stagno inter Fontaines et Bokerdes, quod ipse et pater eius iniuste per multos annos vendicaverat,
Mai. sciens, eum per chartam suam prefatum vivarium omnino quitasse, ad eius preces suam quoque chartam nobis indulsit in hunc modum[6]:

. . . .

214. Eodem anno dominus Ludovicus, regis Gallie primogenitus, coacto de tota Gallia exercitu copioso, Albigenses aggressus, Tolosam obsidet; sed deficientibus viris auxiliatoribus, inefficax revertitur. Pius Dominus vota fidelium ex alto prospiciens et piis ecclesie sancte precibus pias aures dignanter inclinans, civitatem Damiatam dedit in manus populi christiani. Pagani captam audientes urbem Egypti Damiatam, et civitatem Iherusalem se posse tenere desperantes, prostratis turribus, muros everterunt; non tamen a christianis potuit possideri.

1220. 215. Anno Domini 1220. gloriosi martyris[7] Christi Thome Cantuariensis archiepiscopi
cf. Cont. Berg. facta est sollempnis elevatio a domino Stephano Cantuariensi et domino Willelmo Remensi archiepiscopis, astante Henrico rege Anglorum, adhuc puero, et domino Pandulpho, apostolice sedis legato, Norewicensi episcopo[8], et aliis episcopis pluribus tam Francis quam Anglis, presentibus etiam abbatibus quam plurimis et diversorum ordinum prelatis, clericorum quoque, baronum, militum et aliorum innumera multitudine ex omni fere natione que sub celo est. Hos omnes prefati martyris pius amor ad sui presentiam attraxerat, et tamen multo plures memoratus dominus archiepiscopus per litteras suas de omnibus regionibus invita-

a) Eustachium 3. b) eis 3. b*) et 1? 2? 3. c) transmissa 1; transmissam 2. 3. d) f. c. 3. e) patribus 1. 2.

1) Egidium. 2) S. Mariae de Nemore (Ruisseauville). 3) Sequitur charta supradictorum iudicum data *a.* 1218, *m. Octobri in synodo Morinensi*, qua decretum est, memoratae ecclesiae patronatum in perpetuum ad proprietatem ecclesiae de Bello-loco spectare, ita tamen ut abbas et conventus de Belloloco ecclesiae Andrensi 60 solidos Parisienses annuatim persolveant. Dachery IX, p. 630; ed. alt. II, p. 859. 4) Vid. supra c. 206. 5) Sequitur charta Willelmi data *a. gratie* 1218, *primo in die sancti Petri ad vincula* (Aug. 1), *postea vero sigillo meo confirmatum et omnino consummatum m. Decembri*. Dachery IX, p. 631 sq. 6) Sequitur charta Arnulphi, quae etiam confirmationem veteris donationis de Northkerka continet. *Actum . . . a. v. i.* 1219, *mense Maio, die quo ab amicis et hominibus meis licentiam accepi, ut cum domino meo Ludovico pergerem ad partes Albigensium.* Dachery IX, p. 632 sq. 7) *gloriosi — innumera multitudine* etiam Cont. Berg., sed multo brevius. 8) Pandulphus demum d. 29. Maii a. 1222. episcopus electus est; inde ab a. 1214. sedes vacaverat.

verat, et nobile palatium, sicut adhuc cernitur, earum receptioni preparaverat; de qua festi- 1220. vitate mira possemus dicere, nisi modum timeremus[a] excedere. Fredericus[1] cognomi- cf. Cont. Berg. natus Puer Appulie Rome apud Sanctum Petrum a domino papa Honorio in imperatorem Romanum est consecratus. Obiit Radulphus bone memorie Atrebatensis episcopus; cui successit Pontius archidiaconus Atrebatensis.

216. Anno 1220. Arnulphus[2] comes Gisnensis quod morti debuit exsolvit et in hoc cf. Cont. Berg. loco sepultus requiescit, domino abbate Willelmo tunc temporis absente et Rome moram faciente, disceptantibus[b] contra eum Karrofensis monasterii procuratoribus pro electione Hamensis monasterii, ubi, procurante domino Adam Morinensi episcopo, a maiori parte capituli fuerat postulatus: eodem etiam domino abbate Willelmo pro celebrando annuo generali capitulo ex electione omnium abbatum Remensis provincie nostri ordinis apud curiam destinato.

217. Anno Domini 1221, peccatis nostris exigentibus, civitatem Damiate nobilem et 1221. famosam, quam nobis Dominus per gratiam suam ad tempus concesserat, auferri nobis a gentilibus sustinuit, et ita sub momento quasi in profundum maris proiectum vidimus et perditum irrecuperabilem[c] thesaurum; unde per tres annos contiguos universalis ecclesia in solutione vicesime enormiter lesa et eviscerata fuit.

218. Domino Willelmo abbate a curia Romana revertente et in vigilia sancte Rotrudis Iun. 21. a conventu et[d] clero et a populo recepto in sollempni processione, dominus Manasses de Gisnes inter alios ei occurrit, et eo salutato, utrum negocium eius promovisset, inquisivit. Respondente abbate, de voto crucis sue circa eum esse dispensatum et hoc sine gravi labore et magnis expensis non esse obtentum: 'Et ego', inquit, 'pro vobis laborabo et expensas factas in brevi tempore vobis et ecclesie vestre restituere curabo'. Sequenti die, orto iam sole, ad abbatem accessit et eum cum quadam parte conventus et quibusdam hospitibus, qui ad festum convenerant, secum ducens, ad marescum terre solide de Hottingem contiguum perrexit, omnes de equis descendere et se pedites sequi admonuit. Circumgirata magna parte maresci plus quam quadraginta mensuras continente, ecclesiam Andrensem inde perpetualiter investivit et limitari fecit, domino abbate cum omnibus qui aderant ibidem excommunicante et eadem[e] die in plena processione excommunicationem reiterante, ne quis in posterum ausu temerario huic elemosine contraire attemptaret. Idem vero nobilis vir super facta elemosina uxoris[f] sue assensum petiit et obtinuit et per chartam suam utriusque sigillo signatam nos sub tali forma certificavit[3]:

. . . .

Postmodum vero ad dominum episcopum personaliter accedens et factam elemosinam coram ipso recognoscens, suam confirmationem petiit et eam ad opus nostrum in hunc modum confirmavit[4]:

. . . .

219. Denique post annos aliquot feodum Amelongi[g], de quo superius idem dominus Manasses in charta sua mentionem facit[5], dominus abbas Willelmus, datis eidem Amelongo centum solidis, acquisivit, ita quod totus marescus a priori maresco [a[h]] domino Manasse nobis confirmato usque ad fluviolum Potterleth[i] in usus nostros cedit. Memoratus siquidem Amelongus illam particulam maresci, quam a domino Manasse in feodum receperat, coram paribus suis in manus domini sui resignavit, et idem dominus nos exinde investivit.

220. Eodem anno domina Alienor[6], vicina nostra, super maresco, vivario suo et molendino nostro contiguo, tam per se quam per suos multipliciter nos aggravavit et consuetum usuagium nobis denegavit. Qua de re in curia Morinensi a nobis in causam tracta et per dies aliquot vires nostras experta, tandem in hoc consensit et nostrum nichilominus consensum adepta fuit, ut in tres presbiteros fide dignos compromitteremus, qui arbitrio vel

a) timemus 1. 2. b) discrepantibus 3. c) incūperabilem 1; incurabilem 3. d) a 2. 3. e) in e. 3. f) uxori 1. 2. 3. g) Amelonghi 3 *semper*. h) *supplevi*. i) Potterledh 3.

1) *Fredericus — Atrebatensis* etiam Cont. Berg. 2) *Arnulphus — exsolvit* etiam Cont. Berg. 3) *Actum a. v. i.* 1221, *in die festo sancte Rotrudis virginis.* Dachery IX, p. 635; ed. alt. II, p. 860. 4) Sequitur confirmatio Adami ep. Morinensis data *apud Gisnes a. gratie* 1221, *mense Augusto.* Dachery IX, p. 635 sq. 5) . . . *concessimus ecclesie Andrensi . . . quadraginta et duas mensuras prati parum plus aut minus, iacentes inter vivarium nostrum de Rorichova et feodum hominis nostri Amelongi.* Charta. 6) *de Andrens* Charta.

1221. compositione litem[a] motam terminarent et secundum scripta autentica, secundum fidelium testimonia in causa procederent. Simon ergo decanus de Gisnes, magister Michael de Audenhem et Ernulphus de Boninghes[b] presbiteri ad hoc onus assumpti a partibus et negocium prorogantes propter dominum Balduinum clericum, cuius vicinitatem timebant, quique eandem dominam, socrum suam, de eiusdem Balduini adiutorio nimis presumere videbant: Nov. 30. ipso tandem occiso, et mandato apostolico, ut litem terminarent, recepto, in hunc modum processerunt[1]:

. . . .

1222. Ian. Dominus vero Adam Morinensis episcopus arbitrium ab eis prolatum et eorum sigillis roboratum et sibi ostensum approbavit et suo autentico ad opus nostrum corroboravit sub hac forma[2]:

. . . .

cf. Cont. Berg. 221. Anno Domini 1222.[c] dominus[3] Petrus Senonensis archiepiscopus, qui Cameracensis episcopus extiterat, vir litterarum scientia non mediocriter imbutus, huic seculo valedixit; cui magister Galterus cognomine Cornutus successit.

222. Nobilis vir Radulphus de Fielnes, huius ville quandoque dominus et sapientis matrone domine[d] Aelidis[e] maritus, iam senio gravatus et in domo sua de Flamersele fere semper assiduus, de quorundam fidelium consilio, accersito domino Willelmo abbate, nemus de Hardingeshem[f], quod est inter feodum domini Willelmi de Odere et montem de Benseberch[g], sicut per rivulum quendam subtus defluentem dividitur, quod iam per annos fere 26 tenuerat et unde tres vestituras receperat, in manus eiusdem abbatis resignavit. Sed cum quidam nobiles in partibus illis manentes, Petrus scilicet miles de Herumval et Simon, cognatus eius, exinde partem vendicarent ex parte bone memorie domini Baldevini[h, 4], quondam Noviomensis[5] episcopi, in confinio ipsius montis nati, cuius ipsi erant propinqui: per quosdam antiquos et fide dignos parte eorum a parte nostra limitata et sequestrata, de nostra quidem parte censuales et mansionarios fecimus, de parte eorum homagium ab eis recepimus et postmodum, ut partem suam ecclesie de Bello-loco venderent et ut eiusdem ecclesie fratres, qui curtem de Hardingeshem sub annuo censu ab antiquo de nobis tenent, ipsam terram emerent et possiderent, eisdem concessimus. Pro recompensatione vero homagiorum et releviorum, que nobis ex parte eorum poterant in posterum provenire, abbas[6] et conventus Belli-loci 10 nobis solidos Parisiensis[h*] monete in festo Ian. sancte Rotrudis persolvendos annuatim promiserunt et super hec[i] chartam suam nobis in hunc modum concesserunt[7]:

. . . .

223. Eodem anno Robertus de Ales miles super decimam de Ales, quam Alulphus, pater eius, multo tempore transacto huic ecclesie invadiaverat pro octoginta et quinque marchis publice monete per manum domine Ide, venerabilis Bolonie comitisse, volens adhuc quandam summam pecunie habere et memoratam decimam nobis[k] ex toto quitare, 63 libras Mart. Parisiensis monete a nobis accepit[l] et ipsam decimam sub[m] hac forma nobis confirmavit[8]:

. . . .

Quo facto, accessit ad dominum Morinensem episcopum, ducens secum dominum Simonem de Calquilla, quem liberis suis Willelmo et Mathildi advocatum dederat, et rei

a) litere 1; littere 2. b) Bonighes 3. c) MCCXXI. 3. d) *deest* 1. e) Adelidis 3. f) Hardingheshem 2. g) Bensoberg 3. h) Balduini 3. h*) Parisiensium (Parisiēn 1? 2?) 3, *hic et infra.* i) hoc 3. k) vobis 2. l) *deest* 2. m) n. s. h. f. 3.

1) Sequitur charta trium presbyterorum data *a.* 1221, *in festivitate sancti Andree apostoli* (Nov. 30), qua lis ita diffinita est: *Imminente singulis annis festivitate sancte Rotrudis, quamdiu per residuum estatis spatium in prefato maresco herba creverit aut iuncus duraverit, abbas et monachi Andrenses marescum a domino de Wallo usque ad eundem terminum defensatum libere possunt intrare et suos servientes intromittere et, quod sibi visum fuerit necessarium, sine calumpnia debent accipere tam in herba quam in iunco. Similiter dominus de Wallo ad suum usuagium, quidquid domui sue fuerit necessarium, sine fraude et malo ingenio, dummodo vim non faciat aut modum non excedat, libere poterit accipere; nec altera poterit pars alteri in aliquo contradicere.* Dachery IX, p. 637 sq.; ed. alt. II, p. 861. 2) *a. gratie* 1221, *mense Ianuario.* Dachery IX, p. 638 sq. 3) *dominus — successit* etiam Cont. Berg. 4) Sedit c. a. 1167—1174. 5) Noyon. 6) Walterus. 7) *a. v. i.* 1222, *mense Ianuario.* Dachery IX, p. 640. 8) *a. v. i.* 1222, *mense Martio.* Dachery IX, p. 641.

geste seriem coram eo recognovit necnon et chartam eius ad opus nostrum in hunc modum impetravit[1]: 1222. Mart.

. . . .

224. Quoniam vero Boloniensis comitatus proprium et principalem comitem tunc temporis non habebat, sed, licet Mathildis, heres eiusdem comitatus ex parte matris Ide et patris Reinaldi in captivitate[a] detenti, Philippo, regis Francorum filio, nondum militi, desponsaretur[b], primogenitus tamen regis Francorum dominus Ludovicus curam eiusdem comitatus gerebat: utraque charta premissa quasi conditionaliter facta fuit, pro eo quod ad presens per principalem comitem confirmari non potuit, et ea de causa quod, si opus esset et nobis expediret, tam primum vadimonium octoginta et quinque marchas continens quam ultimum, quod sexaginta tres libras in se continuit, pars nostra ab herede et plegio repetere posset. Proinde ad cautelam idem Robertus miles a fidelibus admonitus aliam nobis chartam nullam conditionem in se continentem, sed memoratam decimam nobis ad plenum quitantem, sub hac forma nobis concessit[2]:

. . . .

In eundem quoque modum dominus Morinensis episcopus[3] ab ipso Roberto et uxore eius Margareta et liberis necnon et a[c] Simone de Calquilla, eorum plegio, dum in hoc Andrensi monasterio hospitaretur, rogatus, suam nobis chartam concessit; cuius tenor talis[2] extitit[d]:

. . . .

Preterea, ne quid nobis ad certitudinem deesset, Simon dominus de Calquilla, totius negocii plegius et testis, suam quoque chartam in hunc modum nobis concessit[4]:

. . . .

225. Circa idem tempus nobilis vir dominus Manasses de Gisnes in loco presenti Iun. sepius conversatus et a fratribus nostris, qui ei magis erant familiares, nunc secrete, nunc[e] publice correptus, et tandem ad cor reversus, de duplici iniuria nobis[f] eatenus illata satisfecit et de satisfactione nobis chartam suam indulsit. Siquidem decimam novalium suorum apud Rorichove, tertiam scilicet garbam, in usus proprios redegerat et unum polkinum frumenti de manerio domini Radulphi Bailleus, cuius ipse apud Balinghem factus est possessor, post alios retentores diu retinuerat. Sue autem charte tenor talis est[5]:

. . . .

226. Anno Domini 1223.[g] Philippus[6] Francorum rex magnanimus, vir catholicus, 1223. domitor inimicorum indomitus, non sine magno gemitu matris ecclesie apud Maantes[h,7] viam cf. Cont. Berg. universe carnis ingressus est, et ad cenobium beati Dionysii Ariopagite delatus, ibidem cum honore debito sepelitur. Cuius regni gubernacula Ludovicus, primogenitus eius, suscipiens, Remis a domino Willelmo archiepiscopo, primum Lingonensi[8] episcopo, mense Augusto[9], Aug. 6. presente viro catholico Iohanne rege Iherosolimitano, in regem sollempniter consecratur. Philippus, frater Ludovici regis Gallie, ab hominibus suis apud Boloniam in primo adventu suo condigne[i] suscipitur. Cuius comitatum receperat cum Mathilde, uxore sua, filia scilicet Reinaldi quondam comitis Bolonie, qui senescens adhuc[k] in vinculis finem vite potius quam liberationem miserabiliter expectabat. Rome terra sanguinea more pluvie a summo super terram miraculose decidens, videntibus et audientibus stupori habetur. Iohannes rex Iherosolimitanus per fines Gallorum transiens, gratia visitandi et adorandi[l] reliquias gloriosi Thome[m] martyris transfretat[n] in Angliam; sed in Anglis Anglos vulpinos reperiens, ad natale solum festine se transponit.

227. De fundatione ecclesie de Bonhem.

Anno Domini 1224. Beatrix comitissa de Gisnes et castellana de Broborgh[o] post multiplices discordias a die mortis mariti sui cum filio suo primogenito[k] Balduino habitas ei 1224.

a) captivitatem 3. b) dispensaretur *corr.* desponsaretur 1; dispensaretur 2. c) *deest* 3. d) existit 2. e) nec 2. f) nos 2. g) MCCXXIIII. 2. h) Niaantes 1; Naantes 2. 3; *correxi.* i) cum 1; cum digne 2. k) *deest* 3. l) orandi 2. m) m. Th. 2. n) transfretavit 2. o) Broborch 2.

1) Sequitur confirmatio Adami eodem tempore data. Dachery IX, p. 642; ed. alt. II, p. 862. 2) Eodem tempore ac antecedens data. Dachery IX, p. 643 sqq. 3) Adam. 4) Dachery IX, p. 645. 5) *a. gratie* 1222, *mense Iunio.* Dachery IX, p. 646. 6) *Philippus — sepelitur* etiam Cont. Berg., sed brevius reddita. 7) Mantes, départ. Seine-et-Oise. 8) Langres. 9) 8. *Id. Augusti* secundum Ann. Blandin., SS. V, p. 30.

1224. tandem reconciliatur, et ipso annuente, monasterium ancillarum Dei de Bonhem[1] ab ea
Aug. edificatur, et post multos et diuturnos languores mense Augusto apud Broburgh defungitur. Qua sepulturam eligente in monasterio novo a se fundato, et domino episcopo id ipsum confirmante, licet ibidem tunc presens esset et, ne contra votum[a] predicte domine aliquid attemptaretur, districtius inhiberet: predictus tamen comes, filius eius, in sententia prevalens, in monasterio monialium de Burburgh[b] in sepulcris patrum suorum ab eodem episcopo eam sepeliri fecit. Unde dominum abbatem Willelmum et suos ex antiquis privilegiis[2] funera comitum vendicantes offendit; sed in hoc tamen eum pacificavit, quod, qualitercumque de comitissis accidat, omnes[c] Gisnenses comites in Andrensi monasterio debere sepeliri, publice recognovit.

228. Hec autem nobilis matrona in extrema valitudine perpendens et recogitans, quod de bonis ecclesie nostre frequenter et multipliciter fuerat honorata, in testamento suo, quod voluntarie fecit quodque auctoritate domini Morinensis episcopi sub anathemate confirmari impetravit, viginti solidos publice monete in castellania de Broburgh annuatim percipiendos nobis legavit et ad anniversarium suum sollempniter faciendum deputavit. Unum etiam peroptimum vini dolium adhuc vivens ad nos usque carricari fecit et ad fratrum pitantiam assignavit. Sed tamen de pie matris testamento ab herede eius, licet sepius admonito, nichil adhuc est factum, et patris ipsius heredis testamentum infirmis nostris promissum usque hodie est omnino retentum.

229. Circa[d] idem tempus quidam clericus Petrus nomine de Wandinghetun 7 denarios, quos ei annuatim debebamus apud Fercnes, in pleno capitulo de Withsand nobis indulsit et elemosinam factam a decano[3], qui capitulo preerat, et a ballivo comitis Bolonie, qui forte presens erat, confirmari impetravit in hunc modum:

. . . .

230. Eodem quoque anno nobilis vir Eustachius de Campaines decimam de Hildrikem, quam dudum ecclesie beati Vulmari de Nemore invadiaverat, eidem ecclesie ex toto vendere voluit. Et propter hanc concessionem ad dominum Balduinum comitem[e], tunc temporis in hac Andrensi villa manentem, cum nuntiis ipsius ecclesie accessit; sed petitionem suam impetrare non potuit. Nam idem comes hoc monasterium sibi domesticum magis quam alterius terre monasterium diligens, pro sexaginta libris, quas de prefato monasterio idem miles habere debuerat, quinquaginta libras Parisiensis monete apud Sanctum Audomarum vice eius quitavit et eodem pretio prefatam[f] decimam quandoque[g] redimendam ad opus
Mai. nostrum marravit[4]; quod per chartam suam sepedictus miles sub hac forma evidenter ostendit[5]:

. . . .

231. Cum autem tam abbas quam tota congregatio huius loci firmiter crederet, persolutam a comite pecuniam nec ei nec alicui de suis ulterius esse persolvendam, vix biennio evoluto, dum idem comes cum domino suo rege Francorum Ludovico ad partes Albigensium tenderet, cum maxima difficultate memorata summa a nobis persoluta est, que nec postmodum fuit restituta nec predicta decima a nobis possessa.

1225. 232. Anno Domini 1225. quidam in terra Hanonie nove fraudis inventor apparuit, qui, dicens, se esse Balduinum quondam comitem Flandrie, postea imperatorem Constantinopolitanum et regem Tessalonice, cum hoc quibusdam simulationis signis et indiciis instanter assereret, quam plures plebeie manus et quosdam nobiles necnon et viros religiosos suis assertionibus fidem compulit adhibere. Unde factum est, ut ipsum pene tota Flandria et Hanonia suum dominum certatim acclamarent, et ei cum magno laudis preconio in obviam euntes, sue ditioni se suaque votis omnibus subdiderunt. Qui in tante presumptionis elatus est audaciam, ut vexillis preeuntibus trine dignitatis se dominum mentiretur. Quod cum rex Ludovicus ex Iohanne comitisse iam a comitatu fere destitute et aliorum nobilium, qui ei adherebant, querimonia didicisset, citavit hunc ausum, talia mandans, ut ei apud Peronam
Mai. 30. die certa occurreret, volens quisnam esset certius edoceri. Quo cum pervenisset et super

a) notum 1. 3. b) Burburch 2. c) o. G. c. *des.* 3. d) Circa — modum *et sequentem chartam om.* 3. e) tu. te. c. 3. f) *deest* 2. g) *deest* 3.

1) a Bourbourg ad meridiem. 2) Vid. supra c. 18. 3) Michaele. 4) i. e. marra (ligone) excidit. 5) *Actum est hoc, dum omnibus bonis meis, que sunt in comitatu Bolonie, quiete et pacifice gauderem, apud Andrens in ecclesia sancti Salvatoris a. D.* 1224, *m. Maio.* Dachery IX, p. 648; ed. alt. II, p. 864.

quibusdam[a] questionibus regis[b] satis notis obstupesceret, ab ipso rege a tota terra, quam 1225.
impudenter invaserat, eliminandus penitus condempnatur[c]. Qui tamen liber permissus
abscedere, cum magno dedecore Valencenis excipitur; vulgi tamen adeptus benevolentiam
et ipsius protectus auxilio, ibidem per dies aliquot moram fecit. Tandem suggestione domini
Arnoldi de Oudenarde[1] ille miserrimus apud Insulas suspensus est, dignum sue malignitatis premium consecutus. Fames[d] hoc anno quam plures opprimit et affligit.

233. Eodem anno nobilis vir Eustachius de Campaines miles in vivario nostro de Fontaines, quod multis laboribus et sumptibus acquisivimus, cignos suos nutriri faciebat; sed
nobis formidantibus, ne a suis heredibus vel aliis vicinis potentibus hoc trahi posset in
consuetudinem, et hoc ipsum ei suggerentibus, non solum facto suo renuntiavit vel a ceptis[e]
destitit, sed ipso vivario omnino quitato, suos cignos cum omnibus fetibus[f] exinde profuturis nobis appropriavit et per[g] chartam suam in hunc modum nostrum nobis ius reco- Mai.
gnovit[2]:

. . . .

Et quia tunc temporis dominus Morinensis episcopus in monasterio de Gisnes[3] hospi- Mai. 9.
tabatur, idem nobilis vir ad eum sponte accessit, priorem iniuriam recognovit et quod ipse
confirmaverat a domino episcopo confirmari impetravit.

234. Sequenti vero die eodem venerabili patre in hoc loco hospitante, accessit ad eum Hugo de[h] Stinkebake de Hervedingehem una cum filiis suis Simone et Nicolao, qui propter invasionem decime de Hervedingehem diu excommunicatus fuerat, cuius etiam uxor nuper in excommunicatione mortua extra cimiterium iacebat et, sicut dicebatur, tam homines quam animalia fugabat et terrebat. Idem autem Hugo suam iniuriam coram domino episcopo recognoscens et totam culpam in dominum de Fielnes, qui prefatam decimam warantire debuerat, impingens, penitentia suscepta et decima abiurata, eandem decimam nobis et ecclesie in perpetuum una cum filiis confirmari fecit. Et sic demum memoratus episcopus tam ipsorum quam prefati domini Eustachii confessionem et recognitionem coram se factam sub hac forma confirmavit[4]:

. . . .

235. Circa[i] idem tempus dominus abbas Willelmus unam frumenti raseram ex testamento Ingelramni de Iorni huic loco legatam et diu retentam a Waltero Blundo, compatriota suo, ipsius Ingelramni ex parte uxoris herede, instanter petiit et eum pro hac rasera et pro quodam mutuo in curia Romana facto coram ordinario in causam traxit. Sed cum idem Walterus e contrario a prefato abbate equum quendam repeteret et in quantum poterat forum ecclesiasticum declinaret, tandem mediantibus quibusdam bonis viris et pacificis, a partibus compromissum est in arbitros, de Audenhem scilicet et de Oya presbiteros, qui, auditis hinc inde rationibus et sopitis questionibus, in hunc modum arbitrium protulerunt et suis sigillis roboraverunt:

. . . .

236. Eodem quoque anno Egidius quidam de Aqua, parrochianus de Suakes, una cum
propinquis suis satis fallacibus et mendacibus et quibusdam litteratis minus veracibus ad
nos accedens, simplicitatem nostram sua et illorum calliditate delusit. Nam iuxta fluvium
habens decens manerium virgultis et arboribus consitum et nostre curti contiguum, nobis
vendidit, et quatuordecim terre mensuras terre nostre contiguas et a sociis itineris sui ultra
iustum valorem appretiatas nichilominus in venditione apposuit, nobis frustra sperantibus,
quod per ipsum manerium et terras vicinas termini nostri possent dilatari, et pecuniam
mutuantibus, que sine magno gravamine non potuit acquiri. Idem autem Egidius, ut nobis
videretur satisfacere, domini sui Widonis de Elembomb Iunioris assensum petiit et, dato
pretio, impetravit. Qui venditionem factam ratam habuit et per chartam suam sub hac Sept.
forma confirmavit[5]:

. . . .

a) quest. quib. 3. b) regi 3. c) contemnitur 3. d) Fames — affligit *des.* 2. e) c. suis 3. f) fecibus 2. g) *deest* 2. h) *deest* 3. i) Circa — roboraverunt *et charta adscita des.* 3.

1) Audenarde in Flandria Orientali. 2) *a. gratie* 1225, *m. Maio.* Dachery IX, p. 650; ed. alt. II, p. 865. 3) i. e. in monasterio (sanctimonialium) Sancti Leonardi in suburbio Ghisnensi. 4) Sequitur charta Adami, qua renuntiationem Eustachii et iniuriam Hugonis recognovit. *Datum a. gratie* 1225, *m. Maio in festo sanctorum Gordiani et Epimachi* (Mai. 10). Dachery IX, p. 651 sq. 5) *a. D.* 1225, *m. Septembri.* Dachery IX, p. 653 sq.

1226. 237. Anni autem spatio nondum evoluto, prefato Egidio de Aqua invitante et iuramentum prestitum non observante, Willelmus quidam de Aqua, consobrinus eius, diu extra natale solum peregrinatus et de alieno locupletatus, ad partes istas accessit, contra nostram emptionem iure propinquitatis querimoniam movit, mediantibus illis, quorum sororem et neptem nuper duxerat, per legem fori obtinuit; et ita prima sorte pecunie nostre nos esse contentos oportuit, amissis omnibus, que in plantatione et manerii melioratione fere per annum expendimus, et a parte adversa pro nichilo reputato, quod elemosinam prefatam super altare oblatam in usus ecclesiasticos recepimus et quod omnes iniuriatores nostros sollempniter[a] excommunicavimus.

1225. 238. Anno Domini 1226.[1] Romanus diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, in Gallias venit; qui inter cetera que correxit in Morinensi diocesi quam plures sacerdotes ob incontinentie vitium gravi correptione corripuit. Convocavit autem Bituricas[2] episcoporum ac aliorum prelatorum, sed et procerum, grande concilium, ubi de Albigensi heresi confutanda tractatum est et ordinatum. Ludovicus rex et multi nobiles tam episcoporum quam procerum admonitu domini legati cum ipso legato ad Albigenses cruce signati ad solvendum votum se preparant et disponunt.

1226. 239. Anno Domini 1227.[3] rex Ludovicus et dominus cardinalis cum multis nobilibus in manu valida et copioso apparatu bellico ad Albigenses proficiscuntur et Avinionem[b] civitatem nobilem, refertam innumeris[a] et superbam opibus, per tres menses obsident et impugnant. Sed cum tantus esset vigor resistentium et calliditas ac propria civitatis munitio se offerret inexpugnabilem, insistentes parum proficiunt, non habentes effectum aliquem expugnandi. Mediante tamen domini legati consilio, qui ad cives liberum habebat ingressum et egressum, tandem recepti sunt in regis gratiam, sub hac tamen conditione, ut muros et domos civitatis turrigeras a fundamentis deicerent, fossata in planum redigerent, deiecta non sine licentia regis[c] repararent, armorum suorum munimine se nudarent et[d] ea regi traderent. Traditur itaque[e] civitas non solum ipsa, sed et omnes civitates et ville finitime absque congressu aliquo se ditioni regis Gallie tradiderunt. His itaque compositis, rex cum suis ad sua reverti deliberans, apud Montpanchir[4] letali correptus incommodo, ab omnibus sancte matris ecclesie filiis plangendus atque lugendus sompno mortis opprimitur et in ecclesia sancti Dionysii regie traditur sepulture. Willelmus Remorum archiepiscopus, primum Lingonensis episcopus, defungitur. Ludovicus adhuc duodennis, dicti Ludovici filius, Suessionis[f] promotus in militem, Remis a domino Iacobo Suessionensi episcopo, quia sedes Remensis vacabat, in regem sollempniter consecratur; cui subsequentes annos ascribimus.

1227. 240. Fernandus comes Flandrie et Hanonie, qui per 12 annos in vinculis domini regis de contumacia penituerat, dato sue redemptionis pretio, liber absolvitur. Henricus thesaurarius Belvacensis[5] ad episcopatum Remensem eligitur et consecratur, Willelmo predecessori succedens. Domino papa Honorio tertio[a] decedente, magister Hugolinus de Anagnia, Hostiensis episcopus, substituitur et Gregorius nonus appellatur. Reinaldus quondam comes Bolonie a domino rege per annos ferme tredecim vinculatus, ab ipsis vinculis pariter et vita absolvitur. Castrum in Flandria quod Brugis dicitur gravi incendio magna ex parte consumitur, in quo plus quam quingenti promiscui sexus et etatis homines pariter concremati sunt. Romanus apostolice sedis legatus, qui, invitis fere omnibus prelatis et subditis Gallicani orbis et reclamantibus et contra eum appellantibus, bona ecclesiarum et monasteriorum in favorem regis et suorum per quatuor annos decimari preceperat: mortuo rege, comite Sancti-Pauli occiso[6], et maxima multitudine procerum diversis mortibus defunctis, per generale capitulum Cisterciense transitum faciens et inde secum Cisterciensem[g] et Clarevallensem[h] abbates et quosdam episcopos et abbates, quos creaverat, necnon et Senonensem archiepiscopum[7], qui in favorem regine[8] eum sequebantur, ducens, omnibus personis Gallicane ecclesie sibi contrariis mala quidem minatur et contra

a) *deest* 3. b) Avionem 1. 2. c) *deest* 2. d) et — traderent *des.* 2. e) autem 3. f) Suessonis 2. g) Cisterciēn 1; Cistercienses 3. h) Clarevallēn 1; Clarevallenses 3.

1) Falsum. Sequentia adhuc a. 1225. evenerunt. 2) Bourges. 3) Sequentia in a. 1226. ponenda sunt. 4) Montpensier, départ. Puy-de-Dôme, arrond. Riom. 5) Beauvais, départ. Oise. 6) Guidone II. (a. 1226. ante Avinionem). 7) Gualterum Cornuti. 8) Blancae.

eos peiora machinatur, et ita cum suis complicibus et nostre universitatis hostibus quasi 1227. victor Romam revertitur. Sequuntur eum e vestigio sollempnes nuntii de singulis urbibus ab universitate electi, qui multa quidem expenderunt, sed nichil omnino profecerunt, excepto eo, quod post multiplices repulsas et tam a curia quam a suis vicinis et emulis perpessas iniurias promissam decime summam per quatuor annos ad centum milia librarum Turonensis monete taxari impetraverunt.

241. Eodem anno nobilis vir Eustachius de Campaines, qui presentem ecclesiam sepius offenderat, qui multa nobis dederat et multo plura vendiderat et tam de datis quam venditis sepius iniuriam fecerat, letali morbo corripitur, et nunc apud Lullingham languens infirmatur, nunc spe salutis recuperande apud Boloniam transportatur. Sed cum nusquam salutem posset recuperare, erogatis in medicis quecumque habuerat, dominum Willelmum abbatem accersiri fecit, et cum omni solatio tam amicorum quam propinquorum destitutus esset, ita quod etiam vestimentis sepulture necessariis omnino careret, Deo quidem animam per manus eiusdem abbatis et ipsi abbati corpus in hoc cenobio iuxta matrem suam tumulandum commendavit, et sic demum vestimentis monachalibus indutus propter penuriam aliorum, in bona spe future resurrectionis in Domino quievit. Cuius corpus cum expensis nostris huc delatum, prout petierat, in claustro nostro sepulturam accepit. Multis tamen diebus priusquam moreretur, presentibus abbatibus de Bolonia et tam clero quam populo eiusdem urbis, super testamento suo, quod nobis legavit, chartam suam componi fecit et per 1228. Ian. monachos nostros eam nobis transmisit in hunc modum[1]:

. . . .

242. Circa idem tempus nobilis matrona domina Adelidis de Balinghem volens anniversarium suum apud nos promereri et pari modo anniversarium domini sui Arnulphi de Caieu in presenti loco institui[a], quinque nobis polkinos frumenti cum censu et comitatu super vavassorem unum apud Spelleke assignavit, quos a filio suo domino Arnulpho milite cambivit, assignans ei unum polkinum in Bavelinghem, quem[b] prius nobis donaverat, et quatuor polkinos apud Lotesse de feodo domini Egidii, quos de quodam vavassore redemerat, postquam predictus filius suus eos ei vendiderat. Hanc autem elemosinam prefata domina cum vavassore censum debente super altare dominicum obtulit et ad maiorem cer- Mart. 12. titudinem chartam suam sub hac forma nobis indulsit[2]:

. . . .

243. Anno Domini 1228. orta gravissima contentione inter dominum papam Gregorium et imperatorem Fredericum super voto crucis, quod idem imperator prorogabat in enormem lesionem Terre Sancte, dictus papa pro dilatione eiusdem voti et pro quibusdam iniuriis tam in Apulia quam in Sicilia beato Petro illatis imperatorem excommunicavit et excommunicatum denuntiavit; pro qua causa iram eiusdem ita contra se incitavit, ut totis contra ecclesiam viribus deseviret, quorundam Romanorum et aliorum potentum animos provocaret et personas[c] ecclesiasticas et eorum subiectos insaniret. Eius quoque filius rex Alemannie sancte Romane ecclesie legatum[3] in Daciam transmissum, ne per regnum suum transitum faceret, inhibuit et Valentianis diu moram facere coegit. Eodem tempore Philippus comes Boloniensis, Philippi Francorum regis filius, qui adhuc puer puellam Mathildem, comitis Reinaldi et Ide comitisse filiam, duxerat, Calasium[4] burgum maritimum castro munitissimo munivit et muro firmissimo circumcingere cepit[d], et tam per terram quam per mare congeriem lignorum et lapidum adduci fecit et patris sui exemplo terram suam munitionibus honorare disposuit.

244. Dominus Stephanus felicis recordationis Cantuariensis archiepiscopus, vir suo tempore specialiter litteratus, moribus et doctrina nichilominus mediocriter ornatus, elemosinis deditus et ubique nominatus, feliciter obiit, et ad suam ecclesiam delatus, in eadem sepulturam accepit. Cuius grex pastoris solatio destitutus, adepta a rege eligendi licentia, magistrum Walterum, ecclesie sue[e] nuper monachum professum, virum honestum et satis litteratum, predicti archiepiscopi quondam officialem, concorditer elegerunt et per sollempnes

a) constitui 2. b) *deest* 1. 2. c) et in p. 3. d) fecit 2. e) *deest* 2.

1) Dedit ecclesiae Andrensi *sex polkinos frumenti ad pasturam inter Capellam sancti Audomari et Lohout sitam. Actum a. D.* 1227, *m. Ianuario.* Dachery IX, p. 657; ed. alt. II, p. 866. 2) *a. v. i.* 1227, *in festivitate s. Gregorii pape, m. Martio* (Mart. 12). Dachery IX, p. 658. 3) Ottonem. 4) Calais.

1228. nuntios, monachos scilicet et clericos, domino pape Gregorio confirmandum et consecrandum transmiserunt. Unde episcopi suffraganei indignantes et se a dignitate, ad quam aspirabant, excludi stomachantes, tam regem quam regni optimates contra ecclesiam Cantuariensem, pro qua viriliter stare debuerant, accendunt et, ut electio facta per eos revocetur, modis omnibus efficere satagunt. Tandem firmato inter se nequam sermone et consilio maligno, Henricum Rofensem[a, 1], contra quem[b] anno preterito idem magister Walterus ad curiam Romanam de mandato sui capituli profectus fuerat, et Alexandrum Cestrensem[2] episcopos e vestigio sequi compellunt et tam donis quam promissis corda Romanorum talibus assueta a tramite veritatis avertunt[c]. Exhausto siquidem propter guerram imperatoris summi pontificis erario, omnia bona ecclesiastica tam in religiosis quam in clericis per totam Angliam promissa[d] sunt decimari et ad subsidium sancte Romane ecclesie destinari, dum- 1229. modo magistri Walteri electio valeat quassari. Assensum, proh dolor! prebet curia[3], reducunt episcopi Stephanum[4], qui alia vice in Anglia messuerat, et in duorum annorum[e] spatio sexaginta mille et amplius marchas argenti ad replendum beati Petri horrea vacua remittit ad propria. Magister Ricardus, Lincolniensis cancellarius, quorundam cardinalium consilio, qui fuerant Parisius eius conscolares, a curia Romana[f] ecclesie Cantuariensi[g] preficitur, et quamvis esset satis litteratus et honestus, in toto biennio, quo prefuit, nec regis nec cleri nec populi gratiam promeretur, quia vix aliquando in sede propria causa avaritie moram fecit, ut dicitur.

245. Anno Domini 1229. venerabilis pater Adam Morinensis episcopus in crastino April. 16. sancte resurrectionis clero suo et populo valedicens, cessit et apud Claram-vallem non sine dolore multorum recessit. Suam quippe ecclesiam domibus decoravit, redditibus ampliavit et nulli umquam onerosus extitit; elemosinis deditus, ore pius, corde benignus, in omnibus congregationibus sue diocesis pecuniam dispersit et ad anniversarium suum delegavit. Statuta a Morinensi capitulo electionis die, magistrum Petrum de Collemedio, natione Campanum, Morinensem canonicum, in partibus Tolosanis auctoritate apostolica occupatum[5], concorditer elegerunt et duos pro eo canonicos transmiserunt. Sequenti die post electionem Teruannensis capituli canonici Audomarenses eundem Petrum in patrem et pastorem nominaverunt. Comperta idem Petrus utraque electione, qui Turonensem metropolim et alias sedes cathedrales[6] recusaverat, cathedram Morinensem abiecit et ecclesie sancti Audomari adhesit. Morinensis vero ecclesia dominum Petrum[h] Flandrensem archidiaconum, presente eodem Petro[h] et singulis approbantibus, sollempniter elegit; sed antequam consecraretur, per annum integrum sedes vacavit.

April. 15. 246. Proditionem detestabilem huius Andrensis ecclesie parrochiani in die pasce circiter viginti duo, inter quos erant archivillani quatuor, Guido scilicet et Willelmus vavassores, Reinerus et Daniel ministeriales, in enormem ecclesie lesionem moliti sunt; qui nobis inconsultis apud Andrewich[7] comitem Baldewinum[8] adierunt, totam pasturam a Romanis pontificibus, ab episcopis Morinensibus et a comitibus Gisnensibus nobis ab antiquo confirmatam sibi sub censu annuo viginti solidorum confirmari et appropriari petierunt[i] et, ut hoc facilius impetrarent, centum viginti marchas sterlingorum de ipsa pastura capiendas comiti promiserunt; non attendentes, quod nos et nostri predecessores per annos quadraginta et amplius contra nobiliores et fortiores patrie pro eadem pastura ad nostrum et ipsorum subsidium tuenda conflictum continuum habuimus et per ipsum comitem litigiosam rem ad divisionem non sine gravibus expensis[k] perduximus. Qua infideli promissione idem comes primo deceptus, postea[l] per nostram instantiam ad cor reversus, eorum quidem desiderium suspendit et[m] nos usque ad sequens triennium omnino iure antiquo nequiter privavit. Quo etiam spatio annorum dum pro causis multiplicibus idem[n] a nobis[o] comes adiretur et multiplex querimonia apud eum deponeretur, vix in aliqua nos exaudivit.

247. Fredericus imperator, collecto exercitu et navium multitudine per totam impe-

a) Rosensem 2. b) *deest* 2. c) adv. 2. d) perm. 3. e) sp. a. 3. f) Romane 2. g) Cantuariensis 2. h) P. 2. i) fecerunt 2. k) imp. 3. l) post 3. m) *fortasse* set *corrigendum.* n) *deest* 3. o) c. a n. 2.

1) Rochester. 2) Coventry. 3) Adeas litteras Gregorii IX. datas Perusii d. 19. Ian. 1229. ap. Potthast I, p. 716. Cf. Matth. Paris. Chron. mai. (ed. Luard) III, p. 172. 4) *magistrum, domini pape capellanum et nuntium* Matth. Paris. l. l. 5) Quod confirmat Albricus, SS. XXIII, p. 922 sq. 6) Cathalaunensem secundum Albricum, SS. XXIII, p. 917. 7) Audruick. 8) III. comitem Ghisnensem.

rium suum, Terram Sanctam licet adhuc excommunicatus adiit. Cuius[a] malo Deus utens 1228. in bonum, ei ubique victoriam dedit. Nam habito colloquio cum soldano Babilonie[1] Sala- Sept. dini, Iherusalem recepit, eius muros dirutos reparare studuit, turrim David renovavit et 1229. Mart. portam Sancti Stephani erigens construxit, habens coadiutorem et consiliarium Petrum episcopum, hominem discretum, tam armis et divitiis quam bellatorum copia redimitum. Dominus tamen papa ipsum more solito excommunicationibus et expeditionibus persequens, duplicem exercitum contra eum instruit. Belvacensem episcopum[2] ad eius subsidium cum militum copia venientem in gratiam recepit et retinuit, et de sua habundantia eorum inopiam relevavit. Imperator autem, disposito statu Terre Sancte, datis treugis et acceptis, per Siciliam et Apuliam revertens, pugnatores domini pape viriliter impugnat. Quosdam optimates suos domino pape confederatos occidit, persequitur et exheredat. Tandem, mediantibus quibusdam bonis viris, pax inter utrumque non sine dedecore sancte ecclesie firmatur. Imperator absolvitur, ad revertendum in Terram Sanctam et ad eam ex toto acquirendam terminus certus imperatori prefigitur, et sic ad tempus sancte ecclesie pax redditur, ficta potius quam perfecta.

248. Eodem tempore Fernandus comes Flandrie et Hanonie, collecta multitudine equitum et peditum, curruum et quadrigarum, ante Augustum per Greveningam[3] transitum Iul. faciens, terram comitis Boloniensis[4] nimis hostiliter intravit. Nam castrum de Merch cum tota villa subiacente incendit; curtem de Capella sitam in Oia[5] conflagravit; in pastum equorum consumens segetes solotenus, ubicumque exercitus fecit transitum, domos incendio, homines et eorum bona direptioni, fruges vastationi crudeliter[b] exposuit. Totum castrum de Calais cum recenti munitione incendio consumpsisset et in odium comitis et suorum solotenus prostravisset, nisi, mediantibus quibusdam viris pacificis et discretis, pretio mille quingentarum librarum et viginti doliorum vini eius ferocitas mitigata fuisset. Abbatia quoque de Capella pro bonis ibidem allatis enormiter lesa fuit et illos tamen, quibus fuerat presidio, ingratos invenit. Denique, transito amne de Niwena[6], terram comitis Gisnensis, quam ante captivitatem suam bis destruxerat, intrare et demoliri disposuit; sed deficientibus sibi nobilibus et potentibus, qui erant in exercitu comitis Gisnensis, propinquis, mutato consilio exercitum reducens, ad propria remeavit, acceptis prius a burgo de Withsand quadringentis libris, ne combureretur a Flandrensibus, et domino Iohanne venerabili abbate Sancti Bertini hoc fideiubente et proinde postmodum dampna et pressuras multipliciter sustinente. Hec autem omnia, sicut dicitur, Blancia Francie regina, eius compatriota, in odium Boloniensis et Gisnensis comitum machinata fuit, pro eo quod super terram comitis Campaniensis[7] ea invita aciem comes Boloniensis direxit. Parvo temporis spatio elapso, pari modo comitem[8] Sancti-Pauli intendens exheredare et eius terram destruere, usque ad castrum de Faurench[9] exercitum duxit; sed integrum eum minime reduxit, quia, dum Flandrenses in terra aliena velut in sua vellent discurrere et predam more solito facere, intercepti ab hominibus terre, naturaliter probis, sevis et seditiosis et proditioni[c] expositis, per ardua et devia, per silvas et compita interempti sunt, et eorum cadaveribus fosse replete, et campi cruoris spurcitia irrigata vel potius sordidata. Sicque ea vice dictus comes inglorius reversus est ad propria. Comes autem Gisnensis sequenti hieme suum exercitum in ultionem Baldewini clerici, patrui sui occisi, apud Embriacum[10] conducens direxit et eius interfectores cum eorum propinquis improvisos et inopinatos in eo obsedit. Erexit turres et machinas et obsidiones instruxit, nec destitit a proposito, donec eorum munitiones destruxit, suis tamen hostibus sibi[d] prius, mediante comitissa[11] Pontivi et aliis quibusdam, pacificatis, tali modo quod Terram Sanctam pro anima occisi intra biennium adirent et ibi moram, prout condictum fuit inter eos, facerent. His peractis, idem comes, paucis occisis, multis tamen vulneratis, letus ad propria rediit. Inter quos primogenitus nominati Baldewini clerici conquassatus pauco tempore supervixit.

a) Eius 3. b) fideliter 3. c) proditionibus 2. d) m. s. pr. 3.

1) i. e. Aegypti. 2) Milonem. Cf. Albricum, SS. XXIII, p. 927. Winkelmann, 'Friedrich II.' p. 325. 3) Gravelines. 4) Philippi. 5) Merck, Oye, inter Gravelines et Calais. 6) Le Nieulet, qui fluit ab Ardre ad Calais. 7) Theobaldi V. Cum hoc conveniunt quae narrat Albricus p. 924. 8) Hugonem V. 9) Forest, arrond. Béthune. 10) Embry, arrond. Montreuil. 11) Maria.

1230. Mart. 31. 249. Anno Domini 1230. dominus Petrus in Morinensem episcopum consecratus, in ramis palmarum cum magna gloria cleri et populi in sede propria recipitur, et die sequenti dominus Iacobus in abbatem Sancti Bertini ab eo benedicitur, succedens viro religioso domino Iohanni, qui per quadraginta quatuor fere annos[1] famosum Sancti Bertini monasterium nobiliter rexit, et a tempore domini[a] Philippi nobilissimi Flandrie comitis multipliciter dampna, pressuras, persecutiones et iniurias sustinens, et semper in melius proficiens, Febr. 27. in initio quadragesime feliciter obiit et in bono statu ecclesiam suo successori in summa pace et quiete electo et promoto dimisit. Cuius benedictione peracta, episcopus et omnes prelati qui aderant invitati, eundem abbatem ad suam perducunt et conducunt ecclesiam, ubi per biduum continuum festivatur, sed per presumptionem pontificalis familie die secunda serenitas[b] festivalis in nubilum convertitur; sed sequenti synodo per predictum Sancti Audomari prepositum[2] et per alios discretos discordia pacificatur. Eodem anno, soluto Sathana et in regno Francie debachante, principes regni et optimates regi Ludovico, adhuc iuveni et matris consilio potius quam eorum monitis adherenti, fedus debitum et fidelitatem subtrahunt, cum rege Anglorum Henrico fedus ineunt et cum copioso exercitu in Britanniam[3] adducunt. Econtra rex Ludovicus aciem copiosam de omnibus finibus sui regni colligens, viriliter instruit et thesaurum a patre et avo collectum militibus et aliis stipendiariis exponit. Urbem Andegavensem[4] cum quibusdam castris invadit, et comiti Britannico[5] ea auferens, pro eo quod totius proditionis dicebatur executor, licet regis Francorum esset propinquus[6], Anglorum exercitui, ne fines Britannie transiret, potenter resistit. Sicque Angli in angulo Britannie coangustati, calore estatis artati et tam cibis quam potibus dissuetis expositi, morbis multiplicibus variisque eventibus penas dederunt et ad propria ulterius non redierunt. Mortuis prius equis innumeris et victualibus omnino consumptis, thesauris etiam quos de Anglia attulerant frustra erogatis, tandem rex Anglorum, qui cum multis advenerat, cum paucis ad propria revertitur. Rex etiam Francorum, dispositis suis marchiis, cum suis victor regreditur. Eo tempore rex Iohannes, iam dudum in regnum Iherosolimitanum a papa Honorio coronatus et ibidem multipliciter in armis militaribus exercitatus, qui in hoc exercitu Francorum regi viriliter et fideliter pre cunctis Francigenis adheserat, ad imperium Constantinopolitanum electus est[7] et a domino papa Gregorio confirmatus. Qui, peracta Francorum victoria, totis viribus ad congregandum exercitum cum sumptibus necessariis operam dedit et tam Grecis quam Latinis desiderabilis extitit. Hac expeditione peracta, comes Boloniensis Philippus odio habens comitem Campanie[8], pro eo quod super morte fratris sui Ludovici regis et aliis causis eum haberet suspectum, associatis sibi Gisnensi[9] et Sancti-Pauli[10] comitibus et aliis proceribus regni quam pluribus, licet contra voluntatem regine et regis, sicut dicebatur, terram eius ingrediens, magna ex parte incendiis, rapinis et depredationibus devastat, ipso comite, per fuge presidium sibi[a] consulente, nusquam secure commorante, quia terre sue homines pro multiplici ipsius malitia eum exosum habebant et tam munitiones quam pecunias eius hostibus exponebant. Circa finem huius 1231. Febr. anni, tempore quadragesimali dominus Ricardus Cantuariensis archiepiscopus ad curiam Romanam iter arripuit et hoc Andrense monasterium suo adventu letificavit. Ne enim sedi apostolice, que eum creaverat, ingratus videretur, magnam pecunie summam conduci fecit, ut limina apostolorum visitaret et dominum papam cum fratribus suis honoraret. Idem autem archiepiscopus a nobis recedens, a clero et populo extra castrum Sancti Audomari sibi catervatim occurrentibus honorifice recipitur et postmodum a conventu Sancti Bertini processionaliter honoratur. Quod pluries suis predecessoribus ibidem factum fuisse legimus, beato scilicet Dunstano, sancto Anselmo et Thome, martyri glorioso, et eorum successoribus apud ipsum divertentibus.

250. Anno Domini 1231. dominus papa Gregorius Narbonensem provinciam et regionem Tholosanam miserans in fide periclitari et ab heresiarchis principatum terre tenentibus occupari, qui plures prius ibi delegaverat, per quorum industriam, excepto preposito

a) *deest* 3. b) sec. festivitatis seren. 3.

1) Electus d. 11. Iul. a. 1187. 2) Petrum de Collemedio; v. supra c. 245. 3) Bretagne. De sequentibus cf. Matth. Paris. Chron. mai. III, p. 199. 4) Angers. 5) Petro. 6) Erat nepos Roberti I. comitis Drocensis (Dreux), filii Ludovici VI. regis Francorum. 7) d. 29. April. a. 1229. 8) Theobaldum V. 9) Balduino III. 10) Hugone V.

Sancti Audomari Petro de Collemedio, parum profecerat, venerabilem virum et vere religiosum dominum Walterum[a] Tornacensem episcopum ibidem iubet proficisci et verbum Dei per eum seminari. Qui mandatis apostolicis obediens, in synodo sua prelatis suis, presbiteris et clericis cum innumerosa multitudine cleri et populi presentibus, petita licentia et adepta ab omnibus, laboriosam peregrinationem viriliter et alacriter aggreditur et in executione officii sibi delegati in terra aliena diu moratur. Vir venerabilis dominus Iacobus abbas Sancti Bertini homines suos de Archas[1] trahens in causam super quodam maresco, quem sibi appropriaverant, astu subtili deductus est ab eis et maxime a scabinis cum priore suo et paucis eum comitantibus usque ad paludem litigiosam ad hoc, ut quasi ostensio super facto litigio per eum et per suos fieret. Quo cum pervenissent, scabini et qui potiores videbantur, ne de proditione possent notari, se ab eo paululum subtrahentes, plebeie multitudini utriusque sexus eum, proh dolor! relinquentes exposuerunt, et vix de rastris et flagellis, de furcis, colis et baculis se subtrahentes, non sine enormi dedecore et contumelia vix tandem per gratiam Dei evaserunt. Facta autem iniuria, licet a burgensibus Sancti Audomari defensata in conductione suarum[b] domorum, licet in receptione proditorum, licet in corruptione ballivorum, per proceres[c] et nobiles ad feodum Sancti Bertini pertinentes, ordine iuris per omnia observato, ita est vindicata, et per dominum regem Ludovicum, adhuc iuvenem, ad monasterium eo tempore cum matre sua et optimatibus regni divertentem, sententia approbata, ut omnibus laicis religiosorum dominio subiacentibus perpetuo videri debeat prophanum et sceleratum suis dominis nolle parere et contra stimulum calcitrare. Eodem tempore dominus R. Cantuariensis archiepiscopus, apud urbem Perusinam in curia[d] domini pape moram faciens, obiit. Cuius morte circumquaque divulgata, grex suus pastoris solatio destitutus, eligendi licentia a rege, ut moris est, adepta, in favorem regis terreni potius quam celestis, sicut dicitur, Ciscestrensem[2] episcopum[3], regis cancellarium, concorditer elegerunt et per sollempnes nuntios, per monachos scilicet et clericos a regis et electi latere destinatos, a domino papa electionem seu postulationem factam confirmari petierunt. Tandem, discussa electionis forma in auditorio domini pape, electio fuit quassata, et de gratia potius quam de iure predicto Cantuariensi capitulo fuit iterum electio indulta, ita tamen ut infra certum et brevem terminum canonice eligerent et suum electum apostolico examini destinarent. Ex quo facto licet rex et sui confundi viderentur, tamen predicti Cantuarienses iterum ad electionem procedentes, in summa pace et quiete, in exultatione universe terre dominum Iohannem, priorem suum, virum honestum, litteratum et vere religiosum, concorditer elegerunt et ad Romanam curiam per nos transeuntem sollempniter transmiserunt. Fama grata et gratuita per totam Latinitatem diffusa singulos et omnes letificat his diebus, perhibens, dominum Iohannem de Brena[4], dudum in partibus Iherosolimitanis regis onere potius quam honore exercitatum, a Constantinopolitano populo et a Grecis finitimis honorifice receptum et imperiali diademate coronatum. 1231.

251. Anno verbi incarnati 1232. dominus papa Gregorius nonus ordinem nostrum per multiplices visitatores infestat, incipiens a Cluniacensibus, quibus graves quasdam et onerosas observationes imponens, inter alia precepit, ne a prioratibus forinsecis priores amoverentur, nisi certis de causis, pro quibus etiam abbates solebant degradari, scilicet propter incontinentiam, propter dilapidationem seu propter provectum maioris administrationis. Interdixit etiam sub anathemate, ne supra antiquas institutiones et approbatas eisdem prioratibus novi census imponerentur, ne plures prioratus uni persone committerentur, ne abbatibus aut clericis sive personis secularibus de cetero prioratus traderentur. Ordo etiam Premonstratensis, longis retro temporibus a Romanis pontificibus privilegiatus, per abbates Cisterciensis ordinis fuit circumquaque visitatus, qui capitulo generali presederunt et multos offenderunt. Abbates quoque ordinis Arroasie[5] Parisius coram Predicatoribus Sancti Iacobi super ordinis transgressione sepius in causam tracti fuerunt et multas expensas facere coacti sunt. Deinde regalia et exempta monasteria per totam Galliam et Angliam per Cistercienses et alios visitata, per remedium appellationis aliquamdiu evaserunt et multam pecuniam Romanis transmiserunt. Ecclesia sancti Iudoci[6] cum dormitorio et aliis 1232.

a) *deest, loco vacuo relicto,* 1. 2. b) d. s. 3. c) preces 3. d) curiam 3.

1) Arques, cant. St.-Omer. 2) Chichester in comitatu Sussex. 3) Radulphum. 4) Brienne. 5) Arrouaise. 6) Dommartin, arrond. Somme (dioec. Ambianensis).

1232. officinis adherentibus combusta est tempore autumnali de foco ville. Predictus prior Cantuariensis Romam veniens et gratiam curie ad plenum non inveniens, cum per multiplices expensas ecclesiam suam nollet onerare et curie famem per effusionem auri et argenti vel nesciret vel dissimularet recreare, solum palefridum ibidem concupitum sponte perdens, valedicens domino pape et curie, cessit et recessit, et cum suis omnibus, quos de Anglia secum duxerat, prospero gressu ad ecclesiam suam et ad priorem administrationem rediit, concessa a domino papa Cantuariensi capitulo potestate iterum eligendi et infra certum terminum electum suum Rome presentandi[a]. Qui, paucis diebus post regressum prioris evolutis, elegerunt virum honestum et litteratum magistrum Iohannem Blundum[b]; qui similiter per sollempnes nuntios ecclesie Cantuariensis et alios domino pape et curie presentatus, dum a quibusdam emulis super retentione etiam[c] duorum beneficiorum sine dispensatione adeptorum et aliis quibusdam frivolis impeteretur, coactus etiam[d] cedere et ad patriam de[e] curia sine honore recedere; iterum capitulo Cantuariensi concessa potestate eligendi, vacante interim per multum temporis[f] nobili ecclesia et tota possessione archiepiscopatus in ius regis redacta; sed hec fuit in pape pectore causa minor. Gravis et deformis altercatio inter comitem[c] Balduinum et dominum Willelmum de Fielnes, socerum eius, suborta est occasione filiorum ipsius Willelmi, qui in quosdam nostrates impetum fecerunt et ibi ipsum comitem interesse putaverunt, sed frustra. Comes Balduinus multis iniuriis monasterium Andrense infestat, pasturas et paludes eius occupat, chartas et privilegia autentica maliciose depravat et fere omnibus ecclesiam persequentibus patrocinium parat. Ecclesia proinde gravibus expensis et debitis succumbit, dum de suis appendiciis aliquod emolumentum habere nequit, dum nonnisi vili pretio fruges vendit, dum ab eius gravamine vix aliquis se subtrahit.

1233. 252. Anno Domini 1233. Cantuariensis ecclesia pastoris solatio diu destituta in venerabilem virum magistrum et ecclesie Saresberiensis cancellarium[1] tandem consentit et pro ipsius confirmatione sollempnes nuntios tam monachos quam clericos ad curiam Romanam transmittit. Pulsat, petit et accipit, quia preter spem omnium non solum absentis confirmationem nuntii impetraverunt, sed et pallium consecrato conferendum Lunduniensi[g. 2] et Rofensi[h. 3] episcopis[i] attulerunt. Oriuntur[4] interim in Anglia nove guerre inter regem Henricum propter P.[5] de Roches Went.[k. 6] episcopum et P. de Rivulis[7] Pictavensis ecclesie thesaurarium et propter alienigenas alios ad consilium regis ascitos, et inter regni marescallum[8] et Walenses et eorum fautores, regni proceres, qui se postponi dolebant et alienos ad regni negocia promovenda et disponenda preponi videbant. Unde memoratus rex de suorum consilio et auxilio minus confisus, licet alias pius, mansuetus et benignus et elemosinis deditus, Pictavenses, Flandrenses[9] et Brabanciones, erarium suum large[l] aperiens, invitat, munit per eos marchias et per multiplices expensas se attenuat. Hubertus quoque de Burg, quem non solum in comitatu Cantie, sed in multis partibus Anglie preter consilium et voluntatem multorum sublimaverat et postea deiectum incarceraverat, de sua captione male custoditus eripitur, et super hoc regis consilium aliquantulum turbatur. Comes quoque Flandrie Fernandus morbo calculi apud Noviomum moritur, atque a suis in Flandriam relatus, iuxta Insulam in quodam monialium albarum monasterio[10] ab uxore sua nuper fundato non sine luctu multorum, presentibus Flandrie proceribus et multis religiosis, a quatuor episcopis, Cameracensi[m. 11] scilicet et Tornacensi[12], Morinensi[13] et Attrebatensi[14], honorifice sepelitur, relicta uxori[15] proprie filia parvula, et eadem uxore magnis debitis oppressa. Hiems gravis et aspera non solum totam Galliam, sed et Italiam et Angliam
1234. multo tempore torquet et affligit, et non tam frigoris angustia quam famis miseria pauperes miserabiliter afficit. Multi potentes in Francia moriuntur, inprimis Lugdunensis archiepiscopus[16], comes Robertus de Dreus[17], Sancti Walarici[18] ex parte uxoris dominus, et pre

a) presentandum 3. b) Blondum 3. c) *deest* 3. d) *deest* 3; *fortasse est corrigendum.* e) a 3. f) tempus 3. g) Londoniensis 3. h) Rofensis 3. i) episcopi 3. k) Went̄. 2. l) *deest* 2. m) Cameramnacensi 2.

1) Edmundum. 2) Rogero. 3) Henrico (Rochester). 4) De sequentibus cf. Matth. Paris. Chron. mai. III, p. 240 sqq. 5) Petrum. 6) Wentanum (Winchester a Portsmouth inter septentrionem et orientem). 7) *Petrum de Rivallis* Matth. Paris. 8) Ricardum comitem. 9) *ex Flandria Baldewinum de Gisnes cum sua custodia* Matth. Paris. 10) Marquette prope Lille. 11) Godefrido. 12) Waltero. 13) Petro. 14) Assone. 15) Iohannae. 16) Robertus (Ian. 6). 17) Dreux prope Chartres. 18) St. Valéry-sur-Somme.

omnibus plangendus, potens et nobilis comes Boloniensis[a] Philippus, gloriosi regis Philippi filius, qui, sicut creditur, potionatus obiit et uxori sue Mathildi comitisse unicam filiam[1] reliquit. Cuius opera mirabilia in munitione castrorum, in edificatione domorum per Franciam et Normanniam et per Boloniensem terram luce clarius videntur et principis prudentiam, divitias et gloriam per secula multa profitentur. Sepultus est autem apud Sanctum Dionysium iuxta fratrem et patrem suum. Circa purificationem beate Marie redierunt a curia duo monachi Cantuarienses, nuntiantes electum suum a domino papa sollempniter confirmatum, relicto tertio in curia cum quibusdam clericis pallium expectantibus. Quo rumore conventus letificatus, persolutis Deo debitis laudibus, dominum electum priori et personis eum comitantibus apud Lundunum occurrere mandaverunt; quem invitatum et presentem domino regi presentaverunt. Qui eum statim in gratiam recepit et de omnibus ad archiepiscopatum pertinentibus[b] eum liberaliter investivit, et etiam multa in maneriis reperta tam in frugibus quam in animalibus, que asportasse potuerat de consuetudine regni, ei reddi precepit.

1234. Febr. 2.

253. Anno verbi incarnati 1234. dominus Edmundus Cantuariensis electus in ecclesia propria consecratur 4. Nonas Aprilis a domino Rogero Lundunensi episcopo et aliis octo episcopis Cantuariensis ecclesie suffraganeis, presente etiam domino Luca Dublinensi episcopo et alio quodam Hyberniensium archiepiscopo, astante et approbante domino Henrico rege et fratre suo Ricardo comite Cornubiensi et aliis comitibus et proceribus regni et alia multitudine infinita, et statim consecratus et pallio superveniente decoratus, in honore sancte Trinitatis in altari sancte Trinitatis missam sollempniter celebravit, et pro geminata letitia, consecrationis scilicet et adepti pallii, gaudium geminavit.

April. 2.

a) *deest* 3. b) e. l. p. 3.

1) Iohannam.

MONUMENTA HISTORIAE LAUSANNENSIS A CONONE PRAEPOSITO COLLECTA.

Liber qui nomine chartularii Lausannensis fertur pretiosissimus, nunc in bibliotheca publica B e r n e n s i *asservatus et nr.* 37 *bis* *indicatus, compluribus constat partibus, a Conone de Staviaco (Stäffis; Estavayer) praeposito partim propria manu partim eius iussu scriptis vel ab ipso libro insertis, ex quibus nonnulla in hanc collectionem recipienda erant.*

Cono, ex genere nobili oriundus, filius domini Rainaldi de Staviaco[1], *primum a.* 1200. *canonicus Lausannensis nominatur*[2]*; sed iam a.* 1202, *mortuo Nantelmo episcopo Sedunensi, qui praeposituram tenuerat, hanc adeptus est dignitatem*[3], *qua per* 40 *annos eum functum esse constat*[4]. *Anno* 1212, *cum Rogerus episcopus pontificatum abdicasset, per breve tempus ecclesiae administrationem suscepit. Postea vero scholas frequentavit*[5], *e quibus a.* 1215. *reversus per plures annos officii curas egit; sed a.* 1222. *iterum Parisios profectus ibi per integrum fere annum litteris incubuit. Reliquum vero vitae tempus Lausannae degisse videtur, in bonis, quae habebat larga*[6], *administrandis et negotiis capituli gerendis occupatus, ecclesiae iura diligenter colligens et intrepide defendens.*

Quo studio conductus est, ut librum conderet, qui tam eius memoriam quam ecclesiae Lausannensis historiam posteris servavit.

Quae eo continentur haec sunt[7]*:*

f. 1'. 2. *Annales veteres Lausannenses, ab ipso Conone descripti et brevi*

1) De Gingins, Mém. VI, p. IX. 2) ib. p. 206; a. 1201. Gall. chr. XV, p. 159. 3) Nota h. a. 4) V. notam a. 1242. infra n. 6. 5) Nescio an Parisienses etiam hoc loco intelligat. 6) Ultimo libri folio (136) haec leguntur: *Anno ab incarnatione Domini* 1242. *habebat C. prepositus ista a capitulo preter preposituram et prebendam: apud Lausannam domum suam et casale quod fuit Constantini de Charlie, quod Giroldus sacrista habet ab eo in amore et post eum debet esse illius cuius erit casale sacriste, quod tamen non spectat ad sacristaniam. Habet etiam a capitulo* 1 *pratum es Rispes et* 1 *es Esterpaies. Et* 1 *en Malvernei. Et vineam* 1 *apud Oschie. Et ad Palaieres* 1. *Et apud Colunges unam dimidiam. Et cavalatam vini in Estra, quam debet filius Alberti Balles. Et* 16 *d. censuales in nativitate Domini, quos debet li Apiaz. Et dimidium molendinum sub Sancto Laurentio cum appendentiis. Et partem quam accipit in molendino subteriori. Apud Tolochina medietatem molendini cum donno N. de Chavornai. Apud Sallens medietatem eorum que ibi habet capitulum. Apud Parlie filios Warbor et Albertum. Apud Essertines* 5 *s. census, quos debet maior in pascha, et dimidias menaidas et de quadam terra terragium, quod tamen retinet maior quando potest. Apud Pinei heredem Lanbelini, quem sibi iam diu abstulit P. de Pinei miles, et* 5 *s., quos debet heres a Lagnel de Pinei, et quicquid spectat ad capitulum. Apud Rosai et Avarnie et Cormodreschi quicquid spectat ad capitulum. Apud Vilar-Tiecelini* 18 *d., quos debet Testa Dor. Apud Evonant* 18 *d., quos debet heres W. Destra. Apud Frasnei Giroldum et fratrem suum. Apud Nuovillie heredem Michaelis. Apud Saisses illud quod ibi capitulum quod non specta[t] ad ecclesiam de Granges et duas partes pro lege hominum capituli. Sub Paterniaco* 3 *sol. et* 6 *d., de quibus debet Bosonez de Cocales* 18 *d. in nativitate beate Marie et Otto li Maselers de Paerno* 12 *d. et quidam de Glatignie* 12 *d. In Ogo ecclesiam de Bollo pro* 60 *s., quos sibi assignavit capitulum pro legibus hominum capituli.* 7) Quae fol. 1a. leguntur posteriori tempore adiecta sunt.

continuatione aucti. Nituntur annalibus veteribus quales ex codice Weissenburgensi, additis de Drogone episcopo Mettensi notis, SS. I, p. 111. *editi sunt, et Flaviniacensibus, Lausannae auctis et continuatis (ibid. III, p.* 150 *sqq.; iterum ed. Jaffé cum Cassiodori chronico a V. Cl. Mommsen publici iuris facto).*

f. 3. 4. *Registrum ecclesiarum et villarum episcopatus Lausannensis, quod Cono a.* 1228. *scribi fecit*[1].

f. 5—12. *Gesta episcoporum Lausannensium, a.* 1235. *confecta.*

f. 13—86. *Registrum bonorum, iurium, chartarum capituli Lausannensis secundum villas dispositum, quod etiam polypticum vocant, annis* 1227—28. *Cononis iussu inceptum*[2], *sed annis sequentibus tum ab ipso tum a diversis scriptoribus auctum, ita ut modo chartae vetustiores, nonnumquam fortasse folia iam antea exarata*[3] *sint inserta, nonnumquam res eius tempore gestae narrentur, nullo certo ordine servato*[4].

f. 87. 89—99. *Notae variae 'Census', 'Concessiones' et 'Recognitiones' inscriptae, quae ad generalia episcopatus iura spectant, maximam partem, ut videtur, a Conone aliunde sumtae, nonnullae vero et ipsius cura memoriae traditae. Ex quibus quaedam quae res publicas luculenter illustrant infra exhibenda duxi*.*

*) Ego R. dico in verbo veritatis, quod interfui recognitioni que facta fuit duci B., patri istius ducis, f. 93 a canonicis, militibus et burgensibus. Recognitum fuit, quod clerici debent eum recipere cum processione, et burgenses debent illi duas procurationes, quas 2 burgenses cum familia episcopi debent trahere de mandato episcopi, qui eciam et sua familia debent procurari. Hanc recognitionem fecit W. de Orsonens canonicus de consilio et assensu tam cleri quam populi. Sciendum etiam, quod, cum episcopus vadit ad curiam inperatoris pro communi negotio, duo burgenses vel 4 debent trahere expensas, quas debent persolvere burgenses istius ville, burgenses de Aventica et de curia de Curtilli et Bullo.

Hec sunt capitula que dux Bertolfus iuravit episcopo Amedeo et successoribus eius: quod f. 98'. liberam permitteret fieri eleccionem in Lausannensi ecclesia; quod nichil eorum que a manu episcopi tenebantur sibi acquireret; quod ea que ecclesia Lausannensis perdiderat et que a longo tempore erant alienata bona fide pro viribus iuvaret recuperare; quod ad villas ecclesie non irent sui pro pabulo et ceteris necessariis nec ibi hospitaretur; quod nec in palacio episcopi nec in domibus clericorum vel militum hospitaretur nec inde per violentiam quicquam auferret.

Quoniam ius exigit et consuetudo dictat, ut in sua iuriditione domino sua iura recognoscantur f. 97 et consuetudines, talis facta est recognitio a clericis, baronibus, militibus et burgensibus episcopo Lausannensi, quod tota villa Lausannensis, tam civitas quam burgum, est dos et alodium beate Marie et ecclesie Lausannensis. Canonici liberam habent electionem episcopi et debent regi processiones et orationes tantum. A rege tenet regalia dominus episcopus Lausannensis. Regalia vero sunt strate, pedagia, vende[5], nigre[6] iure, moneta, mercata, mensure, feneratores manifesti, banni veteres vel de communi consilio constituti, cursus aquarum, fures, raptores. Propter hec est[a] episcopus obnoxius regi in hoc, quod, si propter negocia episcopii sive civitatis vocatus venerit, in sero et in mane debetur ei procuratio. Nichil amplius iuris vel exactionis habet rex in villa Lausannensi. Cuius expensas solvere debent burgenses extra muros civitatis manentes et tres curtes episcopi, Aventica, Curtiliacum, Bullum. Eandemque procurationem debent emere duo de familia episcopi cum duobus burgensibus, et in aliis debet episcopus servire sicut regi. Advocatus vero de manu episcopi tenet advocaciam extra muros civitatis, et in predictis curiis episcopi Aventica, Bullo, Curtiliaco, pro qua livius[b] homo episcopi debet esse. Ad ius advocati pertinet tercia pars bannorum in burgo Lausann. et in tribus curtibus nominatis. In escheitis[7]

a) *bis scriptum c.* b) *ita c.;* ligius *ed.*

1) *Hec fecit scribi Cono prepositus anno Domini* 1228, *octava nativitatis beate Marie* (Sept. 15). 2) f. 47: *Anno ab inc. D.* 1227. *fecit hec scribi C. prep. Laus., sicut invenit per recognitionem Aymonis maioris et quorumdam aliorum de Crissie.* Eiusdem anni est nota f. 51, a. 1228. f. 50. 52. Chartam vero f. 37. iam a. 1226. scribi iussit: *Hoc iuditium fecit hic scribi C. prepositus Lausann. anno inc. Domini* 1226, *in vigilia sancti Luce, verbo ad verbum sicut invenit scriptum in antiquissimis cartulariis Sancte Marie Lausan.* 3) Talia sunt f. 30. 31. 58. 59. 60. 74. 79. 4) Addita sunt etiam folia post eius aetatem conscripta 71. et 72. Praeterea aliquoties minores pagulae adsutae aut insertae, vel antea vel post scriptae. 5) Telonei species; v. Ducange VI, p. 759. 6) Quid sint 'nigre iure', ut aperte legitur, nescio. 7) 'eschiè, echief', vassallorum praestatio sec. Ducangium III, p. 85.

f. 100—136. *librum Cononis memorialem dixeris, quippe qui annotationes inde ab a.* 1215, *id est post reditum eius e scholis, usque ad a.* 1239. *(adiecta nota a.* 1242. *supra allata) temporis decursu factas, modo ipsius manu exaratas, modo scribis in calamum datas vel eius iussu his foliis insertas*[1], *contineat. Tam hac*[2] *quam prima libri parte*[3] *complura diplomata antiquiora recepit, ex chartulario S. Mariae descripta, quod incendio anni* 1235. *consumptum est; praesertim vero ea annotavit quibus ipse intererat, sive chartas integras receperit sive rerum gestarum ordinem earum instar exposuerit; nonnulla vero ritu historico narravit. Haec seligere et hoc quoque loco publici iuris facere fas duxi. Nam ad res huius saeculi ecclesiasticas cognoscendas non parum faciunt, neque ex alio imperii episcopio quidquam simile servatum esse puto. Quare nonnumquam etiam ea recipienda duxi, quae propius ad chartarum tenorem accedunt. Neque miracula omittere volui quae annis* 1232 *sqq. post translationem reliquiarum beatae Mariae accidisse Cono sibi persuasum habebat et manu sua libro huic inseruit, quamvis certe haud magnae auctoritatis et memoria minus digna.*

Quae vero Cono in usum suum, ut videtur, collegerat, materiam ei praebuerunt ad brevem episcoporum Lausannensium historiam conscribendam, quam

nullam habet portionem advocatus. Burgenses ad arma ferenda ydonei debent sequi al fuercri[4] maiorem vel senescalcum vel psaltarium[5] sub pena banni trium sol., ita quod eadem die domum revertantur, nisi de communi consilio necesse sit maiorem moram facere. Si vero episcopus in propria persona vel eius nuncius de communi consilio ierit contra hostes ecclesie, qui non fuerit eum secutus, in banno erit 60 sol. Si vero dominus episcopus pro negocio ecclesie et de consilio meliorum ville sue ad regem perrexerit, vel si rex eum ad curiam denuntiatam vocaverit, duo burgenses vel tres, quos secum voluerit ducere, debent ei providere expensas in eundo et redeundo, quas ipse debet eis reddere. Has autem expensas debet accipere in burgo Lausannensi et in tribus curtibus nominatis. Burgenses debent iuvare dominum episcopum in acquisitionibus[a] et in aliis negociis. Preterea debent ei burgenses in victualibus et ferratura credentiam usque ad 40. diem, ita quod per eius aliquem ministerialem sint securi. Si vero 40. die debitum[b] non fuerit solutum, pignus pro debito reddatur, quod usque ad annum et diem debet invenditum custodiri. Canonicis et militibus debetur credentia 15 dierum supra pignus suum in victualibus et ferratura. Propter hec et alia servicia debet dominus episcopus burgenses et eorum bona tam materiali quam spirituali gladio defensare. Pro falsatione mensure, ponderis, ulne debentur 60 solidi. Pro violatione civitatis debentur 60 libre. In civitate omnes debent esse securi preter fures, falsarios et proditores. In burgo pro effusione sanguinis defluentis vel pro extractione gladii extra domum vel cultelli vel lancee vel alterius generis armorum debentur 60 solidi. Canonici et familia capituli et servientes canonicorum, familia episcopi, clerici et milites et servientes eorum in propriis domibus sunt exempti a communi lege. Si quis pascua occupaverit, legem debet, sicut recognoscitur in placito generali, nec debet eum deffendere episcopus vel advocatus.

Has[c] recognitiones fecerunt de consilio canonicorum, baronum, militum et burgensium Arducius episcopus Gebennensis et prepositus Lausannensis, qui in prepositura sedit octoginta annis, et Giroldus Carbo et Petrus Bovo et Willelmus de Orsenens; Arducius in presentia Amedei episcopi; Giroldus Carbo in presentia Landrici episcopi; Willelmus de Orsenens in presentia Rogeri episcopi; Cono prepositus in presentia Bertoldi episcopi. Idem[d] Cono in presencia Gyrardi electi. Item Cono prepositus in presencia Willermi episcopi. Fuerunt eciam et alia multa recognita in presencia cuiuslibet episcopi, que non sunt hic scripta. Idem[e] Cono prepositus in presencia Bonefacii episcopi.

a) acquisi|onibus *c.* b) redditum *add. sed del. c.* c) *haec alia manu addita c.* d) *iterum alia manu pergit c.* e) *reliqua alia manu post add. c.*

1) Ita f. 131—135. inserta sunt anniversaria, hac praemissa nota: *Hec fecit scribi Cono prep. Laus., sicut scripta erant in regula Beate Marie anno ab incarn. Domini* 1238. 2) f. 128′: *Hec scripsit C. de Estaviel prepositus Laus. anno ab inc. D.* 1235, *tercio Kal. Februar., sicut ea scripta invenerat in antiquissimo cartulario Beate Marie.* 3) f. 44: *Hec scripsit C. prep. Laus. anno ab inc. D.* 1235, *sicut scriptum invenit in antiquissimo cartulario Beate Marie Laus.* Similiter f. 50′. 128′. 4) i. q. ‘cri d’alarme’; cf. Edit. p. 487: *si ad cavalcatam vel ad furcri non exiret.* 5) i. q. saltarium?

a. 1235. *suscepit, cum civitate fere tota incendio consumpta etiam chartularium episcopatus, ex quo non pauca hauserat, deperditum esset. 'Ne omnia quae in dicto libro scripta erant caderent a memoria', quaecumque in adversariis suis vel in aliis libris superstitibus reperit, coniungenda duxit; ita quod plerumque verba sive ab aliis sive a se ipso scripta retinuit. Ad manus fuerunt codex ille Annalium Flaviniacensium et Lausannensium, quem nunc bibliotheca servat Lugdunensis*[1], *tunc Beatae Mariae Lausannensis (c.* 1. 2*), martyrologium sive regula eiusdem ecclesiae (c.* 2. 10. 15*), ex incendio servatum, ex quo etiam anniversaria describi iussit (f.* 131*), idem fortasse quod alibi necrologium dicitur (c.* 12*), epitaphia episcoporum complurium, certe non ante saec. XI. vel XII. confecta*[2]*; denique chartae quaedam paparum (c.* 8. 11. 14. 15*), imperatorum (c.* 10. 11. 15*), aliae, inter quas est treugae Dei statutum, pretiosum eius rei monumentum (c.* 9*). Alia 'per famam' (c.* 15*) accepit, a sacerdotibus aliisve (c.* 1. 3. 4. 5. 11. 15*), quos disertis verbis laudat auctores, tradita. Neque tamen ubique ab erroribus cavit*[3]*, et ne continuam quidem episcoporum seriem effecit; etiam saec. XI. et XII. quibus annis singuli sederint, indagare haud potuit (c.* 10. 11. 12. 13. 14*); Rogero episcopo, qui in ipsius manus dignitatem renunciavit, perperam* 37 *annos tribuit. Caeterum his annis ea narravit quae ipse viderat, quorum, ut ita dicam, pars non minima fuerat, iisdem saepe verbis usus quibus ea in libro memoriali annotaverat, nonnulla tamen addens vel accuratius exponens. Historia ita ad Bonefacii episcopi tempora deducta, calamum per aliquod tempus deposuit. Cum ille vero a.* 1239. *episcopatum abdicasset et de novo episcopo statuendo ageretur, Cono praepositus tam ea quae ad electionis ius spectabant privilegia quam dissidii in ecclesia orti acta libro suo adiicienda iudicavit, temporis decursu a diversis scripta, neque tamen historiam ultra a.* 1240. *deduxit, quo Iohannes cantor contra Philippum, comitis Sabaudiae filium, cui Cono suffragia tulerat, episcopatum obtinuit*[4]*. Etiam libro memoriali pauca tantum his annis addita sunt, ultimo fere loco a.* 1242. *ea quae 'praepositus a capitulo habebat'*[5].

Gesta ita comparata quin ipsi Cononi debeantur, dubium esse nequit; uno saltem loco apertis verbis[6]*, alibi more consueto*[7] *se auctorem indicat. Neque tamen sua manu haec exaravit. Hanc rudem et singulari litterarum ductu conspicuam facile agnoscas*[8]*, in quavis fere libri pagina obviam. Litteras, ultimis praesertim annis, male pinxit, verborum formas negligenter expressit neque calami errores vitavit, quos non semper emendare studuit. Etiam alibi amanuenses adhibitos esse, supra monui; semel quae scriba incepit ipse ad finem perduxit*[9]*; quae ipse adversariis intulit, librarius alio loco repetivit*[10]*; quare factum est, ut haud raro eadem bis legantur. Ubique auctor id studet, ut res accurate et lucide exponantur; ideo verborum repetitiones non vitat*[11]*, etiam ubi res gestas narrat chartarum formas et locutiones adhibet. Quae quamvis nonnumquam taedium moveant, ea quae testis oculatus scripsit fide valde digna esse probant.*

1) Hoc sine causa in dubium vocavit de Gingins p. LII. 2) Haec ipsi Cononi haud tribuerim; desinunt in Burchardo. Landricus, qui huic successit, minime tali laude dignus erat; sed etiam sequentes ea carent. 3) V. quae c. 1. 8. notata sunt. 4) Qua de re cf. Wurstemberger, 'Peter von Savoyen' I, p. 161 sq., qui, Cononem in his enarrandis minime partium studio abreptum esse, recte laudat. 5) supra p. 776 n. 6. 6) c. 17: *sicut in kartulario meo continetur;* cf. c. 3: *in cartulario supradicti C. prepositi.* 7) Praef.: *Cono prepositus . . . redegit in scriptis;* c. 4: *nichil supradictus C. prepositus Lausannensis potuit invenire.* 8) Accurate in codice distinguitur: *Hec scripsit* etc. et *Hec scribi fecit* etc. 9) f. 45'. iis finem dat quae alius f. 45. scribere inceperat. 10) Cf. infra p. 784. locum de Warens. 11) Cf. praesertim quae de miraculis b. Mariae tradit.

Liber magnae auctoritatis post Cononis mortem in archivum ecclesiae Lausannensis transiit. Anno 1536, *terra Valdensi a Bernensibus occupata, etiam hic victoribus cessit, qui eum primum publicis scriniis, postea bibliothecae tradiderunt.*

Saeculo praeterito Ruchat[1] *et Zapf*[2] *codice usi sunt; a.* 1833. *Promis et Cibrario Annales breves initio positos ('Documenti... appartenenti alla storia della monarchia di Savoia', Taurini), a.* 1840. *Matile Annales, Gesta episcoporum et alia quaedam (Chronica Lausannensis chartularii. Novicastri* 1840. 8*) publici iuris fecerunt; integra vero editio a.* 1851. *prodiit ('Mémoires et documents publiés par la société de la Suisse Romande' T. VI, Lausannae) cura VV. DD. de Gingins, A. Jahn, Martignier et Forel, emendationes non paucas Rickly, tunc bibliothecarius Bernensis, post adiecit*[3]. *Iam multo ante vero comes de Mülinen, scultetus Bernensis, Annalium et Gestorum exemplum cum societate indagandis fontibus rerum Germanicarum communicaverat, cui aliquoties breves notas adiecit. Quod cum nostrae collectioni inserendum erat, a bibliothecae publicae Bernensis praefecto flagitavi, ut codicem iterum conferendum Berolinum transmitteret. Quod humanissime concessum libri pretiosissimi quam accuratissime examinandi et omnium quae huic volumini inserenda duxi ex genuino fonte petendorum praebuit facultatem. Ut ea vero, quantum meum fuit, illustrarem, tam iis quae in notis et indice priorum editionum continentur, quam libris post editis, praesertim episcopatus Lausannensis historia a M. Schmitt composita*[4] *et Regestis historiae Helveticae Romanicae*[5] *a V. Cl. Fr. Forel diligenter confectis necnon Hidberi Regestis Helveticis generalibus usus sum, et eorum auctoritate nisus etiam recentiora locorum nomina indicavi, nonnumquam signo indicans, apud quem eorum fides sit*[6]. *G. W.*

I. ANNALES LAUSANNENSES.

f. 1'. Anno ab incarnatione Domini 592. Rome suscepit episcopatum Gregorius.

Obiit Gregorius 595.

Anno 688. Pipinus senior [dictus[a] Grossus] regnare[b] cepit[7].

Karolus Martellus regnare cepit anno Domini 716[8]. Eodem anno Leo imperator defunctus est. Constantinus, filius eius, regnare cepit.

Karolus Martellus defuntus est anno Domini 742.

Pipinus et Karlomannus regnare ceperunt.

cf A. Flav. Karlomannus pergit Romam anno Domini 746.

cf. ib. Pipinus rex efficitur anno Domini 751.

cf. A. Weiss Iems valida fuit anno Domini 1263[c].

cf. A Weiss Pipinus defuntus est anno Domini 768, 8. Kalend. Octobris.

Bonus[d] Karolus et Karlemannus elevati sunt in reges.

A. Weiss. Karlomannus defuntus est 2. Nonas Octobris[e] anno Domini 771.

cf ib et A Flav Karolus Ytaliam pergit anno Domini 774.

A. Weiss. Ludovicus natus est anno Domini 777.

a) *superscr. c.* b) regare *c.* c) *lege:* 763. d) *l.*: Domnus. e) Decembris *W.*

1) 'Abrégé de l'histoire ecclésiastique du Vaud'. 2) Monumenta anecdota 1785. 3) Diversas manus haud indicatas esse, aegre feras. — Hymnum de s. Georgio inter chartas p. 99. impressum, folio integro vacuo relicto post esse inscriptum, Rickly p. 697. monuit. 4) 'Mémoires historiques sur le diocèse de Lausanne par le P. Martin Schmitt, publiés et annotés par l'abbé Gremaud ('Memorial de Fribourg' T. V. VI. 1858. 59). 5) 'Régeste soit répertoire chronologique de documents relatifs à l'histoire de la Suisse Romande' ('Mémoires et documents' T. XIX. 1862). 6) Alioquin praesertim indicem a Forel confectum secutus sum. 7) Cf. Ann. Petav. cod. Pith. a. 687, SS. I, p. 7. Annum 688. habent Aug. brev., SS. III, p.136; S. Germani, IV, p. 3. 8) Ita Ann. S. Bonif., SS. III, p. 117; Ausc., ib. p. 171.

Domnus Karolus in Suavia[a] fuit anno Domini 778. cf. A. Flav.

Duo filii Kallomanni[b] uncti sunt in reges, Pipinus in Italiam, Ludovicus in Aquitaniam, anno Domini 781.

Karolus Romam venit anno Domini 787. A. Weiss.

Heresis Feliciana condemnata est; et coniuratio facta Pipini contra patrem[c] anno Domini 792. ib.

Adrianus papa obiit. Leo pontificatum suscepit anno Domini 796. cf. A. Flav.

Romani Leonem papam letania maiore captum excecaverunt ac linguam eius radicitus absciderunt anno Domini 799.

Karolus Rome imperator ordinatus est anno Domini 801. A. Weiss.

Pipinus rex Italie obiit anno Domini 811, 8. Ydus Iulii.

Ludovicus imperator factus est anno Domini 813, tercio Ydus Septembris. f. 2. A. Weiss.

Karolus obiit anno Domini 814, quinto Kalend. Februarii. ib.

Leo papa obiit anno Domini 816.

Stephanus papa obiit anno Domini 817.

Ludovicus[d] imperator dedit piscatorium in Insolano flumine quod dicitur Tela[1] in vico Burgulione[2] Sancte Marie anno Domini 817.

Pascalis episcopus susceptus est anno Domini 817.

Eodem anno Lotharius imperator factus est.

Ludovicus imperator in Britannia fuit usque[e] Corophesium[3] anno Domini 818.

Idus Iunii peperit Iudit Karolum anno Domini 823. cf. A. Weiss.

Pascalis[f] papa obiit anno sequenti.

Karolus[g] imperator iterum in Britannia fuit anno Domini 826[4].

Eugenius papa pontificatum suscepit anno Domini 827.

Fredarius[h] episcopus Lausannensis obiit anno Domini 825.

Davit episcopus Lausannensis ordinatus est anno Domini 827.

Karolus, filius Ludovici imperatoris, ordinatus dux in Alsacia et Alamannia et Rixcia. A. Weiss. Eodem anno Nonis[i] Decembris, primo diluculo lux[k] magna apparuit ab oriente.

Ludovicus imperator obiit 12. Kalendas Iulii, anno Domini 838. 840.

Ludovicus imperator contra Saracenos perrexit anno Domini 845. Eodem anno 12. Kalend. Decembris lux nocte apparuit, et hiems valida fuit. A. Weiss.

Davit episcopus Lausannensis interfectus est anno Domini 850[l].

Cod. Lugdunensis.	
Hartmannus ordinatur episcopus.	Domnus Hartmannus, elemosinarius Sancti P. montis Iovis, fuit ordinatus in episcopum Lausannensem die dominica, 2. Nonas Mar., luna 25, anno Domini 851. Anno sequenti obiit Ermengart regina.
	Lotharius obiit anno Domini 855, quarto Kalend. Octobris.
	Anno Domini 868, 12. Kal. Aprilis cecidit in Burgundia nix magna, et fuit fames valida. Anno 7. post locustarum immissio immanis fuit.
	Ludovicus imperator obiit anno Domini 885; et obiit Gisoenus levita 2. Kal. Iuni.
877. [Obiit] Karolus imperator.	Karolus imperator obiit anno Domini 877, 3. Non. Octobris.
878. Obiit Hartmannus episcopus; tenuit eppiscopatum annis 28.	Hartmannus episcopus Lausannensis obiit 19.[m] Kalend. Maii.

a) *l.:* Spania; *cf. Ann. Flav.* b) *l.:* Karoli Magni. c) paprem *c.* d) *haec post annum* 796. *scripta erant, sed ibi deleta.* e) esque *corr.* usque *c.* f) Pascaf *c.* g) *lege:* Ludovicus. h) *haec eadem manu post add.* i) 3. Non. *A. Weiss.* k) lax *c.* l) Fuit ordinatus *add. sed del. c.* m) 18. *legendum videtur.*

1) Zibl. 2) Burglen. 3) Coriosopitum (Quimper?) Simson, 'Jahrb. Ludw. d. Fr.' I, p. 136 n. coniecit. 4) Haec ad a. 824. pertinere videntur.

881. Hoc anno fuit ordinatus Ieronimus episcopus.	Ieronimus episcopus Lausannensis fuit ordinatus anno Domini 881.
888. Hoc anno fuit ordinatus Rodulfus rex primitus.	Ruodulfus rex fuit ordinatus anno Domini 888.
	Karolus imperator tercius obiit[a] anno Domini 889.
*f. 2'. 892. Obiit Ieronimus episcopus, et electus est Boso episcopus.	*Ieronimus episcopus Lausannensis obiit anno Domini 892, et Boso electus[b] est et fuit ordinatus in Salodoro, 2. Nonas Decembris.
911. Hoc anno obiit Ruodolfus rex die dominico, 8. Kal. Novembris.	Ruodulfus rex obiit anno Domini 911, die dominico, 8. Kalend. Novembris.
923. Hoc anno captus est Boso in villa Ramsoldingis[1].	Boso episcopus Lausannensis fuit compreensus in villa Resoldengis anno Domini 922.
928. Libo episcopus ordinatus est.	Libo episcopus ordinatus est anno Domini 927.
	Otto rex benedictus fuit in Maguncia anno Domini 930[2].
932. Bero episcopus ordinatus est.	Bero episcopus ordinatus est anno Domini 932.
937. Hoc anno hobiit Rodulfus rex, filius Ruodolfi regis.	Ruodulfus rex, filius Ruodulfi regis, obiit anno Domini 937.
	Chuonradus rex, filius Ruodulfi[c] regis, regnare cepit anno Domini 938.
947. Mainherius ordinatus est episcopus.	Magnerius episcopus Lausannensis ordinatus est anno Domini 937.
	Otto imperator obiit anno Domini 956. Otto, filius eius, regnare cepit anno Domini 960.
968. Eginolfus ordinatus est episcopus.	Eginolfus episcopus Lausannensis ordinatus est anno Domini 968.
	Otto secundus imperator effectus est anno Domini 969.
985. Heinricus[d] episcopus ordinatus est.	Henricus episcopus Lausannensis ordinatus est anno Domini 985.

Chuonradus rex obiit anno Domini 993, et filius eius Ruodulfus regnare cepit.

Otto tercius imperator effectus est anno Domini 993.

Maiolus abbas obiit anno Domini 993.

Adelaidis imperatris obiit anno Domini 1000[e].

Henricus episcopus[f] Lausannensis obiit anno Domini 1019. Hugo[g] episcopus Lausannensis episcopatum suscepit.

Henricus imperator obiit anno Domini 1026.

Fames valida fuit in terra anno Domini 1031.

Dum luna esset in plenitudine, ita defecit, ut obscuritate verteretur.

Sol obscuratus est anno Domini 1033.

Hugo episcopus Lausannensis obiit anno Domini 1036, pridie Kalend. Septembr., feria quarta, hora prima.

Chuonradus imperator obiit anno Domini 1039.

Pridie Nonas Decembris obiit Henricus imperator anno Domini 1056.

Rodulfus rex obiit anno Domini 1032, filius Chuonradi regis.

a) fuit obiit *c.* b) ordinatus *corr.* electus *c.* c) *bis scr. c.* d) *manu secunda c.* e) DCCCC *scribere coeperat sed del.* f) imperator *corr.* episc. Lau. *c.* g) Henricus *corr.* Hugo *c.*

1) Resudens in Wallis. 2) Haec ex errore nata esse patet.

Otto regnavit annos 35. Otto 10. Otto 18. Henricus 21. Chuonradus 15. Henricus 17. Henricus 50. Henricus 20. Lotharius 11. Chuonradus 20. Fredericus 49. Henricus 8. Philippus et Otto . . . .[a] Otto per se, interfecto Philippo . . . . . .[a] Fredericus[b], Ottone deposito . . . .[a]

II. CONONIS PRAEPOSITI LAUSANNENSIS NOTAE.

Anno[c] ab incarnatione Domini 1202. fuit electus Cono de Estavayel in prepositum Lausannensem, et primo ad sedem prepositi ductus et postea representatus in palatio Rogero episcopo, qui reduxit eum in capitulum, et ibi eum recepit in hominem ligium et reddidit ei feodum prepos, iture. — f. 96'.

Anno[d] incarnationis dominice 1211, 15. Kal. Novembris pacificati sunt dux Bertoldus[e] et comes Maurianensis[1] Tomas[f] iuxta cenobium de Alcrest[2]. — f. 95'.

Anno[g] incarnationis dominice 1211[3], dominica infra octavam epiphanie, luna 1, Rogerus episcopus Lausannensis resignavit episcopatum in capitulo Lausannensi in manu abbatis de Alcrest et prioris Sancti Marii, qui erant delegati ad hoc a domino papa, et predictus episcopus reddidit sigillum suum et claves domus sue Cononi de Estavaiel preposito Lausannensi, et precepit Lodoyco dapifero et ceteris officialibus suis, ut dicto preposito responderent, quousque in capitulo esset episcopus electus canonice. — f. 96'. 1212. Ian. 8.

Eodem anno in octava epiphanie, feria 6, electus fuit Bertoldus de Novo-castro[4], thesaurarius, in episcopatum Lausannensem unanimi consensu tocius capituli Lausannensis. — Ian. 13.

Anno[h] ab incarnatione Domini 1213. data fuit thesauraria Willelmo de Escublens in capitulo, et investitus est de thesauraria per claves a domino B. episcopo et C. preposito, quem primo C. prepositus et A. cantor duxerunt ad sedem thesaurarie; postea representatus est a capitulo domino B. episcopo in palatio, qui reduxit eum ad capitulum, et ibi recepit eum in hominem ligium et reddidit ei feodum thesaurarie.

Anno[i] ab incarnatione Domini 1214, 4.[k] Kal. Aprilis, dominica in media quadragesima rediit C. prepositus Lausannensis ecclesie a scolis. — f. 98'. 1215. Mart. 29.

Anno[i] ab incarnatione Domini 1215. fuit celebratum concilium Rome, presidente domino Innocentio papa III, pontificatus eius anno 18. — f. 100.

Anno[i] ab incarnatione Domini 1216, 17. Kal. Augusti obiit apud Perusium Innocencius papa III, qui sedit Rome annis 18. Cui substitutus fuit Cyncius, presbiter cardinalis tituli Sanctorum Iohannis et Pauli, et[l] vocatus fuit Honorius. — f. 100'.

Anno[i] ab incarnatione Domini 1216. quassavit B. episcopus Lausann. monetam, quam fecerat Rogerus episcopus predecessor suus, et fecit cudi novam; de cuius monete duodecim denariis quatuor denarii et obolus debent esse de argento, septem denarii et obolus debent esse de cupro, et 18 solidi et 6 denarii debent appendere marcham.

Anno[i] ab incarnatione Domini 1216. emit Cono prepositus Lausannensis a Ugone et Wulelmo, nepotibus Umbelini, pro modio frumenti domum et casale quod est iusta domum suam, que domus debebat 12 denarios censuales. Testes N. de Chavornai, C. de Fonz, cano[nici] Lau., Umbertus matricularius, P. et Umbertus de Estavaiel. Hanc eandem domum habebat in vadio Wulelmus Maluez; quam gageriam emit C. prepositus pro 20 s.[m] de assensu Umbelini et nepotum suorum. — f. 96'.

Anno[i] ab incarnatione Domini 1217[n], feria 6. post octabas apostolorum Petri et Pauli assumsit dominus B. Laus. episcopus signum crucis Lausanne. — f. 101'. Iul. 7.

Anno ab incarnatione Domini 1217, 12. Kal. No. representaverunt canonici Sancti Marii Wulelmum cantorem Agaunensem capitulo Laus. in priorem Sancti Marii, et ibi con- — f. 102.

a) *vacat c.* b) Philippus *corr.* Fredericus *c.* c) *manu librarii.* d) *haec manu librarii rubro scripta sunt.* e) B. *post add.* ertoldus *c.* f) T. *post add.* omas *c.* g) *alius librarii manu prius quam nota a.* 1202. *scriptum.* h) *eadem manu qua nota a.* 1202. i) *manu librarii.* k) 4. Kal. Apr. *alia manu post add. c.* l) et v. f. H. *post add. alia manu c.* m) *vel* l.? n) 1207. *post corr.* 1217. *c.*

1) qui et Sabaudiensis; cf. Mem. VI, p. 111: *per guerram ducis Bertoldi et Th. comitis de Sabaudia.* 2) Hautcrêt. 3) Annus inde a paschate more Gallicano inchoatur. 4) Neufchatel.

firmatus a capitulo fecit obedienciam episcopo, et promisit fidelitatem capitulo in manu C. prepositi, quia capituli Sancti Marii est electio et capitulo Sancte Marie debet representari. Interfuerunt autem dominus B. episcopus et C. prep[ositus], W. the[saurarius], B. can[tor], ma[gister] G., P. Chenuns, Io. sa[crista], G. Carbo, N. de Willens di[aconus], G. Dapiferi, C. de Fonz, ma[gister] Ha., R. de Roveno sub., ca[nonici] Laus.; de canonicis autem Sancti Marii interfuerunt Gordanus, Otto, Giroldus, Amico, Ricardus, Uldricus.

f. 104. Anno ab incarnatione Domini 1219, 6.[a] Non. Au. ante mediam noctem per insidias hostis antiqui accensus[b] est ignis in canali ex quadam candela ante furnum episcopi, et combussit totam villam infra muros et civitatem usque a monasterium et domum episcopi et campanile et campanas omnes preter tres et campanile Sancti Pauli, et computate fuerant domus 1374 combuste.

f. 105. Dominus Rogerus tenuit episcopatum Lausannensem per 37 annos, sed confectus senio resignavit et retinuit sibi de mensa episcopali unde posset onorifice sustentari, et episcopalem sepulturam, et retinuit prebendam suam, et capitulum concessit ei domum que fuerat magistri Richadi, in qua vixit per 8 annis canonicus[c]. Ipso vero anno ab incarnatione
1220. Mart. 5. Domini 1219, 3. Nonas Marcii, soluto carnis debito, dominus Bertoldus episcopus voluit habere bona eius, quia episcopus fuerat et episcopalem retinuerat sepulturam et erant de mensa episcopali. Capitulum vero voluit ea habere, quia remanserat canonicus et erat in domo capituli et ibi bona illa fuerant inventa. Nam bona canonicorum decedencium habuerat iam capitulum pacifice plus quam per 100 annos. Tandem taliter inter eos facta fuit compositio, quod episcopus habuit bona que fuerunt inventa fuisse de mensa episcopali; capitulum vero habuit ea que fuerunt inventa fuisse de prebenda; et fuit statutum de communi consensu episcopi et capituli, quod, si casus similis contingeret, simili modo dividerentur ea de quibus non esset factum testamentum. Ac[tum] Laus. ante altare beati Micaelis, anno ab incarnatione Domini 1219, 10. Kal. Aprilis. Testes dominus B. episcopus, C. prep[ositus], W. thes[aurarius], B. can[tor], W. pri[or], ma[gister] G., P. Che[nuns], G. Car[bo], G. Da[piferi], N. de Wil[lens], Ia. de Gral[lie], Io[sep], Ame[deus], R. de Ro[veno], can[onici]; N. dapifer, P. de Lausanna, Wulelmus Bever; et preceperunt ex utraque parte, quod fieret inde carta.

f. 105'. Anno[d] ab incarnatione Domini 1220, tercio Idus Iulii obiit Bertoldus[e] Lausannensis
Iul. 13. episcopus, qui tenuerat episcopatum annis 8 et mensibus 6. Transiit autem feria 2, orto iam sole[f], die qua debebat iter arripere eundi in sucursum Terre Gerolitane[f*], et planxit eum tam clerus quam populus inextimabili plantu. Fuit autem post eum electus in episcopum Girardus, decanus Sancti Stephani Bisutini, in sequenti setumana, feria 6, scilicet nono
Iul. 24. Kalendas Augusti; qui[g] postulatus fuit in archiepiscopum Bisunt. eodem anno et a Trecensi
1221. et Lingonensi episcopis fuit absolutus a cura ecclesie Lausann. apud firmitatem super Albam
Mart. 26. crastina annunciationis.

f. 106. Anno incarnationis dominice 1221, 16. Kal. Maii fuit electus Wulelmus tessaurarius Lausannensis in episcopum Lausannensem.

f. 107. Oct. 18. Anno[h] ab incarnatione Domini 1222, in festo sancti Luce arripuit C. prepositus Lausan-
1223. nensis iter eundi Parisius ad scolas, et mansit ibi usque 8. Nonas Septembris. Interim Philipus rex Francorum diem clausit extremum, et fuit sepultus in monasterio beati Dionisii
Iul. 15. Ydus Iulii, et quia ipse semper honorem[i] exibuerat ecclesie Dei, ideo et Deus in morte talem ei exibuit honorem, quod eius sepulture interfuerunt[k] Chonradus Portuensis[l] et Sancte Rufine episcopus cardinalis, apostolice sedis legatus, et com eo Remensis et Senonensis et Bituricensis archiepiscopi et Parisiensis et Carnotensis et Altisiodorensis, Claremontensis, Aurelianensis, Meldensis, Belvacensis, Silvanectensis, Tolosanus, Cestrensis episcopi et alii duodecim episcopi. Sepultus autem fuit com insigniis regalibus, et vix erat annis 59 et regnavit annis 45, et ditavit regnum et auxit ultra quam credi possit; quia com Lodovicus rex, pater suus, non dimiserit ei in redditibus, sicut officiales regni referebant, mense[m] 19 milia librarum, ipse dimisit Lodovico, filio suo, qualibet die 1200 libras Parisiensium in redditibus, et sicut dictus C. prepositus Lausannensis, qui eius interfuit sepulture[n], audivit a familiaribus regis et a publica fama, dictus rex Philipus in[o]

a) *lege* III. *vel* IV. b) acensus *corr.* accensus *c.* c) con. *c.* d) *manu librarii.* e) Bercaudus *corr.* Bertoldus *c.* f) et planxit eum tam *add. sed del. c.* f*) *ita c. pro* Ierosolimitane. g) *reliqua post add. c.* h) *manu Cononis ut videtur.* i) ohnorem *c.* k) *superscr. c.* l) episcopus *add. sed del. c.* m) m. 19 m. l. *superscr. c.* n) supulture *c.* o) per *corr.* in *c.*

testamento reliquit de pecunia, quam congregaverat ad sucurendum terram Ierosolimitanam, 700 milia[a] marcarum ad defendendum regnum Francorum et manutenendum Lodovico, filio suo; Iohanni vero regi Ierosolimorum 50 milia marcarum, Hospitali vero 50 m., Templo 50 m., hospitali Theotunicorum 2 m., domui sancti Lazari 2 m., et ad conducendum hec ultra mare 13 m., et hii iurarunt, quod hanc pecuniam non expenderent in alios usus. Dedit autem Beato Dionisio vasa sua aurea et argentea et lapides suos preciosos, qui erant in auro et argento, com auro et argento in quo erant, quod appreciatum fuit 9 m. marcarum, et dedit ibidem 20 m. librarum Parisiensium ad emendos redditus de quibus viverent 20 monachi[b] sacerdotes, qui super sepulturam eius cotidie celebrarent 20 missas pro fidelibus defunctis, et dedit[c] domino Ludovico, filio suo, 9 m. marcarum ad persolvenda debita sua, et domino Philippo, filio suo, 5 m. marcarum, et domino thesaurario[d] Turonensi, filio suo, 2 m. marcarum, et domine regine, uxori sue, 3 m. marcarum, et cuilibet abbacie que specialiter ad ipsum spectabat 100 libras Parisiensium, et ad iniurias, si quas fecerat, emendandas conquerentibus 60 m. marcarum et ad faciendas elemosinas maiores 40 m. marcarum et ad faciendas elemosinas minores 20 m. marcarum, et dedit comiti Montis-fortis 30 m. librarum Parisiensium ad[e] debellandos incredulos Albigenses, et precepit filio suo, quod totam familiam suam, quam ipse tenuerat, retineret usque ad festum omnium sanctorum et daret eis solidos quos ipse eis dabat; et ultima verba que ipse dixit fuerunt hec. Vocato[f] filio suo Lodovico, dixit ei: 'Fili, numquam me contristasti. Rogo te, quod tu honores Deum et sanctam ecclesiam, sicut ego feci. Ego magnam utilitatem inde consecutus sum, et tu magnam inde consequeris. Rogo te pro pauperibus, rogo te pro domina regina, cui ego nimis iniuriatus sum'; et ploravit, nec postea quidquam locutus fuit. In festo vero sancti Sixti sequenti fuit coronatus Lodovicus, filius eius, Remis in regem Francorum Aug. 6. a Wulelmo archiepiscopo Remensi. Fuit autem dictus Philippus 30us rex Francorum cristianorum, quorum nomina hec sunt[1]: Clodoveus, Lotharius, Chilpericus, Lotharius, Dagubertus, Childebertus, Theodericus, Teodericus, Aubertus, Arnoldus, Anchisus, Pipinus Grossus, Karolus Martellus, Pipinus Parvus, Karolus Magnus, Lodovicus, Philippus, Lodovicus, Philippus, Henricus, Hugo rex, Robertus, Lotarius, Odo rex, Philippus, Lodovicus, Philippus, Karolus Simplex, Philippus, Lodovicus, Philippus de quo supra facta est mencio, Lodovicus, filius eius, [et[g] post illum Lodovicus].

Anno[h] ab incarnatione Domini 1223, 8. Ydus Marcii facta fuit divisio prebendarum f. 110 duratura a festo circomcisionis iam transacte in novem annos. Cui interfuerunt *etc.*

Anno ab incarnatione Domini 1223. parum vini crevit in vineis ultra quam dixerit se f. 110'. vidisse aliquis tunc vivens. Et expenderat C. prepositus eo anno in facienda vinea de Oschie 24 s. preter vindemias et accepit in ea 7 sextaria. Et expendit in illa de Strata 70 s. et accepit in ea 1 modium. Et expendit in illa de Montanie 40 s. et accepit in ea 16 sestaria. Et espendit in tercia parte illius de Colunges 68 s. et accepit in ea duas caballatas. Et espendit in ea de Betusie 17 s. et accepit in ea 4 sestaria. Et espendit ipse et Cono de Fonz in illa de Crissie 41 s. et acceperunt in ea 4 sestaria, et espenderunt in illa de Palaieres 35 s. et acceperunt in ea 1 modium, et espenderunt in illa de Escublens R. de Roveno et Iohannes de Blonai et magister Iohannes Niger 110 s. et acceperunt in ea 4 caballatas. Eo anno fuit tanta multitudo de nucibus Avellanis, quantam nullus[i] tunc vivens dixit se umquam vidisse, et post pentecostes fuit tanta caristia annone, quod[k] cuppa avene fuit vendita 17 den. et cuppa frumenti 4 sol.

Anno ab incarnatione Domini 1226. fuerunt mortui boves et vacce a mari Rutenorum f. 113. in Hungaria et[l] Saxosonia et Alemannia et Burgundia usque ad mare Massilie in plurimis locis fere omnes, et in quibusdam locis oves, in quibusdam porci, in quibusdam capre, in quibusdam galline et in quibusdam pisces.

Eodem[m] anno obsedit Lodoycus rex Francorum Avinionem propter heresim et infidelitatem habitantium in ea, et cepit eam et multam pecuniam expendit, et fuit cum eo domi-

a) VII M. *superscr.* c, *et in margine:* sepcies centum milia *c.* b) man. *c.* c) *superscr. c.* d) s *superscr. c.* e) ad d. i. A. *superscr. c.* f) uouato *corr.* uocato *c.* g) *post add. c.* h) *eadem f.* 108. *manu librarii in folio post adiecto, ubi accuratius singula quaeque enumerantur.* i) nulnus *c.* k) *bis duabus lineis scriptum.* l) *superscr. c.* m) *manu librarii.*

1) Hunc regum catalogum gravissimis plenum esse erroribus, vix est quod moneam; nec 30, sed 32 sunt nomina, nisi nonnumquam duo esse coniungenda statuas.

nus Romanus Sancti Angeli diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, et fere omnes principes Francie, tam clerici, quam laici.

f. 114'. Anno[a] ab incarnatione Domini 1225.[b] obiit Honorius papa 17.[c] Kalendas Aprilis, et substitutus fuit ei dominus Hugelinus Hostiensis episcopus, et vocatus fuit Gregorius.

f. 116. Anno[d] ab incarnatione Domini 1228, 10. Kal. Aprilis obiit Willelmus Lausannensis episcopus, ora noctis fere 3, et tenuit episcopatum annis 8 circa 6 ebdomadas minus; qui dedit nobis porcionem quam habebat in decima de Runens, de qua debentur singulis annis 18 cuppe frumenti et tantumdem avene et de vino secundum quod ibi accipitur, presentibus canonicis in anniversario suo distribuenda.

Anno[e] ab incarnatione Domini 1228, [Ydus[f] Aprilis], quia quidam de Warens, qui non erant homines capituli, occiderant apud Warens Esteivenier[g] de Berchie et Ugonier[h] de Cossonai[i] propter mala que ipsi eis intulerant, illi de Berchie et illi de Belmunt[k] acceperunt predam de Warens et diviserunt eam inter se, et etiam partem dederunt cui voluerunt. Die sequenti illi de Berchie conbusserunt[l] 10 domos apud Warens, quarum 4 fuerunt capituli, et quidquid ipsi invenerunt de bonis illorum de Warens qui erant capituli, rapuerunt. Capitulum vero misit ad dominam de Belmunt R. de Ro[veno[m]] canonicum et Rodolfum de Sancto Germano militem; que partem prede reddidit. Iverunt vero apud Berchie, set nichil recuperaverunt. Die sequenti ivit C. prepositus et G.[n] sacrista et N. de Chavornay ad [Iohannem[o]] donnum de Chossonai[p], qui misit cum eis P. de Paisie militem apud Berchie, set parum recuperaverunt. Ivit etiam prepositus et sacrista apud Belmunt, set parum recuperaverunt.
1229. Mart. 25. Dominica vero in media quadragesima venerunt illi de Berchie apud Warens et austulerunt Marie a la Robelessa unam calderiam[q] et 2 fossorios et 2 vioios[2]. Retulerunt
Apr. 7. autem illi de Warens preposito sabato ante ramos palmarum, quod ipsi computaverant predam suam tunc valere 40 l. Tandem[r] fuit Lausanne tractatum de concordia inter capitulum et supradictum[s] donnum de Cossonai, et concordaverunt in arbitros. Capitulum misit ad arbitrium Io. succentorem et R. de Roveno canonicos et P. de Lausanna militem, et donnus misit magistrum P. de Ollens et Girardum et Henricum de Gumuens milites; qui talem concordiam dixerunt inter supradictos, quod Uldricus minister, cuius nepos et cuius filie maritus[s] cum quodam alio supradictos Estevenier et Ugonier[t] occiderant, dederunt dicto donno 10 l., et tota villa de Warens iuvit eos in hac pace facienda in aliis 11 l., ita tamen quod donnus nec alius posset dicere, quod homines capituli pro culpa quam ipsi haberent darent aliquid, set pro solo bono pacis et pro amore donni retinendo, et clamaverunt quitum id quod homines donni retinuerant de bonis eorum, et ipsi parati fuerunt purgare innocenciam suam, et donnus fecit omnibus illis de Warens, et nominatim Uldrico ministro et occisoribus, et nominatim Borcardo et ceteris hominibus capituli pacem bona fide, et nominatim Iohanni sacerdoti, et grentavit[3] fide prestita in manu C. prepositi, se firmiter observaturum, et quod faceret Wulelmum, filium suum, grentare infra nativitatem beate Marie proximo venturam, vel nichil ei de supradicta pecunia solveretur[u] et pax supradicta non esset, et grentavit supradictus donnus, quod[o] dictam pacem faceret grentare Umbertum, filium suum, et posuit inde fideiussorem Girardum de Gumuens militem, et fecit dictus donnus dictam pacem grentare Iordanum de Berchie et Girardum de Fei et Rodulfum de Berchie domicellum, et grentavit[v] idem donnus, quod faceret dictam[w] pacem observare omnes filios suos[s] et omnes homines suos et omnes illos qui super eum erant et essent et qui de ipso et terra sua moverent vel redirent, et de omnibus bona fide, et nominatim Perier[x] de Ogens et fratrem suum. Actum Lausanne sub lobio episcopi anno ab[y] incarnatione Domini 1229[z], in
Iul. 22. festo beate Marie Magdalene. Testes: C. prepositus, W. prior Sancti Marii, Iosep succentor, magister W. de Novo-castro, R. de Roveno, canonici; P. de Estavaiel, Iohannes de Parlie, sacerdotes; P. de Chablie, Umbertus de Germanie, W. de Gumuens, W. Bever, Umbertus de Sottens[a], milites, et fere omnes de Warens[b]. Die sequenti W., filius supradicti

a) *manu Con.* b) *lege:* 1226. *i. e.* 1227. c) 15. *corr.* 17. *c.* d) *manu librarii.* e) *manu Cononis* (1) *et f.* 22'. *iterum manu librarii* (2). f) Yd. Apr. *post add.* 1, *et ita* 2. g) Estevenier 2. h) Hogonier 2. i) Cossonay 2, *et ita plerumque* y *pro* i. k) Belmont 2 *semper.* l) conbẽrunt 1; conb⁹xerunt 2. m) Rovono 2. n) C. 2. o) *deest* 1. p) Coss. 2. q) cad. *corr.* cald. 2. r) Tamdem 2. s) *deest* 2. t) Hogon. 2. u) ei s. 1. v) greintavit 1. w) o. d. p. 2. x) Perrier 2. y) ab i. *des.* 2. z) 1230. *in* 2 *legi videtur.* a) Sotens 2. b) Wares 2.

1) Haec dies cum sequentibus non convenit. 2) vioium sive viogium 'en patois iaudze, serpe'. FOREL. 3) 'garantir'.

donni, laudavit et grentavit supradictam pacem bona fide, sicut pater suus fecerat, et hoc factum fuit in lobio prepositi ante capellam. Testes: Iosep succentor, magister W. de Novo-castro, canonici; P. de Doneluy, P. de Fonz, [Albertus[a]], Cono, filius Alberti Balleis, clerici; Rodolfus de Turre iusta Fucinie[b], Umbertus de Germanie, milites; Lodovicus[c], filius Nicolai dapiferi, domicellus, P., filius Eliot[d].

Anno[e] ab incarnatione Domini 1232, tercio Non. April., scilicet[f] sabato ante ramos *f 117'. 1232. palmarum[1], fuerunt aportate reliquie beate Marie Lausan. cum maximo gaudio et reverencia Apr. 3. et honore in monasterio suo novo a capella lignea, in qua fuerant per 59 annos; et ea die in ipsa apportatione venit ibi quedam puellula que contracta fuerat et reddita beate Marie et parentibus, ad cuius preces Deus ipsam restituit sanitati; et die tercia sequenti recuperaverunt ante reliquias beate virginis visum quidam homo et quedam mulier; in die parasceve venit quidam de Villa-nova[2], qui loque- Apr. 9. lam amiserat per mensem et brachium habuerat contractum similiter per mensem, et reddidit[g] se beate Marie et recuperaverat loquelam et sanitatem brachii. Sabato sancto quedam[h] mulier filium suum, qui Apr. 10. per 15 annos manum suam non poterat levare ad os suum nec poterat facere crucem in fronte sua, adduxit ante reliquias beate virginis, que ei brachium sanavit, ita quod crucem fecit in fronte sua et manum suam bene posuit ad os suum. Quedam mulier de terra Bisuntina habuerat brachium diu contractum, et exorans beatam virginem sanata fuit et venit ei gracias reddere feria seconda pascali. Feria Apr. 12. 4. sequenti venit quedam mulier et adtulit quandam manum ceream, dicens, quod ipsa fuerat diu con- Apr. 14. tracta de una manu, et reddidit se beate virgini, et statim manus eius fuit sanata. Feria 5. peciit que- Apr. 15. dam mulier de terra Bisuntina a custode reliquiarum de vinagio in quo fuerant intincte reliquie beate virginis, et illud posuit in quadam pixide lignea et pixidem posuit in sinu sua, et dicens, quod illud poneret in oculis cuiusdam sororis sue, set statim pixis sine[i] aliqua violencia fracta fuit et vinagium recollectum, et mulier confessa fuit, quod in pravos usus illud volebat expendere, quod tamen beata virgo noluit sustinere. In octava pasce quidam captus fuerat a dominis de Rora et reddidit se beate virgini, et Apr. 18. ipsa liberavit[k] eum. Quedam mulier de Melduno contracta fuerat pro peccato suo et exoravit beatam virginem et sanata fuit in capella. Quedam mulier ceca fuerat circa 7 annos et exoravit beatam virginem in capella et statim ibi visum recuperavit.

Sexto Kal. Ma. venit quidam de ultra Iurem, quem latrones ceperant et ligaverant manus retro Apr. 26. dorsum, et ipse reddidit se beate Marie, et ipsis videntibus evasit, quod ei non potuerunt nocere.

Rudolfus de Nangie ceperat 7 homines et eos tenuerat diu in balma[3] de Sancto Reiberto, et cum iam fere fame morerentur, reddiderunt se beate Marie et coram custodibus exierunt de balma et venerunt Lausanne gracias reddere 7. Ydus Maii[l]. Mai 9.

Inter ascensionem et pentecosten venerunt apud Lausan. duo iuvenes et attulerunt duo paria com- *f 118. pedum et dixerunt, quod ipsi et alii 23 detinebantur apud Verceaus[4] capti, et reddiderunt se beate Marie de Lausann., et ipsa eos liberavit, et dicti duo venerunt ei gracias reddere in capella sua apud Lausan.

Feria seconda post pentecostes quidam qui cecus fuerat plus quam per quatuor annos venit exorare Mai 31. beatam Mariam in capellam suam, et ibi reddidit ei visum beata Maria[m], et campane campan[ilis], quod erat clausum et seratum, ceperunt pulsare et[n] pulsaverunt diucius et melius solito, et cucurrerunt illuc matricularii et nullum invenerunt.

P. clericus de Sallum cepit quendam de Corberes, qui fuerat in peregrinatione apud Lausann., et duxit eum apud Alio[5] captum, et ille rogavit beatam Mariam, ut ipsum liberaret, et ipsa eum liberavit, et ipse venit gracias reddere beate virgini in festo beatorum Marci et Marcelliani. Iun. 18.

In vigilia assumtionis venerunt duo ferentes compedes, dicentes, quod capti tenebantur apud Nova- Aug. 14. riam, et exoraverunt beatam Mariam de Lausan., que ipsos statim liberavit.

Illi de Novo-castro ceperunt quendam Haimonem de Polunnie, et reclamavit beatam virginem Mariam, que ipsum liberavit, et venit ei reddere gracias Lausan. in exaltatione sancte crucis. Sept. 14.

Et postea beata virgo liberavit quendam qui captus tenebatur apud Berchie[6].

Kalendas Iunii quedam demoniaca de Suevia venit Lausannam, dicens, quod vexaverat eam demon 1233. per decem annos, et ipsa veniebat de Beato Iacobo et venit apud Novum-castrum; quamdiu ibi fuit, non Iun. 1. vexavit eam demon; quando inde recedebat, secutus fuit eam demon in specie hominis, dicens ei, quod non ita evaderet; et apparuit ei quidam pulcer homo albus, habens baculum eburneum et pomellum cristallinum in superiori parte, qui dixit ei: 'Vade apud Lausan. ad beatam virginem, per quam totus mundus est redemptus, et ibi per eam invenies misericordiam'. Et vigilavit in capella, ubi eam demon diu et male vexavit, set tamen de ea exivit, et ipsa os aperuit valde[o] et turpiter, et ipsa clamavit aliter quam homo vel mulier soleat clamare; anno ab incarnatione 1233.

a) *deletum videtur* 1. b) Focinie 2. c) Lodoycus f. Nicholay 2. d) Heliot 2. e) *quae sequuntur Cono non uno calamo scripsit.* Miracula *add. m. s. XV.* f) s. s. a. r. p. *superscr. c.* g) redididit *corr.* redidit *c.* h) adduxit *add. sed del. c.* i) sina *corr.* sine *c.* k) riber. *c.* l) *manu vetusta add.* Miracula. m) Baria *c.* n) et — solito *superscr. c.* o) valle *c.*

1) ita 1232, non 1233; ideo annus ante pascha inchoatur. 2) Villeneuve. 3) i. e. caverna, spelunca; Ducange II, p. 556. 4) Versoix. MART. 5) Aigle. MART. 6) Berchier.

1233. Iun. 25. Crastina beati[a] Iohannis bautiste venit quidam[b] qui captus tenebatur et per ausilium beate Marie liberatus fuit, et die sequenti duo qui capti tenebantur in turre de Ternie.

Iun. 29. Quedam mulier fuerat muta per 15 dies, que in festo apostolorum Petri et Pauli signum fecit capellano reliquiarum, quod cappam in qua erant reliquie poneret super caput eius; quod et capellanus fecit, et ipsa statim loquelam recepit.

Iul. 31. In[c] festo sancti Germani venit quidam de Usies Iohannes nomine, quem dominus Ugo de Usies fecerat suspendi iniuste, ut iste dicebat, set ipse semper orabat beatam virginem, ne ipsum permiteret mori tali morte, et semper quamdiu suspensus fuit, tamdiu scilicet quod aliquis potuisset equitasse tantum per quantum vie vox hominis potest audiri, dicebat salutationem beate Marie; venit quidam domicellus et abscidit[d] restem quo ille suspensus fuerat, et ille cecidit et fuit quasi morti oppositus, fuit ei ignis in palma, nec ipse se movit. Tandem dictus dominus U. fecit ei pedem abscidi, tamen sanguis inde non exivit usque ad noctem: tunc locutus fuit et venit gracias reddere beate Marie.

Eadem die venerat quidam qui attulerat grossos cumpedes, cum quibus saltaverat de altissima turre de castro de Bar, in quo captus se reddiderat beate Marie.

Die sequenti venit quidam qui infirmitate magna detinebatur et apportavit beate Marie quandam tualliam[1]; quando tualliam super se habebat, sanus erat; quando tualliam desuper se auferebat, infirmitate sua detinebatur et turpiter cruciebatur.

1234. Ian. 24. Feria 2. ante conversionem sancti Pauli venit quidam de ultra Nantuais, qui captus tenebatur in quodam castro quod dicitur Rubeus-mons[2], qui se reddidit beate Marie Lausan., et ipsa pie liberavit eum.

Apr. 23. Circa pasca venerunt ibi tres captivi, quos beata virgo liberaverat, et crastina beati Urbani duo, et Mai 26. eadem die accidit ibi aliud miraculum.

Aug. 2. In festo beati Stephani pape venit quidam[e] apud Lausan., quem beata Maria liberavit ultra Iurim.

*f. 118'. Sept. 23. Sabato[f] ante festum sancti Michaelis venit apud Lausan. quidam de Siwrie[3], qui captus detentus fuerat in Alemannia per 15 dies, ubi se vovit beate Marie per 4 denarios annuatim ei reddendos, et ipsa eum liberavit.

Dec. 27. In festo beati Iohannis euvangeliste venit quidam de Bovenens, qui captus tenebatur apud Salinum a quibusdam latronibus, et reddidit se beate Marie Lausan., et ipsa eum liberavit, et ipse attulit secum compedes quibus vinctus tenebatur.

Dec. 30. Sabato sequenti attulit quidam a Novo-castro compedes in quibus captus tenebatur, a quibus eum liberaverat beata virgo.

Iul. 21. In vesperis beate Marie Magdalene venit quidam qui captus erat in valle de Mienges, et cum eum malefactores ligare vellent, ipse reddidit se beate Marie Lausan., et ipsa liberavit eum.

Eadem septimana venerat in capella beate Marie quidam qui amiserat visum, et beata virgo eum reddiderat ei.

Quidam[g] de Bolonia captus erat in Alemannia et tenebatur in compedibus ferreis cum duobus aliis captivis et reclamavit beatam virginem Mariam cum lacrimis, et statim compedes strati fuerunt, et de quadam alta turre saltavit per quoddam parvum foramen et venit apud Lausan. gracias reddere beate Dec. 25. Marie in inventione beati Stephani.

Dec. 30. Sabato sequenti venit apud Lausan. quidam homo beate Marie de Villari-Comitis[4], quod est prope Curtiliam; quem Wigo de Montanie ceperat propter episcopum et eum posuerat in compedibus, sed ille cum lacrimis exoravit beatam virginem, et ipsa liberavit eum; qui venit apud Lausan. afferens compedes et gracias reddidit beate Marie in capella.

Anno[h. 5] ab incarnatione Domini 1235, quinto decimo Kal. Augusti, peccatis tam cleri quam populi exigentibus, ignis accensus est Lausanne in Palude[6] in domo Iohannis de Albona de nocte, et dum tam clerici quam laici currerent ad diruendas domos ante ignem, ne ignis ascenderet ad civitatem et monasterium, quidam P. nomine de Masieres senex et pauper et debilis et parum videns, qui diu vigilaverat et custodierat in capella contra voluntatem quorumdam canonicorum et suspectus habebatur de furto, accensa candela, quam acceperat in capella, dum vellet pannulos suos colligere et deportare propter ignem, cecidit ei candela in stramine, et accensus fuit ignis in domo sua, que erat contigua domui sacriste Giroldi et sub domo C. prepositi et Io. cantoris, et ita tota civitas et monasterium et tectum plumbeum et vitree fenestre et pallia et multa alia ornamenta et omnes ecclesie et tota villa et extra muros etiam hospitale et etiam extra portam tam de condemina[7] plures domos et etiam ultra Mornai quoddam torcular, omnia fuerunt combusta, et etiam circa 80 homines, et maior pars subterraneorum[i] fuerunt diruta et igne cremata, et muri plures corruerunt extunc.

Sept. 7. In vigilia nativitatis beate[k] Marie venit quidam in vesperis qui captus fuerat ultra Iurim, et cum teneretur in vinculis[l], exoravit beatam virginem Mariam, ut eum liberaret, et ipsa misericorditer eum liberavit, et ipse venit ei gracias reddere in capella sua.

a) beat *c.* b) *bis scr. c.* c) *manus s. XV. add.* Miracula gloriose virginis. d) abscedit? *c.* e) *superscr. c.* f) Miracula *add. manu coaeva c.* g) Miracula. *m. s. XV. add. c.* h) *alio atramento pergit c.* i) subterraneorūt *c.* k) b. M. *superscr. c.* l) vingulis *c.*

1) Gallice 'touaille'; mappula. Ducange VI, p. 598. 2) Rougemont. 3) Siviriez. 4) Vilar-le-conte; Courtilles. 5) Eadem infra p. 792. accuratius narrantur. 6) Vicus la Palud. MART. 7) i. e. praedium rusticum cum mansione; Ducange II, p. 516.

In purificationis die venit quidam de Sancto Paulo, qui ex maiori parte amiserat visum et exoravit 1236. Febr. 2. beatam Mariam, ut ei visum redderet, et promisit, quod ipse eam requireret in monasterio suo Laus., et statim visum recuperavit. Apud Laus. venit[a] postea pro mercato, set non pro voto, et quando domi venit[b], amisit visum. Postea plorans, penitens et compunctus peciit misericordiam et exoravit beatam virginem, promittens ei, quod eam requireret Lau., et statim visum recuperavit et venit gracias reddere Lau. in die purificationis.

Prima dominica post octabas pasce venit quedam mulier de Taurino, dicens, quod quidam filius Apr. 13? suus parvulus mortuus fuit, et ipsa eum redidit beate Marie Laus., et statim puer revixit, mater vero attulit Lau. camisiolam pueri, reddens gracias beate Marie Lausannensi.

Quidam raptores de Geneveis ceperunt homines beate Marie Lau. in nemore de Iorat, scilicet filios villici de Espaningio[1], quorum 1 erat septennis, et filium Alberti Canis de Charlie, qui erat mancus, et deduxerunt eos in terra Haimonis de *Sabaudia iuxta Novam-villam, ibi tenebant eos in quodam cippo *f. 119. et ligatos funibus, et quamvis eos cepissent iniuste et canonici eos sepius quesivissent, noluerunt reddere nec Haimo liberare; exiverunt de domo qui eos ceperant, et mancus vidit quandam securim et accepit eam et fregit cippum et exivit de domo et redidit se ipse et socii sui beate Marie, cuius homines erant, et mancus venit Lausan Kal. Iulii reddere gracias beate Marie, et illi duo de Espanigio fugerunt apud Iul. 1. Villam-novam.

Anno quo monasterium beate Marie Lau. combustum fuit com ecclesiis tocius ville preter ecclesiam 1235. beati Laurencii et com domo episcopi et claustro et domibus canonicorum et tota civitate et villa, capitulum misit predicare pro monasterio reparando. Com autem predicatores capituli venissent in episcopatu Gebennensi apud Satinnie[2], venit quidam senex paraliticus, qui manum habuerat contractam per annos 12, et petita misericordia com lacrimis a beata Maria, recepit sanitatem manus sue et venit gracias reddere in capella beate Marie Lau. 12. Kal. Iulii. Iun. 20.

Apud Cracie sanavit quendam contractum.

Apud Gaaiz[3] inluminavit quendam cecum.

Apud Saissie[4] invente fuerunt lampades accense in adventu reliquiarum beate Marie Lausan.

Apud Pollie[5] quinque mulieres, que com populo tocius terre venerant vigilare ante reliquias beate Marie, quamvis predicatores proibuissent, ne quis pollueret vigilias beate Marie per incontinenciam, quia non continuerunt, ceciderunt morbo quasi caduco, quando intraverunt ridendo in ecclesiam, et ita in terra iacuerunt due usque ad mediam noctem et 3 usque mane, et coram omnibus confesse fuerunt, voverunt[c], quod de cetero non peccarent carnaliter in vigiliis beate Marie et in diebus sabatis.

De[d] Laia quidam Giroldus captus detinebatur in turre de Chastellum[e]-em-Michalli in compedibus. et plorando exoravit diucius beatam Mariam et obdormivit[f] et vidit quandam pulcerrimam[g] dominam, que dixit ei, quod recederet, et ascendit turrim com compedibus et dimisit se cadere in terram, et postea in meridie ascendit murum altum et dimisit se cadere, et ascendit super portam et dimisit se cadere, et ivit in domum domini sui, qui compedes voluit retinere, set tamen eos misit beate Marie Lausanne.

Apud Chasnai quedam mulier per 12 annos iacuerat in lecto, quam beata Maria sanavit.

Apud Sanctum Martinum prope Saisirie adduxerunt mulieres quandam contractam ante reliquias beate Marie, et statim dimisit baculum suum cadere et sanata fuit.

Quidam de Rumilli venit apud Altam-villam[6] vigilare ante reliquias beate Marie et visum recuperavit.

Apud Alai vulneratus in bracio sanatus fuit ante reliquias quidam[h] clericus, et dum ibi cantaretur *Te Deum laudamus*, quidam parvus contractus ibi fuit sanatus.

Apud Anassie quidam parvus contractus sanatus fuit.

Super Choumunt socii Rodolfi de Nangie tenebant quendam puerum literatum captum in nemore et in cippo et viderunt transire reliquias beate Marie et cucurrerunt ad reliquias, et captus remansit solus, et plorans exoravit beatam Mariam, timens ne lupi eum comederent, et vidit cippum laxari et com quodam parvo baculo tetigit cavillam[7] cippi, et ita fuit liberatus.

Apud Cluses fuit sanata quedam contracta; ibidem fuerunt extincti cerei coram populo et statim sine adiutorio hominis fuerunt reaccensi, et portaverunt eos accensos usque ad Maglent per auram, et unus fuit extinctus, et *quando portitor eum voluit reaccendere, invenit eum accensum. *f. 119'.

Inter Maglent et pontem Sancti Martini fuit allatus ante reliquias in via quedam contracta, et feria 2. sequenti venit apud Maglent ante reliquias reddere gracias sanata.

Apud Bôns fuit quedam contracta sanata.

Apud Doveno fuit quedam mulier contracta sanata.

Eodem anno misit capitulum alios predicatores per episcopatum Lau., qui com redissent, retulerunt, quod apud Windemis[8] quendam puerum beata Maria revixisset.

In vigilia[i] sancti Benedicti venit quedam mulier de Orseres apud Lausan., que per 6 annos fuerat 1236? Mart. 20. ceca, que com interesset maioris misse sollemniis, quando corpus Christi elevabatur, et exoraret beatam virginem, statim visum recepit.

Feria 3. sequenti venit quidam de monte super Lausannam dicens, quod captus tenebatur apud Les-

a) vinit *c.* b) *superscr. c.* c) *post add. c.* d) Apud *corr.* De *c.* e) chastellū ē michalli *c.* f) odorm. *c.* g) puc. *c.* h) q. cl. *superscr. c.* i) vigia *c.*

1) Epaling. 2) Satigny. 3) Gex. 4) Saisel prope Granges. 5) Poliez-le-Grand. 6) Hauteville. 7) 'quod de ligno inseritur foraminibus per modum clavi'. 8) Wimmis.

claies in quodam granario et habebat compedes in cruribus miserabiles habentes quandam lingulam ferream qua firmabantur et quandam catenam que firmabatur in quodam tronco, et ligabantur ei qualibet nocte brachia valde stricte, et quando custodes recedebant firmabant hostium a foris; captivus vero reclamabat beatam virginem, et statim vincula manuum solvebantur, set granarium ita erat plenum buffonibus et serpentibus et muribus, quod nec audebat nec poterat dormire; quadam nocte dum plorando exoraret beatam Mariam, soluta sunt ei vincula manuum, et compedes ceciderunt de pedibus suis, et sera hostii soluta est, et ipse exivit granarium et fuit in medio castro, et vigiles erant super muros et in medio castro, et luna lucebat clare, et ipse accepit riortes[1], quibus plures fasciculi feni ligati erant, et ligavit unam ad aliam et invenit quoddam lignum apodiatum ad murum, per quod ascendit murum, et ligavit funem suam ad unum merlo[2] muri et permisit se colare[3], et ita evasit et venit in capella beate Marie reddere gracias Deo et beate Marie.

Mense Septembri venit quidam dicens, quod beata Maria ipsum liberaverat, sed nescio quis ipse fuerit vel unde.

Sept. 21. In festo sancti Mathei apostoli venit quidam de Chavanes, quem P. de Pellonai captum tenebat in domo Luiset, filii domni Dalmacii, in quodam cippo, qui invocavit auxilium beate Marie, et ipsa liberavit eum et eduxit de domo. Ipse vero portavit cippum in capellam.

Dominica sequenti venit quidam qui detentus fuerat captus prope castrum quod dicitur Monteux in compedibus, et fune ligatus est et appensus capite deorsum et tandem ductus in castrum, et reddidit se beate Marie et cum compedibus venit ad portam et cum quodam valde parvo baculo grossum vectem ferreum reseravit et venit Lausan. reddere gracias beate Marie.

Quidam Teutonicus tentus fuit captus in vinculis ferreis apud Hagenova per 36 septimanas et exoravit beatam Mariam, et ipsa liberavit eum, et ipse venit ei gracias reddere Lausanne in capella sua.

— —

*f. 120. Feria[a] 5. post oct. pentecostes venit quidam Teotonicus, qui vinculatus fuit et temptus in castro de Cerlie[4] per tres septimanas in una compede et in uno cippo, et exoravit beatam Mariam, et ipsa eum liberavit, et venit gracias reddere beate Marie Lausanne

Postea venit quidam alius, qui captus fuerat in Lonbardia et catenatus in magnis[b] catenis, quem liberaverat beata Maria.

Aug. 3. Non multo post in inventione beati Stephani prothomartiris duo homines Sancti Petri Giben., qui capti tenebantur in castro Des-Cloes, exoraverunt beatam Mariam, ut eos liberaret; beata vero virgo Maria exaudivit eorum orationem et liberavit eos, et venerunt illi homines beate Marie gracias reddere, ipsam collaudantes.

Feria 4. ante festum Symonis et Iude tres homines qui erant de Baoes capti tenebantur apud Niuns[5], et exoraverunt beatam Mariam, ut eos liberaret; beata virgo Maria exaudivit eos et liberavit eos, et venerunt beate Marie gracias reddere.

Non multo post quidam homo, qui captus tenebatur in castro de Willaufens et catenis mancipatus, exoravit beatam Mariam, ut eum liberaret; beata virgo Maria exaudivit eum et liberavit eum, et venit apud Lausann. et attulit catenas et reddidit Deo et beate Marie gracias.

Feria 2. post circumcisionem Domini quidam homo qui erat de Gravaz, quem Petrus de Gruiria ceperat et captum tenebat apud Cossonay et catenatum duabus compedibus, exoravit beatam Mariam, ut eum liberaret, et exaudivit eum, et saltavit dictus homo per quandam fenestram cum compedibus, que compedes fracte fuerunt continuo, et venit apud Lausann. reddere Deo et beate Marie gracias, secum ferens compedes fractas.

Apr. 27. Anno[c] ab incarnatione Domini 1242. venit quedam mulier de Albona[6] dominica in albis, que muta fuerat per 4 dies, et statim quando fuit ante reliquias beate virginis Marie, reddita fuit ei loquela, et sanata fuit.

Non multo post tres homines qui erant de Migdes capti tenebantur apud Espindes[7] vinculati et cathenati, habentes compedes in pedibus, et exoraverunt beatam Mariam, ut eos liberaret. Beata virgo Maria exaudivit eos et liberavit eos, et venerunt apud Lau. reddere Deo et beate Marie gracias, secum
Mai 3. ferentes compedes in festo inventionis sancte crucis.

Eodem die venit quidam homo ante reliquias qui habebat manum debilem et clausam, ita quod ungule digitorum firmate erant in palma, et ita fuerat per quinquennium, et clamavit: 'O beata Maria, ego ter fui coram te et modo venio ante te, et si modo me non adiuvas, ego de cetero non veniam', et statim beata virgo sanavit eum.

Mai 5. Feria 2. post quatuor homines de Berna qui capti tenebantur in turre de Chanvent[8] exoraverunt beatam Mariam, ut eos liberaret, et beata virgo eos liberavit, et venerunt reddere Deo et beate Marie gracias.

—

*f. 122. Dominus[d] Gregorius papa dedit ecclesie Lausannensi in episcopum dominum Bonefa-
1231. cium scolasticum Coloniensem; qui statim quando intravit civitatem Lausannensem, ductus

a) *alia manu (quae chronicam scripsit) pergit c.* b) magnicis *c.* c) *alia manu pergit c.* d) *in marg. add.:* Nota intra episcopum.

1) Quid sit nescio. 2) Italis 'merla', nostris 'zinne'; Ducange IV, p. 374. 375. 3) Gallice 'couler'. 4) Erlach. 5) Nyon. 6) Aubonne. 7) Ependes. 8) Champvent.

fuit in capitulum, et quia episcopi Lausannenses debent esse canonici, capitulum voluit eum facere canonicum, et obtulit ei facere sollepnitates que fiunt canonicis, petentes, quod ipse iuraret fidelitatem ecclesie, sicut canonici facere consueverunt; quod ipse sepius monitus nullo modo facere voluit, set tamen fructus prebende semper habere voluit et interesse electionibus et donationibus capituli. Quidam tamen canonici dicebant, quod istut esse non debebat. Sic elapso biennio, dominus archiepiscopus Bisuntinus visitavit 1233
ecclesiam Lausannensem et intravit capitulum, et dominus episcopus cum eo, et dominus episcopus coram domino archiepiscopo factus fuit canonicus, et facte fuerunt ei sollepnitates, et ipse iuravit ecclesie super regulam sicut canonicus fidelitatem. Ac[tum] in revestiario anno ab incar. Dom. 1233, 17. Kal. Iunii. Testes dominus N[icolaus] archiepiscopus Bisunti- Mai. 16.
nus, Stephanus cantor Sancti Stephani et magister Tierricus canonicus Bisuntinus et Milo capellanus, socii domini archiepiscopi, et C. prepositus, W. pri[or], S. ma[gister], U. de Va[nel], G. sa[crista], Io. suc[centor], Al. de No[vo]-cas[tro], Ame[deus], R. de Wul[flens], N. de Cha[vornai], Ia. de Bur[go], Henricus de Fruencia, canonici Lausannenses.

Eadem[a] die peciit capitulum ab eodem domino B. episcopo refectionem quam episcopus debebat canonicis et eorum officialibus et sacerdotibus et clericis frequentantibus chorum feria seconda paschali. Episcopus vero respondit, quod non debebat eam, quando ipse non erat in pasca Lausan. Capitulum respondit, quod predecessor suus dominus R[ogerus] episcopus eam reddiderat, nec tamen presens Lausan. fuerat in pasca, et quod capitulum eum non recepit in choro nec in capitulo, donec ipse eam reddidit, et istut iuravit C. prepositus coram domino N. archiepiscopo Bisuntin. et sociis suis supradictis; iuraverunt etiam com preposito W. prior Sancti Marii, G. sacrista, U. de Vanel, Ia. de Bur[go], canonici Lausannenses, et Albertus capellanus Sancti Petri, et ita episcopus promisit coram domino archiepiscopo, quod de cetero redderet eam.

Anno[b] ab incarnacione Domini 1233, pridie Non. Augusti facta est divisio prebendarum *f. 122'.
per sexaginta annos duratura *etc.*[1]

Anno ab incarnatione 1233. fuit hiemps valida, qualem nullus tunc vivens in Burgondia *f. 124'.
dixit se vidisse, et fuerunt pre frigore mortue nuces et vinee fere omnes apud Bisuncium et Salinum, Arbens, Divionem et Beaulna et Altisiodorum, Lugdunum et Viennam et Valentiam et Sabaudiam et Tarentasiam et Gebennam et Belicium et Sedunum et etiam in aliis locis, ita quod multi qui solebant habere 100 mo[dios] vini vix habuerunt 3, et parum fuit de frumento, sed Lausan. satis per Dei gratiam crevit de frumento et vino.

Capitulum[c] Lausannense nec debens nec potens diucius sustinere rapinas, incen- *f. 65'. 1234.
dia, verbera, oppressiones, violencias, iniurias, que fiebant sepissime ab hiis de ultra lacum et ab aliis malefactoribus in villa Sancti Prothasii[2], motum lacrimis incolarum loci, quamvis tamen ibi iam pauci essent habitatores, habito consilio discretorum, precepit, quod villa Sancti Prothasii, que dispersa erat, transferretur in litore simul in locum qui dicitur Sus et ita muniretur, quod ibi tute possent habitare; et quia dicta villa erat de porcione domini Bo. episcopi et G. sacriste, cambiavit eis capitulum porcionem de Espaningio pro illa de Sancto Prothasio, et illam de Sancto Prothasio dedit Io. cantori et N. de Chavornai et eorum retinuit porciones, quas prius habebant cantor apud Ioleins et N. de Chavornai apud Chavornai, et dictam villam Sancti Prothasii quidquid ibi capitulum habebat et etiam grangiam cum appendiciis suis dedit W. thesaurario et Io. cantori et N. de Chavornai, et id quod capitulum habebat apud Crans, quod tamen erat de porcione R. de Roveno. Set dictus R. de Ro[veno] guerpivit eam capitulo, et capitulum promisit ei reddere annuatim 10 libras, vel donec eas sibi redderet, dictus R. haberet residuum porcionis de Crans, quod erat apud Sanctum Laurentium et apud Viveis vel alibi. Dedit eciam capitulum dictis thesaurario et cantori et N. de Chavornai 110 libras et 2 loricas et 2 osberioz[3] et la mannura[4] tocius terre capituli per 6 dies in primo anno et per alios 6 dies in secondo anno et currus in tota terra capituli citra nemora Iorat et Vernant primo anno per 6 dies, et quod ipsi, quandocunque

a) *alio atramento pergit c.* b) *manu scribae.* c) *manu Cononis;* De firmatione ville Sancti Prothasii 1234. *add. manus s. XV.*

1) f. 122'—124', ubi postea de alia a. 1215. divisione et statutis tunc factis agitur, iisdem verbis quae f. 99'. leguntur (edita p. 438). Hic vero post confirmatio legati sedis apostolicae a. 1251. adiecta est, in editione omissa. 2) St. Prex. 3) i. q. halsperga; gallice 'haulbert'. 4) Idem fortasse quod manuaria, manneria, exactionis genus; Ducange III, p. 234.

1234. iacerent infra municionem Sancti Prothasii, pro presentibus Lausann. haberentur in tribus, id est primis annis; et ipsi iuraverunt, quod facerent villam Sancti Prothasii transferri in supradicto loco qui dicitur li Sus, et villam munirent angeribus et supra de Palim et de Chafaz et a parte lacus de Pauz, et custodirent villam, et facerent supradicta ad opus eorum et capituli bona fide; et post mortem cuiuslibet, vel si aliquis eorum[a] intraret religionem vel fieret episcopus vel laicus, pars quam ipse haberet in supradictis locis, scilicet Sancti Prothasii et Cranz, rediret ad cummune capitulum, et substituto loco eius in canonicum darentur pro prebenda annuatim 10 libre, donec ei prebenda alibi assignaretur, quia porcio Sancti Prothasii debet semper capitulo remanere; et ipsi debent in supradicta villa iusta lacum qui respicit versus Lausannam retinere[b] ad opus capituli casale, in quo capitulum possit facere capellam et turrim et aulam cum aliquantula platea et furnum et stabulum; in residuo ville debent dare casalia hominibus capituli primo, et postea advenis et liberis hominibus, qui non habeant aliquam proclamacionem ab aliquo domino, quia non debet ibi recipi homo alicuius domini sine licencia sua nec servus nec liber; et debet dari in casalibus
*f. 66. liteisa[1] in amplo et 50 pedes in lungum pro 6 den.; et debet *iurari dicta villa ad consuetudinem ad quam iurata villa est[a] et castrum de Dunmartin; et debent ibi habere refugium et tuicionem et salvas personas et res suas omnes canonici et iurati illius loci et inde facere pacem et guerram pro calumnia spectante ad ecclesiam Lausannensem, dum ipsi velint stare iuri, et omnes homines capituli et domini episcopi, undeconque sint, debent ibi habere refugium et salvas personas et res suas, dum ipsi velint stare iuri, guerram autem non debent inde facere nisi de consensu capituli; et debet ibi fieri mercatum et ecclesia et portus. Ac[tum] Lausanne in revestiario anno ab incarnatione Domini 1234, mense Iunio. Interfuerunt autem C. prepositus, W. the[saurarius], Io. can[tor], W. pri[or] Sancti M[arii], G. sacrista, C. de Fonz, N. de Cha[vornai], A. de No[vo]-cas[tro], P. de Vi[leta], P. de Fru[encia], Io. suc[centor], Ame[deus], R. de Ro[veno], R. de Wl[flens], U. Da[piferi], G. de Bor[go], Ot. de Gran[son], Ia. de Bor[go] ce[lerarius], Hen. de Fru[encia], Willermus de Gumoens. Interfuit assensus domini B. episcopi, Ia. de Gral[lie], Ame. de Gebennis, W. de Grueria. Non multo post, quia propter minas quorundam vicinorum, qui ex sola invidia et quia de facili non possent bona loci illius de cetero rapere sicut solebant[b*], facte fuerunt ibi magne expense in adventu domini episcopi, qui valde bene se ibi habuit et honorifice pro capitulo, et convocavit homines suos cum armis, et capitulum suos. Dedit aduc capitulum supradictis the[saurario], can[tori] et N. de Cha[vornai] circa 80 libras et ad faciendum statim angerem et ad villam
Iul. 23. melius muniendam. Statuit eciam eodem anno crastina beate Marie Magdalene dominus episcopus et capitulum, quod, si aliquis ausu temerario vel instinctu diabolico insurgeret contra dictam villam Sancti Prothasii, opus tam honorabile et ecclesie Lausannensi tam utile vellens et laborans disturbare, quod heres eius usque in quartam generacionem et etiam frater eius non inbeneficietur in ecclesia Lausannensi. Statuerunt etiam eadem die dominus episcopus et capitulum, quod festum beati Prothasii confessoris, qui condam fuit episcopus Lausannensis, celebraretur ad 9 lecciones [8.[c] Idus Novembris] in ecclesia Lausannensi, et debent tunc distribui canonicis presentibus in matutinis 10 solidi, quos debet Io. magister operis Lausann. in vigilia beati Prothasii pro feodo quod fecit sibi capitulum apud Sanctum Prothasium.

*f. 124'. Anno Domini 1234, mense Octobri facta fuit Lausan. magna campana a magistro Iohanne Ianuensi, cuius espense fuerunt computate circa 7 milia solidorum, appendens 5 m. librarum et 200 libras; que[d] statim fuit fracta[e].

f. 125'. Predicatores fecerunt apud Lausan. in loco qui dicitur Perabot domum et ecclesiam sine assensu capituli Lausan., com tamen capitulum eos voluisset iuvare in aquirenda terra filiorum Dalmacii Bover in 15 s. censualibus et in expensis edificiorum communiter et sigulariter quidam[f], dum ipsi ecclesiam et claustrum et officinas suas facerent super terram que erat capituli vel prepositi vel domini episcopi, nullo mediante; quod non fecerunt, set excusavit se frater W. prior Bisuntinus, quod, si ipsi edificarent super nos, ipsi incurrerent odium burgensium, et aquisierunt terram a W. Bewro et quibusdam aliis, et ibi edificaverunt. Actum ab incarnatione 1234. Com autem ibi fecissent capellam ligneam,

a) *post add. c.* b) retinerere *c.* b*) *quaedam omissa.* c) *ita aliis erasis* (15. K. Ianuarii) *post in margine scr. c.* d) *haec alia manu post addita videntur, iam vix legenda.* e) *vocabulum incertum.* f) *ita c; fortasse* quidem *scribere voluit.*

1) Quid sit nescio.

ceperunt ad eos venire tot de parrochianis Lausan. ad missas, quod parrochie sepe remanebant quasi vacue, et plures veniebant ad eos ad confessiones sepe quam ad sacerdotes parrochiales. Fuerunt etiam in quibusdam aliis iniuriosi capitulo, sicut capitulo videbatur, et ceperunt congregare lapides ad faciendam ecclesiam et edificia lapidea sine assensu capituli. Set quia capitulum non potuit tot iniurias sustinere, facta querimonia domino Bo. episcopo, com ipse capitulo in nullo fecisset satisfieri, capitulum abito communi consilio miserunt ad eos apud Perabot C. prepositum et W. thes[aurarium] et N. de Cha[vornai] et R. de Wul[flens] et W. de Gru[eria], ut eis iniurias quas capitulum sibi fieri dicebat ostenderent et eis novum 1235. Febr. 6.
opus denunciarent; quod et supradicti fecerunt. Ac[tum] eodem anno 8. Ydus Febru. Fuerunt et com supradictis canonicis Albertus Bever, Iohannes de Chavornai, Albertus de Estavaiel clerici, et Iohannes magister operis Lausan., ac[a] *die sequenti intravit supradictus W. *f 126.
prior Bisuntinus capitulum, dicens, quod non credebat, quod ipse vel socii sui in aliquo fecissent contra capitulum, et si in aliquo per negligenciam forte deliquerant, parati erant emendare, et excusavit se super hiis in quibus capitulum dicebat sibi et capellanis suis eos fuisse iniuriatos. Tandem capitulum habito consilio dixit, quod magis habebat in animo iuvare religionem quam eradicare, et si placeret Predicatoribus, prior Bisuntinus et prepositus et sacrista Lausan. habita deliberatione et consilio convenirent in aliquem bonum statum, quem ex utraque parte de cetero observarent, et ita essent amici. Prior Bisuntinus respondit, quod libenter com supradictis mitteret fratrem Umbertum, et ea in quibus concordarent mitterent ad eorum capitulum generale, et laboraret, quod eorum capitulum, sine quo istud facere non poterant, preberet assensum. Supradicti convenerunt in quarentena[1] et com eis frater Henricus de ordine Predicatorum, et dixit frater Umbertus, quod canonici scriberent que eis placerent et ipsi ea mitterent priori supradicto.

Canonici[b] Lausannenses in hoc convenerunt com Predicatoribus, si eisdem Predicatoribus placet, quod ipsi Predicatores non pulsent in sabato sancto, donec in ecclesia catedrali pulsetur; dominica in ramis palmarum nullam faciant processionem, quousque processio catedralis ecclesie sit perfecta. In festo dedicationis ecclesie Lausann., in festo purificacionis beate Marie et in commemoratione[c] omnium fidelium defunctorum[d], scilicet in crastino omnium sanctorum, nullam missam celebrent Lausanne eciam voce sumissa, donec euangelium cantatum fuerit in ecclesia catedrali. In nativitate Domini, in festo purificationis beate Marie, dominica in ramis palmarum, in pasca, ascensione *Domini, pentecoste, *f 126'.
dedicacione ecclesie et in festo omnium sanctorum Predicatores veniant processionaliter ad catedralem ecclesiam et intersint processionibus et misse usque post euangelium. In letania maiore et in tribus diebus rogacionum ante ascensionem Domini veniant ad maiorem ecclesiam et intersint letaniis et processionibus. In letania maiore canonici Lausannenses cum processione veniant ad eorum ecclesiam, scilicet Beatam Mariam Magdalenam, et exinde Predicatores sint in processione, quousque reversa fuerit ad maiorem ecclesiam. In festo beate Marie Magdalene canonici Lausannenses cum clero eiusdem ecclesie in primis vesperis eant processionaliter ad ecclesiam beate Marie Magdalene et ibi vesperas celebrent solempniter. Adiunctum[e] est eciam, quod, quando aliquis de catedralibus canonicis defunctus fuerit, Predicatores processionaliter veniant ad missam que sollempniter cantabitur pro defunctis et ibidem intersint sepulturis[f]; similiter canonici veniant ad sepulturas Predicatorum, si ab ipsis fuerint vocati. Dicti vero Predicatores non recipiant scienter parrochianos ecclesiarum Lausann., donec missa parrochialis fuerit celebrata, nec fugitivos unquam, nec recipiant interdictos vel excommunicatos a capitulo, nec recipiant confessiones aliquorum qui prius non sint confessi propriis sacerdotibus, nisi specialiter a propriis sacerdotibus vel a domino episcopo vel ab eis quibus primo confiteri tenentur mitterentur. Ad sepulturam vero non recipiant aliquem, nisi a proprio sacerdote fuerit eis traditus, et salvo per omnia iure sacerdotis, et tam maioris ecclesie quam aliarum.

Anno ab incarnatione Domini 1235, sabato post pasca circa meridiem per insidias hostis *f 41. Apr. 14.
maligni ignis accensus est apud Donmartin[2] ante castrum, et quamvis ventus flaret validus, contra ventum combusta fuit villa tota preter octo domos, et castrum quod erat inferius fuit totum combustum et turris lignea valde pulcra et bastimentum ligneum totum, et statim

a) *ita legi videtur in cod., ubi add.* lege in sequenti folio ubi invenies b. b) *alia pergit manu c.* c) commeratione *c.* d) defuctorum *c.* e) Adiuctum *c.* f) sepulturat *c.*

1) i. e. quadragesima. 2) De quo Mém. p. 20: *que nichil spectat ad episcopum vel decanatum, sed ad prepositum et capitulum.*

1235. eodem die cucurrerunt illuc C. p[repositus] et W. thes[aurarius] et Io. can[tor] et G. sa[crista] et R. de Ro[veno] et R. de Wul[flens] et W. de Gu[moens] et portaverunt panem et vinum et caseum, quilibet aliquid sub se, quia in castro nichil remanserat ad comburendum, et quamvis quinque subterranei non fuissent rupti, tamen parum in eis remansit, quia homines bladia et alia bona sua posuerant super subterraneos, ut blada ibi magis sicca esset, et perdiderunt fere omnia. Supradicti vero canonici, convocatis hominibus capituli de Warens[1] et Essertines et Daliens[a] et Bottens et Britinnum et Estaningio[2] et Romanel et Crissie, in duabus diebus clauserunt totum castrum et popiam[3] et fecerunt abcidi ligna ad faciendum domum in popia. In villa fuerunt combuste 49 domus, in castro vero 33.

*f. 127 Aug. 18. Anno[4] ab incarnatione Domini 1235, crastina octave beati Laurencii accensus est ignis Lausan. de nocte in vico qui dicitur Palus in domo Iohannis de Albona, exigentibus tam cleri quam populi peccatis; dum autem tam clerici quam laici laborarent domos diruere ante ignem, ne civitas et monasterium comburerentur, P. quidam de Maisieres pauper cecus et senex, volens pannulos suos secum extra domum portare, accendit candelam, quam acceperat in capella beate Marie, quam diu custodierat indignus et contra voluntatem corumdam canonicorum et com magna suspitione, que sibi in stramine cecidit, et accensa fuit inde statim domus sua, que erat inter domum C. prepositi et G. sacriste retro et prope monasterium, et ex utroque igne combusta fuit tota villa et civitas et monasterium et Sanctus
*f. 127'. P[etrus] *et Sanctus Marius et omnes alie ecclesie Lausann. et capelle et campane preter ecclesiam beati Laurencii, et etiam combustum fuit hospitale beati Iohannis, quod erat extra muros; fuerunt etiam combusta omnia pallia monasterii et multa alia ornamenta, et omnia tecta plumbea et pulcerrime vitree fenestre, et fuerunt combusti circa 80 homines et mulieres, de quibus 1 fuit clericus, et maior pars subterraneorum tocius ville funditus igne cremata corruit, et combusta fuerunt omnia que intus erant, et muri plurimi et caminate corruerunt, et infiniti homines et mulieres combusti fuerunt per pedes, crura, bracia et capita, qui vix evaserunt, et tantum fuit damnum, quod non potuit estimari. Venerat autem ante incendium supradictum tanta multitudo vesparum, quam nullus antea se dixerat audisse[b], et tantus calor in Augusto, quantum nullus se dicebat umquam vidisse. Eo anno fuerat nimia caristia annone a pasca usque ad messes, et fuit vendita cuppa frument[i] 3 s. et plus et cuppa avene 16 denariis.

Aug. 23. Quinta feria sequenti com domino Bo. episcopo Lausannensi occurrerunt apud[c] Sanctum Surpicium domino Ma.[5] episcopo Gebennensi C. prepositus Lausannensis et canonici Lausannenses, qui ad ipsum miserant W. thesaurarium Lausannensem, ut eis accomodaret 200 libras Turonenses ad reparanda tecta monasterii beate Marie, offerentes ei pro supranominata pecunia opsides C. prepositum Lausannensem et Io. can[torem], et R. de Ro[veno] et P. de Vi[leta], canonicos Lausannenses, si supradicta peccunia capitulo accomodaretur. Ibi de assensu canonicorum Lausannensium residencium facta fuit conmutatio de domo quam Io. cantor habebat a capitulo, que fuerat magistri Galteri, et ante eum domini Rogeri, qui fuerat episcopus Lausannensis, et ante eum magistri Richardi, et ante eum magistri Henrici, et ante eum domini Octonis de Crissie, et ante eum domini Emmonis de Sasses, qui eam fecerat pro domo que tunc erat Iacobi de Albona archidiaconi Carnotensis, que ante eum fuerat W[illermi] de Escublens, qui fuerat episcopus Lausannensis, et ante eum Nantelini de Escublens, qui fuerat episcopus Sedunensis[6], qui eam fecerat lapideam, et ante eum domini Emerradi, et de assensu capituli domus archidiaconi Carnotensis debuit esse Io. cantoris Lausannensis, et domus que fuerat magistri Galteri debuit esse Iacobi de Burgo et Rodolfi de Wulflens, et si unus eorum decederet, alter eam in vita sua haberet.

Die sequenti canonici Lausannenses residentes, de assensu absencium et illorum de quibus dixerunt quod debebant vel solebant voccari, dederunt P. de Vileta et W. de Gumuens domum que fuerat domni Uldrici de Vanello, et ante eum domni Umberti de Pont., et ante eum domni P. Bovonis, qui eam fecerat lapideam.

Dederunt etiam W. de Sancto Stephano clerico et domine de Vanello quoddam casale

a) Sallens *ed.* b) audixe *corr.* audisse *c.* c) ap. S. S. *superscr. c.*

1) Warrens, Essertines, Daillens, Bottens. MART. 2) Epaling; Romanel prope Morges; Gressy? MART. 3) Gallice 'poype', collis vel locus ubi castrum aedificatur. 4) Cf. supra p. 786. 5) Sedit tunc Aimo. 6) A. 1198—1203.

sub domo P. de Ollens ad faciendam ibi domum, tali conditione, quod, quando unus eorum deccderet, alii remaneret. 1235.

Dedit etiam capitulum supradictis W. de Sancto Stephano et domine de Vanello id quod dominus Uldricus de Vanello solebat habere a capitulo ad censum, tali conditione, quod, si unus decederet, alii remaneret. *f. 128.

Fuit etiam eadem die in capitulo statutum, quod canonicus domum quam haberet supra casale capituli posset dare, vendere vel invadiare vel mutuare canonico sine assensu capituli, non tamen alii nisi canonico.

Eodem anno fuit infinita multitudo vesparum, quantam numquam aliquis viderat ante.

Fuit etiam combusta domus C. prepositi Lau. com monasterio et ecclesiis Lau. et capellis et tota civitate et villa. Domus supradicta fuerat ante prepositum immediate domini Reimundi de Fonz, et ante eum Uldrici, fratris sui, thesaurarii, qui eam fecerat. Fuerat autem data dicto C. de Estavaiel preposito Lau. anno ab incarnatione Domini 1203; qui, scilicet C. prepositus, espenderat in ea melioranda et reedificanda circa 120 l. usque ad supradictum ignem, et in igne perdidit preter domum valens circa 80 l. Extunc espendit in ea reedificanda . . . . .[a]

Discordia orta fuit inter capitulum Laus. et domum Sancti Marii, quia quidam canonici Sancti Marii iverant predicare pro cooperienda ecclesia sancti Marii, que combusta fuerat com ceteris ecclesiis Lausann., et duxerant secom predicatores, qui predicaverant ex parte Beate Marie Laus. et portaverant ymaginem beate Marie et receperant[b] vota et tuallas que debebantur Beate Marie et inde damnum intulerant operi Beate Marie, quod eius predicatores nesciebant estimare. Dicta discordia taliter fuit pacificata, quod domus Sancti Marii reddidit Beate Marie quartam partem eorum que ei *fuerant allata, et canonici qui iverant predicare, scilicet Uldricus de Warens et P. de Bussens et Albertus connomine Abbas debent exire de domo Sancti Marii et non debent redire usque ad circomcisionem proximo venturam, nec extunc usque in annum. In domo religiosa potest eis providere domus Sancti Marii, alibi vero non. Quilibet de ceteris canonicis, quia non corexerunt crimen quando sciverunt, debet legere 1 psalterium qualibet septimana usque ad pasca. Promiserunt etiam omnes, quod non irent de cetero predicare sine licencia capituli Laus. et etiam tunc non portabunt ymaginem de beata Maria nec predicabunt ex parte beate Marie nec recipient eius vota nec eius tuallas, et super hiis dabunt capitulo literas suas apertas com sigillis prioris et conventus. Etiam promiserunt, quod quando predicabunt dicent, quod eorum ecclesia est in onore beati Marii confessoris prioratus quidam, ecclesia vero catedralis est in onore beate Marie virginis, nec credat aliquis propter similitudinem nominis Marie et Marii, quod ipsi predicent ad opus Beate Marie. Ac[tum] in capitulo anno ab incarnatione Domini 1236, mense Novembri. Interfuerunt C. prepositus, W. thes[aurarius], G. sa[crista], C. de Fonz, N. de Cha[vornai], Io. suc[centor], Ame[deus], P. de Vi[leta], R. de Ro[veno], R. de Wul[flens], U. Da[piferi], P. de Fru[encia], G. de Bur[go], Hen. de Fru[encia], W. de Gu[moens], Ia. de Gral[lie], Ia. de Bur[go] ce[lerarius], P. de Sancto Mar[tino], can[onici] Laus., et W. prior, Giroldus de Bettens, Amico, Uldricus et Umbertus de Warens, Iacobus de Tierrens, P. de Bussens, Albertus connomine Abbas, canonici Sancti Marii. *f. 128'. 1236. *f. 130.

Anno[c] ab incarnatione Domini 1239, tercio Non. Iunii fuit eclipsis solis. Eodem anno quarto decimo Kal. Octobris[d] fuit terremotus. Eodem anno 9. Kal. Octobris venit dominus B. episcopus Lausannensis a Romana curia. Et[e] resignaverat in manu domini Gregorii pape; qui misit litteras resignationis capitulo Lausannensi in vigilia sancti Dyonisii. *f. 135'. 1239. Oct. 8.

III. CONONIS GESTA EPISCOPORUM LAUSANNENSIUM.

Anno ab incarnatione Domini 1235, quia liber quidam domini episcopi Lausannensis fuit *perditus, in quo quedam carte episcoporum Lausannensium erant scripte antique, et etiam regum et imperatorum et quorundam aliorum Christi fidelium, Cono prepositus Lau- *f. 5.

a) *spatium vacat.* b) reperant *c.* c) *manu librarii.* d) Sept. *corr.* Octobr. *c.* e) *post add. c.*

sannensis, dolens si omnia que in dicto libro scripta erant caderent a memoria, quedam, sicut in eo scripta invenit et in quibusdam aliis libris et kalendario Beate Marie Lausannensis et in quibusdam cronicis, redegit in scriptis ad memoriam futurorum, et etiam quedam que ab honestis viris fide dignis audivit.

Ann Laus. 1. Invenit enim ita scriptum in quodam libro Beate Marie Lausannensis: Felix[1], quem dicunt Granvelensem[a], et uxor sua Ermendrudis[b] construxerunt monasterium in loco Balmensi[2] in honore sancte Dei genitricis Marie, anno 14. Clodovei regis, laudante Prothasio Aventicensi vel Lausannensi episcopo, anno Domini 501. Obiit Clodoveus rex anno Domini 517, residente Rome papa Agapito[3]. Nichil tamen aliud scriptum de dicto beato Prothasio potuit invenire. Audivit tamen a pluribus antiquis sacerdotibus et fide dignis, quod idem beatus Prothasius fuit de Venesia oriundus et adhuc ibi eius vita scripta posset inveniri. Cum autem aliquamdiu sedisset in episcopatu Lausannensi, ivit in Iuri, que est super villam que dicitur Bieri[4], pro abscidendis lignis ad reedificandam ecclesiam Lausannensem, et ibi diem clausit extremum, et fuit super ramum unum a monte adductus usque ad planum, ad locum qui dicitur Birula[5], quia ibi facta fuit ei quedam parva bieri, quod Latine dicitur feretrum, super quod fuit portatus usque ad villam que dicitur Bieri. quia factum fuit ei ibi unum maius feretrum quod in vulgari dicitur bieri, et ideo illa villa dicitur Bieri; et inde fuit adportatus usque ad villam que modo dicitur Sanctus Prothasius[6], que tunc dicebatur Basuges, et fuit positus in ecclesia que dedicata erat in honore beate Marie; et quando illi qui eum portabant voluerunt eum inde adportare apud Lausann., non potuerunt eum inde movere; et sepelierunt eum ibi in ecclesia ante cancellum in navi; et factum fuit super eum quoddam altare in honore eius; et est eius festum 8. Idus Novembris; quod tamen non fuit celebratum Lausanne usque ad annum ab incarnatione Domini 1234. Tunc[7] statuerunt dominus Bonefacius episcopus et capitulum supradicti beati Prothasii confessoris ⌈memoriam[c]⌉ fieri, et celebraretur ad 9 lectiones Lausann. 8. Idus Novembris, et debent tunc distribui canonicis presentibus in matutinis 10 solidi, quos debet Iohannes magister operis Lausannensis vel heres suus in vigilia beati Prothasii annuatim pro feodo, quod fecit sibi capitulum apud Sanctum Prothasium.

2. Post beatum Prothasium fuit episcopus Lausannensis beatus Chilmesigelus[d], cuius corpus honorifice iacet cum corpore beati Marii Lausannensis episcopi Lausanne in ecclesia beati Marii, que quondam dicebatur beati Thyrsi[8]; de quo ita scriptum invenitur in quodam libro Beate Marie Lausannensis: Anno[9] 11.[e] Clotarii regis et tempore Chilmegesili Aventicensis vel Lausannensis episcopi Ermendrudis construxit monasterium Balmense, anno Domini 532.

3. Post illum fuit episcopus beatus Marius. De quo ita scriptum invenitur in veteri regula Lausannensi et nova: *Anno Domini* 601. *Marius Aventicensis seu Lausannensis episcopus obiit*[10]. *Suscepit autem episcopatum anno ab incarnatione Domini* 581, *et tenuit annis* 20, *mensibus octo, et vixit annis* 64. *Idem servus Christi Marius episcopus in honore sancte Marie genitricis Domini templum et villam Paterniacam*[11] *in solo construxit proprio dedicavitque sub die* 8. *Kalend. Iulii, indicione* 5, *episcopatus vero sui anno* 14, *regnante donno Guntrando rege. Eodem anno quo obiit sanctus Marius obiit et Guntrandus rex*[12]. *Childebertus*[12], *nepos eius, regnavit**.

*) *in marg. post add.:* In pago Awenticense seu Lausannense beati Marii tempore sanctus Guntrannus rex Francorum et Burgundionum dedit sancto Sigoni[13] speluncam que dicitur Balmeta, sitam prope ecclesiam sancti Desiderii[14], cum terminis in cartulario Beate Marie determinatis. Dedit etiam ad eundem locum in Ornie[15] mansos tres, aput Daliens mansos 5, aput Ollens mansos 8, in Tolochina mansos 4, in Radiniaco mansos 2, in Romanel mansum 1, in Aples

a) Gramnelenum *Ann. Laus.* b) Ermendudis *corr.* Ermendrudis *c.* c) *deest c.* d) *e corr. eiusdem manus.* e) 15. *A. L.*

1) Haec ad verbum sumta sunt ex Ann. Laus. l. l. 2) Febren-Balm Baumes) prope Iverdun. 3) Haec inter se minime convenire constat; neque Prothasius Clodovei I. tempore vixit; Schmitt I, p. 213 sqq.; Forel, Reg. 38. 4) Bière. 5) Berolles. 6) St. Prex. 7) Cf. eadem supra p. 791. inter notas Cononis et aliam eius rei notam Mém. VI, p. 273. 8) De qua cf. Schmitt I, p. 195. 9) Ann. Laus. l. l. Haec in saec. VII. collocanda esse, statuit Schmitt p. 221. 10) Ita etiam Ann. Laus. l. l. Sed haec et sequentia ex alio libro, quem regulam dicit Lausannensem, auctor sumsisse videtur; cf. n.*. 11) Peterlingen. 12) Ita Ann. Flavin., qui Lausannae continuati sunt. 13) De quo nihil constat. De sancto Sequano cogitat Schmitt I, p. 182. 14) Beaumette de St. Loup, prope Serratam (la Sarraz). MAT. Postea S. Mariae Lausannensi datam; v. chartam Ludovici Pii, Mém. VI, p. 238. 15) Orny, Daillens, Oulens, Tolochenaz, Ranges, Romanel, Apples.

Epytaphium beati Marii tale est:

Mors infesta ruens quanvis ex lege parentis
Moribus instructis[a] nulla nocere potest.
Hoc ergo Marii tumulantur membra sepulcro,
Summi pontificis, cui fuit alma fides.
Clericus officio, primevis tonsus ab annis,
Milicia exacta, dux gregis egit oves.
Nobilitas generis radians et origo refulgens,
De fructu meriti nobiliora tenet,
Ecclesie ornatus vasis fabricando sacratis,
*Et manibus propriis *predia iusta colens.* *f. 5'.
Iusticie cultor, civium fidissima virtus,
Norma sacerdotum, pontificumque decus,
Cura propinquorum, iusto bonus arbiter actu,
Promptus in obsequiis corpore casto Dei.
Humanis dapibus fixo moderamine fultus,
Pascendo inopes se bene pavit ope,
Ieiunando cibans alios, sibi parcus edendo,
Horrea composuit quo modo pastor abit.
Pervigil in studiis Domini[b] exorando fidelis,
Nunc habet inde requiem, unde caro fessa fuit[c].
Quem pietate patrem, dulcedinis arma tuentem,
Amissis terris, credimus esse polis.

De terris, campis, condeminis, quas beatus Marius donavit dicto templo Paterniacensi, habet capitulum Lausannense decimam aput Paterniacum[1] et Corsales[2] et Dompeirro, sicut habet in ceteris curiis episcopus Lausannensis in condeminis et vineis indominicatis. Apud Paterniacum tamen, sicut dici audivi, monachi partem decime ei aubstulerunt et domini de Montanie[3] apud Corsales et Donnum-Petrum. Idem* sanctus Marius, sicut ab antiquis audivi, oriundus fuit de episcopatu Eduensi sive Augustudunensi[d], nobilis genere sed nobilior moribus, ubi adhuc eius vita scripta esse dicitur; et dedit capitulo Lausannensi terram de alodio suo in quadam villa prope Divionem que dicitur Marcennai; quam terram tenuit capitulum circa 724 annos, scilicet usque ad tempora Guidonis de Marlaniaco, qui tenuit episcopatum Lausannensem per 8 annos; de quo dicitur, quod maritavit quandam neptem suam cuidam militi; sed antequam mariagium, quod ei episcopus promiserat, fuisset persolutum, dictus G[uido] episcopus fuit depositus. Miles vero terram quam capitulum habebat apud Marcennai, aubstulit capitulo pro pecunia quam ei promiserat dictus G[uido] episcopus Lausannensis pro nepte sua. Dictus vero prepositus** Lausannensis et capitulum mise-

mansos 2. Acta aput Chalun civitatem in atrio Sancti Marcelli martyris, 12. Kalend. Martii anno Domini 600[4], regnante Guntranno rege feliciter anno 5. — De sancto Guntranno in martirologio Beate Marie Lausannensis, quod vocatur regula, ita scriptum invenitur: 5. *Kalend. Aprilis aput urbem Cabilonensium depositio Guntranni regis Francorum, viri religiosi, qui ita se spiritualibus actionibus mancipavit, ut, relictis seculi pompis, thesauros suos ecclesiis et pauperibus erogaret. Eo anno quo obiit beatus Marius obiit et rex Guntrannus.* Regnavit autem annis 26.

*) *Eadem f. 13. libri leguntur:* C. prepositus Lausannensis audivit ab antiquis fide dignis, qui audierant a predecessoribus suis, quod beatus Marius Lausannensis episcopus fuit natus de episcopatu Eduensi de nobili genere, et invenit in cartulariis Beate Marie Lausann., quod [beatus[e] Marius] suscepit episcopatum Laus. anno ab incarnatione Domini 581. et tenuit annis 20, mensibus 8, et vixit annis 63. Audivit eciam idem C. prepositus a supradictis, quod idem sanctus Marius dedit capitulo Laus. alodium suum in villa que dicitur de Marcennai prope Divionem *etc.*

**) C. prepositus misit *l. l.*

a) instructus *c*; instructo *prop. Haureau, Gall. chr. XV, p.* 328. b) Dominum? c) Nunc habet ind requiem und c. f. f. *pronuntiandum esse, censet Haureau l. l.* d) Augustudinensi *eadem manu corr.* Augustudunensi *c.* e) *in marg. c.*

1) Cf. Mém. p. 309: *Hec est terra in qua capitulum Laus. percipit decimam in territorio de Paterniaco.* 2) Corcelles, Dompierre prope Peterlingen. 3) Montagny. 4) Quo anno Guntramnus rex mortuus erat; neque eius tempore annos incarnationis notatos esse, satis constat.

runt illuc Raymundum de Willens canonicum Lausannensem, ut inquireret de supradictis; et invenit aput Marcenay per famam quod et Lausanne dicebatur. Post hec miserunt illuc dominum Paris de Templo canonicum Lausannensem, et ut idem inquireret, et invenit, et fecit sicut scriptum est in cartulario supradicti C. prepositi Lausannensis.

4. Extunc per 200 fere annos nichil supradictus C. prepositus Lausannensis potuit invenire neque per scripta neque per famam de episcopis Lausannensibus, nisi quod aput Aventicam, ubi sedes episcopalis primo fuit, dicebatur, quod et specialiter dicebat quidam honestus laicus senex Matheus nomine, qui[a] viderat 7 episcopos Lausannenses, quod in ecclesia beati Symphoriani aput Aventicam ista sedes episcopalis fuisse dicebatur, et perhibebantur viginti duo episcopi tumulati fuisse, et multa miracula ibi fecerat Dominus; et ipse audierat, quod quedam mulier sedebat[b] super tumbam unius, et camisia sua cepit ardere super eam, quamvis in illa tumba aqua sepe soleat esse.

5. Tempore Karoli fuit Udalricus episcopus.

Tempore Ludovici imperatoris, filii Karoli Magni, fuit quidam Fredarius episcopus Lausannensis anno ab incarnatione Domini 815; sed non inveni, quam diu. Inveni etiam in cronicis et antiquo kartulario et veteri regula et nova ea que sequuntur: *David Lausannensis episcopus ordinatus est anno ab incarnatione Domini* 827[1], *et tenuit episcopatum* 24 *annis, et fuit interfectus.* Audivi a Conone sacerdote de Anes[2], quod David episcopus interfectus fuit a domino de Tegerfelt[3] — quod est iuxta Rifelt — et suis in villa de Anes, iuxta rivum qui currit per villam, iuxta quendam grossum lapidem, in quo sanguis apparuit per multos annos; et quidam homines dicti episcopi ipsum prodiderunt, unde et villa unde ipsi erant adhuc vocatur Treitun[4].

Epythaphium David Lausannensis episcopi:

Hoc tumulo tegitur crudeli morte peremptus[c]
Antistes quondam Lausanne nomine David,
Qui proprium perimens hominem, iugulatur et ipse
Nam pacis studio dum neutri federa servat,
Occurrunt sibimet, stipantibus undique turmis,
Impulsu rapido, et nimio fervente tumultu,
Confligunt gladiis pariterque in morte[d] *evertunt.*
Tunc igitur stagno exanguis pigraque palude
Effertur modico peregrina ad littora limbo.
*f. 6 *Heu! laniata* * *rigent gelida sub glarea membra,*
Nempe tua, tristis lapsus, miserande sacerdos[e],
Inprovidi exicii exemplo memorandus in evum.
Ultro precipitis properans ad pocula mortis,
Infula commaculat cuius violata decorem,
Ecclesie sanctus iugulis dum carpitur ordo.
O domini, o fratres, pariter genus omne piorum,
Etas, conditio, sexus succurrite cuncti,
Quippe eius animam haut[f] *thartarus igneus urat,*
Quin pocius Dominus rutila pietate benignus
Exceptum flammis celi regione receptet!

6. Armannus[5] Lausannensis episcopus fuit ordinatus die dominica 2. Nonas Marcii[6], 852. luna 25, anno ab incarnatione Domini 851, et tenuit episcopatum 28 annis.

Epytaphium Armanni episcopi:

Hoc iacet in tumulo Armanni corpus fidelis,
Qui fuit antistes clemens Lausonnis in urbe,
Artibus omnigenis conversus, pectore largus,
Doctor doctilegus, doctorum dogmate doctus,

a) quidam *corr.* qui *c.* b) sederat *corr.* sedebat *c.* c) perhemptus, *deleto* h *c.* d) *locus corruptus videtur; fortasse legendum:* se evertunt. e) *bis scriptum erat, sed alterum deletum.* f) auth thatarus *c.*

1) Cf. supra Ann. p. 779. 2) Anet. 3) Degerfelden in pago Aargau; Rheinfelden. 4) Treiten prope Ins. MAT. De voce Gallica 'traitre' auctor cogitasse videtur. 5) Hartmannus in chartis a. 856. et 862. memoratur, Mém. VI, p. 201. 203. 6) Ita a. 858, luna 24.

Clemens et castus, sollers et valde modestus.
Destructis omnibus his locis hicque mutavit
In melius, ut vos videtis in visibus vestris.
Ergo vigens tumulum quicumque aspexeris istum,
Funde preces Domino pro hoc antistite summo:
Donet ei Dominus requiem sine fine perhennem,
Et lux perpetui splendoris fulgeat ipsi,
Altipotens Dominus, qui mundum continet omnem!

Eius facta plurima scripta erant in veteri kartulario et David predecessoris sui *

7. Ieronimus episcopus fuit ordinatus anno ab incarnatione Domini 881, tercio anno post decessum Harmanni predecessoris sui, et tenuit episcopatum 12 annis. Eius facta plurima et bona erant scripta in kartulario. (cf. Ann. Laus.)

Boso Lausannensis episcopus electus est anno ab incarnatione Domini 892, et fuit ordinatus in Salodoro 2. Nonas Decembris[1], et tenuit episcopatum 35 annis; quo modo fuit electus et quedam facta valde bona scripta erant in kartulario supradicto. Fuit autem comprehensus[2] in villa Ransoldingis anno ab incarnatione Domini 912. (cf. ibid.) (ibid.)

Libo Lausannensis episcopus ordinatus est anno ab incarnacione Domini 927, et tenuit episcopatum quinque annis[3]. Eius facta scripta erant in kartulario supradicto.

Bero Lausannensis episcopus ordinatus est anno ab incarnatione Domini 932[4], et tenuit episcopatum 16 annis. Eius facta erant scripta in kartulario supradicto.

Magnerius[5] Lausannensis episcopus ordinatus est anno ab incarnatione Domini 947, et tenuit episcopatum 21 annis. Eius facta scripta erant in kartulario supradicto.

Eginolfus[6] Lausannensis episcopus ordinatus est anno ab incarnatione Domini 968, et tenuit episcopatum 18 annis. Eius facta scripta erant in kartulario supradicto[7]. Et fuit filius comitis de Kibor[8].

8. Henricus Lausannensis episcopus ordinatus est anno ab incarnatione Domini 985, et tenuit episcopatum 35 annis, et finivit vitam martyrio; et miror de tanto sancto viro, qui fundator fuit ecclesiarum Lausannensium et martyr fuit et a domino Leone papa pallium habuit[9], sicut predecessores sui habuerant, et comitatum Waldense acquisivit a domino imperatore Henrico[10], [quod[a]] nec in scriptis potui invenire, nec per famam, unde fuit oriundus, vel qui fuerunt qui eum occiderunt, vel quare, nec vindictam de eius morte, cum occisus fuerit tempore Rodulfi regis Burgundie, boni viri; cum Hugo[b], filius dicti regis, statim post eum susceperit episcopatum. Hoc solum tamen de eo audivi, quod in 5 ecclesiis Lausannensibus, scilicet in ecclesia beati Petri, beati Pauli, beati Stephani, beati Laurencii, beati Tyrsi, que nunc dicitur beati Marii, fecerit sepeliri unum de bonis amicis suis, et super quemlibet posuit unum magnum lapidem *Et se precepit sepeliri in ecclesia cathedrali, ubi adhuc iacet in navi ante crucifixum. Cuius epythaphium tale est: (*f. 8'.) (1020?)

Que solet ex rebus conceptos prodere sensus,
Vox ubi nulla sonat, littera stare rogat,
Nil tibi dicendo manifestat muta docendo,
Quid tibi scriptoris pandere cura velit:
Clauduntur petris Henrici membra sub istis,
Istius sancte presulis ecclesie;

*) *Alia manu post add.:* Et fuit helemosinarius Sancti Bernardi montis Iovis.

a) *del. c.* b) Huo *c.*

1) Cf. de eius electione notam infra p. 805. Gestis insertam. 2) Bona Bosoni ablata ecclesiae Lausannensi restituit Rudolfus III. a. 998; Hidber, Reg. 1177. 3) V. infra l. l. chartam, qua electio a rege Rudolfo II. confirmatur. 4) Cf. de eius ordinatione notam N. Arch. III, p. 195. editam. 5) Meinarius vel Magninarius in ipsius charta, Mém. VI, p. 94, Meginharius ib. p. 96, Manerius in traditionis notis, ib. p. 3. 4. 6) Modo ita, modo Egilolfus (Mém. p. 4. 5) dicitur. 7) De donatione a. 982. monasterio Sangallensi facta v. narrationem in 'Mittheilungen zur vaterl. Gesch.' XI (Sancti Galli 1869), p. 18 (antea impressam ap. Neugart, Cod. dipl. Alem. I, p. 626; Gall. chr. XV. Instr. p. 133). 8) Kiburg; cuius nomen nescitur. 9) Haec ad Heinricum II. pertinere, recte Forel 205 (p. 58) statuisse videtur; cf. 341, p. 92; Gall. chr. XV, p. 340. 10) iam a rege Rudolfo; Mém. VII, p. 1 (Forel 269; Hidber 1237); neque Heinrici confirmatio exstat.

Quam quia construxit, docto moderamine rexit,
Cum clero populum conciliando suum.
Pro quo commotus devoto pectore totus,
Frater, posce Deum, solvat ut ipse reum!

Item de eodem:

Omne sequens esse, quod primum tendit adesse,
Esse petit simplex, esse novando duplex.
Sic pater Henricus, Patris omnipotentis amicus,
sichen
ΨΙΚΗΝ *dando polo, reddidit ossa solo.*
Cuius preteritam qui vult cognoscere vitam,
Percurrat breviter carminis huius iter.
Condidit hanc sedem, post sedem condidit edem,
Quasque vides alias condidit ecclesias.
Addidit et clerum, cleri quoque commoda rerum.
Per varias species, quod probat ista dies,
Omni poscenti voto subvenit aventi.
Tandem nec vacuum reddidit exiguum;
Commissumque gregem, commissam de grege legem
Ut doctor docuit, ut docilis tenuit.
Virtutis cultor, vicii sevissimus ultor,
Omnibus hostibilis, Melchisedech similis,
Per Christum tutus, Christum per cuncta secutus,
Quod primum tenuit, posterius docuit.
Set mens pravorum, menti non equa bonorum,
Mortis adesse reum testificatur eum.
A quorum turbis, turbatis menibus urbis,
Queritur et capitur, pellitur et trahitur.
Dum quarto pirgo nupsisset spicea virgo[1],
Suscepit tumulus quem canit hic titulus.
Pro cuius voto dic, lector, pectore toto:
Det tibi perpetuam Perpetuus veniam!

Item:

Omnis in orbe satus limoque parente creatus
Carnea more suo membra resolvit humo.
Sic pater Henricus, Patris omnipotentis amicus,
Sancta sepulture hic dedit ossa sue;
Quem probitas mentis gregibus prefecit alendis
Subiectasque comes quam bene rexit oves.
Sed quia cum stultis non est concordia iustis,
Nolens periuros equiparare suos,
Martyrio vitam superatus tradidit istam,
Quem fecere doli scandere celsa poli.
At qui carpis iter, pietatis care minister,
Stans orato sibi, oret ut ipse tibi!

9. Hugo Lausannensis episcopus, filius regis Rodulfi[2], suscepit episcopatum anno ab incarnatione Domini 1019, et tenuit 19 annis. Obiit autem 2. Kal. Septembris, feria 4, hora 1. Sepultus in choro Lausannensi iuxta regem Rodulfum, patrem suum; et dedit capitulo in helemosinam villas, scilicet[3] Rua in Ogo[a, 4] et Albam-aquam[5] et Crans, que est in episcopatu Gebennensi. De quo dicitur, quod ipse[6], convocatis archiepiscopis Viennense et

a) Ruaingogo, *deleta prima littera g c.*

1) Quod ita interpretatus est Schmitt p. 331: quarto die postquam sol virginis signum intravit (Augusto mense). Alibi 16. diem Ianuarii indicari, idem monet. Alterum fortasse ad alterum spectat Heinricum. 2) *filius Rodulfi regis unicus*, N. Arch. III, p. 196 (Forel 288 ex Gall. chr. ed. 1, II, p. 628). 3) Cf. notam Mém. VI, p. 5: *in valle Ausorense id est Ogo;* p. 396: *Leges de Alba aqua et de Rota en Ogo* etc., et ita saepius. 4) Riaz. 5) Albeuve, Crans prope Nyon. 6) Treugam hanc post Hugonis mortem, a. fortasse 1041. factam esse, verisimile est; v. Steindorff, 'Heinrich III.' Vol. I, p. 140 sqq.

Bisuntino et eorum suffraganeis in Monte Rotundo [1], qui est sub Lausanna, statuit treugam Dei de mandato domini pape [2], ut dicitur. Cuius treuge statutum tale est: *Treugas autem a 4. feria post occasum solis usque ad secundam post ortum solis et ab adventu*[a] *Domini usque ad octavam epyphanie et a septuagesima usque ad octav. pasche ab omnibus inviolabiliter precipimus observari. Si quis autem treugas frangere attemptaverit, post terciam ammonitionem si non satisfecerit, episcopus excommunicationis sententiam in eum dicet et scriptam vicinis episcopis nunciet. Episcoporum autem nullus excommunicatum in communione suscipiat; immo scripto susceptam sententiam confirmet. Si quis autem hoc violare presumpserit, ordinis sui periculo subiaceat. Et quoniam funiculus triplex difficile rumpitur, precipimus, ut episcopi ad solum Deum et salutem populi habentes respectum, omni cupiditate seposita, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium et auxilium prestent, nec hoc alicuius amore vel odio pretermittant. Quod si quis in hoc opere tepidus inventus fuerit, proprie dampnum dignitatis incurrat.*

Cuius epythaphium tale est:

Omne quod est genitum natura constat, ut ipsum
Principiumque petat, undeque sit redeat.
Sic quoque presul Hugo, qui marmore subiacet isto,
Esse dedit celo ψιxην *et ossa solo.*
Huic dum vita fuit, patriam probitate replevit,
*Confirmando bonos et * cohibendo reos.* *c. 7.
Atque Dei treugam constanti federe sanctam
Primus constituit, cautius ut potuit[3].
Prudens prudentes prudentia facta sequentes
Dilexit nimium quo genitor genitum.
Pauperibus largus fuerat viduisque maritus,
Orbis sive pater, hei mihi! quam breviter
Moribus ipse bonis resplenduit omnibus horis;
Pro quo quisque tuam, Christe, petat veniam!

10. Borcardus [4] Lausannensis episcopus obiit in vigilia natalis Domini; sed non inveni, quoto anno ab incarnatione Domini [5]. Interfectus enim fuit in Saxonia cum domino Henrico imperatore; qui eius tam acceptabile quam fidele servicium respiciens, si quas ecclesie sue res, ut fit, plerumque largius insumpserat et attriverat, ob remedium sue regisque culpe supplevit, et predia et curtes hec[b]: Muratum [6], Lustriacum, Carbarissam, Corsie, Cubizasca [7], Luchinares [8], et quidquid dux Rodulfus [propter[c]] in regem regnumque nefandas presumptiones omni divina et humana[d] lege tam vite quam rerum proscriptus et dampnatus, et quidquid ipse suique infra fluvium Sanona [9] et montem Iovis et pontem Geben. et intra montana Iuri et Alpium habuit, cum omnibus appendiciis in proprium tradidit et tradendo per privilegium suum firmavit [10]. Fuit autem filius comitis Bucconis de Oltudenges [11], vir ferus et bellicosus, et habuit uxorem legitimam, que fecit capellam beati Nycholai et cameram lapideam que est sub ea, et ecclesiam sancti Petri de Martens apud Curtiliam [12]. Nec inveni scriptum, quamdiu tenuit episcopatum. Dedit etiam capitulo Lausannensi in helemosinam terram de Avernie [13] cum hominibus supra manentibus. Cuius epithaphium tale est: 1089 Dec. 24.

Burchardus[e] *vita presul migravit ab ista,*
Quem Deus angelicis associet famulis!
Hunc in Saxoniam rex secum duxit, ut illam
Vinceret, ac rediit victus, et hic cecidit.
Non fuit ornatus, quia non fuit hic tumulatus.
Si foret hic tumulus, plus caneret titulus.

a) aventu *c.* b) hac *c.* c) *deest c.* d) humane *c.* e) Buch. *c.*

1) Mont-Riond; collis inter Lausannam et lacum situs. MAT. 2) Benedicti IX, ut videtur. 3) Haec, epitaphium post factum esse, arguere videntur. 4) Heinricus II. episcopus omissus est; de quo retulit Wipo c. 39; cf. eius iuramentum N. Arch. III, p. 198. V. Schmitt p. 343 sqq. 5) Cf. N. Arch. l. l. p. 197. 6) Murten, Lutry, Chexbres (Corbeyries prope Aigle. MAT.), Corsier. 7) Cugy, Hidber nr. 1412; Cully, Schmitt; Chexbres, Matile. 8) Lugnorre? 9) Saane. 10) V. chartam Heinrici, Mém. VII, p. 3 (Stumpf 2815). 11) Oltingen; cuius chartam a. 1055. v. Mém. VI, p. 209. 12) Curtilles, non longe a Moudon. MAT. 13) Avernach (Auvernier). Cf. Anniv. f. 131 (Mém. VI, p. 633): 10. *Kal. Ianuarii pro anniversario Burchardi episcopi* 15 *s. super terra et hominibus de Avarnie et Rosei.*

Concessit autem Cononi comiti de Oltudenges, fratri suo, curias de Resuldens[1] et de Losnorro et quedam alia; et alienavit pro servicio imperatoris 11 curias in episcopatu Constanciensi. Eius tempore factus fuit murus circa Aventicam.

11. Lambertus vero, filius Lamberti comitis de Granzun[2], fuit episcopus post eum[3]; set non inveni, quando fuit ordinatus vel quamdiu tenuit episcopatum; set in privilegio domini Eugenii pape continetur, quod Lambertus a Guiberto heresiarcha ordinatus, Lausannensi ecclesie utcumque prefuit, et idem donationes de rebus ecclesie ab ipso factas irritas esse censuit et evacuavit[4]. Inveni etiam in privilegio domini Henrici imperatoris ita[5]: *Constat enim et certum est, quod Lambertus, qui Lausannensem ecclesiam male invasit, peius obtinuit et iuratam nobis fidem penitus violavit, res eiusdem ecclesie omnino dissipavit, perverse distribuit et que illicite possidebat illicite quibus voluit donavit, et tandem, malorum actuum suorum tedio affectus, recognoscens, se prave egisse et in Deum et ecclesiam graviter deliquisse, vel sero penitencia ductus, episcopatum penitus resignavit.* Audivi etiam per famam, quod ipse solus per portam sancti Marii exivit et numquam postea ab aliquo de Lausanna visus fuit. Quidam dixerunt, quod subiit heremum; alii dixerunt, quod a diabolo raptus fuit. Prestavit autem Walchero, nepoti suo, domino de Blonai[6], Viveis et curiam de Corsie et alia multa.

c. 1100. 12. Cono, filius Uldrici comitis de Fenis[7], fuit electus Lausanne post Lambertum; set quoto anno ab incarnatione, vel quamdiu vixit, non legi. Set ipse fundavit in patrimonio suo abbaciam Erlacensem[8], et dum faceret ecclesiam, sublatus fuit de medio. Et Borcardus, frater suus, episcopus Basiliensis, qui faciebat castrum de Cerlie, perfecit ecclesiam pro fratre suo. Inveni autem in kalendario Lausannensi: *Obiit Cono electus noster 14. Kal. Ianuarii et fuit sepultus in abbacia Erlacensi ante crucifixum.*

1107? 13. Giroldus[9], filius W. Sapientis de Funcinie[10], suscepit episcopatum Lausannensem post Cononem; set quoto anno ab incarnatione Domini, vel quamdiu eum tenuit, non legi. Set dedit capitulo domos canonicorum decedencium, quas episcopi donare solebant; nec
*f. 7. audivi, quod alienaverit aliquid, nisi quod pedagium quinte ferie apud *Lausannam domino de Fucinie, nepoti suo, infeodavit. Morabatur autem libenter apud Sanctum Symphorianum[11].
c. 1129. Obiit autem Kalend. Iulii et fuit sepultus aput Lustriacum[12] in capitulo Kal. Iulii.

14. Commemoratio Guidonis de Marlaniaco est 10. Kal. Augusti[13]. Guido de Marlaniaco[14] fuit episcopus Lausannensis post Giroldum; set non legi, quoto anno ab incarnatione. Audivi tamen, quod tenuit episcopatum annis 8, et vidimus privilegium quod ei dominus Innocencius papa contulit Pisis[15], in quo ita continetur: *Quia vero aput castrum Clees*[16] *viatores actenus sepe disturbati esse noscuntur, fraternitati tue mandamus, quatinus ipsum reedificari ulterius non permittas, set pocius, si quis illud reedificare presumpserit, in eum excommunicationis sententiam perferas.* Et in alio privilegio[16] eiusdem Innocencii clero et populo misso Lausannensi pro eodem Guidone episcopo continetur: *Venerabilem fratrem nostrum Guidonem, episcopum vestrum, debita benignitate suscepimus, et suis petitionibus accommodantes assensum, personam eius pallei genio decoravimus* et cet. Legi etiam alibi de eo: *Giroldo successit Guido de Marlanie; quo expulso propter enormitates et incontinentiam suam, successit ei Amedeus* et cet. Habuit etiam privilegium.

1145. 15. Amedeus, oriundus de castro quod dicitur Chasta[17] prope Sanctum Antonium, successit Guidoni, vir nobilis genere et moribus, speciosus forma, religiosus monacus Clare-

1) Ressudens, Lugnorre. 2) Grandson. 3) Iuramentum eius v. l. l. p. 198. 4) V. de hac Eugenii charta Hidber 1844 (II, p. 24). 5) Hoc deperditum esse videtur; cf. de Lamberto diploma Conradi III, Mém. VII, p. 13 (Stumpf 3491). 6) Blonay; Vevey; Corsier. — Galcherus de Blonai, filius, ut videtur, vel nepos, memoratur Mém. VI, p. 657. et 501. 7) Viculus et vetus castrum hodie Hasenburg dictum prope Erlach. MAT. — Vinelz (Fenil); idem comes Novicastri, Schmitt p. 375. 8) Erlach (Cerlier); quam abbatiam a Conone fundatam esse, confirmat charta Rogeri episcopi, Hidber 2369. 9) Geraudus in eius sacramento dicitur; N. Arch. III, p. 196; Gerardus in charta Mém. XIX, p. 555. et alibi. 10) Faucigny. 11) S. Saphorin. 12) Lutry. 13) Haec in anniversariis frustra quaeras. 14) Merlen; cf. Gremaud ap. Schmitt p. 389 n. 15) Hae Innocentii chartae deperditae esse videntur; sed aliam, a. 1139, qua possessiones ecclesiae Guidoni confirmat, v. Forel 486; Hidber 1728. 16) Castrum prope S. Antonium, le Châtelard. MAT. 17) Chaste in Delphinatu; pater dominus Altae-ripae (Hauterive) dicitur in Vita coaeva, cuius fragmenta edidit Henrique, Ann. Cisterc. I, p. 103 sqq. Eadem familia est quae postea de Clermont-Tonnerre appellatur, Schmitt p. 396. Cf. etiam Geneal. apud Bouquet cont. XIV, p. 9: *Quaedam soror Ertaldi* (de Mascuns) *Amadeo de Altaripa peperit Amedeum Lausannensem episcopum.*

vallis, abbas de Alta-cumba[1]; et preter cetera que prudenter in ecclesia Lausannensi fecit, comitem Gebennensem Amedeum[2], qui Lausannensi ecclesie et civitati incombens, domum muratam, immo turrim, in eminentiori urbis loco ad expugnandam ipsam urbem construere volebat, prudenter expellens, ipsum qui eam construxerat a fundamento destruere et diruere coegit. Hic dominus Amedeus, sicut per famam audivi, natus fuit in festo beate Agnetis, Ian. 21. et applicatus litteris in festo beate Agnetis, et factus monacus in festo beate Agnetis, et abbas in festo beate Agnetis, et episcopus in festo beate Agnetis, et dedit capitulo ecclesiam de Ursins[3], precipiens, quod festum beate Agnetis fieret duplum. Hic libenter morabatur aput Povedor[4], prope abbaciam de Alto-Crest. Habuit etiam privilegium domini Eugenii pape[5], in quo ei confirmat que tempore Borcardi predecessoris eius ab Henrico imperatore Lausannensi ecclesie sunt collata, et in eius tempore a Conrado illustri Romanorum rege scripti sui robore confirmata[6], et cum sepedictis curiis potestatem de Puliaco[7] et de Chebres cum appendiciis. Preterea omnes donationes a Lamberto, qui a Giberto heresiarcha ordinatus Lausannensi ecclesie utcumque prefuit, de rebus ipsius ecclesie factas censuit esse irritas et ipsas evacuavit. Dedit etiam idem Amedeus episcopus capitulo ecclesias de Yvonant[8] et illam de Crissie ante Belmunt ad anniversarium suum faciendum; et tenuit episcopatum 14 annis; et audivi, quod non celebravit divorcia nisi 4. Et cum ei consulerent phisici, quod propter quandam infirmitatem quam paciebatur cognosceret mulieres, respondit, quod nunquam intraret illuc unde exierat. Fecit etiam sermones de beata Maria, qui leguntur in sabbatis ad matutinas. Et quamvis hoc nemo scire poterat, quedam soror sua sanctimonialis mandavit ei, quod sibi mitteret illud iocundum quod ipse fecerat de beata virgine; et ipse misit ei dictos sermones. Ipse vero sorori mandavit, quod ei mitteret partem de illo iocundo quod ei beata virgo dederat; et ipsa misit ei unam cirotecam laneam, que reposita est cum reliquiis beate Marie; quam et ego vidi. De qua pulcherrimum miraculum audivi recitari. Obiit autem Amedeus Lausannensis episcopus, nobi- 1159. lis valde animo et genere, in palacio Lausannensi 6. Kal. Septembris, et dedit Beate Marie Aug. 27. optimum anulum aureum, continentem saphirum pulcherrimum et grossum, cum quo precepit quod episcopi celebrarent in ecclesia beate Marie, et precepit, ne de ecclesia extraheretur. Fuit autem supradictus sanctus homo sepultus in navi ecclesie beate Marie iuxta Henricum episcopum ante crucifixum. Et cum iaceret in palacio in extremis[a], coram clero et populo omnes absolvit quos *excommunicaverat preter Umbertum dominum de Albona[9], *f 8 cui diem assignavit in die iudicii super iniuriis quas ipse faciebat ecclesie aput Sanctum Liberium[10].

16. Landricus de Durnac[11], decanus Sancti Iohannis Bisuntini, suscepit episcopatum Lausannensem post Amedeum, et multa bona fecit ecclesie, et edificavit castrum de Loucens[12] in pace, et semper laboravit pro pace tocius episcopatus, et fecit murum in civitate Lausannensi super Covalou[13], et fecit murum et turrim in castro de Curtilia, et fecit castrum de Poedour[14] et turrim in Ripa Lausannensi, et libenter erat aput Curtiliam, et libenter exercebat agriculturam, et capitulo reddidit ecclesiam de Sisilli[15], et etiam aliquas recuperavit et acquisivit possessiones; et tenuit episcopatum per 19 annos. Tandem accusatus aput dominum papam de incontinencia et insufficiencia nimia, in manu domini pape resigna- 1177/78. vit[16], et postea diu vixit. Obiit autem Lausanne 7. Idus Decembris, et fuit sepultus ante[b] Dec. 7. capitulum.

17. Rogerus suscepit episcopatum Lausannensem post Landricum, et fuit natus in Tuscia[c] de castro quod dicitur Vicus Pisanus, nobilis genere et moribus, subdiaconus domini pape et legatus in archiepiscopatu Bisuntinensi, homo honestus et litteratus et valde mise-

a) extremeis *corr.* extremis *c.* b) in *corr.* ante *c.* c) Tulcia *c.*

1) Hautcombe, dioecesis Genevensis; cf. Vitam patris l. l. p. 171 (integram alii collectionis volumini inserendam); ibidem p. 463. de electione in episcopum agitur. 2) Cf. Amedei epistolam Lausannensibus datam, Migne T. CLXXXVIII, p. 1299. 3) Orsens; cf. Mém. VI, p. 404: *In anniversario Amedei episcopi 20 solidos de ecclesia de Ursins.* 4) Puidoux, viculus non longe a parietinis monasterii de Alta-Crista. MAT. 5) V. supra c. 11. 6) Supra p. 800 n. 5. 7) Pully; Chexbres. 8) Yvonand; Gressy. Cf. Mém. VI, p. 655: 6. *Kal. Sept. pro Amedeo Lausann. episcopo 30 s. super ecclesiam de Crissie iuxta Bealmont.* 9) Aubonne. 10) S. Livres. 11) Durnes in provincia Franche-Comté. 12) Lucens. 13) Couvaloup, pars urbis Lausannensis. 14) Puidoux; Ouchy; Schmitt p. 429. 15) Siselen inter Anes (Ins) et Arberg. MAT. 16) Episcopus adhuc 25. Mai 1177. occurrit; Schmitt p. 430.

ricors, et multas substentavit guerras pro libertate ecclesie[1], et fecit castrum de Lucens[2], quod tamen per guerram fuit combustum, et refecit[*] turrem de Ripa, quam Thomas comes Sabaudie diruerat, et acquisivit multas possessiones, sicut in kartulario meo continetur[3]; et tenuit episcopatum per 37[4] annos. Tandem[**] senio confectus et infirmitate, episcopatui resignavit, et retinuit de bonis episcopatus, unde honorifice posset sustentari, et episcopalem sepulturam. Vixit autem postea simplex canonicus per 8 annos et 3 menses, et dedit capitulo Lausannensi ecclesiam beati Stephani, et emit a Iohanne de Flumine de Lustrie unum modium albi vini censualem aput Lustrie, in casali fratrum de la Cumba in vineis des Lunstraiz, quem dedit capitulo distribuendum canonicis qui interessent misse anniversarii
1220? Mart. 5. sui[5]. Obiit autem anno ab incarnacione Domini 1219, 3. Nonis Marcii, et fuit sepultus cum pontificalibus et etiam pallio ante altare beati Iohannis baptiste, super quod postea reliquie
1212. Ian. 8. beate Marie reposite fuerunt. Resignaverat[6] autem anno ab incarnatione Domini 1211, in dominica intra octav. epyphanie, luna prima, in capitulo Lausannensi in manu abbatis de Alcrest et prioris Sancti Marii, qui erant delegati ad hoc a domino papa. Reddidit etiam sigillum et claves domus sue Cononi de Estavaie preposito Lausannensi, et precepit Ludovico dapifero et ceteris officialibus suis, ut predicto preposito responderent, quousque in capitulo episcopus canonice esset electus.

18. Bertoldus[a], filius Uldrici comitis de Novo-castro, thesaurarius Lausannensis, fuit
Ian. 13. electus anno ab incarnacione Domini 1211, in octava epyphanie, feria sexta, unanimi consensu tocius capituli, et tenuit episcopatum annis octo et mensibus 6, et dedit mense episcopali homines quos habebat, aput Pomiers[b, 7] scilicet[8], et[9] pro acquisicione feodorum ad opus mense episcopalis P.[c] domino de Sancto Martino[10] pro hominio ligio 40 libras, W.[d] de Fruencia[11] similiter pro hominio ligio 25[***] libras, Rodulfo de Mides[e] pro hominio ligio 23 libras, pro hominio Rodulfi[f] de Rota[12] 31[g] libras, Hugoni[h] de Vileta pro hominio 10 libras[†]; et quilibet dedit sedi episcopali de alodio suo. Dedit etiam dictus episcopus in acquisitione quarte partis decime de Gumuens[13] 10 libras, pro terra Guidonis de Sancto Symphoriano[i] 15 libras, comiti de Grueria[14] pro recuperatione mercati de Boullo[k, 15] et delendo illo de Grueri[l] 40 libras[m]. Fecit etiam castrum de Vilarsel[16], et muravit Lustrie, et dedit capitulo ecclesiam de Losnay[17] et de alodio suo curtem de Tela et cupam argenteam

*) *Similia f. 109'. chartae Rogeri subiiciuntur:* Fecit etiam turrem in Ripa sub Lausan., quam dominus Landricus episcopus, decessor suus, fecerat ante, set Thomas comes Mauriannensis eam diruit per guerram. Sedit autem in episcopatu Lausann. per 37 annos post dictum Landricum, qui eundem episcopatum tenuerat 19 annis.

**) *f. 109'. ita pergit:* Idem Rogerus episcopus senio confectus et infirmitate, resignavit et retinuit sibi de mensa episcopali, unde posset honorifice sustentari, et episcopalem sepulturam et prebendam suam, et capitulum concessit ei domum que fuerat magistri Richadi, in qua vixit per 8 annos canonicus et menses duos, et dedit capitulo in elemosinam ecclesiam sancti Stephani et 1 modium albi vini censualem apud Lustrie in casali fratrum de la Cumba in vineis des Lunstraiz, et emit illum a Iohanne de Flumine. Firmavit etiam castrum de Lucens, quod postea combustum fuit per guerram. Qui sepultus fuit ante altare beati Iohannis bautiste, ubi reliquie beate Marie virginis sunt reposite.

***) *f. 106'. ita pergit* 30 libras. Dalmacio de Laudes similiter pro hominio ligio 25 l.

†) *f. 106. pergit:* Philippo de Vilar 20 libras; in aquisitione decime de Gumuens 20 l. *etc.*

a) Beltoldus *corr.* Bertold. *c.* b) et *add., sed del. c.* c) Petro 1 *(i. e. cod. f.* 106'*).* d) Wulelmo de Fruenci 1. e) Rodolfo de Middes 1. f) Rodulfo *corr.* Rodulfi *c.*, Rodolfi domini de 1. g) xxv. 1. h) Ugoni 1. i) Simf. 1. k) Bullo 1. l) Grueria 1. m) *hucusque* 1.

1) De bello cum Thoma comite Sabaudiae gesto cf. pacis chartam Mém. VI, p. 431, aliam a. 1219. ap. Wurstemberger IV, p. 23. 2) Idem de praedecessore c. 16. narratur. 3) V. chartam Mém. VI, p. 501. impressam. 4) 34 vel 35. 5) Haec sumta sunt ex Anniversariis, Mém. VI, p. 639: 6. *Idus Mart. pro Rogerio Laus. episcopo* 1 *modius albi vini apud Lustrie in casali fratrum de la Cumba in vineis des Lonstreiz et emit illum a Iohanne de Flumine.* 6) V. eadem supra p. 781. inter Cononis notas. 7) Pomy prope Ebredunum. MAT. 8) Mém. VI, p. 473: *Dominus B. Lau. episcopus dedit Iordano domino de Belmont in feodum mercatum aput Belmunt feria tercia, et dedit Beate Marie et mense episcopali homines quos habebat apud Pomiers de patrimonio suo, et com dicto mercato dedit eos in feodum dicto G. et heredibus suis ex parte ecclesie Lau.* etc. 9) Eadem fere Cono codici f. 106'. intulit (1), quae in editione p. 481. male cum alia a. 1221. nota coniuncta sunt. 10) St.-Martin-du-Chêne. MAT. 11) Fruence. 12) Rüe in pago Freiburg. HIDB. 13) Goumoens la ville. 14) Gruyères. 15) Bulle; v. chartam Forel 876. 16) prope Paterniacum. MAT. 17) Lonay; cf. Mém. VI, p. 319.

appendentem 6 marcas et 3 uncias. Obiit autem anno ab incarnatione Domini 1220, 3. Idus 1220. Iul. 13. Iulii, et tenuit episcopatum annis 8 et mensibus 6. Transivit autem feria secunda, sole oriente, die qua preparatus erat iter arripere in subsidium terre Iherosolimitane; et planxit eum tam clerus quam populus inextimabili luctu.

19. Girardus, filius comitis Tiebaldi de Rubeo-monte[1], decanus Sancti Stephani Bisuntini, fuit electus in episcopum Lausannensem anno ab incarnatione Domini 1220, feria 6, Iul. 24. scilicet nono Kal. Augusti. Qui[2] postulatus fuit in archiepiscopum Bisuntinensem eodem anno, et a Trecensi et Lingonensi episcopis fuit absolutus a cura ecclesie Lausannensis aput firmitatem super Alban crastina annuntiationis dominice, quibus dominus papa com- 1221. Mart. 26. miserat examinationem.

20. Willermus, filius domni P. de Escublens, thesaurarius Lausannensis[2], fuit electus in episcopum Lausannensem anno ab incarnatione Domini 1221, 16. Kal. Maii. Hic fecit Apr. 16. turrem aput Lustriacum[3], et emit a Wilermo domino de Garestei[4] Iohannem de Lucens et W., fratrem suum, et eorum aberiamentum[5] 30 libris. Dictos fratres cum aberiamento habebat dictus dominus de Garestei in feodum ab episcopo Lausannensi. Recuperavit etiam a Willermo de Domperro, tunc domicello, homines de Sinuns[6], quos pater suus et avus diu tenuerant, et dedit ei 30 libras et promisit, quod eum faceret militem; set quia morte fuit preventus, successor suus dominus Bonefacius dictum W. militem fecit. Recuperavit etiam dictus W. episcopus a domino Bertoldo de Novo-castro monetam Novi-castri, quam Uldricus, avus suus, acquisierat a Rogerio episcopo Lausannensi, quamvis contradicente capitulo et baronibus et burgensibus. Et dedit dicto Bertoldo 105 marcas argenti et 103 libras Lausannenses[7]. Recuperavit etiam ab Aymone domino de Fucinie advocaciam Lausannensem cum pertinenciis, qui eam emerat a comitibus de Kybor Warnero et Armanno[8], qui eam dicebant ad se iure hereditario pertinere, quod filii erant sororis Bertoldi ducis Taringie[9], cuius pater eam emerat ab Ottone et W. dominis de Garestei, qui eam habebant in feodo a Landrico Lausannensi episcopo, contra cuius prohibitionem dictus dux eam emit. Dedit etiam dictus W. episcopus supradicto Aymoni de Fucinie pro sepedicta advocatia 320 marcas argenti, et remisit ei dictus episcopus et capitulum dampna que intulerat ecclesie Lausannensi pro dicta advocacia, ultra valentia mille marcarum. Accepit etiam in vadio a Galchero domino de Blonai portionem quam ipse habebat aput Viveis, scilicet quartam partem, pro 190 libris, desiderans Viveis recuperare ad opus ecclesie Lausannensis, a qua alienatum fuerat iniuste per Lambertum quondam episcopum Lausannensem. Accepit etiam in vadio a P. de Rubea-aqua[10] et fratribus suis advocatiam de Sancto Symphoriano pro 10 libris et a W. de Palasuo[11] illam de Lustrie pro 40 libris. Tenuit autem episcopatum annis 8 circa sex epdomadas minus, et dedit capitulo partem quam habebat in decima de Runens[12] in helemosinam, de qua debentur singulis 18 cupe frumenti et tantumdem avene et de vino secundum quod ibi accipitur, canonicis in anniversario suo presentibus distribuenda[13]. Obiit autem anno ab incarnacione Domini 1228[a], 10. Kal. Aprilis, hora noctis fere 3. 1229. Mart. 23.

21. Post eum, sicut nec novum nec quidquid[b] mirabile vota plurium in[c] duo separari, orta in capitulo discordia, duo fuerunt electi, et duravit contentio per duos annos. Tandem dominus Gregorius papa dedit ecclesie Lausannensi in episcopum dominum Bonefacium, scolasticum Coloniensem, virum honestum et bene litteratum, qui diu studuerat Parisiis et rexerat primo scolas in artibus et postea in theologia. Misit autem capitulum aput Coloniam de mandato domini pape pro eo thesaurarium et duos alios canonicos, qui eum adduxerunt in civitatem Lausannam anno ab incarnacione Domini 1230[d], 5. Idus Marcii. Hic fecit fieri 1231? Mart. 11. muros castri de Vilarsel et muros de Boullo, [et[e] transtulit villam de Cortilia in loco qui dicitur Rochi, et bastivit eam. Et tenuit episcopatum annis 8 et mensibus 4 et septimanis 2].

a) 1238. *corr.* 1228. *c.* b) qnq. *c.*; quaquam *ed.* c) in d. *superscr. c.* d) *ita, numero uno eraso.* e) *in marg. manu suppari add.*

1) Rougemont, in Franche-Comté. 2) V. Cononis notas p. 782. 3) Lustry. 4) Gerenstein prope Bern. MÜL. 5) 'abergement'. 6) Seigneux MÜL. Siens vel Sugnens? Schmitt p. 472. 7) V. chartam a. 1224, Mém. VI, p. 508, ubi minus recte 8 libr. indicantur. 8) a. 1225; v. chartam Forel 1009. De concordia inter episcopum et comitem a. 1226. facta v. notam Mém. l. l. p. 523 sqq. 9) Zäringen. 10) la Rogive (Rougève). 11) Palézieux (Palaisieux). 12) Renens prope Lausannam. MAT. 13) Haec ex Anniversariis sumta f. 132' (Mém. l. l. p. 640): 10. *Kal. Aprilis. Pro W. Lausann. episcopo 15 cupe frumenti et totidem avene supra portione quam habebat in decima de Runcins et de vino quantum ibi accipitur.*

CONTINUATIO.

Et[a] resignavit Anagnie in manu domini Gregorii pape anno 1239. Qui nobis misit litteras resignationis, quarum tenor talis est:

Gregorius[1] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, capitulo Lausannensi salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster B. episcopus quondam Lausannensis ad presentiam nostram accedens, a nobis cedendi licentiam ex variis causis cum multa instantia postulavit. Quam licet ei multotiens duxerimus denegandam, demum tamen multa precum importunitate devicti, a vinculo quo tenebatur ipsi ecclesie, pontificali sibi honore dimisso, eum duximus absolvendum. Nolentes igitur, ut ecclesia ipsa per vacationem diutinam dispendia paciatur, universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus infra tres menses post receptionem presentium, cum consilio venerabilium fratrum nostrorum archiepiscopi Bisuntin. et episcopi Lingonensis, de quorum probitate plenam in Domino fiduciam obtinemus, provideatis vobis de persona ydonea per electionem canonicam in pastorem. Alioquin eisdem nostris dedimus litteris in mandatis, ut ipsi ex tunc auctoritate[b] nostra provideant ecclesie memorate. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Datum Anagnie Idibus Iulii, pontificatus nostri anno 13.

f. 8. Idem[c] Bonefacius misit capitulo Lausannensi litteras, quarum tenor[d] talis est:

B. sola Dei miseratione episcopus quondam Lausannensis C. preposito Lausannensi et capitulo, militibus et civibus universis sibi karissimis salutandis salutem et pacem perpetuam in Christo. Quia non est ponderatio vite continentis nec est ponderatio salutis anime nec dabitur aurum obrizum pro ea - quam enim dabit homo commutacionem pro anima sua? —, ideo proponens et disponens providere saluti proprie et saluti animarum mihi commissarum necnon et utilitati ac profectui Lausannensis ecclesie, in qua posuerat me Deus, ut fructum facerem — quem facere Dei gracia cooperante speraveram; set non valui curare Babilonem nec sanare Emoroissam, in qua non est sanitas a planta pedis usque ad verticem, que pregravissime ventrem dolet et latera sine spe sanationis —, ne inaniter laborarem in domo exasperante, que non potest pacificari, cum multis instantiis petivi, sicut iam dudum petiveram frequenter et instanter per me et per alios, cessionem a domino papa et fratribus, quam per Dei gratiam tandem, licet cum magna difficultate, obtinui, quod vos celavi, cum nuper essem Lustriaci, propter causas diversas, nec duxi propalare, donec fuissem loqutus venerabili patri domino archiepiscopo Bisuntino. Det vobis dominus Ihesus Christus pastorem qui valeat conterere Sathanam vos conturbantem sub pedibus suis! Quod diu fui in curia Romana, non fuit culpa mea; diutius ibi moratus fuissem, si per omnia voluntati domini pape consensissem. Accepi mutuo centum marcas et decem a cive Romano Petro de Turre et fratre suo, pro quibus debent eis persolvi 140 *marc. in proximis nundinis apud Barr[am], alioquin excrescent usure gravissime. Litteras domini pape habent predicti fratres executorias et executorem dominum Gaufr[edum], episcopum Sabinensem, qui debet compellere dominum episcopum ad persolvendum pecuniam predictam. Et vos domini canonici debetis instare commonendo dominum episcopum, quem Deus providum et strenuum det vobis, ut cogitet sollicite de persolvendo. Predicti fratres habent litteras meas, in quibus est summa* 152 *marc., set ipsi remiserunt mihi* 12 *marcas, pro eo quod possent habere litteras domini pape predictas, quas impetravi cum magna difficultate. Cum solutio fiet predicte pecunie, exigantur littere mee et papales. Refero gratias domino preposito et omnibus qui me honoraverunt canonicis et aliis; condonet Dominus omnibus qui me iniuste offenderunt! Si quem iniuste offendi, quod non memini, veniam peto. Diligat Dominus omnes qui diligunt ecclesiam Lausannensem, humiliet omnes inimicos eius! Ipsam diligimus et personas eius et homines et semper diligemus, parati ad bonum eius promovendum semper ubicumque valebimus. Ceterum significamus[e] vobis et asserimus salva conscientia et bona fide, quod decanatum de Viveis contulimus Uldrico de Chebre ante nativitatem Domini proximo preteritam, et excommunicavimus omnes contradictores et iniuriantes eidem in eodem decanatu, quem contra salutem anime sue inquietat thesaurarius Lausannensis W. Conmoneatis eundem, quod dimittat in pace predictum Uldricum. Circa festum sancti Martini proximo preteritum fuit annus quod recepi litteras de morte Ade, qui tenuit ecclesiam de Severi[2], quam statim contuli magistro Balduino. Hoc dico bona fide coram Deo et angelis suis, sicut de predicto decanatu. Insuper sciatis, quod omnes litteras de causa Chunicensis[3] ecclesie dimisi Rome in domo Predicatorum in archa quadam parva clausa, exhibendas tantum episcopo Lausannensi vel nuncio suo; in quibus quia fit mentio frequens de imperatore et balivis suis, nullus auderet ferre litteras ipsas de curia. Favorabilem habui dominum papam et omnes fratres in predicta causa; sed fortes adversarios inveni notarium domini pape et magistrum Iohannem Capuan. et Conradum marescalcum pape, qui sunt fratres de domo Theuthonicorum. Fratres autem domus Theutonicorum non in gracia sunt domini pape, quia offenderunt eum, sicut audivi in curia et ab ipso domino papa. Sit vobis pax et salus perpetua in Christo! Summa consilii est in causa ecclesie Chunicensis, defendere ecclesiam gladio materiali, que gladio materiali impugnatur. Eadem ecclesia debet refundere expensas ecclesie Lausannensi, quas feci eundo Romam. Carens sigillo usus sum sigillo domini archiepiscopi. Valete semper in Christo. Orate pro me!*

Set quia in litteris resignacionis continebatur, quod infra tres menses post receptionem ipsarum litterarum cum consilio archiepiscopi Bisuntin. et episcopi Lingonensis capitulum

a) *alio atramento et alia manu pergit c.* b) act. *c.* c) *alia forsan manu pergit c.* d) *superscr. c.* e) significam *c.*

1) Potthast nr. 10776. 2) prope Cossonay. MAT. 3) Köniz prope Bernam. MAT.

eligeret, et ipsum capitulum per 334[a] annos habuit[b] liberam potestatem eligendi, C. prepositus Lausannensis fecit scribi hanc cartam que sequitur, sicut scriptum invenit verbo ad verbum in antiquo cartulario[c] Beate Marie.

*In nomine sancte et individue Trinitatis. Rodulfus divina annuente clementia piissimus rex. Quanto liberius et largius militantibus Deo opem contulerimus congruam et quod ad cultum ipsius pertinet[d] libenter impertierimus auxilium, credimus a benigno Deo multiplicatam nobis reddi in futuro mercedem, et in presenti etiam auxilium oportunum confidimus largiri. Qua de causa omnium fidelium *ecclesie[e] Dei, nostrorum videlicet et futurorum, industria sciat, quoniam venerandus pontifex Lausannensis ecclesie Boso humillimis clementiam magestatis nostre precibus expostulavit, quatinus, sicuti pluriores ecclesie per Galliam ex largitate imperatorum et regum habent liberam in elegendo pastorem potestatem, ita et nos dono benignitatis nostre supranominate sancte ecclesie Lausannensi, cui ipse preesse videbatur, libentius indulgeremus. Cuius denique peticionem Deo hominibusque acceptam prono suscipientes animo, has litteras per auctoritatem regiam facere ob honorem alme Dei genitricis Marie et emolumentum anime nostre regnique nostri tranquillitatem iussimus. Constituentes omnimodis, ut, quando proprium rectorem morte interveniente filii frequenter prelibate Lausannensis amiserint ecclesie, habeant liberam potestatem secundum canonicam institutionem eligendi sicubi dignius repperiri voluerint de propria ecclesia pastorem. Si autem, quod non obtamus, in eadem ad hoc opus idoneus minime fuerit repertus, de convicina ecclesia petant sibi dari; tantum ut nullus ibidem consecretur nec preponatur, nisi qui a clero et populo sancte ecclesie Lausannensis fuerit electus. Si quis autem aliter agere temptaverit, apud Dominum et sanctam Mariam sit reus. Ut ergo hoc privilegium inconvulsum per cuncta secula conservetur, manu nostra subter firmavimus et de anulo nostro sigillari fecimus. Almawinus notarius ad vicem Wualtharii archichancellarii recognovi. Dat. 5. Kal. Febr., anno ab incarnatione Domini 895, anno vero domini Rodulfi regis 8, indictione 13.* *f. 9'.

Non[f] ignotum nonnullis habetur, quomodo nota civitas Lausannensis proprio fuit privata episcopo, hoc est Hieronimo[g] bone memorie nominato. Post cuius transitum domnus clementissimus rex Ruodulfus, cogitans et vere sciens, non posse existere iam dictam ecclesiam sine rectore et gubernatore, venit in dictam civitatem pariter cum archiepiscopo et Eringo episcopo, cupiens et ardenter desiderans cum prefatis episcopis huiusmodi invenire qui Deo extitisset acceptus et note ecclesie suis profuisset utilitatibus; quem, Domino amminiculante, satis dignum invenit. Nam multis compertum creditur esse, qualiter Ragemfredus, archidiaconus nominati episcopi Hieronimi, noluit pontifex existere post eius excessum, et eo vivente fecit se clero et populo acclamare in episcopum, quod omnino nefas existit. Dum ergo domnus rex ibi adesset, querens quem plus vellent, dixerunt et acclamaverunt Bosonem diaconum, illorum nutritum, ab infancia omnibus cognitum. Tunc interrogavit eos archiepiscopus, cur Ragemfredum precati sunt eum benedicere in episcopum, et respondit clerus et populus, hoc magis timore actum fuisse quam amore[h]. Tunc itaque prefatus archidiaconus habuit electionem, quam dicebat factam post mortem sui senioris; quam omnes falsam dixerunt et fecerunt, eam manibus scindentes, et iudicantes, non posse agere electionem nolente rege et archiepiscopo vel eius misso non adesse. Extimplo igitur Ragenfredus, amore sui senioris[i] eiusque voluntate adimplere volens, vidensque, quod nec amore clerus nec populus eum vellet, floccipendit et dimisit, quatinus hoc iam amplius non removere. Confestim quidem omnes una voce Bosonem, Bosonem diaconum, litteris peritum, moribus politum, ex sublimi prosapia propagatum, acclamaverunt, et electionem fecerunt, gratias illo agentes qui tristes consolatur et eos qui illum invocant pie exaudit. Quem Deus in ipsa sede plurimos annos conservet et ornet! Hac in racione presentes fuerunt Arimbertus cum omni clero et populo, vassalli etiam dominici sine numero, populus utriusque sexus innumerabilis, et nomina si quis inpresentiarum [in]venire[i] voluerit, apud nos omnia singula habentur, statim pandemus.*

*Auctoritas[k] divina et sanctorum patrum instituta in omnibus docent ac firmiter prohibent, ut nullus detur episcopus, nisi qui a clero et populo digne fuerit expetitus et electus. Quapropter Lausonensis ecclesia proprio pastore viduata et nimium multis tribulationibus afflicta, unanimes omnes elegerunt sibi rectorem virum nobilem et prudentem, divinis cultibus insistentem, nomine Libonem, ipsius ecclesie natum et cum ipsa ecclesia bene versatum et usque in presens laudabiliter educatum. Hunc autem electum supranominatum domni Ruodolfi regis, ipsius regni dominatoris, conspectibus presentaverunt et sibi episcopum postulaverunt. Qui vero inquirens diligenter et examinans cum episcopis, comitibus et vassis dominicis, ipsum omnes conlaudaverunt, *et conclamaverunt a maiore usque ad minimum, talem ministrum pastorali officio satis esse aptum. Hanc ergo omnium factam electionem, domnus rex more regio fato sepe electo, videlicet Lyboni, episcopatum commisit et canonice ordinare precepit. Adelgaudus episcopus presens et conlaudans consentit. Hugo marchio similiter consensit. Hugo comes palatinus[l] similiter. Wido comes[m] similiter. Anselmus comes. Engelseacus[n] comes. Gauslenus. Gauspertus. Teudinus. Otto. Boso. Azo. Wagulfus prepositus[o]. Beroldus sacrista. Aymo lector. Drogo decanus[p]. Hieronimus presbyter. Berengarius levita. Desiderius levita. Siefridus levita. Isti et alii plures. Wiunusus decanus conf.[q] Ruodbertus presbyter consensit. Actumque villa Cavorniaco[1]. Domnus Berengarius archiepiscopus Vesoncionensis in omnibus consensit. Elisagar episcopus Bellicensis[2] presens fuit et benedixit. Tatto episcopus presens fuit.* *f. 10.

a) fere per 300 *corr.* per 334 *c.* b) haberet *corr.* habuit *c.* c) catul. *c.* d) *quaedam deleta c.* e) scā *c.* f) *alio atramento pergit c.* g) Hiron. *corr.* Hieron. *c.* h) amare *c.* i) seniores *corr.* senioris *c.* i*) venire *c.* k) *alia forsan manu pergit c.* l) palat9 *c.* m) *superscr. c.* n) *ita c.* o) episcopus *corr.* prepositus *c.* p) lector *corr.* decanus *c.* q) cum fratre *ed.*

1) Chavornay. 2) Belley.

1239. Facta[a] resignacione a domino Bonefacio episcopo Lausannensi, C. prepositus et capitulum Lausannense petierunt claves a P. dapifero, fratre Nicholai dapiferi, qui eas habebat, antequam sciretur resignatio dicti B episcopi. Set ipse eas reddere noluit, dicens, quod dapifer debebat eas custodire. Capitulum vero respondit, quod de iure communi[b] spectabat ad capitulum administratio tocius episcopatus, tam temporalium quam spiritualium, sede vacante. Et quando dominus Rogerus episcopus resignavit, claves fuerunt aportate preposito et capitulo et sigillum. Sigillum frangi fecit et claves commisit Lamberto de Ponterosa capellano. Et precepit dictus Ro. episcopus officialibus suis et fidelibus, quod obedirent preposito et capitulo sicut episcopo, donec in ecclesia Lausannensi canonice in episcopum aliquis eligeretur. Sublato autem de medio domino Willermo bone memorie episcopo, C. prepositus et capitulum commiserunt amministracionem episcopatus[c] integre, tam temporalia quam spiritualia, P[etro], filio comitis Sabaudie, qui erat prepositus Augustensis[1]. Ille tenuit administrationem episcopatus integre circa biennium, et commisit claves quando sibi placuit Warnero capellano et quandoque Girardo de Borgo canonico et quandoque Vincentio clerico, et hec usque ad adventum domini episcopi Bonefacii. Auditis ex utraque parte pluribus allegacionibus, in hoc tandem convenerunt C. prepositus et capitulum et dictus P. dapifer, quod dictus prepositus convocaret quos crederet scire huius rei veritatem, et quod ipsi inde concordarent dictus P. dapifer promisit se observaturum. Dictus prepositus convocavit inter duo altaria G. sacristam, Io. succentorem, N. de Cha[vornai], Iacobum de Burgo, canonicos, et Willermum Bevro et Lodovicum maiorem, milites. Et ibi fuit recognitum et concordatum, quod in resignatione domini Ro. episcopi fuerunt claves reddite C. preposito et capitulo et sigillum, et prepositus et capitulum commisit claves Lamberto capellano. Et defuncto domino W. episcopo, prepositus et capitulum commiserunt amministracionem totius episcopatus supradicto preposito Augustensi, et ille commisit claves quibus sibi placuit. Relata hac recognitione in revestiario, P. dapifer fecit afferri claves et reddi in manu prepositi, qui de consilio capituli commisit eas Lamberto, filio Vivet, clerico, et dictus P. dapifer computavit ibi quod collectum fuerat eodem anno ad opus episcopi in vino et annona. Actum in revestiario, anno ab incarnacione Domini
Nov. 17. 1239, in festo sancti Aniani, et interfuerunt cum C. preposito W. the[saurarius], Iohannes cantor, G. sacrista, N. de Cha[vornai], Io. succentor, P. de Vileta, Amedeus de Bornel, Rodulfus de Wflens, Udricus Dap[iferi], Iacobus de Burgo, Amedeus de Gebenn[is], Rodulfus de Monz, canonici; et P. dapifer, W. frater suus, Girardus de Chesaz[d], W. Bever, W. de Grancie, W. de . . ullens[e], W. de Sancto Protasio, Savaricus, frater suus, G. de Sotens[f], Lodovicus maior[g], milites; W. de Oruns[2], Luisez, filius dap[iferi], domicelli; Bono Francos, Iacobus Saldius[d], burgenses, et alii multi.

*f. 10'. Eadem die C. prepositus ivit ad cellarium et illud fecit reserari et intravit intus cum quibusdam de supradictis et cum aliis[h] multis et fecit videri que in cellario erant. Die
Nov. 18. sequenti misit C prepositus ad cellarium P. de Vileta et Amedeum du Bornel et W. Bever, ut facerent vina que intus erant randari[3].

Post[i] hec venerunt ad nos tales littere:

Gregorius[4], *servus servorum Dei, dilectis filiis, capitulo Lausannensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum olim, venerabilis fratris nostri episcopi quondam*[k] *Lausannensis cessione recepta, vobis dederimus nostris litteris in mandatis, ut, ne vestra ecclesia per vacationem diutinam dispendia pateretur, infra tres menses post receptionem earum cum consilio venerabilium fratrum nostrorum, archiepiscopi Bisuntin. et episcopi Lingonensis, de quorum probitate plenam in Domino fiduciam obtinemus, provideritis vobis de persona ydonea per electionem canonicam in pastore; alioquin mandabamus eisdem, ut ipsi auctoritate nostra providerent ecclesie memorate. Quia predicto Lingonensi, sicut ab ipso accepimus, ad eandem ecclesiam securus non patet accessus, universitati vestre per apostolica precepta mandamus, quatinus locum aliquem ad quem idem secure accedere valeat deputare curetis, illuc aliquos destinantes ex vobis potestatem habentes ipsi ecclesie vice omnium providendi iuxta priorum continentiam litterarum. Tempus autem vobis ad eligendum indultum per unius mensis spacium prorogamus. Datum Lateran.* 3. *Kalendas Decembr., pontificatus nostri anno tercio decimo.*

a) *alio atramento et fortasse alia manu pergit c* b) communioni *c.* c) q̄ *del. c.* d) *nomina vix legenda.* e) Elusultes *ed.*; Emblens *Mül.* f) mi *add. sed del. c.* g) minor *ed.* h) alliis *corr.* aliis *c.* i) *alia scriptura pergit c.* k) qondam *c.*

1) Notam huius rei Cono ipse codici intulit f. 116 (Mém. VI, p. 557). 2) Oron. 3) i. e. fortasse mensurare; cf. Ducange V, p. 585. 4) Potthast nr. 10817.

R[obertus] divina miseratione Lingonensis ecclesie minister humilis viris[a] *venerabilibus et discretis amicisque karissimis, preposito et capitulo Lausannensi salutem in Domino. Noveritis, quod dominus papa electionis vestre terminum, sicut vobis per suas litteras constabit, per mensem prorogavit. Set cum ad partes vestras propter imminens nobis periculum, sicut vobis significatur per eundem, non possimus accedere, parati tamen essemus apud Bisuntium vel Dolum personaliter venire, universitatem vestram rogamus, quatinus ad alterum istorum locorum convenire velitis et nobis circa* 20 *dies a natali Domini per Dei gratiam venturis in nostris partibus vestram super hiis remandetis voluntatem. Datum sabbato post dominicam primam adventus Domini.* 1239. Dec. 3.

Venerunt autem ad nos latores presencium in vigilia beate Katherine. Nov. 24.

G[odefredus] permissione divina Bisuntinus archiepiscopus dilectis in Christo filiis, religiosis viris Sancte Marie Magdalene et Sancti Sulpicii prioribus, Lausannensis dyoceseos, salutem in Domino. Scripsit nobis venerabilis pater R. Dei gratia Lingonensis episcopus, ut nostro et suo nomine citaremus venerabilem prepositum et capitulum Lausann., ut die Martis proxima post ramos palmarum apud Autri[1] *coram nobis duobus comparerent ad procedendum super negocio Lausannensis ecclesie, nobis et eidem episcopo auctoritate apostolica commisso. Unde vobis mandamus, quatinus personaliter accedentes ad dictos prepositum et capitulum Lausann., ipsos nostro et eiusdem domni episcopi nomine citetis, ut predictis die et loco per se vel per procuratores sufficienter instructos cum pleno eligendi mandato coram vobis compareant ad procedendum et tractandum super ipso negocio Lausannensis ecclesie, quantum de iure secundum mandatum apostolicum potuit procedi; quod, si non ambo hiis exequendis personaliter interfueritis, alter vestrum ea nichilominus diligenter exequatur; nobis quid inde factum fuerit plenarie rescribendo, et presentis citatorii eisdem preposito et capitulo copiam faciendo et ipsis preposito et capitulo exponendo, quod in ipsis litteris domini Lingonensis continebatur, quod in ipso citatorio nostro sigillo erat conscriptum. Datum Bisunt. die Mercurii post annuntiationem dominicam, anno Domini* 1239. 1240. Mart. 28.

Reverendis in Christo patribus ac dominis, G. Dei gratia archiepiscopo Bisuntin. et R. eadem gratia episcopo Lingonensi C. prepositus, W. thesaurarius, W. prior Sancti Marii, G. sacrista, O. prepositus Solodorensis, A. prepositus Novi-castri, magister L.[2] *scolasticus Lausannensis, O. decanus Novi-castri, R. de Roveno, P. de Vileta, R. de Wfleins, G. de Burgo, U. Dapiferi, W. de Gomoins, R. de Monz, W. de Chanvent, canonici Lausannenses, subiectionem et reverentiam tantis patribus debitas cum salute. Litteras paternitatis vestre recepimus, sigillo vestro, domine . . archiepiscope, sigillatas, in quibus continebatur, quod nos ad citationem vestram die Martis proxima post ramos palmarum apud*[b] *Autri coram vobis duobus compareremus per nos vel procuratores sufficienter *instructos cum pleno eligendi mandato ad procedendum super negocio ecclesie Lausannensis. Ad quod reverentie vestre sic duximus respondendum: quod, cum dominus papa, sicut vestra discretio non ignorat, capitulo nostro terminum prefixisset, infra quem cum consilio vestro ecclesie nostre de episcopo provideret, idem capitulum ad locum, domine episcope Lingonensis, sicut per vestras litteras vidimus, vobis tutum, videlicet apud Bisuntium, diem vobis duobus significatam, prope finem termini a summo pontifice prefixi ad eligendum episcopum, concorditer assignavit. Ad quam omnes canonici nostri, qui voluerunt, debuerunt ac potuerunt, personaliter vel per procuratores destinatos cum litteris, non tamen sine conductu et difficultate non minima, accesserunt. In qua cum videremus, quod propter absentiam vestram, domine Lingonensis, vestrum non possemus habere consilium nec ipsum possemus expectare ulterius, cum terminus nobis prefixus non durabat nisi per biduum, Philipum Metensem primecerium, fratrem comitis Sabaudie, per quem solum speramus nostram ecclesiam ab infinitis obpressionibus relevari, elegimus in postulandum in ecclesie nostre episcopum et pastorem, et appellavimus, ponentes nos et postulationem nostram sub protectione summi pontificis; super ad Romanam curiam proprios nuncios destinantes. Inde est, quod nos*[c] *reverendam discretionem vestram flexis genibus exoramus, quatinus, consideratis ecclesie nostre miseriis, laboretis, quod ipsi ecclesie preficiatur primecerius memoratus; nec moleste ferat vestra discretio, si per sollempnem nuncium non misimus presentes litteras, cum propter raptores et inimicos ecclesie non simus ausi Lausannensem egredi civitatem, quia, si vobis intimaremus dampna de novo illata ecclesie per homicidia, captiones hominum, predas et rapinas, timemus, ne vobis tedium generarent. Scituri, quod ad tollendam multitudinem sigillorum, si singuli nostrum singula apponerent, nos, quorum sigilla presentibus non sunt apposita, appositione sigillorum prepositi nostri et thesaurarii sumus contenti.* *f. 11.

Iohannes[d]*, Dei miseratione Lausannensis electus, venerandis viris, fratribus amicisque karissimis, C. preposito totique capitulo Lausannensi salutem et sincere dilectionis aumentum*[e]*. Reverendi patres et domini! G. Dei gratia Bisuntinus archiepiscopus et R. eadem gratia Lingonensis episcopus, quo motu, qua consideratione nescimus, personam nostram, licet immeritam et indignam, auctoritate apostolica, quam in hac parte gerere vos non latet, prefici voluerunt ad regimen ecclesie Lausannensis. Nos vero tam eorundem patrum consilio, quam multarum nobilium personarum exortationis importunitate devicti, de Dei omnipotentis et gloriosissime virginis, matris sue, virtute confisi, et secundo de vestra dilectione gerentes fiduciam non incertam, et sperantes, quod vos omnes, universi et singuli, quilibet pro viribus suis, subportabitis onus nostrum, quod utique sine vestro consilio nobis prorsus importabile videretur, onus dicti regiminis recepimus, non sine timore quo decuit et tremore. Ideoque universitatem vestram hortamur in Domino,*

a) viri *c.* b) quod *corr.* apud *c.* c) *superscr. c.* d) *alio atramento pergit c.* e) *ita c.*

1) Autrey. 2) Lodovicus.

1240. *et tamquam vester alumpnus*[a] *humiliter exoramus, quatenus ad reformationem status ecclesie, civitatis et tocius dioceseos Lausannensis, et ad bonum pacis, quod inter alia pietatis opera unum de precipuis reputatur, nobiscum detis*[b] *et consilium et operam efficacem. Sciturі pro certo, quod in agendis ecclesie de consilio vestro taliter curabimus in omnibus et per omnia nos habere, et ita omnino vestris, dante Domino, disponimus consiliis adherere, quod nostre sollicitudinis et laboris necnon et prosperitatis et pacis eritis non expertes. Et sciatis, quod venerabilis pater archiepiscopus Bisuntin. nos secum retinuit, ab eo diaconatus ordinem suscepturos. Infra octav. pasche ad vos, Domino propicio, veniemus. Et quia sigillum nondum habemus, sigillo nostro veteri usi sumus.*

Venerunt[c] etiam non multo post Lausan. in capitulo littere G. archiepiscopi Bisuntin.
et R. episcopi Lingonensis, continentes, quod N. de Chavornai et Ia. archidiaconus Carnotensis et A. de Bornello et Petrus et Henricus de Fruencia et W. de Gruieria et A. de Gebennis et P. de Sancto Martino die assignata apud Autre ad eligendam ydoneam personam in episcopum Lausannensem de consilio dictorum archiepiscopi et episcopi elegerunt Iohannem cantorem ecclesie Lausannensis in episcopum Lausannensem. Et preceperunt capitulo dictus archi- et episcopus in predictis litteris, et clero et populo Lausannensi, quod dictum I. reciperent in episcopum et pastorem. Littere lecte fuerunt in capitulo
Apr. 13. in die parascheve. Et erant in capitulo Aymo dominus de Fucignie et alii multi. Die
Apr. 15. sancto pasce dictus dominus de Fucignie, dolens, quod, antequam postulatio Philipi de Sabaudia a domino papa recusaretur, fuerat alius a quibusdam electus, intravit civitatem manu armata, muniens monasterium et Sanctum Marium et domum carbonum et domum N. de Chavornai et portas civitatis. Quod factum moleste tulerunt fere omnes illi de civitate et de burgo. Pulsatis vesperis, C. prepositus et canonici qui presentes erant monuerunt dictum dominum de Fucignie, quod ipse non teneret violenter occupatam civitatem, quam ipse iuraverat et alii multi, contra voluntatem capituli et civium, vel capitulum cessaret. Dictus dominus de Fuccignie, quamvis multas pretenderet excusationes, non dimisit muni-
Apr. 20. tiones, et capitulum cessavit. Feria sexta sequenti fuit facta quedam pax prope portum de Pullie[1] inter dictum electum et dominum de Fucignie per decanum Sancti Stephani Bisuntinensem et C. prepositum Lausannensem et chamerarium Bisuntinensem et R. de Wflens canonicum Lausannensem et per dominum P. de Grancon et dominum W. de Greisie. Et dedit dictus electus fidem de pace observanda[d] in manu dicti P. de Grancon. Et dictus P. de Grancon et dominus W. de Greisie dederunt fidem de pace observanda in manu dicti electi, que, sicut visum fuit quibusdam, non fuit per unum diem observata. Die sequenti
Apr. 21. burgenses fecerunt electum intrare villam[e], et duxit secum fratres suos et cognatos et amicos et homines ecclesie et illos de Huchilou[2] cum armis, et munierunt forciores domos que erant in villa et Sanctum Petrum et Sanctum Laurentium. Hoc videns dominus de Fuccignie, munivit civitatem et fecit dirui domos prope muros civitatis, per quas timuit, ne civitas combureretur. Et non multo post illi de burgo combusserunt molendina civitatis, et eadem nocte appositus fuit ignis sub rupe, et combusta fuit tota villa extra civitatem, illis[f] de civitate vix se defendentibus. Dixerunt illi de civitate, quod illi de burgo ignem apposuerant, et illi de burgo dixerunt, quod illi de civitate fecerant ignem adponi. Non multo post venerunt illi de Berna et de Murato[g] in auxilium electi fere cum 1000 armatis et firmaverunt unum castellum prope portam Sancti Marii, scilicet in Chablo. Et proiecerunt ex utraque parte cum manganellis et flichez[h] [3]. Proiecerunt illi de burgo ad monasterium et specialiter ad portale Beate Marie. Et non multo post intravit P., filius comitis Sabaudie,
*f. 11'. *cum 6000 armatorum civitatem. Insultus[i], incendia, dampna, que facta fuerunt ex utraque parte, vix possent enumerari. Fuerunt ex utraque parte occisi fere 30 et vulnerati plus quam 300. Et non multo post fuit facta pax inter ipsos per dominum Amedeum de Montfauc[on] et dominum Willelmum de Greisie, et iurata ex utraque parte a multis; que vix fuit observata. Firmavit autem dictus electus infra dictam pacem castellum ad Sanctum Marium
Iul. 10. et bastivit 6. Idus Iul. in festivitate septem fratrum. Hec omnia facta fuerunt anno ab incarnacione Domini 1240.

G.[k] *permissione divina Bisuntin. archiepiscopus dilectis in Christo filiis, preposito et capitulo, clero et populo civitatis et dyocesis Lausannensis salutem in Auctore salutis. Cum venerabilis vir Iohannes,*

a) alupnus *c.* b) nobдdetis *c.* c) *alio atramento pergit c.* d) tenenda *superscr.* obs. *c.* e) civitatem *corr.* villam *c.* f) et illi *corr.* illis *c.* g) *litterae* to *evanuerunt.* h) *ita legitur quod ed. omisit,* trabichetis *Mat.* i) Insuft⁹ *c.* k, *alia pergit manu c.*

1) Pülly. 2) Qui sint nescitur; cf. Wurstemberger I, p. 171. 3) Gallice 'flèches'.

quondam cantor Lausannensis, cum consilio venerabilis in Christo patris R. Dei gratia Lingonensis episcopi et nostro in episcopum Lausannensem iuxta formam mandati apostolici ad nos et eundem episcopum Lingonensem directi canonice sit electus, et nos electionem eius ex habundanti de consilio prudentum ecclesie Bisuntinensis auctoritate metropolitana confirmaverimus, eadem auctoritate universis et singulis vobis in virtute obedientie distincte precipiendo mandamus[a], quatinus eidem intendatis et obediatis tamquam pastori ecclesie Lausannensis. Scituri, quod sentencias, quas in contradictores[b] et rebelles rationabiliter tulerit, ratas habebimus et volumus et distincte precipimus inviolabiliter observari. Actum[c] Bisuntii, anno Domini 1239, die Iovis proxima ante pascha. 1240. Apr. 12.

Reverendo patri in Christo ac amico karissimo, abbati Sancti Mauritii Agaunensis frater G. humilis abbas et prior Atthanacensis[1] et sacrista Sancti Pauli Lugdunensis salutem in domino Ihesu Christo. Noveritis, nos recepisse litteras apostolicas sub hac forma:

Gregorius[2] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati et priori Atthanacensi et sacriste Sancti Pauli Lugdunensis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram noveritis pervenisse, quod, cum nos olim, B. episcopi quondam Lausannensis cessione recepta, dederimus Lausannensi capitulo nostris litteris in mandatis, ut, ne Lausannensis ecclesia per vacationem diutinam dispendia pateretur, infra tres menses post receptionem earum cum consilio venerabilium fratrum nostrorum archiepiscopi Bisuntinensis et episcopi Lingonensis providerent sibi de persona ydonea per electionem canonicam in pastorem; iniunxerimus eciam ipsis archiepiscopo et episcopo, ut, si dicti capitulum infra idem tempus sibi providere negligerent, ipsi extunc auctoritate nostra providerent ecclesie memorate; licet tunc prefati capitulum, termino ad eligendum prefixo, dictorum archiepiscopi et episcopi apud sedem apostolicam illo tempore commorantis[d], et postmodum eciam tempore ad eligendum eidem capitulo a nobis indulto per unius mensis spacium per alias litteras prorogato, et alio termino ad eligendum in certo loco de dictorum archiepiscopi et episcopi voluntate statuto, super hoc consilium postularint; quia tamen in ipso termino, postquam ultra duos dies indultum a nobis spacium non durabat, eorum habere consilium nequiverunt, ne interim, labente tempore, ius amitterent eligendi, maior et sanior pars eorum, reliquis sepius requisitis et convenire nolentibus cum eisdem, dilectum filium Philippum primicerium Metensem, virum nobilem, providum et honestum, cuius potentia ecclesie predicte iura servarentur illesa, elegerunt in suum episcopum postulandum; ne quid in eorum et ipsius electioni preiudicium fieret, sedem apostolicam appellantes. Set reliqui, minor et inferior pars capituli Lausannensis, qui eligendi iure reddiderant se indignos, post electionem et appellationem ipsorum, elapso iam termino in nostris litteris comprehenso, in loco valde suspecto, ad quem sine gravi periculo accedere non valebant, sicut etiam illi dictis archiepiscopo et episcopo intimarant, et in termino, quem ipse archiepiscopus et episcopus, licet non pertinuerit ad ipsos, ad eligendum capitulo assignarant eidem, cantorem ecclesie memorate, insufficientem, de consilio archiepiscopi et episcopi predictorum, sine ipsis de facto eligere presumpserunt. Ipsi nondum confirmato prefati archiepiscopus et episcopus, formam sibi traditam non servantes, mandaverunt obedientiam et reverentiam a predicto capitulo exhiberi. Unde cum prefata ecclesia graviter in spiritualibus et temporalibus collapsa dicatur, nos, volentes misericorditer eidem providere, ne huiusmodi electionum occasione cotidie in utrisque gravius dilabatur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ad eandem ecclesiam personaliter accedentes, inquiratis auctoritate nostra super premissis sollicite veritatem, et eam fideliter conscribentes, sub sigillis vestris nobis transmittatis inclusam; assignantes tam electoribus quam electis terminum peremtorium competentem, quo ipsi electi, si electioni sue duxerint insistendum, personaliter, electores autem per procuratores ydoneos et sufficienter instructos nostro se conspectui representent, iustam, auctore[e] Domino, sententiam recepturi. Verum prefatis archiepiscopo et episcopo inhibere curetis, ne ulterius in negocio ipso procedant. Relaxantes auctoritate nostra excommunicationis sentencias ad cautelam, si quas per eos in illos qui cantorem ipsum noluerunt recipere pro electo inveneritis esse latas. Faciendo eisdem restitui omnia, quibus per dictum cantorem aut consanguineorum seu amicorum suorum potentiam eos constitit spoliatos. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Provideatis autem, ne interim dilapidentur bona ecclesie memorate, mandantes ministerialibus et vassallis eiusdem ecclesie, ut castra et alia bona ipsius ad opus eiusdem, donec eidem fuerit de pastore provisum, fideliter studeant conservare. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Late[rani] 6. Idus Iulii, pontificatus nostri anno 14.

Cum igitur maior sit obedientia quam victima, et quod nobis a summo pontifice precipitur, imperetur[f], et quod imperatur, necesse sit fieri, ut secundum mandatum apostolicum procedamus, auctoritate huius mandati vobis mandando precipimus, quatinus citetis peremtorie coram nobis apud Lausannam predictos electos, scilicet Philipum et cantorem, et electores eorum ad diem Mercurii post quindenam beati Michaelis proximo venturi[g] et ad dies proxime subsequentes, ut parati et instructi veniant ad procedendum iuxta formam mandati apostolici in negocio supradicto. Nos vero, ne quidquam de contingentibus omittamus[h], sententiam[i] mandati apostolici diligenter exequi cupientes, vobis districte iniungimus, ut predictis Ph. et cantori expresse sub pena excommunicationis prohibeatis, ne interim bona ecclesie distrahant vel pignori obligent vel alio modo alienent vel contractum celebrent seu alium actum exerceant, per quem bona ipsius ecclesie dilapidari contingat. Ministrales autem et vasallos eiusdem ecclesie auctoritate nostra

a) in marg. suppl. c. b) contraditores c. c) Auctum c. d) e corr. c. e) act. c. f) imperatur c. g) i vix legi potest; venturam ed. h) omitamus c. i) vox fere evanuit; formam ed.

1) Aignay. 2) Potthast nr. 10912.

1240. *citetis, ut coram nobis compareant loco et diebus supradictis; nichilominus mandantes eisdem, ut castra et alia bona ipsius ecclesie ad opus eiusdem, donec*[a] *eidem fuerit de pastore provisum, fideliter studeant conservare. Quoniam vero res ista dilationem non capit et mora trahit ad se periculum, tradatis predictis Ph. et cantori pro se et eorum electoribus transcriptum presentis citationis et mandati, ut interim super premissis habeant copiam deliberandi. Et quoniam crimen ariolandi est velle repugnare et scelus ydolatrie est nolle acquiescere, auctoritate apostolica vobis mandamus et precipimus sub pena excommunicationis, ut omnia supradicta diligenter et benigne secundum formam supradictam exequi studeatis. Dantes vobis potestatem auctoritate qua fungimur, ut omnes contradictores et rebelles per censuram*
Aug. 31. *ecclesiasticam, appellatione postposita, compescere valeatis. Datum pridie Kal. Sept. anno Domini* 1240. *Redd. literas cum appositione sigilli vestri, mandato executo.*

*f. 12 *Viro*[b] *religioso et discreto et in Christo amico karissimo, priori de Valun*[c] *Cartusiensis ordinis frater G. humilis abbas, prior Atthanacensis et G. sacrista Sancti Pauli Lugdunensis salutem in Domino. Cum mandatum domini papė receperimus speciale, ut apud Lausannam personaliter accederemus, inquisituri sollicite rei veritatem processu electionum celebratarum de nobili viro Philippo de Sabaudia Metensi primecerio et Iohanne cantore Lausannensis ecclesie et super aliis que continentur in rescripto domini pape, volentes diligenter adimplere predictum mandatum, personaliter accessimus ad predictum locum; ubi propter quasdam iustas causas in predicto negocio non fuit processum, cum ibidem predictum negocium non posset expediri, sicut nobis constitit evidenter. Quocirca discretioni vestre, de qua plenissimam in Domino fiduciam obtinemus, auctoritate domini pape, qua fungimur in hac parte, in virtute obedientie et sub pena excommunicationis mandamus, quatinus personaliter accedentes apud Lausannam, citetis coram nobis peremptorie Iohannem electum Lausannensem et capitulum, et nominatim C. prepositum, Willelmum priorem Sancti Marii, G. sacristam, Ioseph succentorem, magistrum Iacobum, Petrum de Fruencia, Rodulfum de Wflens, Nicholaum de Chavornay, Amedeum, filium comitis Gebenn., Amedeum dou Bornel, Petrum de Sancto Martino, Willelmum de Gruieria, prepositum Novi-castri, Petrum de Vileta, Willelmum de Gumoins, Remondum de Roveno, Udricum Dapi[feri], canonicos Lausannenses, dominum Richardum presbyterum dictum Mesnies, magistrum Nicholaum capellanum, Petrum de Dunne-Eluye, Petrum de Sria et filium Salterii, Lausannenses clericos, Girardum Mastin, Petrum Abicel, Girardum Pignichat, laycos, et Reymondum capellanum de Cossonay, assignantes eisdem diem peremptoriam apud Sanctum Eugendum Iurensem*[1] *die Lune proxima post octav. instantis festi beati Martini, qua compareant personaliter coram nobis, et diebus subsequentibus continuandis a nobis, secundum quod viderimus expedire, perhibituri testimonium veritati super hiis que ab ipsis auctoritate apostolica inquiremus. Iniungentes eisdem auctoritate nostra, immo apostolica, in virtute obedientie et sub pena excommunicationis, ut ad predictam diem compareant coram nobis. Iniungentes nichilominus auctoritate apostolica predicta dicto capitulo, ut omnia instrumenta, litteras sive munimenta que receperunt, ad expeditionem negocii facientia, nobis ad predictam diem per fidelem nuncium transmittere non omittant. Datum Geben[nis] anno Domini* 1240, 7. *Kal. Novembr. Redd. litteras cum appositione sigilli vestri in signum mandati nostri executi.*

*f. 12. *Viro*[d] *venerabili et discreto et in Christo amico karissimo, priori de Avalun*[e] *Cartusiensis ordinis frater G. humilis abbas, G. prior Athan. et G. sacrista Sancti Pauli Lugdunensis, inquisitores a domino papa dati, salutem in domino Ihesu Christo. Auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, vobis precipiendo mandamus, quatinus Iohanni cantori Lausannensi, qui pro electo se gerit, et electoribus ipsius, videlicet Iacobo archidiacono Carnotensi, Nicolao de Chavornai, Amedeo de Gebennis, Amedeo du Bornel, W. de Gruyeria, P. de Sancto Martino, Petro et Henrico de Fruencia; item Philippo de Sabaudia et eius electoribus, videlicet C. preposito, W. thesaurario Lausannensi, Willelmo priori Sancti Marii, G. sacriste Lausannensi, magistro Lodovyco scolastico Lausannensi, O. preposito Solodorensi, Al. preposito Novi-castri, O. decano Novi-castri, Raymondo de Roveno, P. de Vileta, Uldrico Dapiferi, Rodulfo de Wofleins, G. de Burgo, Rodulfo de Monte, W. de Gumoins et W. de Chanvent, assignetis diem ad proximas octabas purificationis beate Marie, ut dicta die dictus Iohannes cantor et Philipus, qui dicuntur electi, personaliter, si electioni sue duxerint insistendum, electores vero ipsorum supradicti per procuratores ydoneos sufficienter instructos apostolico se conspectui representent, sententiam audituri super negocio ecclesie Lausannensis. Si quos vero predictorum in civitate Lausannensi presentes non inveneritis, presentem cita-*
Nov. 28. *cionem publice denuntietis in ecclesia Lausannensi. Datum die Mercurii ante festum beati Andree, anno Domini* 1240. *Reddite litteras cum appositione sigilli vestri in signum mandati exequti.*

a) do *iam legi nequit.* b) *in fol.* 12. *minore post addito alia manu.* c) Valu *c.*; Valunes *ed.*; Avalū *l.* 37. d) *alio atramento folio post assuto pergit c.* e A *e corr. ut videtur c.*

1) S. Oyen de Youx.

SERIES EPISCOPORUM VIENNENSIUM.

Anno 1239. *iussu Iohannis episcopi Viennensis catalogus huius ecclesiae antistitum confectus est, quem ex ms. codice cartusiae Sylvae Benedictae descripsit Nicolaus Chorier, Delphinatus historiographus. Ex eius schedis transiit in collectionem variorum monumentorum, quam instituit D. Estiennot, nunc in* bibliotheca Parisiensi *Lat. Nr.* 12768. *asservatam, ubi T. VI, nr. LXVI, pag.* 145—154. *legitur. Cuius partem*[1] *publici iuris fecerunt Scriptorum rerum Gallicarum editores (Vol. XII, p.* 345. *XVIII, p.* 744*); integrum Chevalier ('Documents inédits relatifs au Dauphiné'. II,* 5. *Gratianopoli* 1868. *p.* 20 *sqq.); postea vero in usus nostros descripsit V. Cl. A. Molinier.*

Auctor non vulgari diligentia hunc catalogum composuisse dicendus est. In priore parte aliquoties cum Adone Viennensi convenit, cuius chronicon novit, sed minime totus ab eo pendet; immo ex conciliorum antiquorum actis, ex paparum chartis, quamvis maximam partem falsis, ex necrologio ecclesiae et monumentis sepulchralibus, ut videtur, non pauca addidit; postea iisdem subsidiis adiutus seriem episcoporum ad sua usque tempora deduxit, nonnumquam fontibus destitutus ideoque modo nimis macer, modo veras temporum notas haud assecutus, raro tamen in graviorem errorem lapsus. Scribendi rationem mori saeculi XIII. adaptavi. Ex Adone eos locos adieci, quos in epitome SS. II. edita omissos doleo. Ceterum lectores ad Galliae christ. T. XVI. remissos velim.

Subieci alterius catalogi fragmentum, ex cod. Parisiensi *Nr.* 5214, *quo chartularium Viennense continetur (cf. Arch. XI, p.* 482*), f.* 149 *sqq. ante* 40 *fere annos descriptum, post a Chevalier (l. l. p.* 14 *sqq.) editum. Auctor quo tempore vixerit, non constat, neque librum alterum novisse videtur; sed Adonis chronico, Vita Clari abbatis, diplomatibus spuriis usus est et multa dubiae fidei adiecit. Quare an Leodegario episcopo, qui saec. XI (*1030—70*) 'ortus et actus suorum antecessorum archiepiscoporum scribendo colligere curasse' dicitur*[2]*, haec tribuenda sint, dubito.* *G. W.*

Sanctus Crescens, sancti Pauli apostoli discipulus, primus Viennensis ecclesie[3] fuit institutus episcopus ab eodem apostolo; ubi cum aliquot annis sedisset, Moguntinam ecclesiam constituit, rediensque in Galatiam, sub Traiano martyrium consummavit 5. Kal. Iulii.

Sanctus Zacharias[4], quem sanctus Crescens episcopum constituit, fuit prothomartyr Gallie sub Traiano, die 26. Maii. Eius corpus sacrum in ecclesia sancti Petri quiescit.

Sanctus Martinus, qui propriis Christum in cruce pendentem et molientem vidit oculis, placide obdormivit Kalend. Iulii.

1) Alia Maupertuis, 'Hist. de l'église de Vienne'. 1708. p. 218—222; quem librum haud vidi. 2) Chron. Noval. c. 12, SS. VII, p. 127. 3) Ado sub Nerone ita: *Quo tempore creditur Paulus ad Hispanias pervenisse et Arelatae Trophimum, Viennae Crescentem discipulos suos ad praedicandum reliquisse.* 4) Ado sub Traiano ita: *Sub quo etiam imperatore gloriosissimus senex Zacharias Viennensis ecclesiae episcopus martyrio coronatur. Nam primus Crescens, discipulus apostolorum, Viennae aliquot annis resedit. Quo ad Galatiam reverso, tertius Martinus episcopus et discipulus apostolorum Viennae resedit.* Cf. quae sub Anastasio refert: *A transitu sancti Martini Viennensis tertii episcopi — nam primus Crescens, sequens Zacharias martyr — usque ad transitum Martini Turonorum episcopi* 290 *anni, et usque ad transitum sancti Mamerti Viennensis ecclesiae episcopi colliguntur anni* 328.

Sanctus Verus[1] a Pio papa Viennam iterum missus, cum pluribus fidelibus martyrii palmam accepit 9. Kalendas Aprilis.

Sanctus Iustus[1*] post longum exilium martyrio donatus 4. Maii, sub Antonino; quo exulante, ecclesiam Viennensem curarunt Aaron et Aquilinus presules sancti, quorum corpora in templo sancti Petri requiescunt.

Sanctus Desiderius[2] vivebat anno Christi 167.

Sanctus Dyonisius[3] in pace quievit 9. Maii, circa annum 199.

Sanctus Paracodus[4] martyrium subiit Kalend. Ianuarii, sub Severo.

Ado. Sanctus Florentius[5] martyrio coronatus fuit sub Gallo et Volusiano 3. Ianuarii.

Sanctus Lupicinus[6] pro fide trucidatus fuit Auguste Tricastinorum 14. Decembris, sub Aureliano. Hortatoriam ad martyrium epistolam a Cornelio papa accepit[7].

Sanctus Simplidas[8] ab Alemannis Galliam devastantibus in odium fidei 11. Kal. Febr. occisus est anno 281.

Sanctus Pascasius[9] caput sancti Mauritii cum reliquiis sociorum eius Thebeorum per Rodanum fluctuans 35. post eorum necem die invenit et ad sanctorum Machabeorum edem honorifice transtulit, et tandem obdormivit in Domino die 22. Februarii anno 314.

Sanctus Claudius Verus anno 314. interfuit concilio Arelatensi sub Sylvestro papa coacto[10], et Kalendis Iunii obdormivit anno 324.

Sanctus Nectarius anno 337. interfuit concilio Vasensi sub papa Iulio[11], et plenus dierum ac meritorum ex hac vita migravit Kal. Augusti.

Sanctus Nicetius[12], venerabilis vir sanctitatis, anno 374. concilio Valentino sub Damaso interfuit. Corpus sancti Martini, eius decessoris, in ecclesiam a se constructam reposuit, in qua et ipse sepeliri voluit post obitum, qui fuit 3. Non. Maii.

Sanctus Simplicius[13], ad quem Zosimus papa epistolam direxit anno 417.[14] post concilium Taurini habitum anno 397, cui interfuit Simplicius[15]. Obiit die 3. Februarii.

Sanctus Mamertius, qui anno 451. sanctum Anianum ad Aetium imperatoris vicarium properantem hospitio recepit coniugatus, a quo gravi morbo liberatus fuit. Postea factus Ado. episcopus ob eminentem cladem tribus diebus ante ascensionem solemnes letanias instituit circa annum 468[16], et ad Christum migravit 5. Idus Maii. Sepultus apud Petri basilicam. Eius tempore sanctus Severus presbyter ex India Viennam venit, ibique[a] ingentem paganorum multitudinem ad Christum convertit[17] et 8. Augusti celum petiit, sepultusque fuit in templo sancti Stephani.

a) '*alias* hic': *nota cod.*

1) Ado ibidem: *Verus Viennensis episcopus, qui unus fuit de discipulis et auditoribus apostolorum, Traiani temporibus doctrina et confessione fidei floruit.* 1*) Ado sub Hadriano: *Hoc itidem tempore et Iustus Viennensis ecclesiae episcopus illustrissimus in confessione extitit;* et sub Antonino Pio: *Viennensium episcopus Iustus adhuc clarus habetur;* denique sub Antonio Vero: *Iustus Viennensis episcopus longo tempore exilio maceratus, martyr gloriosus efficitur.* 2) Eius apud Adonem mentio nulla. 3) Ado sub Commodo: *Dionysius quoque, discipulorum Christi auditor, Viennensem tunc ecclesiam regebat;* et postea: *Huius Aelii* (Pertinacis) *atque Iuliani Severi quoque imperatorum temporibus Dionysius, sicut diximus, Viennensis episcopus eruditissimus floruit.* 4) Ado sub Severo: *Et Paracodes Viennensis episcopus, clarus in fidei doctrina, clarus in confessione persistens, mansit in episcopatu usque ad Maximini tempora.* 5) Ado sub Gordiano: *Florentinus quoque episcopus Viennensis vita et doctrina emicuit; mansit ad Galieni et Volusiani imperium, exiliatusque martyrium complevit.* 6) Ado sub Valeriano: *Tunc temporis Lupicinus Viennensis ecclesiae episcopus clare floruit.* 7) Jaffé, Reg. inter spuria nr. xc. 8) Ado sub Tacito: *Quo tempore Viennensis episcopus Simplides mirae sanctitatis floruit. Permansit autem usque ad imperatoris Cari tempora.* 9) Ado sub Diocletiano: *Floruit et tunc temporis vir disertissimus Pascasius Viennensis ecclesiae episcopus.* 10) Ado sub Constantio de concilio Arelatensi referens ita: *apud Viennam Claudio in catholico dogmate clarissimo episcopo.* Cf. Acta Mansi II, p. 476. 11) Ado sub Constantio: *Florebat et tunc temporis Nectarius Viennensis episcopus, in doctrina fidei eximius; qui in Vasensi illa synodo venerabili primus interfuit et Patris et Filii et Spiritus sancti unam esse naturam et potestatem et deitatem et virtutem in ecclesia publice praedicavit et docuit;* et sub Valentiniano et Valente: *Nectarius Viennensis et Hilarius Pictaviensis episcopi moriuntur.* 12) Ado sub Gratiano et Valentiniano: *Quo tempore Viennensem ecclesiam regebat Niceta praeclarissimus in dogmate fidei episcopus.* Nescio cur Gams Episc. p. 654, dicat: 'idem esse videtur qui Nectarius'. Concilio Valentino non hunc, sed Florentium astitisse, docent Acta, Mansi III, p. 403. 13) Hunc Ado praetermisit. 14) Jaffé 129. 15) In Actis nulla episcoporum nomina habentur. 16) Ado sub Arcadio: *Mamertus Viennensis episcopus insignissimus habetur. Qui inter alia mirifica ob imminentem cladem ante ascensionem Domini solemnes instituit letanias;* et eadem longius narrat sub Marciano et Valentiniano. 17) Ado sub Marciano et Valentiniano: *Eo tempore Severus presbyter, natione Indus, vir miraculis clarissimus, destructo idolorum templo, ubi error gentilis centum deos cultura insanissima adorabat, ecclesiam beatissimi Stephani protomartyris, ut consecraretur, pro foribus Viennae parabat* etc.

Sanctus Eysichius, sive Ezichius[1], ex senatore episcopus factus, fato cessit 16. Martii et sepul- Ado tus fuit in ecclesia sancti Petri.

Sanctus Avitus Alcimus[2] dictus, filius prefati Ysichii, [cuius[a]] fide et doctrina tempore Gunde- c. 494. baldi Burgundie regis Arriani ab infestatione Arrianorum heresis Gallie servate sunt, et Sigis- 517. mondus ad fidem orthodoxam conversus, qui anno 509.[3] concilium Epaunense congregavit, cui prefuit idem Avitus cum eius fratre Apollinare episcopo Valentie cum aliis 22 episcopis[4]. Ab eo etiam fuit constructum baptisterium et consecratum. Defunctus est autem Nonis Februarii et in ede sancti Petri tumulatus.

Sanctus Iulianus[5] sedit temporibus Hormisde et Iohannis Romanorum pontificum.

Sanctus Domninus, pauperum amator et captivorum redemptor[6], tumulatus fuit in ede sancti Petri Ado. 3. Novembris.

Sanctus Pantagatus, ex viro consulari episcopus, mira humilitate preditus, interfuit concilio Aurelianensi cum sancto Lupo Lugdunensi episcopo anno 540[7], et anno sequenti, postquam 5 annis sedisset, ex hac vita migravit 17. Aprilis. Sepultus in ecclesia sancti Petri.

Sanctus Ysicius II. anno 552.[8] subscripsit concilio Aurelianensi tempore Childeberti regis Francorum, et obiit 12. Novembris.

Sanctus Naamatius inhumatus fuit in templo sancti Petri.

Sanctus Philippus consecravit monasterium Sancti Andree monialium, et anno Christi cf. Ado. 567. concilio Lugdunensi hortatu Gontrandi regis convocato prefuit[9]. Carnem exuit 28. No- 567. vembris.

Sanctus Evantus, seu[b] Evantius, a Guntranno rege invitatus fuit ad synodum Kal. Novembris anno 581. Matisconi habendam; cui interfuit cum sancto Desiderio, eius diacono[10] 581. ac postea successore. Ex hoc seculo transiit die 3. Februarii, tempore sancti Gregorii pape, qui ad ipsum aliquas epistolas direxit[11].

Sanctus Desiderius, ad quem extant 4 epistole sancti Gregorii pape[12], ab anno 583. prefuit usque ad annum 612, quo impie Brunichildis opera lapidibus obrutus, die 23. Maii Calarona martyrii coronam adeptus est. Eius vero sacrum corpus Viennam translatum est 3. Idus Febr. et retro altare Apostolorum honorifice repositum, ubi adhuc innumeris claret 607. miraculis.

Sanctus Domnolus, vir misericordie operibus deditus, plures redemit captivos. Ipse vero ex captivitate corporis eductus fuit 16. Iunii.

Sanctus Etherius defunctus est 18. Kal. Iulii et sepultus in oratorio sancti Georgii.

Sanctus Clarentius sedebat temporibus Martini, Eugenii et Vitaliani pontificum Romanorum. Obiit die 25. Aprilis.

Sanctus Syndulfus circa annum 662. prefuit[13], 10. autem die Decembris migravit.

Sanctus Edictus ab Agathone papa anno 682. pridie Kalendas Martii epistolam cum actis concilii Constantinopolitani recepit[14], et in Domino quievit die 23. Octobris.

Sanctus Edaldus, seu Sadeoldus[c], seu Cadeolus[15], plurima construxit monasteria sanctumque Clarum abbatem[16] instituit, ac tandem anno 687. ex hac vita ad meliorem transiit 14. Ianuarii. Acceperat autem pallium a Iohanne papa[17] cum capillis sancti Pauli.

Sanctus Dadolenus, seu Dolenus, vixit tempore sancti Clari abbatis et obiit Kalendis Aprilis.

a) *deest c.* b) *varias nominum formas num ipse auctor collegerit, dubitari potest. Vix tamen ei qui codicis exemplum fecit haec tribuerim.* c) Cadeoldus *Chev.*

1) Ado sub Marciano et Valentiniano: *Isicius tunc temporis Viennensem regebat ecclesiam sextus a beato Paschasio, cuius diebus praefatus Severus gloriosus presbyter ab India Viennam venit. Qui episcopus floruit usque ad tempora Zenonis imperatoris.* 2) Ado sub Anastasio: *Avitus quoque Viennensis episcopus, eloquentia et sanctitate praecipuus, cuius frater Apollinaris Valentiae episcopus, miraculis insignis, Isacii, senatoris primum viri, postea Viennensis episcopi, duo lumina, clarissimi filii* etc. 3) a. 517. 4) Acta Mansi VIII, p. 564. 5) Ado sub Iustino: *Iulianus Viennensis episcopus floruit.* 6) Adonis locos v. SS. II, p. 317 sqq. 7) 538; cf. Mansi IX, p. 20. 8) 549; cf. Mansi IX, p. 135. 9) Mansi IX, p. 788. 10) Cf. Mansi IX, p. 936. 11) Has in Gregorii Registro frustra quaeras; neque si Desiderius a. 583. sedem episcopalem accepit, Gregorius papa a. 590. constitutus praedecessori epistolas dirigere potuit. — Ado post Evantium ponit Verum episcopum. 12) Jaffé 1068. 1263. 1269. 1404. 1468. 13) 'Adfuit synod. Clippiac. 626, subscr. 636. 642'. GAMS. 14) Jaffé inter spuria nr. CCLXXXIX. Edictus diu ante Agathonem papam sedisse creditur. 15) *Caldeoldus* Ado. 16) De quo cf. Vitam, Mabillon Acta II, p. 683. 17) Jaffé inter spuria nr. CCXCI.

Sanctus Bobo, seu Bobolinus, defunctus est 14. Iunii.

Sanctus Georgius anno 699. ad vitam celestem abiit die 2. Novembris. In templo sancti Petri iacet.

Ado. Sanctus Deodatus, vir abstemius et magne sobrietatis, decessit 15. Octobris.

Sanctus Blidranus[a, 1] 22. Ianuarii e vita excessit.

Sanctus Agratus[2] defunctus est 14. Octobris.

Sanctus Evaldus, seu Eoaldus, ecclesiam sancti Mauritii edificavit, in quam quas a Constantino papa[3] susceperat reliquias reverenter reposuit, et 7. Iulii obiit.

Sanctus Babolinus mortuus est 26. Maii 718. vel 719.

Sanctus Austrobertus munera ad papam Gregorium pauperibus et captivis eroganda transmisit, a quo epistolam anno 719. datam recepit[4]; aliam quoque cum decretis synodi Rome mense Martio anno 742. habite a pontifice Zacharia[5]. Demum in pace quievit Nonis Iulii.

Ado. Sanctus Vilicarius, seu Wilicardus, ecclesiam novam edificavit, sanctis martyribus Ferreolo et Iuliano dicavit, ad quam eorum reliquias transtulit, relictoque pontificatu, ad Agaunense monasterium se contulit, ubi factus abbas, huius vite cursum, eternam adepturus, complevit 14. Aprilis.

Sanctus Proculus[6] tempore proculcacionis ecclesiarum et earum bonorum post direptionem a Karolo Martello et sequacibus eius claruit, unde consolatoriam a Stephano papa habuit epistolam, datam 8. Kal. Iulii circa annum 768.[7]

Sanctus Bertericus[b] epistolam ab Hadriano papa accepit[8] confirmativam privilegiorum Viennensis ecclesie, datam Kalendis Ianuarii, anno 775. Decessit 6. Idus Iunii.

Sanctus Wolferius a Leone papa confirmationem privilegiorum 15. Iulii an. 799. obtinuit[9]. Ex hac vita decessit 12. Kalend. Iulii.

Sanctus Ursus, vir bonus et simplex, senio gravatus coadiutorem sibi elegit, ut eius vices ageret; sepultus fuit in ecclesia sancti Stephani 10. Kalendas Maii.

Sanctus Ultraia, ex Iudeo de tribu Beniamin christianus doctissimus[10], predicti Ursi episcopi coadiutor et successor, Karolo Magno percarus, finem vite accepit Idibus Martii et sepulturam cum suo predecessore in ecclesia sancti Stephani.

Sanctus Barnardus ex abbate et fundatore Ambroniacensi[11] iussu Paschalis pape fuit consecratus episcopus Viennensis anno 817, seditque 36 annis et ad celum migravit 23. Ia-
842? nuarii anno 852, ac honorifice sepultus in monasterio Romanensi, quod fundaverat[12].

Sanctus Agilmarus a Lothario imperatore confirmationem fundationis Romanensis monasterii a sancto Barnardo fundati impetravit[13], et anno 861, pridie Nonas Iulii animam efflavit et solemniter ad pedes Naamatii in ecclesia sancti Petri fuit tumulatus.

Sanctus Ado, moribus et scriptis clarissimus, pallium et confirmationem privilegiorum a papa Nicolao recepit anno 861. cum decretis Lateranensis concilii[14]. Huius vite lucem
875. emisit 17. Kalend. Ianuarii circa annum 879, quoadusque chronicon perduxit[15]. Iacet in ecclesia sancti Petri.

Sanctus Otrannus iacet in predicta ede sancti Petri, defunctus 16. Septembris, anno 888.

Bernoinus anno 901, Ianuarii 21. moritur et in oratorio sancti Georgii sepelitur. Interfuerat concilio Vienne celebrato a legato sedis apostolice anno 892.[16] Wolfericus Karoli Francorum regis et Ermentrudis, eius uxoris[17], votivum donum apud Arelatem situm recepit.

Raganfredus defunctus est 19. Aprilis anno 908, et in ecclesia sancti Petri sepultus.

Sanctus Alexander, omni pietate venerandus, per 24 annos Viennensi ecclesie prefuit et profuit. Privilegiorum confirmationem a Sergio papa renovare fecit anno 908, mense Iunio[18]. Sanctum emisit spiritum 17. Kalend. Ianuarii anno 932; cuius corpus fuit inhumatum in ecclesia sancti Petri.

a) Blidianus *Mol.* b) Berterius *Ch.*

1) *Blidramnus* Ado. 2) Hunc praetermittit Ado. 3) Qui sedit a. 708—715. 4) Iaffé inter spuria nr. ccxcviii. 5) Ibid. nr. ccc. 6) Proculum post Bertericum ponit Ado. 7) Jaffé l. l. nr. cccxiv. 8) Ibid. cccxvii. 9) Ibid. cccxxiv. 10) Ab Adone *Baioarius* praedicatur. 11) Ambronay. 12) Romans-Moutier; quod tamen iam s. VII. fundatum dicitur. 13) Bouq. VIII, p. 380. 14) Jaffé l. l. cccxlv. 15) Chronicon continuatione auctum scriptor prae oculis habuit. 16) Acta concilii a. 891. celebrati, Mansi XVIII, p. 121, nomina non continent. 17) Quae obiit a. 869. Karoli charta suppositicia edita Bosco, Bibl. Flor. II, App. p. 55. Wulferius episcopus idem qui supra Ultraia habetur. 18) Jaffé 2719.

Sobo costam Castaneti ab Hugone et Lothario regibus anno 945[a]. dono accepit pro sua ecclesia sancti Mauritii[1], et anno 952. vitam finivit 4. Kalend. Martii.

Sanctus Teutbaldus, seu Theobaldus, Kal. Iulii sepultus est in templo sancti Mauritii, quod restauraverat sub initio regni Rodulfi regis Burgundie, anno videlicet 993.

Sanctus Burchardus multis donis ac privilegiis a Rodulfo rege et eius coniuge Irmengarda honoratus est, etiam Viennensi comitatu anno Christi 1013[2]. Virtutum et miraculorum gloria illustris celum petit die 20. Augusti et 21. ad templum sancti Petri solemniter sepultus anno Christi 1026, postquam sanctam Viennensem ecclesiam 30 annis sapienter administrasset.

Sanctus Leodegarius, ex abbate Romanensi archiepiscopus, iacet ante fores Sancti Petri, defunctus pridie Idus Iunii; a Leone papa confirmationem privilegiorum suorum impetravit[3], plurima edificia sacra diruta reparavit et nova edificavit et dotavit. Domum Dei de Sancta Misericordia cum Guitgerio Sancti Petri abbate de bonis Eraldi monachi in loco dicto Caprasia extruxit et bonis dotavit plurimis, ut in eius epitaphio legitur. Iam presidebat anno 1048.

Warmundus circa annum 1074. canonice fuit electus in sedem Viennensem, explosis 1076.
iis qui eam simoniace administrare conabantur[4], et a Gregorio pontifice, qui eum fidelem ac prudentem noverat, confirmatus ac ab eo de bonitate et iustitia laudatus atque diversis ornatus laudibus ac honoratus privilegiis[5]. Defunctus est autem anno 1083.

Sanctus Guido, frater Stephani Burgundie principis, cum sedes Viennensis per 5 annos vacasset, exhortante Urbano II. papa Viennenses ut pontificem eligant[6], electus est anno 1088, quia in eo scientie sapor et honestatis odor bonus repertus est. Unde a Paschali cardinalis fuit creatus et eius legatus adversus scismaticos, et tandem, mortuo papa Gelasio anno 1119, paulo post concilium Viennense[7], pontifex maximus fuit electus et sub nomine Calixti II. consecratus. Anno autem 1124, 14. Kalendas Ian. febre correptus animam Deo reddidit. Rome sepultus in ecclesia Lateranensi, ubi eius memoria miraculis corusca habetur.

Humbertus[8] a Conrado rege Vienne regimen accepit anno Christi 1146, regis autem anno 8, et anno 1147. sepultus fuit in templo sancti Petri cum ingenti omnium luctu.

Hugo, ex monacho Cartusie coadiutor et postea successor sancti Hugonis episcopi Gratianopolitani et tandem archiepiscopus Viennensis effectus anno 1147. Cui civitatis Vienne administratio fuit commissa anno 1153. a Friderico rege Romanorum[9]; sed solitudinis amator, solitudinem Portarum petiit, de licencia Adriani pape dimissis infulis pontificalibus; ubi pauper monachus, virtutibus dives, decessit Nonis Maii, ibique iacet.

Stephanus II. post Hugonis spontaneam depositionem electus est a clero et populo. A Friderico imperatore privilegiorum confirmationem obtinet anno Christi 1157[10], et anno 1167[b]. moritur ac inhumatur in ecclesia sancti Petri.

Guillelmus ex decano ecclesie sancti Mauritii, senio quamvis gravatus, eligitur anno 1176, quo Kalend. Augusti Bizuntii de omnibus regalibus suis investitus fuit a Friderico imperatore[11].

Robertus interfuit concilio generali Lateranensi anno 1179, 3. Nonas Martii ab Alexandro papa celebrato[12], et anno 1195, die 28. Ianuarii e vivis excessit, fuitque in ecclesia sancti 1195.
Mauritii sepultus.

Aynardus Taurini existens cum archiepiscopo Tarentasiensi Aymone hominium fidelitatis prestitit Henrico imperatori. Ipse vero imperator de omnibus regalibus eum investivit 5. Kal. Augusti anno 1196[13].

Humbertus Cartusianus circa annum 1200. electus est et consecratus: ritum vivendi et habitum semper retinuit pristinum. Anno 1209. archiepiscopum Lugdunensem visitavit. Anno 1214. confirmationem privilegiorum a Frederico Romanorum et Sicilie rege impetravit[14], et anno 1215, die 19. Novembris obiit.

a) DCCCCXIV. *c.* b) MCLXVIII. *Ch.*

1) Böhmer, Reg. Karol. 1416. 2) Lege 1023; Gall. chr. XVI, Instr. p. 18 (Böhmer, Reg. Kar. 1523). 3) Jaffé spur. CCCXXXIV. 4) i. e. Armando episcopo a. 1076. deposito. 5) Ibid. CCCXCVII. 6) Jaffé 4019. 7) a. 1112. habitum. 8) Petrus et Stephanus episcopi praetermittuntur. 9) Stumpf nr. 3674. 10) Ibid. 3780. 11) Diploma a. 1176, 15. Kal. Aug. datum legitur; sed ad a. 1166. pertinet; v. Acta imperii 124, p. 116; Stumpf 4073. 12) Mansi XXII, p. 240. 13) Stumpf 5021. 14) Böhmer, Reg. Frid. 98.

Guisfredus Cartusie monachus morienti Humberto adstitit, et a clero populoque statim in sedem defuncti eligitur. Sed humilitatis et quietis amans episcopatum renuit anno 1215.

Burno sedem episcopalem tenebat anno 1216, quo Odo dux Burgundie confirmavit privilegia ecclesie Viennensis et de novo concessit, tanquam vicarius regis Friderici in regno Arelatensi[1]. Ipse autem Burno, spretis mundi honoribus dimissoque episcopatu, in cartusia Vallis-beate-Marie humilis monachus effectus, anno 1221. feliciter e vita excessit.

Iohannes, Burnoni successor, adhuc sapienter et strenue nostram regit ecclesiam, de cuius iussu et mandato que superscripta sunt fideliter descripsi hoc anno 1239. Hunc dignum presulem per longa secula nobis servet incolumem Deus benedictus in secula! Amen.

CHRONICI VIENNENSIS FRAGMENTUM.

FUNDATIO SANCTE VIENNENSIS ECCLESIE ET QUANDO ET A QUIBUS DOTES ET BONA TAM SPIRITUALIA QUAM TEMPORALIA OBTINUIT.

Privilegia que ab apostolis eorumque successoribus sacrosancte sunt prelibata ecclesie, sicut cuiquam non expedit ea minuere, ita quoque oportet ea integra et inconvulsa sine refragatione observare, quoniam omni auctoritate est vacuum, quicquid ab eorum constitutione est diversum. Proinde memorie dignum est tradere, quantam fundamenti stabilitatem et soliditatem Viennensis hec sancta ecclesia ab ipsis accepit fundamentis ecclesie; quam Paulus doctor gentium apostolica auctoritate per presentiam suam consecrando insignivit primaque in ea fundamenta fidei stabilivit, ubi verbum vite primo predicans aliquot temporis resedit, ibique in loco suo sanctum Crescentem, Christi discipulum, primum episcopum instituit, ac postmodum sanctum Zachariam de discipulis Christi, qui dominice cene interfuit et mapam cene Domini Viennensibus iocale admodum pretiosum dedit, surrogavit. Hic in ipsa urbe Vienna Galliarum prothomartyr effici meruit.

Ado. Cui [successit[a]] beatus Martinus, beatorum apostolorum discipulus, ab eis Viennam missus; sub temporibus Neronis, Vespasiani et Titi in pace floruit.

Beatus[2] quoque Verus, apostolorum discipulus, iniunctumque sibi officium longe lateque predicando et docendo beatissimo fine complevit.

Beatus quoque Verus, eque apostolorum discipulus, ab eis Viennam missus, Martino successit; sub imperatoribus Traiano et Nerva martyrii coronam promeruit; cui beatus Pius Rome urbis episcopus epistolam rescripsit in hunc modum: *Pius episcopus* etc.[3]

Huic successit sanctus Iustus, qui temporibus Anthonini cognomine Pii et Anthonii iunioris imperatorum floruit; quo tempore gravissima christianorum persecutio in urbe Vienna fuit, ubi multi christianorum martyrio coronati sunt; inter illud martyrium clarissimum Lugdun. consummatus est, in cuius memoriam festivitatem ecclesia concelebrat, ipseque tandem coronatus est martyrio pontifex.

Qui rexit ecclesiam beatus Dionisius preclarissimus in doctrina floruit Marci Antonini et Veri imperatorum temporibus; cui beatus Victor Romanus pontifex rescripsit ut sequitur: *Victor episcopus* etc.[4]

Cui successit Paracodas[b] sanctissimus magister; floruit temporibus Antonini Caracalle, Aurelii, Alexandri et Maximi temporibus; cui predictus Victor papa rescripsit in hunc modum: *Victor* etc.[5]

Cui successit sanctus Floretus, qui floruit Gordiani, Philippi, Decii, Galli et Volusiani temporibus.

Post Floretum rexit episcopatum beatus Lupicinus Valeriani, Galieni et Claudii temporibus; cui summus pontifex beatus Cornelius huius tenoris direxit epistolam[6].

Huic sanctus Simplicida successit sub tempore . . . . .[c]

Cui discretissimus et bonitate preclarus Paschasius[d] successit sub temporibus Diocletiani et Valerii[e]. Tunc[f] beatus Silvester Constantino[g] largiente patrimonium ecclesie Romane acquisivit. Huius tempore ecclesia Viennensis cepit in spiritualibus et temporalibus augeri et dotari et dignitate pre ceteris Galliarum ecclesiis preferri, quod patet per decretalem . . . . .[c] beato Silvestro prefato sancto Paschasio directam sub his verbis: *Silvester episcopus* etc.[7]

Post hunc sub eodem Constantino sanctus Claudius, qui in synodo Nicena et Arelatensi inter 600 episcopos dogmate clarissimus fuit, magnus in religione sancta, istam rexit ecclesiam.

Deinde sanctus Nectarius sub temporibus Constantini, Iovianni et Iuliani imperatorum.

Post eum beatus Nicetius temporibus Gratiani et Theodosii augustorum.

Post hunc fuit beatus Simplicius; ad quem beatus Zozimus papa scribit huius tenoris epistolam: *Zozimus* etc.[8]

a) *deest c.* b) Paxacodas *c.* c) *vacat.* d) prelatus *c.* e) *lege:* Galerii. f) Huic *c.* g) Constantinae *c.*

1) Bibl. Floriac. p. 93. 2) Haec post inserta esse videntur. 3) Jaffé spuria XLII. 4) Ib. LXV. 5) Ib. LXVI. 6) Ib. XC. 7) Ib. CXXXIV. 8) Ib. CLXXXI.

Beatus autem Mamertus precipue sanctitatis et doctrine temporibus Archadii et Honorii fuit et usque ad tempora Valentiani et Marciani augustorum permansit; quo tempore Clodoveus rex Francorum primus christianus factus est. Huius temporibus in Vienna urbe prodigia et terre motus metuendo ordine *cf Ado.* paruerunt, cuius rei causa rogationes Domini ab eodem sancto reperte et institute fuerunt. Hic in Chalcedonensi inter 630, agente Leone Romano pontifice, et Ephesine prime inter 200 episcopos synodis magne auctoritatis fuit.

Sancto Mamerto successit beatus Ysicius, senatorie dignitatis, primum sub Zenone et Leone imperatoribus; cui fuerunt duo filii infula sacerdotali preclarissimi, sanctus Apollinaris Valentine urbis episcopus et beatus Avitus; qui patri Vienne successit, doctissimus et sanctissimus, Zenonis et Anastasii imperatorum temporibus, adversus heresim Arrianam et ecclesie inimicos magno sudore decertavit. Huius temporibus *Ado.* magna persecutio Wandalorum et gentilium excanduit.

Huic successit sanctus Iulianus sub Iustiniano imperatore, quando a prefatis Wandalis ecclesie destructe et episcopi ceterique orthodoxi fugati sunt. Tunc hec ecclesia redacta est ad nichillum.

Post hunc sanctus Domnus sub Iustiniano secundo tam in divinis quam secularibus artibus emicuit. Huius tempore episcopi reverti et ecclesie reedificari incipiunt.

Huic sanctus Pantagatus dicti Iustiniani imperatoris tempore succedens, floruit, et ecclesiam suam dotare et augere laboravit, et in Aurelianensi secunda synodo triginta sex capitula pernecessaria omni statui ecclesie promulgavit.

Post hunc sanctus Ysicius sub prefato Iustiniano floruit.

Papa sanctus Naamatus Iustiniani et Iustini temporibus.

Huic successit sanctus Philippus temporibus Tyberii imperatoris; et iustus[a] Evantius, qui viginti capitula ecclesiastico ordine perfecta apud Matisconem cum aliis episcopis roboravit; et isti sanctus vir sub imperatoribus Mauricio et Tiberio succedens, sanctum Desiderium diaconum suum in episcopatu successorem reliquit, imperante Mauricio, Gregorio magno doctore in apostolatu presidente. Hic, procurante Brunechilde, in prisiam[1] Burgondionum et regiam ab Arriane heresis fautore martyrii palmam obtinuit.

Sanctus quoque Donolus, imperante Foca et Clotario Francis regnante, post illum hunc rexit episcopatum.

Cui sanctus Etherius eisdem regnantibus successit.

Cuius beatus Clarentus successor Constantini imperatoris et Dagoberti Francorum regis temporibus, et Martino summo pontifice, exilio Tellone relegatus est.

Cui successit sanctus Sindulfus[b], eisdem temporibus et eisdem regnantibus.

Post hunc tempore Constantini, filii Constantini, et Dagoberti Francorum regis episcopatum rexit beatus Hecditus, vir magne religionis; cui beatus Agatho papa rescripsit in hunc modum: *Agatho* etc.[2]

Post eum sanctus Cadoldus temporibus Iustiniani imperatoris, Clodoveo Francis regnante. Huius tempore erat[3] hec ecclesia egregie aucta et dotata fuerat; in urbe quippe Vienna duodecim monasteria a dictis sanctis pontificibus fundata, tam virorum quam sanctimonialium sub sancta professione viventium pia districtione ultra 1530 numerum continentia existebant. Porro in domo maiori apostolicam vitam tenentes in unumque viventes innumerabiles clerici erant, ita ut, omnibus dispositis, officiorum ministeria peragerent apud Sanctum Severum. In urbe eadem cetus clericorum venerabilium simili modo viventium existebat; alia quoque venerabilia sanctorum in unum conversantium numerum pene ad sexaginta sub causa prefati pontificis degentia in Viennensi diocesi satis ordinabiliter sita erant. Sic tunc temporibus ad gloriam omnipotentis Dei Viennensium ecclesia florebat. Tunc et beatus Clarus abbas Vienne floruit, qui spiritu prophetico gravissimam paganorum persecutionem profuturam iusto Dei iudicio predixit, sicut postea accidit, adeo quod civitates destructe, monachi et terre incole partim occisi, partim aufugati, incensis sacris edibus, vastatis edibus omnibus et pene in desolationem omnem redactis, extiterunt.

Huic sanctus Donolmus sub Leone imperatore, Francis Theodorico regnante; cui sanctus Bobonus sub Iustiniano et Tiberio imperatoribus; cui sanctus Georgus sub Philippico imperatore heretico; et huic sanctus Deodadus sub Anastasio imperatore; et isti sanctus Blideranus tempore Theodosii imperatoris, Clodoveo Francorum rege; cui sanctus Agratus tempore Leonis imperatoris, regnante Childeberto in Francia; et huic Landolmus[4] in episcopatu successit.

Post hos sanctus Coaldus[c] sub Leone imperatore, Dagoberto in Francia regnante, floruit. Hic Viennensem ecclesiam rebus auxit, erat enim affinis servitorum[d] regis. Usque ad hec tempora . . . . . .[e] maior domus in honore sanctorum septem fratrum Machabeorum ex antiquo a primis episcopis consecrata semper ibi fuit, sed hic sanctus in honorem martyrum Thebeorum intra menia . . . .[f] Mauricii, et cuius caput insigne iocale habebat, ac sociorum eius ecclesiam construxit, et eam maiorem et cathedralem ordinavit; ex quo tempore etiam Vienn. et res ipsius et ipsorum martirum nomine titulantur. Huic summi pontifices Iohannes et Constancius rescripserunt in hunc modum: *Iohannes*[5] etc. *Constancius*[6] etc.

a) isti? *locus corruptus videtur.* b) Lind. *c.* c) *lege:* Eoaldus. d) *l..* Francorum. e) *vacat c.* f) *suppl.:* in honorem sancti.

1) Hoc loco contemptum vel simile quid significare videtur. 2) Jaffé CCLXXXIX. 3) Haec ex Vita S. Clari c. 3, Mabillon, Acta II, p. 483, fluxerunt, ubi singula monasteria et numerus fratrum recensentur. 4) Neque apud Adonem neque supra p. 814. occurrit. Etiam Gams hunc praetermisit. 5) Jaffé CCXCI. 6) Ib. CCXCVII.

Sancto Coaldo successit beatus Bobolnus, adhuc Leone imperante.

Post quem sanctus Austebertus tempore Michaelis imperatoris. Huius tempore completa est pro- V. Clari c. 10, p. 485. phetia beati Clari abbatis; nam a Wandalis et Sarracenis non tantum Vienna, sed longe lateque alie provincie vastate sunt. Tunc hec ecclesia ab hostibus Sarracenis destructa est anno ab incarnatione Domini 795[1]. Huic sancto episcopo beatus Zacharias papa hoc modo rescripsit ut sequitur: *Zacharias* etc.[2]

Sancto Austroberto defuncto, Vilicarius successit, vastata iam Viennensi ecclesia. Eo etiam tem- Ado. pore Franci furioso et insano satis consilio res Deo oblatas in usus suos retorquere consiliati sunt. Hic quia non sustinuit videre ecclesiam suam rebus suis expoliatam et vastatam, monasterium sanctorum martyrum Agaunensium[a] ingressus, vitam venerabilem duxit, sicque dissipato et vastato tam intus quam foris Viennensi episcopatu, aliq[uot[b] annis sine] episcopo . . . .[c] sunt, laicis sacrilege[d] et barbare res sacras obtinentibus. Deinde [cum[e]] vastata et vacans sit Viennensis ecclesia, Berterius in episcopum assumptus, Pipino, Caroli filio fratris[f], regnante. Hic bone et simplicis vite fuit iam Carolo Magno regnante . . . . .[c] Huic beatus Adrianus papa rescripsit[3].

a) Augavensium *c.* b) *desunt loco vacuo relicto c.* c) *vacat c.* d) sacrilego *c.* e) *deest c.* f) *ita c.*

1) In anno indicando aperte erravit auctor; de clade a. 737. cogitat, Ado SS. II, p. 319. 2) V. supra p. 814 n. 5. 3) Ib. n. 8.

HISTORIA BREVIS PRINCIPUM THURINGIAE.

Brevem historiam 'de ortu principum Thuringiae' primus Gudenus, Cod. dipl. Mog. II, p. 598—603, *ex codice edidit Moguntino nr.* 117. *signato, qui varia continebat opera historica — chronicon quod dicitur Eusebii ad a. usque* 1215. *continuatum, historiam Terrae Sanctae, chronicon miscellum*[1], *catalogum summorum pontificum et imperatorum usque Fridericum II, prophetiam de Wilhelmo rege, alia, — nunc ut videtur deperdito*[2], *nuper denuo imprimi fecit C. Wenck in opere docto, quod de libris historicis in Reinhardsbrunnensi monasterio scriptis publici iuris fecit*[3]. *Inter eos hanc historiam tam aetate quam simplici narratione, a fabulis post inventis vacua, primum sibi locum vindicare, recte statuit; neque quin iam antequam Heinricus lantgravius in regem electus et mox mortuus esset praecipua libelli pars chartae tradita sit, dubitari potest*[4]. *Wenck etiam vetustiorem eius formam in Historiis Reinhardsbrunnensibus saec. XIV. adhibitam esse, opinatus est; sed mihi haud persuasit*[5]. *Auctor et ipse in monasterio Reinhardsbrunnensi vixit, cuius fundationem narrat et privilegium Heinrico III. regi suppositum exscribit. Domui lantgraviorum addictus, breviter, sed, si initia valde dubia et quaedam memoriae eorum minus grata*[6] *excipias, satis accurate principum stemma genealogicum et praecipua facta exponit; nec parum facit ad ea iudicanda et recte pensitanda quae postea in Thuringia, et maxime in ipso monasterio Reinhardsbrunnensi de iis tradita vel ficta sunt.*

Codice Moguntino deperdito, apographum secutus sum in bibliotheca Hannoverana adservatum XX, 1168, *Gruberi manu s. XVIII. nonnullis locis emendatum.*

G. W.

1) i. e. Annales Erphordenses, SS. XVI, p. 26. editi. 2) Cf. SS. XVI, l. l. 3) 'Die Entstehung der Reinhardsbrunner Geschichtsbücher' p. 79 sqq. Recte Adelung, Directorium p. 114, de hoc libello iudicavit, quem alii nimis neglexerunt. 4) Quae de morte Conradi magistri domus Theutonicorum (a. 1240) et de electione et morte Heinrici Raspe narrantur post in codice addita fuisse, testatur Gudenus. Praeterea verba, quibus auctor consilium suum prodit et totus narrationis tenor lantgraviorum domum nondum extinctam fuisse, dum scriberet, probant. Quod vero imperatorum catalogus in eodem codice non ultra Friderici II. tempora deductus fuit, non magni faciendum est. 5) Cap. 4 n.* etiam codex Bertoldum (non Bopponem) superstitem dicit, quod Historiarum Reinhardsbr. auctor more suo ampliavit verbis, quorum sententia certius indagari nequit; nam *germanitas* vix idem esse potest ac *germanus*. Ludewicus tertius c. 11. iunior dicitur, ubi secundi filii recensentur, quod minime probat, alium huius nominis comitem nondum vixisse; ita c. 4 n. Poppo 'iunior' Hennebergensium nominatur, inter cuius posteros tres Poppones afferuntur. Neque quod Hermannum 'illustrem huius provincie principem' dicit, hoc vivo scriptum sit, oportet. Recte vero Wenck animadvertit, ultimo capite res brevius narrari. Hermannus, filius Ludovici IV, qui usque ad a. 1242. vixit, prorsus omissus est. Genealogiae filiarum eadem manu in margine codicis scriptae non ultra prima saec. XIII. decennia progrediuntur. 6) V. quae de Friderico palatino Ludovici iussu interfecto p. 821 n. 10. monui.

DE ORTU PRINCIPUM THURINGIE.

Cunctis scire desiderantibus breviter notum facere volumus, a quibus principes Thuringie sive lantgraviani originem duxerint ac principatum obtinuerint.

1. Temporibus itaque Cunradi imperatoris Spirensis nomine fuit quidam ingenuus de elegantissima Karoli et Ludewici regum Francorum stirpe oriundus[1], qui propter faciem barbatam et come nutrimentum Ludewicus Cum-barba vocatus est. Cuius consanguineam Gislam nomine rex Cunradus Spirensis, qui Henrico Babenbergensi successit, sibi matrimonio copulaverat. Cuius interventu ad regalia consilia isdem Ludewicus familiarius accesserat. Ex quo contigit, ut eum rex Maguntino archiepiscopo Bardoni commendaret, qui et ei comitatum in Thuringia prestitit et beneficia plurima alia concessit, suisque eum consiliis numquam deesse passus est.

2. Denique ipsi Ludewico frater extitit Hugo comes, qui tam habundantibus diviciis ampliatus erat, quod nulli servire voluit nisi solis Maguntino et Fuldensi principibus. Quo mortuo, filius eius Wicmannus totam hereditatem ex debita successione sortitus[a] est. Qui, ut aiunt, ex manica passione tam stulto ingenio inventus est, ut per sentenciam iudiciariam habita a sede Maguntina beneficia sibi subducta sint et alteri collata. Quo audito, idem Wicmannus assumptis comitibus Maguntiam devenit et ad pontificis consistorium audenter intravit ac in episcopi omniumque presencia auctorem et invasorem suorum beneficiorum crudeliter interemit. Sane[b] factis ibi tumultibus dum idem Wicmannus properaret ad fores exilire, obiecto quodam panno per quendam clericum, sicque ibidem retentus, in eodem consistorio miserabiliter occubuit. Cuius omnis hereditas et beneficia prenominata ad eundem Ludewicum devoluta sunt.

3. Cumque ditari nimis in eadem cepisset regione, permissione[2] imperatoris et principum, quibus id iuris erat concedere, edificavit castellum iuxta Loibam silvam Schowenburc[c] nomine[3]; ad quod negocium rex quam plurimam partem eiusdem silve ei auctoritate sua contulit. Ipse eciam per se ab incolis terre, Bisone[d] scilicet et Gunthero aliisque nobilibus viris, predia nonnulla precio comparavit, villam Aldenberc aliaque prope adiacencia, culta et inculta; ex quibus novalia innovans et arbusta in campi planiciem coequans, viculos statuit; quorum unum Friderichsrot, alium Reinhersburnen vocavit.

4. Succedente tempore nobilissimam coniugem sibi eligens, Ceciliam de Sangirhusen accepit matrimonialiter, que ad eum 7000[e] mansorum cum ceteris honorificis impendiis[f] ex hereditaria successione devolvit. Per quam suscepit duos liberos, Ludewicum et Berengerum comites, et tres filias*. Quorum Berengerus ex hereditaria successione Sangirhusen cum suis pertinenciis sortitus est ibidemque eciam sepultus. Horum vero pater tandem in
1048. senectute bona diem claudens extremum, sepultus est Maguntie apud Sanctum Albanum.

*) *Sequentia 'contracte manu eadem' teste Gudeno in margine codicis scripta sunt:* Hec sunt filie quas Cecilia comiti Ludewico Cum-barba genuit. Prima est Hildegardis, que Bopponi comiti de Hennenberc[g] coniuncta, ab eo suscepit duos filios, Bopponem et Goteboldum[h]; quorum pater in atrocissimo bello quod fuit in Strowi[i] occubuit. Postea eorum mater cuidam ingenuo Timoni de Nordeke nupsit, genuitque filium Gebehardum nomine, qui Cellam Sancti Blasii[4] ad monasterium Reinhersburn contulit. Boppo iunior[k] tres filios genuit, Bopponem de Irmenoldishusen[5], Ludewicum de Vrankenstein, Goteboldum de Wasungen. Porro Goteboldus genuit 4 filios, Bopponem et Bertoldum comites, Gebehardum Wirzeburgensem[6], Guntherum Spirensem[7] episcopos. Dein
1190. Bertoldus comes edidit filium Bopponem, qui in Terra Sancta defunctus, filium[8] superstitem Bertoldum[l] comitem reliquit. Sane predictarum trium sororum secunda Uta comiti Dieterico de Linderbeche nubens, ab eo comitem Beringerum suscepit, qui in Reinhersburn sepultus quiescit.

a) sortius *c.* b) Iam *Reinh.* c) Soweburg *R.*; Scowonburg *charta.* d) Gisone *Gud.* e) *ita c.* (VII) *R.*; VIIC *coniecit Gruber, quod W. recepit, sed de milibus sermonem esse, genitivus* mansorum *indicat.* f) impensis *R.* g) Henneberc *corr.* Hennenberc *c.* h) Godeb. *Gud.* i) Stronut *c.*; Strowe *R.*; Strove *corr. Gr.* k) minor *R.* l) *ita c. cum R.*; Bopponem *Gud., quod Wenck male retinuit.*

1) Hoc fabulam redolere, satis constat; cf. Knochenhauer, 'Gesch. Thüringens' p. 31 sqq. Fortasse nomen 'Ludovicus' cis Rhenum rarius usitatum huic narrationi ansam dedit. 2) Quae sequuntur — *viculos statuit* ad verbum fere cum charta adulterata Heinrici III, Eccard, Hist. gen. p. 315 (Stumpf nr. 2266), conveniunt; quam auctori ad manum fuisse, patet. 3) prope Friedrichsrode. 4) Cella in praefectura Gothana. 5) Irmelshausen. 6) a. 1151—1159. 7) a. 1146—1161. 8) Hist. Reinhardsbr. ita: *Cuius superstes filius Bertoldus comes superaffluentibus diviciis ampliatus, cum sua germanitate in hodiernum diem perseverat.* Bertoldus obiit a. 1212, Poppo (VII) a. demum 1245.

Huius Beringeri filii, Ludewicus de Lare[1], Ditericus de Berca[a, 2] comites, nobilem duxere prosapiam et eam que[b] modernos non latet ediderunt posteritatem[c, 3]. Ceterum Adelheidis, tercia filia Ludewici comitis, ei qui tunc temporis in Wiphire[d, 4] dominium habuerat legaliter coniuncta, filium nomine Ludewicum edidit. Qui Mechtildam sibi uxorem accipiens, genuit filium sui nominis, futurum postea Monasteriensem episcopum[5]. Preter eum eciam ab ea Kunonem laicum, ad quem tota hereditas devoluta est, postea suscepit.

5. Porro Ludewicus comes, iam dicti Ludewici Barbati filius, ecclesie Reinhersburnensis fundator, felicibus auspiciis progenitus, feliciora incrementa sortitus est. Nam in die sue regeneracionis Bardo archiepiscopus basilicam in Aldenberc consecravit et in eadem pontificalibus indutus eundem Ludewicum devote baptizavit. Qui per temporum incrementa diviciis et etate proficiens virilemque etatem attingens, mortuo Friderico Saxonie palatino, viduam eius Adelheidim duxit uxorem. Hec nobilissima Saxonum stirpe progenita, Utonis marchionis de Stadin erat filia[6]; cuius sororem Utam nomine comes Thiemo Saxonicus duxit et ex ea Cunradum[e] marchionem, patrem Ottonis marchionis, avum Diterici marchionis de Misne[7] et Adile, progenuit. Quam Adelheidim, ut predictum est, Ludewicus comes sibi coniunxit et cum ea divicias innumeras sibi hereditavit.

6. Post hec, ampliatis diviciarum[f] suarum terminis, montem quem Wartberc dicunt cum fortibus tocius provincie auxiliariis occupavit et ibi, sicut hodie cernitur, inexpugnabile castrum erexit. In partibus quoque Orientis munitissimam urbem nomine Nuwenburc instituit, qua[g] sepe principibus Orientis terrorem ingerens, Saxonie et Thuringie circumsedentes indigenas usque in hodiernum diem honorifice protexit. Qui eciam imperialibus prediis[h] tam acriter institit et infestis viribus indesinenter occurrit, donec ad plenam reconciliacionem initi federis Heinrici huius nominis quarti regis et ipsius Ludewici comitis eidem largicione regia castrum Eckehardesberc[8] stabili iure delegatum est.

7. Denique prefata ipsius consors Adelheidis suscepit ab eo Ludewicum lantgravium,
huius nominis primum in Thuringia principem, Heinricum Raspin, Hermannum, qui obiit
in vinculis in castro Hamerstein, et Utonem Cicensem episcopum[9], et tres filias, Cune- 1114.
gundim, Ceciliam, Adelheidim.

8. Post hec Ludewicus comes de sue anime salute deliberans, Stephanum Halberstadensem episcopum et Giselbertum pluribus abbaciis preeminentem humiliter adiit; atque sue archana confessionis eis aperiens[10], ipsorum stare consiliis devote spopondit. Qui, agnito cordis sui secreto, sanum ac tale ipsi dedere consilium, scilicet ut alicubi in sui proprietate memoriam beate virginis sanctique Iohannis euangeliste festive statueret atque inibi cenobium sub regula Benedicti erigeret[i], seque, renunciatis omnibus secularibus, ibidem monachum futurum promitteret. Qui sanissimis[k] acquiescens consiliis, in loco Reinhersburnensi omnipotenti Deo, ut videtur, aulam exstruens, omnibus quibus potuit modis eam extulit, atque iuxta condictum suum ibidem in veste contemptibili et monachali habitu novissimum exalans spiritum[l], in pace quiescit. Huius autem monasterii exordium iniciatum est anno ab incarnatione Domini 1085, regnante Heinrico IIII, sub Sifrido Maguntino[11], indictione 8.

9. Nunc vero, qualiter primus provincie princeps comes Ludewicus nomine sit functus, breviter monstramus. Nam cum Hermannus de Winzinberc reus maiestatis effectus Lotharii imperatoris gracia careret, pro eo quod Burchardum comitem Luchenhemensem interfici dolo iusserat, obiectu fraudis eiusdem ipsi Thuringie principatum coram universitate copiosa

a) Berka *Gud.* b) quam *Gud., corr.* que *c.* c) prosapiam *Gud.* d) Wippera *R., lege:* Wippera *GR.* e) Conr. *Gud.* f) *lege:* ditionum *GR.* g) que *R.* h *fortasse* preliis *legendum est.* i) *ita R.;* erigens *c. Gud.* k) *ita R. Gud.;* sanctissimis *c.* l) spritum *c.*

1) Lara sive Lohre prope Bleichenrode. 2) prope Sondershausen. 3) Familiam comitum de Lare initio s. XIII. extinctam esse, Wegele annotavit; Grote vero, Stammtafeln p. 537, annum 1234. correxit: 1334. 4) Wippra prope Eisleben. 5) a. 1169—1173. 6) Cf. Ann. Sax. 1056, p. 690; 1082, p. 721; 1110, p. 748. 7) a. 1195—1221. 8) Eckardsberge. Haec ad Heinrici V. tempora pertinere videntur; cf. Knochenhauer p. 77. Sed 'Ekehardberc' a. 1111. Wicperto iuniori datam esse, referunt Ann. Pegav., SS. XVI, p. 251. 9) a. 1125—1148. 10) His verbis auctor narrationi alludere videtur, quam ipse tacet: Fridericum palatinum comitem, primum Adelheidis maritum, a Ludowico interfectum esse. 11) Ita etiam nota Ann. S. Petri Erphesf. post addita, SS. XVI, p. 16. Sigifridus archiepiscopus iam a. 1084. obiit; a. vero 1089. Heinrici IV. diploma datum est (Schannat, Vind. I, p. 106), cuius notae chronologicae postea mutatae sunt (1086, ind. 10; cf. Stumpf nr. 2898).

1130. per sentenciam latam abiudicavit atque Ludewicum supradictum cum festiva vexillorum exhibitione, uti moris est, imperatoria largitione sollemniter extulit et principis ei nomen aptavit.

10. Qui nobilissimam sibi accipiens uxorem Hedewigin nomine, suscepit ex ea secundum sui[a] nominis lantgravium, Henricum Raspin, Ludewicum de Tungesbrucken[1] et 4 filias.*

*) *Cod. in marg. addit:* Hec sunt nomina 4 filiarum, quas Hedewigis Ludewico primo lantgravio genuit: prima Cecilia, que nupsit Udelrico duci Boemie; secunda Iutha[b], que eiusdem provincie regi[2] copulata, genuit regem Odakarum et eius fratrem comitem Heinricum. Tertia sororum Adelheidis nomine, abdicatis nuptiis, soli sponso celesti in virginitatis proposito placere desiderans, in Ysenache preeminens virginibus in ecclesia sancti Nycolai[3] abbatissa facta est. Quarta soror Mechtildis comiti Diterico de Werben, fratri ducis Bernhardi[4], legaliter coniuncta est.

11. Prior itaque filiorum eiusdem principis Ludewicus provincie comes, totius virtutis accinctus potentia, pace et bello supra modum gloriosus enituit. Qui, accepta per legalem copulam nobilissima gloriosi imperatoris Friderici sorore Iutha[b] [5], suscepit ab ea serenissime indolis Ludewicum iuniorem, tertium sui nominis lantgravium, Fridericum de Cigenhain[c] [6], Henricum iuniorem cognomento Raspe, et Hermannum illustrem huius provincie principem et Saxonie comitem palatinum, atque filiam nomine Iutham[b] comitissam de Rabinsberc[7].

1190. 12. Porro Ludewicus prior natu in Terra Sancta diem clausit extremum, Hermanno
1217. fratri relinquens principatum; qui postea in Gota decedens, in Isenache[d] sepultus est, quatuor relinquens filios: Ludewicum, qui patri in principatu succedens in Terre Sancte pere-
1227. grinacione defunctus est, Heinricum Raspin, qui eidem fratri successit, Hermannum, qui puer obiit[8], et Cunradum, qui se reddidit ordini domus Teutonicorum.

Qui[e] Rome defunctus est[9]; dictusque Heinricus, post hec in regem electus, subito vita
1247. Febr. 17. decessit; in quo nobilis illa principalis Thuringorum prosapia terminata est.

a) *ita c. R.;* huius *Gud.* b) Iutta *R. Gud.* c) Czegenhagen *R.* d) Ysen. *Gud.* e) *sequentia in cod. manu diversa addita erant.*

1) Thomsbrücken. 2) Wladislavo II. 3) Quam ab ipsa fundatam esse, Hist. Reinh. minus recte addunt; cf. Usinger apud Knochenhauer p. 125 n. 4) filio Alberti Ursi. 5) Otto Fris., Gest. Frid. I, 21, SS. XX, p. 362, Clariciam eam appellat; sed Iuditha etiam in charta Hermanni filii appellatur; cf. Köhler, Gen. p. 305. 6) Ziegenhain; uxor ex domo hac oriunda fuit. 7) Ravensberg. 8) a. 1216. Cf. Häutle, in 'Zeitschr. des Ver. f. Thür. Gesch'. V. 9) a. 1240.

ADDENDA.

ANNALES ET NOTAE SANCTI BLASII BRUNSVICENSES.

Postquam L. Weiland socius noster de hac monumentorum collectione meritissimus Scriptorum qui vernacula lingua usi sunt tomo secundo una cum chronico rythmico Brunsvicensi etiam Chronicon ducum Brunsvicensium Latina lingua scriptum edidit, restat ut parva quaedam opuscula in urbe Brunsvicensi et quidem in capitulo Sancti Blasii composita proponamus, quae huic potissimum volumini addenda erant. Sunt vero:

I. Annales breves usque ad a. 1314. *deducti, qui de ecclesiae fundatione, altarium dedicationibus, de obitu ducum Brunsvicensium et aliis quibusdam rebus breviter agunt. Qui eos compilavit Annalibus Stadensibus, Chronico vetustiori Brunsvicensi et notis in ecclesia S. Blasii factis, quales in libro memoriarum exstant, usus est, ut L. Weiland monuit*[1]. *Duos vero discernendos esse auctores, alterum qui ad a. usque* 1195, *alterum qui posteriorem partem scripserit, eidem vix concesserim. Certe in utraque parte sunt quae cum libro memoriarum conveniunt. Quae vero illum annum antecedunt minoris sunt momenti, nonnulla ad monasterium S. Michaelis Luneburgense spectantia annis prorsus falsis adscripta. Rerum saec. XIII. gestarum auctor bene gnarus fuit, sive ea ex aliis libris sive ex auditu hauserit. Quae vero post medium saec. XIII. leguntur, initio brevia, tunc diverso tempore et calamo aliquoties mutato scripta*[2], *post addita esse videntur, ita ut priori parte iam auctor chronici rythmici uti potuerit.*

II. Notae quas dicimus S. Blasii varii sunt argumenti et non uno tempore factae. De reliquiis in ecclesia servatis, quas praesertim saec. XIII. et XIV. ubique enumeratas videmus, agitur; pauca quaedam de rebus tunc incidentibus annotantur; versus memoriales, quales haec aetas amavit, interseruntur; denique genealogia domus ducum Brunsvicensium sistitur, ex chronico ducum excerpta. Omnia ita in codice coniuncta, sed diversis manibus scripta fuisse, testatur qui ea primus edidit J. J. Mader, Antiquitates Brunsvicenses p. 165. *Ipsum secutus est Leibniz, SS. Brunsv. II, p.* 59 *sqq.*

Codices iam deperditi sunt, vel certe nos latent; nam V. Cl. Hänselmann, archivo civitatis Brunsvicensis praefectus frustra eos investigare studuit. 'Registrum' vero 'memoriarum ecclesiae sancti Blasii', cuius fragmenta edidit Wedekind ('Noten' I, p. 427 *sqq.), in archivum publicum Guelferbytanum transiit, indeque gratiose permittentibus summis ministris Brunsvicensibus huc transmissum, ex quo notas quasdam certis annis adscriptas*[3] *Annalibus subieci.* G. W.

1) l. l. p. 437. 2) De codice ita monuit Mader: *Scriptor iste videtur e vivis decessisse anno* 1314; *singulis enim annis eum nonnulla praecedentibus addidisse, argumento erat calami et atramenti mutatio.* 3) Aliis ap. Wedekind l. l. editis adde: *[Mart.] Iordanus dapifer obiit.*

ANNALES SANCTI BLASII.

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 310. passus est sanctus Blasius episcopus.

Anno Domini 905.[1] Fundatum est monasterium sancti Michaelis in Lunenborg[a].

Anno Domini 935.[1] Obiit dominus Hermannus, fundator eiusdem monasterii.

Anno Domini 940.[1] Obiit domina Hildegardis, uxor domini Hermanni fundatoris.

Anno Domini 1090. Obiit Ecbertus marchio, fundator Cyriaci martyris[2].

Anno Domini 1115. Completum est et dedicatum monasterium sancti Egidii, sancti
Iohannis euangeliste et sancti Autoris episcopi a venerabili episcopo Reginhardo, petente
Ann. Stad. Gertrude comitissa et domino Henrico abbate. Eodem anno commissum est famosissimum prelium nostra etate in Welpesholt.

Anno Domini 1117. Obiit Gertrudis marchionissa, filia Ecberti et fundatrix Sancti Egidii in Brunswik.

ib. Anno Domini 1166. Carolus Magnus de tumba levatus. Eodem anno Henricus Leo dux super basem erexit leonis effigiem in Brunswik.

Anno Domini 1101. Obiit[3] Adeloldus prepositus antique ecclesie nostre.

ib. 1171. Anno Domini 1170. Passus est sanctus Thomas Cantuariensis episcopus.

Anno Domini 1173. Fundata est ecclesia sancti Blasii episcopi, que nunc est.

Anno Domini 1188. Obiit domina nostra Mechtildis fundatrix[4].

Anno Domini 1195. Obiit dux Henricus Leo, fundator noster secundus.

Anno Domini 1099. Surrexit ordo Grisensis[5].

Anno Domini 1135. Mutatus est conventus canonicarum in Luttere in ordinem sancti Benedicti a Ludero imperatore et uxore eius Rikza, mortuo Bernardo comite de Haldensleven, qui primus fuit fundator canonicarum[6].

Anno Domini 1188. Dedicatum est altare sancte Marie in choro.

Anno Domini 1208. Surrexit ordo Predicatorum sub papa Honorio.

Anno Domini 1213. Obiit dux Wilhelmus de Lunenborg.

Anno Domini 1218. Obiit Otto IV. Romanorum[b] imperator.

Anno Domini 1222. Dotatum est altare sancti Bartholomei a duce Henrico palatino.

Anno Domini 1227. Dedicata est ecclesia sancti Iohannis baptiste, sancti Blasii et
Dec. 21. sancti Thome a venerabili episcopo Hildesiensi domino Conrado in die sancti Thome epi-
Apr. 28. scopi. Eodem anno in die sancti Vitalis obiit dux Hinricus palatinus. Item eodem anno dux
Otto de Lunenborg, patruelis suus, cepit Brunswich.

Anno Domini 1228. Sanctus Franciscus de tumba levatur.

Oct. 6. Anno Domini 1241. Facta est eclipsis solis in octava sancti Michaelis.

Anno Domini 1246. Translata est dedicatio ecclesie sancti Blasii a domino Conrado episcopo Hildesiensi in translationem divi[c] Thome episcopi.

Anno Domini 1251. Rex Wilhelmus Hollandie duxit Bruneswich filiam ducis Ottonis[7].

Anno Domini 1252. Obiit idem dux Otto de Lunenburg.

Anno Domini 1256. Suspensus est comes Conradus de Everstein a duce Alberto[8].

Anno Domini 1258. Datum est castrum Asseborg duci Alberto seniori[8].

Oct. 28. Anno Domini 1264. Captus fuit Albertus dux senior apostolorum Simonis et Iude.

Anno Domini 1277. Obiit dux Iohannes de Luneborg.

Anno Domini 1279. Obiit dux Albertus[9].

Anno Domini 1279. Obiit frater suus Otto Hildesiensis episcopus[9].

Oct. 1. Anno Domini 1294, in die sancti Remigii sunt suspensi 10 magistri gildonum, undecimus decollatus, duodecimus evasit per absentiam[10].

a) Lüneborg *ed.* b) Romanus *ed.* c) D. *ed.*

1) Cf. Chron. S. Mich. Luneb., SS. XXIII, p. 394; sed annos hos longe a vero recedere, vix est quod moneam. Equidem Hildegardem, uxorem Bernhardi I, perperam Hermanno in chronico illo adscriptam esse putarim. 2) sc. monasterii S. Cyriaci Brunsv. 3) Eadem verba in libro memoriarum leguntur ad a. D. 1100. 4) Uxor Heinrici Leonis, quae obiit a. 1189. 5) i. e. Cisterciensium. 6) Eadem fere ex 'cronicis Saxonum' afferuntur ab Henrico de Hervordia p. 150. 7) Cf. Henr. de Herv. p. 193. 8) Cf. ibidem p. 197, ubi haec fusius exponuntur. 9) Albertus post Ottonem mortuus est; v. relationem 'Städtechroniken, Braunschw.' I, p. 8. 10) Cf. Henr. de Hervordia p. 214, ubi haec iisdem fere verbis, sed accuratius narrantur.

Anno Domini 1299, in die sancti Pancratii immissus fuit dux Albertus iunior cum magno exercitu Bruneswich a Conrado molendinario extra valvam Sancti Andree sine aliqua cede et aliquo bello[1]. Mai 12.

Anno Domini 1292. Obiit dux Wilhelmus, filius ducis Alberti senioris.

Anno Domini 1300. fuit annus iubileus, cum omnes irent ad curiam Romanam pro indulgentia, que tunc fuit a novo confirmata a domino apostolico Bonifacio VIII.

Anno 1308. fuit magnus cursus de viris et mulieribus volentibus ire trans mare, temporibus Clementis pape V. Isti appellabantur Crûtzebrôdere[2].

Anno 1311, circa festum sancti Iohannis baptiste fuit factus miles Otto, filius ducis Alberti iunioris, a marchione Woldemaro[a], patre et matre viventibus, et fuit tunc 19 annorum. Iun. 24.

Anno Domini 1312. Dominus Clemens papa V. destruxit omnino ordinem Templariorum in concilio generali Vienne celebrato.

Anno Domini 1313. Obiit dux Henricus gloriosus cesar VI. et imperator Romanorum. Occisus per venenum in ablutione, postquam communicaverat, dicitur a quodam fratre de ordine Predicatorum, suo confessore.

Anno Domini 1314, circa festum sancti Ambrosii obiit papa Clemens V. Apr. 4.

EX LIBRO MEMORIARUM SANCTI BLASII.

[Ian.] Anno Domini 1068. obiit Eghbertus marchio. p 5

[Iul.] Anno Domini 1077. obiit Ghertrudis marchionissa senior[b]. p 38.

[Iul.] Anno Domini 1090. Egbertus marchio occisus. p 35

[Mart.] Anno Domini 1100. Adeloldus sacerdos prepositus antique ecclesie nostre[3] obiit. p 17.

[Dec.] Anno Domini 1117. obiit domina Ghertrudis marchionissa iunior. p 72.

[Dec.] Anno Domini 1138. obiit Luderus de Luttere, imperator Romanorum. p 70.

[Iun.] Anno Domini 1188. domina nostra Mechtildis fundatrix obiit, filia regis Anglorum. p 33

[Aug.] Anno Domini 1195. illustris princeps Hinricus dux Bawarie et Saxonie et dominus in Brunswich, fundator noster. p. 42.

[Aug.] Anno Domini 1212. Beatrix imperatrix, uxor domini Ottonis Romanorum imperatoris quarti, obiit. p. 43.

[Mai.] Anno Domini 1218. Otto quartus Romanorum imperator, filius Hinrici ducis Saxonie, fundatoris nostri, obiit. p 27.

[Apr.] Anno Domini 1227. obiit Hinricus dux Saxonie et comes palentinus Reni. p 24.

Anno Domini 1240, Nonas Octobris[4] obscuratus est sol. p 58.

[Iun.] Anno Domini 1252. obiit dux Otto de Luneborch senior. p. 31.

[Dec.] Anno Domini 1277. Iohannes dux de Luneborch obiit[5]. p. 74.

[Iul.] Anno Domini 1279. obiit Otto episcopus Hildens., frater Alberti ducis senioris, cuius ymago in columpna est sculpta iuxta boleman[c]. — [festum assumptionis sancte Marie]. Eodem die anno Domini 1279. obiit illustris princeps Albertus senior dux in Brunswich. p. 35. p. 44. Aug. 15.

[Febr.] Anno Domini 1285. Allexina ducissa in Brunswich[6] obiit et cometissa Holsacie, soror comitis Montisferrarum. p. 9.

[Oct.] Anno Domini 1291. obiit Lyppoldus de Godenstidde dyaconus canonicus noster. p 58

[Sept.] Anno Domini 1292. obiit dux Wilhelmus, filius ducis Alberti senioris. p 57.

[Nov.] Anno Domini 1307. obiit dominus Hinricus de Anehalt, quondam noster prepositus, archiepiscopus Magdeburgensis. Henricus et Mechtildis parentes sui . . . . p. 64.

a) Woldek *ed.* b) *post add. c.* c) *lege:* bolenam. *WED. Sed quid sit nescio.*

1) Haec multo brevius Henr. de Herv. p. 218. 2) Ita Engelhusius, Leib. II, p. 1128, de flagellatoribus a. 1348. 3) De qua cf. Dürre, 'Gesch. d. Stadt Braunschweig' p. 380 sqq. 4) potius 1241, d. 6. Octob., ut supra relatum est. 5) Cf. Necrol. Luneb. ed. Wedekind p. 95: *A. D.* 1277, 17. *Kal. Decembris obiit Iohannes dux, benefactor ecclesie et amicus in Domino specialis.* 6) uxor Alberti I, post vero Gerhardi comitis Holsatiae.

p. 51. [Sept.] Anno Domini 1310. capitulum instituit anniversarium omnium litonum ecclesie nostre defunctorum.

p. 59. [Oct.] Anno Domini 1317. obiit Iutta ducissa, uxor Ottonis ducis.

p. 55. [Sept.] Anno Domini 1318. illustris princeps dux Albertus de Brunswich obiit, filius ducis Alberti senioris.

p. 52. Sept. 8. [Nativitas sancte Marie.] Eodem die anno Domini 1322. obiit illustris princeps dux Hinricus de Brunswich[1], filius ducis Alberti senioris.

p. 68. Anno Domini 1334. Agnes ducissa, uxor ducis Ottonis de Brunswich, obiit[2].

p. 50. Anno Domini 1344. obiit illustris princeps dux Otto in Brunswich, filius ducis Alberti iunioris, . . . ad anniversarium suum et uxoris sue prioris Iutte, filie lantgravii[3], que obiit anno Domini 1318, 3. Ydus Octobris . . .

NOTAE SANCTI BLASII.

Hec sunt nomina reliquiarum, que sunt recondite in cruce, que stat in media ecclesia ante chorum, quam dux Hinricus Leo fieri iussit pro remedio anime sue: de ligno Domini; de spinea corona; de vestimentis sancte Marie; sancti Iohannis baptiste, sancti Stephani protomartyris, sancti Laurentii martyris, sancti Christophori martyris. sancti Quiriaci qui et Iudas, sanctorum Nerei et Achillei et Pancratii martyrum, sancti Nicolai episcopi et confessoris, sancte Marie Magdalene.

Iste reliquie sunt in capite nigre crucis anno 1312: sanguis domini nostri Iesu Christi; de ligno Domini; de virga Aaron; sancti Bartholomei apostoli; de innocentibus; sancti Hippolyti martyris, sancti Damiani martyris, sancti Thome episcopi et martyris, sancte Cecilie virginis et martyris, sanctorum Iusti et Arythemii et Honeste martyrum.

Iste reliquie sunt posite in novum plenarium anno Domini 1312: de ligno Domini; de vestimentis sancti Iohannis euangeliste; sancti Mathei, sancti Marci euangeliste, sancti Luce euangeliste, sancti Petri, sancti Pauli, sancti Bartholomei, sancti Iohannis baptiste, sancti Blasii episcopi, sancti Thome episcopi, de innocentibus, sanctorum Abdon et Sennes, sancti Godehardi episcopi, sancti Barwardi episcopi, sancti Autoris episcopi, sancti Magni episcopi, sancte Ursule virginis, sancte Cecilie virginis, sancti Laurentii martyris. sancte Adelheydis imperatricis, sancte Cunegundis imperatricis et virginis, sancti Henrici regis.

Anno Domini 1312, in vigilia translationis sancti Blasii episcopi est dicata capella, altare et cimiterium in Sceverlingeborg[3] in honorem sancte Marie, sancti Iohannis baptiste et sancti Blasii episcopi et martyris a fratre Hermanno Belonvilonensis[4] ecclesie sancti Iohannis baptiste episcopo, auctoritate domini Alberti de Anehalt Halberstadensis ecclesie episcopi, procurantibus dominis nostris, Bal. decano, Eugenio de Medingen preposito, Henrico de Lunenburg, Echardo custode, Thiderico de Gadensted, magistro Brunone, Widekindo, Sigfrido de Alten, Borchardo de Cramme et patre suo Harberto, Henrico de Wewerlinge, Ludolpho de Holleghe, Lukemanno, Wasmodo de Knesebeck, Nicolao de Werle, Iohanne, Felice et Thiderico de Polede de Goslaria, Reinboldo scolastico.

Iste reliquie sunt posite in altare: de virga Aaron; de candela, quam sanctus Petrus consecravit; de velo beate Marie; sancti Iohannis baptiste, sancti Andree, sancti Bartholomei, sancti Iacobi maioris, sancti Stephani protomartyris, sancti Blasii episcopi, sancti Laurentii, sancti Burchardi episcopi, sancte Margarete virginis, sanctarum undecim milium virginum. Translata est autem ab eodem episcopo Hermanno dedicatio capelle in diem dominicam post festum sancte Marie Magdalene anno Domini 1312.

Iul. 21. Anno[a] Domini 1342. fuit magna inundatio aque in die Praxedis virginis a longinquis temporibus inaudita. Nam in altis montibus unda ebullire videbatur de terra similiter et in domibus; ad partem occidentalem omnes fluvii fuerunt magni supra modum.

Iun. 26. Anno Domini 1322, in die sanctorum Iohannis et Pauli hora prima eclipsis solis fuit

a) *'haec scriptura videbatur aliquanto recentior superiori'.* MAD.

1) Qui Grubenhagen sortitus erat. 2) Minus recte, ut videtur, alibi a. demum 1341. obiisse dicitur. 3) De eius patre dubitatur; v. Cohn, 'Stammtafeln' ad tab. 85; qui hunc locum neglexit. 3) Nunc Walle in praefectura Gifhorn; v. Dürre p. 53 n. 4) Quae sit, nescio.

generalis, et illo anno periit annona, et sequente anno sequebatur magna karistia, ita quod chorus siliginis solvit unam marcam argenti puri, et fuit aura per totum annum multum pluviosa.

Anno Domini 1370. chorus siliginis solvit 1 marcam ante tempus messis.

Milleno[1] ducenteno quarto nonageno 1294.
Remigii sunt suspensi bis quinque magistri. Oct. 1.
Dux intromissus; at M tria C minus uno 1299.
Hic victor Brunsvik superavit, nemine leso.
Mille[a] trecentos [octoque[b] decem] Deus annos 1318.
Quando complevit, et dux in pace quievit[2],
Mauricii mane, corpusque reliquit inane[c]. Sept. 22.

Anno[d] Domini 1455, circa pentecosten[e] pro una marca Brunsvicensi, que valuit tres florenos cum 3 solidis novis, emerunt in foro decem choros hordei.

Anno Domini 1482, ipso die Iacobi obiit illustrissimus princeps dominus Wilhelmus in [Iul. 25.] Brunswik et Lunenburg dux. Cecilia de Brandenburg uxor; Mechildis de Holstein et Schounborg[f] secunda uxor. Exequie eius in trigesimo fuerunt peracte solemniter in laudem Dei.

Domina Gisla de Werle tres viros habuit. Primus fuit dux Suevie; cui genuit Hermannum ducem Suevie. Se- [Chron. ducum c. 6.] cundus fuit comes Bruno in Brunesvik; cui genuit Ludolfum in Bruneswik. Idem Ludolfus Ecbertum. Idem Ecbertus [c. 8.] Gertrudin. Eadem Gertrudis Rixam imperatricem. Eadem Rixa Gertrudin ducissam. Eadem Gertrudis ducissa Henricum [c. 10.] Leonem ducem. Idem dux Hinricus genuit Wilhelmum, Wilhelmus Ottonem, Otto Albertum, Iohannem, Ottonem, Conradum, marchinissam[3], uxorem regis Hollandie, dominam de Rugen, dominam de Anehalt, ducissam Saxonie. Item domine Gisle fuit tertius maritus Conradus rex; cui genuit Hinricum huius nominis tertium regem. Hinricus III. rex [c. 6.] genuit Hinricum IV, Hinricus IV. genuit Hinricum V, qui pugnavit in Welpesholtze anno Domini 1115. [c. 7.]

Dominus Hinricus Leo duxit dominam Mechtilden, filiam regis Anglie; de qua genuit Ottonem imperatorem IV, [c. 13.] Hinricum palatinum, Wilhelmum, Luderum, qui puer obiit 1177. Dominus Otto IV. primo habuit dominam Beatricem, [c. 15.] regis Philippi filiam; postea dominam Mariam, sororem ducis Bavarieg, de quibus nullam reliquit heredem.

Dominus Hinricus, frater eius, duxit uxorem Agnes de Reno, de qua principatum Palatii obtinuit. De ista genuit [c. 16.] duas filias, ducissam Bavarie et marchionissam de Baden, que, patre mortuo, hereditatem in Brunswik imperio, Friderico secundo, vendiderunt. Item aliam duxit uxorem dominam Agnetem, Conradi marchionis de Landesberch[h] filiam, que cum nullum haberet puerum, in viduitate sancte et pie vivendo, monasterium religiosarum dominarum in Winhausen instituit; ubi et quiescit.

Dominus Wilhelmus, frater dictorum dominorum, principatum in Lunenburg et sedem habuit, et duxit Hele- [c. 17.] nam, Danorum regis filiam; de qua genuit dominum Ottonem, qui dicitur Puer, in Lunenburg. Iste partem proprietatis sue et partem patrui sui domini palatini, quam filie sue imperio vendiderant, totaliter unitam, iure feodali[i] a Friderico II. habente curiam Maguntie recepit; ubi, dictante[k] principum sententia, de proprietate sepe dicta fit ducatus.

a) Misse *ed.* b) *ita lacunam explevi.* c) *sequitur in editione:*
Ter quinquagenos David canit ordine psalmos,
Versus bis mille sexcentos sex canit ille.
d) *'itidem scripta erant manu recentioris alicuius'. MAD.* e) pant. *ed.* f) Schomburg *ed.* g) *lege:* Brabantie. h) Landesborch *ed.* i) foedali *ed.* k) distante *ed.*

1) V. supra p. 824. 2) Albertus II, Pinguis dictus. 3) Nulla Ottonis filia marchioni nupsit; Adelheid, quae hic omittitur, Heinrico landgravio Hassiae.

ANNALES HERBIPOLENSES MINORES.

Codex Fuldensis Nr. 97 *(III. c.* 21*), chartaceus saec. XV. inter varia opera theologica septimo loco continet quod in indice volumini praemisso dicitur:* Cronice quedam imperatorum regum principum ac episcoporum; *sed breves notae sunt, quae unum tantum folium explent, eaeque maximam partem ex Chronica minori (recensionis C) supra edita excerptae. Quibus pauca addita sunt ad ecclesiam Wirceburgensem spectantia, ex vetustiori sane libro desumta, nunc partim ad falsum annum relata. Quae ne huic volumini deessent, codice benevole Berolinum misso, exscripsi.* *G. W.*

Ihesus Christus, Dei filius, sub Augusto imperatore completis ab Adam annis 5199 natus est. . . . .

Anno Domini 688.[a] Beatus Kylianus episcopus Herbipolensis passus est.

cf. Chr min. Anno Domini 740. Inceptum est Erfordense monasterium.

Anno Domini 742. Gewilioni episcopo deposito Maguntino successit sanctus Bonifacius. Et a Wormatia in Mogunciam auctoritate Zacharie pape dignitas metropolitana translata est.

Chr. min. 747 Anno Domini 743. Beatus Wypertus abbas in Frislaria obiit.

Chr. min. 744. Anno Domini 745. Inceptum est monasterium Våldense.

Anno Domini 751. Sanctus Burkardus per sanctum Bonifacium Herbipolensem episcopatum suscepit.

Chr. min. Anno Domini 755. Sanctus Bonifacius cum suis sociis in Frisia passus est.

Anno Domini 799.[b] Leo papa Rome imperatore iunctus, sicque solium Romani imperii ad Franciam per Karolum transiit a Constantinopoli.

Anno Domini 870. Huni, qui et Ungari, fidem Christi susceperunt.

Anno Domini 920. Heinricus, filius Ottonis ducis Saxonie, cepit regnare; per quem dignitas Romani imperii ad Theutunicos est deducta et devoluta, cum antea per 119 annos perdurasset.

Anno Domini 1038. Sancta Kunegundis imperatrix in cenobium confugiens[c], migravit a seculo, Bamberge sepulta.

Anno Domini 1098. Ordo Cisterinensium incepit. Eodem fere tempore ordo Premonstratensium iniciatus est.

Anno Domini 1128. Iniciatum est cenobium in Walkenride.

Anno Domini 1142.[d] Fundatum est cenobium in Valle Sancti Georgii.

Anno Domini 1162. Cum Fridericus imperator Mediolanum cepisset, Reynoldus Coloniensis archiepiscopus corpora trium magorum duxit Colonie de Mediolana.

Anno Domini 1197. Heinricus imperator veneno interfectus est.

Anno Domini 1200. Conradus archiepiscopus Moguntinus obiit; pro quo duo eliguntur, scilicet Lupoldus episcopus Wormaciensis et Syfridus prepositus de Bunna. Et sic scisma in regno et sacerdocio hic ortum est.

Chr. min cod. C Anno Domini 1216. Innocencio papa defuncto Honorius successit; qui eodem anno Predicatorum ordinem confirmans, eius primum magistrum atque rectorem sanctum constituit Dominicum.

Anno Domini 1223. Ordo fratrum Minorum confirmatus ab Honorio papa.

Anno Domini 1231. Beata Elizabeth obiit.

Anno Domini 1245. Per Innocencium papam [in[e]] imperatorem Fridericum sentencia excomunicacionis confirmatur.

Anno Domini 1250.[1] Occisus est Richardus comes in Wrczburg ab illis de Risenburg Ydus Decembris. In secundo anno[2] occisus est episcopus Conradus a supra dictis 2. Nonas eiusdem mensis in Wirczburg.

Aug. 8. Anno Domini 1266, in die sancti Cyriaci[3] comes Hermanus de Hennenberg, habens 1400 dextrarios coopertos preter alios armatos, habuit conflictum apud Kyczingen cum

a) MCLXXXVIII. *c. et ita deinceps* — 920. *semper* M *pro* D. b) MCCLXXIX. *c., ubi verba sequentia aperte sunt corrupta; lege:* Rome Karolus a Leone papa imperator unctus (*vel* inunctus). c) *legendum fortasse:* in cenobio Coufugiensi. d) MCXIII. *c. (pro* MCXLII*).* e) *deest c.*

1) Lege: 1200. 2) Haec ad a. 1202. pertinent. 3) Cf. Ann. Halesbr. supra p. 44. et praesertim Michaelem Herbip., Böhmer, Fontes I, p. 466.

ecclesia Herbipolensi, qua vacante sede episcopali. Et sociatis sibi nobilibus de Hohenloch, de Bruneck, de Trinberg, ecclesia habuit tantum 1000 dextrarios coopertos et carracistum[a] de novo paratum et quinque milia peditum. Et Deus pungnavit pro ecclesia, ita quod 150 de armatis comitis vix evaserunt, et alii in ferro et in aqua submersi ac plurimi captivati perierunt[b].

Anno Domini 1241, pridie Nonas Octobris die dominico in meridie facta est eclipsis Oct. 6. solis tanta quod stelle apparerent.

Anno Domini 1400. Ecclesia Herbipolensis vicit suas civitates aversas in conflictu prope Berchtheym dominica post epiphaniam Domini. Ian. 10.

NOTAE ZWIFALTENSES.

Codex ***Stuttgartensis*** *fol. Nr.* 123, *membr. s. XII, olim Zwifaltensis, primis foliis continet Calendarium nitide scriptum, cui manus diversae eiusdem fere aetatis breves has notas de dedicatione ecclesiae et altarium, quae quasi supplementum haberi possunt eorum quae ab Ortliebo et Bertholdo memoriae tradita sunt (SS. X). Quare ne haec leviora quidem nostrae collectioni deesse passus sum. Partim b. m. Ph. Jaffé, partim ipse exscripsi. Addidi quae post calendarium f.* 7. *leguntur sororum et monachorum nomina. Kalendario etiam singula quaedam mortuorum nomina illata sunt, quae infra enotavi**. *G. W.*

Anno dominice incarnationis 1156, 4. Idus Septembris dedicata est hec ecclesia orien- f. 5. talis sororum nostrarum a venerabili episcopo Hermanno primo Constantiensis ecclesie in honorem domini nostri Ihesu Christi et victoriosissime crucis, specialiter vero in honorem sancti Iohannis baptiste. He sunt reliquie in altari recondite: de cruce Domini; de vestimento Dei genitricis Marie; reliquie sancti Iohannis baptiste, Petri, Andree, Mathei, Thome apostolorum, Stephani prothomartiris, Cornelii pape, Blasii episcopi et m., Lamperti episcopi et m.; de vestimento sancti Adelberti episcopi et m.; Donati, Georgii, Sebastiani; de capillis sancti Sigismundi regis et m.; Pancratii, Genesii martyrum, Silvestri pape, Celestis episcopi, Egidii conf., Luciniani conf., Marie Magdalene, Afre, Felicitatis, Ursule virg., Cecilie virg., Romane, virginum et martirum[c].

Anno dominice incarnationis millesimo 178, 15. Kal. Iul. consecratum est hoc altare f. 3'. a venerabili episcopo Bernone de Quirina, precipue in honore sancte Marie Dei genitricis et sancti Iohannis apostoli et euangelistae. He sunt reliquie, que continentur in altari: sancti Andreae apostoli et sancti Mathie apostoli, Ciriaci, Romuli, Pelagii, Thome episcopi et martiris, Pangratii, Alexandri, Sebestiani, Calisti pape et martiris, Laurentii, martirum, Ǒdalrici episcopi, Abrunculi episcopi, Bonosii archiepiscopi et conf., Magni abbatis et conf., Othamari abbatis et conf. et sanctarum virginum Agathe, Emirite, Marie Magdalene; et in honorem sancte Crucis.

*) 6. Idus Ian. Iudutta conversa obiit.
4. Kal. Febr. Hermannus abbas et monachus huius loci[1].
2. Non. Mart. Noggerus monachus abbas primus huius loci[2].
14. Kal. April. Ǒdalricus monachus[d] abbas secundus obiit[3].
15. Kal. Sept. Liutoldus comes et monachus, fundator huius loci[4].
17. Kal. Nov. Cǒno comes[5].
Non. Nov. Rǒzela mo.
Non. Dec. Elisabeth l.[e]
17. Kal. Ian. Lampertus l.[e]

a) *fortasse* caracutum, *id est vehiculum altissimarum rotarum* (Isid.). b) *sequuntur notae de Machmeth propheta, Pilato, Marcellino papa; post quae alio atramento additae sunt notae annorum* 1241. *et* 1400. c) m̄rium *c.* d) *post add. c.* e) *i. e.* laica, laicus.

1) a. 1208; v. Ann. Zwif., SS. X, p. 58. 2) a. 1095, ib. p. 54. 3) a. 1127, ib. p. 55. 4) a. 1098, ib. p. 54. 5) a. 1092, ib.

f. 6'. Anno 1180. dedicatum est altare interius sanctimonialium 15. Kal. Iulii a venerabili Berone episcopo in honore sanctissime Dei genitricis Marie et sancti Iohannis euangeliste.

f. 7. Haec sunt nomina sororum nostrarum: Adelheit[1] comitissa. Hiltrud. Gerdrut ducissa. Richenza. Hadewic. Hiltrud. Gisela. Emia. Hizecha. Liuggart. Adelheit Riet[a]. Friderun. Mathilt.

Hadewic[b]. Adelheit. Bertha. Bertha. Hiltrut. Hadewic. Irmingart. Rilint. Liugart. Hiltrut. Wlfhilt. Gôta. Gôta. Adelheit. Agnes. Offemia. Adelheit. Hadewic. Agnes. Gerdrut. Elisabeta. Petrissa. Adet. [Iudinta conv.[c]]. Hicicha. Hiltigart.

Hadewic[d]. Hiltrut. Ita. Adet. Ôdalricus mo. Ernest.[e] Richenza[d] conv. Irmengart. Albertus[d] mo. Cônrat mo. Triutwin mo.

Friderich[b]. Dieto. Cônradus. Berngerus. Werno. Hermannus prior. Adelheit. Egilolf. Ernest. Anshelm. Billinc. Enga. [Hainrich[f]. Otto]. Gerunc. Ernest. Eberhart. [Ernest[d]].

Adelheit comitissa de Sigemaringen dedit sancto Iohanni baptiste congregationique illius optimum pallium [zendat[g]] ad altare et alium ex lana contextum mirifice, itemque alium in choro pendentem; plus quam 24 ulnas habet.

NOTAE WEINGARTENSES.

Codex Fuldensis Nr. 112 *(III. d.* 13*), olim 'liber sancti Martini in Wingarten' primis foliis continet notas de Conradini expeditione Italica et electione Rudolfi regis, manu coaeva scriptas, in IV. volumine Fontium a Boehmero collectorum p.* 126. *primum editas*[2]. *Quas iterum ex ipso codice Berolinum benevole transmisso exscripsi. Auctor rerum quas memoriae tradidit non ubique satis gnarus fuit neque librarius qui narrationem excepit ab erroribus cavit. Quaedam tamen habet peculiaria notatu digna.*

Addidi notas de dedicationibus in monasterio factis ex codicibus eiusdem bibliothecae Nr. 20 *(II. c.* 6*) et* 73 *(III. b.* 16*), quibus eae saec. XII. et XIII. inlatae sunt, partim e schedis b. m. Knust Arch. VIII, p.* 624. 626. *editas*[3]. *Codex Nr.* 73. *in fine etiam catalogum eorum praebet, quorum memoria in monasterio festive peragebatur, et in calendario obitus trium abbatum et monachi cuiusdam nescio qua re insignis memoriae*[4] *traditus est.** *G. W.*

f. 2. 1267. Anno incarnationis Christi millesimo ducentesimo sexagesimo nono[5], indictione 13[5], Cûnradus[h] rex, Cunradi regis, filii Friderici inperatoris, et filie Ottonis ducis Bawarie filius, de consilio avunculi[i] sui Ludewici comitis palatini Reni, missis circumquaque per Theuthoniam epistolis, non paucos spe muneris illectos sibi ascivit in auxilium et circa nativi-
Sept. 8. tatem beate Marie cum sua expedicione procinctum movit ad Bernam[6] Lonbardicam et
1268. illic iemavit. Sequenti vero estate[k, 8] adit Papiam et excipitur gloriose. Deinde missa

*) *Haec sunt:*
9. Kal. April. Cuonradus noster abbas obiit [1265?].
8. Idus Aug. Cŏno mon. ob.
19. Kal. Sept. Cŏno abbas ob. [1132].
2. Idus Oct. Dietmarus noster abbas obiit [c. 1180].

a) *superscr. c.* b) *sequentia nomina rubro scripta.* c) *post add. c.* d) *alia m. pergit c.* e) *rubro scriptum.* f) *in loco raso atramento nigro.* g) *superscr. eadem manu.* h) Cûnrdus *c.* i) a. sui *post add. c.* k) estatate *corr.* estate *c.*

1) Cf. Ortlieb c. 20, p. 85. 2) Idem hoc loco notam de Conrado rege ex cod. Sangallensi iam SS. I, p. 71. editam repeti iussit. 3) Quae ille de calice pretioso excerpsit ex charta Hermanni abbatis (qui sedit inde ab a. 1266), folio ultimo inserta, sumta sunt. 4) Uberius necrologium Weingartense edidit Hess, Prodromus monumentorum Guelficorum, quod etiam hanc continet notam, p. 139: *Sub cuius* (abbatis Meingozi) *regiminis tempore turris huius monasterii constructa est.* 5) In his temporum notis indicandis errat auctor. 6) i. e. Veronam. 7) mense iam Ianuario; cf. Schirrmacher, 'Die letzten Hohenstaufen' p. 353.

legatione ad papam Clementem IIII, petit veniam, et ecclesie reconciliari et mereri anathe- 1268.
matis in Fridericum, suum avum, superius dictum, et Cunradum, patrem suum, lati abso-
lutionem. Qua sibi denegata, dum gratiam inpetrare se desperaret, congressibus et armis
petita obtinere contendit. Tusciam utrque ingrediens, cunctos terminos eius conatur incen-
diis et rapinis exterminare ac omnia que sedi apostolice suisve fautoribus attinebant hostili
gladio devastare. Denique ipso tempore Otto-Carolus comes Provincie, frater Ludewici regis
Francie, per vocationem apostolici atque consilium suscepto bello contra Meffridum dictum
principem, crudelissimum virum, eius feritatem, qua contra ecclesiam Romanam se enor-
miter extulerat, mitigare attemptat. Is namque Meffridus filius Friderici prenominati exti-
tit, non tamen delede[a] soluta; qui, Cunrado, fratre suo[b], per quendam virum Belial neophi-
tum, licet falsum, vocatum Iohannem Maurum toxicato[1], regnum totum Sicilie sue dicioni
subiecit. Iste nimirum senciens prescriptum Ottonem-Carulum supplantacionis et deiectio-
nis scandalum moliri sibi, ad repugnandum se animat, occurrensque eidem cum manu valida,
Theuthonicorum videlicet et Ytalorum, strage magna hinc et inde facta, miserabiliter ipse
princeps obcumbens, inopinate diem clausit extremum; cuius dominium cum optata palma 1266.
transit ad suum adversarium. Cuius virtutem cupiens Cunradus iunior antefatus infirmare,
asserens a divis suis progenitoribus proprietatis iure dictas terras ad se spectare, cum eo
diro certamine congrediens, cum fere iam sperata victoria potiri confideret, agonia per
castra latencia ex parte Ottonis-Caroli continuata, Cůnradi partibus in fugam versis, in die
sancti Bartholomei[2] in campestribus laci Anzam[3] et Albam oppidi multis[c] milibus cesis, Aug 25?
cruento triumpho Otto-Carolus gloriatur. Deinde dolo cuiusdam nobilis viri[4] pluries dictus
Cunradus cum suo consanguineo Hermanno[5] duce Austrie Carolo-Ottoni presentatur, et ambo
capitali sentencie addicuntur. Post hec oritur quiddam ridiculosum: scolaris itaque quidam,
filius fabri, oriundus de Ohsenfurt[6], propter aeris distemperanciam a studio repatriare dis-
ponens, Papiam venit, ibique per stature similitudinem parificari Cunrado a quibusdam
Thetonicis conicitur ac ipse esse proclamatur. Concurrit omnis populus, discere volens
rei veritatem; quam callide sepelit, neque diffitetur nec confitetur illum esse aperte. Brevi
effluxo tempore clam inde progrediens, paucis ei adherentibus, Turegum accedit, et morula
ibidem facta, non sine magno honore colligitur et pertractatur. Ea tempestate venerabilis
Eberhardus Constantiensis ecclesie presul claruit et Bertoldus abbas Sancti Galli, vir
inconparabilis liberalitatis, qui et ipsi torqueri dubietate ceperant, quamvis Cunradi fuis-
sent alumpni. Unde per internuncios, qui Cunradum familiarius noverunt, cerciorari de eius
satagunt existencia; e quibus alter eum Cunradum existere perdocuit, alter vero falsum
esse astruxit. Dixit enim: 'Quem esse me[d] existimatis, non sum; tamen in brevi videbitis
quod desideratis'. Postremo veniens Constanciam, omne vulgus incredibili favore salvum
eum recipit, et affari se ipsum episcopus secreto permittit; ac manifeste deprehendens opi-
nionem in eo frustratam, inpuniter propter suam conscienciam omnibus delusis abire ad
propria occulte concessit.

Anno Christi 1273, indictione secunda, omnes principes ad quos pertinet regis Roma- Oct.
norum electio necnon et alii multi nobiles et potentes ex mandato domini pape Gregorii X.
in festo sancti Michahelis Franchenfurt ad creandum regem confluunt et unanimiter, semota
omni disensione, Rudolfum comitem de Habesburc eligunt; quem statim Coloniensis ac alii
quorum interest episcopi consecracione regali confirmarunt; qui duas filias ex coniuge sua[7]
regina secum facta, filia quondam Burchardi comitis de Hohenberc, que ad annos nubiles
pervenerant, habebat, quarum unam[8] Ludewicus comes palatinus Reni et dux Bawarie tra-
duxit, cum altera[e. 9] vero dux Saxonie[10] matrimonium contraxit.

a) *ita c.; sed quid sit nescio; Bohm. supplevit:* n. t. de le[gitima uxore sed] de soluta. b) suum *corr.* suo *c.* c) *bis scriptum c.* d) *post add. c.* e) alteram *corr.* altera *c.*

1) Alii Conradi fratrem Henricum per Iohannem Maurum trucidatum dicunt; v. Schirrmacher p. 420. 2) Potius d. 23. Augusti. 3) Fortasse qui nunc Celano dicitur. 4) Iohannes Frangipane intelligi videtur. 5) Potius Friderico. 6) Cf. Flores temp. supra p. 241. 7) Anna. 8) Mechtildem. 9) Agnete. 10) Albertus.

E codice nr. 20.

Anno dominice incarnationis 1183[1], 2. Idus Nov. dedicata est hec basilica a venerabili Bertholdo Constantiensi episcopo in honore sanctae et individuae Trinitatis, specialiter vero in honore sancti Martini episcopi et aliorum sanctorum quorum reliquie in singulis huius aeclesiae altaribus continentur. In[2] principali altari he continentur reliquiae: de parapside Domini; de veste sanctae Mariae; de veste apostolorum Petri et Pauli; de corpore sancti Iohannis b.; de barba sancti Pauli; de corpore sancti Iacobi apostoli, Damasi pape, Fabiani pape et m., Laurentii m., Christofori m., Georgii m., Ciriaci m., Pancratii m., Castuli m., Eustachii m., Erasmi m., Anastasii m.,[a] Cornelii m., Pamphili m., Alexandri pape et m., 40 martyrum; de corpore Mathiae apostoli; de capite Bartholomei apostoli; de capite Barnabe apostoli; corpus sanctorum Fabiani et Sebastiani m., Cornelii et Cipriani m., Valeriani, Thimothei et Sinphoriani; dens Mauritii; digitus Pancratii; de corpore Urbani m, Martini episcopi; de capite sancti Nicolay; corpus sanctorum confessorum Vedasti et Amandi, Willibaldi, Wunneboldi episcoporum; dens Willibrordi episcopi; digitus sanctorum innocentum; de capite Vincentii m., Galli confessoris, Magni confessoris, Waltpurge v., Basille v., Christinae v., Luciae v., Dariae v.; de scapula Margaretae v., de scapulis Mariae Magdalenae; de ligno Domini; de baculo sancti Petri; de virga Moysi.

Ipso die dedicatum est altare sancte Crucis in honore eiusdem sancte Crucis et sancti Mauritii et omnium sanctorum martyrum. In quo continentur he reliquie: de cruce Domini; de Calvariae loco; de presepe Domini; de veste Domini; de sanguine sanctorum Marcellini et Petri, Cosme et Damiani, Victoriani m., Exuperii m., Martiniani m., Filiastri m., Anne, Christinae v., Elisabet.

Eodem die dedicatum est altare sancti Oswaldi; in quo continentur he reliquie: reliquie sancti Oswaldi, apostolorum Petri et Pauli, Mathie apostoli, Barnabe apostoli, Philippi et Iacobi apostolorum; de capite Bartholomei, Thathei; de veste sanctae Mariae; innocentum; de baculo sancti Petri; Iohannis et Pauli, Pancratii m., Ianuarii, Alexandri, Metricii[b], Erasti[b], Georgii, Christofori, Fabiani, Cornelii, Damasi, Emerentiane, Glodosinde, Nicolay.

Eodem die dedicatum est altare sancti Petri. In quo continentur he reliquie: de sepulcro Domini; sanctae Mariae; de veste apostolorum Petri et Pauli; de corpore sancti Stephani, Alexandri pape, Gaudentii m., Crisanti m.; de barba sancti Nicolay; de corpore sanctae Verenae virg., Emerentiane virg.; de virga Aaron.

E codice nr. 73.

Anno incarnationis Christi 1124, indictione 2, pridie Idus Novembris consecrata est hec capella a venerabili domino Ůlrico Constantiensi episcopo[3]. Deinde altare a venerabili patre Hermanno huius monasterii abbate renovatum est reconsecratum ab honorabili domino Intellerio ordinis heremitarum sancti Augustini Dei gratia Buduensi episcopo in honore sancte et individue Trinitatis sancteque Dei genitricis Marie, principaliter in honore sanctorum confessorum Leonhardi, Egidii, Cunradi episcopi ac aliorum sanctorum, quorum reliquie in eo sunt recondite: de ligno sancte crucis; Andre[c] apostoli, et martyrum Alexandri pape, Laurentii, Blasii, Iohannis et Pauli, Primi et Feliciani, Kyliani, Vincencii, Eustachii, Antonii, Georgii, Oswaldi, Christofori, et sanctorum confessorum Martini, Aurelii, Maximiani episcopi, Augustini, Arbogasti, Galli, Theobaldi, Columbani, Marie Magdalene, Eutropie, Radegunde regine, Otilie. Facta est autem hec reconsecratio anno Domini 1277, secundo Kal. Aprilis, indictione 5, et est eius dedicatio translata in secundam feriam pasche, indulgentia 40 dierum criminalium et anni venialium usque in octavam duratura.

Diethmarus noster abbas[4]. Wernherus noster abbas[5]. Meingoz noster abbas[6]. Eberhardus presbiter. Eberhart. Einhart. Purchardus presbiter. Purchardus mo. Rŏdolfus. Gerbolth. Officia. Gebizo. Gerdruth. Adelheit. Gerdruth. Petrissa c.[d] Eroldus. Adilheit. Hadewic. Ita. Heinricus. Adilheit.

a) *vocabulum erasum, sed* m. *restat.* b) *ita legi videtur, litteris* tri *et* ra *haud satis perspicuis, fortasse adrasis.* c) *ita c.* d) c̄. (conversa?) *c.*

1) Cf. Ann. Weingart., SS. XVII, p. 309, ubi haec in a. 1182, ind. 1. collocantur. 2) Similis reliquiarum recensio etiam in codice legitur, qui continet Annales Weingartenses, Historiam Welforum, alia; v. SS. XVII, p. 310 n.; XX, p. 456. 3) Cf. Ann. Weingart., SS. XVII, p. 308. et notam ex cod. Weingartensi in bibliotheca regis Wurttembergici asservato a Stälin exscriptum, W. G. II, p. 697 n.: *Heinricus dux cum uxore Wulfilde, pater Welfonis nostri, veteri monasterio funditus deposito, novum speciosum fundatum cepit exstruere anno* 1124. 4) c. a. 1160—1180. 5) c. a. 1181—1188. 6) c. a. 1188—1200.

Berhta. Heinricus. Heinricus episcopus. Volmôth. Willebirc. Gerdruth. Halewic. Fridericus. Cônradus. Mahtilth. Mahthit. Hadewic. Adilbertus. Petrissa. Adilheit Hailewic. Wilbôrch. Adalbero. Gerdrut. Mahtilth. Wernher. Sanna. Heinricus. Cônradus. Heilewic. Wernher. Azala. Eberharth. Eberharth. Wernher. Côniza. Waltherus. Tôticha. Benigna. Ailigga. Hemma. Gôta. Hazicha. Berhtolth. Hemma. Erimbertus. Hadewic. Purchardus presbiter. Hartmôth. Liutpertus. Irmingarth. Marquardus mo. camerarius[a]. Cônradus. Einharth. Eberhardus presbiter. Marquardus mo. Marquardus. Adilheit. Adilheit. Hadewic. Heinricus. Eiligga. Eiligga. Adilheit. Hailewic. Gôta. Mahtilth. Hiltibôrch. Adilheit. Gerdruth. Eggiburch. Officia. Wilburch. Berhta. Christina. Heinricus. Gebizo. Wernher mo. Heinricus. Wernher. Gerhardus. Côno. FRIDERICUS IMPERATOR. Philippus rex. Cônradus dux[1]. Gerbirch. Cônradus. Mahthilt. Mahtilt. Diemôth. Eberhardus. Heinricus. Christianus. Berhtoldus. Gerdruth. Wernherus marsalch[a]. Mahthilth c. s. n.[b] Wernherus. Hermannus. Heinricus filii. Wernher. Hiltigart c.[c] Hiltigarth c.[c] Rôdigerus. Rôdigerus. Gerdruth. Mahthilt. Côno. Cônradus. Morhardus. Goztrut. Bernhardus. Eberhardus. Mahthilth. Albericus. Sanna. Sigiboto. Gerbirc. Fridericus. Hôgo. Ôdalricus. Sophia. Herman. [Agnes[d]]. Wolfradus. Adilheit. Berhtoldus. Herman. Reinboto. Wernher. Cônradus. Willibirch. Folcwin. Heinricus. Ôdalricus. Hemma. Willibirch. Willibirch. Reinboto. Ôdalricus. Gerdruth. Sanna. Irmingarth. Mahthilt. Fridericus. Berhtolt. Engilger. Officia. Otilia. Cônradus. Rôdolf. Heinricus. Heinricus. Heinricus. Heriman. Ôdalricus. Wernher. Côno. Liutholt. Iudinta. Liuggart. Berhta. Mahthilt. Diemôth. Harthman. Diemôth. [Sifridus[d] l.]. Liutholth. Cônradus. Folmôth Petrissa c.[c] Ôdalricus. Willibirc. Heinricus mo[a]. [Elisabeth[d]]. Cônradus. HEINRICUS dux. Mahthildis ducissa[2]. Welfo, Welfo, Welfo duces. Wulfildis[3], Iuditha ducisse[4]. Fridericus. Sophia marchionissa[5]. — Albericus[e]. Sanna. Bernhart. Mahtilt de Bôchorn[f]. Berhta. Heinricus et Cônradus. Heinricus. Heinricus. Wernherus. Hadewic. Bertha l. Hadewich. Hadewich. Ôdalricus clericus. Cônradus l. Gerbirch c.[c] Hediwic[g]. Gerbirch l. Wilburch l. Fridericus l. Fridericus l. Engillindis l. Berhta. Heinric. Herman. Wernherus. Fridericus n.[h] c. mo. Adilheit l. obiit. Fridericus l. Fridericus l. obiit. Rôdolf l. Merigart. Mahtilt l. Waltherus l. Yhas l. Wernherus l. Mahtilt l. Richgart l.[i] Elisabet. Liugart et Henricus. Cônrat. Tiûticha. Limpolt. Tiuticha. Sufia. Tûta. Irmingart. Albertus. Hæiricus. Hæinricus. Heinricus. Purchardus. Purchardus. Wltherus. Hugo con. Iudinta l. obiit. Guta.

CHRONICON PONTIFICUM ET IMPERATORUM AMIATINUM.

Edidit hoc ex codice olim monasterii S. Salvatoris in monte Amiatino, nr. 3 signato, bibliothecae Laurentianae *Florentinae illato, f.* 241 *sqq., Bandinius (Bibl. Leopoldina Laurent. T. I, p.* 647—694*) a.* 1791, *sed, quamvis a Bethmann nostro breviter descriptum (Arch. XII, p.* 724*), omnium fere qui res Italas tractabant et nostram, cum chronica huius temporis minora colligeremus, sollertiam fugit. Maximam partem cum chronico convenit quod Hugonis de S. Victore nomine fertur, ita tamen ut uberiorem Romanorum pontificum catalogum, qualem in Cenciano et alibi exscriptum videmus (cf. supra p.* 88*), usque ad Alexandrum III. deductum auctor retineret. Quae inde ab Ottonis III. tempore exhibenda duximus. Maioris vero pretii sunt quaedam saec. XIII. addita. Alii paparum catalogum — a.* 1287. *continuaverunt.*

a) *superscr. c.* b) congregationis soror nostre? c) c (conversa?) *c.* d) *post add. c.* e) *reliqua diversis manibus addita sunt.* f) de B *superscr. c.* g) *supra primum* e *littera a scripta est.* h) *i. e.* nostre congregationis. i) *vocabulum erasum.*

1) Frater fortasse Friderici I. 2) Uxor Heinrici Leonis. 3) Uxor Heinrici Nigri. 4) Filia, ut videtur, Heinrici Nigri, uxor ducis Friderici II. 5) Filia Heinrici Nigri, uxor Liupoldi marchionis de Stira.

Codicem in nostros usus excussit V. Cl. Thaner, professor Oenipontanus. Eiusdem voluminis folio 240, quod ad alium pertinuit codicem, notae quaedam leguntur, a Bandinio p. 648. publici iuris factae, quas infra repetere iuvat.*

G. W.

Ann. Domini.	Indict.		
996.	9.	Gregorius, natione[a] Saxorum ex patre Octo, sedit ann. 2, mens. 5.	Otto imperavit ann. 13, in Italia 5, et permansit vacuum regnum ann. 12.
998.	11.	Iohannes sedit mens. 10.	
999.	12.	Silvester sedit ann. 4, mens. 1, d. 8.	
1003.	1.	Iohannes sedit mens. 5.	
1004.	2.	Iohannes sedit ann. 5.	
1008.	6.	Sergius sedit ann. 2.	
1011.	9.	Benedictus, natione[a] de Tusculana ex patre Gregorio, sedit ann. 11, mens. 11, d. 21.	
1013.	11.		Henricus imperavit ann. 10, mens. 5, et permansit vacuum regnum ann. 1.
1022.	5.	Iohannes, ex patre Gregorio, sedit ann. 9, mens. 9[b].	
1025.	8.		Conradus imperavit ann. 16, et permansit vacuum regnum ann. 3.
1033.	1.	Benedictus, natione[a] de Tusculana ex patre Alberico, sedit ann. 4. [Tempore[c] istius Benedicti consecrata fuit ecclesia istius monasterii, id est 1036].	
1047.	15.	Silvester sedit d. 56.	
1048.	1.	Gregorius, de Sancto Iohanne ad Portam Latinam, sedit ann. 2.	
1049.	2.	Clemens sedit mens. 9, d. 7.	Henricus imperavit ann. 11, et permansit vacuum regnum ann. 25.
1051.	4.	Damasus sedit d. 33.	
1052.	5.	Leo, genere Alamannus de Lotheris regno, sedit ann. 5, mens. 2, d. 6.	
1057.	10.	Victor II, genere Alamannus, sedit ann. 2, mens. 3, d. 14.	
1059.	12.	Stephanus VIII. sedit mens. 9.	
1060.	13.	Benedictus sedit mens. 9.	
1061.	14.	Nicolaus, natione[a] Burgundia, sedit ann. 2, mens. 7.	

*) Chronica annorum mundi.

Ab Adam usque ad Noe sunt anni 1242 . . . .

Ab Adam usque quo Babylonia capta est a Saladino sunt anni 7466.

Anno ab incarnatione Christi domini 1097. Nicaea capta est.

Anno 1098.[d] Antiochia capta est.

Anno 1099.[e] Ierusalem capta est.

Anno 1109. Tripoli capta est.

Anno 1110. Berith capta est, et Sidonia capta est eodem anno.

Anno 1104. Accaron capta est.

Anno 1123. Balduinus primus rex obiit.

Anno 1124. Tyrus capta est.

Anno Christi 1117, die tertio intrante Ianuario, feria 4, indictione 14[1], chronica 6, epacta 12, luna 27. fuit magnus terrae motus per totam Italiam.

Anno Domini 1239, tertio die intrante Iunio, indict. 12, luna 28, feria 6, fere octava hora diei, illa hora qua Dominus exspiravit, sol obscuratus est, et tenebre facte sunt ad modum noctis, et stelle apparebant in celo, homines vero nimio timore perterriti plorabant et clamabant ad Deum, et magno timore et tremore totus mundus perterritus est.

a) natus *ed.* b) XIIII *ed.* c) *manu s. XV. add. c.* d) MCXVIII. *ed.* e) MCXVIIII. *ed.*

1) Sequentes notae anno haud conveniunt.

Ann. Domini.	Indict.			
1063.	1.	Alexander II, natione[a] Mediolanensis, sedit ann. 11, mens. 6, d. 25.		
1074.	12.	Gregorius sedit ann. 12, mens. 1, d. 4.		
1083.	6.		Henricus imperavit ann. 16.	
1086.	9.	Victor sedit ann. 1.		
1089.	12.	Urbanus sedit ann. 11, mens. 4[b], et cessavit episcopatus d. 16.		
1100.	8.	Paschalis sedit ann. 18, mens. 5, d. 7, et cessavit episcopatus d. 2.		
1110.	3.	Hic captus est Paschalis papa II. ab imperatore Henrico.	Henricus, Henrici filius, imperavit ann. 15.	
1118.	11.	Gelasius sedit ann. 1.		
1119.	12.	Calixtus sedit ann. 5, mens. 10, d. 13.		
1125.	3.	Honorius sedit ann. 5, mens. 2, d. 3.	Lotharius imperavit ann. 12.	
1130.	8.	Innocentius, natione[a] Romanus[c], ex patre Iohanne de regione Transtyberim, sedit ann. 13, mens. 7, d. 8, et cessavit episcopatus d. 2.		
1137.			Conradus imperavit ann. 16.	
1140.	3.	In sancti Clementis nocte sanctae Lateranensis ecclesiae tectum cecidit, quod ipse restaurare fecit.		Nov. 23.
1143.	6.	Celestinus sedit mens. 5, d. 13.		
1144.	7.	Lucius, natione[a] Bononiensis, sedit mens. 1, d. 4.		
1145.	8.	Eugenius, natione[a] Pisanus, sedit ann. 8, mens. 4, d. 20, et cessavit episcopatus d. 3.		
1153.	1.	Anastasius, natione[a] Romanus[c], ex patre Benedicto, sedit ann. 1, mens. 4, d. 24.		
1154.	2.		Fridericus imperavit ann. 37.	
1155.	3.	Adrianus, natione[a] Anglicus, sedit ann. 5, mens. 8, d. 28.		
1160.	8.	Alexander sedit ann. 22, mens. 11, d. 28; tempore cuius ecclesia Dei fuit in scismate annis [d]; in quo tempore quatuor falsi papae electi sunt contra eum: primus fuit Octavianus, secundus Guido, tertius Iohannes Strumensis, quartus Lando.		
1181.	14.	Lucius, natione[a] Lucensis, sedit an. [d]		
1189.	7.	Hic cecidit adeo maxima nix, quod ex ea innumerabilia animalia mortua fuerunt.		

CONTINUATIONES.

1191.	9.		Henricus, filius Friderici, imperavit ann. 8, mens. 5, d. 28. Hic accepit in uxorem Constantiam, filiam Guilielmi regis Apuliae. Mortuo Guilielmo, fratre eius, sine filiis, volens imperator occupare Apuliam, Calabriam et Siciliam, congregato magno exercitu, obsedit Neapolim, dimissa uxore apud Salernum. Salernitani vero ceperunt eam, fingentes et dicentes imperatorem mortuum, vi miserunt eam Palarmum. Reversus imperator in Alamannia, et congregato exercitu multo	1191. 1194.
1197.	15.	Innocentius III. sedit ann. 18, mens. 4, d. 22. Hic multa bona fecit. Hic renovavit monasterium Sancti Martini de Monte Viterbii et anno 1207. de Pontiniaco fecit conventum ibi venire[1]. Hic dedit ecclesiae huic mantum unum et duas planetas tempore Roilandi abba-		

a) natus *ed.* b) 14. *ed.* c) Romae *ed.* d) *vacat c.*

1) Cf. Janauschek, Orr. Cisterc. p. 124.

Ann. Domini. Indict.

tis, qui reddidit pape castrum de Radicofore[1]. Hic celebravit concilium generale, et post hoc perrexit ad urbem Perusinam et ibi requievit in pace.

1216. 5. Honorius III. sedit annis 10 et mensibus 8. Hic renovavit ecclesiam sancti Laurentii extra muros. Hic Cisterciensem ordinem multum dilexit; unde statutum est in ordine illo, ut 15. Kal. April. omni anno agatur dies anniversarii eius.

[maiore[a]] priore, expoliavit Salernum cepitque omnes inimicos: alios misit in Alamanniam, alios cecavit, alios suspendit et subiugavit sibi terram predictam; quam non per annum possidens, mortuus est Missine 3. Kal. Oct.[2], et requiescit in archiepiscopatu Montis-regalis[3].

1227. 15. Gregorius nonus, natione[b] Ananiensis[c], primo dictus Hugolinus episcopus Hostiensis, sedit annis 14, mensibus 5, diebus 3. Post quem vacavit ecclesia duobus mensibus et 3 diebus. Hic multum dilexit et auxit ordinem fratrum Minorum.

1241. 14. Celestinus tertius, natione[b] Mediolanensis, dictus Geoffredus, prius[d] episcopus Sabinensis, sedit d. 17. Post quem vacavit ecclesia anno uno, mensibus 7 et d. 14.

1243. 1. Innocentius[e] quartus, natione[b] Ianuensis de comitibus de Lavania, prius presbyter cardinalis tituli. . .[f]

Alexander[g] IIII. Campanus sedit ann. 9, mensibus 6.
Urbanus IV. Trecensis sedit ann. 3, mense uno, die vero quarta.
Clemens IV. Narbonensis sedit ann. quatuor, menses octo.
Gregorius X. Placentinus sedit ann. quatuor.
Innocentius V. Burgundus sedit menses quinque, dies vero 11.
Adrianus V. Ianuensis sedit mensem unum, diem vero nonum.
Iohannes XXII. Hyspanus sedit menses octo.
Nicolaus III. Romanus sedit annos duos, menses novem, dies vero 15.
Martinus IIII. Gallicus sedit annos quatuor, menses tres, dies vero 27.
Honorius IIII. Romanus sedit annos duos[4].

EX VINCENTII BELLOVACENSIS SPECULO HISTORIALI.

Eis quae supra p. 164 sqq. ex Vincentii magna compilatione excerpta sunt duos addamus locos oportet ibi omissos quasi ex Gestis Ludovici VIII. haustos. Sed his accuratius examinatis intelleximus, librum hoc nomine editum nihil esse nisi opus posteriori tempore, a Guillelmo de Nangiaco procul dubio, ex Vincentio aliisque narrationibus conflatum. Quare Vincentio quae sua sunt restituere fas est. Addidi variam lectionem codicis Musaei Britannici, *Cotton.*

a) *supplevi.* b) natus *ed.* c) Anania *ed.* d) *alia manu pergit c.* e) *sequentia alia manu in loco raso.* f) *vacat c.* g) *haec manu s. XV. addita.*

1) Radicofani; iam a. 1153. dimidia civitas papae reddita est, Ficker, 'Ital. Forsch.' II, p. 237; qui de altera hac cessione nihil compertum habuit. 2) Die 30. Sept. obiit. 3) Monreale; sed Heinricum alii Panormi dicunt sepultum; cf. Toeche p. 472, qui hunc locum non novit. 4) —1287.

Vespasian. D. IV (L.), ubi Guillelmi Britonis Gestis Philippi Augusti Annales subiecti sunt, partim etiam ex Vincentio descripti (cf. N. Arch. V), nec non chronici ibidem Nr. 11413. *signati, quod itidem Speculo historiali nititur. G. W.*

Ex Lib. XXX, cap. 127.

Anno[1] Domini 1225, circa pascha quidam fingens se esse Balduinum quondam[a] comitem Flandrie et imperatorem Constantinopolitanum, venit in Flandriam in habitu peregrino. Multi favent[b] ei de Flandria, nobiles et ignobiles, eo quod multa intersignia dicebat, quod esset idem Balduinus. Resistentes autem viriliter debellabat. Non[c] multo post statuto alloquio inter ipsum et regem Francorum[d] apud Peronam, requisitus a rege, quis ornaverat[e] eum in militem et ubi fecerat homagium patri suo regi Philippo et ubi fuerant nuptie[f] celebrate inter ipsum et uxorem eius, noluit respondere, petens inducias usque post prandium. Tunc aperta eius fraude, licenciavit eum rex a toto regno suo. Ipse autem, qui cum multis pompose venerat, confusus cum paucis abscessit. Non multo post[g] vero ab Erardo de Cassenca[h] in quadam[i] taberna capitur et traditur[k] Flandrensi comitisse. Que diversis penis ipsum afficiens, ad ultimum patibulo[l] fecit suspendi.

Ex cap. 129.

Ferrandus comes Flandrie, qui per 12 annos et menses 6 Parisius in captione domini regis[m] detentus fuerat, multa redemptus pecunia, liberatur[n] circa epiphaniam Domini.

CHRONICON PONTIFICUM ET IMPERATORUM EX CODICE FLORENTINO.

Ad chronica minora, qualia saeculo XIII. condita complura supra edimus, hoc accedit, quod legitur in codice bibliothecae Laurentianae Florentinae LXXIX. inf. 41, *saec. XIII, a Bandinio (Cat. codd. bibl. Laurent. Latin. III, p.* 403*) et brevius a Bethmann (Arch. XII, p.* 713*) descripto, varia opera historica complectente. Ex quibus id, cuius partem nunc edimus, necessitudine quadam cum chronico quod Hugonis a S. Victore nomine fertur coniunctum est, sed longius productum et in posteriori parte nonnullis notis peculiaribus conspicuum. Cum neque Caelestini III. anni neque Innocentius III. prima manu adnotati sint, prima pontificum catalogi recensio in illo substitisse videtur, continuatione usque ad Innocentium IV. in hoc codice addita et notis nonnullis post ab aliis insertis, posteriori vero tempore catalogo pontificum etiam usque ad Urbanum VI. deducto*[2]. *In prima parte quaedam cum Catalogo Cenciano conveniunt, alibi narratio Martinum Oppaviensem sequi videtur; sed illum exscriptum esse, certo certius haud contenderim, nonnulla sive Romae sive*

a) c. quendam *L.* b) M. de Fl. f. c. *L.* c) Nec *L.* d) Francie *L.* e) ordinaverat *Lond.* 11413. f) nupte *L.* g) v. p. *L.* h) Chassenta *L.*; H. de Cassenta 11413. i) quodam *V. cod. Ber.* k) Fl. tr. *L.* l) f. p. *L.* m) in prisionem *L.*; dom. *deest* 11413. n) e. D. l. *L.*

1) Haec narratio in nonnullis maxime convenit cum Roberti Altiss. cont. cod. Montispessulani necnon loco Chronici Turonensis in editis omisso, alii huius collectionis tomo inserendis. H.-E. 2) Haec a nobis omissa Bandinio teste ita finiuntur (1378): *mensis Aprilis die* 8, *ind.* 1. *creatus fuit papa Bartolomeus de Neapoli Rome cum maximo tumultu Romanorum et vocatus est Urbanus papa VI, qui antea fuerat archiepiscopus Varen. et erat vicecancellarius ecclesie Romane.*

prope Urbem scripta esse persuasus. Sunt etiam quae ad chronicon universale Mettense supra editum prope accedunt, ea, ut opinor, post addita. — Initio libri annorum tabulae et regum series iis similes quae apud Hugonem exstant leguntur, ibique ducum et regum Normannicorum brevis historia usque ad Manfredi coronationem (1257), post ad pugnam usque Beneventanam (1266) continuata, quam, nisi valde fallor, ineditam, infra exhibendam duxi. — Haec omnia descripsit V. Cl. Thaner, professor Oenipontanus.* *G. W.*

	Ann. Domini.	Indict.		
*Mart Oppav	1.	4.	Anno 42. imperatoris Octaviani natus est Iesus Christus, filius Dei, in Bethlehem Iudae . . .	*Post nativitatem domini nostri Iesu Christi Octavianus Augustus imperavit ann. 14, Romanus genere . . . . Serviebat libidini usque ad probrum vulgus. Nam inter 12 catamitos totidemque puellas accubare solitus erat. . . . .
	. . . .		. . . .	. . . .
	1129.	7.	Innocentius II. ann. 13, mens. 7, d. 8.	
	1130.	8.		Lotarius imperavit. Hic coronatus est in imperatorem ab Innocentio papa cum uxore sua Rigiza in ecclesia Lateranensi et in ecclesia sancti Alexii in festivitate eius[1].

*) Hii duces Normannorum[a] in Apulia. Turstinus Citellus. Ranulfus et Ricardus. Drogo Constantiniensis. Umfredus[b], frater eius. Hic prius Apuliam cepit. Robertus Wiscardus, filius eius.

Postea surrexit Roglerius dux, nepos Roberti Wiscardi, qui devicit Sciciliam, Calabriam et totam Apuliam. Iste cepit Innocentium papam secundum, et cum plurimum ipsum honorasset iam captum, usque in quartam generationem regnum Sicilie in feudum dictus papa concessit eidem, quod ex concessione Karoli, qui ipsum expugnaverat, ecclesia obtinebat, et ad ipsum regnum fuit dictus Rogerius regio diademate insignitus.

Postea regnavit Wilielmus rex, filius eius; post hunc Wilielmus, filius eius. Iste in multa tranquillitate regnum obtinuit, et licet corporeis viribus inbecilis fuisset, fidei tamen devocione grandis et fortis, regnum Tunici in Africa sibi tributarium redidit; propter quod dictum est:

Apulus et Calaber, Siculus mihi servit et Afer[2].

Amitam, de qua mater sompniavit se faculam parituram, habuit, que Henrico imperatori, suggerente in fraudem archiepiscopo Panormitano, nupsit, et per eam dictum regnum adeptus est. Cum enim Tancredus, filius naturalis primi G.[c] regis, regnum occupasset, ante adventum imperatoris predicti morte preventus est. Post hunc regnavit Fredericus imperator, filius eius, et tunc in morte eiusdem Frederici regnum ipsum debuit ad ecclesiam reddire, quarta iam generatione completa. Postmodum vero Conradus, eiusdem Frederici filius, regnum occupavit predictum, et eo mortuo rediit ad ecclesiam, que ipsum modico tempore obtenuit. Nam Innocentio papa quarto apud Neapolin defuncto, et legatis presidentibus exercitui ecclesie per Manfredum, eiusdem Frederici imperatoris naturalem filium, fultum Saracenorum Nucerie auxilio, superatis, regnum ipsum occupavit et posedit quiete non tamquam rex, sed sicut baiulus Conradi, fili prefatti[d] Conradi; postmodum, conficta eiusdem C. morte, se fecit coronari in regem[3].

Marchiam[e] quoque occupavit et postmodum Tusciam, Florentinis in prelio superatis; solempnem nuncium eiusdem C. de curia accedentem ad Urbem procuravit occidi. Alexandro[f] papa defuncto, qui substitutus fuerat Innocencio prefato, sub quo subito non sine miraculo vel stupore homines fere ubique christianitatis penitenciam sollempnem fecerunt, eligitur in papam Urbanum patriarcha Ierosolimitanus, nacione Trecensis; qui[g] regnum ipsum ordinavit conferri Carolo comitti Provincie, concessa ad id prosequendum sibi decima proventuum ecclesiasticorum per triennium in regno Francie. Eo namque tempore apparuit cometes, quousque in fata cessit; cui substituitur episcopus Sabinensis natione de castro Sancti Egidii, qui infra 12 annos fuerat laicus uxoratus et clericus et Aniciensis episcopus et archiepiscopus Narbonensis et episcopus Sabinensis et demum papa Clemens[4]. Tunc idem comes Romam navigio venit[4], et ibi per quosdam cardinales illuc transmissos est investitus de regno. Demum fuit coronatus cum uxore sua per episcopum Albanensem, et ingrediens regnum cum milicia que ad ipsum devenerat de Francia, apud Beneventum cum ipso M. conflictum habuit, et eo interempto in pugna,
1266. regnum in pace obtinuit, capta nihilominus uxore predicti Manfredi.

a) Romanorum *c.* b) Vinfredus *c.* c) *lege:* Rogerii. d) prefacti *c.* e) *alia pergit manu c.* f) Al. p. def. *adrasa; fortasse alia manu sequentia scripta.* g) *alio atramento, fortasse alia manu pergit c.*

1) Haec alibi haud nominatur; sed festivitas sancti Alexii d. 17. Iulii, Lotharii coronatio d. 4. Iunii fuit. 2, Similem versum Rogerus rex in ense habuisse dicitur. 3) Eadem verba apud Mathaeum Paris. leguntur; cf. Schirrmacher, 'Die letzten Hohenstaufen' p. 450. 4) Cf. Martin. Oppav. p. 441.

Ann. Domini.	Indict.			
1143.	6.	Celestinus II. mens. 5, d. 13.		
1144.	7.	Lucius II. mens. 10, d. 12.		
1145.	8.	Eugenius III. ann. 8, mens. 4, d. 21.		
1153.	1.	Anastasius ann. 1, mens. 4, 22 d.*		
1154.	2.	Adrianus IV.[a] ann. 5.**		
1155.	3.		Fredericus imperat. ann. 35.	
1156.	4.	Hoc anno levata sunt corpora sanctorum Bartholomei et Paulini[1].		
1159.	7.	Alexander III. sedit ann. 22 minus d. 4.		
1164.	12.	Hic devicit quatuor scismaticos, Octavianum, Guidonem Cremensem, Iohannem Strumensem, Landonem. Primus fecit se vocari Victorem, secundus Pascalem, tercius Calixtum, quartus Innocentium.		Cat. Cenc.
1171.	4.	Hoc anno pons Lucanus[2] capitur a Tybertinis.	Annus[3] millenus centenus septuagenus Primus erat, primas cum ruit ense Thomas.	cf. Chr Mett.
1181.	14.	Lucius III. ann. 4, mens. 2, d. 25.		
1185.	3.	Urbanus III. ann. 2 minus 40 di.***	Hoc anno capta est Ierusalem a Saladino.	cf. Chr. Mett
1187.	5.	Gregorius VIII.[b] d. 58.†		
1188.	6.	Clemens III. ann. 3, mens. 3.		
1190.	8.		Hic moritur Fredericus apud Ierosolem.	cf. Chr. Mett.
1191.	9.	Celestinus, qui dictus fuit Iacintus, diaconus cardinalis Sancte Marie scole Grecorum.††	Henricus, filius eius, regnat. Hic coronatus est a Celestino. Qui[4] statim ingressus est in Apuliam et pugnavit et obsedit Neapolim, sed non potuit eam capere. Rediit in Alamania, et iterum alio anno rediit, et tradidit Deus in manu eius Apuliam, Calabriam et totam Siciliam cum rege et palatio et omnibus que in palatio erant, et Salernum cepit per vim[c]. Anno 7. mortuus est in Calabria.	
1199.	2.†††			

*) *Alia manu post add.:* Sub Anastasio papa obiit beatus Bernardus etatis sue sexagessimum tercium annum agens. Ipse enim fratribus familiariter assistentibus, dum ageret in extremis, dixit: 'Minus meo sensui quam alterius credidi, lesus non expetivi de ledente vindictam, scandalum non feci, immo sedavi prout potui suscitatum'. Et hec, in quibus humilitas, pacientia et caritas continentur, eisdem fratribus imitanda commisit. Tunc enim 60 monasteria sub se habebat et in suo monasterio septingentas animas gubernandas.

**) *post add.:* Pater Anglicus, Awinionem veniens[5], ibi propriis manibus victum querebat. Quo mortuo, filius adhuc puerulus pro victu hospitali sancti [Rufi[d]] deputatus, postmodum factus est ibi canonicus, demum abbas, postmodum papa. Monasterium Sancti Rufi transtulit Valenciam.

***) *post add.:* Ferrarie est sepultus.

†) *post add.:* Pisis est sepultus.

††) *post add.:* annis 9.

†††) *post add.:* Innocentius III.

a) IV^or *c.* b) VIIII. *c.* c) iii *c.* d) *deest c.; supplevi ex Guill. Neubr., Watterich II, p. 337.*

1) De quibus cf. notam SS. XXII, p. 237 n.* editam. 2) Castrum prope Romam. 3) De his versibus v. supra p. 518. 4) Cf. Gilbert. p. 134. et Chron. Amiat. p. 835 sq., sed cum neutro hic locus prorsus convenit. 5) Haec fabulosa sunt.

	Ann. Domini.	Indict.		
	1202.	5.	Hoc[1] anno fames vallida fuit omnium rerum, ita quod rug.[a] tritici venditur 27 sol. et plus.	
	1216.	4.	Honorius [tertius[b]], natione Romanus, ann. 10, mens. 9.	
	1220.	8.		Federicus, Henrici filius, imperavit ann. 31.
	1227.	15.	Gregorius IX, natione Campanus de Anagnia, ann. 14, mens. 5, d. 2, et cessavit episcopatus mens. 2, d. 3. Obiit mense Aug. d. 22.*	
	1241.	14.	Celestinus IV, natione Mediolanensis, d. 17. Cecus enim matri eius ad novi sponsi consortia properanti vaticinando predixit, quod filium pareret, qui summi pontificis dignitatem adeptus, intra anni curicula moreretur. Tunc vacavit ecclesia anno 1, mens. 7, d. 14.	
cf. Mart.	1243.	1.	Innocentius IV, natione Lombardus de comitibus Lavanie, ann. 11, mens. 6. Hic Fredericum imperatorem deposuit in Lugdunensi concilio ad hoc sollempniter convocato; langravium Turingie et eo mortuo comitem Holandie in reges Romanorum eligi procuravit. Audita vero morte dicti F., Perusium revertitur, ac mortuo Conrado, nato eiusdem F., qui regnum Apulie occuparat, regnum ipsum ingreditur et cum ipsum sibi subegisse putasset, apud Napolim mortuus est,	
1254.			et regnum predictum est ab eiusdem F. naturali filio occupatum.**	
	1257.	15.***		

cf. Chron. Mett. *) *post add.:* Sub ipso hec acciderunt. Nam Tartari, quorum immanitas tunc primo invaluit, depopulati sunt Ungariam et Poloniam; et cum excommunicasset Fr. imperatorem, idem F. cepit duos cardinales legatos et alios quam plures prelatos contra ipsum ad concilium evocatos. Fuerunt etiam quidam religiosi, qui asserentes se miracula facere posse, totam Lombardiam traxerunt.

**) *post add.:* Sub ipso hec acciderunt. Nam rex Francie in egritudine crucem suscipit. Damiatam subito cepit, a soldano Babilon. capitur et per peccuniam liberatur. Pastores, relictis gregibus, quendam seductorem in Francia sequuntur, qui dabat eis intelligere, quod per ipsos miraculose Terra Sancta conquireretur; tandem propter multas insollencias subito perierunt.

***) *post add.:* Inanis[2] glorie cupidus, astutus et circonspectus, pusillum animum habet. Suggerente glorie vento aspirat ad ardua, set a persequcione animi infirmitate retrahitur, quam sic ingeniose palliat, ut etiam a pluribus extimetur magnanimus. Numquam gloriosus apparuit, nisi quando formidolosos invenit. Ubi resistentes repperit, facile retunditur impetus eius. Non pugnando prevalet, set minando. Ubi minis violentis non proficit, conatur quicquam federe reconciliationis honoris assequi, ne ipsum invitum confligere opus sit. Munificentie titulis insigniri asseritur, que multum in eo a virtute degenerat, cum nil omnino ut prosit tribuat, nisi ut aure popularis et vulgaris[c] laudis[c] blandimenta conquirat. Coniugis disposicionibus regitur et[c] affectibus[c] acquiescit[c], et nature ipsius effectus conformis ad omnia repperitur et mobilis. Pectus quoque suum variis urguetur affectibus, set plus ipsum metus retrahit quam dominandi libido impellat.

a) rublum grani *Mart.* b) *post add. c.* c) *haec post deleta videntur.*

1) Cf. Martin. Oppav. p. 470. 2) Haec e regione a. 1257, scripta sunt. Nec scio, an revera de Friderico II. agant, ut Bethmann opinatus est (Arch. XII, p. 713).

ADDENDA ET EMENDANDA.

p. 12, *l.* 27 *in margine lege:* Ian. 13. — *ibid. l.* 32: 4. feria post dominicam Estomihi *a.* 1227, *non* 4. Nonas Martias (4. *Mart.*), *sed* Non. Mart. *fuit.* — *p.* 13, *l.* 16. *in marg. dele:* Sept. — *ibid. l.* 17. *in marg. lege:* Nov. 2. — *p.* 13, *l.* 34. *pro* Boemie *V. Cl. Winkelmann proposuit:* Bavarie. — *p.* 17, *l.* 22. *rex Francie male* Ludowicus *dicitur, cum de Philippo sermo sit; neque pugna a.* 1214. *contra* filium regis Francie (*p.* 18, *l.* 24), *sed ipsum regem commissa est.* — *p.* 20, *l.* 9. *adde notam:* Ludowicus falso pro Hermanno scribitur. — *p.* 26, *l.* 22. Zwck *emendandum est:* Zirck. — *p.* 57, *l.* 9. *adde notam:* non Fridericus, sed frater eius Rudolfus duxit filiam regis Franciae. — *p.* 59, *l.* 11. *emenda:* Clemens V. — *p.* 61. *Annales S. Nicolai Patavienses a.* 1278—1287. *plane conveniunt cum continuatione VI. Chronicae minoris* (*p.* 213), *neque uter alterum exscripserit, satis patet.* — *p.* 69. Breve chronicon Austriae Mellicense *satius* Brevis historia principum Austriae *nominari posset.* — *p.* 90, *l.* 50: Liungakaupinga *legendum est* (*Linköping*). — *p.* 95. *dele n.* 1. — *p.* 102, *l.* 4 *sqq. adde quae infra p.* 833. *de catalogo Amiatino dixi, quocum Cencianus in multis convenit.* — *p.* 112, *l.* 70. *adde notam:* Paulus et Stephanus perperam hoc loco inseruntur. — *p.* 150, *l.* 12. recordatus *emendandum esse:* rectoratus *animadvertit Dr. Holder-Egger; cf. p.* 115, *l.* 15. — *p.* 164, *l.* 56. *n.* 2. *dele:* Haec — Fortasse. — *p.* 166, *l.* 25. *lege:* consummaverunt *et pone in n.* b: confirmaverunt *ed.* — *l.* 39. *et* 40. *dele:* Ex V. Ludovici VIII. *et v. p.* 836 *sq.* — *p.* 213, *l.* 32 *sqq. cf. quae ad p.* 61. *adnotata sunt.* — *p.* 219, *l.* 59. *n.* 2. *adde:* Arch. VII, p. 212. ex cod. Lugdunensi, X, p. 461. ex codice Vindobonensi; Math. Paris. a. 1239. — *p.* 222, *l.* 48. *lege:* Carintii, *ut p.* 221, *l.* 14. — *p.* 229, *l.* 31. *adde:* Hugonis Floriacensis historia ecclesiastica. — *p.* 242, *l.* 24. ibidem archi *litteris latius positis exprimendum erat.* — *p.* 254, *n.* 1. *lege:* Trzemesno oppidum Posnaniae intelligi videtur. — *p.* 267, *l.* 22. *adde:* Guillelmi de Nangiaco chronico. — *p.* 279, *l.* 2: *pro* peccatorum *legendum videtur:* speculatores. — *l.* 32. *corrigendum est:* Frederici I. — *p.* 351, *l.* 14—16: *Verba:* in manu forti — rediit *ex Ann. Aquensibus a.* 1180, *supra p.* 138. *sumta sunt.* — *p.* 379, *l.* 45. *lege:* Claustro. — *p.* 391, *l.* 54. *n.* 1. *lege:* comes Lucelinburgensis. — *p.* 445, *l.* 42. *fortasse* penitenciarii minoris *legendum est.* — *p.* 463, *n.* 2. *lege:* Walramum. — *p.* 491, *l.* 37. *De codice Historiae S. Arnulfi fusius egit Clerx 'Catalogue des manuscrits de la bibliothèque de Metz relatifs à l'histoire de Metz et de la Lorraine',* 1856, *eumque apographum habet alterius libri s. XIV. in bibliotheca Jos. de Chazelles, postea Chartener, asservati; praeterea recenset nr.* 65. *apographum a.* 1561. *confectum ab Odelo Grave curatore de Rexonvillo; nr.* 66. 67. *Gallicae versionis exemplaria duo.* — *p.* 525, *l.* 7: materiosa ('maitresse') *legendum esse censet H. E.* — *p.* 536, *l.* 15. *lege:* Vacariis. — *p.* 553, *l.* 20 *sqq. Lambertus e veteribus etiam Porphyrii librum 'De abstinentia' legisse videtur* (*cf. p.* 604, *c.* 91). — *p.* 556, *l.* 35. *Gothofredus marchio de Menilglaise in laudata editione versionem Gallicam Lamberti vulgavit, de qua haec affert: 'Nous possédons dans notre bibliothèque particulière une traduction manuscrite anonyme, qui par le style semble contemporaine de Charles VII. ou de Louis XI. (copie de l'an 1666)'. Versio, quae ex cod.* 1 *fluxit, ad textum constituendum semel* (*p.* 590) *conducit.* — *p.* 566. *c.* 7. *De Sifrido cf. quae bene disputavit G. Storm contra Steenstrup, 'Danske Kolonier i Flandern og Nederlandene i det* 10*de Aarhundrede', in 'Historisk Tidsskrift udgivet af den Norske Historiske Forening' II,* 2, *p.* 162 *sqq.* (*Kristiania* 1878). *Vide etiam von Kalckstein, 'Geschichte des Französischen Königthums unter den ersten Capetingern' I, p.* 174. — *p.* 576, *n.* 11. circa a. 1100. *corrige* circa a. 1097. — *p.* 577, *n.* 5. *lege:* sine die et mense. — *p.* 578, *n.* 6. *corrige:* Obierat iam a. 1097. secundum Will. c. 35. — *p.* 590, *l.* 50. *dele* Eustacium *et pone in nota:* Eustacium *add. codd., sed est glossema librarii, quod recte omittit versio Gallica.* — *p.* 591, *l.* 19. *lege:* capella. — *p.* 612, *l.* 8. *lege:* Senis. — *p.* 622, *l.* 12. *fortasse* Brugensium *legendum est.* — *p.* 625, *n.* 2. *adde:* 'bergerie'. — *p.* 626, *n.* i *adde:* commentator *bene suspicatur Menilgl.* — *p.* 628, *l.* 9. *lege:* Figulo. — *p.* 639. *n.* 1. *adde:* Huius Balduini et Margarethae filius erat Balduinus IX, de quo supra agitur. — *p.* 671, *l.* 36: Siniechain, *quod in codice legere mihi videbar, emendandum est:* Smiechain; *cf. p.* 680, *l.* 19. — *p.* 686, *l.* 24. *et n.* 8. *Willelmum Andrensem, quamquam historiam Lamberti non ad verbum exscripsit, eam tamen novisse, veri similius est. Corrigas ergo velim quae supra p.* 554. *n.* 3. *diximus.* — *p.* 720, *l.* 48. *fortasse* Brames *legendum est.*

INDEX.

SCRIPSIT O. HOLDER-EGGER.

Maior numerus indicat paginam, minor lineas quinas.

A.

B *cf.* P. V.

C. *cf* K. G.

D. *cf.* T.

F. *cf.* Ph. V.

G.

H.

K. *cf.* C.

M.

N.

P. *cf.* B.

Q.

R.

S.

T. *cf.* D.

U.

V. *cf.* W. F. B.

W. *cf.* V.

X.

Y. *cf.* I.

Z. *cf.* C. S.

GLOSSARIUM.

SCRIPSIT O. HOLDER-EGGER.

abbreviare appellationem 733, 45. 736, 20. 738, 1.

aberiamentum, *Franc. abergement* 803.

abmortuus 595, 25.

abscisiuncula 618, 30.

actores *pro* auctores *in libris Francicis et Lotharingicis saepe.*

advocatus = *vogt passim;* = *sachwalter saepius in Gestis Trever. et apud Will. Andr.;* = *stellvertreter im gerichtl. Zweikampf* 712, 50; = *vormund* 762, 40. — advocatia, *vogtei* 54,10. 55,25. 324. 325,1. 393. 410,20. 460. 461, 1. 473 25. 666, 35. 674, 45. 675, 5. 682, 25. 683, 5. 775, 45. 803. advocatio *idem* 678, 45. 679, 1. 729, 5.

edituus, custos 230, 30. 690, 35.

etatula 603, 25. 637, 35.

affidare 607, 25. 637, 30.

agius, ἅγιος 577, 25.

agnominatus 609, 10.

agonia, *pugna* 831, 15.

aisiamentum 693,1. 696,20. 702,10; asiamentum 623, 30. 640, 35.

alapa militaris 602, 30. 603, 35. 604, 1.

alba, *vestis sacerdotalis* 192, 15. 320, 45, *saepius.*

albati 298, 15

albellus, *weisspappel?* 585.

aleces, alleces, *häringe* 206. 208, 25 365, 40.

algorismi numerus 230, 35.

alleviare 693, 25.

allodium, alodium 201, 40. 224, 1. 340. 344. 30. 350. 355, 35. 360, 30. 380, 30. 382, 25. 395. 562. 608. 610, 20. 612 619, 15. 620, 35. 622 653, 25 693. 706, 1. 713, 5. 775, 35. 795. 802.

almivolus 319, 10.

alnetum 611, 35.

alterare nomen 166, 45.

altipotens 797, 5.

alumpnus, *praeceptor* 831, 30.

amaricatus 572. 583, 30. 681, 5.

amaricosus 572, 15.

amatistus 330, 5.

ambaxiator, ambaxator, ambassator 136, 20. 216, 25 404, 25.

ancillare (regnum) 755, 1

angaria 241, 1. 312. 354, 30. 382, 35; Gallice dicta 'courouvees' 312, 30 — angariare 640,45. — angariatio 678,30.

anger, = *agger* 790.

anicht man 210, 10.

annualia servitia 393, 10.

apodiatus, *innisus* 788, 5.

apologus 605, 45.

apostrophatio 563, 50.

apparitores 384, 40.

appenditii pares vel barones oppidi 614, 25.

appostare, *virginem violare* 625, 35.

appretiare 729. 765, 40. 783, 5

appropectere 607, 35.

aquilonarius princeps Sathanas 475, 30

archatores, *sagittarii* 146, 40.

archicancellarius 234, 10. 466, 35. — archicancellatus 484, 5.

archidapifer 51, 10.

archielectus, *i. e. electus archiepiscopus* 347, 35.

archipincerna 50, 10.

archivillanus 768, 35.

area, *stockwerk* 624.

argentaria fossa, *silbergrube* 382, 25.

artigraphus 558, 25.

ascentare 534, 20.

asiamentum *v.* aisiamentum.

assisia — accisia 264, 40.

astrolabium 169, 40.

atriolum pectoris 573, 35

atrium ecclesiae, capellae, *kirchhof* 297, 20. 531, 20 612, 20. 617. 623, 5 (cimiterii). 630, 10. 633, 15; — *ortsbezirk* 622, 50.

attitulare (clericum capellae) 597, 10.

auca, *anser* 759, 35.

auctorizare 699, 5.

auriculare, *kopfkissen* 756, 40.

auricularius, *consiliarius familiaris* 605,20

aurifrigiati panni 240, 50

ballivus, balivus, baillivus 587,15. 593,20. 613,10. 642,20. 739,35. 764,20. 771,15 804, 50.

balma, *spelunca* 785, 30.

bancrium 642, 40

bannus 303, 35. 541, 40. 728, 20. 775. 776. — bannitus 562, 45. 619.

barbata sagitta 637, 1.

barillinum brachium 330, 1.

de basso et alto compromissum 450, 30; alte et basse compromittere 451.

bastardus 207,30. 602,20; bastarda 524,35.

bastire 803, 45. 808, 50. — bastimentum 791, 50.

belligerare 622, 5

beneficium, *lehen* 395. *et saepe.* — beneficiati 478, 45; beneficiatae personae 453, 30.

beneplacitum 408,10. 441. 605,20. 622,5.

berquaria, *schäferei* 625, 10.

bieri, feretrum 794.

bilibris lanx 583, 40.

binomius 574, 5.

bladum, bladium 307, 15. 728, 10. 792, 5.

blezeli, blezelin, *Germ.* 661, 50.

bobordicia 603, 35.

boleman (?) 825, 35.

boscus, *silva, busch* 563, 5. 623. 693, 1. 694, 30. 696, 20. 697, 1. 750, 30. — bosculus 570, 5.

bracha 307, 40.

brando, *Germ. brand* 308, 15.

brasiator, *brauer* 609, 35

bucharius 600, 15.

buckinga 365, 40.

bulla 141, 25. 407, 40; papalis 453, 15; aurea 387, 30. 389, 15; aurea imperialis 324, 40. — bullatus 197, 35; bullata instrumenta 435, 35.

burggravius, burgravius, purcgravius, purcravius *v. in Indice sub* Nurenberg, Ratispona.

burgum 584, 30. 592, 10. 614, 40 616. 35 639. 641, 5 767, 40 769, 25. 775 n 776 n. 808. — burgenses 161, 30. 301,40. 346,25. 356,40 532,15. 601,30 614,30. 634. 640. 726. 730,25. 745,25. 754, 5. 755, 40. 772, 10 775 n. 776 n. 790, 50. 803, 20. 806, 30. 808, 30.

bustellus, *mensurae modus* 617,20. 757,1.

buttarii 640, 40.

caballata *v.* cavalata

cachepoli 640, 45.

calcata, *chaussée* 563, 45. 634, 20. 641, 30 642, 1

caldaria, *kessel* 544, 10. 711, 10.

calderia 784, 20.

calido pede persequi 590, 25

califa, kalifa 202, 1. 278, 10. 523, 20.

calumnia, *vindicatio* 627, 35. 697, 25 716, 40. 717, 5. 757, 5. 762, 55. 790, 15; calumniam facere 592, 45. calumpniari, calumniare, *vindicare* 592,45 636,15. 697,25. 706,20. 715,1. 716, 20. 717, 1. 727, 20. 757, 45 — calumpniator, *qui sibi possessionem alicuius rei vindicat* 717, 45.

cambarius, *brauer* 301. 609, 35.

cambire 694,10. 767,25; cambiare 789,35. — cambiata 694, 10. — cambiator 694, 10.

camerarius, chamerarius 182, 40. 271, 50. 327. 329, 20. 560, 15. 573, 15. 808, 25.

caminata 792, 20.

camisia 234, 1. 355, 35. 572. 629, 10. 796, 10. — camisiola 787, 5.

campale prelium 463,15. 476,20. 485,45.

campiductor 328, 40.

candidatio novi hominis 639, 30.

canipulus, *Franc. canif* 582, 15.

cantoria, *cantoris munus* 471.

capitales 308, 40.

capitaneus 144,35. 200,15. 204,30. 205,10. 341, 25. 405, 40.

cappa 320, 50. 321, 10. 581, 5. 669, 35. 680,10. 743,35. 760,1; pluvialis 729.

caputium 308, 45.

carentia 311, 15.

carpentare, *erbauen* 561, 10. 589, 40. 624, 5. — carpentarius, *baumeister* 624, 5.

carrata, carrada 377, 10. 381. 409, 40 646, 35.

carracistum (?) 829, 1.

carricare 764, 15.

carrocium, carotium 154, 10. 218,45. 219.

carruca, caruka, *aratrum, iugerum agri* 580, 15. 617. 618. — carrucata terrae 693, 5. 695, 25.

casale 774, 30. 781, 35. 790. 792, 50. 793, 5. 802.

cassa = capsa 535, 50 537, 5

castellana 563, 40. 637. 638. 639, 25. 642, 25. 730, 15. 763, 45. — castellanus, *castello praefectus saepissime apud Lamb. et Wilt.* — castellani, *castelli incolae* 392, 15. — castellania 728, 30. 764, 10. — castellaria 592, 10. 622, 10. 635, 1. 637.

castellio 614, 20.

castellulum 630, 30.

castrenses 409, 1. 410. 460, 35.

cataractae fundamenti 597, 5.

catecizare 639, 25.

cathedratus 134, 35. 148, 35. 325, 20.

cauteriata conscientia 386, 20.

cautio, *charta conventionis* 394,35. 541,20.

cavalcata, *cavalcade, ausmarsch gegen den feind* 776, 50.

cavallata, caballata, *fuder* 774, 35. 783.

cavillatorie 577, 5.

celatura 146, 40. 624, 30.

cellarium, celarium 470, 40. 480, 10 806, 35. — cellerarius, celerarius 311, 45. 721, 45.

cendal, *zindal, seidenstoff* 669,35; zendat 830, 10.

censuales 691, 40. 746, 20. 762,25. 774,35. — censualis terra 565; censuales denarii 781, 35; modii 802; solidi 790, 45.

cerciorare 831, 30.

certitudinaliter 307, 10.

cervicositas 580, 25.

cervisia, cerevisia 307, 25. 311, 35. 312,1. 609, 35. 622. 714, 45. 715,30. 724,50.

cespitarii 640, 40.

chalastica medicamenta 600, 30.

cheolare 609, 45.

chiveria, vehiculum 708, 15.

corizare 241, 40.

chorus siliginis 827.

cronicator 272, 1.

cronos, q. d. tempus Latine 214, 35.

cimiterialis ecclesia, cimiteriale templum 628.

ciphus, cifus 308, 5. 601, 50. 605, 15.

cippus, *fussblock, kerker* 787. 788; cyppus, *geldkasten* 433, 40.

circaria, *visitatio* 305, 35. 310, 10. — circator 452, 10.

circuitus deambulationis ecclesiae, *kreuzgang* 311, 5.

circumgiratio 406, 25. 407, 10.

citatoriae literae 402, 15.

clarificatum vinum 601, 45.

clenodia 328, 40. 330, 1. 392. 474.

clientuli 674, 45.

climata mundi 268, 30.

clusa, *schleuse* 611, 40.

coccones 204, 5.

colare se, *Franc. couler* 788, 10.

collateralis, colateralis 566, 35. 604, 45. 635, 20.

collegiati 328, 25; collegiatae ecclesiae 446, 45.

colonia, *praedium* 646.

cometia, *comitatus* 57, 20. 354, 20.

comitas - communitas, *gemeinde* 261. 262, 35. 264.

commater 194, 5.

commendatitiae litterae 695, 20

commendator (*pro* commentator?) cantilenae 626, 40.

commensalis 736, 45. 737, 35. 742, 50.

commessare 606, 15. — commessatio 721, 50.

communia, *commune* 714, 15.

communitas, *civitas* 205, 35. *Cf.* comitas.

compar, *pair* 619, 20. 620, 10.

compater 194. 247, 35. 708, 30. — conpaternitas 247

compatriota 160, 50. 625, 30. 737, 35. 751, 25. 756, 1. 765, 30. 769, 30.

completorium 56, 35; completorii hora 310, 1.

concambium 344, 30. 536, 30. 565, 10. 667, 5. 670, 5. 707, 40. 709. 756, 35.

conclaustralis 165, 40.

conclave 191, 35.

concordantiae bibliae 248, 35. 283, 10.

condemina 786, 50. 795.

confalonerius 525, 35.

confirmativa, *confirmatio* 814, 20.

conscolaris 580, 45. 768, 15.

consignare, *baptisma confirmare* 639, 30.

constabularius 258, 30. 579, 15.

consul = comes 578, 20.

contemporaneus 144. 145, 15. 178, 25. 231. 580, 45. 732, 15. 759, 1.

contentare, *satisfacere alicui* 329. 330, 10.

contractus condicionalis 447.

conventionalis libellus 744, 10.

conventualis ecclesia 247, 40 463, 35. 529, 20. 581, 35. 586, 25. 616.

colvekerli, colvekerlia *v. in Indice.*

coquinarius 629.

cordatus 273, 60.

cossinus *v.* cussinus.

courruvees Gallice dictae angariae 312,30.

couti, *communicare* 746, 10.

credentia 734, 40. 776 n.

crementum 568, 35.

crepatura intestinorum 327, 20.

cruceola 628.

crucibulum 308, 35.

crurigerulus 632, 35.

crurifragium 197, 10.

cuculla 698, 25. 708, 5.

curatus, *parochus* 288.

curialis facetia 603, 40.

cursalis moneta 759, 45.

cursorius 637, 10.

curtis, curia, *praedium* 320, 30. 670. *et saepissime.* — curtilia 666, 25. 679, 20. — curtillus, curtilus, *kleiner hof, garten* 617. 618. 640, 35. — curtifer 317, 5. 321, 1.

cussinus, cossinus 217, 10. 224, 25.

cyppus *v.* cippus.

cyroteca 533. 535, 1.

dagla, *praedium?* 537, 20.

dalmatica, *vestis sacerdotalis* 321, 35. 474, 15. 548, 15. 549, 5.

dapifer 182, 45. 234, 15. 271. 585, 10. 658. 668, 5. 781, 15. 782. 785, 5. 802, 15. 806.

dealbare 730, 20.

debriare 580,40. 631,1; debriatus gratia 307, 5. 308, 30.

decapitare 68,30. 217,20. 236,40. 303,35.

decimare 617, 5 766, 45. 768, 10; decimanda 675,30. — decimatio 395, 35. 396. 398. 606, 5. 666, 25. 676, 35. — decimula 617, 20.

decrustare 632, 45.

decurio, *qui in curia versatur* 707, 15.

dedicere, *negare* 605, 25.

defectivus processus 445, 10.

deintus 706, 10.

delede (?) 831, 5.

delegatus iudex 199, 35 288, 15. 637, 10.

deliramenta bellica 604, 45.

deprecabilis 580, 15.

deterioratus 352, 20.

detractorie 599, 10.

deuparii (?) 640, 40.

devirginare 612, 15.

dextrarii 264, 30. 457, 15. 828, 45. 829, 1.

didascalus, *praeceptor* 158, 25. 604, 30.

dieta, *tagereise* 523, 15. 716, 20. 735, 5; = *dies constituta* 451, 15; = *reichstag* 328, 15.

dimidiare 573, 20.

dimissoriae litterae 723, 10.

dincstete 645, 50. 646.

disciplinabiliter 573, 35.

discolus 429, 45. 443, 5.

distemperantia aeris 831, 20.

doctilegus 796, 50.

domicellus 473, 5. 474, 5. 784, 40 785, 5. 786, 5. 803, 15. 806, 30, *saepius.* — domicella 311, 40

dominicalia 324, 30.

domus, *basilica cathedralis, dom* 314, 35. 338, 30. 340. 344, 10. 346. 349 351. 359. 360. 383, 30. 384, 10. 507, 60, *etc.*

dotalitium 630, 20. 632, 35. 641, 5. 707, 5. 720, 10.

ducati 329 330

duellum 194, 1. 200, 35. 247, 30. 608, 25. 739, 1.

dunae, *dünen* 599. 609, 15.

dunio, *Franc. donjon* 559, 50. 562, 30. 565. 567, 5. 589, 35. 596, 35. 613. 619, 15. 624, 5.

effigiare 604, 5. 622, 15. 624, 10.

electuarium 590, 1.

elemosinarius 693, 40. 697, 45. 722, 20. 729. 731, 30. 779, 30. 797, 40. — elemosinaria domus 693. 706,10 713,35.

elongare, *differre* 297, 25; elongare se, *abire* 611, 30.

emancipatoriae litterae 723, 10.

emenda 217, 40. 239, 40

emisperum 524, 15.

emunitas *v.* immunitas.

enervare 754, 20.

ensennia = euxenia 282, 45

epilogare 583, 10.

epithamum 376, 50.

equitatura 412, 20. 740, 45.

escheita, *Franc. echief* 775, 45.

essentia 580, 20.

eventura, *aventure* 598, 40. 607, 10.

exactorare 559, 15.

exclusa, *schleuse* 597, 15. 613, 35.

excoriare 146, 45.

expensae, *mahlzeit* 607, 5.

expensaticus, *prodigalis* 629, 1

exsiliare 81, 30.

extollentia 570, 20. 599, 10.

extrinseca 702, 10.

falconarius 729, 5.

fallibilis 409, 1. 582, 5.

falsatores monetarum 402, 1.

fano, *vestis sacerdotis* 320, 55.

fascinator 62, 20.

fastuosus 585, 20. 625, 10.

favoralis mundi aura 606,20; vox 636,40.

fenator 698, 40.

fictitare 583, 15. 592, 30.

feodum, feudum 139, 30. 284, 1. 325, 40. 345,20. 355,35 393 395. 460. 473,30. 562,15. 566,10 568,35. 569,5. 579,35. 580,15 584. 604,35 608 610 612,45. 613, 20. 615, 10. 619. 665, 30. 667, 10. 669,20. 674,40. 675,30. 694,20. 697,35. 712,5. 713,15. 714,40. 717,40. 723,45. 728. 729,50. 731. 747,40. 749. 752,50 755, 45 756 759, 15. 761 762, 15. 767, 25. 771, 15. 781 790, 40. 794, 25 802. 803. 838, 25. — feudatus 669, 45.

671,10; feodata et non feodata appendicia 393,10. 395,35. — feodales 222,5. 394, 25 (heredes); feodalis dominatio 570, 1; sublimatio 583, 25; feodale ius 394, 10. 471, 15. 706, 25. 827, 30; feodaliter 608, 25.
feretrum, *reliquienkästchen* 300
ferrandus equus 633, 25.
ferratura 776 n.
ferto *v.* fierto.
fideiubere 769, 30.
fidelitatem facere 755, 30.
fiduciare 593, 35.
fierto, ferto, *cf. Angl. farthing* 565. 676, 25.
filargiria *v. sub* ph.
filialis amor 734, 45.
filiolagium 560, 1. 568, 15.
filiolus, *pathenkind* 568, 35.
fimarius carrus, *düngerwagen* 640, 35.
firma, *Franc. ferme* 709, 10.
firmitas, *locus munitus* 561. 597. 600. 614, 1. 782, 35. 803, 5
fistilare 484, 20
flagiale 547, 15.
flichez, *Franc. flèches* 808, 40.
floreni 325,25. 327,5. 328—330. 827,10.
foragium 302, 30. — foraginare 641, 10.
forcia 136, 25.
forense ius 645, 50. 651, 1. 714, 5; forenses causae 384, 50.
forinseci prioratus 771, 40; forinsecae officinae 644, 5. 648, 25.
foresta, *forst, forêt* 572, 40. 657, 35.
forisfactum 699, 1 730, 50.
fossarius, *instrumentum quo foditur, spaten* 642, 15; *qui fodit* 600, 15. 640. — fossorius, *spaten* 640,40. 642,1 784,20.
francus scabinatus 714, 5.
froccus 698, 15.
fuercri, furcri, *feuerschrei, cri d'alarme* 776 n.
fullo = iniquus 570, 40.
fundibularii 482, 35.
furnagium 563, 5. 613, 40. 624, 40. 625, 1
furniamentum 624, 50.
fustigare 683, 10.
fuxwemlein *Germ.* 63, 15.
gageria, *res oppignerata* 781, 40.
galea, *galeere* 216, 10. 278, 25. 282, 40. 404, 20.
galeta, *vas sacri ministerii* 321, 35.
garba 712, 50. 763, 25.
garcifer, = *gartio* 629
gardianus *v.* guardianus
gartio 602, 5. 604, 10. 606, 1. 625, 20. 626, 40.
gazophilatium 294, 35. 306, 40.
genitura 570, 20.
geometrica virgula 708, 5. — geometricales perticae 565, 15. 589, 45; geometricale opus 640, 30. — geometricare 640, 30.
geriute 682, 35.
gernobodatus 620, 30.
gestoriae cantilenae 598, 40
ghilleola mercatorum, *kaufmanns-gildehaus* 598, 45.
gildones 824, 45.
girare 616, 15
gladiatura 570, 20. 571, 15.
glosare 212, 30.
glucire 622, 25.
grabatum 531, 40.
gradualia 169, 25. 591, 20
gramaticare 147, 45.
grangia 194, 10. 240, 35. 250, 25. 301, 35. 303, 5. 311, 30. 312. 640, 30. 677, 40. 716, 30. 789, 40.
grasserey 325, 50.
grentare, *garantiren* 784. 785, 1.
grossus 187, 35. 729, 20. 786, 10. 796, 20. 801, 25.
grossi, *groschen* 262, 30. 263, 1.
guardianus, gardianus 207, 40. 417, 35. 418. 419. 447, 45
guerpire, werpire 760, 20. 789, 45.
guerra, gwerra, werra 201, 15. 264. 285,40. 303,35. 304,5. 308,30. 350,25. 377, 30. 379. 393, 40. 394. 408, 1. 460, 10. 481, 15. 525, 25 (mortalis. 588, 40. 623, 35. 639, 35. 706. 707, 1. 710,45. 722,50. 725,5. 728,15. 732,30 739, 30. 755, 20. 768, 5. 790. 802. — guerrare, guerriare 563, 40. 623, 5. 639; gwerrire 146, 45.
gurgitosus 570, 5. 613, 35. 634, 15
haia, *silva* 711, 10.
herliare (?) 609, 45.
hiatores 640, 40.
hoba *v.* huba.
hoccus, *hacke* 640, 40.
hofgämelampt 325, 50.
homagium 158,15. 329,45. 460,25. 463,25. 473, 10. 474. 479, 35. 500, 45. 562, 50. 613, 20. 619. 756, 35. 762. 837, 10
homiculus 599, 10.
hominatus 698, 40.
hominium 298,45. 303,20. 567,40. 571,30. 586,10. 587,40. 592,20. 596,10. 608,10. 609,25. 610. 613. 614,40. 619. 623,15. 627,20. 630,20. 634,50. 635 10. 815,40; ligium 394, 50. 395, 5. 802, 20.
hospitator 296, 25.
huba, hûba, hoba 316,35. 317,20. 321,30. 666, 25.
humerale 321, 35.
idra, *hydra* 597, 25.
idria, *hydria* 602, 5.
iduatus 307, 5.
imaginare 616, 5.
imbizprovende 397, 5.
imbloccatus 633, 15. 635, 35.
immunitas, emunitas 365, 25. 405, 25 406, 15 426, 40.
imperticare 630, 15.
impignerare 329,5. 330. 331,40. 682,25. 716, 30. 728, 35. 756, 35. — impigneratio 720, 35.
impinguare 478, 30. 481, 45. — impinguescere 624, 20.
inpocionatus 225, 30.
impreciabilis 209, 35.
impretermisse 604, 30.
improbranter 557, 35.
impropitiatio 579, 30. 629, 20.
inbeneficiare 646, 35. 790, 35.
incappatus 706, 40.
incastellare 405, 30. 406, 25.
incathedratio 609, 5.
incensare 638, 30.
incidentiae temporum 470, 35. 480, 1
incinerare 67, 45.
inclaustratus 400, 1.
incorporare 326, 45.
indebitatus, *verschuldet* 300, 25
indivisibiliter 566, 10.
indominicatus 795, 25.
ineligibilis 205, 40.
infallibilis 557, 45.
infeodare 252,40. 393,15. 398,20. 413,35. 677, 25. 800, 25.
inferentia 572, 30. 586, 10.
inferetrare 576, 30.
infirmaria 561, 25. 594. 726, 5.
infirmitorium 650, 5. 679, 40. 680, 40 681, 40.
infrigidare 404, 15.
inherbatus, *herbis venenatus* 585, 20.
inhumare, *subterraneum locum construere* 561, 40. 597.
inrotare, *rädern* 630, 15.
inrotulare 606, 35
insellatus equus 629, 45.
inspiliatores 582, 10.
installare, installari 705, 20. 753, 25.
intoxicare 57, 40. 476, 30.
invadiare 376, 5. 720. 762, 35. 764, 25. 793, 5. — invadiatio 712.
inveniabiliter 264, 45.
investitura 243, 10. 246 274, 10. 380, 40. 385, 35.
iocale, *theca reliquiarum* 817, 55
ioculator 604, 10.
iocularitas 622, 35.
iornellus terrae, *quantum die arari potest* 756, 45.
irregularitas 199.
iubileus, iubeleus annus 49. 255. 486,45. 487. 525. 825, 10.
iurati 455, 5.
iurista 312, 25.
iustitiarius 613, 10
kalifa *v.* califa.
krann, *schiffskrahn* 365, 40.
laberintus 596, 40. 624, 5. — laberintinum aedificium 597, 5.
laguncula 479, 5.
laicalis lingua, *i. e. vulgaris* 618, 20.
lanceatus 213, 1.
lantgravius, landegravius, langravius, lancravius, lancgrefe, lantgravianus *v. in Indice sub Thuringia et Ratispona*; landagrava id est comes palatii (*falso*) 159, 35
lapidicina 710, 50. 711, 1. 713, 35
lastones 208, 25
laudum, *decretum* 451, 50.
legenda 243, 10. 707, 40
leporarius 603, 5.
leuga 514, 30.
licentiare 56, 45. 312, 40. 738, 10. 837, 10. — licentiatus decretorum 327, 35. 331, 5.
ligium hominium *v.* hominium; ligius homo 474, 5. 775, 45 (livius). 781.
ligonista 600, 15. 640, 40.
liteisa, *mensura quaedam agri?* 790, 15.
litigiosus, *quod in lite pendet, strittig* 771, 5; litigiosa res 768, 40.
litones 826, 1
litteratoria professio 596, 30.
lividitas 577, 35.
lobium 784, 45. 785, 1.
logium 624, 30.
lotum, *mensurae species* 313, 10.
maceratio 304, 15.
machinatae turres 639, 5.
magistralis virga 640, 30.
magnates, magnati 58. 117, 5. 133, 30. 147, 10. 183, 15. 190, 5. 205, 35. 208, 45. 216,30. 217,15. 251,20. 402, 15. 404, 15. 478, 5 635, 15. 757, 35.
maior, *maire* 776, 20. 806; *meier* 774,25.
maldrum 392, 40. 397, 30. 398. 409, 40.
malleare 629, 35. — malleator 640, 40
mallum 714, 5.
mandatum, *domus hospitum* 750, 35.
manere, *wohnen* 706, 45. 714, 5. *et saepissime.*

maneries 146, 40.
manerium, *Franc. manoir*, *curtis* 720, 10. 763, 25. 765. 766, 5. 773, 10.
manganellus 808, 40.
manica passio 820, 15.
la mannura (?) 789, 45.
mansus 496, 45. 537, 20. 541, 1. 619, 1. 648, 20. 653, 30. 664, 40. 665, 5. 666, 30. 667. 668, 1. 671. 672, 30. 675, 1 794, 40. — mansiuncula 634, 20. 653, 45. — mansionarii 707. 746, 20. 762, 25.
mantellati cespites 640, 45.
mantum 835, 50.
manualis libellus 157, 30.
manutenere 593, 10. 714, 1. 739, 20. 783, 1, *saepius*.
manzeres, *liberi illegitimi* 643, 20. 648, 5.
marchata 302, 30.
marchia 70. 71. 201, 1. 214, 25. 223, 55. 534, 35. 770, 25. 772, 35.
marchionissa 206, 30; marchinissa 827, 20. marchisia 572, 50.
marchåtr, beneficium q. d. 324, 25.
marescalcus, marschalcus, marscalcus, marsalcus, marescallus, marsalch 182, 40. 258, 30. 408, 20. 647, 35. 658. 755, 5. 804, 50. 833, 10.
mariagium, *dos* 795, 30.
mariscus, marescus (*illud constanter apud Lamb., hoc apud Will. Andr.*) 568, 30. 569, 5. 595, 25. 597, 35 599. 607, 45. 608, 25. 609. 610, 5. 617, 5. 632. 633, 5. 640 641, 35. 642. 713. 739, 35. 758. 759. 761. 762, 50. 771, 5. — marisculus 611, 40. 613, 35.
marlatoriae bigae, *mergelwagen* 640, 35.
marrare, *appropriare* 764, 30.
materialis gladius 386, 20. 404, 30.
matricularius 781, 35.
mazerinus cyphus 312, 10.
meditulium 640, 20.
meicula gradalia, m. et gr., *curvata gradalia*, *wendeltreppe* 597, 5. 624, 30.
memoria, *grabkapelle* 108, 40.
menaida 774, 25.
mentoria 575, 15.
merlo, *Ital. merla* 788, 10.
mezanus 207, 30.
militatoria promotio 602, 30.
minare, *Franc. mener* 696, 40.
ministerialis 54, 35. 71, 40. 72. 346, 25. 355, 40. 356, 20. 359, 50. 380, 30. 383, 40. 393, 25. 394, 45. 408, 30. 423, 45. 666, 10. 667, 20. 670. 675, 40. 768, 35. 776, 25. 809, 60 (ministralis); m. conditio 654, 5.
ministralis, *minstrell* 604, 10. 626, 40.
mirmet, parvus 704, 30.
misericordia, *cultellus* 629, 40.
mitra episcopalis 325, 55.
moderni 239, 1. 559, 35.
modicitas 532, 10.
moffula 640, 40.
molendinator 325, 50.
moles, *mole* 599.
monachare 735, 25. — monachatus 704, 45.
monticulosus 570, 5.
moralitas 607, 10.
morose, *lente* 705, 15. morosius, *diutius*, *longiori mora* 570, 30. 579, 35. 580, 15. 586, 10. 595, 20.
mortidator 630, 15.
morula 831, 25.
morum, *moor* 608, 25. 617, 5.
mota, *schanze* 613, 35.
mundiales res 312.
muna, *moenia* 323, 25.
munium 620, 5.
mura, *myrrha* 649, 50.
muratae domi 260, 45.
mutatoria vestium 606, 20.
naccus 378, 20.
neniae gentilium 598.
neuma 169, 30.
nigre iure (?) 775, 35.
nigromanticus 186, 40. 212, 10.
notamen 625, 25.
novaculatores 640, 40.
novellare 656, 20.
novicius 165, 35. 195, 20. 247, 50. 311, 15.
nuncupative 578. 582, 35.
nundinae = torniamenta 570, 40. 579, 5.
obedientiarii 706, 45. 717, 10.
obiectus, *vorwand* 605, 10.
obsidiare 526, 30.
offertorium 52, 10.
officiati 364, 35. 423, 20. 444.
onerator 600, 15. 640, 40.
opera militiae, *turnierkämpfe* 54, 20.
oratoriolum 298, 40.
orchestra 317, 30.
ordinarius (iudex) 199, 35. 713. 714, 40. 716. 718, 1. 724, 1. 729, 25. 759, 45. 760, 1.
organica instrumenta 598, 35.
organum 129, 1. 212, 30. 322, 40.
osberioz, *halsperge* 789, 45.
palefridus 708, 25. 772, 1.
palliare 583, 20. 709, 15.
panetarius 624, 15.
papilio, *pavillon*, *zelt* 639, 5.
paramentum 329, 10. 330, 1.
parangaria, perangaria 241, 1. 312.
parapsis 832, 5.
paratores 640, 40.
parcus, *park* 696, 20. 707, 20.
pares, *pairs* 258, 35. 481, 10. 562, 45. 593, 30. 609, 5. 614. 619. 631, 20. 635. 640, 15. 712, 1. 760, 20. 761, 40; appenditii 614, 25.
paria reddituum et consuetudinum 730, 45.
parificare 831, 20.
parlamentum 473, 10.
parrochianus, *sacerdos* 638, 1. 703, 40. — parrochiani, *parrochiae habitatores* 711, 5. 713. 717. 768, 30. — parrochiatus 695, 25.
passagium 161, 45. 196, 10. 198, 5. 208, 35. 285, 35.
pastofaria 323, 15.
pastoralis baculus 274, 1. 458, 25. 460, 35.
pastura 568, 35. 570, 40. 610, 10. 640. 693, 20. 695—697. 702, 25. 768. 772, 15.
patrinus, *pathe* 312, 5. 568, 25. 569, 1.
pausidium 585, 5.
pazus = pagus 317, 10. 321, 25.
pocia, *pièce* 474, 15.
pedagium 353, 30. 417. 418. 445. 446. 756, 1. 775, 35. 800, 25.
pensa 713, 1.
penus, *zimmer* 624.
perangaria *v.* parangaria.
perendinare, perhendinare 579, 35. 586, 10. 737. 747, 25. 748, 25.
peripsima, περίψημα 655, 40.
perla, margarita 329, 10.
permerdare, *derivatum a* merda 249, 25.
persona, *clericus beneficiatus* 595, 30. 616, 30. — personator, *idem* 616. 617, 25. — personatus, *beneficium ecclesiasticum* 263, 5. 453. 478, 45. 563, 35. 636.
petraria 161. — petreia, *idem* 572, 50.
filargiria 299, 45.
pica, *spitzhacke* 640, 40. — picatores, *ab illo derivatum* 640, 40.
pigmentatum vinum 601, 45.
pigritare 702, 40. 705, 20.
pilleum 355, 35.
pirgo quarto nubet spicea virgo, *sol intrat signum virginis* 798, 25.
pita, *piste*, *spur* 609, 30.
pitantia 717, 10. 764, 15.
placitum generale 645, 50. 776, 35; placita secularia 184, 10. — placitare 407, 5. 642, 35. 669, 25.
plancatum 700.
planeta 320, 55. 321, 35. 548, 5. 835, 55.
plebanus, *parrochus* 161, 30. 241, 40. 249, 15. 327, 45. 331, 35. 418. 423, 5. 450, 1.
plecti, *plectere* 572, 25.
plegius 763.
plenaria 320, 25.
plenaria curia 712, 50.
pluriores 805, 5.
poisia 709, 50.
poledres, *füllen* 672, 20.
polkinus, polquinus, *mensurae modus* 617, 20. 716, 30. 721, 20. 723, 30. 731, 30. 732. 749. 756, 45. 763, 25. 767.
pomellus, *globulus* 785, 50.
popia, *Franc. poype* 792, 5.
poppea, *puppe* 629, 10.
portale 808, 40.
portarius 750, 25.
portendiculum 613, 40.
portionaliter 569, 15. 580, 20.
postilla 212, 5. 249, 5. 283, 10. — postillare 248, 35. 283, 10.
potagium 312, 10.
potentialiter 736, 30.
potestas, *podesta* 216, 35.
potionatus, *vergiftet* 235, 25. 773, 1.
potus, *krug*, *becher* 307, 25.
praebenda, *pfründe* 308, 5. 321, 50. 325, 25. 397, 5. 422, 40. 426, 40. 441, 5. 471, 40. 478, 45. 534, 40. 580, 45. 616, 35. 617, 25. 618, 35. 619, 5. 621, 15. 630, 40. 632, 1. 657, 35. 659. 662. 665—667. 670. 682. 683, 5. 698, 1. 702. 729, 40. 774, 30. 782. 783, 30. 789. 790. 802, 35. — praebendare 307, 40; praebendati canonici 307, 40. 308, 1. — praebendarii 320, 35.
praecluus 317, 45.
praelatio, *praelatur* 312. 382, 40. 675, 25. 681, 5. 735, 45. — praelatura 413, 20. 418, 35. 472, 15. 655, 20. 667, 25. 673. 674, 25. 675. 680, 20. 681, 5. 682. 683, 10.
praenosticum 572, 25. — praenosticare 557, 5.
praeposteratus 559, 5.
praesidentia 311, 35.
precaria 680, 15.
primiciare 413, 35.
princerius = primicerius 606, 5.
prisia, *mépris?* 817, 20.
prisio 481, 15. — prisionare 605, 45.
privilegiare, previlegiare 327, 45. 526, 45. 563, 20. 581, 20. 617, 40. 630, 25. 631, 10 632. 757, 45. 771, 45.
proclamationem habere ab aliquo domino 790, 10.
proficuus 302, 15. 709, 5.
progressiva successio temporum 638, 50.
proportionaliter 589, 45.
provincia = *comitatus*, *territorium* 56, 10.
provisorius 603, 20.
psaltarius = saltarius? 776, 20.

pseudoperegrinus 563, 30. 634.
ψιχη, *i. e.* ψυχή 798, 5. 799, 15
pugiles, *kämpfer im gerichtlichen zweikampf* 194, 1. 247, 30.
pungitivi 481, 25.
purgatorius ignis 681, 1.
quadragena, *tempus* 40 *dierum* 740, 5.
quadratura petrarum 572, 40.
quadrigari 294, 50.
quadrilli, *lapides quadrati* 600, 15.
quarentena, *quadragesima* 791, 20.
quarraria, *steinbruch* 727, 35.
questuarium 300, 40.
quinastica, quodnastica (?) medicamenta 600 n.; *cf.* chalastica.
quirinus 571, 10.
quitare 695, 30. 723, 20. 728, 1. 729, 45. 760,25. 762,35. 763,10. 764,30. 765,10. — quitatio 760, 10. — quitum 784, 30.
quotare, *citare* 255, 45.
radicare 644, 1. 648, 25.
randare, *mensurare?* 806, 35.
rapeia, rapea 565, 1. 570, 5.
raseria, rasera, *mensura* 757, 20. 765.
rasores 640, 40. — rasorium 640, 40.
ratihabitatio 734, 40. 740, 5.
rattus, *ratte* 700, 25.
recidivum, *verzug, aufschub* 631, 30.
reclavare, *ausflicken* 298, 10.
recompensatio 580, 15. 632, 35.
refectorium 311, 45. 312, 5, *saepius.*
regalis via 594, 20.
regestum 753, 5.
registrum 196. — registratus 197, 35.
regratiari 67, 20.
relevium 697, 45. 762, 30.
repostulare 622, 45. 635, 1. 636, 10.
residentia 652,15. 653,15. 658,45. 679,10.
responsales 404, 25.
revestiarium 789, 5. 790, 20. 806, 25.
riortes, *funes stramenticii quibus fasciculi foeni ligantur* 788, 5.
ronchinus, *equus parvus* 622, 20.
rotalis poena 347.
rufa porfiretica 197, 25.
rutheri 524, 35.
ruti, *Germ. gerode, rodland?* 661, 40.
saciem dare, *satisfacere* 572. 576,10. 605.
sacramenta militaria 709, 20.
sacrarium 300, 20. 453, 15. 680, 50.
sacriscrinius 536, 1.
sacrista 230, 30. — sacristania 774, 30.
sagimentarium 309, 35.
saisire, sasire 501, 15. 729, 25
sartatecta 312, 20.
sartum, *rodland* 297.
satrapa, *diener, vogt* 277,25. 482. 579, 40. 587, 25. 588, 15. 625, 15.
scabini 356, 40 357, 5. 422, 1. 428, 30 432, 50. 433, 20. 434, 1. 435, 20. 455,5. 472, 15. 614. 714, 5. 730, 50. 771. — scabinio 541, 40. — scabinatus 366, 25; francus 714, 5.
scapularium 640, 40.
scarlatum 163, 20. — scarlatinae caligae 627, 1.
schawben, *Germ.* 63, 15.
schizbirbon, *Germ.*, *arbor* 671, 5.
Scillea sonoritas 624, 45.
sciolus 703, 45.
scismaticare 147, 45.
sclavina, habitus peregrini 696, 30.
scriptoria penna 570, 30. 606, 40.
scripulare 642, 15.
scrupulare (geometrice) 640, 45.
scultetus 412, 1.
secretarius 199, 15.
secularitas 596, 10
semilotum 308, 5. *Cf.* lotum.
semith, *sammet* 669, 35.
senaturia 137, 15.
senescalcus, senescalus, 562, 30. 585,10. 613. 641, 40. 642, 5. 776, 20
senomen 621, 30.
sententiare 746, 10. 750, 25 751, 20.
sequentia 169, 30. 237, 5. 243, 50.
setumana *i. e.* septimana 782, 30.
signiferi milites 521, 30.
similitudinarium 594, 5.
sindicus 225, 10.
singlaris fixio, *einzelzusammenstoss im turnier* 264, 30.
socus, *strumpf* 305, 15.
solarium 139, 20. 192, 30; solariorum diversoria 624, 25
solemnizare 597, 25.
solidata 698, 40.
soldanus, sultanus *cf. in Indice* Babylonia.
sophiae gimnasium 544, 45.
sophistica locutio 341, 35.
spatula 582, 15. 629, 40.
spiritalis gladius 386. 404, 30.
stallus 305, 20. 725, 25.
stationarius 604, 30; canonicus 617, 15.
sterlingi, esterlingi 259, 20. 412, 20. 413,1. 459, 30. 461, 5. 716, 30. 729, 30. 732, 15. 753, 40. 768, 40.
steura 55,15. 57,35. 325,50. 327,45 329,15
stola 320, 55.
strata (publica, regalis) 297, 40 456, 25. 707, 45. 708, 40. 713, 30. 775, 35.
sturma, *Germ. sturm* 331, 20.
subarrare 469, 45.
subdelegatio 438, 50. 439. — subdelegatus iudex 432, 5. 438. 439, 10. 440.
subsilles 617, 5.
subterraneae viae 475, 10
subtile 474, 15.
successiva posteritas 674, 1.
sumarii 163, 20.
summa = sauma, sagma 259, 20
superfluitates 133, 30. 147, 10.
superpellicatus 406, 20; superpelliciatus 405, 30.
tabulata lignorum 590, 25. — tabulatus 596,40; plumbeus, *bleidachung* 598,45
taffat 63, 15.
talliare 572, 10.
tappus, *zapfen* 622.
taxillos ludere 62, 55.
teber, munitiones 331, 10.
theloneum, theolonium 353, 20. 397, 1. 417. 418,10. 445. — thelonarii 486,35.
temporaneus 144, 20.
tenementum 609, 25.
terragium 303, 10. 774, 25.
testamentalia edicta 506, 50. — testamentaliter 759, 35.
thesauraria, *thesaurarii munus* 781, 20.
thurificare 125, 15.
timoratus 575, 25. 706, 35.
tipus elationis 302, 35.
tonsorare 276, 25.
torneamentum, torniamentum 206, 25. 213,1. 521,25. 562,10. 570,40. 571,15. 581, 35 603, 35 604 606, 15. 607. 611, 25 612, 1. 613. 614. 15. 622, 5 623, 45. 721, 15. — torney 210, 10. — torniamentare 621, 10. 629, 1.
torniator 604, 35
tornio 299, 10.
toxicare 831, 10.
translatare 561, 45. 598
transmarinare 678, 15.
transvadare 485, 45.
trepes 711, 10.
treuga 158, 15. 278, 40. 281. 284, 15. 379, 25. 407, 5. 623, 25. 769, 5 799
triatherica Bachi 622, 15.
trivia vanitatis 295, 10.
triviales artes 243, 45.
trieres 204, 5.
triumphatus, *victus* 617, 30.
trufa 427, 25.
trutannus, *landstreicher, Franc. truand* 634. 737, 5.
tuallia, tualla, *Franc. touaille* 786, 15. 793.
turba, *torf* 640. 707, 25.
turpiloquium 312, 1. 583, 30 599, 10.
turrigera domus 766, 20.
ucupa = upupa 323, 15.
ultramontani 217, 5.
ursarius 624.
ursiacum furnagium 625, 1; ursiacus panis 625, 5.
usualis numerus *i. e. quem dicimus Romanum* 230, 35.
uxorare 216, 55. 594, 5. 838, 50.
uxoricidium 311, 30.
usuagium 760, 20. 761, 45. 762, 55.
vadiare 241, 10. — vadium 639. 720,45. 728, 40. 781, 40. 803.
variolae morbus 568, 10.
vasa navalia 251, 20.
vasallus, vassallus 203,15. 273,50. 353,25. 359,50. 457,45. 459,10. 462,1. 805,40. 809, 60. — vassus 565, 10. 805, 50.
vavassor 614, 30. 624, 50. 714, 5. 720, 30. 747, 40. 767. 768, 35. — vavassorissa 579,40. — vavassorius 579,40 581,15.
venacula, *feile waare* 307, 15.
venda, *telonei species* 775, 35.
ventilatio arenae, *sandtreiben* 599, 30.
per verba de presenti uxorem ducere 166, 35.
verbales iniuriae 702, 45.
vestiarium 626, 1.
vestitura 762, 20.
veteranus 631, 25. 739, 35; = vavassorius 579, 40. 581, 15.
vicaria 193, 25. 216, 25. 247, 20.
villicatura 565, 20. 614, 35.
vinagium 785, 20.
vinarium 344, 15.
vinitor 722, 15. 723, 5.
vioius, *hippe* 784, 20.
virginare = *devirginare* 628, 35.
virtuosus 599, 5.
vorstare, custodes silvae, *förster* 658,20.
vulgalis *pro* vulgaris *constanter apud Lambertum.*
waibil 646, 35.
wallatores 640, 40.
wambasium, *wams* 355, 35.
wantum 549, 5.
warantire 765, 20.
wastinia, *terra inculta* 695, 25.
wercchase 646, 25.
werpire, werra *v.* guer.
wilere, *weiler* 670, 5.
xenodoxium, cenodoxium 582, 1. 594, 30.
yperperum, *moneta Byzant.* 163, 20
zendat *v.* cendal.

OMISSA ET EMENDANDA.

p. 73, *l.* 17. *adde: Ex hoc codice descripta est series ducum codicis Vindobonensis nr.* 380 *(hist. prof.* 95*), quam edidit Rauch, Script. Austr. I, p.* 543. *Cf. Dümmler, 'Piligrim von Passau' p.* 110. — *p.* 207, *l.* 39. *post* fratrum *in codice omissum videtur* Minorum et. — *p.* 848, *col.* 2. *adde suo loco:* Augustensis *(Aosta)* praepos. Petrus. — *p.* 850, *col.* 2. *sub articulo* Bellus-locus *lege:* abbatia S. Mariae .... abbates: Willelmus, Walterus; — *col.* 3. *sub* Berge, Mons *adde numerum* 355, 5. — *p.* 855, *col.* 3. *sub* Grodegandus *adde:* Ruotgandus *et numerum* 40, 10. — *p.* 872, *col.* 3. *adde:* Hodenhoud *v.* Odenhout. — *p.* 883, *col.* 2. *adde sub* Martinus IV. papa *numerum* 217, 5. — *p.* 884, *col.* 2. *pro articulo* S. Maximinus *pone hos duos:* Maximinus episc. Trever. et Tungr. 468, 35. — S. Maximinus episc. Trever. 469. 494, 10. — *p.* 889, *col.* 2. *adde suo loco:* de Pauz lacus 790, 1.

CORRIGENDA.

p. 5, *l.* 32. *lege:* Cristahe[a] *pro* ....[10]. — *p.* 6, *l.* 51. *pone notae numerum* 4 *pro* 2. — *p.* 7, *l.* 48. *lege:* arduis *pro* ardius; *n.* 6. *lege:* 356. — *p.* 8, *l.* 37. *dele* , *post* factum. — *p.* 9, *l.* 41. *lege:* eo quod. — *p.* 11, *l.* 28. *lege:* interdicto. — *p.* 14, *l.* 49. *n.* m; *p.* 16, *l.* 48. 49. *n.* e *et* g; *p.* 18, *l.* 49. *n.* a. *lege:* 1. *pro* c. — *p.* 14, *l.* 51. *lege:* Langton. — *p.* 15, *l.* 54. *lege:* paulo infra *pro* anno sequenti. — *p.* 43, *l.* 20. *lege:* preclarus; — *l.* 48. *lege:* successor. — *p.* 44, *l.* 42. *lege:* hominem. — *p.* 51, *l.* 31. *lege:* Cisterciensis; — *l.* 44. *lege:* angustia. — *p.* 62, *l.* 54. *lege:* translacione. — *p.* 63, *l.* 15. *lege:* 1400 et in. — *p.* 106, *l.* 53. *lege:* alia *pro* atia. — *p.* 114, *l.* 54. *lege:* est[3] *pro* ..[3]. — *p.* 174, *l.* 23. *lege:* detersa sit. — *p.* 201, *l.* 18. *lege:* et inperiali. — *p.* 208, *l.* 55. *n.* 3. *lege:* Warburg. — *p.* 247, *l.* 2. *lege:* clericum. — *p.* 248, *l.* 24. 25. *lege:* concubinam. — *p.* 253, *l.* 17. *lege:* Reg. 6. B. — *p.* 345, *l.* 32. *post* sublimans *adde: signum notae* [*]. — *p.* 396, *l.* 34. *lege:* vicarium. — *p.* 412, *l.* 56. *lege:* desponsandam. — *p.* 415, *l.* 12. *lege:* idem Henricus. — *p.* 466, *l.* 52. *lege:* annorum. — *p.* 524, *l.* 35. *lege:* in illis. — *p.* 527, *l.* 52. *lege:* successisse. — *p.* 569, *l.* 47. *n.* 5. *lege:* quem. — *p.* 584, *l.* 4. *lege:* feodum. — *p.* 638, *l.* 4. 5. *distingue:* conversantis, parrochiani campanas. — *p.* 639, *l.* 56. *lege:* Accon. — *p.* 693, *l.* 56. *lege:* Everhardus. — *p.* 803, *l.* 56. *n.* 13. *legendum videtur:* Runeins. — *p.* 893, *l.* 23. *lege:* 707, 40. *pro* 707, 30.

HANNOVERAE . DIE . XIII. . IVNII . ANNI . MDCCCLXXIX.
TYPIS . CVLEMANNORVM.



